GEORGE R.

GEORGE, by the Grace of God, King of *Great Britain*, *France* and *Ireland*, Defender of the Faith, *&c.* To all to whom theſe Preſents ſhall come, Greeting. Whereas our Truſty and Well-beloved *Jacob Tonſon*, of our City of *London* Stationer, has humbly beſought Us to grant him Our Royal Privilege and Licence for the ſole Reprinting and Publiſhing for the Term of Fourteen Years, a Book Intitled [*Fœdera, Conventiones, Literæ, & cujuſcunque Generis Acta Publica, inter Reges Angliæ, & alios quoſvis Imperatores, Reges, Pontifices, Principes, vel Communitates, ab ineunte Sæculo Duodecimo, viz. ab Anno* 1101, *ad Noſtra uſque Tempora, habita aut tractata; ex Autographis, infra Secretiores Archivorum Regiorum Theſaurarias, per multa Sæcula reconditis, fideliter exſcripta*] Which Book is now Printed in Seventeen Volumes in Folio, and Publiſhed by *Thomas Rymer* and *Robert Sanderſon*: We being willing to give all due Encouragement to ſo uſeful an Undertaking, are Graciouſly pleaſed to condeſcend to his Requeſt, and do, by theſe Preſents, grant unto him the ſaid *Jacob Tonſon*, his Executors, Adminiſtrators and Aſſigns, our Licence for the ſole Reprinting and Publiſhing the ſaid Book in Seventeen Volumes in Folio, or in any other Volume or Volumes, for the Term of Fourteen Years from the Date hereof; Strictly forbidding all our Subjects within our Kingdoms and Dominions to Reprint or Abridge the ſame, either in the like, or in any other Volume or Volumes whatſoever, or to Import, Buy, Vend, Utter, or Diſtribute any Copies thereof, Reprinted beyond the Seas, during the aforeſaid Term of Fourteen Years, without the Conſent or Approbation of the ſaid *Jacob Tonſon*, his Heirs, Executors, or Aſſigns, under his or their Hands and Seals firſt had and obtained, as they or any of them will Anſwer the Contrary at their Perils: Whereof the Commiſſioners and other Officers of Our Cuſtoms, Maſter, Wardens, and Company of *Stationers*, are to take Notice, that due Obedience may be rendred to Our Pleaſure herein declared. Given at Our Court at St. *James*'s the Twenty-fourth Day of *May*, 1723. In the Ninth Year of Our Reign.

By His Majeſty's Command,

CARTERET.

~~120~~ 97
119.c.1

FOEDERA,

Conventiones, Literæ,

Et Cujuſcunque Generis

ACTA PUBLICA,

INTER

REGES ANGLIÆ,

Et Alios quoſvis

IMPERATORES, REGES, PONTIFICES,
PRINCIPES, vel COMMUNITATES,

AB

Ineunte SÆCULO DUODECIMO, viz. ab Anno 1101,
ad noſtra uſque Tempora, Habita aut Tractata;

Ex Autographis, infra Secretiores ARCHIVORUM REGIORUM
Theſaurarias, per multa Sæcula reconditis, fideliter Exſcripta.

In Lucem miſſa de Mandato nuperæ REGINÆ.

Accurante *THOMA RYMER*, K
Ejuſdem Sereniſſimæ REGINÆ Hiſtoriographo.

EDITIO SECUNDA, ad Originales Chartas in Turri Londinenſi
denuo ſumma fide Collata & Emendata, ſtudio *GEORGII HOLMES*.

TOMUS I.

LONDINI: Per J. TONSON. MDCCXXVII.

G III R
HONI SOIT QUI MAL Y PENSE
DIEU ET MON DROIT

MAXIMO PRINCIPI

GEORGIO II.

Dei Gratia, Magnæ Britanniæ, Franciæ & Hiberniæ Regi, Fidei Defenſori, Brunſwicenſi & Lunenburgenſi Duci, Sacri Romani Imperii Architheſaurario & Electori:

Hæc Antiqua Fœdera, Diplomata, aliaque Plurima Regum Angliæ Acta Publica, nunc denuo ſumma cum fide & induſtria recognita, Omni cum Obſequio, Obſervantia, Pietate, ſuppliciter, D. D. D.

PATIARIS, Princeps Sereniſſime, has Majorum Tuorum Res geſtas, ſuis ipſorum verbis jam iterum memoriæ mandatas, aliquantiſper oculos tuos morari.

Docent Illæ quibus Artibus, quanta Animi magnitudine & ſolertia, Imperium Anglorum in hanc molem crevit, & per tot annos ſeris eorum Nepotibus prorogatum, ſub Tuis auſpiciis jam majores ſpiritus ſumit.

DEDICATIO.

Etſi Tu Priorum Regum inſtitutis minime indigens, Tua Prudentia, in Republica adminiſtranda, ſatis Tibi conſulis; Nobiliſſimum eo nomine Poſteris exemplum traditurus: Lætaberis tamen, hæc Proavorum Tuorum Monumenta evolvens, eos non indignos fuiſſe quibus Te ortum eſſe fatearis.

Faxit Deus, ut omnium Tuorum Votorum Compos, diu Britannis Tuis interſis.

Quod ſollicita prece flagitat,

Sacræ **MAJESTATI** *Tuæ*

Plurimis beneficiis devinctiſſimus

Deditiſſimuſque

J. TONSON.

REGINÆ.

RELEVARE *Miſeros & Egenos paſcere, aurum & argentum, etiam non petentibus, largiendo, eſt quod Tu quotidie, ac nunquam non facis.*

At nunc das, e ſanctioribus Archivorum Tuorum cryptis Theſaurum, orbi literario utendum, fruendum, unde paſcatur ubicumque ingenioſa fames; Donativum populo erudito, quale non Imperatores, immo, quale Regum alter nemo quod daret, habet.

Hinc lucem circumquaque gentibus diffundis; hinc petant Dani, Norwegi, Flandrenſes, Germani, Itali, qua ſuas quiſque res, longa caligine obvolutas, videat & agnoſcat.

Hiſpanis datur plurimus Alfonſus ſapiens; datur Francis, Sanctus (Sanctus, inquam) Ludovicus, cum Blancha Matre, & Margareta Conjuge; qui hic per multos quaterniones faciunt utramque paginam.

Ne rei Eccleſiaſticæ adornandæ quicquam deſideretur, hic abunde datur cernere Pontificum plumbo bullatas literas, monitiones, minationes, fulminationes & antiquas lites gliſcentes ubilibet, ac coruſcantes.

Certe Angliæ proſtat ubique, & in omni tempore qualis qualis ſpectanda facies, & ſine fuco; nunc læta, aliquando luctuoſa, ſæpe turbida, ſæpe dubia;

At certe, nunquam niſi, poſt plurima evoluta ſæcula, vividam, ridentem, floridam, ſanguinis & ſucci plenam, qualem, Te, Sereniſſima Regina, Te Regnante, gaudentes cernimus & gratulamur.

Henricus, eo nomine primus, Angliæ Rex, Progenitor Tuus, aperit hunc primum Tomum An. Dom. 1101. An. Regni primo; eopte anno quo Matilda Scota (ob morum præſtantiam & ſuavitatem nuncupata bona,) ſibi conjugali Fœdere ſociatur; quæ Matilda bona Filia fuit beatæ Margaretæ, & Mater Matildæ Imperatricis. Naſcendi ſortem & viciſſitudines! Henricus iſte prudentia civili & virtute bellica inſtructiſſimus in Pronepote, Johanne Rege, elanguit; in Abnepote, Henrico 3. penitus evanuit; quem tamen in Edwardo 1. reſuſcitatum, in Edwardo 3. renatum, ſubacta Wallia & captivi monſtrarunt Reges.

Conſimiliter, quæ per tot annorum curricula diſparuere, quæ, per tot latuere ſæcula, Margaretam ſanctam, Matildam bonam, Matildam Imperatricem, divas Progenitrices Tuas, in Te, Regina ſanctiſſima, optima, auguſtiſſima, reſuſcitatas, in Te renatas, in Te redivivas, novis virtutum radiis, novis divinæ gratiæ dotibus refulgentes, quis non videt, quis non agnoſcit & veneratur?

Quid vitæ immaculata puritas? quid in moribus reformandis indefeſſa ſedulitas? quid bonitas? quid ſanctitas? cum hæc loquor, privata loquor: quantæcunque Majorum laudes ad Tuum culmen nequaquam competenter

competenter aſſurgunt: nec ſi memoretur ipſa, Tibi ſanguine & ſanctitate cognata, Helena Britannica; tot per Gentes celebratum nomen.

Te, Regina Chriſtianiſſima, Te Majora manent: per quæ prioribus ſæculis inaudita climata, terraſque tractuſque perſonat Tuum Nomen cum tripudio? Tua ſacra obaudiuntur juſſa? Tuumque colitur Numen?

Tu, dilecta Deo, & divinæ providentiæ filia ſpecialis, humani generis ſaluti deſtinaris: Contra impios & invaſores Tu unicum propugnaculum & Securitas publica; Tu Europæ decus & tutamen.

Fuit Regina, quæ Angliæ & Hiberniæ Regna moderata eſt fortiter ac feliciter; ſed, cui Angliam & Scotiam, cui totam Britanniam cum Hibernia Imperio regere datum eſt, Tu prima.

Henricus Matildæ Imperatricis Filius, Progenitor Tuus, ferebatur, ſuo tempore, Regum longe potentiſſimus, eo quod a finibus Scotiæ dilataverat Dominium uſque Pirenæos.

Verum enimvero, Regina potentiſſima, nec Scotiæ Te claudunt confinia, neque ad Pirenæos hæret Tuus labor; miſeram Europam! niſi trans Pirenæos Tuæ providentiæ oculus proſpiceret; immo niſi etiam ultra Alpes Tuæ Potentiæ brachium fulminaret: Referamne emenſo Oceano, ſuperatiſque columnis Herculis, Victorioſum Navium Tuarum ſtollium? quocum illinc Affricæ imponis Leges, hinc Italorum animos, oſtentato bello, captivatos habes, Tuæque mancipatos beneplacito voluntatis.

Oppreſſores & impios ubicumque propulſare Tuæ virtutis opus eſt. Pro juſtitia, pro jure gentium, pro libertate, pro fide publica, arma capeſſis. Tu quæ Dei ſunt, curas, Tu Cura Dei: ille Deus exercituum Tua bella gerit, Tuis ubicumque vexillis præfulget, Tuaſque animat & ſuperintonat cohortes.

Hinc eſt, invictiſſima Regina, quod nuſquam gentium felicius quam Tuis auſpiciis belligeratum eſt. Attamen non victoria, non exuviæ, non triumphales currus Tibi cordi: Tibi tanti pax, pulcherrima rerum, unica pax tanti.

Sive Danubio proſpectas, ſive Rhenum perluſtras, ſive Liguſtica premis littora, pacem quæris, pacem petis, pacem jubes.

Quæ, ut quam citius læta mortalibus affulgeat, Tuum, cooperante Deo, hoc opus eſt; ſi qua tranquillitas, ſiqua incolumitas, ſiqua ſæculi felicitas, Tua factura eſt.

Quæ pax & felicitas ſtabiles ac perpetuæ fore ſperarentur ſi Tu, populi Tui miſerata labores, terreſtri ſolio, & ex bene geſtis gloria, contenta, in terras ſemper Regnare, Deo dante, dignareris.

Fuit apud Veteres, ſolenne, pro bono Principe acclamantium votivum carmen:

De noſtris annis tibi Jupiter augeat annos.

Tu, Regina beatiſſima, quæ vita omnium ac ſalus publica; quid non pro Tua vita chariſſima voveamus? Quid non Deum ſolicitemus pro Tua precioſiſſima ſalute? Quod, & grata mente, ac corde proniſſimo facit,

Tuæ MAJESTATI Sacratiſſimæ,

Devotiſſimus,

T. Rymer.

AD LECTOREM.

DESIDERATA, & quæ apud Hiſtoricos fruſtra quæras, hic ex Authenticis, ut plurimum, tibi parata exhibentur: Quæ ejuſdem ævi Scriptores latuere antiqua monumenta, tibi videre, hic tibi ſcire abundè datum eſt.

De adventu Comitis Flandriæ ad Doverham Eadmerus diſertis verbis ait, *nihil fuiſſe agnitum*; En tibi illas ipſas ex Autographis Conventiones, factas & ſcriptas apud Doverham; unde adventus ejus cauſa nunc, & in poſterum agnita & cognita pateat univerſis p. 1, 2, 3, 4, 5, 6.

Si verò hoc non ſit præter expectatum in Eadmero, Monacho ſcilicet qui rerum Sæcularium negligentior habeatur; tamen etiam, & ubi minime expectes, ipſe M. Pariſienſis noſter, ipſe mortalium oculatiſſimus, & (ut credas) *qui totum ſcibile ſcivit*, ipſe inquam M. P. ſive Nuncii (Ambaſſiatores poſtea dicti) eunt, ſive Nuncii veniunt, quaſi pro ſolenni verbo habet, *ad quid neſciebatur*. Venit in Angliam Toletanus Electus, *qua de cauſa neſciebatur*. De adventu ejus, & qua de cauſa venit, hic habes p. 557, 562, 571, 589. *M. P. ad An.* 1255.

Dominus Abbas Weſtmonaſterienſis, & Magiſter Ruſtandus Electuſque Sarum, pro Domini Regis negotio, eodem Rege ſic volente, *neſciebatur ad quid*, ſed ob arcanas cauſas, utinam bonas transfretaverunt. Quid, & quale fuit iſtud Regis negotium, & quæ arcanæ cauſæ, unde tam anxius & ſuſpicioſus, Monachus noſter, ex ipſis Bullatis Autographis hic ad plenum docearis: nec iſtud arcanum ultra defenditur ab oculis Curioſorum. p. 608, 611, 612, 613. *M. P. ad An.* 1256.

Miſſus eſt a Domino Papa, *neſciebatur ad quid*, Archiepiſcopus Meſſanenſis. Ad quæ tractanda negotia venit ille Archiepiſcopus, & ipſæ credentiales litteræ ab Alexandro Papa, & Regis ad eundem Alexandrum litteræ demonſtrant. p. 612, 613, 620. *M. P. ad An.* 1257.

Sed redeamus ad veteres amicos, & Pacta Flandrica, ac videamus, dum nos ambulamus in tenebris, an Hiſtoricis Flandricis luculentior affulgeat dies.

Quandam pecuniæ ſummam Flandriæ Comitibus annuatim a Regibus Angliæ per nonnulla ſæcula pendi conſuetam pro certo eſt. Eſt ſic rem narrant annales Flandriæ, genero ſuo (Willielmo primo) præſto fuit Flandrus, ſuamque operam & auxilium promiſit, hac conditione, ut ipſe omneſque poſthac Angliæ Reges penderent in perpetuum Flandris Comitibus 300, in annos ſingulos, Marcas Argenti. *Ad An.* 1066.

Robertus (Friſo) in vivis eſſe deſiit; ſtatuerat bellum movere Anglis propter cenſum 300 Marcarum Argenti, quo de ſupra fecimus mentionem, ſed morte præventus non potuit. *Ad An.* 1093.

Poſcenti pactum multo ante tributum, Flandro, *(de Hen. & Rob. inter quos hæc præſens Conventio facta eſt, loquitur)* Henricus reſpondet, non eſſe dignitatis Regni Anglici Flandritis vectigal pendere: nec ita multo poſt in Comitiva Regis Franciæ, facto cum Anglis prælio, ſuffoſſo equo, lapſus oppreſſuſque, tertio poſt die deceſſit. *Ad An.* 1111.

Ad An. 1119. Baldwinum Flandrenſem Cæſi parentis bello Anglico memoria, & negatum ſibi, de quo ſupra memoravimus, Tributum in Anglos ſtimulabant.

Hæc eadem Mezeraius, & neſcio quot minorum Gentium hiſtorici, iterum atque iterum repetunt & inculcant: Par eſt credere his anſam errandi dediſſe Will. Malmesburienſem noſtrum; hic in H. 1. rem totam narrat a principio ſeriatim in hunc modum.

Baldwinus Willielmum in Angliam venientem conſilio & militum additamento vivaciter juverat; his ille illuſtres crebro retributiones refuderat; omnibus, ut ferunt, annis 300 argenti Marcas pro fide, & affinitate ſocero annumerans. Ea munificentia, in filio Baldwino non imminuta, hæſit in Roberto Friſone; porro iſte Robertus Friſonis filius omiſſum munus a Willielmo 2. non difficulter impetraverat. Verum Hen. 1. Roberto ab Hieroſolyma reverſo, & quaſi pro Imperio 300 Argenti Marcas exigenti, in hanc reſpondet ſententiam, non ſolitos Reges Angliæ Flandritis vectigal pendere.

Ex vulgi ſermone & conjecturis in hunc modum conſarcinantur hiſtoriolæ, quæ nullis innituntur monumentis: Aſt quam diverſa rerum facies! ſi quenquam ipſa Actorum Chirographa inſpicere contigerit, non vectigal, non tributum Flandro pendi ſolitum, ſed annuum Feodum Comiti Flandriæ dari ab Amico & Domino ſuo Rege Angliæ pro fidelitate jurata, pro homagio facto, & pro ſervitio impendendo: Hæc docent iſta prima & quæ ſequuntur, per nonnulla ſæcula, Conventiones.

De primo Cyrographo. *Salva fidelitate Lodovici Regis Francorum.* Hinc habeant Franci unde probare poſſint Flandriæ Comites ab antiquo fuiſſe fideles & homines Regum Franciæ.

Hoc agens v. cl. P. Puteanus in libro *des droits du Roy*, primo loco citat P. de Oudergeeſt, ad an. viz. 1192. quando Baldwinus 7. fecit homagium Philippo Auguſto:

Aſt noſtra hæc probatio, toto fere ſæculo anterior eſt, & a Roberto Hieroſolimitano certe magis nobile ac ineluctabile teſtimonium.

Et videant ſcriptores Eccleſiaſtici quantum pro authoritate Eccleſiæ ac poteſtate clavium faciunt hæc quinque verba, viz. *ſalva fidelitate Lodovici Regis Francorum.*

Sciendum enim quod, dum hæc fiunt, Lodovici Pater, Rex Philippus, adhuc in vivis eſt; ſed excommunicatus, Papali telo confoſſus jacet; ſic omnis fidelitas ad Lodovicum filium transfertur, & regium nomen.

Negat David Blondellus in bene magno volumine, cui Titulus *de formula, regnante Chriſto*, Philippum anathemate de facto læſum, aut Papali fulmine quovis modo tactum. Regium nomen, ait, vivente Philippo nunquam Lodovico delatum, in chartis quæ finiunt his verbis, viz. facta an. ab incarnatione Domini 1100 Lodovico Rege Francorum regnante, mendoſe annum 1100 pro 1108 ſcriptum pronunciat, ac male vapulat Hovedenus noſter ſcribens quod An. 1101 Lodovicus Rex Francorum interfuit Curiæ Regis Henrici Lundoniæ in Nativitate Domini. At quid plura? in hoc ipſo Chirographo toties repetitum Lodovici Regis nomen, mihi ſunt pro bene magno volumine ut contra credam, & bene monſtrant quam inanis ſit Blondelli & futilis labor.

Annum quo hæc Conventio facta eſt, ſic colligo.

An. 1099. Julii 14 capta eſt Hieroſolyma.

Ad Lectorem.

Repatriant Robertus Regis Angliæ frater, Robertus Flandriæ, & Euſtachius Boloniæ Comites. *An.* 1100.

Inter redeundum Robertus Regis Angliæ frater moratur Apuliæ ad Nuptias cum Sibylla, Comitis Converſanæ filia, celebrandas.

2 Auguſti Willielmus II. Rex Angliæ moritur. *Eod. An.*

5 Aug. die Dominica Henricus I. in Regem Coronatur.

7 Maii proximo ſequentis, viz. A. D. 1101. & An. Regni ejuſdem Hen. Regis primo facta eſt hæc Conventio.

Menſe Auguſti ſequentis Robertus Regis frater, cum Sibylla Uxore, redit in Normanniam; Arma parat: & collectis Copiis, ad vendicandum Regnum (ut Willielmi primi primogenitus) Angliam invadit: Robertus de Beliſmo Henricum deſerit, & Roberto adhæret; hic idem Rob. de Beliſmo, qui menſe Maio, ex parte Henrici Regis, præſens erat apud Doverham ad Confectionem iſtius Chirographi inter Henricum & Comitem Flandriæ.

Conſtat ex inciſura, & qualicunque cauda, ad imum Pergamenæ, Sigillum Comitis appenſum fuiſſe more Normanico (ac vetuſtate dilapſum) licet id moris in Flandria nondum obtinuerat.

Hæc prima Tabella oſtendit qualis tunc temporis ſcriptio: Et quid per Cyrographum, ac per Chartam, ad modum Chirographi diviſam, intelligebant veteres.

Hujuſmodi Chirographum V. Cl. Mabillonius l. 5. de Re diplomatica, ex autographo Francorum Regis Ludovici 7. dat. An. D. 1167. æri inciſum dedit: nullum iſtius formæ, inter Regia Monumenta, Antiquius invenerat; ſed cum hoc noſtrum iſtud Ludovici plus quam ſemi-ſæculo antecedit, è re fore viſum eſt etiam hoc æri inciſum exhibere.

Hujuſmodi pariter Cyrographum habes ſub H. 2. ad an. 1163. Ac ad an. 1197. ſub Ricardo primo Cyrographum indentatum; unde poſtea, ſine majuſculis litteris, ſimplices & illiteratæ Indenturæ, quales nunc in uſu ſunt, obtinuere.

Ultima Tabella exhibet Elegantiſſimum ſane & pulcherrimum Alfonſi diploma, *Ad. an.* 1253. aureo Sigillo Vallatum: De quo Mat. Paris, dicti Nuncii amicitiam & favorem, cum quadam Nobili Charta, cujus Bulla aurea Marcam unam Argenti ponderabat, reportârunt; unde credamus viſum a Pariſio noſtro fuiſſe & Contrectatum.

Hoc eſt ex illis quæ *Privilleios Rodados* vocant, à *Rueda del Signo*, rota Signi Regii, quod, apud nos, Signum Manuale, ſeu Signatura Regia dicitur. Horum forma deſcribitur in LL. Alfonſinis, componitur Rota; ad Centrum ſunt Crux & Arma Regis; in proximo Circulo nomen Regis, a quo emanat Privilegium; in Majori Circulo Alferiz & Major Domo confirmant: In hocce noſtro Alferizia vacat. *Tercera Partida, tit.* 16. *L.* 2. 3.

Multi, quibus non niſi Bullaria ac decurtata apographa videre contigerit, non habent unde ſciant quid ſit Papæ Signum, quid Monogramma; & nonnulli inter Signum, Monogramma, & Sigillum Pontificis vix bene diſtinguunt. Papebrochius opinatus eſt Annorum à Chriſti Incarnatione ſupputationem, in Bullis atque reſcriptis Pontificalibus, ſub Eugenio IV. ſcribi primum cæpiſſe; ac eo tempore ſuperiores Bullas, quæ annos Incarnationis præferunt, eſſe aut falſatas, aut corruptas: Quem pluribus refellit Mabillonius: Ne, in conſimiles quiſpiam apud nos errores inconſultius forſitan impingat, tres hic Inſigniores Pontificum Bullas totidem Tabellis aſſignari curavimus. *De re Diplomatica, lib.* 2. *c.* 25.

Hoc ſecundæ Conventionis Inſtrumentum etiam Cyrographum eſſe dimidiatæ ad ſummum pergaméni litteræ Capitales oſtendunt: Ad imum membranâ putredine abſumptâ, de ſigillatione nil reſtat obſervandum. *De Secundo Cyrographo.*

Ad Lectorem.

Annum, quo hoc fœdus confectum eſt, videtur Indigitare Eadmerus, p. 67, 69. hiis verbis, Anno 1102. Paſchalis ſummi Pontificis quarto, Regni Henrici Glorioſi Regis Anglorum tertio, ipſo annuente, celebratum eſt Concilium in Eccleſia beati Petri in Occidentali parte Juxta Lundoniam ſita, —— ſubſequenti dehinc media quadrageſimâ fere, Rex Cantuariam venit, quædam, ut ferebatur, Regni negotia Doſris cum Comite Flandriæ tractaturus.

Concilium prædictum, in Feſtivitate Sancti Michaelis, Anno 1102. Indictione 10. Anno Paſchalis Papæ, 3. celebratum ait Florentius Wigornienſis.

Media quadrageſima anni 1103. incidit in Martii Menſis diem octavam; & hæc Conventio facta eſt die decima, nempe biduo poſt mediam quadrageſimam:

Et iſte Willielmus, qui in Principio hujus Diplomatis, decimo die Martii, nuncupatur Willielmus Giffard Cancellarius, proximo Menſe, viz. Menſis Aprilis die 27, ſub Nomine Willielmi Wintonienſis Eccleſiæ electi, in Comitivâ Anſelmi Archiepiſcopi Romam pergunt, Regi Henrico, circa Inveſtituras, Inimicantes. Hæc Conventio fere ejuſdem tenoris eſt cum illa quæ proximo præcedit, in paucis tantum reformata.

In priore legimus *Salva fidelitate Lodovici Regis*; in iſta, *Salva fidelitate Philippi Regis:* Fidelitates & Regium nomen, quæ anno 1100 Papale fulmen diſcuſſerat, nunc, incipiente anno 1103. facta pace cum Domino Papa, Philippo redeunt.

Baronius & Epitomatores, Spondanus, Zovius, &c. Philippum anathematis vinculo abſolutum anno 1104 ſtatuunt: Aſt hæc Conventionis Charta, Philippo Francorum Regi magis amica, uno ſaltem anno citius redemptum Regem Philippum indicat; Sed hiſce ulterius immorari minime conceſſum eſt.

Multa præfanda, multa etiam quæ (cum non ſint acta publica, ſed, utcunque, ad ingenium moreſque temporum dignoſcenda cum primis conducant) appendicis nomine addenda, paraveram; in aliud tempus differuntur.

Interea Hiſtoricos Coætaneos, aut (quod ad idem redit) Mat. Pariſium in examen ducas, & videas quæ exhinc documenta, ad ipſum ſupplendum, illuſtrandum, vel corrigendum occurrant.

Exempli gratia, de rebus Siculis ab anno 1250 ad annum 1265 rerum Sicularum, Italicarum, aut cujuſcunque gentis ſcriptores volvas & revolvas, & ſane quam parum, quam nihil habent, quod a Matthæo noſtro non hauriunt, oppido deprehendas.

A p. 532. *Ad p.* 544. Legas hic de donationibus factis Bertoldo Marchioni de Hoemburg, aut Hohemburg; qui, forte, idem cum Bertoldo Marchione de Cambrigia, in Bulla Alexandri 4. apud M. P.

Ad An. 1256. *P.* 584. 587. Legas etiam hic de Marchione de Herebrok (ut in noſtris tabulis legitur nomen) de quo Rex Henricus ad Cardinales, *ſupervenit rumor terribilis de jactura & damnis Eccleſiæ Romanæ, per proditionem Marchionum de Herebrok, qui ſe mentiebantur fideles Eccleſiæ & devotos,* unde *negotium Siciliæ damnabiliter deformatum,* dicit.

Vis ſcire quænam hæc proditio fuit? ſic rem narrat Pariſius noſter.

Per idem tempus Papa Alexander, veſtigiis Prædeceſſoris Innocentii inhærendo, in negotio Regni Siciliæ & Apuliæ proſequendo, Octavianum Cardinalem deſtinavit cum maximo exercitu, ſcilicet ſexaginta millium armatorum, ad funditus deſtruendam civitatem Nucheram, cum Manfredo ibi latitante, & omnibus ipſam civitatem inhabitantibus.

Erant autem infideles in ipſa pluſquam ſexaginta millia Sarracenorum; quos Imperator Fredericus convocaverat dubiis bellorum caſibus exponendos, & ipſam civitatem eis conceſſerat inhabitandam, quæ tunc ſinum pandebat refugii Meanfredo, & quibuſdam aliis Fredericalibus.

Cum igitur Octavianus, diſpoſitis agminibus, ſimul cum quodam ingenioſo & potente Bellatore Marchiſio, (de cujus conſilio & adjutorio totus exercitus Papalis confidebat) ſpem nactus indubitatam ut omnia ad votum obtinerent Papa & Octavianus, & eorum invincibilis, quem haberent, exercitus; cum ad civitatem ferè pervenirent, ita ut paucis diſtarent milliaribus, irruit terror & formido ſuper hos & illos, ita ut non auderent cives exire hoſtiliter contra adventantes, nec advenientes cives aut civitatem impetere:

Et ſic hinc inde per multos dies expectantes moram inutilem protraxerunt.

Erat autem exercitus Papalis numeroſus valde & formidabilis, larga ſuſcipiens de clitellis Angliæ Regis quotidiana ſtipendia, & expectans ex promiſſionibus Papalibus ampliora:

Sic enim dictaverat Papa Innocentius jam defunctus & diſpoſuerat: hæc enim omnia ab ipſo habent exordium, & a Cardinalibus proſecutionem.

Cum igitur ſic hinc & inde moram per multum temporis continuâſſent infructuoſam, acceſſit ille proditor Marchiſius, qui & habebat in ipſo exercitu ſequelam copioſam, & dixit Octaviano: *Domine, ut quid hic tam diu ſtamus otioſi? Conſumimus Theſaurum infinitum: Recedat tertia pars: Non enim audebunt exire de civitate Meanfredus, aut exercitus ejus: Sunt enim quaſi obſeſſi & incluſi, Et ſufficit gens minima ad eorum terrorem & repreſſionem.*

Cumque nec adhuc exirent cives, iterum dictus Marchiſius exercitum Papalem mutilavit, ita quod vix decem, vel duodecim millia armatorum remanerent cum eiſdem.

Una igitur noctium idem Marchio, raptus equo velociſſimo, venit ad civitatem Nucheram, & affatus Meanfredum dixit, *O amice chariſſime, datum eſt tibi intelligi, quod tibi nocui, & nocere ſum paratus: Miror te velle talibus Sibillis aurem inclinare, aut fidem quomodolibet adhibere: Novit induſtria veſtra quidem quam fideliter patri tuo Imperatori Frederico ſervitia in ambiguis caſibus impenderim: Et quomodo poſſem prolem proſequi tam dilecti Domini, tui reverendi genitoris? Jam, jam profecto meam, erga te diu conceptam, experieris devotionem & fidelitatem: Diminutus eſt, inſtinctu meo, Papalis exercitus: Et vix cum Octaviano decem millia pugnatorum, quorum potior pars mea eſt, remanſerunt: Tolle moram; Illico ſe arment veſtri univerſi fideles quotquot ſunt in civitate, & me prævium ſequantur pedententim: Tu etenim ipſum Octavianum & ſuos ad votum occupabis.*

Exiit igitur Meanfredus & omnes cives cum eo, & ejus fideles & familiares omnes ad unguem armati: Et, maximum conflantes exercitum, feſtinanter, quaſi turbo rapidæ tempeſtatis, exercitui Papali appropinquaverunt: Et, cum occupâſſe, quaſi aviculas irretitas, crediſſent univerſos, ecce Octavianus, per aliquem amicum præcordialem in ipſa præmunitus hora, vix elapſus evaſit, cæteris omnibus, præter Marchiſii familiam, diſſipatis, captis, vel trucidatis.

Sic Cardinalem Italum, ab homine Germano, circumventum, illuſum, & belle truffatum habes.

A Wolfgango Lazio citatur Charta Frederici ſecundi Ducibus Styriæ conceſſa; an. 1248. ubi Teſtes ſunt, Henricus Rex Siciliæ, (viz. Iſabellæ Anglicæ filius) Manfredus Marchio, & Berthtoldus ab Hohemberg Comes. Et ibi multa de familia Hohembergica; *De Migratione Gentium.*

Sed de hiſce Marchionibus, apud Siculos, aut Italos, ne verbum quidem me comperiſſe memini.

Octavianum, ob rem male geſtam, a legatione revocatum memorant: at per partes, ac rei male geſtæ ſeriem, minime tangunt.

De Regno Italiæ lib. 18. Duce Stollio pirata Sagaciſſimo. Ipſe Sigonius, qui alioquin Pariſium libenti animo tranſcribit, qui Ducem * Stollium, ex Pariſii fide celebravit, hanc, tanti momenti narrationem premendam maluit.

Sed, quod ægrius fero, nec ipſe, nec plurima Hiſtoricorum turba aliquid habent, ſive de nuptiis Imperatoris cum Iſabella, ſive de iſto ex Iſabella filio; de quo apud eundem Pariſium legunt tam nobile Elogium.

Ad an. 1254. *Spes Anglorum, & gloria Henricus; vir deſideriorum, miræ ſpeciei adoleſcens.*

At ne ſolus ſit M. P. tres alios hoc idem de Henrico noſtro atteſtantes produco.

Tarchagnota. *Laſcio ad Henrico, Che Era fanciullo, ma di ſoprema accortezza e belta, il Regno de Sicilia.*

Collenutio. *Egli era il piu præſtante & piu ſpecioſo giovene, & di migliore Speranza che alcun altro de figliovoli di Federico.*

Summonte. *Quello Era il piu bello, e di miglor ingegno di tutti l'altri figlivoli di Federico.*

Hæc teſtimonia ideo hic profero, quod mireris, Lector, Regnum Siciliæ, hujus Henrici patrimonium, eo vivente, Ricardo Cornubiæ Comiti, aut Regi Angliæ Henrico a ſummo Pontifice fuiſſe oblatum: Quod Richardus Comes recuſavit, * *quia inhoneſtum videretur nepotem ſuum ſupplantare*: *M. P. ad an. 1252.*

F. 513. Et Rex Henricus non acceptavit, *pro eo tamen quod in eodem Regno adhuc ſuperſtes erat unicus nepos tuus, ne videreris ſitire ſanguinem proprium, & proximorum tuorum ſpolia concupire, tantum honorem & commodum recipere, uſque ad hæc tempora, diſtuliſti*; verba ſunt Pontificis ad Henricum Regem Angliæ, in bulla ad notificandam mortem ſæpedicti Henrici, &, eo mortuo, ad procedendum impigrè in tractationibus pro Regno Siciliæ.

Ad an. 1254. Menſe Maii hunc Henricum obiiſſe ait M. Paris. Et iſta Bulla datur Idibus Maii. Ex hoc & innumeris hujuſmodi locis videas, Lector, quam juſtum, quam veriſſimum ſit Cardinalis Baronii Judicium de Matthæi Pariſienſis noſtri Hiſtoriarum libro, *Aureum ſane dixeris Commentarium, utpote quod ex publicis monumentis, totidem verbis egregie contextum & coagmentatum inveniatur.* *Annal. Ad an. 996.*

P. 515. Sed priuſquam Siciliæ Regno terga vertimus, monendus es, Lector, quod iſta, quam vides, regni Siciliæ Renunciatio, non eſt Regi Angliæ Henrico, nec Edmundo filio imputanda; ſed per Simonem de Montefort, Henrici Regis Nomen & Sigillum, Rege captivato, uſurpantem, ut inde poſſit Comiti Andegaviæ gratificari, & Pontifici quodammodo complacere, confecta; ſed & iſta Simonis Acta, tam in libro, quam in Indice Chronologico bene diſtinguenda curavimus, quia, hoc non obſervato, maximas inter viros doctos turbationes & rixas ſuſcitatas vidimus.

Vid. hic p. 394. * *M. P. in litteris Frederici legerat victorioſum Galearum Stollium, &, Italicæ linguæ neſcius, ſatis lepido errore, Capitaneum, ſeu ductorem navium reputabat Stollium: ejus verba ſunt, in prima fronte, quibus primicerius præerat Stollius, Pyratarum peritiſſimus. Cum revera nihil aliud intelligitur per Stollium, quam claſſis, a voce Italica Stuolo: Ita quod Stollium idem valet, ac apud nos, Flota Navium.*

Ad Lectorem.

De iſta, quam ſummonitionem ad Parliamentum vocant, quid non viri Clariſſimi 49 *Hen.* 3. Commentati ſunt, & uſque dum commentantur? Novum quendam Parliamenti modulum ab Henrico Rege, ad Barones recalcitrantes frænandos, & potentiam eorundem creſcentem indies & exorbitantem deprimendam, excogitatum ſomniantes; cum potius vides a Simone de Montefort Abbates, & neſcio quos fautores & complices ſuos, ad deponendum Regem, & Simonem ſublimandum, convocatos.

Per quot volumina, apud Willielmum Prinnium, agitatur iſthæc, ac iterum gliſcit vexata quæſtio? Sed hic ſufficienter cautum ſpero ne alias, in poſterum, hujuſmodi opinationibus laceraretur Reſpublica Litteraria.

Si nonnulla hic occurrunt, quæ minutiora, & indigna typis videantur, de Aeſopico Gallo meditabundus, ne temere credas rejicienda.

In exemplum veniat, ſalvus conductus pro Henrico Duce de Limburg; hoc ideo memorandum vellem, quod iſte de Limburg Ducum fuit ultimus. Et licet Limburgum nunc temporis non tanti ponderis: *Ante Brabantiæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Flandriæ, ac Namurci cognita nomina, Limburgum clarum notumque fuit.* Sunt verba Ponti Heuteri. Limburgum vel Carolo Magno inexpugnabile, alibi legimus.

Ac fortaſſe non plus te movet hic ſæpe nominatus Ludovicus Comes de Loſa, Regis Angliæ Johannis homo Ligius.

Adſurge, Lector, de Holgerio Dano noſti, ſi quicquam noſti; ab Holgerio Dano, decantatiſſimo illo Paladino (quem primum de Comitatu Loſſenſi a Carolo Magno inveſtitum memorant) hunc Ludovicum Comitem Loſſenſem proſeminatum ſcias, ac eidem, hæreditario jure, ſucceſſiſſe: Ut teſtantur Ludovicus Guicciardinus, Pontanus, Deſſelius, Bartholinus, Scriverius & alii Hiſtorici, Topographi & Genealogici bene multi.

Minuta credis quæ hic de Iſabella & Margareta Alexandri Regis Scotorum ſororibus maritatis legenda damus; at lege Buchananum in rerum Scoticarum libro 7. *F.* 278, 327. *coram eodem Pandulfo, Rex* (H. 3.) *Sancte juravit duas Alexandri ſorores, pro loci, unde erant, dignitate ſe collocaturum, uti antea pater ejus promiſerat: Verum altera elocata, altera innupta domum redit.*

Hic duos Angliæ Reges, perjurii ſtigmate a Buchanano inuſtos, purgatos habes & omni labe mundatos.

Sic hujuſmodi minutis documentis præeuntibus, Robertum 3. Scotorum Regem, minime ex concubina, ſed in legitimo thoro genitum demonſtratur: Sed hoc in ſecundo Tomo exepectandum.

Quantum exhinc Genealogici pro re ſua decerpant, non eſt ut multis te ſuadeam.

Albertus ille Dux de Brunſwic, qui a rebus geſtis magni agnomen promeruit, Henrici Secundi Angliæ Regis Abnepos, duxit uxorem Alexiam (alii Alexinam) filiam Aldrovandini Marchionis Eſtenſis. Sic Bertius, Ritterhuſius, Reuſnerus, Bucelinus, Baptiſta Pigna, Albizius, Morerus.

Sed Magni Alberti conjugem Adelheidem, Ottonis Marchionis Montisferrati filiam fuiſſe ſcribunt Meibomius & Winckelmannus, ut ex Imhoffio didici.

In bivio hæres, lector, an cum paucis eundum, an cum pluribus deviandum hæſitas; ſit tibi pro Mercurio Rex noſter Henricus, a quo, cum paucis, veritatem diſcas.

Henrici Regis ſunt verba, *illuſtris vir Albertus Dux Bruneſwyk, conſanguineus* *F.* 838. *noſter dilectus, Alaiſiam de Monte Ferrato, neptem Aleanoræ Reginæ conſortis noſtræ, duxit in uxorem.* Et ex hoc conjugio ſereniſſimos Principes de Bruneſwic, Luneburg & Hannover, nunc viventes, progenitos vides.

Hic

Ad Lectorem.

Hic habes præcipui nominis apud Italos, Baglioni, Viſconte, Ubaldini, Valori, Brancaleone, quos videant ſtemmatologi, & ad expiſcandum ſe accingant.

Hic videas Diaconos, qui poſtea Cardinales; & Capellanos, quos poſtea ad Papatum elatos, de pontificali culmine ſentias fulminantes. A minima ſcintilla quantum ſubinde erumpit lumen!

Herculem in cunis vagientem; maximorum rudimenta eventuum & prima ſemina hic ſæpius adnotare liceat.

Quoties repetita hic habes Baliolos, Bruceos, Seneſcallos, Tuderios, ad ſceptrum deſtinata, & in Regum albo conſecranda nomina?

Nec taceam Dominos de Le-Breto, Regum Angliæ fidiſſimos ſemper Vaſſallos, de quorum ſanguine, Navarræ, immo mox etiam & Franciæ, Reges vidimus ſublimatos!

Plurima hujuſmodi ubilibet pullulantia videat curioſus lector; ſed quam plurima hujuſmodi, & jam nunc debentia dici, in aliud tempus expectanda differimus.

ERRATA.

PAg. 456, ad Calcem in marg. pro *ex Autogr.* leg. *Pat.* 34. *H.* 3. p. 512. col. 2. l. 29. pro 14. *Martii*, leg. *pridie nonas Martii*. p. 374. col. 1. l. 2, 3. pro *nodo quodam*, leg. *nodo quondam Iſabellam.*

Sic corrigendum ex Codice Cottoniano, unde patet hanc Epiſtolam, poſt mortem Iſabellæ, ſcriptam; ac proinde ad an. 1247. *deferendam, ut in Chronologico Indice, emendatur.*

In ipſis Autographis aliquando deficiunt, aliquando redundant nonnulla vocabula, & etiam aliquando, vel ipſæ Grammaticorum conculcantur Leges, ſed hæc quovis modo tangere, prophanum duximus.

Si quando legas preminere, iminere, conſumare, in pontificum litteris; vel orribile, ortus, orba, ylariter, anelare, ubi deſit littera aut aſpiratio; vel quando legas hodium, hiraſci, cohoperante, ubi aſpiratio additur; hæc pro more fiunt, & minime Typographo imputanda.

INDEX

CONVENTIONUM, LITTERARUM, &c.

INDEX Chronologicus.

Regnante *H.* 1.

A. D.	A. R.	Menſe	
1101	1 *Hen.* 1.	*Maii.*	Cirographum Conventionis inter H. 1. Regem Angliæ, & Robertum Comitem Flandriæ: per quam dictus Rex tenetur dare Comiti, ſingulis Annis, in feodo, 400 Marcas Argenti; & dictus Comes, pro iſto feodo tenetur mittere 500 Milites in Servitium Regis. p. 1
1103	2 *Hen.* 1.		Cirographum Conventionis inter H. 1. Regem Angliæ & Robertum Comitem Flandriæ: per quam, pro Feodo 400 Marc. per Annum, dictus Comes tenetur mittere 1000 Milites in Servitium Regis Angliæ. p. 4

Regnante *Steph.*

A. D.	A. R.	Menſe	
1137	2 *Steph.*		Eccleſiam Chriſti, juxta Algate Lundoniæ ſitam, ſuſcipit in protectionem Apoſtolicam Papa Innocentius 2. p. 7
1141	6 *Steph.*		Charta Matildæ Imperatricis de creatione Milonis in Comitem Hereford: quâ Chartâ, de creando Comite, Antiquiorem non extare creditur. p. 8
1144	9 *Steph.*		Lucius Papa irritas reddit tales Confirmationes, quarum obtentu filii fiant patribus Succeſſores in Eccleſiis. p. 9
1147	12 *Steph.*		Eccleſia Chriſti, juxta muros Lundonienſes poſita, ſuſcipitur ſub protectione Eugenii Papæ. p. 9
1147	13 *Steph.*		Eugenius Papa ſub Beati Petri & ſua protectione ſuſcipit Cœnobium ſancti Ægidii de Canawella. p. 11
1152	17 *Steph.*		Charta de pluribus Donationibus Ranulpho Comiti Ceſtriæ ab Henrico Matildæ Imperatricis filio, factis antequam in Regem Angliæ ſublimatur. p. 12
1153	18 *Steph.*		Charta Conventionum inter Regem Stephanum, & Henricum filium Matildæ Imperatricis de ſucceſſione Regni Angliæ. p. 13

Regnante *H.* 2.

A. D.	A. R.	Menſe	
1154	2 *Hen.* 2.		Adrianus Papa gratum & acceptum habet quòd Henricus Rex Angliæ Inſulam Hiberniæ ingrediatur, ut populum illum legibus ſubdat; ita tamen ut annua beato Petro ſolvatur penſio. p. 15
1161	7 *Hen.* 2.	8 *Apr.*	Pro Hæreditate Willielmi de Saccavilla litigant Mabilla filia & Ricardus de Aneſtia ex ſorore Nepos; obtenta Regis licentia ad Papam appellatur, qui cauſam delegat in Anglia terminandam. p. 16
1161	7 *Hen.* 2.		Epiſtola Johannis Sareſberien. Alexandro Papæ; qua monet Papam quod Ricardus de Aneſtia in controverſia habita cum Mabillâ de Franchevilla, ad audientiam ſedis Apoſtolicæ appellaſſet. p. 17
1162	8 *Hen.* 2.	13 *Jul.*	Papa concedit Priori Sanctæ Trinitatis London. facultatem corrigendi exceſſus. p. 20
1162	8 *Hen.* 2.	13 *Sept.*	Pro pace reformandâ inter Regem Angliæ & Regem Franciæ. p. 21
1162	8 *Hen.* 2.	10 *Oct.*	Papa confirmat Taxationem, factam in Eccleſiis Eccleſiarum deputatarum in uſus Prioris & Conventus Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis London. p. 22
1163	9 *Hen.* 2.	19 *Mar.*	Conventio facta apud Doveriam inter Henr. Regem Angliæ & Henricum filium ejus ex una parte, & Theodoricum Comitem Flandriæ & filium ejus ex alterâ. p. 23
1163	9 *Hen.* 2.		Recognitio Baronum, Caſtellanorum, & cæterorum hominum Comitis Flandriæ de ſervitio, quod debent H. Regi, tanquam Domino ſuo, pro feodis quæ de ipſo tenent. p. 27
1163	9 *Hen.* 2.	6 *Maii.*	Papa confirmat Priori & fratribus Sanctæ Mariæ de Sniapes Eccleſiam de Bedingfeld, *&c.* p. 28

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe	
1169	15 *Hen.* 2.		Reſcriptum minatorium ad Papam, quod abſolvat omnes quos Archiepiſcopus Cantuarienſis excommunicaſſet. p. 28
1172	18 *Hen.* 2.		Alexander Papa Templum, quod ſitum eſt Jeroſolomis, variis communit privilegiis, prohibens ſtrictè ne quis temerè prædictum locum perturbet. p. 30
1173	19 *Hen.* 2.		Cyrographum inter Regem & Comitem Maurianæ, de Matrimonio inter Johannem filium Regis, & Aliſiam Comitis filiam primogenitam. p. 33
1173	19 *Hen.* 2.		Henricus 2. Angliæ Rex queritur apud Papam de Rebellione Henrici reliquorumque filiorum contra ſe, & auxilium Papæ implorat. p. 35
1174	20 *Hen.* 2.		Littera Henrici Regis, per quam conceſſit privilegia quod ſi navis periclitaret in quatuor Coſteris, videlicet Angliæ, Pictaviæ, Vaſconiæ, vel in Inſula Oleronis, & aliquis nautarum poſſit exire ad terram, omnia bona ſua recuperabit de voluntate Regis. p. 36
1174	20 *Hen.* 2.		Concordia inter Regem & filios ſuos. p. 37
1174	20 *Hen.* 2.		Conventio & finis quem Willielmus Rex Scotorum fecit cum Domino ſuo Henrico Rege filio Matildis. p. 39
1175	21 *Hen.* 2.		Finis & concordia, quæ facta fuit apud Windeſhoveres, in Octavis ſancti Michaelis, Anno ab Incarnatione Domini 1175. inter Dominum Regem Angliæ H. filium Matildis Imperatricis, & Rodericum Regem Connactenſem, per Catholicum Archiepiſcopum Tuamenſem, & Cantordem Abbatem Sancti Brandani, & Magiſtrum Laurentium Cancellarium Regis Connactenſis. p. 41
1176	22 *Hen.* 2.	23 *Aug.*	Willielmus Rex Siciliæ Litteris ſuis confirmat quicquid Nuncii ſui juraverant de Conſummatione Matrimonii cum Henrici filia. p. 42
1176	22 *Hen.* 2.	1 *Sept.*	Compromiſſum Alfonſi Regis Caſtellæ (qui Uxorem duxerat Alienoram Henrici filiam) & Garciæ Regis Navarræ, in quo conſtituunt omnium querelarum Arbitrum Henricum Regem Angliæ. p. 43
1177	23 *Hen.* 2.		Epiſtola Petri Bleſenſis Bath. Archidiaconi, ad Henricum Regem: quâ, inter alia, adeſſe Nuncios Regum Hiſpaniæ commemorat, antiquam inter Regna controverſiam judicio ſuo ſubmiſſuros. p. 45
1177	23 *Hen.* 2.		Tenor Inſtrumenti, in quo Petitiones & Allegationes Nunciorum, nomine Regis Caſtellæ continentur. p. 46
1177	23 *Hen.* 2.		Tenor Scripti, in quo Petitiones & Allegationes Nunciorum, Regis Navarræ, continentur p. 47
			Carta Pacis & Concordiæ quæ fuit facta inter Regem Alfonſum de Caſtellâ, & Regem Sanctium de Navarrâ. p. 48
1177	23 *Hen.* 2.		Judicium ſive Arbitrium Regis Angliæ in cauſa prædicta, de differentiis ſibi compromiſſis per Reges Caſtellæ & Navarræ. p. 49
1177	23 *Hen.* 2.		Conventio facta inter Henr. Regem Angliæ & Ludovicum Regem Franciæ, per quam uterque tenetur ire in ſervitium crucis. p. 50
1178	24 *Hen.* 2.		Carta Regis Willielmi Siciliæ, quam fecit Johannæ filiæ Henrici Regis Angliæ, de dote ſuâ, quâ eam dotavit die Deſponſationis ſuæ. p. 52
1180	26 *Hen.* 2.	28 *Jun.*	Fœdus & Amicitia innovata inter H. Regem Angliæ & Philippum Regem Franc. p. 53
1181	27 *Hen.* 2.		Lucius Papa iiſdem, quibus olim Alexander, privilegiis communit Templarios. p. 54
1182	29 *Hen.* 2.		Teſtamentum illuſtriſſimi Regis Henrici ſecundi Angliæ. p. 57
	Hen. 2.	26 *Jan.*	Alexander Papa Bulla ſua confirmat Capellam de Vueleiâ Roberto Perſonæ Eccleſiæ de Chedelewirthe. p. 59
	Hen. 2.	26 *Jan.*	Alexander Papa ſuſcipit ſub protectione Beati Petri, & ſuâ priorem & Eccleſiam Sanctæ Margaretæ de Elenfordeſmer. ibid.
	Hen. 2.	28 *Jan.*	Alexand. Papa confirmat Roberto de Chedelewurd quatuor Hidas Terræ, in Chedelewurd, ei conceſſas a Monachis de Abedon. p. 60
	Hen. 2.	28 *A.*	Alexan. Papa Clericis, per Archidiaconatum Berkeſiræ conſtitutis, indulget ne Canes vel Accipitres Archidiacono exhibeant. ibid.
	Hen. 2.	29 *Aug.*	Confirmatio pacis initæ inter Fratres Militiæ Templi & Fratres Hoſpitales. p. 61

Regnante *Rich.* I.

A. D.	A. R.	Menſe	
1189	1 *R.* 1.		Litteræ Philippi Regis Franc. ad Angliæ Regem Ricardum, quibus rogat ut propoſitum ejus eundi Jeruſalem ſibi certificare vellet. p. 63
1189	1 *R.* 1.	24 *Jun.*	Ricardus Angliæ & Philippus Franciæ Reges, Iter Jeroſolimitanum aggreſſuri, de quibuſdam inter ſe Articulis conveniunt. ibid.
1189	1 *R.* 1.	5 *Dec.*	Littera Regis Ricardi de redditione Caſtrorum de Rok & de Berwick, & de reſtitutione omnium libertatum quas habuerunt Reges Scotiæ ante captionem Regis W. & de litteris reſtitutis & reſtituendis, ſi quæ fuerint inventæ; & quòd literæ inventæ, non reſtitutæ, omnino non valeant. p. 64
1189	1 *R.* 1.		Charta Ricardi Regis Angliæ, de ſtatutis illorum qui per mare ituri erant. p. 65
1190	2 *R.* 1.		Charta pacis facta inter Ricardum Regem Angliæ & Tancredum Regem Siciliæ. p. 66
1190	2 *R.* 1.		Juramenti formula, facti de pace ſupradicta Regi Siciliæ. p. 67
1190	2 *R.* 1.	11 *Nov.*	Epiſtola Ricardi Regis Angliæ ad Clementem Papam de pace, factâ inter ipſum & Tancredum Regem. p. 68
1191	2 *R.* 1.	*Mart.*	Conventio quædam inter Philippum Regem Franciæ & Ricardum Regem Angliæ, facta Meſſanæ. p. 69
1192	4 *R.* 1.	*Sept.*	Vetus de Monte per Epiſtolam ſuam Limpoldo Duci Auſtriæ purgat Ricardum Regem Angliæ de Morte Marchiſi de Monte-ferrato. p. 71
1192	4 *R.* 1.	28 *Dec.*	Henrici 6 Imperatoris Reſcriptum ad Regem Franciæ, quo ſummâ cum oſtentatione prædicat Ricardum Regem eſſe captivum. p. 70
1193	4 *R.* 1.		Aleonora, Angliæ Regina, Papæ opem miſerabiliter implorat pro liberatione Regis Anglorum Richardi filii ſui. p. 72
1193	4 *R.* 1.		Alienoræ Reginæ Littera altera ad eundem, ejuſdem quoque Argumenti. p. 74
1193	4 *R.* 1.		Altera Alienoræ Reginæ ad Cæleſtinum Papam de filio Ricardo redimendo. p. 76
1193	4 *R.* 1.		Petrus Bleſenſis Moguntinum Archiepiſcopum per veterem in Scholis olim initam amicitiam obſecrat, ut omni ope, cum aliis Imperii Principibus, nitatur vinculis eximere Regem Anglorum Ricardum, ab Auſtriæ Duce & Imperatore captum. p. 78
1193	4 *R.* 1.	19 *Apr.*	Epiſtola Ricardi Regis Angliæ ad Alienoram Reginam matrem ſuam & ad Juſtitiarios ſuos Angliæ. p. 80
1193	5 *R.* 1.	8 *Julii.*	Forma pacis inter Reges Angliæ & Franciæ. p. 81
1193	5 *R.* 1.	22 *Sept.*	Epiſtola Ricardi Regis Angliæ ad Hubertum Cantuar. Archiepiſcopum de liberatione ſuâ. p. 83

Epiſtola

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe	
1193	5 R. 1.		Epiſtola Henrici Imperatoris ad Magnates Angliæ, de liberatione Ricardi Regis Angliæ. p. 84
1193	5 R. 1.		Forma Compoſitionis inter Henricum Imperatorem & Ricardum Regem Angliæ; quâ, propter ſolutionem 100000 Marcarum Argenti, prædictus Rex liberè a Carcere dimittitur. ibid.
1194	5 R. 1.	*Januar.*	Conventiones inter Philippum Regem Franciæ & Johannem Fratrem Ricardi Regis Angliæ. p. 85
1194	6 R. 1.	17 *Apr.*	Littera Regis Ricardi I. Angliæ de feodo præſtando Regi Scotiæ, & de conductu, & pro libertatibus ei allocandis dum trahit moram in Curia Regis. p. 87
1194	6 R. 1.	6 *Jun.*	Celeſtinus Papa Veronenſi Epiſcopo imperat, quod, ſub ſacramenti vinculo, Ducem Auſtriæ obligaret omnes Regis Angliæ Obſides dimittere. p. 88
1195	7 R. 1.		Excambium factum inter Archiepiſcopum Cantuarienſem & Epiſcopum Roffenſem p. 89
1195	7 R. 1.	7 *Apr.*	Carta Confirmationis Excambii inter H. Archiepiſcopum Cantuar. & Epiſcopum Roffenſem. p. 90
1195	7 R. 1.		Conventiones pacis inter Philippum Regem Franciæ, & Ricardum Regem Angliæ. p. 91
1197	8 R. 1.	28 *Maii.*	De non ſolvendis penſionibus, & non promittendis Eccleſiis antequam vacent. p. 93
1197	9 R. 1.		Confœderatio facta inter Ricardum Regem Angliæ, & Baldewynum Comitem Flandriæ, de auxilio hinc inde contra Regem Franciæ præſtando in perpetuum inter eos & inter Hæredes eorum. p. 94
1197	9 R. 1.	30 *Sept.*	Epiſtola Ricardi Regis Angliæ ad Philippum Dunelmenſem Epiſcopum, de victoria obtenta contra Francos apud Giſortium. p. 96
1197	9 R. 1.	17 *Oct.*	Permutatio de quibuſdam Locis inter Richardum Regem Angliæ, & Walterum Archiepiſcopum Rothomagenſem. ibid.
1198	10 R. 1.		Ejuſdem Papæ Litteræ Regi Francorum; ut cum Rege Anglorum pacem ineat, & Bellum contra Saracenos gerat. p. 100
1198	10 R. 1.	31 *Jan.*	Innocentii Papæ Litteræ nobili viro filio Duci Auſtriæ; imperat ut pecuniam ablatam a patre Regi Angliæ reſtituat. p. 102
1198	10 R. 1.	30 *Maii.*	Innocentii Papæ Litteræ Magdeburgenſi Archiepiſcopo; ut Ducem Sueciæ inducat Regi Angliæ ablatam Pecuniam reſtituere. ibid.
1198	10 R. 1.	31 *Maii*	Innocentii Papæ Litteræ Regi Angliæ; hortatur eum ut pacem ſervet cum Francorum Rege; ubi de pecuniâ ſibi ablatâ reſtituendâ fit mentio. p. 98
1198	10 R. 1.		De pace reformandâ inter Ricardum Angliæ & Philippum Franciæ Reges. p. 103
1198	10 R. 1.		Innocentii Litteræ Waltero Archiepiſcopo Rothomag. ut audacter ſuâ juriſdictione utatur, & Richardi Angliæ & Philippi Franciæ minas non pertimeſcat, pontificis auxilio confiſus. ibid.
1198	10 R. 1.	29 *Jul.*	Confœderatio inter Philippum Romanorum Regem & Philippum Regem Franciæ, nominatim contra R. Regem Angliæ & Comitem Othonem Nepotem ejus. p. 107
1198	10 R. 1.	17 *Sept.*	Innocentius Papa confirmat ſtatutum Ricardi, Regis Anglorum, de libertate & immunitate Eccleſiarum, confirmatis poſt ejus Redemptionem Huberto Cantuarienſi Archiepiſcopo. p. 104
1198	10 R. 1.	20 *Nov.*	Papa Innocentius Ricardo Regi Angliæ; ut quæ ablata ſunt ab Archiepiſcopo Cantuarienſi, reſtituantur Monachis ſine ullo Regis Impedimento. p. 108
1198	10 R. 1.	19 *Dec.*	Litteræ Othonis Ducis Aquitaniæ & Comitis Pictaviæ ſuper privilegiis hominibus de Olerone conceſſis. p. 105
1198	10 R. 1.		Principes & Barones Alemanniæ ſupplicant Pontifici Romano, quod Conſecrationem Othonis in Imperatorem confirmaret. ibid.
1199	10 R. 1.	26 *Mar.*	Papa Innocentius Philippo Regi Francorum; Treugas inter ipſum & Ric. Regem Angl. initas approbat, & ut eas ſervet hortatur. p. 109
1199	10 R. 1.	30 *Mar.*	De Treugis cum Anglia firmatis. ibid.
1199	10 R. 1.	1 *Apr.*	Innocentius P. Sanctæ Mariæ in viâ latâ Diacono Cardinali Apoſtolicæ ſedis Legato; ipſius laudat *induſtriam in* concordandis P. Franc. & R. Anglor. Regibus. p. 110

Regnante *Johanne*.

A. D.	A. R.	Menſe	
1199	1 *Joh.*		Carta Reginæ Alienoræ per quam confirmat Communiæ de Olerone, libertates ſuas & conſuetudines antiquas p. 111
1199	1 *Joh.*		Littera Alienoræ Reginæ, per quam conceſſit Privilegia hominibus de Olerone. p. 111
1199	1 *Joh.*	3 *Junii.*	Littera J. Regis, per quam conceſſit hominibus de Olerone quod poſſint habere inter ſe Communiam libere & quiete. p. 112
1199	1 *Joh.*		Conventio inter Joh. Regem, & Alienoram Reginam Angliæ Matrem ejus, de Pictavia. p. 113
1199	1 *Joh.*	30 *Jun.*	Litteræ Nunciis Regis & Reginæ Caſtellæ & Toleti. ibid.
1199	1 *Joh.*	30 *Jun.*	De Nunciis Regis Portugalliæ. ibid.
1199	1 *Joh.*	30 *Jun.*	Littera ejuſdem Argumenti Ballivis Terræ ſuæ. ibid,
1199	1 *Joh.*		Fœdus & Conventio inter J. Regem Angliæ & B. Comitem Flandriæ. p. 114
1199	1 *Joh.*	14 *Aug.*	Fœdus initum inter Joh. Regem Angliæ, & Reginaldum Comitem Boloniæ. ibid.
1199	1 *Joh.*	25 *Aug.*	De 2125 Marcis ſolvendis, quas R. 1. mutuo acceperat ad negotia Regis Othonis Nepotis ſui agenda. p. 115
1200	1 *Joh.*	28 *Jan.*	Hugo Brunus Comes Marchiæ, & Radulphus Comes Augi deveniunt Ligii homines Joh. Regis Angliæ. p. 116
1200	1 *Joh.*	28 *Jan.*	Johannes Rex Angl. prædictos Comites pro Ligijs ſuis agnovit. ibid.
1200	1 *Joh.*		Americus Vicecomes Toarcenſis recognovit ſe eſſe Ligium hominem Joh. Regis Angliæ. p. 117
1200	2 *Joh.*	*Maii.*	Forma pacis factæ apud Guleton inter Joh. Angl. & Phil. Franciæ Reges. ibid.
1200	2 *Joh.*	30 *Jun.*	Innocentius Papa imperat Prælatis Anglicanis, quod ſine pecuniâ, quam petunt, numeratâ, excommunicatos abſolvant. p. 119
1200	2 *Joh.*	3 *Aug.*	De idoneis ad Eccleſiaſtica beneficia præſentandis; Innocent. Papa indulget Eccleſiaſticis, quod quos volunt præſentare poſſint idoneos. p. 120
1200	2 *Joh.*	3 *Aug.*	Ejuſmodi Indulgentia Prælatis conceſſa. ibid.
1200	2 *Joh.*	22 *Oct.*	Salvus Conductus pro Griffino Filio Reſi. ibid.
1200	2 *Joh.*	30 *Oct.*	Salvus Conductus pro Rege Scotiæ. p. 121
1200	2 *Joh.*		Littera Vicecomitis Thoarcenſis, de Alienorâ Matre Regis ægrotante ibid.
1200	2 *Joh.*		Alienora Regina, ægrotans apud Fontem Ebraudi, ſcribit Filio ſuo Johanni Regi de ſervitio dicti Vicecomitis. p. 122
1201	3 *Joh.*	4 *Jan.*	Favore ſuo proſequitur Papa Innocentius Priorem & Canonicos Sanctæ Trinitatis London. p. 122
1201	3 *Joh.*	11 *Maii.*	De Superbiâ Regis Franciæ, & Pace violata. p. 123
1201	3 *Joh.*	11 *Jul.*	Forma pacis cum Leulino ap Jorweth Principe Walliæ. ibid.
1201	3 *Joh.*	2 *Aug.*	Conventio inter Johannem Regem & Berengariam, quondam Reginam Angliæ Ric. Uxorem, de Dote ſuâ. p. 124
1201	3 *Joh.*	26 *Sept.*	Johannes Rex dedit Comiti de Engoliſm. Andream de Monteforti. p. 125
1201	3 *Joh.*	26 *Sept.*	De conventione cum Comite Engoliſm. ibid.

Charta

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe	
1201	3 *Joh.*	14 *Oct.*	Charta Jochelli Meduanenſis de ſervitio & fidelitate ſuâ. p. 125
1201	3 *Joh.*		Ejuſmodi Charta Guidonis de Caſteillan p. 126
1201	3 *Joh.*	14 *Oct.*	Carta Sancii Regis Navarræ (Berengariæ Fratris) de fœdere cum Rege Angliæ contra omnes, excepto Miramomalin Moroccorum Rege. ibid.
1201	3 *Joh.*		De Confœderatione cum Navarræ Rege obſervandâ. p. 127
1202	3 *Joh.*	30 *Jan.*	De Teſtamento Conſtantiæ quondam Comitiſſæ Britanniæ obſervando. ibid.
1202	3 *Joh.*	4 *Febr.*	Confœderatio facta inter Sancium Navarræ Regem, & Johannem Regem Angliæ. ibid.
1202	3 *Joh.*	18 *Febr.*	De ſalvo Conductu, Nuncio Conſtantiæ Infantis ſororis Regis Navarræ conceſſo. p. 128
1202	3 *Joh.*	27 *Mar.*	Arthurus Dux Britanniæ ſummonitus homagium præſtare Johanni Regi. ibid.
1202	3 *Joh.*	27 *Mar.*	Quod Andreas Clericus Ludovici, Nepotis Regis, in pace teneat Redditus ſuos de Deppa. p. 129
1201	4 *Joh.*	7 *Maii.*	Quod Milites Flandriæ, Hanoniæ & Brabantiæ venient in ſervitium Regis. ibid.
1202	4 *Joh.*	6 *Julii.*	Rex Joh. Subventionem contra Francorum Regem fædifragum ab Abbatibus Ciſtercienſis Ordinis per Eboracenſem Provinciam rogat. ibid.
1201	4 *Joh.*	8 *Sept.*	Rex Johannes ſubſidium rogat a Clero, quo melius Othoni in Imperatorem ſublimando ſubveniet. p. 130
1202	4 *Joh.*	2 *Nov.*	Treuga inter Regem Angliæ & Vicecomitem de Thoarcio. p. 131
1202	4 *Joh.*	6 *Nov.*	Johannes Rex Angliæ in gratiam & ſervitium ſuum recipit Vicecomitem de Bello-Monte. ibid.
1202	4 *Joh.*	11 *Dec.*	Rex Johannes petit ſubventionem ab Univerſis Abbatibus Ciſtercienſis Ordinis per Angliam contra Regem Franciæ Fœdifragum. p. 132
1202	4 *Joh.*	26 *Dec.*	De Treuga inter Philippum Regem Franciæ & Johannem Regem Angliæ ineunda. ibid.
1203	5 *Joh.*	11 *Apr.*	Litteræ Regis Angliæ Civibus Coloniæ de promotione Othonis Nepotis ſui. p. 133
1203	5 *Joh.*		Romanorum Rex Otho Regem Angliæ conſulit de Treugis cum Sueviæ Duce ineundis ibid
1203	5 *Joh.*	5 *Maii.*	Carta facta Reginæ Iſabellæ de Dote ſuâ. p. 134
1204	5 *Joh.*	10 *Jan.*	De Epiſcopatu Carleolenſi, ad inſtantiam Papæ, Archiepiſcopo Raguſinenſi conceſſo. p. 135
1204	5 *Joh.*	10 *Febr.*	Litteræ Regis univerſo Hyberniæ Clero, de ſubſidio ſibi concedendo contra Regem Franciæ. p. 136
1204	6 *Joh.*		Litteræ quas miſit Rex Angliæ Obſeſſis ſuis in Caſtro Andeliaci. ibid.
1204	6 *Joh.*	31 *Maii.*	Innocentius Papa prædicatoribus, cum Rege transfretantibus, equitandi facultatem concedit. p. 137
1204	6 *Joh.*	14 *Nov.*	Rex Angliæ Papæ ſupplicat ne, ante peractum quinquennium, Galfridus filius Petri peregrinetur. ibid.
1205	6 *Joh.*	8 *Febr.*	Rex in protectionem ſuam ſuſcipit R. Regem Manniæ. ibid.
1205	6 *Joh.*	28 *Febr.*	Littera Regis per quam liberavit Burgenſes de Olerone de omnibus Tallagiis, *&c.* p. 138
1205	7 *Joh.*	8 *Maii.*	Johannes Rex quoſdam Anglicanos Epiſcopos rogat quod, ad exemplum aliorum Epiſcoporum, Litteras Papæ ſcriptas, ſignare vellent. ibid.
1205	7 *Joh.*		De quatuor Annulis per Innocentium Papam Johanni Regi miſſis. p. 139
1205	7 *Joh.*	27 *Sept.*	Rex ad Petitionem Othonis Imperatoris, pardonavit Hugoni de Burnaco. ibid.
1206	7 *Joh.*	3 *Febr.*	De ſalvo Conductu pro Reginaldo Rege Inſularum. p. 140
1206	7 *Joh.*	25 *Mar.*	De Donatione Othonis Imperatoris, cum eſſet Comes Pictaviæ, Monachis de Charron. ibid.
1206	7 *Joh.*	27 *Mar.*	De ſalvo Conductu conceſſo Berengariæ Reginæ. ibid.
1206	8 *Joh.*		De ſalvo Conductu pro Aleanora Regina Caſtellæ. p. 141
1206	8 *Joh.*	26 *Oct.*	Charta Treugæ inter Philippum Regem Franciæ, & Johannem Regem Angliæ. ibid.
1207	9 *Joh.*	7 *Aug.*	De Confœderatione inter Johannem Regem Angliæ, & A. Regem Legion. facienda. p. 142
1207	9 *Joh.*		De causâ R. Beren. Romæ agendâ. ibid.
1207	9 *Joh.*		Reſcriptum J. Papæ ad Litteras Comminatorias Regis Angl. p. 143
1207	9 *Joh.*		Litteræ Adelheidis Comitiſſæ de Hollandia, Johanni Regi Angliæ miſſæ de Maritagio filiæ ſuæ cum Comite de Los, & de Liberatione dictæ filiæ. p. 144
			Litteræ Teſtimonales ejuſdem Maritagii. p. 145
1207	9 *Joh.*		Conventio Comitis de Los de ſervitio Regi Johanni & nepoti ſuo Regi Romanorum præſtando. ibid.
1207	9 *Joh.*		De fidejuſſione Walteri Birtan pro Comite de Los. p. 146
1207	9 *Joh.*		De Redemptione Amph. Till pro 10000 Marc. ibid.
1207	9 *Joh.*	*Sept.*	Litteræ Innoc. Papæ Bar. Angliæ quod Regem inducant ne ſaniora conſilia ſpernat. p. 147
1208	9 *Joh.*	6 *Mar.*	De ſalvo Conductu pro Nuncio Imperatoris Conſtantinopolitani. p. 148
1208	9 *Joh.*	8 *Mar.*	Salvus Conductus pro Cancellario Regis Caſtellæ. p. 149
1208	10 *Joh.*	27 *Maii.*	Alienora Duciſſa Britanniæ & Comitiſſa Richemundiæ Oratores ſuos ad Johannem Regem delegat. ibid.
1208	10 *Joh.*	29 *Maii.*	Salvus Conductus pro prædictis Oratoribus. ibid.
1208	10 *Joh.*	31 *Maii.*	Indulgentia Papalis omnibus, qui annuatim ad Sancti Edwardi Eccleſiam Weſtmon. acceſſerent. p. 150
1208	10 *Joh.*	20 *Jun.*	Littera Credentiæ miſſa Hiberniæ Regibus & Magnatibus. ibid.
1208	10 *Joh.*		Conventio facta inter Johannem Regem Angliæ & Wennuen. filium Hoeni de Keneliac de Liberatione ejuſdem Wennuen. ibid.
1208	10 *Joh.*	26 *Dec.*	De Remiſſione Leulino Walliæ Principi, qui Joannam Regis filiam Notham duxerat in Uxorem. p. 151
1209	10 *Joh.*	1 *Febr.*	De bonorum reſtitutione Reginæ Berengariæ facienda. p. 152
1209	10 *Joh.*	24 *Mar.*	Litteræ Johannis Regis Angliæ certis per Germaniam Magnatibus miſſæ, de Othone Rege & Nepote ſuo. p. 153
1209	10 *Joh.*	24 *Mar.*	De feodo 1000 Marcar. ſoluto H. Duci Saxon. p. 154
1209	10 *Joh.*	24 *Mar.*	Johannes Rex ſub protectione ſuâ ſuſcipit Conradum de Wilra, Seneſcallum Othonis Imperatoris. ibid.
1209	11 *Joh.*	7 *Aug.*	De quindecim millibus Marcarum, ſolvendis Regi Angliæ per Regem Scotiæ. p. 155
1211	13 *Joh.*	19 *Oct.*	Litteræ Innocentii Papæ de intendendo ad ſuccurſum Terræ Sanctæ. ibid.
1212	14 *Joh.*		De Nunciis hinc inde inter Regem & Othonem Imperatorem. p. 156
1212	14 *Joh.*		De Homagio per Reginaldum Comitem Boloniæ Johanni Regi Angliæ faciendo. ibid.
1212	14 *Joh.*	4 *Apr.*	Litteræ Vicecomiti de Thuwarc. de Othone Imperatore, de ſervitio Comitis Boloniæ, *&c.* ibid.
1212	14 *Joh.*	4 *Maii.*	De fœdere inter Johannem Regem Angliæ & Ferandum Comitem Flandriæ componendo p. 157
1212	14 *Joh.*	4 *Maii.*	De præſtito Comitiſſæ Flandriæ faciendo. ibid.
1212	14 *Joh.*	4 *Maii.*	Pro Comite Boloniæ, de pace aut treugâ cum Rege Franciæ. p. 158
1212	14 *Joh.*	16 *Maii.*	Reginaldus Rex Inſularum devenit Homo ligius Reg. Joh. p. 159
1212	14 *Joh.*	23 *Maii.*	De Litteris Othonis Imperatoris & proſpero ſtatu. ibid.
1212	14 *Joh.*	24 *Maii.*	Litteræ Duci Lemburg. de ſervitio & homagio. ibid.
1212	14 *Joh.*	24 *Maii.*	Quod Walamus filius Ducis Lemburg. in Angliam cum 9 Militibus veniat. p. 160
1212	14 *Joh.*	24 *Maii*	Ejuſmodi Litteræ T. Comiti de Bar. ibid.
1212	14 *Joh.*		Litteræ Johannis Regis Henrico filio Comitis de Bar. quibus promittit ſe prædictum Henricum in ſervitium & fidem ſuam recipere. ibid.
1212	14 *Joh.*		Johannes Rex Angliæ gratias refert Lovaniæ Duci quod Imperatoris partes ſuſtinet. ibid.
1212	14 *Joh.*		Alia Littera Duci Lovaniæ. p. 161
1212	14 *Joh.*		Litteræ Seneſcallo Lovaniæ. ibid.
1212	14 *Joh.*	24 *Maii.*	De his qui a partibus tranſmarinis veniunt in ſervitium Regis in Angliam. ibid.
1212	14 *Joh.*		Litteræ Joh. Regis Comiti Flandriæ Miſſæ, quibus narret ſe prædictum Comitem apud Doveriam convenire. ibid.
1212	14 *Joh.*		Littera qua ordine narratur quam male ſe geſſerat Willielmus de Breoſa p. 162
1212	14 *Joh.*	2 *Nov.*	Littera Vicecomiti Toarcii. p. 164
1213	14 *Joh.*	28 *Jan.*	Litteræ Johannis Regis Angliæ Othoni Imperatori

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe	
			tori de pecunia ſolvenda. p. 164
1213	14 *Joh.*		Innocentius tertius de negotio Archiepiſcopi Cantuarienſis. p. 165
1213	14 *Joh.*		Pacis & reconciliationis Leges. p. 166
1213	14 *Joh.*		Inſtructiones Legato traditæ. p. 167
1213	14 *Joh.*	1 *Mar.*	Innocentius Papa iniqua pacta denunciat irrita. p. 168
1213	14 *Joh.*		Eiſdem ſuper eodem. ibid.
1213	14 *Joh.*		Eiſdem adhuc ſuper eodem. ibid.
1213	14 *Joh.*	29 *Mar.*	Conventio Willielmi Comitis Holland. de homagio & ſervitio ſuo, pro feodo 400 Marc. per annum. ibid.
1213	14 *Joh.*	29 *Mar.*	Publicatio Conventionis prædictæ per Regem Angliæ. p. 169
1213	15 *Joh.*	13 *Maii.*	Forma pacis inter Regem & Sacerdotium. p. 170
1213	15 *Joh.*	24 *Maii.*	De Pace Archiepiſcopo Cantuarienſi per Johannem Regem conceſſâ, necnon libertate ſecurè in Angliam una cum ſuis veniendi. p. 171
1213	15 *Joh.*		De ſecuritate per Regem datâ pro prædicta pace obſervanda. p. 172
1213	15 *Joh.*	25 *Maii.*	Litteræ Ferando Comiti Flandriæ, de Credentia. ibid.
1213	15 *Joh.*		Littera per Johannem Regem Angliæ Petro Regi Aragon. p. 173
1213	15 *Joh.*	13 *Jun.*	Quod interdictum contra Perſonas Eccleſiaſticas per Regem factum, ut iniquum revocetur. ibid.
1213	15 *Joh.*	27 *Jun.*	Littera de Credentia Comiti Flandriæ. ibid.
1213	15 *Joh.*	27 *Jun.*	De pecuniâ, in cuſtodiâ Magiſtri Militiæ Templi poſitâ, quibuſdam ad mandatum Regis tradendâ. ibid.
1213	15 *Joh.*	5 *Julii.*	De pace inter Angliæ & Franciæ Reges reformanda. p. 174
1213	15 *Joh.*	6 *Jul.*	Litteræ Innocentii Papæ Baron. Angl. de Legato in Angliam miſſo. ibid.
1213	15 *Joh.*	8 *Jul.*	De obſidibus Regis Scotiæ veniendis ad Regem. ibid.
1213	15 *Joh.*	25 *Jul.*	Littera Othoni Imperatori, de Credentia. ibid.
1213	15 *Joh.*	17 *Aug.*	Littera Johannis Regis Angliæ Comiti Tholouſ. p. 175
1213	15 *Joh.*	17 *Aug.*	Litteræ Johannis Regis Comiti Guidoni de Alvernia miſſæ, quibus, quam citius poterit, ei auxilium & ſuccurſum promittit. ibid.
1213	15 *Joh.*	22 *Aug.*	De reconciliatione cum Savarico de Malo Leone. ibid.
1213	15 *Joh.*	21 *Aug.*	Litteræ Ferando Comiti Flandriæ. p. 176
1213	15 *Joh.*	3 *Oct.*	Reſignatio Johannis Regis facta Innocentio Papæ. ibid.
1213	15 *Joh.*	22 *Oct.*	Ne quis pace abutatur ad gravamen Regis, p. 177
1213	15 *Joh.*	22 *Oct.*	Litteræ Innocentii Papæ miſſæ Johanni Regi Angliæ, de ſubmiſſione vel reſignatione ſua. p. 179
1213	15 *Joh.*	22 *Oct.*	De Litteris contra Regem comburendis. ibid.
			Irritæ conjurationes redduntur. p. 180
1213	15 *Joh.*	28 *Oct.*	De fidelitate Regi præſtandâ. p. 178
1213	15 *Joh.*	28 *Oct.*	Bulla quod Prælati, nobiles, & populus Hibernicus perſeverent in fidelitate Regis Angliæ & Hæredum ſuorum. p. 179
1213	15 *Joh.*	28 *Dec.*	Mandata Regia quod naves promptæ & parata ſint ire in ſervitium Regis. p. 180
1214	15 *Joh.*	28 *Jan.*	Littera Innocentii Papæ, de denariis Petri in Angliâ. p. 182
1214	15 *Joh.*	1 *Febr.*	Joh. Rex transfretaturus Cuſtodiam Regni Papæ, & ejuſdem Pacem Epiſcopo de Winton. mandat. p. 181
1214	15 *Joh.*	1 *Febr.*	P. Epiſcopus Wintonienſis conſtituitur Juſticiarius Angliæ. ibid.
1214	15 *Joh.*	8 *Mar.*	Litteræ Regiæ Comiti Mareſcallo de progreſſu ſuo in Pictavia, & de forma interdicti relaxandi in Angliam Epiſcopo Wintonienſi miſſa. ibid.
1214	16 *Joh.*	8 *Mar.*	Litteræ Regiæ ejuſdem cum prædictis formæ, & de præſtito faciendo. p. 182
1214	16 *Joh.*	15 *Apr.*	Quod Rex vel Capella ſua interdici vel excommunicari non poſſit, ſine mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. p. 183
1214	16 *Joh.*	22 *Apr.*	De treugâ cum Rege Franciæ ineundâ. ibid.
1214	16 *Joh.*	26 *Apr.*	Litteræ Credentiales nuncupatæ Philippo Regi Franciæ. p. 184
1214	16 *Joh.*	28 *Apr.*	De obſidibus Regis Scotiæ. ibid.
1214	16 *Joh.*	2 *Maii.*	Salvus Conductus pro Oratore Regis Franciæ. ibid.
1214	16 *Joh.*		W. Maucleri Littera Regi de negotio Baronum, ibid.
1214	16 *Joh.*	16 *Maii.*	De treugis inter Regem & Barones ſuos. p. 185
1214	16 *Joh.*		Litteræ Roberti de Corcun. Apoſtol. ſedis Legati, Johanni Regi Angliæ miſſæ, de Concilio convocando apud Burdegariam. p. 186
1214	16 *Joh.*		Statuta in Concilio apud Burdegaliam ordinata. ibid.
1214	16 *Joh.*	17 *Jun.*	De ſolutione 12000 Marcarum ſingulis annis per Regem facienda, donec reſtitutio facta fuerit Archiepiſcopo, &c. p. 187
1214	16 *Joh.*	17 *Jun.*	Willielmus Comes de Ferrariis ſe conſtituit unum fidejuſſorum pro Rege, propter ſolutionem 12000 Marc. ſingulis annis quibuſdam Epiſcopis poſt relaxationem interdicti. p. 188
1214	16 *Joh.*	26 *Jun.*	Notificatio Legati Romani, quod Joh. Rex Angl. ſtaret mandato Papæ de Caſtris in Agenn. & Caturcen. ibid.
1214	16 *Joh.*	15 *Jul.*	Litteræ Regis Baronibus quod in Pictaviam, in auxilium ſuum venirent. ibid.
1214	16 *Joh.*		Litteræ Juſticiariis Angl. de ſucceſſibus ſuis in Pictavia. p. 189
1214	16 *Joh.*	23 *Aug.*	Johannes Rex in protectione ſuam ſuſcipit Kathel Regem Connoch. in Hybernia. ibid.
1214	16 *Joh.*	31 *Aug.*	De treugis per 15 dies Franciæ Regi conceſſis. p. 190
1214	16 *Joh.*		De colloquio inter Reges Angliæ & Franciæ habendo. ibid.
1214	16 *Joh.*	31 *Aug.*	De Comite Nevers. ibid.
1214	16 *Joh.*	6 *Sept.*	De Conventione facta inter Dominum Regem & Comitiſſam Engoliſm. ibid.
1214	16 *Joh.*	6 *Sept.*	De excambio faciendo inter Will. Comitem Sarreſberien. in Francia captivum, & Robertum Filium Roberti Comitis de Driwes, carcere detentum a Rege Angliæ. p. 191
1214	16 *Joh.*	16 *Sept.*	Quod Joh. Rex ratas habebit Treugas, cum Rege Franciæ capiendas. ibid.
1214	16 *Joh.*	*Sept.*	Charta Philippi Regis, de treugis cum Johanne Rege Angliæ factis. p. 192
1214	16 *Joh.*		Conventio facta inter Johannem Regem Angliæ, & H. Comitem Marchiæ & alios; per quam prædictus Rex tenetur tradere Johannam filiam ſuam Galfrido filio dicti Comitis in uxorem. p. 193
1214	16 *Joh.*	1 *Nov.*	Litteræ Regis ſorori ſuæ Reginæ Berengariæ. p. 194
1214	16 *Joh.*	5 *Nov.*	Ne propter diſcordiam, jam tandem inter Regem & Barones ſopitam, dictus Rex aliquid incommodi patiatur. p. 195
1214	16 *Joh.*	20 *Nov.*	De Hæreticis in Vaſconia extirpandis. ibid.
1214	16 *Joh.*	18 *Dec.*	Quod obſides Lewlini, ad petitionem uxoris ſuæ, filiæ Nothæ Regis, reddantur Nuncio ſuo. ibid.
1215	16 *Joh.*	2 *Mar.*	Littera Regis Lewelino Principi Walliæ. p. 196
1215	16 *Joh.*	19 *Mar.*	Littera Innocentii Papæ Cantuarienſi Archiepiſcopo, & cæteris Angl. Epiſcopis; de reformanda inter Regem & Barones diſcordia, necnon de caſſando quaſcunque conjurationes & conſpirationes. ibid.
1215	16 *Joh.*	19 *Mar.*	Alia Magnatibus Angliæ ad eundem effectum. p. 197
1215	16 *Joh.*	30 *Mar.*	De electione libera univerſis & ſingulis Eccleſiis conceſſa. ibid.
1215	17 *Joh.*	1 *Apr.*	Quod Magnates Angliæ ſolitum ab antiquo ſcutagium redderent Johanni Regi. p. 199
1215	17 *Joh.*	28 *Apr.*	De damnis, contra Treugas cum Francia illatis utrinque emendandis. ibid.
1215	17 *Joh.*	28 *Apr.*	Johannes Rex Angliæ petit jacturam 500000 Marcar. emendari per Regem Franciæ. ibid.
1215	17 *Joh.*	29 *Maii.*	Litteræ Johannis Regis Papæ Innocentio, quibus quæ ſit Baronum contumacia narrat, necnon quod, propter hanc cauſam, iter in Terram ſanctam ſuſcipere nequit. p. 200
1215	17 *Joh.*		Conventio facta inter Johannem Regem Angliæ & Barones ejuſdem Regni. p. 201
1215	17 *Joh.*	18 *Jun.*	Litteræ Johannis Regis Stephano Harengod, de pace facta inter ipſum & Barones ſuos. p. 202
1215	17 *Joh.*		Johannes Rex Angliæ Nuncios ſuos Papæ mittit, opem & præſidium ejus petituros. ibid.
1215	17 *Joh.*	7 *Jul.*	Alexander Rex Scotiæ Oratores ſuos mittit Johanni Regi Angl. p. 203
1215	17 *Joh.*	21 *Jul.*	Littera Philippo Regi Franciæ. ibid.
1215	17 *Joh.*	23 *Aug.*	De compoſitione inter Regem & Barones per Innocentium Papam damnata. ibid.
1215	17 *Joh.*	24 *Aug.*	Litteræ Papæ, Baronibus Angliæ, quibus hortatur eos renunciare compoſitioni inter ipſos & Johannem Regem factæ. p. 205
1215	17 *Joh.*		De ſervitio Gileberti filii Reymfr. p. 206
1215	17 *Joh.*		De ſervitio Johannis Ceſtriæ Conſtabularii. ibid.
1215	17 *Joh.*	13 *Sept.*	Litteræ Philippo Regi Franciæ de Credentia. p. 207

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe		
1215	17 Joh.		Littera Lodovico filio Regis Franciæ.	p. 207
1215	17 Joh.	13 Sept.	Litteræ Regis Papæ miſſæ quibus queritur quod Barones, ante ſubjectionem Regni ei factam devoti, jam tandem in ipſum violenter inſurgunt.	ibid.
1215	17 Joh.		Excommunicatio generalis Baronum Angliæ.	p. 208
1215	17 Joh.	7 Sept.	Conventio olim facta, nunc renovata de dote ſolvendâ Berengariæ quondam Angliæ Reginæ.	ibid.
1215	17 Joh.		De confirm. prædictæ Conventionis per Innocentium Papam.	p. 209
1215	17 Joh.	14 Sept.	Litteræ Johannis Regis Angliæ, Innocentio Papæ miſſæ, de confirmatione Conventionis, inter dictum Regem & Berengariam Reginam habitæ.	p. 210
1215	17 Joh.		Johannes Rex Angliæ Procuratores ſuos in Curia Romana conſtituit.	p. 211
1215	17 Joh.	16 Dec.	Excommunicatio ſpecialis in Barones Angliæ.	ibid.
1216	18 Joh.		De Comite Loſſenſi ad fidem Othonis Imperatoris revocando.	p. 212
1216	18 Joh.		De Comite Loſſenſi ut ſupra.	p. 213
1216	18 Joh.	8 Jun.	Littera Berengariæ de ſolutione pecuniæ reſpectuanda.	ibid.
1216	18 Joh.	8 Aug.	De impetrandâ abſolutione a Gaulone, pro Waltero de Bello Campo.	ibid.
1216	18 Joh.	19 Aug.	Pro Johanne Mareſcallo, quod non ponat ſe in Caſtro Wigorn. ſi obſideretur a Ludovico.	p. 214
1216	18 Joh.		Pro adhærentibus ſibi, non obſtante juramento Lod. Regis Franciæ filio præſtito.	ibid.

Regnante *H.* 3.

A. D.	A. R.	Menſe		
1216	1 Hen. 3.		Littera Henrici Regis de morte Patris, & Coronatione ſua.	p. 215
1216	1 Hen. 3.		Epiſtola hortatoria per Henr. Reg. quod omnes homines de Pictaviâ in fidelitate ſua perſeverarent.	p. 216
1216	1 Hen. 3.		De abſolutione eorum, qui ad fidem Regis revertunt.	ibid.
1217	1 Hen. 3.	28 Mar.	De cuſtodia Vaſconiæ & Pictaviæ Archiepiſcopo Burdegalenſ. commiſſa.	ibid.
1217	1 Hen. 3.		Mandatum Regium Reginaldo de Pontibus miſſum, quod prædictam terram dicto Archiepiſcopo liberaret.	p. 217
1217	1 Hen. 3.	16 Apr.	De Treuga cum Comite Warennæ.	ibid.
1217	1 Hen. 3.		De liberando Willielmum de Lancaſter ad inſtantiam Comitis Ceſtriæ.	ibid.
1217	1 Hen. 3.	16 Apr.	Quod Archiepiſcopus Dublinenſis redeat in Hyberniam.	p. 218
1217	1 Hen. 3.	26 Apr.	Contra Canonicos Carleolenſes, Regi Scotiæ adhærentes.	ibid.
1217	1 Hen. 3.	12 Jun.	De ſalvo Conductu pro Oratoribus Ludovici	p. 219
			De treugis cum Ludovico emendandis	ibid.
1217	1 Hen. 3.	13 Jul.	Bulla Honorii Papæ de ordinando circa Canonicos Carleolenſes.	ibid.
1217	1 Hen. 3.	24 Jul.	Litteræ per Henr. Regem miſſæ Baronibus Pictaviæ, quod matrem ſuam honorificè excipiant.	p. 220
1217	1 Hen. 3.	11 Sept.	Forma pacis inter Henricum Regem Angliæ, & Lodovicum primogenitum filium Philippi Regis Franciæ.	p. 221
1217	1 Hen. 3.	14 Sept.	De pace & ſalvo conductu Domini Ludovici.	p. 222
1217	1 Hen. 3.	19 Sept.	De non moleſtando gentem Domini Lodovici.	ibid.
1217	1 Hen. 3.	10 Oct.	De fœdere cum Haquino Rege Norwegiæ ineundo.	p. 223
1217	1 Hen. 3.	10 Oct.	De conductu pro quibuſdam venientibus ad fidem Regis.	ibid.
1217	1 Hen. 3.	11 Oct.	De Oſberto filio Nigelli liberando.	ibid.
1217	2 Hen. 3.	3 Nov.	Pro Alexandro Rege Scotorum.	p. 224
1217	2 Hen. 3.	7 Nov.	De Conductu Regis Scotiæ.	ibid.
1217	2 Hen. 3.	18 Nov.	De Conductu pro Lewelino Principe Walliæ.	ibid.
1218	2 Hen. 3.	16 Jan.	Pro Rege Inſularum.	ibid.
1218	2 Hen. 3.	12 Febr.	De homagio Lewelini Principis.	p. 225
1218	2 Hen. 3.		De nonnullis promiſſis Regi factis per Principem Norwalliæ.	ibid.
1218	2 Hen. 3.		Cuſtodia terrarum, quas quondam Wenhunwen. in Wallia poſſidebat, mandatur Curæ Lewelini Principis Norwalliæ.	p. 226
1218	2 Hen. 3.	15 Mar.	De Conductu Magnatum Walliæ ad fidelitatem faciendam.	ibid.
1218	2 Hen. 3.	6 Maii.	Petrus Comes Britanniæ quibuſdam terris renunciavit.	ibid.
1218	2 Hen. 3.	25 Maii.	De Walenſibus in ſervitium Regis veniendis.	p. 227
1218	2 Hen. 3.	9 Oct.	Pro Lewelino Principe Walliæ.	ibid.
1218	3 Hen. 3.	21 Nov.	Collatio Libertatum Regis Scotiæ per Honorium Papam.	ibid.
1219	3 Hen. 3.	26 Jan.	De judicio ignis & aquæ.	p. 228
1219	3 Hen. 3.	21 Jul.	De controverſiis cum Alexandro Rege Scotiæ.	ibid.
1219	3 Hen. 3.	24 Jul.	Littera Legato Apoſtolicæ ſedis, ſuper cruce ſignatis.	p. 229
1219	3 Hen. 3.		Littera Papæ miſſa; de ſtatu Regis, & perfidia Epiſcopi Elienſis in Franciam fugientis.	ibid.
1219	3 Hen. 3.	24 Jul.	Littera Majori & Communi Conſilio Burdegaliæ.	p. 230
1219	3 Hen. 3.	24 Jul.	Littera Willielmo Mayngo, quod auxilium impendat Hugoni de Lezinnan.	p. 231
1219	3 Hen. 3.	24 Jul.	Litteræ Comiti Marchiæ, de gratiarum actione.	ibid.
1219	3 Hen. 3.	24 Jul.	Littera Franciæ Regi, de treuga inter ipſos renovandâ.	p. 232
1219	3 Hen. 3.	2 Sept.	De Conductu pro Nunciis Franciæ Regis.	p. 233
1219	3 Hen. 3.		De Caſtro de Merpiis unà cum Obſidibus Regi Angliæ tradendis.	ibid.
1219	3 Hen. 3.	21 Sept.	Reginaldus Rex Manniæ devenit Vaſſalus Papæ.	p. 234
1219	3 Hen. 3.	24 Sept.	De Conductu pro Reginaldo Rege de Man.	ibid.
			Pro Rege de Mannia.	ibid.
1219	4 Hen. 3.	2 Nov.	De Conventionibus inter Angl. & Scotiæ Reges confirmandis vel infirmandis.	p. 235
1219	4 Hen. 3.		Littera Pandulphi certificatoria de negotio cum Rege Scotiæ.	ibid.
1219	4 Hen. 3.		Ejuſdem alia Littera de re eadem Epiſcopo Winton.	ibid.
1220	4 Hen. 3.	2 Jan.	De forma treugæ Regi Franciæ mittenda.	p. 236
1220	4 Hen. 3.	25 Jan.	Pandulphi Littera Huberto de Burgo; quod Philippus de Huletot indiſcrete uſus eſt conſilio.	ibid.
1220	4 Hen. 3.	30 Jan.	Littera Pandulphi Huberto Juſticiario Angliæ; de itinere ſuo verſus Walliam.	p. 237
1220	4 Hen. 3.		Rex Henricus ad Regem Franciæ de treuga proroganda.	ibid.
1220	4 Hen. 3.		Ejuſdem Litteræ Petro de Collomedia de eodem negotio.	ibid.
1220	4 Hen. 3.	7 Mar.	De prorogatione treugarum cum Franciâ.	p. 238
1220	4 Hen. 3.	Mart.	De treugâ captâ inter Reges Angliæ & Franciæ, per Comitem Warenniæ juratâ.	ibid.
1220	4 Hen. 3.	10 Mar.	Littera Regis Comiti Marchiæ.	ibid.
1220	4 Hen. 3.	1 Maii.	De ſalvo Conductu pro Principe Walliæ.	p. 239
1220	4 Hen. 3.	5 Maii.	David, filius Principis Walliæ, ſub protectione Regis ſuſcipitur.	ibid.
1220	4 Hen. 3.	7 Maii.	De Coronatione & Regali Domini Regis.	p. 240
1220	4 Hen. 3.	28 Maii	Quod in Anglia nemo plura quàm duo Caſtra in Cuſtodiâ ſuâ habeat.	ibid.
1220	4 Hen. 3.	15 Jun	De Sorore Regis Alexandro Scotiæ Regi tradenda in uxorem.	ibid.
1220	4 Hen. 3.	15 Jun.	De Maritagio Alexandri Scotiæ Regis, cum ſorore Regis Angl.	p. 241
1220	4 Hen. 3.	20 Jun.	Littera Papæ de compellendo Comitem Marchiæ, quod reſtituat Johannam ſororem Regis.	ibid.

Littera

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe	
1220	4 *Hen.* 3.	20 *Jan.*	Littera univerſis Cardinalibus, de Johannâ ſorore reſtituendâ. p. 242
1220	4 *Hen.* 3.	*Julii*	Pro Regina Berengaria de penſione ſuâ continuandâ. ibid.
1220	4 *Hen.* 3.	13 *Aug.*	Pro Rege Scotiæ. p. 244
1220	4 *Hen.* 3.	*Aug.*	Conventio inter Regem, & Gaufridum de Mariſco Juſticiarium Hiberniæ. ibid.
1220	4 *Hen.* 3.	25 *Aug.*	De torneamentis per legatum Papæ inhibendis. p. 245
1220	4 *Hen.* 3.		Petri Winton. Epiſcopi Littera Pandulpho Norwic. Electo, ſuper negotio Pictavén. & de Torneatoribus excludendis. ibid.
1220	4 *Hen.* 3.	3 *Sept.*	De Comitatu Cornubiæ, tanquam jure ſuo, petito per A. filium A. Vicecomitis quondam Lemovicenſis. p. 246
1220	4 *Hen.* 3.		De cuſtodia Vaſconiæ Philippo de Uletot commiſſa. ibid.
1220	4 *Hen.* 3.		Mandatum Regis ſuper negotio prædicto. p. 247
1220	4 *Hen.* 3.		Eidem Commiſſa eſt cuſtodia totius Pictaviæ & Vaſconiæ. ibid.
1220	4 *Hen.* 3.		Hominibus Pictav. de re eadem. ibid.
1220	4 *Hen.* 3.	16 *Sept.*	Comiti Marchiæ & Ingoliſmi, de ſorore Regis liberanda. p. 248
1220	4 *Hen.* 3.		De Archiepiſcopo Burdegaliæ eligendo. ibid.
1220	4 *Hen.* 3.	5 *Oct.*	De Lewelino Principe Norwalliæ, quod injuſte Regem ſuorum facinorum auctorem vocaverit. ibid.
1220	4 *Hen.* 3.	5 *Oct.*	Littera Lewelino Principi Walliæ; de damnis & injuriis illatis Comiti Willielmo Mareſcallo & Baronibus Marchiæ reparandis. p. 249
1220	4 *Hen.* 3.		Conventus Sancti Patricii de Duno Manſiticulam petunt in Anglia. p. 250
1221	5 *Hen.* 3.	2 *Dec.*	De treuga violata per Barones de quinque Portubus. ibid.
1221	5 *Hen.* 3.		H. de Viven. conſtituitur cuſtos Pictaviæ, Aquitaniæ & Vaſconiæ. p. 251
1221	5 *Hen.* 3.	17 *Febr.*	Hugo Lincoln. Epiſcopus Sanctorum Catalogo aſcribitur. ibid.
1221	5 *Hen.* 3.	18 *Jun.*	De dote conceſſa a Rege Scotiæ ſponſæ ſuæ Johannæ ſorori Regis Angliæ. p. 252
1221	6 *Hen.* 3.	15 *Dec.*	Littera Duci Auſtriæ; de Nunciis hinc inde tranſmiſſis. ibid.
1222	6 *Hen.* 3.	16 *Apr.*	De terris Dominæ Iſabellæ Reginæ, ei redditis, p. 253
1222	6 *Hen.* 3.		Mandatum Regis Ricardo de Ripariis ſuper re eadem. ibid.
1222	6 *Hen.* 3.	29 *Apr.*	De guardis & eſcheatis ad manus Regis revocandis. p. 254
1222	6 *Hen.* 3.	29 *Apr.*	De pace reformandâ, necnon perturbatoribus Regni compeſcendis ibid.
1222	6 *Hen.* 3.	30 *Apr.*	De treugis inter Leulinum & Willielmum Comitem Mareſcallum prorogandis. p. 253
1222	6 *Hen.* 3.		De petitione Raynerii Cardinalis pro penſione. p. 255
1222	6 *Hen.* 3.	18 *Jul.*	Littera Duvenaldo Tomundiæ Regi, de terra ejus a Rege tenendâ. ibid.
1222	6 *Hen.* 3.	12 *Aug.*	Conductus pro Rege Scotorum. p. 256
1222	6 *Hen.* 3.	27 *Aug.*	Littera Comiti Marchiæ, de concordia inter ipſum & Regem firmanda. ibid.
1222	7 *Hen.* 3.	9 *Nov.*	De ſententia contra Comitem Marchiæ in ſuſpenſo tenenda. p. 257
1222	7 *Hen.* 3.	9 *Nov.*	Littera Comiti Marchiæ de pace reformanda. ibid.
1223	7 *Hen.* 3.	22 *Jun.*	De ſalvo Conductu pro Leulino Principe Norwalliæ. p. 258
1223	7 *Hen.* 3.	23 *Jun.*	De inſolentia Templariorum reprimenda. ibid
1223	7 *Hen.* 3.	25 *Jun.*	Bulla Minatoria de Dote & Caſtris per Comitem Marchiæ Regi reddendis. p. 259
1223	7 *Hen.* 3.	5 *Jul.*	De Archiepiſcopum Pictavienſem excommunicatum denunciando, niſi ſatisfaciat Regi Anglorum de damnis & injuriis. ibid.
1223	7 *Hen.* 3.	11 *Jul.*	De gravando Principem Walliæ. p. 260
1223	7 *Hen.* 3.	23 *Jul.*	Baronibus Normanniæ quod ad ſervitium Regis redeant. ibid.
1223	7 *Hen.* 3.	29 *Aug.*	De Conductu pro Nunciis Lewelini p. 261
1223	7 *Hen.* 3.	12 *Sept.*	Forma litterarum exercitus ſummoniti apud Glouceſtriam. ibid
1223	7 *Hen.* 3.	*Sept.*	Forma qua Barones ſummoniti fuerunt. ibid.
1223	7 *Hen.* 3.	*Sept.*	Tranſcripta Cartarum quas Leulinus & Walenſes fecerunt de ſatisfactione faciendâ Domino Regi & ſuis. ibid.
1223	8 *Hen.* 3.	8 *Nov.*	Principi Walliæ de obſidibus. p. 262
1223	8 *Hen.* 3.	19 *Dec.*	Littera Papæ de ſtatu Regni. p. 263
1223	8 *Hen.* 3.		Ejuſmodi Litteræ Domino Gualoni. p. 264
1223	8 *Hen.* 3.		Littera quorundam Magnatum Honorio Papæ, ne qui proditores, in partibus ejuſdem Papæ remanentes, in Regnum Angliæ revertantur. ibid.
1224	8 *Hen.* 3.		De pace & ſecuritate datis Mercatoribus Franciæ. p. 265
1224	8 *Hen.* 3.	24 *Febr.*	De Anglis damnificatis contra treugam cum Franciâ. p. 266
1224	8 *Hen.* 3.	25 *Mar.*	De damnis illatis contra treugam Mercatoribus Franciæ, emendandis. ibid.
1224	8 *Hen.* 3.	27 *Mar.*	De obligatione Archiepiſcopi Cantuar. Comiti Marchiæ. ibid.
1224	8 *Hen.* 3.	24 *Apr.*	De emendis Walliæ prorogandis. p. 267
1224	8 *Hen.* 3.	27 *Apr.*	Bulla quomodo Fredhericus Imperator aſſumpſit iter eundi in Terram ſanctam; & exhortatio Reg. Henrici ad Crucem & ſubſidium dictæ Terræ. ibid.
1224	8 *Hen.* 3.		Litteræ a Communitate Baionenſi Regi miſſæ, de Rupella Regi Franciæ proditâ. p. 269
1224	8 *Hen.* 3.	27 *Apr.*	Quod non extorqueantur Pedagia a Cruceſignatis in Anglia. p. 270
1224	8 *Hen.* 3.	28 *Apr.*	Littera Franciæ Regi de treugis capiendis. ibid.
1224	8 *Hen.* 3.	28 *Apr.*	De treugis cum Franciâ prorogandis. ibid
1224	8 *Hen.* 3.		De diſpenſatione Papali pro Rege ſuper Matrimonio contrahendo cum filia Comitis Britanniæ. p. 271
1224	8 *Hen.* 3.	15 *Maii.*	Finita treuga cum Francia notificatur Baronibus quinque Portuum. p. 272
1224	8 *Hen.* 3.		Conventrenſis Epiſcopi Littera Regi de Falkaſio de Breant. ibid.
1224	8 *Hen.* 3.	25 *Aug.*	De Falkeſio de Breant, ſuper ſatisfactione Regi facienda. p. 273
1224	9 *Hen.* 3.		Littera procuratorum Regis miſſa a Romana Curia. ibid.
1224	9 *Hen.* 3.		Littera Legati Papæ monitoria, quod ægre fert Rex Angliæ miſſionem Papalem in negotio Falkaſii de Breant. p. 274
1224	9 *Hen.* 3.		Ejuſmodi Littera cuidam Magiſtro T. p. 275
1225	9 *Hen.* 3.	3 *Jan.*	Litteræ Duci Auſtriæ, & Archiepiſcopo Colon. Credentiales, & de *Maritagio* cum filia Ducis. ibid.
1225	9 *Hen.* 3.	14 *Mar.*	Quod Rex Angliæ prudenter ſe habeat erga ſuos Vaſſallos. p. 276
1225	9 *Hen.* 3.	23 *Mar.*	Ricardus frater Regis in ſuccurſum Vaſconiæ mittitur. ibid.
1225	9 *Hen.* 3.	10 *Apr.*	De fœdere cum Baldwino (*veróne an ficto*) Comite Flandriæ ineundo. p. 277
1225	9 *Hen.* 3.	14 *Apr.*	De die cum Lewelino Principe Norwalliæ ulterius prorogato. ibid.
1225	9 *Hen.* 3.	14 *Maii.*	De maritagio filii Comitis Norfol. cum filia Regis Scotorum. p. 278
1225	9 *Hen.* 3.		Littera Archiepiſcopi Burdegalenſis Regi, qua fidelitatem ſuam maxime laudat. ibid.
1225	9 *Hen.* 3.	30 *Jun.*	Adhuc Dies cum Lewelino Principe Norwalliæ prorogatur. p. 280
1225	9 *Hen.* 3.		Littera Regis ad Papam de Archiepiſcopo Auxitan. ibid.
1225	9 *Hen.* 3.	7 *Jul.*	De inſtructionibus & pecunia miſſis ad Nuncios Regios, in longinquis partibus agentes. ibid.
1225	9 *Hen.* 3.	14 *Aug.*	De negotio confœderationis inter Regem & Comitem Tholoſiæ. p. 281
1225	9 *Hen.* 3.		De poteſtate exhibendi & recipiendi ſcripta prædicta. p. 281
1225	9 *Hen.* 3.	27 *Aug.*	Ultimæ Inſtructiones miſſæ Epiſcopo Carleolenſi, alteri Nunciorum ſupradictorum. p. 282
1225	9 *Hen.* 3.	5 *Oct.*	De Lewelyno Wall. Principe excommunicando, & terris ſuis interdicendis, pro Guerra quam fecit Regi Angliæ. ibid.
1225	10 *Hen.* 3.	19 *Oct.*	De Matrimonio Regis cum filia Ducis Britanniæ, & Confœderatione inde facta. p. 283
1226	10 *Hen.* 3.	9 *Jan.*	Littera Papæ objurgatoria Galfrido de Luſiniaco, de fidelitate, qua tenetur Regi, violatâ. p. 284
1226	10 *Hen.* 3.	29 *Jan.*	De pecunia pro expenſis Regis colligenda. p. 285
1226	10 *Hen.* 3.	22 *Mar.*	De tractatu pacis per Legatum Papæ cum Rege Franciæ reſumendo. ibid.
1226	10 *Hen.* 3.	3 *Jul.*	Littera Henr. Regis prædicto Legato. p. 286
1226	10 *Hen.* 3.	3 *Jul.*	De Nunciis Reg. Angliæ & Bohemiæ hinc inde miſſis. ibid.
1226	10 *Hen.* 3.	10 *Jul*	Littera Regis W. Mareſcallo Comiti Penbroc. ibid.
1226	10 *Hen.* 3.	28 *Jul.*	De Conductu pro Principe Walliæ. p. 287
1226	11 *Hen.* 3.	19 *Oct.*	De Seneſcalcia Vaſconiæ. ibid.
1226	11 *Hen.* 3.	5 *Nov.*	Quod naves, vinis & blado repletæ, in Angliam veniant de Francia; non obſtante mandato. ibid.

De

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe	
1226	11 *Hen.* 3.	14 *Dec.*	De multimodis conceſſionibus Comiti Marchiæ factis. p. 288
1226	11 *Hen.* 3.	18 *Dec.*	De dote Reginæ Iſabellæ. ibid.
1216	11 *Hen.* 3.	18 *Dec.*	Conventiones cum Vicecomite Thoarcii. p. 289
1226	11 *Hen.* 3.		De quibuſdam conceſſionibus prædicto Vicecomiti factis. p. 290
1226	11 *Hen.* 3.	20 *Dec.*	De ſecuritate pro prædictis Conventionibus obſervandis. ibid.
1227	11 *Hen.* 3.	13 *Jan.*	Littera Petro Comiti Britanniæ. p. 291
1227	11 *Hen.* 3.	30 *Jan.*	De tractando cum Comite Marchiæ. ibid.
1227	11 *Hen.* 3.	30 *Jan.*	Littera Ricardo Com. Pictaviæ fratri Regis. ibid.
1227	11 *Hen.* 3.	20 *Febr.*	Bulla Honorii de exemptione a commiſſionibus. ibid.
1227	11 *Hen.* 3.	18 *Mar.*	De auxilio pro Joanna ſorore Regis, Domina Norwalliæ. p. 292
1227	11 *Hen.* 3.	13 *Apr.*	De fœdere cum Duce Bavariæ. ibid.
1227	11 *Hen.* 3.	13 *Apr.*	De fœdere cum Hen. Rege Romanorum. ibid.
1227	11 *Hen.* 3.	13 *Apr.*	De fœdere cum Principibus Imperii; & de filia Regis Bohemiæ in uxorem ducenda. p. 293
1227	11 *Hen.* 3.	15 *Maii.*	Bulla de non proferendo ſententiam interdicti aut excommunicationis in perſonam Regis, aut Richardi fratris ſui. ibid.
1227	11 *Hen.* 3.	15 *Maii.*	Bulla quod neque Rex nec Richardus frater excommunicetur. ibid.
1227	11 *Hen.* 3.	30 *Maii.*	Bulla de exemptione. p. 294
1227	11 *Hen.* 3.		De Conductu Comitis de Giſnes. ibid.
1227	11 *Hen.* 3.	17 *Jul.*	De treugis cum Rege Franciæ. ibid.
1227	11 *Hen.* 3.	17 *Jul.*	Ejuſmodi Litteræ de iiſdem Treugis. ibid.
1227	11 *Hen.* 3.	19 *Jul.*	Notificatio Treugarum cum Rege Franciæ p. 295
1227	11 *Hen.* 3.	24 *Aug.*	Littera Legati Papalis Regi. ibid.
1227	11 *Hen.* 3.	4 *Sept.*	Litteræ Credentiales Principibus Imperii miſſæ. ibid.
1227	11 *Hen.* 3.	16 *Sept.*	De Confirmatione feodi pro Comite Flandriæ. p. 296
1227	11 *Hen.* 3.	10 *Oct.*	De interceptionibus cum Francia emendandis. ibid.
1227	12 *Hen.* 3.		Littera Soldano Dammaſci. ibid.
1227	12 *Hen.* 3.	9 *Nov.*	Bulla de obſervando & celebrando feſto beati Edwardi. p. 297
1227	12 *Hen.* 3.	12 *Nov.*	Bulla Gregorii pro Abbate & Conventu Monaſterii de Quarraria. ibid.
1228	12 *Hen.* 3.	12 *Febr*	Ut Fratres Militiæ Templi poſſint produci in Teſtimonium in cauſis domûs. p. 298
1228	12 *Hen.* 3.	18 *Febr.*	De Falkeſio de Breant. ibid.
1228	12 *Hen.* 3.	20 *Febr.*	Littera Regis Papæ de recipiendo Imperatorem ad pacem. p. 299
1228	12 *Hen.* 3.	20 *Febr.*	Rex ſuadet Imperatori ad Reconciliationem cum Papa. ibid.
1228	12 *Hen.* 3.	11 *Mar.*	De treugis cum Francia non infringendis. p. 301
1228	12 *Hen.* 3.	25 *Mar*	Ne Fratres Militiæ Templi aggraventur contra privilegia ſua. p. 300
1228	12 *Hen.* 3.	30 *Mar.*	De Rege non excommunicando. ibid.
1228	12 *Hen.* 3.	30 *Mar*	Bulla contra torneamenta, in quibus fuerunt conventiculæ & conſpirationes contra Dominum Regem. p. 301
1228	12 *Hen.* 3.		De ſalvo Conductu pro interceptionibus emendandis. ibid.
1228	12 *Hen.* 3.	7 *Apr.*	De Conductu pro Rege Inſularum. p. 303
1228	12 *Hen.* 3.	6 *Maii.*	De Treugis cum Francia capiendis. p. 302
1228	12 *Hen.* 3.		De Nunciis ſuper Treuga cum Francia. ibid.
1228	12 *Hen.* 3.		Adhuc de Treugis. ibid.
1228	12 *Hen.* 3.		Mandatum Henrico de Trubleville ſuper negotio ſæpe dicto. ibid.
1228	12 *Hen.* 3.	8 *Junii.*	Littera Regi Franciæ, quâ paratum ſe, ad mandatum Papæ, nunciat Treugam cum illo inire. p. 303
1228	12 *Hen.* 3.		Ejuſmodi Litteræ, Archiepiſcopo Senonenſi, &c ibid.
1228	12 *Hen.* 3.		De eodem negotio mandatum Henrico de Trubleville miſſum. p. 304
1228	12 *Hen.* 3.	24 *Jun.*	Littera Bohemiæ Regi, de Nunciis hinc inde miſſis. ibid.
1228	13 *Hen.* 3.	26 *Jun.*	Bulla Gregorii de Rege Franciæ adverſus Albigenſes. ibid.
1228	12 *Hen.* 3.	6 *Jul.*	De Treugis initis cum Rege Franciæ. p. 305
1228	12 *Hen.* 3.	13 *Jul.*	Bulla quod Rex admittat Nicholaum Archiepiſcopum Armachanum Hiberniæ Primatem. ibid.
1228	12 *Hen.* 3.	2 *Aug.*	De moneta facienda in Vaſconia. p. 306
1229	13 *Hen.* 3.	21 *Jan.*	De conducendo Regem Scotiæ. ibid.
1229	13 *Hen.* 3.	22 *Jan.*	De Conductu pro Rege Scotiæ. ibid.
1229	13 *Hen.* 3.	6 *Febr.*	De forma pacis cum Francia ineundæ. ibid.
1229	13 *Hen.* 3.	4 *Mar.*	Pro emendis de interceptionibus contra Treugam p. 307
1229	13 *Hen.* 3.	4 *Mar.*	Litteræ Credentiales Comiti Tholoſ. p. 307
1229	13 *Hen.* 3.	7 *Mar.*	Ejuſmodi Litteræ eidem Comiti. p. 307
1229	13 *Hen.* 3.	6 *Mar.*	Litteræ congratulatoriæ Othoni Duci de Bruneſwic, de liberatione ejus. p. 308
1229	13 *Hen.* 3.	4 *Apr.*	Ejuſmodi Littera Duci de Brunſw. p. 308
1229	13 *Hen.* 3.		Littera, cujus in ſuperiore fit mentio, pro prædicto Duce Papæ miſſa. p. 309
1229	13 *Hen.* 3.	5 *Apr.*	Littera Regis Romano Cardinali de pace cum Rege Franciæ. ibid.
1229	13 *Hen.* 3.	5 *Apr.*	Eidem de treuga. ibid.
1229	13 *Hen.* 3.		Littera Regi Franciæ de pace. p. 310
1229	13 *Hen.* 3.		Eidem Littera de treuga. ibid.
1229	13 *Hen.* 3.		Littera Blanchæ, matri Regis Franciæ, de pace. ibid.
1219	13 *Hen.* 3.		Eidem Littera de treuga. ibid.
1229	13 *Hen.* 3.	19 *Apr.*	De Conductu pro Comite Giſnes. ibid.
1229	13 *Hen.* 3.	22 *Jul.*	Pro eodem Comite. p. 311
1229	13 *Hen.* 3.	3 *Oct.*	Pro David filio Lewelini nepote Regis. ibid.
1229	14 *Hen.* 3.	9 *Dec.*	De feodo Comitis Flandriæ. ibid.
1229	14 *Hen.* 3.	19 *Dec.*	De Conductu Ducis Brabantiæ. ibid.
1230	14 *Hen.* 3.	6 *Maii.*	De inimicis Domini Regis, & præcipue de Rupella gravandis. p. 312
1230	14 *Hen.* 3.		Manucaptio Emerici de Tuarcio pro Emerico de Lezynyaco. ibid.
1230	14 *Hen.* 3.		De ſervitio prædicti Emerici de Tuarcio. ibid.
1230	14 *Hen.* 3.		De forma per quam Galfridus de Lezyniaco, & cæteri cum illo capti, liberantur a carcere. p. 313
1230	14 *Hen.* 3.		De homagio Hernæi de Volurio. p. 314
1230	14 *Hen.* 3.	5 *Apr.*	Bulla de protectione Papali pro Priore & Conventu Sanctæ Trinitatis London. ibid.
1230	14 *Hen.* 3.	21 *Jul.*	De libertatibus Oleroni conceſſis. ibid.
1230	14 *Hen.* 3.	30 *Jul.*	De treugis cum Vicecom. de Bruſc. p. 315
1230	14 *Hen.* 3.	25 *Aug.*	De treugis prorogandis cum Francia. ibid.
1230	14 *Hen.* 3.	6 *Sept.*	De poteſtate ad treugas capiendas cum Rege Franciæ. ibid.
1230	14 *Hen.* 3.	23 *Sept.*	De auxilio Duci Britanniæ præſtando. ibid.
1230	14 *Hen.* 3.	26 *Sept.*	De pecunia prædicto Duci ſolvenda. p. 316
1230	14 *Hen.* 3.	27 *Sept.*	De ſervitio Regis promovendo. ibid.
1230	14 *Hen.* 3.		De treugis cum Vicecom. Bruſc. non diutius duraturis. ibid.
1230	15 *Hen.* 3.	10 *Nov.*	De annuo feodo Ferrando Comiti Flandriæ ſoluto, & etiam de interpriſis contra Flandrenſes emendandis. ibid.
1230	15 *Hen.* 3.	10 *Nov.*	De protectione pro hominibus de Bruneſwick. p. 317
1231	15 *Hen.* 3.	30 *Jan.*	De Rege non excommunicando. ibid.
1231	15 *Hen.* 3.	27 *Maii.*	De Conductu Nunciorum Lewelini. ibid.
1231	15 *Hen.* 3.	25 *Jun.*	Pro Hybernicis quod Wallenſes pro poſſe expugnarent. p. 318
1231	15 *Hen.* 3.	20 *Jul.*	De non excommunicando, ſine cauſa manifeſta, Juſticiarios, Vicecomites & Balivos Regis. ibid.
1231	15 *Hen.* 3.	20 *Jul.*	De excommunicando Laicos, qui ſint Regni perturbatores. p. 319
1231	16 *Hen.* 3.	30 *Nov.*	De treuga inter Regem & Lewelinum. ibid.
1232	16 *Hen.* 3.	16 *Jan.*	De adventu Ducis Britanniæ in Angliam. p. 320
1232	16 *Hen.* 3.		Pro prædicto Duce. ibid.
1232	16 *Hen.* 3.	20 *Febr.*	Litteræ Lewelino Principi de Albefr. de treugis emendandis. ibid.
1232	16 *Hen.* 3.	20 *Apr.*	Littera Comiti Sabaudiæ, deprecatoria ſuper jacturis quas filius ejus in Anglia ſuſtinuiſſet. p. 321
1232	16 *Hen.* 3.	7 *Jun.*	Queritur Gregorius de Miniſtris ſuis maletractatis & Bullis conculcatis. p. 322
1232	16 *Hen.* 3.		De Conductu Ducis Norwegiæ. p. 324
1232	16 *Hen.* 3.		De Conductu Ducis de Lemburg. ibid.
1232	16 *Hen.* 3.	20 *Jul.*	De Rotunda tabula prohibenda. ibid.
1232	16 *Hen.* 3.		De Conductu Lewelini. p. 325
1232	16 *Hen.* 3.	19 *Sept.*	Littera Regis Imperatori de expeditione ſua adverſus Regem Franciæ minus proſpera: Et de perfidia Pictavienſium. ibid.
1232	16 *Hen.* 3.	8 *Oct.*	De ſalvo Conductu pro Rege Navarræ p. 327
1232	17 *Hen.* 3.	13 *Nov.*	De Conductu pro Margareta uxore H. de Burgo, & ſorore Regis Scotorum. p. 327
1232	17 *Hen.* 3.	7 *Dec.*	De proviſione inter Regem & Lewelinum. ibid.
1233	17 *Hen.* 3.	6 *Maii.*	De appellatione Archiepiſcopi Eborac. contra Coronationem Regis Scotiæ ratificata. p. 328
1233	17 *Hen.* 3.	28 *Maii.*	De adventu Regis Conac. in Angliam. ibid.
1233	17 *Hen.* 3.	2 *Sept.*	Littera Lewelino Principi de Alberfrau de pace. ibid.

Littera

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe		
1233	17 *Hen.* 3.		Littera Lewelini, Regi de pace inter eos tenenda.	p. 329
1233	18 *Hen.* 3.	19 *Oct.*	De Conductu pro Duce Britanniæ.	ibid.
1234	18 *Hen.* 3.	20 *Apr.*	De transfretando in auxilium Ducis Britanniæ	ibid.
1234	18 *Hen.* 3.	7 *Maii.*	Bulla Gregorii pro Huberto de Burgo, & de non trahendis Magnatibus in judicium extra Regnum.	p. 330
1234	18 *Hen.* 3.	10 *Maii.*	Litteræ de pace formanda, vel de treugis prorogandis cum Francia.	ibid.
1234	18 *Hen.* 3.		Inſtructiones de pace vel treugis prædictis.	p. 331
1234	18 *Hen.* 3.	25 *Maii.*	De auxilio Duci Britanniæ ferendo.	ibid.
1234	18 *Hen.* 3.	13 *Jun.*	Conceſſio pro Alienora ſorore Regis.	p. 332
1234	19 *Hen.* 3.	3 *Nov.*	De Buhurdicio prohibito.	ibid.
1234	19 *Hen.* 3.	18 *Nov.*	De Conductu pro Conſiliariis Lewelini.	ibid.
1234	19 *Hen.* 3.	22 *Nov.*	De emendatoribus treugarum cum Francia aſſignatis.	ibid.
1234	19 *Hen.* 3.		Litteræ notificatoriæ ſuper aſſignatione prædicta.	p. 333
1234	19 *Hen.* 3.		De jurantibus in animam Regis treugam, nominatis.	ibid
1234	19 *Hen.* 3.		Ejuſmodi Littera Reginæ Franciæ.	ibid.
1234	19 *Hen.* 3.	5 *Dec.*	De treugis cum Francis obſervandis.	ibid.
1235	19 *Hen.* 3.	3 *Jan.*	De Treugis captis cum Navarræ Rege.	p. 334
1235	19 *Hen.* 3.	6 *Jan.*	Bulla per quam confirmatur & roboratur compoſitio facta inter Regem Angliæ & Regem Scotiæ de Homagio & fidelitate.	ibid.
1235	19 *Hen.* 3.	6 *Jan.*	Bulla Gregorii de Homagio & Fidelitate Regi per Regem Scotiæ præſtandis.	p. 335
1235	19 *Hen.* 3.	25 *Febr.*	Rex queritur Papæ contra Petrum, Comitem Britanniæ.	ibid.
1235	19 *Hen.* 3.	25 *Febr.*	Littera Papæ, quod ſola improbitas Comitis Marchiæ Treugis cum Francia incundis obſtitit.	p. 336
1235	19 *Hen.* 3.	25 *Febr.*	Littera Regis Univerſis Cardinalibus ſuper parte Annui Cenſus pro Regnis Angliæ & Hyberniæ ipſis ſolvenda.	p. 337
1235	19 *Hen.* 3.	26 *Febr.*	Littera Blanchæ Regis Franciæ Matri.	ibid
1235	19 *Hen.* 3.	8 *Apr.*	De Matrimonio cum filia Comitis Pontivi contrahenda.	p. 338
1235	19 *Hen.* 3.		Ejuſmodi Littera prædicto Comiti.	ibid.
1235	19 *Hen.* 3.		Littera Johannæ Filiæ Comitis, de contractu Matrimoniali per Papam confirmando.	p. 339
1235	19 *Hen.* 3.		Littera Domino Papæ ex parte dictæ Dominæ.	ibid.
1235	19 *Hen.* 3.	14 *Apr.*	De Conductu pro Rege Manniæ & Inſularum.	ibid.
1235	19 *Hen.* 3.	1 *Maii.*	Littera de Compellendo Comitem Marchiæ ad præſtandum aſſenſum ſuum Treugis cum Franciâ ineundis.	ibid.
1235	19 *Hen.* 3.		Ejuſmodi Littera ad eoſdem.	p. 340
1235	19 *Hen.* 3.	7 *Maii.*	Pro Henrico Duce Lotharingiæ, de honore de Eya cum pertinentiis.	ibid.
1235	19 *Hen.* 3.	2 *Jun.*	Pro Rege Navarræ,	ibid.
1235	19 *Hen.* 3.	22 *Jun.*	Littera Comiti Sabaudiæ de Matrimonio cum Alienora Filia Raymundi Comitis Provinciæ, nepte ejus, contrahendo.	p. 341
1235	19 *Hen.* 3.	22 *Jun.*	De Conductu Ducis Norwegiæ.	ibid.
1235	19 *Hen.* 3.	11 *Jul.*	Pro Rege Manniæ de cuſtodienda Coſtera Hyberniæ.	ibid.
1235	19 *Hen.* 3.	16 *Jul.*	De Negotio Matrimonii cum filia Comitis Pontini.	p. 342
1235	19 *Hen.* 3.	25 *Aug.*	De Treugis cum Francia hinc inde jurandis.	ibid.
1235	19 *Hen.* 3.		De Octingentis Libris, Comiti Marchiæ ſolvendis occaſione Inſulæ de Oleron.	ibid.
1235	19 *Hen.* 3.	10 *Oct.*	Littera Comiti Provinciæ, de negotio Matrimonii contrahendi cum Alienora filia ſua.	p. 343
1235	19 *Hen.* 3.		Littera Comitiſſæ Provinciæ ſuper re eadem.	ibid.
1235	20 *Hen.* 3.	14 *Oct.*	De cauſa Matrimonii, inter Comitem Marchiæ & Iſabellam Reginam Angliæ contracti, ſuſpendenda.	p. 344
1235	19 *Hen.* 3.	15 *Oct.*	De Articulis Matrimonii, inter Regem & filiam Comitis Provinciæ.	ibid.
1235	20 *Hen.* 3.		Littera de Credentia Comiti Provinciæ.	p. 345
1235	20 *Hen.* 3.	19 *Oct.*	Poteſtas data procuratoribus de pecuniâ recipiendâ.	p. 346
1235	20 *Hen.* 3.	19 *Oct.*	Inſtructio privata de Matrimonio prædicto.	ibid.
1235	20 *Hen.* 3.	15 *Nov.*	De procuratore per Imperatorem deſtinato, ſuper Matrimonio cum Iſabella Sorore Regis.	ibid.
1235	20 *Hen.* 3.	5 *Dec.*	Bulla Regi, de Sorore Imperatoris in Uxorem tradenda.	p. 348
1235	20 *Hen.* 3.	8 *Dec.*	De Conductu Regis Scotiæ.	ibid.
1235	20 *Hen.* 3.	12 *Dec.*	De adventu Regis Scotiæ cum Uxore ſua in Angliam.	ibid.
1235	20 *Hen.* 3.		Littera Imperatori ſuper adventu Petri de Vinea.	p. 349
1236	20 *Hen.* 3.	16 *Jan.* }	Conductus pro Jurantibus in Treugam cum Francia.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.	3 *Febr.*	De Treugis cum Francia captis in quinquennium duraturis.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.	3 *Febr.*	Litteræ Ricardi Comitis Cornubiæ de Treugis prædictis.	p. 351
1236	20 *Hen.* 3.	7 *Febr.*	Littera Regis Archiepiſcopo Auxitan. de Alienora deſponſata & coronata; necnon de Treugis tenendis cum Franciâ.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.		Ejuſmodi Littera Comiti Bygoriæ.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.		Pro Duce Lotharingiæ.	p. 352
1236	20 *Hen.* 3.	10 *Febr.*	De termino pro prædicto duce præfigendo.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.	18 *Febr.*	Littera Regis Principi de Alberfraû, de emendis, ſuper damnis contra Treugas.	p. 353
1236	20 *Hen.* 3.	22 *Febr.*	Contractus Matrimonialis inter Imperatorem & Iſabellam Henrici Regis Sororem.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.	22 *Febr.*	Notificatio facta de contractu Matrimoniali inter Imperatorem & Iſabellam Angliæ.	p. 355
1236	20 *Hen.* 3.	24 *Febr.*	Littera Regis Imperatori de Nunciis utrinq; miſſis.	p. 356
1236	20 *Hen.* 3.	24 *Febr.*	Littera Reginæ Scotiæ de ſorore ſuâ in Uxorem Imperatori tradenda.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.		Littera Regis Archiepiſcopo Colonienſi, quod Matrimonium contrahitur inter Imperatorem & Iſabellam Sororem ſuam.	p. 357
1236	20 *Hen.* 3.	12 *Mar.*	Ne quis Extraneus de Francia Magnas, vel potens applicet ſine licentia Regis.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.	17 *Mar.*	Protectio Domûs Hoſpitalis, ſpecialiter autem de Ottrinton & de Torunton in via Eccleſiarum.	p. 358
1236	20 *Hen.* 3.	24 *Mar.*	De navibus providendis ad opus Iſabellæ Sororis Domini Regis.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.		Super Negotio eodem.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.	25 *Apr.*	Littera Regis Papæ reſponſoria, de proceſſu Matrimonii inter Imperatorem & Sororem ſuam.	p. 359
1236	20 *Hen.* 3.	25 *Apr.*	Ejuſmodi Littera Univerſis Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus.	p. 360
1236	20 *Hen.* 3.		Imperatoris mandatum Duci Brabantiæ, de recipienda Iſabella Sorore Regis Henrici, & deducenda ad Imperatorem.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.		Ejuſmodi mandatum Archiepiſcopo Colonienſi.	p. 361
1236	20 *Hen.* 3.	3 *Maii.*	Littera Gregorio Papæ, qua Rex Angliæ ſe eidem Papæ ſubjicit de ſolutione Pecuniæ, cum Iſabella Sorore ſua, Imperatori datæ.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.		Littera Gregorio Papæ, quod ſe Imperatori obligaret pro pecunia antedicta.	p. 362
1236	20 *Hen.* 3.	19 *Maii.*	De Conductu Magiſtri Walteri Nuncii Domini Imperatoris.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.	24 *Maii.*	De protectione pro Olavo Rege Manniæ, ad partes Norwegiæ profecturo.	p. 363
1236	20 *Hen.* 3.	29 *Maii.*	Litteræ Regis Joannæ Comitiſſæ Flandriæ, de damnis emendatis, de Feodo prædictæ Comitiſſæ, & Smaragdo ſibi dono miſſo.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.		Littera Imperatori, de Attemptatione Lumbardorum, necnon de pecunia ei ſolvenda.	p. 364
1236	20 *Hen.* 3.	25 *Jun.*	Littera Imperatori adhuc de Attemptatione Lumbardorum, ut etiam de reſiduâ pecunia ei ſolvenda.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.		Littera Regis Imperatori excuſatoria, quod fratrem ſuum ad præſentiam ejus mittere nequit.	p. 365
1236	20 *Hen.* 3.		Littera Imperatori; quod frater ſuus ad præſentiam ejus cum ſalvo Conductu accederet.	p. 366
1236	20 *Hen.* 3.		Littera ad Imperatricem:	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.	29 *Jun.*	Littera Papæ recommendatoria, de Cauſa Imperatoris contra Lumbardos ſuſcipienda.	p. 367
1236	20 *Hen.* 3.	29 *Jun.*	Ejuſmodi Litteræ Joanni Columniæ Cardinali Romano.	ibid
1236	20 *Hen.* 3.	*Julii.*	Bulla de revocandis Alienationibus, vel de abſolutione Juramenti Coronationis.	p. 368
1236	20 *Hen.* 3.	11 *Jul.*	De Treugis cum Principe de Abberfrau.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.	12 *Jul.*	De prædictis Treugis ex parte Lewelini apud Salopiam jurandis.	p. 369
1236	20 *Hen.* 3.	20 *Jul.*	Notificatio Lewelino Principi de Adberfrau de dictatoribus Treugæ.	ibid.
1236	20 *Hen.* 3.		De Epiſcopo Hereford pro dictatore aſſignato.	ibid.

A. D.	A. R.	Menſe		
1236	20 *Hen.* 3.	20 *Sept.*	De Manerio de Driffeld dato per Regem Johannæ Reginæ Scotiæ.	p. 370
1236	20 *Hen.* 3.	24 *Sept.*	Littera Regi Scotiæ de Captione Richardi Siward.	ibid.
1237	21 *Hen.* 3.	8 *Apr.*	Pro Olevo Rege Manniæ.	p. 371
1237	21 *Hen.* 3.	28 *Apr.*	Bulla Gregorii Papæ IX. per quam reprehendit Regem Scotiæ ex eo quod non ſervavit Juramentum factum Regi Angliæ de Homagio.	ibid.
1237	21 *Hen.* 3.	28 *Apr.*	Bulla Gregorii Papæ de Matrimonio, contracto cum filia Comitis Pontivenſis, irritando.	ibid.
1237	21 *Hen.* 3.	19 *Maii*	Archiepiſcopo Cantuar. de prædicto Matrimonio irritando.	p. 372
1237	21 *Hen.* 3.	3 *Jun.*	De Conductu pro David filio Lewelini.	ibid.
1237	21 *Hen.* 3.	24 *Jun.*	De prorogatione Treugarum cum Principe Abberfrau.	p. 373
1237	21 *Hen.* 3.	26 *Jun.*	De pace inter Barones de quinque portubus, & homines de Baion.	ibid.
1237	21 *Hen.* 3.	28 *Jun.*	De ultima ſolutione pecuniæ, Imperatori debitæ pro Maritagio Iſabellæ.	ibid.
1237	21 *Hen.* 3.	7 *Jul.*	De annuo Cenſu Papæ ſolvendo.	p. 374
1237	21 *Hen.* 3.		Omnium Querelarum inter Angliæ & Scotiæ Reges finalis Concordia coram Ottone Cardinale Legato apud Eboracum.	ibid.
1237	21 *Hen.* 3.		Littera Papæ notificatoria per Regem Scotiæ de Concordia prædicta.	p. 377
1237	21 *Hen.* 3.	3 *Nov.*	De Alienora filia Galfridi, Angliæ & Britanniæ Herede.	p. 378
1237	22 *Hen.* 3.	11 *Dec.*	Bulla pro Theodino filio Odonis Brankaleonis.	ibid.
1238	22 *Hen.* 3.	20 *Febr.*	Bulla de Alienatis reſumendis, Juramentis & Inſtrumentis non obſtantibus.	ibid.
1238	22 *Hen.* 3.	21 *Febr.*	Pro Regina Scotiæ de Teſtamento condendo.	p. 379
1238	22 *Hen.* 3.	8 *Mar.*	De Treugis Walliæ.	ibid.
1238	22 *Hen.* 3.		Littera Principi Lewelino, de Homagio filio ejus ſine Regis venia non præſtando.	ibid.
1238	22 *Hen.* 3.		Ejuſmodi Littera Davidi filio Lewelini.	p. 380
1238	22 *Hen.* 3.	1 *Maii.*	De Quingentis libris datis Imperatori Conſtantinopol.	ibid.
1238	21 *Hen.* 3.	12 *Jun.*	De Saraceno Cuſtodiendo.	ibid.
1238	22 *Hen.* 3.	8 *Jul.*	De prorogatione Treugarum inter Dominum Regem & Lewelinum.	ibid.
1238	22 *Hen.* 3.		Littera Lewelino Principi ſuper prædictis Treugis.	p. 381
1238	22 *Hen.* 3.		Forma Litterarum Lewelini de prorogatione Treugarum.	ibid.
1238	22 *Hen.* 3.	15 *Jul.*	Pro Nuncio Regis Norweg.	p. 382
1238	22 *Hen.* 3.	20 *Jul.*	De Nuncio veteris de Muſſa in Angliam veniendo.	ibid.
1238	23 *Hen.* 3.		Increpat Imperator Regem Angliæ quod permiſerit ſententiam contra eum in terra ſua publicari, & pecuniam colligi.	p. 385
1238	23 *Hen.* 3.		Littera Imperatoris Baronibus Angliæ, expoſtulatoria de publicando iniquam pontificis Romani ſententiam, necnon de auxilio eidem præſtando.	p. 385
1239	23 *Hen.* 3.	13 *Jan.*	Bulla quod Electio non debet fieri de perſona Regi ſuſpecta.	p. 387
1239	23 *Hen.* 3.	8 *Febr.*	Bulla quod nulla perſona Regi ſuſpecta eligatur in Epiſcopum Wintonienſem	p. 388
1239	24 *Hen.* 3.	21 *Oct.*	Bulla de non attemptando in præjudicium Regis, vacante Eccleſia Dunelmenſi.	p. 388
1239	24 *Hen.* 3.	8 *Dec.*	Pro Thoma de Sabaudia, Comite Flandriæ.	ibid.
1240	24 *Hen.* 3.		Compromiſſum per Regem, & Davidem Filium Lewelini.	p. 389
1240	24 *Hen.* 3.	4 *Jul.*	Bulla pro Conventu Sanctæ Trinitatis London.	p. 390
1240	24 *Hen.* 3.		Littera Fedlimidi O-Connor Regis Conactiæ ad Henricum Regem.	p. 391
1240	24 *Hen.* 3.	18 *Jul.*	Littera Imperatoris Regi, qua Offenſas Gregorii Papæ acriter objurgat, & perfidiam Legati ejus graviter inſectatur.	p. 386
1240	25 *Hen.* 3.	25 *Oct.*	Pro Waltero Mareſcallo, quod homagium faciat Regi Francorum.	p. 391
1240	25 *Hen.* 3.	30 *Nov.*	De Compromiſſo per Regem & David Filium Lewelini.	ibid.
1240	25 *Hen.* 3.	19 *Febr.*	De procedendo ad Arbitrium inter Regem & Principem Walliæ.	p. 392
1240	25 *Hen.* 3.		De Arbitris, loco abſentium, ſubſtituendis inter Davidem filium Lewelini & Marchiones.	ibid.
1240	25 *Hen.* 3.	23 *Apr.*	De pecunia Comiti Cornubiæ in Terra ſancta deferenda,	p. 393
1241	25 *Hen.* 3.		Littera Imperatoris, qua de Statu & Succeſſibus ſuis Regem reddit certiorem.	ibid.
1241	25 *Hen.* 3.	24 *Jun.*	De poteſtate data Petro de Sabaudia attrahendi quoſdam ad ſervitium Regis, & Feodum pro dicto ſervitio offerendi.	p. 395
1241	25 *Hen.* 3.	14 *Jul.*	Littera Davidi Filio Lewelini, de injuriis ſibi illatis emendandis.	ibid.
1241	25 *Hen.* 3.		Promiſſiones & pacta Davidis Filii Lewelini.	p. 396
1241	25 *Hen.* 3.	31 *Aug.*	De Conventionibus ſive pactis antedictis per Davidem fideliter obſervandis.	p. 397
1241	25 *Hen.* 3.		Littera David Filii Lewelini per quam conceſſit Domino Regi Angliæ quod ſtabit juri in Curia ſua ſuper portione terræ quæ fuit Patris ſui.	ibid.
1241	25 *Hen.* 3.		Littera Imperatoris Regi, qua fallaciam Papæ exponit, & conventurum Concilium, ceu iniquum, pernegat.	p. 382
1241	25 *Hen.* 3.	25 *Sept.*	Pro Comite Sabaudiæ.	p. 399
1242	26 *Hen.* 3.	30 *Jan.*	Littera Imperatoris Regi de Morte Iſabellæ Imperatricis & Sororis ejus.	ibid.
1242	26 *Hen.* 3.	16 *Febr.*	De Ducentis Libratis Terræ Regi Scotiæ aſſignandis.	p. 400
1242	26 *Hen.* 3.	8 *Mar.*	De Treugis cum Francia non infringendis.	ibid.
1242	26 *Hen.* 3.	5 *Maii.*	De Regno Angliæ commiſſo Domino Eborum Archiepiſcopo.	ibid.
1242	26 *Hen.* 3.	24 *Maii.*	De interceptionibus contra Treugas cum Francia emendandis.	p. 401
1242	26 *Hen.* 3.	25 *Maii.*	Summonitio Hominibus de Vaſconia.	ibid.
1242	26 *Hen.* 3.	31 *Maii.*	De poteſtate ad interceptiones contra Treugam cum Francia emendandas.	p. 402
1242	26 *Hen.* 3.		De poteſtate dandi & capiendi diem rationabilem de emendis.	p. 403
1242	26 *Hen.* 3.		De Treugis cum Francia rumpendis.	ibid.
1242	26 *Hen.* 3.	8 *Jun.*	De Statu Regis Significato Epiſcopis Angliæ.	ibid.
1242	26 *Hen.* 3.	8 *Jun.*	De Guerra cum Rege Franciæ Inchoata.	p. 404
1242	26 *Hen.* 3.	8 *Jun.*	De forma tranſmiſſa Baronibus Angliæ.	p. 405
1242	26 *Hen.* 3.	8 *Jun.*	Baronibus de Haſtinges, de Rege Franciæ & ſuis gravandis.	p. 406
1242	26 *Hen.* 3.	15 *Jun.*	De gravando Regem Franciæ, quod non curat Interceptiones emendare.	ibid.
1242	26 *Hen.* 3.	17 *Jun.*	Littera de credentia Imperatori.	ibid.
1242	26 *Hen.* 3.	28 *Jun.*	Pro Inſula de Re.	p. 407
1242	26 *Hen.* 3.	30 *Jun.*	De Matrimonio contrahendo inter Comitem Tholoſ. & Margaretam Filiam Comitis Marchiæ.	ibid.
1242	26 *Hen.* 3.	5 *Jul.*	De Fœdere ineundo inter Dominum Regem & Imperatorem.	ibid.
1242	26 *Hen.* 3.	7 *Jul.*	De mandato Hominibus de Mareſin.	ibid.
1242	26 *Hen.* 3.	4 *Aug.*	De Rege Franciæ gravando per Homines de Baiona.	p. 408
1242	26 *Hen.* 3.	14 *Aug.*	Conventio inita inter Regem ex una, & Remundum Vicecomitem Frunzak ex alia parte.	ibid.
1242	26 *Hen.* 3.	22 *Aug.*	De Treugis factis inter Arnoldum Comitem de Blankeford & Vicecomitem de Frunzak.	p. 409
1242	26 *Hen.* 3.	28 *Aug.*	De Conſtabulariis exercitûs Anglicani conſtitutis.	p. 410
1242	26 *Hen.* 3.	28 *Aug.*	Conventio inter Dominum Henricum Regem Angliæ, & Remundum Comitem Tholoſ.	ibid.
1242	26 *Hen.* 3.	3 *Sept.*	Carta Conventionum Comitis Tholoſani cum Rege Angliæ.	p. 411
1242	26 *Hen.* 3.	5 *Sept.*	De pace formata inter Comitem Tholoſ. & Arnaldum de Tantalon. & Vicecomitem de Frontak.	p. 412
1242	26 *Hen.* 3.	11 *Sept.*	Littera Willielmo de l'Eparr cum multis aliis, quod in occurſum Regis cum debito ſervitio ſuo veniant.	ibid.
1242	27 *Hen.* 3.	29 *Oct.*	Bulla qua Gaufrido Ledeſpris conceditur Licentia conſtruendi Capellam in fundo proprio.	p. 413
1242	27 *Hen.* 3.	10 *Nov.*	Littera Johanni Duci Britanniæ ſuper petitione ſua de Comitatu Richmundiæ.	ibid.
1243	27 *Hen.* 3.	8 *Jan.*	Littera Imperatori de perfidia Comitis Tholoſ. de ſeditione Piſtaviæ, necnon de ſupremis verbis Iſabellæ Imperatricis.	p. 414
1243	27 *Hen.* 3.		Ejuſmodi Littera Petro de Vinea, magnæ Imperialis Aulæ Judici.	ibid.
1243	27 *Hen.* 3.		Littera Eymæ de Gumpeis de negotio expediendo apud Imperatorem.	p. 415
1243	27 *Hen.* 3.	21 *Jan.*	Littera Regis Raymundo Berengario.	ibid.
1243	27 *Hen.* 3.		Conventio facta inter Henr. Regem ex una parte, & Sicardum de Mundgioum ex alia.	ibid:

Forma

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe		
1243	27 *Hen.* 3.	7 *Apr.*	Forma Treugarum initarum inter Dominum Regem & Regem Franciæ.	p. 416
1243	27 *Hen.* 3.	25 *Apr.*	Bulla quod Regina devotionis gratia poſſit ingredi Oratoria & Clauſtra Religioſorum cum decem Mulieribus.	p. 417
1243	27 *Hen.* 3.	25 *Apr.*	De Beneficio Abſolutionis Regi impendendo.	ibid.
1243	27 *Hen.* 3.	29 *Apr.*	Litteræ de conductu pro Davide Filio Lewelini.	p. 418
1243	27 *Hen.* 3.	29 *Maii.*	Bulla Innocentii Papæ quarti de ſolempnizatione feſti ſancti Edwardi in univerſali Eccleſia facienda.	ibid.
1243	27 *Hen.* 3.		Notificatio facta Regi Navarræ: quod veniat in occurſum Regis.	p. 419
1243	27 *Hen.* 3.	10 *Jul.*	De gravando Ducem Britanniæ, eo quod Treugas minime reſpicit.	ibid.
			De Homagio facto Regi.	ibid.
1243	27 *Hen.* 3.	7 *Aug.*	De Fœdere ineundo inter Regem & quoſdam Pictavenſes	p. 420
1243	27 *Hen.* 3.	17 *Aug.*	Carta dotis Dominæ Reginæ.	ibid.
1243	27 *Hen.* 3.	24 *Aug.*	De Dominico Caſtri de Acremonte.	ibid.
1243	28 *Hen.* 3.		Conventio inita inter Regem & Ricardum Comitem fratrem ſuum.	p. 421
1243	28 *Hen.* 3.	15 *Dec.*	De Conductu pro filio Regis Conaſtiæ.	p. 422
1244	28 *Hen.* 3.		Pro Baronibus de London. de ſervitio de Butillaria.	ibid.
1244	28 *Hen.* 3.	10 *Jan.*	Pro Marchione Provinciæ.	p. 423
1244	28 *Hen.* 3	22 *Jan.*	Bulla Hortatoria ad Regem de cruce aſſumenda pro Terra ſancta, cum pollicitatione plenariæ veniæ peccaminum.	ibid.
1244	28 *Hen.* 3	27 *Mar.*	Littera Akenwillo de le Sparr quod Waſconiam defendat contra invaſionem Regis Navarræ.	p. 424
1244	28 *Hen.* 3	7 *Apr.*	Bulla qua immunitates & jura regia confirmantur.	p. 425
1244	28 *Hen.* 3.	7 *Apr.*	Bulla pro Rege contra Davidem Principem Norwall. & ejus abſolutionem a Juramento Regi Angliæ præſtito.	ibid.
1244	28 *Hen.* 3.	10 *Apr.*	Bulla de proviſionibus excuſatoria & quod non intendit providere de beneficiis, in quibus laici habent jus patronatûs.	p. 426
1244	28 *Hen.* 3.	7 *Jul.*	Littera Donnaldo Regi de Tercher. pro ſuccurſu ejus contra Regem Scotiæ.	ibid.
1244	28 *Hen.* 3.	15 *Jul.*	De treugis cum Davide filio Lewelini capiendis.	p. 427
1244	28 *Hen.* 3.	22 *Jul.*	Bulla de non derogando privilegiis Regis.	ibid.
1244	28 *Hen.* 3.	29 *Jul.*	Bulla de ſubſidio a Clero Regi impendendo.	ibid.
1244	28 *Hen.* 3.		Charta Regis Scotiæ.	p. 428
1244	28 *Hen.* 3.	13 *Aug.*	De pactionibus inter Regem, & Scotiæ Regem confirmandis.	p. 429
1244	28 *Hen.* 3.		De Alexandro Rege Scotiæ ſe Regi pacificante.	ibid.
1244	29 *Hen.* 3.	21 Oct.	De protectione pro Rege Conatiæ.	ibid.
1244	29 *Hen.* 3.	19 *Nov.*	De Davide filio Lewelini excommunicando.	p. 430
1245	29 *Hen.* 3.	6 *Jan.*	De ſummonitione Davidis filii Lewelini.	ibid.
1245	29 *Hen.* 3.	10 *Jan.*	Littera Juſticiario Hyberniæ, de apparatu bellico contra Davidem filium Lewelini.	p. 431
1245	29 *Hen.* 3.	6 *Mar.*	De treugis cum Davide filio Lewelini.	p. 432
1245	29 *Hen.* 3.	21 *Apr.*	De die aſſignata pro emendis interceptionum contra treugam cum Francia.	ibid.
1245	29 *Hen.* 3.		Ad Regem Littera a Margareta Comitiſſa Flandriæ.	ibid.
1245	29 *Hen.* 3.		Littera Regi ab eadem ſuper feodo ſibi ſolvendo.	p. 433
1245	29 *Hen.* 3.		Bulla de privilegio Philippo Baſſet Baroni dato.	ibid.
1245	29 *Hen.* 3.	7 *Jun.*	De præparatione hoſtili contra Wallenſes feſtinanda.	ibid.
1245	29 *Hen.* 3.	8 *Jun.*	Littera Imperatori, de Nunciis ad Concilium Lugduni convocatum miſſis.	p. 434
1245	29 *Hen.* 3.	8 *Jun.*	Littera Papæ de Nunciis Regis ad Concilium Lugdunen.	ibid.
1245	29 *Hen.* 3.		Mandatum Regis Prælatis ſuis, de non attemptando aliquid in Concilio prædicto contra honorem ſuum.	ibid.
1245	29 *Hen.* 3.	22 *Jun*	Redarguit Papa Prælatos Angliæ qui nolunt excommunicatos abſolvere, niſi prius ſibi ſolvant pecuniam.	p. 435
1245	29 *Hen.* 3.	21 *Jul.*	Bulla de confirmatione privilegiorum immunitatum & indulgentiarum ſuper Eccleſiis Angliæ & Hiberniæ.	ibid.
1245	29 *Hen.* 3.	21 *Jul.*	Bulla Regi Angliæ de caſſatione electionis R. Paſſelewe in Eccleſia Ciceſtrienſi.	p. 436
1245	29 *Hen.* 3.	21 *Jul.*	Bulla de privilegiis Capellarum Domini Regis.	ibid.
1245	29 *Hen.* 3.	27 *Jul.*	Bulla conſervatoria, ne Archidiaconus Stafford. procurationem extorqueat in Capella de Bruges.	ibid.
1245	29 *Hen.* 3.	3 *Aug.*	Bulla de pluralitate beneficiorum.	p. 437
1245	29 *Hen.* 3.	3 *Aug.*	Bulla quod univerſi Eccleſiarum Patroni poſſint ad Eccleſias, in quibus habent jus patronatus, libere præſentare abſque contradictionis obſtaculo.	ibid.
1245	29 *Hen.* 3.	3 *Aug.*	Bulla quod cruceſignati teneantur ad conſuetudines Regni faciend.	p. 438
1245	29 *Hen.* 3.	10 *Aug.*	Pro Comite Bigorum, de feodo ſuo.	ibid.
1245	29 *Hen.* 3.	11 *Sept.*	Bulla de controverſiis Electionum in Scotia ne trahantur extra Regnum Scotiæ ulterius quam in Carleolenſem vel Dunelmenſem Dioceſes.	ibid
1245	29 *Hen.* 3.	11 *Sept.*	De Philippo Baſſet contra formam Bullæ non moleſtando.	p. 439
1245	29 *Hen.* 3.		De juramento fidelitatis per Archiep. Rothom. Regi faciendo.	ibid.
1245	29 *Hen.* 3.	12 Oct.	Bulla pro Prælatis Angl. non ſuſpendendis, per proviſionem aliam generaliter factam, a beneficiorum collatione, niſi unius tantum.	p. 440
1245	30 *Hen.* 3.	10 *Nov.*	De commercio cum Wallenſibus interdicto.	ibid.
1245	30 *Hen.* 3.	4 *Dec.*	De treuga cum Francia facienda.	ibid.
1246	30 *Hen.* 3.	16 *Jan.*	De feodo annuo Comiti Sabaudiæ conceſſo pro homagio ſuo.	p. 441
1246	30 *Hen.* 3.		De filia Comitis Sabaudiæ in Anglia maritanda.	ibid.
1246	30 *Hen.* 3.	9 *Jun.*	Pro Haraldo Rege Manniæ.	ibid.
1246	30 *Hen.* 3.	12 *Jun.*	Bulla Innocentii Papæ quarti directa Regi Angliæ, quod moleſte non ferat exactionem viceſimæ de redditibus Eccleſiaſticis in Anglia in ſubſidium Terræ ſanctæ, & ſignificando quod moderate ſe habebit ſuper proviſionibus faciendis in Anglia.	ibid.
1246	30 *Hen.* 3.	9 *Sept.*	De legibus Anglicanis in Hibernia tenendis.	p. 442
1246	30 *Hen.* 3.	6 Oct.	Bulla de annuo cenſu perſolvendo.	ibid.
1247	31 *Hen.* 3		Littera Frederici Imperatoris de filio ex Iſabella Angliæ baptizato, & eodem Regni Siciliæ cuſtode conſtituto.	p. 374
1247	31 *Hen.* 3.		Litteræ ab eodem filio qua notificat avunculo ſuo Regi Angliæ, ſe eſſe baptizatum, &c.	q. inter omiſſa.
1247	31 *Hen.* 3.	30 *Apr.*	Conventio facta inter H. R. & Owen & Lewelinum filios Griffini.	p. 443
1247	31 *Hen.* 3.	27 *Aug.*	Bulla de annuo cenſu 1000 Marcar. ſolvendo.	p. 444
1247	31 *Hen.* 3.	12 Oct.	Bulla de non reſidendo pro Clericis familiaribus Regis.	ibid.
1248	32 *Hen.* 3.	1 *Febr.*	De annuitate Thomæ de Sabaudia per Comitiſ. Flandriæ ſolvendo.	ibid.
1248	32 *Hen.* 3.	15 *Febr.*	De homagio Comitiſſæ Flandriæ recipiendo.	p. 445
1248	32 *Hen.* 3.	20 *Febr.*	Pro Thoma de Sabaudia.	ibid.
1248	32 *Hen.* 3.		Pro eodem	ibid.
1248	32 *Hen.* 3.		Pro Amadeo Comite Sabaudiæ.	ibid.
1248	32 *Hen.* 2.	30 *Jul.*	Bulla pro Willielmo de Valentia de libera confeſſione.	p. 446
1249	33 *Hen.* 3.	6 *Febr.*	De forma compromiſſionis per Theobaldum Regem Navarræ ex una, & Simonem de Monteforti pro Rege Angliæ ex altera parte.	ibid.
1249	33 *Hen.* 3.	7 *Febr.*	De forma procurationis Simonis de Monteforti ad Regem Navarræ.	p. 447
1229	33 *Hen.* 3.	28 *Jun.*	Pro Roberto de Ver.	ibid.
1249	33 *Hen.* 3.		Pro Willielmo Lungeſpere.	ibid.
1249	33 *Hen.* 3.		De treuga cum Francia juranda.	p. 448
1249	33 *Hen.* 3.	2 Oct.	De treuga cum Francia proroganda.	ibid.
1249	34 *Hen.* 3.	27 Oct.	Bulla Innocentii Papæ ſuper approbatione matrimonii contracti inter Regem Angliæ & Filiam Comitis Provinciæ.	ibid.
1249	34 *Hen.* 3.	30 *Nov.*	Littera Comiti Leiceſtriæ, quod Vicecomes de Fronſaco de ſeditione appellatur per Amalvinum de Veretta.	p. 449
1249	34 *Hen.* 3.	7 *Dec.*	Bulla de annuo cenſu perſolvendo.	p. 450
1249	34 *Hen.* 3.	13 *Dec.*	De terra Agenenſi petenda.	ibid.
1249	34 *Hen.* 3.	18 *Dec.*	Indulgentia Innoc. quarti contra proviſiones.	ibid.
1249	34 *Hen.* 3.	28 *Dec.*	Pro Rege Manniæ.	p. 451
1249	34 *Hen.* 3.	5 *Mar.*	De pace & treugis cum Francia.	ibid.

Bulla

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe	
1250	34 *Hen.* 3.	11 *Apr.*	Bulla diſſuaſoria; ne Rex ad præſens iter in Terram ſanctam aggrediatur. ibid.
1250	34 *Hen.* 3.	26 *Apr.*	Bulla continens indulgentias cruceſignatis conceſſas, & mandatum de prædicando de negotio prædicto. p. 452
1250	34 *Hen.* 3.	30 *Apr.*	Bulla de negotio crucis. p. 456
1250	34 *Hen.* 3.	30 *Apr.*	Bulla quod fratres prædicatores equitare poſſint. ibid.
1250	34 *Hen.* 3.	13 *Jun.*	De negotio crucis. ibid.
1250	34 *Hen.* 3.	24 *Sept.*	Bulla de revocando ſtatuo Hyberniæ ne Clerici Angliæ admitterentur in Canonicum Ecclecleſiarum prædictæ Terræ. ibid.
1250	34 *Hen.* 3.	24 *Sept.*	Bulla de caſſatione ſtatuti prædicti. ibid.
1250	34 *Hen.* 3.	1 *Oct.*	Bulla de negotio crucis. p. 458
1250	34 *Hen.* 3.	7 *Oct.*	De anniverſario Matris Regis celebrando in Normannia. ibid.
1250	34 *Hen.* 3.	11 *Oct.*	Relaxatio ſententiæ excommunicationis factæ contra Priorem & Conventum per Archiepiſcopum Cantuar. ibid.
1250	34 *Hen.* 3.	11 *Oct.*	Bulla de relaxatione ſententiæ prædictæ. p. 459
1250	35 *Hen.* 3.		Forma pacis, ordinata inter Cives Burdegaliæ, qui, de mandato Simonis de Monteforti, vices Regis Angliæ gerentis, extra Civitatem Burdegal. erant, & quoſdam alios, qui in eadem Civitate morabantur. ibid.
1251	35 *Hen.* 3.	8 *Jan.*	De pace prædictâ per Regem confirmatâ. p. 461
1251	35 *Hen.* 3.	17 *Jan.*	Pro cruceſignatis de redemptionibus voti. ibid.
1251	35 *Hen.* 3.	21 *Jan.*	Littera Duci Brabantiæ, de negotio inter Regem & eundem. ibid.
1251	35 *Hen.* 3.	26 *Febr.*	Bulla de pecunia in Hibernia pro negotio crucis collectâ. p. 462
1251	35 *Hen.* 3.	1 *Mar.*	De dictatoribus Treugarum inter Regem & Regem Franciæ ſubſtituendis. ibid.
1251	35 *Hen.* 3.	5 *Mar.*	Bulla quod familiares Clerici Domini Reg. de cætero non cohortarentur ad exhibitionem Eccleſiaſticorum proventuum; primi anni per Cant. Archiep. ibid.
1251	35 *Hen.* 3.	30 *Mar.*	Bulla de abutentibus Litteris Apoſtolicis. p. 463
1251	35 *Hen.* 3.	6 *Apr.*	Bulla Innoc. Papæ quarti, per quam non exaudit petitiones Regis Angliæ, viz. Quod Rex Scotiæ non poſſit inungi vel coronari ſine licentia ſua & de decima Eccleſiaſt. proventuum habenda. ibid.
1251	35 *Hen.* 3.		Proceſſus & ſententia de irritando contractum matrimonialem inter Regem & filiam Comitis Pontiven. & pronunciando matrimonium inter prædictum Regem & filiam Comitis Provinciæ eſſe legitimum. p. 464
1251	35 *Hen.* 3.	10 *Jul.*	De penſione pro Iſabellâ ſorore Regis. p. 465
1251	35 *Hen.* 3.	4 *Sept.*	Redemptiones votorum conceſſæ cruceſignatis in Scotiâ, non obſtante conceſſione facta Regi Angliæ: p. 466
1251	35 *Hen.* 3.	28 *Sept.*	De conductu Reginæ Scotiæ. ibid.
1251	35 *Hen.* 3.	18 *Oct.*	De conductu Alexandri Regis Scotiæ. ibid.
1251	36 *Hen.* 3.	27 *Dec.*	Pro Alexandro Rege Scotiæ. p. 467
1252	36 *Hen.* 3.	2 *Jan.*	De Treugis cum Rege Navarræ ratificandis. ibid.
1252	36 *Hen.* 3.	10 *Febr.*	Bulla Papæ Rogatoria pro quibuſdam Mercatoribus Senenſ. ibid.
1252	36 *Hen.* 3.	22 *Febr.*	Pro Matillida de Cantilupo cum Regina Scotiæ in Scotiam profecta. ibid.
1252	36 *Hen.* 3.		Bulla pro Cruceſignatis. p. 468
1252	36 *Hen.* 3.	7 *Mar.*	Bulla de Collectoribus Redemptionum votorum Cruceſignatorum. p. 470
1252	36 *Hen.* 3.	13 *Mar.*	De decima danda de Maneriis Epiſcoporum & Prælatorum Regi Angliæ, in ſubſidium Terræ ſanctæ. p. 471
1252	36 *Hen.* 3.	22 *Maii*,	De querela facta in Clerum Angliæ de gravibus oppreſſionibus, Anglis illatis per Curiam Romanam ratione proviſionum & collationum Spiritualium, &c. ibid.
1252	36 *Hen.* 3.	26 *Maii*	Pro Comite Augy. p. 473
1252	36 *Hen.* 3.	6 *Jun.*	De Termino ad paſſagium in Terram ſanctam aſſignato. ibid.
1252	36 *Hen.* 3.	8 *Jun.*	Regi Franciæ, de Terris per ipſum occupatis Regi reſtituendis. p. 474
1252	36 *Hen.* 3.		Ejuſmodi Littera Reginæ Franciæ. ibid.
1252	36 *Hen.* 3.	13 *Jun.*	De diſcordiis in Waſconia ſedandis. ibid.
1252	36 *Hen.* 3.	9 *Jul.*	Bulla monitoria Regi Angliæ, pro Epiſcopo Meneven. ſuper Jure patronatûs. p. 476
1252	36 *Hen.* 3.	20 *Jul.*	Bulla qua redarguit Archiepiſcopum Cantuar. p. 477
1252	36 *Hen*, 3.	3 *Aug.*	Pro Comite Cornubiæ de Regno Siciliæ acceptando. ibid.
1252	36 *Hen.* 3.	29 *Aug.*	Bulla Innocentii de confirmatione Matrimonii, contracti cum Alienora, Nata Comitis Provinciæ, Regina Angliæ p. 478
1252	36 *Hen.* 3.	31 *Aug.*	De Matrimonio Regis cum Johanna Regina Caſtellæ adnullando. p. 479
1252	36 *Hen.* 3.	1 *Sept.*	De pecunia, in auxilium Terræ ſanctæ conceſſa, in tuto loco reponenda. p. 480
1252	36 *Hen.* 3.	26 *Sept.*	De Privilegiis cruceſignatis conceſſis. ibid.
1252	36 *Hen.* 3.	27 *Sept.*	Bulla pro Clericis familiaribus Regis de non reſidendo. p. 481
1252	36 *Hen.* 3.	27 *Sept.*	Bulla de non moleſtandis Clericis prædictis. ibid
1252	36 *Hen.* 3.	29 *Sept.*	Bulla de Orationibus, & aliis ſpecialibus Devotionis operibus, faciendis pro Rege, dum proficiſcitur in Terram ſanctam. ibid.
1252	36 *Hen.* 3.	14 *Oct.*	Bulla ſuper excommunicatione defraudatorum decimarum. p. 483
1252	36 *Hen.* 3.	15 *Oct.*	Bulla de protectione Regis cum transfretaverit ad partes Terræ ſanctæ. ibid.
1252	36 *Hen.* 3.	15 *Oct.*	Bulla ſuper Legatis indiſtinctis Regi tradendis cum iter arripuerit tranſmarinum. ibid.
1252	36 *Hen.* 3.	15 *Oct.*	Bulla ſuper uſuris & male acquiſitis aſſignandis Regi Angliæ, cum iter Terræ ſanctæ arripuerit. p. 484
1252	36 *Hen.* 3.	*Oct.*	Bulla de orando pro Rege Angliæ & ſocietate ſua ad Terram ſanctam tranſeuntibus. p. 484
1252	37 *Hen.* 3.	5 *Nov.*	Bulla de non permittendo Regem Angliæ moleſtari, quouſque reverſus fuerit a terra ſancta. p. 485
1252	37 *Hen.* 3.	5 *Nov.*	Bulla de protectione uſq; ad reditum a Terra ſancta. p. 486
1252	37 *Hen.* 3.	13 *Nov.*	De ſubſidio pro Terra ſancta. ibid.
1253	37 *Hen.* 3.	23 *Jan.*	Littera Regis Innocentio quarto, de Regno Siciliæ Ricardo Comiti Cornubiæ oblato. q. inter omiſſa.
1253	37 *Hen.* 3	28 *Jan.*	Littera Papæ de Expeditione in Terram ſanctam. p 486
1253	37 *Hen.* 3.		Carta P. de Sabaudia, de Juramento eundi ad Terram ſanctam profecturo. p. 488
1253	37 *Hen.* 3.	18 *Apr.*	De 10000 Marc. pro Petro de Sabaudia cum Rege in Terram ſanctam profecturo. p. 488
1253	37 *Hen.* 3.	18 *Apr.*	De 5500 Marcis datis P. de Sabaudia pro eundo cum Rege in Terram ſanctam. ibid.
1253	37 *Hen.* 3.	30 *Apr.*	Pro Vicecomite Leoman. p. 487
1253	37 *Hen.* 3.	30 *Apr.*	Pro Magno, Hærede Manniæ. p. 487
1253	37 *Hen.* 3.	9 *Maii.*	Pro paſſagio Regis. ibid.
1253	37 *Hen.* 3.		De Conſenſu Regis & Magnatum Angliæ in Sententiam Excommunicationis. ibid.
1253	37 *Hen.* 3.	15 *Maii.*	De Fœdere conjugali cum Rege Hiſpaniæ. p. 490
1253	37 *Hen.* 3.	24 *Maii*	De Matrimonio inter primogenitum Regis Arragoniæ & Beatricem filiam Regis. ibid.
1253	37 *Hen.* 3.		De Inſtructionibus ſuper Matrimonio cum ſorore Regis Caſtellæ. p. 491
1253	37 *Hen.* 3.	22 *Jun.*	De magno Sigillo Commiſſo. ibid.
1253	37 *Hen.* 3.	2 *Jul.*	De proviſione facta ad Gubernationem Regni transfretante Rege. ibid.
1253	37 *Hen.* 3.	7 *Jul.*	De cuſtodia Angliæ & Walliæ commiſſa Reginæ. p. 492
1253	37 *Hen.* 3.	8 *Jul.*	De Homagio Davidis Filii Griffini. ibid.
1253	37 *Hen.* 3.	12 *Jul.*	Pro Thoma de Sabaudia. ibid.
1253	37 *Hen.* 3.	20 *Jul.*	De Caſtro Doveriæ. p. 493
1253	37 *Hen.* 3.	30 *Jul.*	Littera per quam Papa excommunicat omnes illos qui pacem Domini Regis Angliæ perturbant, aut perturbare præſumunt, poſtquam Dominus Rex iter arripuerit verſus Terram ſanctam. p. 493
1253	38 *Hen.* 3	5 *Sept.*	Bulla de protectione pro Rege, Regina, &c. p. 494
1253	38 *Hen.* 3.	3 *Nov.*	Bulla de proviſionibus. ibid.
1253	38 *Hen.* 3.	18 *Dec.*	De diſputatione Pap. & R. ſuper ætatibus. p 496
1253	38 *Hen.* 3.	21 *Dec.*	De diverſis in Vaſconia ſecundum mandatum Papæ excommunicatis pro eo quod pacem Regis perturbarunt. ibid.
1253	38 *Hen.* 3.	29 *Dec.*	De Alfonſo Rege Caſtellæ & excercitu Saracenerum invadendo Aquitaniam, Angliam & Hiberniam. p. 497
1254	38 *Hen.* 3.	5 *Febr.*	Littera Willielmo de Odingge ſuper negotio prædicto. p. 498
1254	38 *Hen.* 3.	8 *Febr.*	De pace inter Regem & Regem Caſtellæ tractanda & firmanda. ibid.
1258	38 *Hen.* 3.		De adventu Regis Caſtellæ contra Regem in Vaſconia p. 499
1258	38 *Hen.* 3.	11 *Febr.*	De obligatione Regis Abbati & Conventui ſanctæ apud Burdegal. p. 500
1258	38 *Hen.* 3.	18 *Febr.*	Carta pro Edvardo primogenito Regis, de completione quindecim millium Marcarum per Annum. ibid.

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe	
1254	38 *Hen.* 3.	14 *Febr*	Mandatum Ricardo de Grey, quod ſeiſinam Inſularum daret Edwardo primogenito Regis. p. 501
1254	38 *Hen.* 3.	14 *Febr.*	De conceſſione pro Edwardo filio Regis. ibid
1254	38 *Hen.* 3.	14 *Febr.*	Petro de Sabaudia, de ſeiſinâ terrarum dandâ Edwardo Regis primogenito. p. 502
1254	38 *Hen.* 3.	18 *Febr.*	Carta pro Edwardo primogenito Regis, de conceſſione omnium Terrarum per Reges Franciæ ablatarum in partibus tranſmarinis. p. 500
1254	38 *Hen.* 3.	6 *Mar.*	De conceſſione Siciliæ nomine Papæ, facta Edmundo filio Regis. 502
1254	38 *Hen.* 3.	31 *Mar.*	Confœderatio inter Henricum Angliæ, & Alfonſum Caſtellæ, Reges, pro ipſis & eorum hæredibus, perpetuo duratura, contra omnes homines de mundo; ſalva fide Eccleſiæ Romanæ. p. 503
1254	38 *Hen* 3.	31 *Mar.*	Fœdus perpetuum cum Alfonſo Rege Caſtellæ. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	1 *Apr.*	De Conductu pro Edwardo Principe. p. 504
1254	38 *Hen.* 3.	18 *Apr.*	De proventibus terrarum Sabinæ de Orcito, Edwardo primogenito Regis conceſſis. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	20 *Apr.*	Promiſſio ex parte Procuratorum Regis de Conventione cum Alfonſo, ſigillo Regis ſignata, mittenda procuratoribus Hiſpaniæ. p. 506
1254	38 *Hen.* 3.	20 *Apr.*	Litteræ Regis ad eandem formam. p. 507
1254	38 *Hen.* 3.	22 *Apr.*	Carta Regis Caſtellæ de fœdere cum Rege Angliæ obſervando. p. 509
1254	38 *Hen.* 3.	22 *Apr.*	Littera Regis Caſtellæ directa Vic. Biarn. Baronibus, Militibus, ac Prioribus Vaſconiæ, de intendendo Henrico Regi Angliæ & Edwardo filio ſuo, tanquam vero Domino ſuo, poſt quietam clamationem juris dicti Regis Caſtellæ in Terra Vaſcon. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	22 *Apr.*	Carta Regis Caſtellæ pro Rege Angliæ, per quam concedit, quod, ſive pacem, ſive treugam habeat cum Rege Navarræ, Regi Angliæ remaneant Caſtra & loca, quæ ſuper eum fuerant occupata. p. 510
1254	38 *Hen.* 3.	22 *Apr.*	Littera Regis Caſtellæ, per quam concedit Regi Angliæ medietatem bonorum immobilium, in partibus Africanis lucrandorum. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.		Bulla pro Priore Sanctæ Trinitatis London p. 511
1254	38 *Hen.* 3.	14 *Maii*	Bulla de mutuo ad opus Regis pro Regno Siciliæ. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	14 *Maii.*	Confirmatio donationis primæ a Domino Papa Innocentio factæ de Regno Siciliæ, in tenore litteræ Magiſtri Alberti factæ de eadem donatione, cum nominibus illorum, quorum arbitrio ſtabitur ſuper conditionibus: Continet etiam novam conceſſionem in feudum. p. 512
1254	38 *Hen.* 3.	14 *Maii.*	De renovandis Litteris collationis de Regno Siciliæ. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	14 *Maii*	De Henrico Frederici, quondam Imperatoris ex Iſabella ſorore Regis filio, in Sicilia mortuo, necnon de facto Siciliæ. p. 513
1254	38 *Hen.* 3.		Conradi Romanorum & Siciliæ Regis Epiſtola Regi de Morte fratris nepotis Regis Angliæ. p. 514
1254	38 *Hen.* 3.	22 *Maii.*	Quod Rex cohibeat manus ſuas ab expenſis non neceſſariis ut utilius proſequi poſſit negotium Regni Siciliæ. p. 515
1254	38 *Hen.* 3.	22 *Maii.*	Dominæ Reginæ, quod inducat Regem quod caveat ſibi de ſuperfluis expenſis, idque propter negotium Siciliæ quod aſſumpſit. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	22 *Maii.*	Domino Petro de Sabaudia quod moneat & inducat Regem ut parcat ſumptibus, pro negotio terræ Siciliæ. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	23 *Maii.*	De bis quinquaginta M. librarum Turon. Regi aſſignand. in ſubſidium proſecutionis negotii Siciliæ per Dominum Papam Innocent. p. 516
1254	38 *Hen.* 3.	23 *Maii.*	Bulla ſuper Incremento biennii ultra triennium, de decima conceſſa pro ſubſidio Terræ Sanctæ. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	23 *Maii.*	Bulla de viceſſima in Regno Scotiæ Regi Angliæ conceſſa in ſubſidium Terræ Sanctæ. p. 517
1254	38 *Hen.* 3.	25 *Maii.*	De magno Sigillo fabricando pro Regno Siciliæ. p. 513
1254	38 *Hen.* 3.	31 *Maii.*	Bulla de commutatione voti crucis pro negotio Siciliæ, & de Morte Conradi. p. 517
1254	38 *Hen.* 3.	9 *Jun.*	Bulla ſuper facto Regni Siciliæ ne Rex ſit negligens aut remiſſus. p. 518
1254	38 *Hen.* 3.	8 *Jul.*	De matrimonio infra quinque ſeptimanas poſt Feſtum Sancti Michaelis inter Edwardum primogenitum Regis, & Alianoram Sororem Regis Caſtellæ. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	20 *Jul.*	De Dote pro Alienora ſorore Regis Caſtellæ per Edv. primog. Regis. p. 519
1254	38 *Hen.* 3.		De aſſenſu Edv. primog. Reg. in matrimon. cum Alienora ſorore præd. Reg. Caſtellæ. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.		De juram. per Edv. ſuper matrim. prædicto per Edwardum præſtito. p. 520
1254	38 *Hen.* 3.	22 *Aug.*	De aſſenſu Regis in matrimonium cum ſorore Regis Caſtellæ. p. 522
1254	38 *Hen.* 3.	22 *Aug.*	Littera Regis, de conceſſionibus Edwardo filio ſub magno ſigillo conſignandis. p. 523
1254	38 *Hen.* 3.	25 *Aug.*	De quibuſdam ſecretis Regi Scotiæ referandis. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	26 *Aug.*	De dote Alienoræ ſorori Regis Caſtellæ aſſignatâ per voluntatem Henrici Regis. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	28 *Aug.*	Conceſſiones Henrici Regis Edwardo filio primogenito. p. 520
1254	38 *Hen.* 3.		De interceptionibus in treugis cum Comite Tholoſ. emendandis. p. 521
1254	38 *Hen.* 3.	*Aug.*	De fœdere cum Alfonſo Rege Caſtellæ. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	9 *Sept.*	De Catallis Gaſtonis de Byarn arreſtandis. p. 523
1254	38 *Hen.* 3.	9 *Sept.*	Bulla pro Mercatoribus Senenſ. de pecunia Electo & Capitulo Caſſalen. mutuo data. p. 524
1254	38 *Hen.* 3.		De inquirendo ſuper homagio Giraldi Armanaci, quondam Johanni Regi præſtito. p. 525
1254	38 *Hen.* 3.	15 *Sept.*	De Conventione inter Regem & Giraldum hodiernum, ſuper Recognitione homagii ſupradicti & pro homagio ſuo. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	18 *Sept.*	De Conceſſionibus Edvardo Regis filio in Hybernia. p. 526
1254	38 *Hen.* 3.	18 *Sept.*	Littera Papæ de commutando voto de Terra ſancta in paſſagium ad partes Africæ. p. 527
1254	38 *Hen.* 3.	3 *Oct.*	De Principatu Capuæ Thomæ de Sabaudia per Edmundum Regem Siciliæ conceſſo. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	11 *Oct.*	De Conceſſionibus, prius Edwardo primogenito factis ſub parvo ſigillo, jam ſub magno ſigillo confirmatis. p. 528
1254	38 *Hen.* 3.	11 *Oct.*	Carta per quam Henricus Rex confirmavit Edwardo filio ſuo donationem, prius ei factam, de omnibus terris & tenementis, & omnibus aliis rebus in tranſmarinis partibus. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	11 *Oct.*	Confirmatio Cartæ de ſuppletione *15000* Marcar. *per annum ſub ſigillo* magno. p. 529
1254	38 *Hen.* 3.	11 *Oct.*	De confirmatione Cartæ de terris Sabinæ de Orciato Edwardo primogenito. ibid.
1254	38 *Hen.* 3.	11 *Oct.*	Conceſſiones Henrici Regis Edvardo filio primogenito. p. 530
1254	38 *Hen.* 3.	14 *Oct.*	De ſeiſina Regni Siciliæ nomine Regis & Edmundi recipienda. ibid.
1254	39 *Hen.* 3.	1 *Nov.*	De Alfonſo Rege Caſtellæ, dimittente Edwardo primogenito Regis, quicquid juris habuit in Vaſconia. p. 531
1254	39 *Hen.* 3.	*Nov.*	Cyrographum, per litteras majuſculas diviſum, de pace per Edwardum primogenitum Regis reformata inter Cives ſuos Baion. necnon de juramento per eoſdem ſuper hac præſtito. ibid.
1254	39 *Hen.* 3.	3 *Nov.*	De officio magnæ Seneſcalciæ Regni Siciliæ, conceſſo per Papam Bertoldo Marchioni de Hohemburgh ad vitam ſuam; Originalia, propter viarum diſcrimina, tuto mitti non poterant, ideo tranſcripta a Papa bullantur, ut ſic eandem vim habeant cum originalibus. p. 532
1254	39 *Hen.* 3.	3 *Nov.*	De ratificatione conceſſionum Comitatus Montis Caneoſi, &c. factarum Bertholdo Marchioni de Hohemburgh in Sicilia per Conradum. p. 533
1254	39 *Hen.* 3.	3 *Nov.*	De mille & quingentis unciis auri conceſſis per Papam Bertholdo Marchioni de Hohemburgh, percipiendis ſingulis annis de proventibus donorum. p. 534
1254	39 *Hen.* 3.	3 *Nov.*	De Comitatu Cotronen. in Sicilia conceſſo Lodowyco, Germano Bertholdi Marchionis de Hohemburgh, per Papam. ibid.
1254	39 *Hen.* 3.	17 *Nov.*	Bulla quod Rex feſtinanter mittat in Apuliam ad cuſtodiendam illam, aut oportebit Papam eam aliter concedere. p. 535
1254	39 *Hen.* 3.	3 *Dec.*	De Com. Theatini in Sicilia conceſſo per Papam Oddoni, Germano Bertholdi Marchionis de Hohemburgh. ibid.
1254	39 *Hen.* 3.	22 *Dec.*	Bulla Alexandri Papæ quarti Regi Angliæ directa de nova creatione ſua. p. 536
1255	39 *Hen.* 3.	13 *Jan.*	Pro Archiepiſcopo Armacan. ut Rex favorabilem ſe præbeat eidem, & quod non credat detractionibus factis contra eum. p. 538
1255	39 *Hen.* 3.	31 *Jan.*	Bulla pro Priore & Conventu Monaſterii ſanctæ Trinit. Ordinis ſancti Auguſtini London. p. 539

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe	
1255	39 *Hen.* 3.	9 *Febr.*	Bulla Alex. Papæ pro Bertoldo, Ottone & Ludowyco, de conceſſione eis facta per Papam de Ducatu Amalf. & pluribus terris in Sicilia. p. 540
1255	39 *Hen.* 3.	10 *Febr.*	Bulla de Confirmatione per Alexandrum omnium conceſſionum factarum per Innocentium Papam Marchionibus de Hohemburch. p. 541
1255	39 *Hen.* 3.	14 *Febr.*	Bulla promiſſoria de ponendis prædictis Marchionibus de Hohemburch in pace & concordia cum Manfredo Principe Tarentin. p. 542
1255	39 *Hen.* 3.	14 *Febr.*	Bulla obligatoria de protegendo Marchiones ſæpedictos contra jam dictum Manfredum. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	14 *Febr.*	Bulla pro Bertoldo, Oddone, & Ludoyco fratribus Marchionibus, quod, ſi aliquem eorum decedere contigerit, ei ſuperſtes ſuccedat. p. 543
1255	39 *Hen.* 3.	24 *Febr.*	De Judæis Comiti Cornubiæ aſſignatis pro ſolutione pecuniæ ſibi a Rege debitæ. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	11 *Mar.*	De Obligatione Mercatoribus de Luk. facta. p. 544
1255	39 *Hen.* 3.	12 *Mar.*	De Conductu pro Hugone Duce Burgundiæ. p. 545
1255	39 *Hen* 3.	15 *Mar.*	De mutando voto de Terra ſancta pro Expeditione contra Saracenos in Africa. p. 545
1255	39 *Hen.* 3.		Conditiones ſub quibus—Siciliæ Regnum conceditur Edmundo Henrici filio. q. inter omiſſa.
1255	39 *Hen.* 3.	19 *Apr.*	De donationibus & privilegiis, factis Bertholdo Oddoni, & Lodowyco Marchionibus de Hohemburg in Sicilia per Papam notificatis Regi Angliæ. p. 546
1255	39 *Hen.* 3.	21 *Apr.*	De ſatisfactione per Edmundum Regem Siciliæ facienda Marchionibus de Hohemburg de damnis eis illatis. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	21 *Apr.*	Bulla pro Epiſcopo Bononienſi de pecunia ſibi ſolvenda pro negotio Siciliæ. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	3 *Maii.*	Bulla Archiepiſcopo Cantuar. & Magiſtro Roſtando de abſolvendo Rege a voto Terræ ſanctæ, & commutando illud idem in negotium Siciliæ. p. 547
1255	39 *Hen.* 3.	7 *Maii.*	Bulla de Manfredo adhærente Saracenis, necnon de abſolutione R. Angliæ ſuper voto commiſſo ad Terram ſanctam, & de commutatione ejuſdem voti in negotium Regni Siciliæ. p. 548
1255	39 *Hen.* 3.	11 *Maii.*	Bulla quod, facta commutatione votorum Regis Norweyæ & aliorum ejuſdem Regni ad Terram ſanctam in negotium Regni Siciliæ, compellantur illuc accedere. p. 549
1255	39 *Hen.* 3.	12 *Maii.*	Bulla Archiepiſcopo Cantuar. & Magiſtro Roſtando ſuper commutatione voti Regis Norweyæ & aliorum de Terra ſua ad Terram ſanctam in negotium Siciliæ & abſolutione prædictis Regi & ſuis inde facienda. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	13 *Maii.*	Bulla qualiter Epiſcopus Bononien. mittitur H. Regi Angliæ ad confirmationem ſeu ordinationem negotii Siciliæ ſuper promiſſione inde facta per Papam Edmundo filio Regis. p. 550
1255	39 *Hen.* 3.	15 *Maii.*	Bulla quod illi, qui pecuniam receperunt pro ſubſidio Terræ ſanctæ & ſunt inhabiles ad pugnam, eam Regi reddant pro negotio Siciliæ. p. 551
1255	39 *Hen.* 3.	16 *Maii.*	Bulla pro Archiepiſcopo Cant. & Magiſtro Roſtando de commutatione voti Regis Angliæ crucis in negotium Apuliæ & Siciliæ. p. 552
1255	39 *Hen.* 3.	16 *Maii.*	Bulla de viceſſima Scotiæ, pro executione negotii Terræ ſanctæ facienda per Regem Angliæ eidem Regi conceſſa per triennium ultra primos tres Annos. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	17 *Maii.*	Bulla quod Redemptiones votorum Cruceſignatorum in Regno Scotiæ ad Terram ſanctam & obventiones integre colligantur & integre aſſignentur Regi Angliæ in ſubſidium Terræ ſanctæ. p. 553
1255	39 *Hen.* 3.	21 *Maii.*	Bulla Henrico Regi Angliæ directa de fidelitatis Juramẽto, dicto Papæ & Eccleſiæ Romanæ præſtando nomine Edmundi filii ſui pro Regno Siciliæ. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	25 *Maii.*	De prohibitione torneamenti eo quod Edwardus filius in gravi periculo exiſtit in Waſconia. p. 554
1255	39 *Hen.* 3.	25 *Maii.*	Bulla directa Regi Angliæ pro ordine Ciſtercienſi de decima in ſubſidium Terræ ſanctæ conceſſa per eos non ſolvenda. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	14 *Jun*	Pro Comitiſſa Thoarcenſi. p. 555
1255	39 *Hen.* 3.	24 *Jun.*	De proviſione pro Proconſule Romæ per Edmundum Regem Siciliæ facienda. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	*Julii.*	De Treuga cum Rege Franciæ inita. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	22 *Jul.*	Littera de credentia Duci Suecorum. p. 557
1255	39 *Hen.* 3.	25 *Jul.*	De vino pro nunciis Regis Caſtellæ capiendo. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	25 *Jul.*	De ferina pro prædictis Nunciis Caſtellæ providenda. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	26 *Jul.*	De Nunciis Regis Caſtellæ curialiter recipiendis, & de iiſdem non moleſtandis. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	28 *Jul.*	Bulla inhibitoria ne quid attemptetur in præjudicium conceſſionis Regi Angliæ factæ per Innocentium Papam de redemptionibus votorum obventionibus & legatis in ſubſidium Terræ ſanctæ. p. 558
1255	39 *Hen.* 3.	10 *Aug.*	Litteræ de Credentia Magnatibus Scotiæ. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.		De Poteſtate admittendi quoſdam Barones Scotiæ in protectionem Regis. p. 559
1255	39 *Hen.* 3.	10 *Aug.*	De prædictis in protectionem Regis receptis. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.		Forma quâ mandatum eſt Magnatibus & Militibus Angliæ pro Negotio Scotiæ. p. 560
1255	39 *Hen.* 3.	17 *Aug.*	Pro Edwardo filio Regis extra Vaſconiam in Hyberniam transfretante. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.		Pro Petro de Sabaudia. p. 561
1255	39 *Hen.* 3.	25 *Aug.*	Publicatio propoſiti Regis, de non inferendo aliquod præjudicium libertatibus Scotiæ. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	28 *Aug.*	De emendis, faciendis & recipiendis contra Treugas cum Rege Franciæ. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.		De procuratoribus ſuper prædictis Treugis conſtitutis. p. 562
1255	39 *Hen.* 3.	2 *Sept.*	De poteſtate conducendi Regem & Reginam Scotiæ in præſentiam Regis. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	5 *Sept.*	De conductu pro Rege & Regina Scotiæ. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	13 *Sept.*	De feſto ſancti Edwardi celebrando. p. 563
1255	39 *Hen.* 3.	15 *Sept.*	Pro Nunciis Regis Caſtellæ. p. 562
1255	39 *Hen.* 3.	18 *Sept.*	De Credentia pro Jo. de Dya, & de Capitaneo ac pecunia pro Regno Siciliæ ſine mora mittendis. p. 564
1255	39 *Hen.* 3.	20 *Sept.*	De Regina Scotiæ commorante cum Regina Angliæ ægrotante. p. 565
1255	39 *Hen.* 3	20 *Sept*	De Conſiliariis Regni & Regis Scotiæ amovendis, necnon de aliis eorum loco ad inſtantiam Regis Angliæ ſubſtitutis. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	21 *Sept.*	De protegendis & defendendis quoſdam Barones Scotiæ contra cœteros Rebelles. p. 567
1255	39 *Hen.* 3.	23 *Sept.*	De ordinatione cum perſonis de Scotiâ facienda. p. 568
1255	39 *Hen.* 3.	26 *Sept.*	Bulla directa Regi Angliæ pro Gervaſio de Londoniis Capellano Domini Papæ, & ſuis forbannitis de Regno Angliæ in gratiam ipſius Regis admittendis. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	12 *Oct.*	De Campſoribus Papæ & Mercatoribus ſatiſfaciendis. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	13 *Oct.*	Littera Ebulonis de Montibus, & Stephani Bauzan de pactis ſuper Caſtro de Acromonte. p. 569
1255	39 *Hen.* 3.		Scriptum Thaleſiæ Dominæ de Marchiâ tangens Caſtrum de Blankeford. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.	18 *Oct.*	De Regno Apuliæ acceptando. p. 570
1255	39 *Hen.* 3.		Littera commendatoria pro Nicholao Corbet, Conſanguineo Regis Scotiæ. ibid.
1255	39 *Hen.* 3.		Inſtructiones & Informationes de negotiis cum Rege Hiſpaniæ tractandis. ibid.
1255	40 *Hen.* 3.	27 *Oct.*	Littera Gaſtonis Vicecomitis Bearn pro Arnaldo Guillielmi de Acremont, quod foret fidelis Edwardo Regi Angliæ primogenito. p. 572
1255	40 *Hen.* 3.	18 *Nov.*	De procuratore in Curia Romana ordinato. ibid.
1255	40 *Hen.* 3.	30 *Nov.*	Pro Edwardo Primogenito Regis de Juramento ſuper Conceſſione Siciliæ Papæ præſtando. ibid.
1255	40 *Hen.* 3.		De Privilegiis ſuper facto Apuliæ ſigno Regis ſignatis. ibid.
1255	40 *Hen.* 3.	2 *Dec.*	Pro Ernaldo Comite de Gynes, in Angliam ad quaſdam peregrinationes veniente. p. 574
1255	40 *Hen.* 3.	5 *Dec.*	Bulla ne aliqui in illos qui ad Domos Templi pro ſalute ſua confugiunt, aut res illorum ibi depoſitas, manus violentas, iniciant. ibid.
1255	40 *Hen.* 3.	7 *Dec.*	Bulla de confirmatione libertatum & immunitatum conceſſarum Domui Templi, tam per privilegia & indulgentias Apoſtolicas, quam per ſeculares Reges & Principes. p. 575
1255	40 *Hen.* 3.	7 *Dec.*	Bulla quod illi qui manus violentas injiciunt in fratres Templi, aut eos verbis contumelioſis afficiunt, aut bona eorum diripiunt, excommunicentur donec ſatisfecerint. ibid.
1255	40 *Hen.* 3.	8 *Dec.*	Ut Prælati recipiant humiliter & fideliter exponant privilegia & litteras Apoſtolicas pro fratribus Templi directas, & ut cogant ſubditos ſuos ad Juſticiam eis exhibendam. p. 576
1255	40 *Hen.* 3.	9 *Dec.*	Bulla ut ſi Fratres Templi aliquando fuerint verberati, moleſtatores hujuſmodi, aut ſe purgent per proprium Juramentum, aut evitentur tamquam

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe	
			quam excommunicati donec ſe purgent. ibid.
1255	40 Hen. 3.	19 Dec.	De pecunia ſuper negotio Siciliæ ſolvenda p. 577
1256	40 Hen. 3.	3 Jan.	Ne Confratriæ aliorum præponantur Confratriis Templi, &c. ibid.
1256	40 Hen. 3.		De conceſſione in Regno Siciliæ facta per Edmundum ejuſdem Regem. p. 579
1256	40 Hen. 3.	18 Jan.	Ut fratres Templi libere poſſint uti Privilegiis ſibi indultis, licet multotiens omiſerint uti eis; dummodo non ſit præſcriptum. ibid.
1256	40 Hen. 3.	20 Jan.	De Articulis Treugarum inter Regem Angliæ & Regem Franciæ emendandis & firmandis. p. 580
1256	40 Hen. 3.	24 Jan.	De Treugis prorogandis cum prædicto Rege Franciæ. ibid.
1256	40 Hen. 3.		Littera Principis Walliæ de die prorogando pro emendis Treugarum. ibid.
1256	40 Hen. 3.	5 Febr.	Bulla de pecunia pro Regno Siciliæ celeriter mittenda, aut toto negotio penitùs irritando. p. 581
1256	40 Hen. 3.	8 Febr.	Ne Prælati convertant in debitum, ſi fratres Templi ipſis hoſpitalitatis gratiam caritative impendant. p. 582
1256	40 Hen. 3.	10 Febr.	Pro Rege Scotiæ. ibid.
1256	40 Hen. 3.	13 Febr.	Ne Malefactores Scotiæ in Hybernia recipiantur. ibid.
1256	40 Hen. 3.	15 Febr.	De nihil impetrando contra Regem ſuper facto Siciliæ. ibid.
1256	40 Hen. 3.	17 Febr.	De Negotio Siciliæ. p. 583
1256	40 Hen. 3.		Littera Willielmo Bonquer de negotio Siciliæ & eligendo Rege Alemaniæ. ibid.
1256	40 Hen. 3.	27 Mar.	De Capitaneo in Siciliam cum Militia competenti tranſmittendo. p. 584
1256	40 Hen. 3.	27 Mar.	Bulla pro Archiepiſcopo Armachano. p. 585
1256	40 Hen. 3.	17 Apr.	Pro Iſabella Domina de Croun ſorore Reg. ibid.
1256	40 Hen. 3.	21 Apr.	Pro Rege Manniæ cingulo Militiæ decorato. p. 586
1256	40 Hen. 3.		Littera Edwardi primogeniti Regis Papæ de negotio Siciliæ. ibid.
1256	40 Hen. 3.		Juramentum Edwardi prædicti de negotio eodem. ibid.
1256	40 Hen. 3.		Littera R. Cardinali de negotio Siciliæ. p. 587
1256	40 Hen. 3.		Littera Principis Walliæ de irruptionibus Baronum Marchiarum. p. 588
1256	40 Hen. 3.		Littera Petri de Monteforti de progreſſu contra Wallenſes. ibid.
1256	40 Hen. 3.		Littera Regi Caſtellæ de Matrimonio inter filiam ſuam, & fratrem prædicti Regis. p. 589
1256	40 Hen. 3.		Littera Principis Walliæ de interceptione treugarum. p. 590
1256	40 Hen. 3.		Littera Principis Walliæ in qua queritur apud Regem de Baronibus Marchiarum. ibid.
1256	40 Hen. 3.		Littera Lewelini filii Griffini excuſatoria de criminibus ſibi objectis. p. 591
1256	40 Hen. 3.		De incurſionibus Wallenſium. ibid.
1256	40 Hen. 3.		Littera Epiſcopo Bethlem. de Maritagio Edmundi cum Regina Cypri. p. 592
1256	40 Hen. 3.		Littera Fulconis Domini de Marſtacio de capienda fidelitate Galfridi Martelli, pro terra quæ fuit dicti Fulconis in Inſula Oleron. ibid.
1256	40 Hen. 3.	11 Jun	De pecunia pro negotio Siciliæ & de Credentia Jo. de Dya. p. 593
1256	40 Hen. 3.	11 Jun.	De carnibus comedendis in Feſtis Sancti Edwardi, ſi contigerint per dies Sabbati pro Rege Henr. & convivis ſuis. p. 594
1256	40 Hen. 3.	12 Jun.	Litteræ de Credentia Principibus Alemanniæ. p. 595
1256	40 Hen. 3.	13 Jun.	Bulla quod Epiſcopi ſolvant decimam de Maneriis propriis, non obſtantibus, alio ſervitio aut indulgentiis. ibid.
1256	40 Hen. 3.	13 Jun.	Bulla de Mercatoribus Romanis contendentibus ſuper ſolutione pecuniæ in Anglia. ibid.
1256	40 Hen. 3.	24 Jun.	Littera de Credentia Alfonſo Regi Caſtellæ. p. 596
1256	40 Hen. 3.	24 Jun.	De poteſtate data Nunciis Regis miſſis ad Regem Caſtellæ. p. 597
1256	40 Hen. 3.	12 Jul.	Litigatur pro Eccleſia de Stodington, & Papa pro altera partium interponit. ibid.
1256	40 Hen. 3.	20 Jul.	De Juramento Abbatis Weſtm. ad Curiam Romanam profecturi. p. 598
1256	40 Hen. 3.	21 Aug.	Quod fructus, &c. beneficiorum, vacantium in Anglia, quorum collatio pertinet ad Papam, colligantur ad opus Regis Angliæ, pro complendo voto ſuo ad Terram ſanctam. p. 599
1256	40 Hen. 3.	21 Aug.	Bulla quod Rex habeat fructus non reſidentium, exceptis certis perſonis. ibid.
1256	40 Hen. 3.	23 Aug.	Bulla quod Rex habeat fructus omnium Beneficiorum Eccleſiaſticorum per totum Regnum ſuum per unum annum vacantium. p. 600
1256	40 Hen. 3.	23 Aug.	Quod Rex habeat decimam ſecundum veram æſtimationem Eccleſiaſt. Beneficiorum. ibid.
1256	40 Hen. 3.	23 Aug.	Archid. Richmund. quod decimam omnium Beneficiorum in Archidiaconatu ſuo ſecundum debitam exiſtimationem, taxari faciat & levari & colligi & Magiſtro Roſtano Capellano Papæ aſſignari, pro ſubſidio Terræ ſanctæ. p. 601
1256	40 Hen. 3.	25 Aug.	De bonis inteſtatorum colligendis ad opus Regis Angliæ, &c. ibid.
1256	40 Hen. 3.	2 Sept.	Quod Prælati Angliæ compellantur ad dandam in ſcriptis taxationem bonorum ſuorum, & ad ſolvendam decimam de prædictis. p. 602
1256	40 Hen. 3.	2 Sept.	De Epiſcopis taxandis per totum Regnum non obſtantibus privilegiis & indultis. ibid.
1256	40 Hen. 3.	2 Sept.	Bulla Epiſcopo Norwicen. & Abbati Monaſterii Sancti Petri de Burgo, quod colligant decimam, & Legata, & hujuſmodi ad opus Reg. Angl. p. 603
1256	40 Hen. 3.	2 Sept.	Bulla quod colligatur nomine Eccleſiæ Romanæ decima. ibid.
1256	40 Hen. 3.	2 Sept.	Indulgetur Regi quod nullum præjudicium generetur ſibi, nec ſuis hæredibus per hoc quod Prælati dant decimam de Maneriis ſuis. p. 604
1256	40 Hen. 3.	2 Sept.	Quod compellantur Epiſcopus Hereforden. & alii executores Crucis, ut reddant rationem de receptis decimæ & alterius ſubſidii. ibid.
1256	40 Hen. 3.	2 Sept.	Epiſcopo Wigorn. & Magiſtro Roſtando ut ſtatuant certum terminum transfretandi Domino Regi, & aliis cruceſignatis. p. 605
1256	40 Hen. 3.	13 Sept.	De auxilio Alexandro Regi Scotiæ ferendo. ibid.
1256	40 Hen. 3.		De ordinando ſuper negotiis prædicti Alexandri Regis. ibid.
1256	40 Hen. 3.		De tractando ſuper negotiis Scotiæ. p. 606
1256	40 Hen. 3.	13 Sept.	Bulla pro Prioriſſa Leproſarum de pratis. ibid.
1256	40 Hen. 3.	17 Sept.	Obligatio Gailardi de Solariis Edwardo primogenito Regis. ibid.
1256	40 Hen. 3.	22 Sept.	Quod denuntientur excommunicati Prælati qui non ſolverint decimam. p. 607
1256	40 Hen. 3.	22 Sept.	Bulla pro Monaſterio de Pochele. ibid.
1256	40 Hen. 3.	27 Sept.	Bulla de prorogatione termini infra quem Rex debebat tranſmittere militiam competentem in ſuccurſum Regni Siciliæ. p. 608
1256	40 Hen. 3.	27 Sept.	Bulla de compellendo Prælatos Scotiæ ad ſubſidium Papæ exhibendum pro ſolvendis debitis in negotio Siciliæ conflatis. ibid.
1256	40 Hen. 3.	27 Sept.	Bulla quod in Regno Scotiæ colligantur redemptiones votorum, & alia deputata in ſubſidium Terræ ſanctæ. p. 609
1256	40 Hen. 3.	27 Sept.	Bulla protectionis pro Monaſterio de Pochele. p. 610
1256	40 Hen. 3.	30 Sept.	Bulla pro Johanne le Diſpenſer de Capella conſtruenda in fundo proprio. ibid.
1256	40 Hen. 3.	4 Oct.	Bulla pro Johanne le Diſpenſer. ibid.
1256	40 Hen. 3.	4 Oct.	De prorogatione termini de mittendo Capitaneo in Apuliam. p. 611
1256	40 Hen. 3.	6 Oct.	Bulla de prorogatione Sententiæ, ferendæ in Regem pro defectu proſecutionis negotii Regni Siciliæ, uſque ad ſex menſes, ita quod nulla repetitio competat Regi ad eam pecuniam quam Epiſcopus Hereford. mutuo recepit pro negotio Siciliæ. ibid.
1256	40 Hen. 3.	7 Oct.	De indulgentia facienda illis qui dabunt decimam bonorum ſuorum ſubſidio Terræ ſanctæ. p. 612
1256	41 Hen. 3.	9 Nov.	Litteræ Credentiales pro Archiepiſcopo Meſſanenſ. & de prorogatione termini pro mittendo Capitaneo in Apuliam, & de reſponſione habenda per Archiepiſcopum Meſſen. p. 612
1256	41 Hen. 3.	11 Dec.	Bulla pro Monaſterio Sanctæ Mariæ de Pratis. p. 614
1256	41 Hen. 3.	15 Dec.	Bulla de ſubſtitutione Hug. dicti Matze, & de ſolutionibus ei faciendis per Magiſtrum Roſtandum pro Redemptione votorum & pecunia crucis. ibid.
1256	41 Hen. 3.	16 Dec.	Bulla per quam Papa ſupplicat Reg. Angl. quod interponeret partes ſuas erga Regem Scotiæ ut ſuſtineret Epiſcopum ſanctæ Andreæ in Eccleſia ſua in pace. p. 615
1256	41 Hen. 3.	23 Dec.	Bulla pro Monaſterio ſanctæ Mariæ de Pratis. p. 616
1257	41 Hen. 3.	1 Jan.	Littera Beatrici Comitiſſæ Provinciæ, de pace facta cum Carolo Comite Andegaviæ. ibid.
1257	41 Hen. 3.		Littera eidem Comitiſſæ qua queritur ſe gra-

vato

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe	
			vatos eſſe ab eodem Carolo in facto Provinciæ. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.	17 *Jan.*	Littera Epiſcopo Hereford. de negotiis cum Alfonſo Rege Caſtellæ & de Ricardo Comite Cornubiæ in Regem Alemanniæ eligendo & de Gaſconia. p. 617
1257	41 *Hen.* 3.	22 *Jan.*	Littera Ricardi in Regem Romanorum electi de Rege Bohem. in electionem conſentiente. p. 618
1257	41 *Hen.* 3.	4 *Febr.*	Litteræ Regis Scotiæ de credentia. ibid
1257	41 *Hen.* 3.	5 *Febr.*	Pro Petro de Sabaudia. p. 619.
1257	41 *Hen.* 3.		Pro Nunciis Lewelini venientibus ad Comitem Cornubiæ in Regem Romanorum electum. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.	1 *Apr.*	De procuratoribus in Curia Romana conſtitutis. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.	13 *Apr.*	De emendis ſuper interceptionibus contra Treugas cum Francia. p. 620
1257	41 *Hen.* 3.		De dictatoribus ſuper prædictis interceptionibus. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.	10 *Maii.*	Pro Archiepiſcopo Meſſanen. de plenaria poteſtate ad omnia expedienda in negotiis Regni Siciliæ. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.		Papæ & Cardinalibus de pace cum Rege Franciæ ut in facto Siciliæ fælicius procedatur. p. 621
1257	41 *Hen.* 3.		De hiis qui profecti ſunt cum Ricardo in Regem Roman. electo in Allemaniam. & habent Protectionem Regis cum Clauſula. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.	18 *Maii.*	Littera Ricardi Regis Romanorum de ſucceſſibus & ſolemni Coronatione ſua in ſede Caroli magni Aquiſgrani. p. 622
1257	41 *Hen.* 3.	20 *Maii.*	De Judæis propter ſervitium Ricardo in Regem Romanorum electo impenſum a Tallagio quietatis. p. 623
1257	41 *Hen.* 3.	3 *Jun.*	Regi prætextu Regni Siciliæ emungi ulterius recuſanti infenſus Papa Alexand. ſtomachatur & ultima interminatur. p. 624
1257	41 *Hen.* 3.	6 *Jun.*	Pro Jo. de Brienne dicto de Acre & Maria de Coucy relicta Alexand. Regis; de Conductu. p. 625
1257	41 *Hen.* 3.	7 *Jun.*	Littera directa Regi Caſtellæ de Conventionibus. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.	7 *Jun.*	Littera directa Reg. Aragon. ſuper Conventionibus cum Alfonſo Rege Caſtellæ. p. 626
1257	41 *Hen.* 3.	8 *Jun.*	Pro nuncio Regis Caſtellæ. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.	18 *Jun*	De conductu Johannis de Acre filii Reg. Jeruſalem, & Conſortis ſuæ Reginæ Scotiæ. p. 627
1257	41 *Hen.* 3.	22 *Jun.*	De pace cum Rege Franciæ tractanda. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.		De eodem negotio. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.		Littera Reg. Romanorum de negotio antedicto. p. 628
1257	41 *Hen.* 3.		De miſſione Mag. Arloti ad reform. Negot. Siciliæ. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.	26 *Jun.*	Littera Edmundi Regis Siciliæ ſuper melioratione Conditionum in facto Siciliæ. p. 629
1257	41 *Hen.* 3.		Littera de plena potentia, ad tractandum in negotio Regni Siciliæ. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.		Aliæ Litteræ ſuper eodem negotio. p. 630
1257	41 *Hen.* 3.	28 *Jun.*	De pace cum Reg. Franc. ineunda quod negotium Siciliæ inde convaleſcat. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.	28 *Jun.*	De Regno Siciliæ renuntiando. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.	28 *Jun.*	De proceſſu in negotio Siciliæ, quid actum, quid omiſſum Rex exponit & ordinationi Papæ remittit omnia. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.		Inſtructiones de variis tractandi modis circa negotium Siciliæ. p. 632
1257	41 *Hen.* 3.	28 *Jun.*	De Nunciis ad Roman. Curiam ſuper negotio Siciliæ mittendis. p. 633
1257	41 *Hen.* 3.	5 *Jul.*	De Privilegio Conceſſionis Regni Siciliæ mittendo Nunciis ad Romanam Curiam ituris. p. 634
1257	41 *Hen.* 3.	8 *Jul.*	Adhuc de Regno Siciliæ. ibid.
			De Privilegio Conceſſionis Siciliæ per Magiſtrum Roſtand. recepto. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.	18 *Jul.*	De exercitu Regis Summonito. p. 635
1257	41 *Hen.* 3.	19 *Jul.*	De Summonitione Epiſcoporum pro exercitu contra Wallenſes. p. 636
1257	41 *Hen.* 3.	20 *Jul.*	De Elya Epiſcopo Judæorum abjudicato & depoſito. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.	23 *Jul.*	De diſcordiis terminandis inter Regem Scotiæ & quoſdam Magnates Regni ſui. p. 637
1257	41 *Hen.* 3.	9 *Sept.*	Litteræ diffinitivæ ſuper quæſtione de Eccleſia de Bixle. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.	11 *Sept.*	Littera Regi Hiſpan. excuſatoria de Nunciis in partibus tranſmarinis ægrotantibus. 638
1257	41 *Hen.* 3.		Littera directa Regi Caſtellæ ejuſdem fere cum priore formæ. p. 639
1257	41 *Hen.* 3.		De incendio Colonienſis Eccleſiæ, ubi nominatiſſimi tres Reges tumulantur. p. 640
1257	41 *Hen.* 3.	4 *Oct.*	De decima pro Rege Angliæ fideliter Colligenda ſub pœna Excommunicationis & Privationis. p. 640
1257	41 *Hen.* 3.	11 *Oct.*	Bulla de confirmatione ſententiæ diffinitivæ ſuper Eccleſiâ de Bixle. ibid.
1257	41 *Hen.* 3.	15 *Oct.*	Littera compulſiva, ſuper penſione danda Ubaldino Romano. p. 641
1257	41 *Hen.* 3.	15 *Oct.*	Bulla de executione proviſionis pro Stephano de Ponte. p. 642
1257	42 *Hen.* 3.	26 *Oct.*	De Inſula Oleronis non Alienandâ. p. 643
1257	42 *Hen.* 3.		De pecuniis mutuatis a Mercatoribus Florent. & Senenſ. pro negotio Regni Siciliæ. ibid.
1257	42 *Hen.* 3.	7 *Nov.*	Bulla de proviſione pro Ubaldino, Nepote Octaviani Ubaldini (Florentini) Cardinalis. p. 644
1257	42 *Hen.* 3.	22 *Nov.*	Bulla contra proviſionem ejuſdem Ubaldini. p. 645
1257	42 *Hen.* 3.	12 *Dec.*	Super Innovatione & Reformatione negotii Siciliæ, ubi cautum eſt de fama, & de Conſcientia Regis. p. 646
1257	42 *Hen.* 3.	13 *Dec.*	Bulla recommendatoria pro Rogerio Fymeti de Lentino, & ejus ſequacibus de Regno Siciliæ. ibid.
1257	42 *Hen.* 3.	13 *Dec.*	Bulla quod Rex revocet proceſſum Juſticiariorum ſuorum contra Archiepiſcopum Armachan. p. 647
1257	42 *Hen.* 3.	18 *Dec.*	Bulla de Electione Abraam Archiepiſcop. Armacan. p. 648
1257	42 *Hen.* 3.	24 *Dec.*	Bulla ſuper Collectione decimæ pro Henrico Rege Cruce-ſignato. p. 649
1257	42 *Hen.* 3.	26 *Dec.*	Bulla de obligationibus prælatorum & reformatione negotii Siciliæ. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.	1 *Jan.*	Bulla de 4500 Marc. Sterl. pro melioratione & reformatione Condicionum ſuper Conceſſione Siciliæ.' p. 650
1258	42 *Hen.* 3.	2 *Jan.*	De electione Abraham in Epiſcopum Armachan. p. 651
1258	42 *Hen.* 3.	7 *Jan.*	Littera credentiæ Regi Caſtellæ. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.		De Nunciis ad Regem Caſtellæ profecturis. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.	19 *Jan.*	De tribus Menſibus ſuper prorogatione ſententiæ ferendæ in Regem pro defectu proſecutionis negotii Regni Siciliæ. p. 652
1258	42 *Hen.* 3.	22 *Jan*	De Epiſcopo ſancti Andreæ Scotiæ arreſtando. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.		De ſorore Principis Walliæ maritanda. p. 653
1258	42 *Hen.* 3.		Littera continens quod Scoti & Wallenſes non facient pacem cum Rege Angl. ſine mutuo conſenſu & aſſenſu. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.	2 *Maii.*	Super negotiis Siciliæ; de auxilio præſtando per Barones & Communitatem: & de ſtatu Regni reformando. p. 654
1258	42 *Hen.* 3.	*Maii.*	De modo per quem ſtatus ordinetur & reformetur. p. 655
1258	42 *Hen.* 3.	8 *Maii.*	De Treugis cum Francia capiendis. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.	30 *Maii*	Bulla de Rege monendo ad ſolvenda debita ſuper negotio Siciliæ. p. 656
1258	42 *Hen.* 3.	2 *Jun.*	De Nunciis Lewelini venientibus ad Parliamentum apud Oxon. p. 657
1258	42 *Hen.* 3.	14 *Jun.*	Littera Regi Caſtellæ ſuper ſucceſſibus contra Mauros, & de Ricardo fratre ſublimato in Regem Romanorum. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.	17 *Jun.*	De treuga per unum annum cum Lewelino capta. p. 658
1258	42 *Hen.* 3.	25 *Jun*	Littera Regi Caſtellæ de negotiis Africanis, & de Ricardo Rege Roman. & multis aliis. p. 659
1258	42 *Hen.* 3.		Litteræ a Communitate Angliæ Domino Papæ de facto Siciliæ, & contra electum Wintonienſem. p. 660
1258	42 *Hen.* 3.	5 *Jul.*	De conductu fratrum Regis. p. 662
1258	42 *Hen.* 3.	8 *Jul.*	Littera Lewelino objurgatoria de injuriis contra treugas illatis. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.	10 *Jul.*	De pecunia Willielmo de Valentia deferenda. p. 663
1258	42 *Hen.* 3.	11 *Jul.*	Littera H Regis ad Communitatem de Inſula Oleron. quod non finerent Edwardum filium ſuum vendere prædictam Inſulam a Corona. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.	12 *Jul.*	Litteræ Edwardi primogeniti Regis de Cuſtodia Vaſcon. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.	27 *Jul.*	Littera Papæ rogatoria, de termino ſuper facto Siciliæ prorogando. p. 664
1258	42 *Hen.* 3.	28 *Jul.*	De Nunciis ad Sedem Apoſt. ſuper negotio prædicto deſtinatis. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.	28 *Jul.*	Littera Regi Navarræ, in Angliam ad Corpus beati Thomæ venienti. p. 665
1258	42 *Hen.* 3.	28 *Jul.*	De Conductu pro prædicto Reg. Navarræ & Comitis Nivernenſi. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.	1 *Aug.*	Littera Papæ Rogatoria, de Conditionibus circa Regnum Siciliæ mitigandis. p. 666

Littera

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe	
1258	42 *Hen.* 3.	1 *Aug.*	Littera Papæ de pace cum Rege Franciæ. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.	1 *Aug.*	Ejuſmodi cum prædicta Littera Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ. p. 667
1258	42 *Hen.* 3.	4 *Aug.*	De pace in Scotia reformanda. p. 668
1258	42 *Hen.* 3.		Littera Regi Scotiæ reſponſoria ſuper variis negotiis. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.	18 *Aug.*	De emendis pro interceptionibus contra treugas cum Lewelino faciendis. p. 669
1258	42 *Hen.* 3.		De Tallia pro Rege Romanorum. ibid.
1258	42 *Hen.* 3.		Pro eodem. ibid.
1258	43 *Hen.* 3.	4 *Nov.*	Littera Edwardi Principis per quam revocavit donationem factam Guidon. de Lezign. de Inſula de Oleron. ibid.
1258	43 *Hen.* 3.	6 *Nov.*	De Regimine Regni Scotiæ. p. 670
1258	43 *Hen.* 3.	3 *Dec.*	De excommunicando quorundam Mercatorum Florent. debitores cujuſcunque ſint dignitatis. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.	23 *Jan.*	Littera Regi ab Alexandro Rege Scotiæ. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.	17 *Febr.*	Littera Regis Roman. de Juramento ſuper Reformatione ſtatus præſtando. p. 671
1259	43 *Hen.* 3.	16 *Mar.*	Littera Cœtui Cardinalium Romanæ Eccleſiæ, ſuper facto Siciliæ. p. 672
1259	43 *Hen.* 3.	23 *Mar.*	Bulla Epiſcopo Elfinen. in Archiepiſcopum Tuamenſem elato. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.	21 *Apr.*	Bulla Ricardo in Romanorum Regem electo & coronato, congratulatoria ſuper ſublimatione prædicta. p. 673
1259	43 *Hen.* 3.	22 *Apr.*	Petit A. Papa quod Epiſcopus Roffenſis, moram faciens in Curia Romana pro negotiis Romani Imperii, & Regis Angliæ, in cauſa contra Archiepiſcopum Cantuarienſ. faciat attornatum, non obſtante lege Angliæ in contrarium. p. 674
1259	43 *Hen.* 3.	10 *Maii.*	De matrimonio inter Beatricem filiam Regis, & Johannem primogenitum Ducis Britan. p. 675
1259	43 *Hen.* 3.	20 *Maii.*	Forma pacis inter Henr. 3. Angliæ Regem, & Ludovicum 9. Reg. Franc. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.	20 *Maii.*	De inquirendo ſuper quibuſdam terris ſecundum formam pacis initæ cum Francia. p. 678
1259	43 *Hen.* 3.		De negotiis in pace contentis expediendis. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.		De arbitratione pecuniæ, per Regem Franciæ ſolvendæ, pro 500 Militibus per triennium tenendis. p. 679
1259	43 *Hen.* 3.		De quinta perſona eligenda, ſi forte cæteri non concordent de negotio prædicto. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.		De negotio prælocuto. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.		De modificatione pecuniæ, ratione quingentorum Militum, concedendæ ex parte Franciæ. p. 680
1259	43 *Hen.* 3.		De tractando ſuper valore Terræ de Agenois. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.		De eodem negotio. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.		De conſervando Reg. Franciæ indempnem verſus Comitiſſam Leiceſtriæ. p. 681
1259	43 *Hen* 3		Notificatio ejuſdem negotii per Regem facta. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.	20 *Maii*	Litteræ de credentia pro W. Bonquer Milite & Mareſcallo Regis, de pace cum Rege Franciæ, & de negotio Siciliæ. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.	20 *Maii.*	Littera qua Rex gratias agit Petro Capoccio Cardinali. p. 682
1259	43 *Hen.* 3.	24 *Maii.*	De matrimonio inter Beatricem filiam Regis, & J. primogenitum Ducis Britann. contrahendo. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.	24 *Maii.*	Littera Archiepiſcopo Ebredunenſi de negotio Siciliæ. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.	24 *Maii.*	Ejuſmodi Littera eidem cum multis aliis. p. 683
1259	43 *Hen.* 3.	13 *Jun.*	Bulla quod Rex inducat Scotiæ Regem dare conſenſum proviſioni Papali pro Epiſcopo Glaſguenſi. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.		De remiſſione Regis Regi Franciæ, ſecundum pacis formam. p. 684
1259	43 *Hen.* 3.	27 *Jun.*	Bulla pro Cœnobio Sanctæ Trinit. London. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.	26 *Jul.*	De ratificatione treugarum Walliæ. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.		De homagio Regi Franciæ præſtando, prout in pace continetur. p. 685
1259	43 *Hen.* 3.	*Julii.*	Litteræ Domini Edwardi de quittationibus in pace dicto Regi Franciæ faciendis. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.	*Julii.*	Litteræ Domini Edmundi de iiſdem. p. 686
1259	43 *Hen.* 3.	28 *Jul.*	Littera ad Regem Franciæ de forma pacis nuper initæ. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.		Litteræ de credentia ad Regem Franciæ. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.		De ſcriptis pro forma pacis cum Francia, utrinque liberandis. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.	*Julii.*	De promiſſione Henrici de Caſtella, quod non guerram movebit fratri ſuo Alphonſo Regi Caſtelliæ. p. 687
1259	43 *Hen.* 3.		Pro Henrico de Caſtellâ ſuper promiſſo præeunte. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.	2 *Aug.*	De petendo Legatum pro negotiis Regni in Anglia. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.	3 *Sept.*	Littera H. Reg. per quam ſignificavit probis hominibus de Inſula de Oleron. quod conceſſit Edwardo filio ſuo prædictam Inſulam. p. 688
1259	43 *Hen.* 3.	*Oct.*	Compoſitio pacis inter Angliam & Franciam. ibid.
1259	43 *Hen.* 3.	18 *Oct.*	Littera Duci Brit. de Comitatu Richmundiæ ſibi, occaſione Matrimonii cum filio ſuo, reſtituendo. p. 693
1259	43 *Hen.* 3.	18 *Oct.*	Publicatio intentionis Regis ſuper reſtitutione antedictâ. ibid.
1259	44 *Hen.* 3.	21 *Oct.*	Littera Regi Franc. de pace inter eos totaliter adimplendâ. p. 694
1259	44 *Hen.* 3.	29 *Oct.*	De tallagio pro Rege Romanorum Romam profecturo. ibid.
1259	44 *Hen.* 3.	29 *Oct.*	De tallagio ſupradicto. ibid.
1259	44 *Hen.* 3.	19 *Dec.*	Littera Papæ excuſatoria de Nunciis ei mittendis. p. 695
1259	44 *Hen.* 3.	28 *Dec.*	Littera Papæ de pace cum Rege Franciæ firmata, necnon de credentia pro Nunciis ſuis, inter quos Theobaldus Archidiaconus Leodienſis. qui poſtea Papa Gregorius decimus. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.	*Jan.*	Littera Ludovici Reg. Franc. de Beatrice filiâ Regis nupta Joh. filio Ducis Brit. p. 696
1260	44 *Hen.* 3.	23 *Jan*	Bulla Monitoria ad Dominum Regem Angliæ, ſuper reſtitutione Caſtri Roffenſis Archiepiſcopo Cantuar. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.		Littera Blanchæ Duciſſæ, de Johanne Britanniæ veniendo in Angliam. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.	25 *Febr.*	De interceptionibus contra treugam cum Lewelino emendandis. p. 697
1260	44 *Hen.* 3.		De Nunciis Lewelini antedicti. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.	6 *Mar.*	Littera Regi Scotiæ pro Johanne de Cheyam, in Epiſcopum Glaſguenſem conſecrato. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.	9 *Mar.*	Littera Duci Britanniæ de filio ejus, in Feſto Sancti Edwardi Militiæ cingulo decorando. p. 698
1260	44 *Hen.* 3.	4 *Apr.*	De occupatione Terræ ſanctæ per Tartaros. p. 699
1260	44 *Hen.* 3.	5 *Apr.*	Littera Regi de ſtatu miſerabili Terræ ſanctæ. p. 698
1260	44 *Hen.* 3.	17 *Apr.*	Bulla recommendatoria Edwardo primogenito Regis pro Decano Eccleſiæ Caſſalenſis contra Archiepiſcopum protegendo. p. 700
1260	44 *Hen.* 3.	18 *Apr.*	Littera Regi Romanorum de apparatu bellico ad Regnum turbandum & invadendum. p. 701
1260	44 *Hen.* 3.	28 *Apr.*	Littera Regi Franciæ, ejuſdem cum prædictâ argumenti, & de Simone de Monteforti dextrarios in Angliam tranſportante. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.	3 *Maii.*	Littera Abbatis de Obazina, per quam teſtatur quod inſpexit litteram Ludovici Regis Franciæ, quod recepit Eblonem Vicecomitem de Ventedoro in homagio & fidelitate ſua. p. 702
1260	44 *Hen.* 3.	17 *Maii.*	De Alexandro Rege Scotiæ, circa proviſionem de Epiſcopo Glaſguen. p. 703
1260	44 *Hen.* 3.	30 *Maii.*	Littera Regi Franciæ, pro 5000 Marcis Sterl. p. 702
1260	44 *Hen.* 3.		Littera prædicto Regi Franciæ, de jocalibus ei impignoratis. p. 703
1260	44 *Hen.* 3.	30 *Maii.*	Littera directa Regi Caſtellæ petenti ſubſidium contra Regem Alemaniæ Regis Angliæ fratrem. p. 704
1260	44 *Hen.* 3.	30 *Maii.*	Littera Regi Franciæ de ſtatu ſuo, necnon de Credentiâ. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.	24 *Jun.*	Littera rogatoria Reginæ Franciæ, de negotio pacis expediendo. p. 705
1260	44 *Hen.* 3.	*Julii.*	De forma Acquietantiæ per Regem Angliæ Regi Franciæ factæ. ibid
1260	44 *Hen.* 3.	30 *Jul.*	De remiſſione pro Rogero de Mortuo Mari, ſuper captione Caſtri de Buelt per Wallenſes. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.	30 *Jul.*	De exercitu contra Wallenſes ſummonito. p. 706
1260	44 *Hen.* 3.		De proclamatione ſummonitionis exercitûs faciendâ. p. 708
1260	44 *Hen.* 3.	1 *Aug.*	De Lewelino una cum cæteris Walliæ rebellibus excommunicatis. p. 709
1260	44 *Hen.* 3.	10 *Aug.*	De pace cum Lewelino tractandâ. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.		De treugis cum Lewelino prorogandis. p. 710
1260	44 *Hen.* 3.		De treugis cum Lewelino capiendis. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.		Mandatur quod Epiſcopus Coventr. & Litchfeld. interſit tractatibus treug. prædictarum. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.	14 *Sept.*	Littera directa Edwardo filio Regis de Alfonſo Rege Caſtellæ. p. 711

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe	
1260	44 *Hen.* 3	20 *Sept.*	Littera Epiſcopo Vaſaten. de negotio ſupradicto. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.		Littera, de Conventione cum Rege Caſtellæ, Drogoni de Bacentino Seneſcallo Vaſconiæ. p. 712
1260	44 *Hen.* 3.		Ejuſmodi adhuc littera Majori, Juratis, & Communitati Burdegaliæ. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.		De poteſtate tractandi cum Rege Caſtellæ. p. 713
1260	44 *Hen.* 3.	30 *Sept.*	Pro Rege & Regina Scotiæ in Angliam veniendis. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.		De ordinatione pro Regina Scotiæ ſi contingat ipſam in Anglia eſſe gravidam. p. 714
1260	44 *Hen.* 3.		De honoribus Regi & Reginæ Scotiæ in Anglia exhibendis. ibid.
1260	44 *Hen.* 3.		Pro Henrico filio Regis Alemanniæ. p. 715
1260	45 *Hen.* 3.	16 *Nov.*	De Regina Scotiæ in Anglia paritura. ibid.
1260	45 *Hen.* 3.	17 *Nov.*	Bulla Edwardo primogenito Regis, de reſiſtendo invaſionibus Tartarorum. p. 716
1261	45 *Hen.* 3.	28 *Febr.*	De Olerone, a Corona Angliæ non ſegreganda. p. 717
1261	45 *Hen.* 3.	12 *Mar.*	Ratificatio treugarum cum Lewelino. p. 718
1261	45 *Hen.* 3.	14 *Mar.*	De arreſtandis, qui falſos rumores ſpargunt per populum. p. 720
1251	45 *Hen* 3.		Littera Edmundi Regis Siciliæ proceribus ejuſdem Regni pro receptione ſua. ibid.
1261	45 *Hen.* 3.	21 *Mar.*	De procuratoribus, conſtitutis ad recipiendum Regnum Siciliæ nomine Edmundi filii Reg. p. 721
1261	45 *Hen.* 3.	21 *Mar.*	Littera Edmundi Regis Siciliæ, Papæ pro favore ejus in negotio prædicti Regni. ibid.
1261	45 *Hen.* 3.	29 *Apr.*	Bulla quod Prælati, Magnates, & alii Clerici & Laici Angliæ, non teneantur ad obſervationem juramenti ſui pro quibuſdam ſtatutis, ordinationibus, & colligationibus obſervandis. p. 722
1261	45 *Hen.* 3.	7 *Maii.*	Bulla de abſolvendo Magnates Angliæ a quibuſdam juramentis illicitis, in præjudicium regium tendentibus, & de compellendo ipſos ad obediendum Regi. ibid.
1261	45 *Hen.* 3.	17 *Jun.*	Pro Johanne primogenito Ducis Britanniæ. p. 723
1261	45 *Hen.* 3.	20 *Jul.*	De querelis inter Regem, & Comitem Leiceſtriæ, ſubmiſſis arbitrio Reginæ Franciæ. p. 724
1261	45 *Hen.* 3.		Littera Regi Franciæ ſuper facto Baronum. ibid.
1261	45 *Hen.* 3.	20 *Jul.*	Regi Franciæ de ordinando ſuper valore Terræ Agennen. ibid.
1261	5 *Hen.* 3.	5 *Aug.*	De Conventionibus cum Alfonſo Rege Caſtellæ obſervandis. p. 725
1261	45 *Hen.* 3.	8 *Aug.*	Littera Archiepiſcopi Cantuar. Johanni Maunſel ſuper executione Bullæ Alexandri quarti, contra Barones Regi contrarientes. p. 726
1261	45 *Hen.* 3.	30 *Aug.*	Littera Johannis Maunſel Archiepiſcopo Cant. certificatoria ſuper executione antedicta. p. 727
1261	45 *Hen.* 3.	2 *Sept.*	Littera Regi Franciæ de Simone Montfort & complicibus. p. 728
1261	45 *Hen.* 3.	12 *Sept.*	De Conventione pro pecunia ſuper valore Terræ Agennenſis ſolvenda. p. 728
1261	45 *Hen.* 3.		De ſenatoria dignitate pro Ricardo Rege Roman. ibid.
1261	45 *Hen.* 3.		Littera Galfridi de Lezignan. Regi recommendatoria pro Willielmo de Sancto Hermete. p. 729
1261	45 *Hen.* 3.		Ejuſdem Littera de Credentia Regi. ibid.
1261	46 *Hen.* 3.	26 *Oct.*	De procuratoribus in Curia Romana conſtitutis. ibid.
1261	46 *Hen.* 3.	6 *Nov.*	Littera Margaretæ Reginæ Franciæ de jocalibus Regis in Templo Pariſius depoſitis. p. 730
1261	46 *Hen.* 3.		Regi Franciæ, pro Edmundo filio, de Regno Siciliæ. ibid.
1261	46 *Hen.* 3.	12 *Nov.*	Bulla directa Regi Angliæ ſuper gravaminibus, illatis per miniſtros ſuos Hiberniæ Clericis, ejuſdem Terræ. p. 731
1261	46 *Hen.* 3.	11 *Dec.*	Littera Papæ congratulatoria. p. 732
1261	46 *Hen.* 3.	11 *Dec.*	Littera Augerii de Ganaretto, Civis Baion. de juramento præſtito, quod fidelis erit Domino Edwardo, Regis Angliæ primogenito, contra omnes viventes. p. 733
1261	46 *Hen.* 3.	12 *Dec.*	De Acquietantia Regi Franciæ conceſſa. ibid.
1261	46 *Hen.* 3.	13 *Dec.*	De duobus mill. Marc. ſterling. Eccleſiæ Romanæ ſolvend. pro duobus annis jam tranſactis. p. 734
1261	46 *Hen.* 3.	28 *Dec.*	Littera Regi Franc. de pecunia Duci Britanniæ ſolvenda. ibid.
1261	46 *Hen.* 3.		Ejuſmodi Littera ad Franciæ Reginam. p. 735
1261	46 *Hen.* 3.	28 *Dec.*	Littera Duci Britan. ſuper extentâ Honoris Richmundiæ. ibid.
1261	46 *Hen.* 3.		Ejuſmodi Littera Johanni filio prædicti Ducis Britanniæ. ibid.
1261	46 *Hen.* 3.	31 *Dec.*	Bulla commendatoria Regi pro quibuſdam Mercatoribus Senenſ. p. 736
1262	46 *Hen.* 3.	1 *Jan.*	Littera Papæ rogatoria, quod a juramento abſolvatur, & ne petitiones Baronum admittantur. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.		Ejuſmodi Littera O. Cardinali, de Rege a juramentis abſolvendo. p. 737
1262	46 *Hen.* 3.	1 *Jan.*	Littera Cœtui Cardinalium, qua Rex Johannem Maunſel innoxium & immunem a criminibus ſibi perperam impoſitis intimavit. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.		Littera Ricardo Regi Romanorum, de compromiſſo facto per Regem & Barones. p. 738
1262	46 *Hen.* 3.		Ric. Rex Roman. ſuper contentionibus inter Regem & Barones. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.		Littera Regi a Vicecomitiſſa Thoartii de controverſiâ cum Carolo fratre Regis Franciæ. p. 739
1262	46 *Hen.* 3.	8 *Jan.*	Littera Lewelino filio Griffini de pace ineunda. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.	*Febr.*	Littera Regi de promotione Cardinal. de Canonizatione Sancti Ricardi, & de Manfredo Siciliæ occupatore. p. 740
1262	46 *Hen.* 3.		De tractatu habito cum Rege Franciæ. p. 741
1262	46 *Hen.* 3.		Littera Ludovici Regis Franciæ ſuper Comite Leiceſtriæ. p. 742
1262	46 *Hen.* 3.	25 *Febr.*	Bulla quod Rex Angliæ, Regina & filii ſui abſolvantur a juramentis, quoad obſervationem quorundam ſtatutorum, ordinationum, & colligationum factorum in diminutionem poteſtatis Regis. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.	23 *Mar.*	Littera Scotiæ Regi reſponſoria de quibuſdam negotiis. p. 743
1262	46 *Hen.* 3.	31 *Mar.*	Littera ab Edwardo Principe de adventu ſuo ad Regem. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.	*Aprilii.*	Littera Regi pro Monaſterio ſilvæ majoris. p. 744
1262	46 *Hen.* 3.		Littera Ludovici Reg. Franc. Regi Angliæ, de homagio Renaudi de Pontibus recipiendo. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.		Littera Regis Franciæ pro Nicholao de Sonooz. p. 745
1262	46 *Hen.* 2.		Ejuſmodi Littera pro Helya le Ber. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.		Littera ab Iſabella Domina Credoun ſorore Regis. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.		Littera Galfridi de Lezignac pro prædicta Iſabella. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.		Littera a Duciſſa Britan. de negotio antedicto. p. 746
1262	46 *Hen.* 3.	2 *Maii.*	De proclamando quod Rex a juramentis abſolvitur. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.	11 *Maii.*	De Ricardo Rege Romanorum ad Regnum ſuum properante. p. 747
1262	46 *Hen.* 3.		Bulla Abbati & Conventui Monaſterii ſanctæ Crucis de Waltham, quod non liceat obligare bona ſua creditoribus propter alicujus mandatum. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.	8 *Jun.*	Lewelino filio Griffini de emendatione treugarum. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.		De colloquio inter Regem & Regem Franc. habendo. p. 748
1262	46 *Hen.* 3.	24 *Jun.*	De hoſpitio pro Rege apud Poiſy, vel apud Sanctum Maurum. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.	22 *Jul.*	De morte Lewelini filii Griffini. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.	16 *Aug.*	Littera Alfonſo Romanorum & Caſtellæ Regi, de gratiarum actione ſuper auxilio oblato, de non præſtando auxilium contra Regem Alemanniæ, necnon de ſubſidio Africano. p. 749
1262	46 *Hen.* 3.	25 *Aug.*	De emendis interceptionum contra Treugas cum Lewelino faciendis. p. 750
1262	46 *Hen.* 3.	30 *Sept.*	Littera Regis, Ricardo Regi Roman. de Rege ægrotante apud Sanctum Germanum de pratis, & de ſubſidio eidem Regi Roman. exhibendo. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.	6 *Oct.*	De Matrimonio inter Ducem Bruneſwicenſem & ſororem Marchionis Montis Ferati contracto. p. 751
1262	46 *Hen.* 3.	8 *Oct.*	Pro R. Archiepiſcopo Carent. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.	12 *Oct.*	Pro executoribus Amaudei, quondam Comitis Sabaudiæ, & Thomæ de Sabaudia, quondam Comitis Flandriæ. ibid.
1262	46 *Hen.* 3.		De Rege per partes Burgundiæ varias & remotas peregrinaturo. p. 752
1262	47 *Hen.* 3.	26 *Oct.*	De ſententiis excommunicationis in perſonas Domini Regis & Reginæ, aut interdicti in Capellam, Terras, Civitates, Caſtra & Maneria ſua non promulgandis, abſque mandato ſpeciali ſedis Apo-

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe		
			Apoſtolicæ, ad tempus quinquennii.	ibid,
1262	47 *Hen.* 3.	15 *Nov.*	Littera Haguino Regi Norwegiæ de negotio Scotiæ.	p. 753
1262	47 *Hen.* 3.	18 *Dec.*	De Maritagio Alberti Ducis Bruneſvici cum ſorore Marchionis Montis Ferrarii.	ibid.
1262	47 *Hen.* 3.		De Rege in Angliam revertente, & de Epiſcopi Wintonienſis ingreſſu in Eccleſia ſua.	p. 754
1263	47 *Hen.* 3.		Littera ab Epiſcopo Herefordenſi, de perturbatione in partibus Marchiæ Walliæ.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.		Littera Edwardo primogenito de Marchiis Walliæ turbatis, propter quod in Angliam ſine mora veniret.	p. 755
1263	47 *Hen.* 3.	30 *Jan.*	Bulla de ſtatutis per Archiepiſcopum Cantuar. editis inconſulto Rege, non confirmandis.	ibid
1263	47 *Hen.* 3.		Littera Domini de Bordelia, ſuper ſuperbia Vicecomitis Lemovicenſis.	p. 756
1263	47 *Hen.* 3.		Littera Guidonis de Ratis ſuper feodo ſuo.	p. 757
1263	47 *Hen.* 3.		Littera a Johanna Regina Caſtellæ pro Epiſcopo Elfinenſi.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.		Littera Ludovici Regis Franc. pro eodem Epiſcopo.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.	6 *Mar.*	Littera a Regina Franc. rogatoria de ſtatu Regis.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.		De reſponſo Regis Franc. ſuper tribus articulis.	p. 758
1263	47 *Hen.* 3.		De Combuſtione Domorum Regiarum apud Weſtmonaſterium.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.		Littera a Regina Franc. Regi reſponſoria.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.	15 *Apr.*	De defenſione Marchiæ Walliæ.	p. 759
1263	47 *Hen.* 3.	22 *Apr.*	De Conventionibus inter Regem & Vicecomitem Turennæ.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.		De Conventionibus inter Regem & Pontium de Gorgon.	p. 760
1263	47 *Hen.* 3.	28 *Jun.*	De fidelitate præſtanda Edwardo filio Regis.	p. 768
1263	47 *Hen.* 3.		Littera a Rege Roman. de tractando cum Baronibus.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.	*Junii.*	De forma pacis per Barones miſſa ad Regem & Dominum Edwardum.	ibid,
1263	47 *Hen.* 3.		Littera a Rege Roman. de liberatione filii Henrici primogeniti.	p. 769
1263	47 *Hen.* 3.	*Julii.*	De conditionibus a Rege & Edmundo filio non obſervatis, & de Regno Siciliæ alteri concedendo.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.	31 *Aug.*	Citatio Ricardi Roman. Regis coram Papa Urbano, ſuper controverſia electioni inter ipſum & Alfonſum Caſtellæ Regem.	p. 762
1263	47 *Hen.* 3.		Littera Regi de reſiſtendo Rebellibus ejus.	p. 772
1263	47 *Hen.* 3.		De Rege Dacyæ una cum Rege Norwegiæ applicantibus in Scotia.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.		Regi Littera de Baronibus & Rebellibus.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.		Littera Regi Franc. excuſatoria, quod ipſum de certis cauſis adire nequit.	p. 773
1263	47 *Hen.* 3.		Littera Regi Franciæ.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.		De concordia facta inter Edwardum primogenitum Regis, & quoſdam Magnates Angliæ.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.		De pace cum Lewelino filio Griffini tractanda.	p. 774
1263	47 *Hen.* 3.	*Sept.*	De Electione Abbatis Sancti Albani confirmanda.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.	15 *Sept.*	De Rege ad Parliamentum Regis Franciæ apud Bononiam profecturo.	p. 775
1263	47 *Hen.* 3.	18 *Sept.*	De treuga cum Lewelino firmata.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.		De Conductu pro Nunciis Lewelini.	ibid.
1263	47 *Hen.* 3.		De cuſtodia Magni Sigilli Regis.	ibid.
1264	48 *Hen.* 3.	1 *Jan.*	Pro protectione pro Comitiva Regis in Franc. profecturi.	p. 776
1264	48 *Hen.* 3.	12 *Jan.*	Pro Petro de Sabaudia.	ibid.
1264	48 *Hen.* 3.	23 *Jan.*	Ordinatio ſive dictum Ludovici Regis Franc. ſuper compromiſſo per Regem & Barones Angliæ.	ibid.
1264	48 *Hen.* 3.	25 *Jan.*	Pro Johanne primogenito Ducis Britan.	p. 778
1264	48 *Hen.* 3.	*Jan.*	Pro Rege Franc. de ſolutione pecuniæ per nuperam pacem ſtipulata.	p. 779
1264	48 *Hen.* 3.	7 *Febr.*	Pro Reymundo Vicecom. Turennæ.	ibid.
1264	48 *Hen.* 3.	8 *Febr.*	De plena poteſtate Margaretæ Reginæ Franciæ ſuper facto Brigeriaci.	p. 780
1264	48 *Hen.* 3.	14 *Febr.*	De pecunia a Rege Franc. recipienda.	ibid.
1264	48 *Hen* 3.		De jocalibus Regis apud Templum Pariſ. depoſitis.	ibid.
1264	48 *Hen.* 3.	13 *Mar.*	De tractando cum Simone de Monteforti, & Baronibus in præſentia Nuncii Regis Franciæ.	ibid.
1264	48 *Hen.* 3.	*Mar.*	Bulla de compromiſſo Regis & Baronum ad Regem Franciæ ſuper proviſionibus Oxonii & dicto Regis Franciæ confirmando.	p. 781
1264	48 *Hen.* 3.	*Mar.*	Bulla directa Archiepiſcopo Cantuar. & Abbati Sancti Dionſii, ut ipſi puniant venientes contra ordinationem, per Franciæ Regem factam inter Regem Angliæ & quoſdam Prælatos & Barones prædicti Regni.	p. 782
1264	48 *Hen.* 3.	20 *Mar.*	De tractando cum Baronibus apud Brackly, in præſentia Nuncii Regis Franciæ.	p. 784
1264	48 *Hen.* 3.	*Mar.*	Bulla de conjurationibus irritatis, & juramentis ſuper illis relaxatis.	p. 785
1264	48 *Hen.* 3.		De conditionibus ſub quibus Archiepiſcopus Cantuar. revertatur in Angliam.	ibid.
1264	48 *Hen.* 3.	*Mar.*	Bulla de juramento caſſato ſuper proviſionibus Oxon.	p. 786
1264	48 *Hen.* 3.	*Mar.*	Bulla pro Conventu Sanctæ Trinitatis London. ſuper hoſpitali Sanctæ Katherinæ.	p. 787
1264	48 *Hen.* 3.	1 *Apr.*	Bulla pro Priore & Conventu Sanctæ Trinitatis, quæ dirigitur Reginæ Angliæ pro Hoſpitali Sanctæ Catherinæ.	ibid.
1264	48 *Hen.* 3.	1 *Apr.*	Bulla pro Conventu antedicto, de teſtimonio perhibendo in cauſis propriis.	p. 788
1264	48 *Hen.* 3.	14 *Maii.*	Acquietantia pro Rege Franciæ & de pecunia recepta in utilitatem Regni & Eccleſiæ expendenda.	p. 789

Acta Simonis de Monteforti, ſub nomine & ſigillo Regis, Rege captivo.

A. D.	A. R.	Menſe	
1264	48 *Hen.* 3.	17 *Maii.*	Rege Captivo. De captis ad Northampton deliberandis. p. 790
1264	48 *Hen.* 3.	18 *Maii.*	Rege Captivo. De committendo Caſtrum Doveriæ & quinque Portus Henrico de Montfort Simonis filio cuſtodienda. ibid.
1264	48 *Hen.* 3.	4 *Jun.*	Rege Captivo. De non portando arma & de priſonibus captis apud Northampton liberandis. p. 791
1264	48 *Hen.* 3.		Rege Captivo. De armis non portandis & priſonibus deliberandis. ibid.
1264	48 *Hen.* 3.	4 *Jun.*	Rege Captivo. De cuſtodibus pacis in ſingulis Comitatibus conſtitutis. p. 792
1264	48 *Hen.* 3.		Rege Captivo. De ordinatione per Simonem de Montfort & Complices ſuos apud London pro pace Regni. p. 793
1264	48 *Hen.* 3	6 *Jul.*	Rege Captivo. Ne quis, ſub periculo vitæ, portaret arma, præter Simonem Montfort. p. 795
1264	48 *Hen.* 3.	1 *Sept.*	Rege Captivo. De decimis, ſine dilatione, Simoni de Montfort mittendis. ibid.
1264	48 *Hen.* 3.	3 *Sept.*	Rege Captivo. Mandatum Archiepiſcopo Ebor. quod, niſi decimam celeriter mittat, eandem per Ballivos ſuos levari faciet. ibid.
1264	48 *Hen.* 3.		Rege Captivo. Rex Captivus, ac Simon. Montfort cum Complicibus ſuis, dant poteſtates ad reformandam pacem inter Regem & Simonem. p. 796
1264	48 *Hen.* 3.		Rege Captivo. Complices Simonis de Montfort conſtituuntur Procuratores ad tractandum in præſentia Regis Franciæ & Legati Papæ ſuper ſtatu Regni Angliæ. p. 797
1264	48 *Hen.* 3.		Rege Captivo. Procuratorium ejuſmodi cum Priori paucis mutatis. ibid.
1264	48 *Hen.* 3.	24 *Sept.*	Rege Captivo. Littera de Credentia pro Petro de Monteforti. p. 798
1264	49 *Hen.* 3.	*Oct.*	Littera Guidonis Sabinen. Epiſcopi, (qui poſtea Papa Clemens quartus) ſuper excommunicationis ſententia contra Barones Angliæ, Regi Rebelles. ibid.
1264	49 *Hen.* 3.	18 *Nov.*	Rege Captivo. De Nuncio ad Regem Franciæ, Reginam Angliæ & Guidonem Legatum Papæ. p. 800
1264	49 *Hen.* 3.	18 *Nov.*	Rege Captivo. Littera Reginæ de ſtatu Regis & Regni, & de Credentia. ibid.
1264	49 *Hen.* 3.	18 *Nov.*	Rege Captivo. Littera Regi Franciæ de juribus ſuis non alienandis. ibid.
1264	49 *Hen.* 3.	18 *Nov.*	Rege Captivo. Littera Petro Comiti de Sabaudia, de juribus Regis in partibus tranſmarinis non alienandis. p. 801
1264	49 *Hen*, 3.	13 *Dec.*	Rege Captivo. De intendendo Simoni de Montfort, cuſtodiam habenti omnium terrarum Ricardi Regis Roman. in Comitatu Devon. ibid.
1264	49 *Hen.* 3.		Rege Captivo. Ad conſultandum cum eodem Simone, Regem captivum ducente, quidam Epiſcopi, &c. convocantur. ibid.
1264	49 *Hen.* 3.	15 *Dec.*	Rege Captivo. Marchionibus Walliæ, qui ſunt pro parte Regis, ne quid attemptent contra pacem. p. 804
1265	49 *Hen.* 3.		Rege Captivo. De conductu pro quibuſdam de partibus borealibus ad Regem venientibus. ibid.
1265	49 *Hen.* 3.	13 *Febr.*	Rege Captivo. Littera Alienoræ Reginæ, per quam recognoſcit ſe recepiſſe a Majore & Communitate de Oleron. 124 libr. Pict. p. 805
1265	49 *Hen.* 3.	14 *Febr.*	Rege Captivo. Littera A. Reginæ Angliæ, per quam promiſit quod non traheretur ad conſequentiam, &c. ibid.
1265	49 *Hen.* 3.	16 *Febr.*	Rege Captivo. De inhibitione torneamenti. p. 806
1265	49 *Hen.* 3.	14 *Mar.*	Rege Captivo. Hoſpitia Edwardi primogeniti Regis apud Weſtm. conceſſa ſunt Petro de Montfort. ibid.
1265	49 *Hen.* 3.	15 *Mar.*	Rege Captivo. De conductu Johannis de Britannia. p. 807
1265	49 *Hen.* 3.	15 *Mar.*	Rege Captivo. De conductu pro Nunciis Regis Franciæ. ibid.
1265	49 *Hen.* 3.	20 *Mar.*	Rege Captivo. De conceſſione Comitatus Ceſtriæ, &c. Simoni de Monteforti. ibid.
1265	49 *Hen.* 3.	2 *Apr.*	Rege Captivo. De Caſtro de Montgomery deliberando Johanni de Extraneo, uni ex complicibus Simonis de Monteforti. p. 808
1265	49 *Hen.* 3.		Rege Captivo. De ſecuritate recipienda de Roberto Aguilun inimico Simonis de Monteforti. ibid.
1265	49 *Hen.* 3.		Rege Captivo. Pro Simone de Monteforti de ſecuritate præſtanda a Johanne filio Alani. p. 809
1265	49 *Hen.* 3.	28 *Apr.*	Rege Captivo. De filio aut Caſtro ejuſdem Johannis, tridendo in ſecuritatem prædictam. ibid.
1265	49 *Hen.* 3.		Rege Captivo. Littera Regi Franciæ de negotiis ſuis celeriter expediendis. p. 810
1265	49 *Hen.* 3.	22 *Maii.*	Rege Captivo. Pro Nunciis Regis Scotiæ. ibid.
1265	49 *Hen.* 3.	30 *Maii.*	Rege Captivo. Summonitio excercitûs contra Edvardum filium Regis qui è manibus cuſtodum evaſerat. ibid.
1265	49 *Hen.* 3.	7 *Jun.*	Rege Captivo. De arreſtando Marchiones & omnes qui adhærent Edv. filio Regis in læſionem pacis. p. 811
1265	49 *Hen.* 3.	8 *Jun.*	Rege Captivo. De excommunicando Edvardum filium Regis & omnes ſibi adhærentes. p. 812
1265	49 *Hen.* 3.	9 *Jun.*	Rege Captivo. De Caſtro & Villa de Briſtol Simoni de Monteforti commiſſis, & contra Edvardum filium Regis defendendis. p. 813
1265	49 *Hen.* 3	22 *Jun.*	Rege Captivo. Remiſſiones & conceſſiones Principi Walliæ complici Simonis de Monteforti. p. 814
1265	49 *Hen.* 3	26 *Jun.*	Rege Captivo. De Regno Siciliæ nomine Regis & Edmundi renunciando. p. 815
1265	49 *Hen.* 3.	28 *Jun.*	Rege Captivo. Pro Simone de Monteforti, & omnibus in quolibet Comitatu pacis cuſtodibus, ad gravandum Edvardum filium, Regis & omnes ſibi adhærentes. p. 814

Quarto die Auguſti Menſis in prælio Eveſhamenſi Simon de Montfort interfectus eſt, & Rex fit ſui Compos.

A. D.	A. R.	Menſe	
1265	49 *Hen.* 3.	7 *Aug.*	DE Theſaurario Eboracenſi conſtitut. p. 816
1265	49 *Hen.* 3.	12 *Sept.*	Pro Petro Comite Sabaudiæ. p. 817
1265	49 *Hen.* 3.	15 *Sept.*	Bulla ſuper decimâ per Prælatos Angliæ collecta, ſecundum diſcretionem Ottoboni convertendâ. ibid.
1265	49 *Hen.* 3.		Bulla executoria ſuper decima unius anni a Prælatis Eccleſiæ Angliæ collecta, &c. p. 818
1265	49 *Hen.* 3.		Bulla, per quam Papa Clemens quartus quaſſat & irritat omnes Conventiones & omnes Obligationes, &c. ibid
1265	49 *Hen.* 3.		Bulla Domino Edwardo filio Regis Angliæ directa, exhortatoria ad liberationem H. Regis de manibus inimicorum. p. 819
			Bulla Clementis Papæ ad inducend. Comites, & Barones, & cæteros Regni Angliæ, ad relinquendam ſectam Simonis de Monteforti, &c. p. 821
1265	49 *Hen.* 3.		Bulla directa Domino Legato, ut inducat Barones Angliæ ut adhæreant Domino Edvardo. p. 823
1265	49 *Hen.* 3.		Bulla directa Ottobono Legato, ut moneat Principem Walliæ Lewelinum ad reſtituenda Caſtra, &c. ibid.
1265	49 *Hen.* 3.	17 *Sept.*	De Theſaurario Ebor. & de litteris per quondam Simonem de Monteforti invito Rege ſigillatis. p. 824
1265	49 *Hen.* 3.		Bulla Othobono directa ut abſolvat G. Comitem Gloverniæ. p. 825
1265	49 *Hen.* 3.		Bulla ſuper decima unius anni, a Prælatis Eccleſiæ Anglicanæ collecta ad voluntatem Regis, (nunc de inimicorum manibus liberati) diſponendâ. ibid.
1265	49 *Hen.* 3.	1 *Oct.*	De pardonationibus, per quondam Simonem de Monteforti ſigillatis, pro nullo reputandis. p. 826
1265	49 *Hen.* 3.		Bulla qua gratulatur Comiti Gloverniæ ſuper liberatione Regis & Edwardi primogeniti. p. 827
1265	49 *Hen.* 3.		Bulla Regi gratulatoria, ſuper liberatione ſua & Victoria. ibid.
1265	49 *Hen.* 3.		Bulla qua gratulatur Principi Edwardo liberationem ſuum & victoriam. p. 828
1265	49 *Hen.* 3.		Epiſtola Odonis O-Connor Regis Conactiæ, pro conſenſu Regio ad Epiſcopum eligendum. p. 829
1265	49 *Hen.* 3.		Littera Blanchæ Duciſſæ Britanniæ, de Beatrice filia Regis febricitante, & de Arturo nepote Regis puero ſatis eleganti. p. 830
1265	49 *Hen.* 3.		Littera Beatricis filiæ Regis, quod adhuc infirma eſt de febre quartana. ibid.
1265	50 *Hen.* 3.	26 *Oct.*	Littera per quam Henricus Rex dedit Edmundo filio Comitatum & Honorem Leyceſtriæ, &c. ibid.
1265	50 *Hen.* 3.	29 *Oct.*	Carta per quam Dominus Henricus dedit & conceſſit Nepoti ſuo H. filio illuſtris Regis Alman. primogenito Manerium de Gringelay, cum omnibus ſuis pertinentiis, &c. p. 831
1265	50 *Hen.* 3.	29 *Oct.*	Pro Ricardo Rege Alemanniæ. p. 832
1265	50 *Hen.* 3.	*Nov.*	De protectione pro Eccleſia de Heveringland. p. 833
1265	50 *Hen.* 3.	28 *Nov.*	De treuga cum Wallia. p. 834
1265	50 *Hen.* 3.	14 *Dec.*	De conductu Nunciorum Lewelini. ibid.
1266	50 *Hen.* 3.	12 *Febr.*	De pardonatione pro Roberto Paignell. p. 835
1266	50 *Hen.* 3.	6 *Maii.*	Pro Comite Britanniæ de Comitatu Richmundiæ. ibid.
1266	50 *Hen.* 3.	23 *Maii.*	De ſervitio Baronum Borealium. ibid.
1266	50 *Hen.* 3.	20 *Aug.*	Littera Reg. Franc. de treuga cum Rege Navarræ ineunda. p. 836
1266	50 *Hen.* 3.	3 *Sept.*	Pro Comite Lovanniæ. p. 837
1266	50 *Hen.* 3.		De Curtina Regis liberata. ibid.
1266	50 *Hen.* 3.	13 *Sept.*	Bulla de excommunicando omnes arma gerentes ſeu guerrentes ex parte Simonis de Monteforti, ſeu alterius cujuſcunque contra Regem Angliæ. ibid.
1266	51 *Hen.* 3.	4 *Nov.*	Pro Duce Bruneſwick. p. 838
1266	51 *Hen.* 3.	7 *Nov.*	Pro Duce Bruneſwych. ibid.
1266	51 *Hen.* 3.	10 *Nov.*	Littera Regis, Ludovico Regi Franc. de treuga cum Rege Navarræ capienda & juranda. ibid.
1266	51 *Hen.* 3.	10 *Nov.*	De treuga cum prædicto Rege. p. 839
1266	51 *Hen.* 3.	10 *Dec.*	De treuga eadem. ibid.
1266	51 *Hen.* 3.		Adhuc de treuga jam dicta. ibid.
1267	51 *Hen.* 3.	5 *Jan.*	Pro Burgenſibus & Mercatoribus Ducis Bruneſwich de Lubek. ibid.
1267	51 *Hen.* 3.	21 *Febr.*	De poteſtate data Roberto Walerand capiendi treugas cum Lewelino filio Griffini. p. 840
1267	51 *Hen.* 3.		De poteſtate data Edmundo filio Regis, & Roberto Walerand ad tractandum de pace cum Lewelino filio Griffini. ibid.
1267	51 *Hen.* 3.	28 *Maii.*	Pro Abbate, Priore, & Conventu Weſtmonaſt. de jocalibus ſuis impignoratis pro Regis neceſſitatibus. p. 841
1267	51 *Hen.* 3.	.	De compromiſſo per Regem & Comitem Glouceſtriæ in Papam. ibid.
1267	51 *Hen.* 3.	25 *Jun.*	De dicto Reginæ Franciæ inter Regem, Edwardum filium Regis, & Reginaldum de Pontibus & Margaretam uxorem ejus. p. 842
1267	51 *Hen.* 3.	15 *Jul.*	Bulla Clementis Papæ Ottobono Cardinali directa, de 60 millibus librarum Turonenſium, conceſſis ad opus Reginæ Angliæ, colligendis de decima trienniali, Regi Angliæ conceſſa. p. 842
1267	51 *Hen.* 3.	20 *Sept.*	De pace Walliæ in animam Regis juranda. p. 843
1267	51 *Hen.* 3.	21 *Sept.*	De pace componenda inter Regem & Lewelinum filium Griffini. ibid.
1267	51 *Hen.* 3.		De conductu Lewelini filii Griffini. ibid.
1267	51 *Hen.* 3.		De pace inita inter Regem, & Lewelinum filium Griffini complenda. p. 844
1267	51 *Hen.* 3.	*Sept.*	Littera Ottoboni de pace facta inter H. Reg. Angliæ, & L. Principem Walliæ. ibid.
1268	52 *Hen.* 3.	10 *Maii.*	Pro filia Thomæ Comitis Sabaudiæ de quingentis Marcis ad ſe maritandam. p. 847
1268	52 *Hen.* 3.		De protectione Regis Alemanniæ. ibid.
1268	52 *Hen.* 3.		De Comitatu Richmundiæ reddito Johanni primogenito Ducis Britanniæ. ibid.
1268	52 *Hen.* 3.	15 *Jul.*	De dono per Petrum de Sabaudia Alienoræ Angl. Reginæ. p. 848
1268	52 *Hen.* 3.	16 *Jul.*	De remiſſione pro Comite Glouceſtriæ & Hereford. ſuper ſecuritate per Papam prolata. p. 849
1268	52 *Hen.* 3.	28 *Jul.*	Pro Ricardo Gruſeet de terris per Beatricem Britanniæ ſibi traditis ad firmam. p. 850
1268	52 *Hen.* 3.	17 *Aug.*	De forma pacis Walliæ, & hiis quæ continentur in eadem complendis. ibid.
1268	52 *Hen.* 3.		De negotio prædicto. p. 851
1268	52 *Hen.* 3.	12 *Sept.*	Littera Caroli Reg. Siciliæ Regi Franc. de proſperis ſucceſſibus ſuis, ibid.
1268	52 *Hen.* 3.		De conductu Regis Scotiæ, ibid.
1268	52 *Hen.* 3.		De procuratoribus conſtitutis in Curia Regis Franciæ in negotio Vaſconiæ. p. 852
1269	53 *Hen.* 3.	6 *Mar.*	De matrimonio inter Henricum de Alemannia & Conſtantiam filiam Gaſtonis Vicecom. de Bearn. ibid.
1269	53 *Hen.* 3.	4 *Maii.*	Mandatum Edwardi primogeniti Regis pro Bernardo de Burdel. ibid.
1269	53 *Hen.* 3.		De procuratoribus conſtitutis in Curia Reg. Franciæ. p. 853
1269	53 *Hen.* 3.	20 *Maii.*	De Procuratoribus conſtitutis. p. 854

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Menſe	
1269	53 Hen. 3.	21 Maii.	De Edwardo primogenito Regis miſſo in Walliam. p. 855
1269	53 Hen. 3.	11 Jun.	Littera Epiſcopi Agenn. de homagio recepto ab Henrico Regis Alamanniæ primogenito. ibid.
1269	53 Hen. 3.	5 Jul.	De arbitriis Franciæ. p. 856
1269	53 Hen. 3.	9 Aug.	De fidelitate præſtanda Regi Franciæ pro terra Agenen. ibid.
1269	53 Hen. 3.		Confœderatio inter Magnum Regem Norwegiæ & Henricum Regem Angliæ. p. 857
1269	53 Hen. 3.		Conventio facta inter Regem Franciæ & Edwardum primogenitum Regis ſuper profectione in Comitivâ prædicti Regis in Terr. ſanct. p. 858
1269	53 Hen. 3.	Sept.	Obligatio Henrici Regis pro forma Conventionis præeuntis. p. 859
1269	53 Hen. 3.		Pro Alienora Regina. p. 860
1269	54 Hen. 3.		De protectione cruceſignatorum. p. 861
1270	54 Hen. 3.		De protectione cruceſignatorum. ibid.
1270	54 Hen. 3.	2 Aug.	Edwardus primogenitus conceſſit cuſtodiam filiorum ſuorum Domino Ricardo Regi Roman. avunculo ſuo dum fuerir in Terra ſanct. p. 862
1270	54 Hen. 3.	4 Aug.	De ſigno crucis tradito Edwardo primogenito Regis, & viceſima ſibi conceſſa. p. 864
1270	54 Hen. 3.	18 Aug.	Pro Edwardo filio Reg. de cuſtuma Burdegaliæ invadiata propter negotium crucis. ibid.
1270	54 Hen. 3.	5 Sept.	Pro Alienora Regina ſuper decima in Hibernia colligenda. ibid.
1270	54 Hen. 3.		De hoſpitiis pro Edwardo & conſorte ſua in Sicilia aſſignandis. p. 868
1270	54 Hen. 3.	16 Oct.	Litteræ directæ Lewelino filio Griffini Principi Walliæ ſuper pace cum eo obſervanda. p. 865
1270	55 Hen. 3.	2 Nov.	Pro Thoma de Sabaudia & fratribus ſuis. p. 866
1270	55 Hen. 3.	18 Nov.	De conductu per Regem Siciliæ, conceſſo Edwardo primogenito Regis. ibid.
1270	55 Hen. 3.		Conductus antedictus ſub idiomate Gallico. p. 867
1270	55 Hen. 3.	18 Nov.	De poteſtate per Regem Siciliæ, conceſſa Edwardo primogenito Regis. ibid.
1270	55 Hen. 3.		Conceſſio prædicta in lingua Gallica. p. 868
1270	55 Hen. 3.		De Edwardo antedicto in Sicilia honorifice recipiendo. p. 869
1271	55 Hen. 3.		Rex Henricus, deſperata ſalute, Edwardo Principi conſulit ne ad partes remotiores ſe transferat, ſed indeſinenter ad propria redeat. ibid.
1271	55 Hen. 3.	10 Mar.	De Matill. Longeſpere Baroniſſa, contra voluntatem detenta per Johannem Giffard de Brimmesfeld. p. 870
1271	55 Hen. 3.		
1271	55 Hen. 3.	13 Mar.	Littera Karoli Regis Siciliæ ad Edwardum de occiſione Henrici filii primogeniti Regis Alemanniæ. ibid.
1271	55 Hen. 3.	16 Apr.	De cruce ſuſcepta per Regem, de gravi morbo revaleſcentem. p. 871
1271	55 Hen. 3.	16 Maii.	De conductu pro Nunciis M. Comitiſſæ Flandriæ. p. 872
1271	55 Hen. 3.	20 Jun.	De Judaiſmo Angliæ Regi Alemanniæ pro certo tempore conceſſo. ibid.
1271	56 Hen. 3.	25 Oct.	Littera Philippo Regi Franciæ de Comitatu Agenen. & Terra Xancton petendis & recipiendis. p. 873
1271	56 Hen. 3.		De homagio præſtando ſuper prædictis Comitatu & Terra. p. 874
1271	56 Hen. 3.		De procuratoribus ſuper prædicto negotio conſtitutis. ibid.
1271	56 Hen. 3.		De Terra antedicta Agenen. Alianoræ Reginæ Angliæ aſſignanda. ibid.
1272	56 Hen. 3.	28 Jan.	Littera Regi Franc. de Juramento fidelitatis ſuper Caſtro Lemovicenſi. p. 875
1272	56 Hen. 3.	28 Jan.	De procuratoribus ordinatis juxta formam pacis cum Ludovico quondam Rege Franciæ initæ. p. 876
1272	56 Hen. 3.	28 Jan.	Littera Philippo Regi Franciæ de pace olim inita cum Ludov. &c. p. 877
1272	56 Hen. 3.		De jocalibus Regis olim invadiatis. p. 878
1272	56 Hen. 3.	29 Mar.	Bulla Gregorii Papæ, per quam nunciavit Regi novam creationem ſuam. p. 879
1272	56 Hen. 3.	31 Mar.	Quod Rex, & omnis populus Chriſtian. tam viri Eccleſiaſtici quam ſeculares parati ſint a Kal. Maii anni ab Incarnat. Domini 1274 infra biennium ad ingrediendum Terram ſanct. &c. p. 881
1272	56 Hen. 3.	20 Maii.	Littera Philippo Regi Franc. excuſatoria, de non perſonaliter apparendo ad homagium præſtandum. p. 883
1272	56 Hen. 3.	31 Maii.	Bulla Gregor. de confirmatione privilegiorum & libertatum Militiæ Templi conceſſarum. p. 883
1272	56 Hen. 3.	5 Jun.	De cuſtodia Vaſconiæ Lucæ de Tany commiſſa. p. 884
1272	56 Hen. 3.		Pro Luca de Tany Seneſcallo Vaſconiæ prædicto. ibid.
1272	56 Hen. 3.		Littera Regi Franc. de juribus in Vaſconia uſurpatis. ibid.
1272	56 Hen. 3.	18 Jun.	Teſtamentum Domini Edwardi primogeniti Regis conditum apud Acres. p. 885
1272	56 Hen. 3.	21 Jul.	De protectione Papali pro Edwardo primogenito Regis in Terram ſanctam. p. 886
1272	56 Hen. 3.	10 Aug.	De pecunia pro Rege, ad partes tranſmarinas pro homagio præſtando profecturo. ibid.
1272	56 Hen. 3.	1 Oct.	Bulla Gregorii Papæ decimi conceſſa Regi Angliæ, de privilegio conceſſo ſibi & ſex Clericis ſuis de non facienda reſidentia in beneficiis ſuis. p. 887
1272	57 Hen. 3.	4 Nov.	De feſto natalis Domini celebrando; ibid.
1272			De Regis Henrici morte. p. 888
1272		22 Nov.	Bulla Greg. Papæ per quam nuntiavit Edwardo Regis primogenito gaudium, quod receperat, eo quod feliciter inſidias ſuas ſuperavit, & ad portum Trepani pervenit. ibid.
1272		23 Nov.	Magnates Angliæ nuntiarunt Domino E. R. de obitu H. Reg. patris ſui. ibid.
1273	1 Edw. 1.	9 Jan.	Bulla Reginæ pro Rege Angliæ inducendo ut ad Papam veniat. p. 889
1273	1 Edw. 1.	1 Mar.	Bulla Gregor. Papæ de proceſſu contra Guidonem de Monteforti ſuper morte Henr. de Alemann. p. 890
1273	1 Edw. 1.	6 Mar.	Bulla Greg. Pap. per quam mandat Raynerio Capellano ſuo & præpoſito Florentiæ quod cognoſcat de delicto perpetrato per G. de Monteforti. p. 891

Omiſſa.

Henricus Frederici Imperatoris ex Iſabella Anglica filius, Avunculo ſuo H. Regi Angliæ notificat ſe nunc eſſe baptizatum, & patris Locumten. in Regno Siciliæ conſtitutum. p. 893

Littera Regis Innocentio 4. de Regno Siciliæ Ricardo Comiti Cornubiæ oblato. ibid.

Conditiones ſub quibus Regnum Siciliæ conceditur Edmundo filio Henrici Regis. ibid.

Littera Henrici Ducis Saxoniæ, fratris quondam Othonis Imperatoris. p. 900

5

BRITISH MUSEUM

Marcas Argenti: Et dictus Comes, pro iſto Feodo, tenetur mittere 500 Milites in Servitium Regis.

Angliæ & Flandriæ. Ex Orig.

1. Conventio inter Henricum Regem Anglorum & Robertum Comitem Flandriæ, facta & ſcripta apud Douram xvi^to^ Kal. Junii, præſentibus, ex parte Regis, Roberto Lincolnienſi Epiſcopo, & Johanne Baiocenſi Capellano, & Comite Euſtachio, & Roberto de Beliſmo, & Willielmo de Warenna, & Giſleberto de Aquila, & Hamone Dapifero, & Ranulpho Meſclino, & Giſleberto filio Richardi: Et ex parte Comitis Roberti, Roberto de Bettuna, & Willielmo Caſtellano de ſancto Audomaro, & Waltero Caſtellano de Bruegis, & Froaldo de Berghes, & Rogero Caſtellano de Inſula.

2. Robertus Comes Flandriæ Fide & Sacramento aſſecuravit Regi Henrico vitam ſuam, & membra quæ corpori ſuo pertinent, & captionem corporis ſui, ne Rex eam habeat ad dampnum ſuum; & quod juvabit eum, ad tenendum & ad defendendum Regnum Angliæ, contra omnes homines, qui vivere & mori poſſint; Salva fidelitate Lodovici Regis Francorum. Ita quod, ſi Rex Lodovicus Regnum Angliæ invadere voluerit, Comes Robertus, ſi poterit, Regem Lodovicum remanere faciet; & quæret, quocunq; modo poterit, conſilio & precibus, per fidem, abſque malo ingenio, ſine datione pecuniæ, ut remaneat.

3. Et ſi Rex Lodovicus in Angliam venerit, & Robertum Comitem ſecum adduxerit, Comes Robertus tam parvam fortitudinem hominum ſecum adducet, quam minorem poterit; ita tamen, ne inde feodum ſuum erga Regem Franciæ foriſfaciat.

4. Et, ante neceſſitatem, infra 40 dies, poſtquam Comes Robertus ex parte Regis legato vel literis ſummonitus fuerit, Comes prædictus, quingentos equites habebit ad portus ſuos paratos transfretare in Angliam, in auxilium Regis Henrici, quam citiùs poterit; & Rex inveniet eis naves, & mittet eas vel ad Gravelingas vel ad Widſant; & tot naves mittet, quot ſufficiant tot Militibus transfretandis, ſic ut unuſquiſque habeat tres equos; ita tamen quod ſi Rex Henricus has naves ſimul una vice non miſerit, Milites remanentes de 500 expectabunt ad portum, ab illa die, qua naves cum Militibus de portu exibunt, uſque ad totum menſem, niſi infra menſem ipſum tranſierint, & naves iſtas ſalvas faciet Robertus Comes de omnibus hominibus ſuis, & de omnibus aliis, à quibus eas ſalvare poterit, eundo, morando & redeundo.

5. Et poſtquam prædicti Milites in Anglia erunt, fiducias facient Regi Henrico, vel legato ejus, ſi requiſiti fuerint, quod, quam diu in itinere illo in Anglia erunt, ad proficuum Regis Henrici erunt; & non quærent quo modo ipſe perdat terram, vel hominem; ſed juvabunt eum, per fidem, ad tenendum & defendendum Regnum Angliæ, contra omnes homines.

6. Et ſi quæ alia Gens ſuper Regem in Angliam venerit, ſi Comes Robertus, ex parte Regis, ut prædiximus, ſummonitus fuerit; infra prædictum terminum, & ante neceſſitatem, ipſe Comes, cum 500 Militibus, in Angliam veniet: Si non remanſerit propter monſtrabilem ſui corporis infirmitatem, vel terræ ſuæ amiſſionem, vel Lodovici Regis Francorum expeditionis ſummonitionem, vel propter Imperatoris Romani ſummonitionem, per totam terram ſuam, ſi ipſe Comes Robertus tunc temporis ibi ſit; Quæ prædictæ ſummonitiones propter hoc inventæ non ſint, ſine malo ingenio.



---ntio int̄ Henr̄ reḡ angloꝝ 7 Robtū com̄ flandrie. f̄c͡a 7 scripta ap̄ Dourā. xvjͫͦ. kł iunij p̄se

---n̄ dap̄. 7 Rann̄ meschino. 7 Gisl̄ fil̄ Ric̄ Et ex parte Com̄ Robti Robto de betuna. 7 Willo castella

---̄ uitā suā. 7 m̄bra que corpori: suo ꝑtinent. 7 captionē corp̄is sui. ne rex eū habeat ad dampnū suū. 7 q̄d uiuabr



iunȳ p̄ſentib; exparte regiſ Robto linc̄ epo. 7 Joh̄e baioc capell. 7 Com̄ Euſt ̄ 7 Robto debeliſmo. 7 Witt̄ de Warenna. 7 Giſt de aq̄la·
caſtellano de ſc̄o Aud, 7 Walt̄o caſtell debrucgyſ. 7 Froaldo debgiſ. 7 Rogo caſtellano deinſula. Robꝰ com̄ flandrie. fide 7 ſacr· m̄to aſſecurauit
ꝗd iuuabit eū adtenendū 7 addefendendū regnū anglie ꝯ omſ hoieſ q̄ uiuere 7 mori poſſint. ſalua fidelitate Lod· regiſ francoꝝ. ita qd ſi rex Lod

Tom. 1. Fol. 1.



— . — ntio int̃ henr reg̃ anglo⁊ 7 Robtũ com̃ flandrie. F̃a 7 ſ … de agla

— — — ñ dap̃. 7 Rann̄ meſchino. 7 Gyſt fc̃t Ric̃ Et̃ exparte Com̃ Robti … aſſeurau

— — — uita ſuã. 7 mbra que corpoi: ſuo ptinent. 7 captione corpis ſui. n … ex Lod

… 1. Fol. 1.

			in Comitiva prædict. Reg.	
1269	53 *Hen.* 3.	*Sept.*	Obligatio Henrici Regis pro forma Conventionis præeuntis.	p. 859
1269	53 *Hen.* 3.		Pro Alienora Regina.	p. 860
1269	54 *Hen.* 3.		De protectione crucesignatorum.	p. 861
1270	54 *Hen.* 3.		De protectione crucesignatorum.	ibid.
1270	54 *Hen.* 3.	2 *Aug.*	Edwardus primogenitus conceſſit cuſtodiam filiorum ſuorum Domino Ricardo Regi Roman. avunculo ſuo dum fuerit in Terra ſanct.	p. 862
1270	54 *Hen.* 3.	4 *Aug.*	De ſigno crucis tradito Edwardo primogenito Regis, & viceſima ſibi conceſſa.	p. 864
1270	54 *Hen.* 3.	18 *Aug.*	Pro Edwardo filio Reg. de cuſtuma Burdegaliæ invadiata propter negotium crucis.	ibid.
1270	54 *Hen.* 3.	5 *Sept.*	Pro Alienora Regina ſuper decima in Hibernia colligenda.	ibid.
1270	54 *Hen.* 3.		De hoſpitiis pro Edwardo & conſorte ſua in Sicilia aſſignandis.	p. 868
1270	54 *Hen.* 3.	16 *Oct.*	Litteræ directæ Lewelino filio Griffini Principi Walliæ ſuper pace cum eo obſervanda.	p. 865
1270	55 *Hen.* 3.	2 *Nov.*	Pro Thoma de Sabaudia & fratribus ſuis.	p. 866
1270	55 *Hen.* 3.	18 *Nov.*	De conductu per Regem Siciliæ, conceſſo Edwardo primogenito Regis.	ibid.
1270	55 *Hen.* 3.		Conductus antedictus ſub idiomate Gallico.	p. 867
1270	55 *Hen.* 3.	18 *Nov.*	De poteſtate per Regem Siciliæ, conceſſa Edwardo primogenito Regis.	ibid.
1270	55 *Hen.* 3.		Conceſſio prædicta in lingua Gallica.	p. 868
1270	55 *Hen.* 3.		De Edwardo antedicto in Sicilia honorifice recipiendo.	p. 869
1271	55 *Hen.* 3.		Rex Henricus, deſperata ſalute, Edwardo Principi conſuluit ne ad partes remotiores ſe transferat, ſed indeſinenter ad propria redeat.	ibid.
1271	55 *Hen.* 3.	10 *Mar.*	De Matill. Longeſpere Baroniſſa, contra voluntatem detenta per Johannem Giffard de Brimmesfeld.	p. 870
1271	55 *Hen.* 3.			
1271	55 *Hen.* 3.	13 *Mar.*	Littera Karoli Regis Siciliæ ad Edwardum de occiſione Henrici filii primogeniti Regis Alemanniæ.	ibid.
1271	55 *Hen.* 3.	16 *Apr.*	De cruce ſuſcepta per Regem, de gravi morbo revaleſcentem.	p. 871
1271	55 *Hen.* 3.	16 *Maii.*	De conductu pro Nunciis M. Comitiſſæ Flandriæ.	p. 872
1271	55 *Hen.* 3.	20 *Jun.*	De Judaiſmo Angliæ Regi Alemanniæ pro certo tempore conceſſo.	ibid.
1271	56 *Hen.* 3.	25 *Oct.*	Littera Philippo Regi Franciæ de Comitatu Agenen. & Terra Xancton petendis & recipiendis.	p. 873

			inita cum Ludov. &c.	
1272	56 *Hen.* 3.		De jocalibus Regis olim invadiatis.	p. 878
1272	56 *Hen.* 3.	29 *Mar.*	Bulla Gregorii Papæ, per quam nunciavit Regi novam creationem ſuam.	p. 879
1272	56 *Hen.* 3.	31 *Mar.*	Quod Rex, & omnis populus Chriſtian. tam viri Eccleſiaſtici quam ſeculares parati ſint a Kal. Maii anni ab Incarnat. Domini 1274 infra biennium ad ingrediendum Terram ſanct. &c.	p. 881
1272	56 *Hen.* 3.	20 *Maii.*	Littera Philippo Regi Franc. excuſatoria, de non perſonaliter apparendo ad homagium præſtandum.	p. 883
1272	56 *Hen.* 3.	31 *Maii.*	Bulla Gregor. de confirmatione privilegiorum & libertatum Militiæ Templi conceſſarum.	p. 883
1272	56 *Hen.* 3.	5 *Jun.*	De cuſtodia Vaſconiæ Lucæ de Tany commiſſa.	p. 884
1272	56 *Hen.* 3.		Pro Luca de Tany Seneſcallo Vaſconiæ prædicto.	ibid.
1272	56 *Hen.* 3.		Littera Regi Franc. de juribus in Vaſconia uſurpatis.	ibid.
1272	56 *Hen.* 3.	18 *Jun.*	Teſtamentum Domini Edwardi primogeniti Regis conditum apud Acres.	p. 885
1272	56 *Hen.* 3.	21 *Jul.*	De protectione Papali pro Edwardo primogenito Regis in Terram ſanctam.	p. 886
1272	56 *Hen.* 3.	10 *Aug.*	De pecunia pro Rege, ad partes transmarinas pro homagio præſtando profecturo.	ibid.
1272	56 *Hen.* 3.	1 *Oct.*	Bulla Gregorii Papæ decimi conceſſa Regi Angliæ, de privilegio conceſſo ſibi & ſex Clericis ſuis de non facienda reſidentia in beneficiis ſuis.	p. 887
1272	57 *Hen.* 3.	4 *Nov.*	De feſto natalis Domini celebrando;	ibid.
1272			De Regis Henrici morte.	p. 888
1272		22 *Nov.*	Bulla Greg. Papæ per quam nuntiavit Edwardo Regis primogenito gaudium, quod receperat, eo quod feliciter inſidias ſuas ſuperavit, & ad portum Trepani pervenit.	ibid.
1272		23 *Nov.*	Magnates Angliæ nuntiarunt Domino E. R. de obitu H. Reg. patris ſui.	ibid.
1273	1 *Edw.* 1.	9 *Jan.*	Bulla Reginæ pro Rege Angliæ inducendo ut ad Papam veniat.	p. 889
1273	1 *Edw.* 1.	1 *Mar.*	Bulla Gregor. Papæ de proceſſu contra Guidonem de Monteforti ſuper morte Henr. de Alemann.	p. 890
1273	1 *Edw.* 1.	6 *Mar.*	Bulla Greg. Pap. per quam mandat Raynerio Capellano ſuo & præpoſito Florentiæ quod cognoſcat de delicto perpetrato per G. de Monteforti.	p. 891

Omiſſa.

Henricus Frederici Imperatoris ex Iſabella Anglica filius, Avunculo ſuo H. Regi Angliæ notificat ſe nunc eſſe baptizatum, & patris Locumten. in Regno Siciliæ conſtitutum. p. 893

Littera Regis Innocentio 4. de Regno Siciliæ Ricardo Comiti Cornubiæ oblato. ibid.

Conditiones ſub quibus Regnum Siciliæ conceditur Edmundo filio Henrici Regis. ibid.

Littera Henrici Ducis Saxoniæ, fratris quondam Othonis Imperatoris. p. 900

5

BRITISH MUSEUM

Cirographum Conventionis, inter H. 1. *Regem Angliæ, & Robertum Comitem Flandriæ: Per quam dictus Rex tenetur dare Comiti, ſingulis annis, in Feodo,* 400 *Marcas Argenti: Et dictus Comes, pro iſto Feodo, tenetur mittere* 500 *Milites in Servitium Regis.*

A.D. 1101. 1. An. 1. H. 1. *Angliæ & Flandriæ. Ex Orig.*

Conventio inter Henricum Regem Anglorum & Robertum Comitem Flandriæ, facta & ſcripta apud Douram xvito Kal. Junii, præſentibus, ex parte Regis, Roberto Lincolnienſi Epiſcopo, & Johanne Baiocenſi Capellano, & Comite Euſtachio, & Roberto de Beliſmo, & Willielmo de Warenna, & Giſleberto de Aquila, & Hamone Dapifero, & Ranulpho Meſclino, & Giſleberto filio Richardi: Et ex parte Comitis Roberti, Roberto de Bettuna, & Willielmo Caſtellano de ſancto Audomaro, & Waltero Caſtellano de Bruegis, & Froaldo de Berghes, & Rogero Caſtellano de Inſula.

2. Robertus Comes Flandriæ Fide & Sacramento aſſecuravit Regi Henrico vitam ſuam, & membra quæ corpori ſuo pertinent, & captionem corporis ſui, ne Rex eam habeat ad dampnum ſuum; & quod juvabit eum, ad tenendum & ad defendendum Regnum Angliæ, contra omnes homines, qui vivere & mori poſſint; Salva fidelitate Lodovici Regis Francorum. Ita quod, ſi Rex Lodovicus Regnum Angliæ invadere voluerit, Comes Robertus, ſi poterit, Regem Lodovicum remanere faciet; & quæret, quocunq; modo poterit, conſilio & precibus, per fidem, abſque malo ingenio, ſine datione pecuniæ, ut remaneat.

3. Et ſi Rex Lodovicus in Angliam venerit, & Robertum Comitem ſecum adduxerit, Comes Robertus tam parvam fortitudinem hominum ſecum adducet, quam minorem poterit; ita tamen, ne inde feodum ſuum erga Regem Franciæ forisfaciat.

4. Et, ante neceſſitatem, infra 40 dies, poſtquam Comes Robertus ex parte Regis legato vel literis ſummonitus fuerit, Comes prædictus, quingentos equites habebit ad portus ſuos paratos transfretare in Angliam, in auxilium Regis Henrici, quam citiùs poterit; & Rex inveniet eis naves, & mittet eas vel ad Gravelingas vel ad Widſant; & tot naves mittet, quot ſufficiant tot Militibus transfretandis, ſic ut unuſquiſque habeat tres equos; ita tamen quod ſi Rex Henricus has naves ſimul una vice non miſerit, Milites remanentes de 500 expectabunt ad portum, ab illa die, qua naves cum Militibus de portu exibunt, uſque ad totum menſem, niſi infra menſem ipſum tranſierint, & naves iſtas ſalvas faciet Robertus Comes de omnibus hominibus ſuis, & de omnibus aliis, à quibus eas ſalvare poterit, eundo, morando & redeundo.

5. Et poſtquam prædicti Milites in Anglia erunt, fiducias facient Regi Henrico, vel legato ejus, ſi requiſiti fuerint, quod, quam diu in itinere illo in Anglia erunt, ad proficuum Regis Henrici erunt; & non quærent quo modo ipſe perdat terram, vel hominem; ſed juvabunt eum, per fidem, ad tenendum & defendendum Regnum Angliæ, contra omnes homines.

6. Et ſi quæ alia Gens ſuper Regem in Angliam venerit, ſi Comes Robertus, ex parte Regis, ut prædiximus, ſummonitus fuerit; infra prædictum terminum, & ante neceſſitatem, ipſe Comes, cum 500 Militibus, in Angliam veniet: Si non remanſerit propter monſtrabilem ſui corporis infirmitatem, vel terræ ſuæ amiſſionem, vel Lodovici Regis Francorum expeditionis ſummonitionem, vel propter Imperatoris Romani ſummonitionem, per totam terram ſuam, ſi ipſe Comes Robertus tunc temporis ibi ſit; Quæ prædictæ ſummonitiones propter hoc inventæ non ſint, ſine malo ingenio.

A.D. 1101. 7. Et ſi aliquis Comes Angliæ, vel alii homines ejuſdem terræ boſiaverint, ita quod Rex Comitatum vel valens Comitatum amiſerit, Comes R. cum 500 Militibus in Angliam, in auxilium Regis, veniet, niſi pro aliquo horum quatuor exoniorum remanſerit: Et ſi Comes propter hoc remanſerit, 500 Milites in Angliam, in auxilium Regis, ut ſupra diximus, mittet.

8. Et ſi, per ſummonitionem Regis, pluſquam 500 Milites adduxerit, quot ſupra 500 adduxerit, de tot erit quietus in proximo ſequenti ſervitio. Quod ſi ex 500 Militibus defuerint 10. vel 20. vel uſque ad 50. propter hoc Comes non perdet Conventionem ſuam erga Regem; Si, poſtquam, ex parte Regis, ſummonitus fuerit, infra 40. dies perficiet numerum.

9. Et homines, qui ad Henricum Regem venient, quietè & ſalvè venient, per terram & portus Comitis Roberti, quicunque ipſi ſint, vel undicunque veniant; nec naves defendentur eis ſi eas convenienter conducere voluerint. Et hominibus terræ Comitis Roberti, qui in ſervitium Regis Angliæ venire voluerint, non denegabit Comes licentiam; Et ſi venerint, propter hoc non amittent terram, nec feodum, nec conventionem aliquam quam habeant de Comite.

10. Et ſi Comes Robertus, vel ſui homines, in auxilium Regis venerint, quamdiu in Anglia fuerint, erunt ad victum Regis, & Rex reddet eis perdita eorum facta in Anglia, ſicut mos eſt reddere familiæ ſuæ. Et quamdiu illa neceſſitas duraverit, erunt cum Rege fideliter; & finita neceſſitate, permittet eos Rex redire; & inveniet eis naves, & Comiti eas ſalvas, cum hominibus & pecunia, remittet.

11. Et Inimici regis, qui ſibi werram, vel per terram, vel per mare facient, fiduciam non habebunt in Comite, nec receptacula in terra ſua, quæ Comes Robertus defendere vel auferre eis poſſet.

12. Et, ſi quis hominum Comitis Roberti, Regi Henrico vel hominibus ejus forisfecerit, & rectitudinem pro Comite Roberto Regi Henrico, vel hominibus ejus, facere noluerit; in Comite, vel hominibus ejus fiduciam non habebit, niſi conſenſu Regis.

13. Et ſi Rex Henricus Comitem Robertum in Normannia, vel Cenomania, in auxilio ſecum habere voluerit, & eum inde ſummonuerit, ipſe Comes illuc ibit, & Regem Henricum per fidem juvabit, ſicut ſuum amicum & Dominum de quo feodum tenet: Nec dimittet, quin eat, donec Rex Franciæ judicari faciat Comitem Robertum, quòd non debeat juvare amicum ſuum Regem Angliæ, cujus feodum tenet; Et hoc per pares ſuos, qui eum jure judicare debent. A.D. 1101.

14. Et iſtas ſummonitiones Comes Robertus nullatenus diffugiet; nec illi, qui hanc ſummonitionem facient, malum vel dampnum habebunt per Comitem Robertum, neque per homines, de quibus eos defendere poſſit.

15. Quod ſi Rex Henricus Comitem Robertum in Normannia ſecum in auxilio habere voluerit, & eum literis vel legatis ſuis ſummonuerit, Comes ad eum cum 500 Militibus veniet: Qui poſtquam in Normannia fuerint, octo diebus prioribus erunt ad victum Comitis Roberti: Et ſi Rex eos diutius retinere voluerit, aliis octo diebus morabuntur cum Rege; & Rex in his ultimis octo diebus victum eis præbebit, & perdita horum octo dierum eis reddet, ſicut mos eſt reddi familiæ ſuæ.

16. Et ſi illo tempore Rex Lodovicus ſuper Regem Henricum in Normanniam intraverit, Robertus Comes ad Lodovicum ibit cum decem Militibus tantum; & alii prædicti Milites remanebunt cum Rege Henrico, in ſervitio & fidelitate ſua.

17. Ipſe vero Comes Robertus veniet ad Regem Henricum in Normanniam, ſicut prædictum eſt, niſi remanſerit propter apparentem ſui corporis infirmitatem; vel terræ ſuæ amiſſionem, aut ſuam expeditionem; vel Regis Francorum, vel Imperatoris Romani expeditionem, ſicut ſupra ſcriptum eſt. Et ſi propter hoc remanſerit, 500 Milites, ut prædiximus, in Normanniam ad ſervitium Regis mittet.

18. Et ſi Rex in Cenomania eum habere ſecum voluerit, ipſe ibit cum 250 Militibus ſemel in Anno; & erunt in familia Regis, per unum integrum menſem in Cenomania (ſi Rex eos tamdiu retinere voluerit) ad victum Regis, & ad perdita reddenda, ſicut mos eſt familiæ. Et hoc idem faciet eis Rex, ex quo intrabunt in Normanniam ad eundum in Cenomaniam.

19. Quod ſi Comes Robertus, per ſummonitionem Regis Henrici, pluſquam 500 Milites in Normanniam, vel pluſquam 250 in Cenomaniam duxerit vel miſerit; quot ſupra 500 in Normanniam, vel ſupra 250 in Cenomaniam duxerit vel miſerit, de tot erit quietus in proximo ſequenti ſervitio Horum duorum ſervitiorum ſcil. Normanniæ vel Cenomaniæ.

A.D. 1101.

20. Quodcumque Robertus Comes Regi Henrico, ſemel in anno, fecerit, pro hoc quietus erit de altero ſervitio, in illo eodem anno; Niſi gratia amicitiæ fecerit.

21. Et ſi Comes Robertus in expeditione fuerit, quando hanc ſummonitionem habere debuerit, poſt reditum de expeditione, habebit reſpectum, uſque ad finitas tres Ebdomadas, & eundem reſpectum habebit, ſi ſummonitus fuerit infra proximos 8 dies, poſt reditum de expeditione. Et ſi infirmus fuerit, habebit reſpectum mittendi Milites, uſque ad finitos 15 dies.——

22. —— ſi Comes ab hac conventione exierit, & Rex eum inde ſummonierit, afferentur hujus conventionis ſcripta Boloniam, & ibi videbuntur: ſi Comes Euſtacius tunc vixerit; vel cum Rege bene fuerit. Quod ſi mortuus fuerit Comes Euſtachius, vel —— Regis —— ſſer ad —— deferentur ſcripta —— tam —— perfecer' ſecum —— ——

23. Si vero Robertus Comes Regem ſummonuerit, ad Douram in Anglia præfata ſcripta ferantur; ib —— —— & ille eorum, qui ſecundum ſcripta videtur alteri foriſfeciſſe, infra —— emendabit —— —— Et conventionem ſuam, ille qui foriſfecerit, & alius non erit —— o-comitiſſa affidabit, quia, quantum poterit, Comitem in hac conventione tenebit, & in amicitia Regis, & in prædicto ſervitio fideliter. —— ——

24. Hujus conventionis tenendæ ex parte Comitis obſides ſunt ſubſcripti: Comes Euſtachius, Comes de Ghiſnis, Robertus de Bettuna, Baldwinus de Lens, Willielmus Caſtellanus de Sancto Audomaro, Rogerus Caſtellanus de Inſula, Walterus Caſtellanus de Brugges, Froaldus de Berges, Richewardus de Furnes, Baldwinus filius Roberti de Bettuna; Hi omnes affidaverunt Regi, quod Comitem fideliter in hac conventione, & amore, & ſervitio Regis, quantum potuerint, retinebunt.

A.D. 1101.

25. Quod ſi Comes ab hac conventione exierit, & ſecundum ſcripta conventionis, infra 50 dies emendare —— —— Com. erga Regem, liberius teſtabuntur, & veritatem inde dicent.

26. Rex vero aſſecuravit Comiti Roberto vitam ſuam, & membra quæ corpori ſuo pertinent, & captionem corporis ſui, ne Comes eam habeat ad dampnum ſuum, & quod nec —— perdat, quamdiu Comes prædictas conventiones Regi tenuerit.

27. Et propter prædictas conventiones, & prædictum ſervitium, dabit Rex Henricus Comiti Roberto, unoquoque anno, 400 Marcas Argenti, in feodo. Hujus autem pecuniæ —— ſi Comes eam per legatos ſuos requiſierit; Quod ſi Rex in prædicto termino totam pecuniam non reddiderit, poſtquam Comes eum inde ſummonuerit, per legatum ſuum, Rex infra 40 dies perſolvet, & ſine læſione conventionis —— dabuntur Comiti, & —— Marcæ Comitiſſæ; ita tamen, quod ſi Comitiſſa deceſſerit, tota pecunia Comiti perſolvetur.

28. Hujus autem conventionis tenendæ, ex parte Regis, obſides ſunt ſubſcripti, Comes Euſtacius, Comes Manaſſes de Chiſnes, Robertus de Beliſmo, Ranulphus Meſchines, Giſl. de Aquila, Henricus Comes de Auco, Rogerus filius Richardi, Willielmus Comes de Warenna, Simon de Molinis. Et iſti tali conditione ſunt obſides erga Com. quali conditione Comitis obſides ſunt ——

29. Et omnes aſſecuraverunt, quod non diffugient ſummonitionem; & quod ſummonitores ſecuri erunt ab eis, & ab omnibus quos prohibere poterint a nocumento ipſorum.

Cirographum Conventionis inter H. Regem Angliæ, & Robertum Comitem Flandriæ: Per quam, pro Feodo 400 Marcarum per Annum, dictus Comes tenetur mittere 1000 Milites in Servitium Regis Angliæ.

A.D. 1103. *Angliæ & Flandriæ. Ex Orig.*

1. Conventio inter Henricum Regem Anglorum, & Robertum Comitem Flandriæ, facta & ſcripta apud Douram, vi^{to} Idus Martii, præſentibus, ex parte Regis ———— nien' Epiſcopo, & Willielmo Giffard Cancellario, & Rotberto Comite de Mellend, & Rotberto Hamonis filio, & ———— Et ex parte Comitis Roberti, ———— ———— & Adelardo Cononis filio, & Baldwino de Colhem, & Frotoaldo de Inſula.

2. Robertus Comes Flandreneis, fide & ſacramento aſſecuravit Regi Henrico, vitam ſuam & membra quæ corpori ſuo pertinent, & captionem corporis ſui, ne Rex eam habeat ad dampnum ſuum: Et quod juvabit eum, ad tenendum & defendendum Regnum Angliæ, contra omnes qui vivere & mori poſſint; Salva fidelitate Philippi Regis Francorum. Ita quod, ſi Rex Philippus Regnum Angliæ invadere voluerit, Comes Robertus, ſi poterit, Regem Philippum remanere faciet; & quæret, quocunque modo poterit, conſilio & precibus per fidem, abſque malo ingenio, ſine datione pecuniæ, ut remaneat. Et ſi Rex Philippus in Angliam venerit, & Robertum Comitem ſecum adduxerit, Comes Robertus tam parvam fortitudinem hominum ſecum adducet, quam minorem poterit; ita tamen, ne inde feodum ſuum, erga Regem Franciæ, forisfaciat.

3. Et, ante neceſſitatem, infra 40 dies poſtquam Comes Robertus, ex parte Regis legato vel literis, ſummonitus fuerit, Comes prædictus mille equites habebit ad portus ſuos, paratos tranſfretare in Angliam in auxilium Regis Henrici, quam citius poterit.

4. Et Rex inveniet eis naves & mittet eas vel ad Graveringas, vel ad Witſant. Et tot naves mittet, quod ſufficiant tot militibus, ita ut unuſquiſque habeat tres equos. Ita tamen, quod ſi Rex Henricus has naves ſimul una vice non miſerit, Milites remanentes de mille, expectabunt ad portum, ab illa die, qua naves cum Militibus de portu exibunt, uſque ad totum unum menſem, niſi infra ipſum menſem, ipſi tranſierent. Et naves iſtas ſalvas faciet Robertus Comes, de omnibus hominibus ſuis, & omnibus aliis, de quibus eas ſalvare poterit, eundo, morando, & redeundo.

5. Et poſtquam prædicti Milites in Anglia erunt, fiducias facient Regi Henrico, vel legato ejus, ſi requiſiti fuerint, de hoc, quod, quamdiu in itinere illo, in Anglia erunt, ad proficuum Regis Henrici erunt; et non quærent, quomodo ipſe perdat terram, vel hominem, ſed juvabunt eum, per fidem, ad tenendum & defendendum Regnum Angliæ, contra omnes homines.

6. Et ſi aliqua alia gens ſuper Regem in Angliam venerit, ſi Comes Robertus, ex parte Regis, ut prædiximus, ſummonitus fuerit, infra prædictum terminum, & ante neceſſitatem, ipſe Comes cum mille Militibus in Angliam veniet; ſi non remanſerit propter monſtrabilem ſui corporis infirmitatem, vel terræ ſuæ amiſſionem, vel Philippi Regis Francorum expeditionis ſummonitionem, vel propter Imperatoris Romani expeditionis ſummonitionem, per totam terram ſuam, ſi ipſe Comes Robertus tunc temporis ibi ſit; quæ prædictæ ſummonitiones, propter hoc inventæ ſint, & ſine malo ingenio.

7. Et ſi aliquis Comes Angliæ, vel alii homines illius terræ Regi boſiaverint, ita quod Rex Comitatum, vel valens Comitatum amiſerit, Robertus Comes, cum mille Militibus in Angliam, in auxilium Regis veniet, niſi pro aliqua harum quatuor exoniarum remanſerit: Et ſi Comes, propter hoc, remanſerit, mille Milites in Angliam, in auxilium Regis, ut ſupra diximus, mittet.

8. Et ſi per ſummonitionem Regis, plus quam mille Milites adduxerit,

quot

quot ſupra mille adduxerit, de tot erit quietus, in proximo ſequenti ſervitio.

9. Quod ſi de mille Militibus, defuerint 20, vel 40, vel uſque ad centum, propter hoc Comes non amittet conventionem ſuam erga Regem, ſi poſtquam ex parte Regis ſummonitus fuerit infra 40 dies perficiet numerum.

10. Et homines, qui ad Henricum Regem venient, quietè & ſalvè venient per terram & portus Comitis R. quicunque ſint, vel undecunque veniant: Nec naves defendentur eis, ſi eas convenienter conducere voluerint; Excepta terra Comitis Euſtachii.

11. Et hominibus terræ Comitis R. qui, in ſervitium Regis Angliæ, venire voluerint, non denegabit Comes licentiam; & ſi venerint, propter hoc non amittent terram, nec Feodum, nec Conventionem aliquam, quam habeant de Comite.

12. Et ſi Comes R. vel ſui homines, in Angliam in auxilium Regis venerint, quamdiu in Anglia fuerint, erunt ad victum Regis; & Rex reddet eis perdita eorum, facta in Anglia, ſicut mos eſt reddere familiæ ſuæ.

13. Et quamdiu illa neceſſitas duraverit, erunt cum Rege fideliter; & finita neceſſitate, permittet eos Rex redire, & inveniet eis naves, & Comiti eas ſalvas cum hominibus & pecunia remittet.

14. Et inimici Regis, qui ſibi werram, vel per terram, vel per mare facient, fiduciam non habebunt in Comite, nec receptacula in terra ſua, quæ Comes R. defendere vel auferre eis poſſit; Excepta terra Comitis Euſtachii.

15. Et ſi quis hominum Comitis R. Regi Henrico vel hominibus ejus forisfecerit, & rectitudinem pro Comite R. Regi Henrico, vel hominibus ejus facere noluerit, in Comite vel hominibus ejus fiduciam non habebit, niſi conſenſu Regis; Excepto Comite Euſtachii.

16. Et ſi Rex Henricus Comitem R. in Normanniam, vel Maniam, in auxilio, ſecum habere voluerit, & eum inde ſummonuerit, ipſe Comes illuc ibit & Regem Henricum per fidem juvabit, ſicut ſuum amicum, & Dominum de quo Feodum tenet: Nec dimittet quin eat, donec Rex Franc' judicari faciat Comiti Rotberto, Quod non debeat juvare Dominum, & amicum ſuum Regem Angliæ, cujus Feodum tenet: Et hoc per pares ſuos qui eum jure judicare debent.

17. Et iſtas ſummonitiones Comes R. nullatenus diffugiet: Nec illi, qui hanc ſummonitionem facient, malum habebunt per Comitem R. vel per aliquem hominem, de quo eos Comes R. defendere poſſit.

18. Quod ſi Rex Henricus Comitem R. in Normannia ſecum in auxilio habere voluerit, & eum literis vel legatis ſuis ſummonuerit, Comes R. ad eum cum mille Militibus veniet; qui poſtquam in Normannia fuerint, octo diebus prioribus erunt ad victum Comitis R. & ſi Rex eos diutius retinere voluerit, aliis octo diebus morabuntur cum Rege; & Rex in his ultimis octo diebus victum eis præbebit, & perdita horum octo dierum eis reſtaurabit, ſicut mos eſt, reddi familiæ ſuæ.

19. Et ſi illo tempore, Rex Philippus ſuper Regem Henricum in Normannia intraverit, Comes R. ad Philippum ibit cum decem Militibus tantum, & alii prædicti Milites remanebunt cum Rege, in ſervitio & fidelitate ſua.

20. Ipſe vero Comes R. veniet ad Regem Henricum in Normanniam, ſicut prædictum; & niſi remanſerit, propter apparentem ſui corporis infirmitatem, vel terræ ſuæ amiſſionem, aut ſuam expeditionem, vel Regis Francorum, vel Imperatoris Romani expeditionem, ſicut ſupra ſcriptum. Et ſi propter hoc remanſerit, mille Milites in Normanniam, ad ſervitium Regis mittet.

21. Et ſi Rex in Mania eum habere ſecum voluerit, ipſe ibit cum 500 Militibus ſemel in Anno, & erunt in familia Regis per unum integrum menſem in Mania (ſi Rex eam tamdiu retinere voluerit) ad victum Regis: & ad perdita reddenda, ſicut mos eſt familiæ Regis. Et hoc idem faciet eis Rex, ex quo intrabunt in Normanniam, ad eundum in Maniam.

22. Quod ſi Comes R. per ſummonitionem Regis Henrici, pluſquam mille Milites in Normanniam, vel plures quam quingentos in Maniam duxerit vel miſerit, quot ſupra mille in Normanniam, vel ſupra quingentos in Maniam duxerit vel miſerit, de tot erit quietus in proximo ſequenti ſervitio, horum duorum ſervitiorum, Normanniæ & Maniæ. Quodcunque R. Comes Regi Henrico ſemel in Anno fecerit, propter hoc quietus erit de altero ſervitio in illo eodem Anno; niſi gratia amicitiæ fecerit.

23. Et ſi Comes R. in expeditione fuerit, quando hanc ſummonitionem habuerit, poſt reditum de expeditione habebit reſpectum, uſque ad finitas tres hebdomadas; & eundem reſpectum habebit, ſi ſummonitus fuerit infra proximos

A.D. 1103. mos octo dies poſt reditum de expeditione. Et ſi infirmus fuerit, habebit reſpectum mittendi Milites uſque ad finitos 15 dies.

24. Et, pro iſtis Conventionibus attendendis, dabit Comes R. Regi Henrico iſtos obſides, Rotbertum de Bettuna, pro 100 Marcis ——————— pro 100 Marcis. ——————— pro 100 Marcis. ——————— Brugis, pro 100 Marcis. ——————— pro 100 Marcis. ———————de Bergis, pro 100 Marcis. Amalricum Conſtabularium, pro 100 Marcis. Adelardum filium Cononis, pro 100 Marcis. ——————— Baldwinum Caſtellanum ——————— pro 100 Marcis. ——————— Mars, pro 100 Marcis. Hugon de Albinneio, pro 100 Marcis. ———————Caſtellanum de ——ſel, pro 100 Marcis ——————— ———————

25. Et de iſtis duodecem obſidibus, debent *6* eorum conducere prædictos Milites, in ſervitium Regis Henrici, ſi Comes R. defuerit propter aliquam prædictarum exoniarum.

26. Et ſi *6* de obſidibus non fuerint ad conducendum, duo, ad minus de eis, illos conducent, & quatuor de Baronibus Comitis, loco illorum quatuor qui defuerint, æquè valentes ad ſervitium Regis.

27. Et iſti prædicti duodecem obſides tali conditione ſunt obſides; ſi Comes R. de prædictis Conventionibus exierit, & ipſi eum, infra tres quarentenas, reconciliare Regi non poterint, quod unuſquiſque, ex prædictis obſidibus, dabit Regi 100 Marcas argenti; & facient infra tres quarentenas, vel in captione Regis ſe ponent pro prædictis Marcis argenti. Et Rex ab eis non plus exiget, quam quod prædictum eſt: & ponent ſe in captione, in turri London, vel in alio loco, ubi Rex eos libere poſſit retinere ad proficuum ſuum.

28. Et ſi aliquis ex iliis obſidibus, mortuus fuerit, vel a fidelitate Comitis, aut a terra ſua receſſerit, Comes alium æquivalentem in loco ejus, ad ſummonitionem Regis, reſtaurabit. A.D. 1103.

29. Et ſi, dum obſides jam dictam pecuniam Regi miſerint, eis in Anglia ablata ſit ab hominibus, quos Rex conſtringere poſſit, quieti erunt. Et ſi in mari eam perdiderint, habebunt reſpectum per 40 dies, ad reſtaurandam pecuniam.

30. Rex vero aſſecuravit Comiti Rotberto vitam ſuam, & membra quæ corpori ſuo pertinent, & captionem corporis ſui, ne Comes eam habeat ad dampnum ſuum; & quod non erit ei in ——————— quamdiu Comes R. prædictas Conventiones Regi tenuerit.

31. Et propter prædictas Conventiones, & prædictum ſervitium, dabit Rex Henricus Comiti Rotberto unoquoque Anno, 400 Marcas argenti, in Feodo ———— feſto primo ſancti Michaelis ——————— 200 in nativitate Domini. Et ſi prædicta pecunia in prædictis terminis tota perſoluta non fuerit infra 40 dies, poſtquam Comes eum inde ſummonuerit, per legatum ſuum, Rex perſolvet ei, ſine læſione Conventionis.

32. Ad tenendum iſtas Conventiones, dedit Rex Henricus Comiti R. ſubſcriptos obſides: Rotbert. fil. ——— —— pro 100 M. ——————— pro 100 M. ——————— Rog. Denonant, pro 100 M. Hug. Mammot, pro 100 M. Man—lem—arſie —— pro 100 M. ——————— pro 100 M. ——wer, pro 100 M. ———————ug de Bello Campo, pro 100 M. Iſti tali conditione ſunt obſides erga Comitem, quali conditione Comitis obſides ſunt. & omnes obſides communiter aſſecuraverunt, quod non diffugient ſummonitionem; & quod ſummonitores ſecuri erunt ab eis, & ab omnibus aliis, quos prohibere poterunt a nocumento ipſorum.

Innocentius eps servus servorum di; dilecto filio Normanno priori eccle Xpi

IN PPM. Aplice sedis clementie congruit. religiosas personas affec tion

premia eterne pacis inveniant. AMEN

Adiuva nos deus salutaris noster

SCS PETRUS SCS PAULUS

INNOCENTIUS PP II

Ego Innocentius

✠ Ego Theodewinus sce Rufine eps ss.

✠ Ego Drogo Ostiensis epo ss.

✠ Ego Anselmus pbr card ss.

✠ Ego Albertus Albanensis eps ss.

✠ Ego [illegible] pbr card tt [illegible] ss.

✠ Ego Lucas pbr card tt scor Iohis et Pauli ss.

✠ Ego Martinus pbr card tt sci Stephani ss.

✠ Ego GG pbr card tt sce Prisce ss.

✠ Ego Bnardus pbr card tt s Grisogoni ss.

Data Viterbii per manum AIMERICI sce Romane eccle diac card et cancell. VI Id. Apl

2



XPI; INTRA MUROS LEMOVICENSIS CIVITATIS SITE; EIUSQ; FRIBUS; TAM PRESENTIB; QUAM FUTURIS

tione paterna diligere. 7 loca eis commissa. optate defensionis munimine confouere. Proinde

A—e. AM.;

catholice eccle eps ss.;

eps ss.; ✝ Ego Gregorius diac card Scorū Sergii 7 bachi ss.;

✝ Ego Gubaldus diac card Sce marie in uia lata. ss.;

✝ Ego Grisogonus diac. card Sce MARIE in porticu ss.;

n. 18. aplis. Indic. xv. Incarnat. dnice anno M. c. xxx. vii. Pontificat. Domni Innocentii PP. II. Anno viii.

Tom. 1. Fol. 7.

GR VII
BRITISH MUSEUM

Eccleſiam Chriſti juxta Algate Lundoniæ ſitam, ſuſcipit in protectionem Apoſtolicam Papa Innocentius 2.

A.D. 1137.

Anno Regni Regis Stephani Secundo. Ex Orig.

INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Normanno, priori Eccleſiæ Chriſti infra muros Lundonienſis Civitatis ſitæ, ejuſque fratribus tàm præſentibus quàm futuris in perpetuum.

Apoſtolicæ ſedis clementiæ congruit religioſas perſonas affectione paterna diligere, & loca, eis commiſſa, optatæ defenſionis munimine confovere; proinde, dilecti in Domino filii, veſtris petitionibus rationabilibus clementer annuimus, & Eccleſiam Chriſti, in qua divinis eſtis obſequiis mancipati, apoſtolicæ ſedis patrocinio communimus.

Statuimus enim ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia inpræſentiarum juſte & legitime poſſidet, aut infuturum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata conſiſtant; In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda, duas ſcilicet partes redditus de Civitate Exoniæ; Terram de Lectuna, quam Simon de Molins, & Uxor ejus Adelina eidem loco, divinæ pietatis intuitu, contulit; Terram & Socam de Angliſche-cnihte-Gylde; Eccleſiam de Bix cum redditibus ſuis; Eccleſiam de Totenham; præterea quaſcumque Eccleſias, ſeu Terras, extra Civitatem Lundonienſem, vel infra a Dei fidelibus vobis rationabiliter collatas, ſeu alia, quæ in poſterum offerri contigerit, vobis &, per vos, eidem Eccleſiæ apoſtolica auctoritate firmamus.

A.D. 1137.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; ſet omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: Salva nimirum dyoceſani Epiſcopi debita reverentia.

Si qua igitur infuturum, eccleſiaſtica ſeculariſve, perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non congrue ſatisfecerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jehu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jehu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen —— Amen —— Amen, &c.

Filis ſericiis flavi rubeique coloris pendet bulla plumbea.

Charta Matildæ Imperatricis de Creatione Milonis in Comitem Hereford. Qua Charta de creando Comite antiquiorem non extare creditur.

A.D. 1141.
A.R. Steph. 6.
Ex Autogr. in Bibl. Cottoniana.

Matilda Imperatrix Henrici Regis Filia, & Anglorum Domina Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris & omnibus fidelibus ſuis Francis & Anglis totius Angliæ ſalutem.

Sciatis me feciſſe Milonem de Gloceſtria Comitem de Hereford, & dediſſe ei Motam Hereford, cum toto Caſtello, in Foedo & Hæreditate ſibi & Hæredibus ſuis ad tenendum de me & Hæredibus meis.

Dedi etiam ei tertium Denarium redditus Burgi Hereford quicquid unquam reddat, & tertium Denarium placitorum totius Comitatus Hereford.

Dedi etiam ei tria Maneria in ipſo Comitatu de meo Dominio, viz. Mawerdinam, & Luggewordinam, & Wiltonam cum omnibus Appenditiis ſuis.

Dedi etiam ei Haias Hereford, & Foreſtam de Trinela, cum hoc quod ad hoc pertinet.

Dedi etiam ei ſervitium Roberti de Chanados, & Hugonis Filii Willielmi, & Richardi de Cormeill, & omnia Feuda eorum ubicunque ea habeant.

Et hæc omnia ſupradicta dedi & etiam conceſſi in Foedo & Hæreditate ſibi & Hæredibus ſuis ad tenendum de me & Hæredibus meis.

Hanc autem Donationem feci ei apud Oxineford Die Sancti Jacobi Apoſtoli, videlicet Octava Die ante Feſtum Sancti Petri ad vincula, pro ſervitio ſuo quod mihi fecerat, & ita quod tunc habebam in captione mea apud Briſtoll Regem Stephanum, qui, Dei miſericordia, & auxilio Roberti Comitis Gloceſtriæ Fratris mei, & auxilio ipſius Milonis & aliorum Baronum meorum captus fuit in Bello apud Lincoln die purificationis Sanctæ Mariæ proximo ante prædictum diem Sancti Jacobi Apoſtoli.

A.D. 1141.

Quare volo & firmiter præcipio quod hæc omnia ſupradicta teneat de me & Hæredibus meis ipſe & Hæredes ſui ita bene, & in pace, & honorifice, & plenarie, & libere, & quiete in Boſco & plano, in Foreſtis & Fugaciis, in Pratis & Paſturis, in Aquis & Molendinis, in Stagnis & Vivariis, in Viis & Semitis, in Foris & Feriis, infra Burgum & extra, in Civitate & extra, & in omnibus Locis cum Soca & Sacha, & Toll, & Team, & Infangenetheof & cum omnibus conſuetudinibus & libertatibus, & quietudinibus, ſicut unquam aliquis Comes melius, & Honorabilius, & quietius, & liberius, & plenarius tenet aliquod Tenementum vel Dominium de Me in Anglia, vel unquam tenuit de aliquo Anteceſſore meo. Teſtibus,

Theobaldo Archiepiſcopo Cantuarienſi.
Roberto Epiſcopo Londonienſi.
Alexandro Epiſcopo Lincolnienſi.
Bernardo Epiſcopo Sancti Davidis.
Nigillo Epiſcopo Elienſi.

David Rege Scot.

Roberto Comite Gloceſtriæ.
Reginaldo Comite Cornubiæ.
Roberto Reginaldi Filio.
Brientio Filio Comitis.
Umfrido de Bohun.
Alex. de Buch.
Johanne Filio Giſleberti Mareſcallo.
Pagan de Claris Vallibus.
Roberto de Curceo.
Radulfo Paganello.
Willielmo de Doura.
Elia Giffard.
Walkenio Maminot.
Ernulf de Heſding.
Giſleberto de Laſceio.

Apud Oxinfordiam.



Eugenius eps servus servorum dei dilectis filiis Guillelmo priori monachis sci Egidii de

Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum ut

dilecti in domino filii vestris iustis pos

hic fructum bone actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eter

Fac mecum domine signum in bonum
SCS PETRUS
SCS PAULUS
EUGENIUS PP. III.

Ego Eugenius catholice ecc

✝ Ego Hubaldus pbr card tt sce Praxedis ss.

✝ Ego Ymarus Tusculan ep

✝ Ego Julius pbr card tt s marcelli ss.

✝ Ego Hugo pbr card tt in lucina ss.

✝ Ego Jordanus pbr card tt sce Susanne ss.

Dat. Remis per manum Guidonis sce Rom eccle diac card et cancellarii april Indic

3



[illegible] regularem uitam professis in ppm ;

ut fidelis deuotio celerem sortiatur effectum. Ea propter

tulationibus clementer annuimus. 7 prefatum cenobium.

eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

ece eps ss.

an eps. ss.

✝ Ego Oddo diacon cardinal s georgii ad uelu aureu.

✝ Ego Octauian diac card sci nicholai in carcere tulliano ss.

✝ Ego Ioh paparo diac cardinal Sci adriani ss.

Indict. xii. Incar dnice. Anno. M. C. xlviii. Pontificat uo dom. Eugenii. pp. iii. Anno Quarto

Tom. 1. Fol. 9.

BRITISH MUSEUM

Lucius Papa irritas reddit tales Cartas, quarum obtentu filii fiant Patribus ſuis Succeſſores in Eccleſiis.

A.D. 1144.

A. 9. Steph. Sigillo perdito non conſtat utrum iſte Papa ſit Lucius 2. an 3.

LUCIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Priori & Monachis Sancti Pancratii ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum ſimus ad regimen univerſalis Eccleſiæ, domino diſponente, vocati, ſicut ea fovere debemus quæ ipſius Eccleſiæ nutriunt honeſtatem; ſic ea tenemur evellere quæ canonicis obviant inſtitutis, & materiam diſſolutionis videntur afferre. Sane relationis veſtræ tenore comperimus pravam apud vos, ſub prædeceſſorum veſtrorum negligentia conſuetudinem introductam, quod filii eorum qui veſtras Eccleſias tenuerunt, ut —— patribus, ab ipſis anteceſſoribus noſtris confirmationem de obtinendis Eccleſiis conſecuti, ſub reprehenſibili colluſione, volunt ipſas Eccleſias jure ſucceſſionis habere, & talium confirmationum obtentu, aliqua penſione retenta, patres filios ſibi conſtituere ſucceſſores: Quum igitur ex hoc & canonicæ diſciplinæ vigor infringitur, & temporalia vobis dampna proveniunt, prædictas conceſſiones vel confirmationes, taliter ab eorumdem locorum Priore, vel etiam ab apoſtolica ſede, veritate tacita, impetratas, irritas eſſe cenſemus; præſentium vobis auctoritate licentiam concedentes ut in Eccleſiis veſtris, non obſtantibus conceſſionibus aut confirmationibus illis, liceat vobis idoneas perſonas eligere, & electos Epiſcopo præſentare, ut, animarum cura recepta, de ſpiritualibus ei, vobis autem de temporalibus debeant reſpondere. A.D. 1144.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſiquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Vellet.—————KL.

Eccleſia Chriſti juxta muros Londonien. poſita ſuſcipitur ſub protectione Eugenii Papæ.

A.D. 1147.

Regis Stephani 12.

EUgenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Radulfo, Priori Eccleſiæ Chriſti infra Muros Londonienſis Civitatis ſitæ, ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuum.

Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, ut devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat; ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus elementer annuimus, & Eccleſiam Chriſti, in qua divinis eſtis obſequiis mancipati, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus: Statuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione A.D. 1147.

A.D. 1147. fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, duas ſcilicet partes redditus de Civitate Exoniæ; Terras de Lectura, quas Simon de Molins & Uxor ejus Adoliva eidem loco, divinæ pietatis intuitu, contulit; Terras & Socam de Angliſche-cnihte-Gylde; Eccleſiam de Bix, cum redditibus ſuis; Eccleſiam de Totenham; Eccleſiam de Welcumeſtoa, cum pertinentiis ſuis; Decimam de Hehham; Eccleſiam de Soreſdich, cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam de Brumfeld, cum pertinentiis ſuis; Terras de Branbeleia, de dono Willielmi Canonici ejuſdem Eccleſiæ; Terram de Becbam; Terram de Sceſſingam, de dono Gaufredi de Magnavillâ; Terram in Brachingis, de elemoſina Stephani illuſtris Regis, & Matildis Reginæ Uxoris ejus; Terram de dono Huberti Camerarii in eadem Villâ; Terram de Teia, ex liberalitate ejuſdem; Decimam de Benedis.

Obeunte vero te, nunc ejuſdem loci priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati Auguſtini regulam, providerint eligendum.

Sepulturam quoque ejuſdem loci liberam eſſe concedimus; ut eorum, qui ſe illic ſepelliri deliberaverint, devotioni & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſunt, nullus obſiſtat.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum locum temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, aut aliquibus vexationibus fatigare; ſet omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura (ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & dioceſani Epiſcopi canonica juſtitia.)

Siqua igitur in futurum, eccleſiaſtica ſeculariſve, perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. A.D. 1147.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Signum Papæ Eugenii 3. Locus Monogr.
S. Petrus, S. Paulus.
Eugenius Papa 3.
Fac mecum Domine ſignum in bonum.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Albericus Hoſtiens' Epiſcopus.
Ego Imarus Tulculanus Epiſcopus.

Ego Loverhaldus Presbiter Card. Tit. Sanct. Johannis & Pauli.
Ego Gillibet indignus ſacerdos Tit. Sant. Marci.
Ego Arilicus Cardinal. Presbit. Tit. Sanctæ Anaſtaſiæ.
Ego Julius Presbit. Card. Tit. Sancti Marcelli.
Ego Guido Presbiter Card. Tit. Paſtoris.

Ego Oddo Diac. Card. Sancti Georgii ad velum aureum.
Ego Octavianus Diaconus Card. Sanct. Nicholai in carcere Tulliano.
Ego Gregorius Diac. Card. Sancti Angeli.
Ego Johannes Diac. Card. Sanctæ Mariæ Novæ.
Ego Guido Diac. Card. Sanct. Mariæ in porticu.
Ego Jacinctus Diac. Card. Sanct. Mariæ in Coſmydyn.

Dat. Latalaum per manum Guidoreis Sanct. Romanæ Eccleſiæ Diac. Card. & Cancellarii. VII. ——— *kl. Nov. Indictione* XI. *Incarnationis Dominicæ Anno* MCXLVII. *Pontificatus vero Domini Eugenii Papæ* III. *Anno* III.

Papa

Papa Eugenius 3. Monaſterium de Canenvella ſub protectione ſua ſuſcipit.

A.D. 1148. A. 13. *Steph.* Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Wilelmo priori Monaſterii ſancti Egidii de Canenvella, ejuſque Fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum; ea propter, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, Præfatum Cœnobium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, ſecundum beati Benedicti regulam, in veſtra Eccleſia inſtitutus, ibidem futuris temporibus inviolabiliter conſervetur.

—Quaſcunque etiam poſſeſſiones, quæcunque bona in Terris cultis vel incultis, Pratis, Sylvis, Paſcuis, Molendinis, Decimis, ſeu aliis idem Monaſterium inpræſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant: In quibus, hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, ipſum videlicet locum Canawellam cum præfata ſancti Egidii Eccleſia, ex dono Gevæ Filiæ Hugonis Comitis Ceſtriæ, in cujus Dominio prædicta Eccleſia ſita eſt; Landam, quæ vocatur Sticheſleia; in Draitona unam Manſionem; in Duntona unum Molendinum, quod eſt in Corre, & quatuor virgatas Terræ in eadem Villa, cum Prato adjacente, ex dono Matildis de Aquila; unam virgatam Terræ, cum Prato adjacente in Ellefordia, ex dono Roberti de Weffordia; ſexaginta acras Terræ in Boſco ſuo in Witemora, præter planum in Sticelleia.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet moleſtiis fatigare; ſet omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura.

(Salva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & Dioceſanorum Epiſcoporum canonica juſtitia.)

Siqua igitur in futurum, Eccleſiaſtica ſeculariſve, perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni abjaceat.

Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Sigillum Plumbeum pendet a filo canabeo.

Charta de pluribus condonationibus Ranulpho Comiti Ceſtriæ ab Henrico Matildæ Imperatricis filio factis ante quam in Regem Angliæ ſublimatur.

A.D. 1152. *A. 17. Steph. Ex Autogr. in Bibl. Cottoniana.*

HENRICUS Dux Normannorum & Comes Andegavorum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus & omnibus Amicis & Fidelibus ſuis Normanniæ & Angliæ Salutem.

Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Ranulpho Comiti Ceſtriæ omnem Hæreditatem ſuam Normanniæ & Angliæ ſicut unquam aliquis Anteceſſorum ſuorum eam melius & liberius tenuit; & nominatim Caſtellum de Vira, & Barbifluvium, cum tali libertate quod per totam Baleugam poſſit capere forisfactum ſuum; & Brullium de Foſſis, & Alebec; & hoc unde erat Vicecomes de Abrinciis; & in ſancto Jacobo de hoc feci eum Comitem; & quicquid habui in Abrinchen ei dedi, præter Epiſcopatum & Abbatiam de Monte Sancti Michaelis, & quod eis pertinet.

Inſuper dedi & conceſſi ei totum honorem Comitis Rogeri Pictavienſis ubicunque aliquid habet; & totum honorem de Blie, ubicunque ſit in Anglia; & totum honorem de Eia ſicut Robertus Malet Avunculus Matris ſuæ illum melius & plenius unquam tenuit.

Inſuper dedi ei Stafford & Comitatum Staffordiæ totum, & quicquid ibi habui in Foedo & Hereditate; excepto Foedo Epiſcopi Ceſtriæ, & Comitis Roberti de Ferrariis, & Hugonis de Mortuomari, & Gervaſii Paganelli, & excepto Foreſto de Canoc quod in manu mea retineo.

Et Foeudum Alani de Lincoln ei dedi, qui fuit Avunculus Matris ſuæ; & Foeudum Erniſii de Burun ſicut ſuam Hæreditatem; & Foeudum Hugonis de Scoteineio ei dedi ubicunque ſit; & Foeudum Roberti de Chalz ubicunque ſit; & totum Foeudum Radulphi Filii Odonis; & totum Foeudum Normanni de Verdun; & Foeudum Roberti de Stafford ubicunque ſit.

Et triginta libratas terræ, quas habui in Grimesbeia ei dedi; & Nottingeham Caſtell, & Burgum, & quicquid habui in Nottingeham in Foeudo & Hæreditate ſibi & Hæredibus ſuis dedi.

A.D. 1152. Et totum Foeudum Willielmi Peuerelli ubicunque ſit (niſi poterit ſe dirationare in mea Curia de ſcelere & traditione) excepto Hetham; & ſi Engelramus de Albamarl niſi voluerit ſe capere mecum, neque Comes Simon, & illud, niſi capere potero, prædictum Hetham reddo Comiti Ranulfo, ſi eam habere voluerit; & Torcheſſiam, & Oſwardebec Wapentac; & Derbeiam cum omnibus pertinentiis; & Maunnesfeld cum Socha; & Roelar cum Socha; & Stanleiam, juxta Coventreiam, cum Socha; & de Beluario tenebo ei rectum quam citius potero, ſicut de ſua Hæreditate.

Et ſex Baronibus ſuis, quos elegerit, cuicunque centum libratas terræ dabo, de hiis quæ mihi ex Hoſtibus meis adquiſita accidunt, de me tenendas.

Et omnibus Parentibus ſuis ſuam reddo Hæreditatem unde potens ſum; & de hoc unde ad præſens non ſum, rectum plenarium tenebo ex quo potens ero.

Teſtibus,

Willielmo Cancellario.
R. Comite Cornubiæ.
R. Comite Herf.
Patricio Comite Salisb.
Umfrido de Buk. Dapifero.
J. Filio Gilberti.
R. de Humet Conſtabulario.
Guarino Filio Geraldi.
Roberto de Curceio Dapifero.
Manaſſero Biſet Dapifero.
Philippo de Columb.

Ex parte Comitis Rannulfi.

Willielmo Comite Lincoln.
Hugone Wac.
G. Caſtell de Fines.
Simone Filio Willielmi.
Thurſton de Monteforti.
Gaufrido de Conſtentin.
Willielmo de Verdun.
Richardo Pincerna.
Rogero Wac.
Simone Filio Osberti
apud Diviſas.

Charta Conventionum inter Regem Stephanum, & Henricum Filium Matildæ Imperatricis. De Succeſſione Regni Angliæ.

A.D. 1153. *Anno Regni Regis Stephani* 18.

A.D. 1153.

STephanus Rex Angliæ Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Baronibus, & omnibus Fidelibus ſuis Angliæ ſalutem.

Sciatis quod ego Rex Stephanus Henricum Ducem Normanniæ poſt me ſucceſſorem Regni Angliæ & Hæredem meum jure Hæreditario conſtitui, & ſic ei & Hæredibus ſuis Regnum Angliæ donavi & confirmavi.

Dux vero, propter hunc honorem, & donationem, & confirmationem ſibi a me factam, homagium mihi & ſacramento ſecuritatem fecit; ſcilicet quod fidelis mihi erit, & vitam & honorem meum pro ſuo poſſe cuſtodiet per Conventiones inter nos prælocutas, quæ in hac Carta continentur.

Ego etiam ſecuritatem ſacramento Duci feci quod vitam & honorem ei pro poſſe meo cuſtodiam, & ſicut Filium & Hæredem meum in omnibus, in quibus potero, eum manutenebo, & cuſtodiam contra omnes quos potero.

Willielmus autem filius meus homagium & ſecuritatem Duci Normanniæ fecit, & Dux ei conceſſit ad tenendum de ſe omnes terras quas ego tenui, antequam Regnum Angliæ adeptus eſſem, ſive in Anglia, ſive in Normannia, ſive in aliis locis; & quicquid cum filia Warenniæ Comitis accepit, ſive in Anglia, ſive in Normannia, & quicquid ad honores illos pertinet; & de omnibus Terris, Villis, & Burgis, & redditibus, quos Dux in Dominio ſuo inde nunc habet, & nominatim de illis quæ pertinent ad honorem Comitis Warenniæ, Willielmum filium meum & homines illius, qui de honore illo ſunt, plenarie ſayſiet, & nominatim de Caſtello de Belencumbre, & Caſtro mortui Maris; ita ſcilicet, quod Reginaldus de Warennia, Caſtrum de Belencumbre, & Caſtrum mortui Maris cuſtodiet, ſi voluerit, & dabit inde Duci obſides: Si vero noluerit, alii de Ligiis hominibus Comitis Warenniæ, quos Dux voluerit, ſimiliter per ſalvos obſides & ſalvam cuſtodiam eadem Caſtra cuſtodient.

Alia vero Caſtra, quæ pertinent ad Comitem Moretoniæ, Dux ei reddet ad voluntatem meam, cum poterit per ſalvam cuſtodiam & per ſalvos obſides: Ita quod omnes obſides reddantur filio meo quiete quando Dux Regnum Angliæ habebit.

Incrementum etiam quod ego Willielmo filio meo dedi, ipſe Dux ei conceſſit, Caſtra, ſcilicet, & Villas de Norwico cum ſeptingentis libratis terræ, ita quod redditus de Norwico infra illas ſeptingentas libratas computetur; & totum Comitatum de Northfolk, præter illa quæ pertinent ad Eccleſias, & Prælatos, & Abbates, & Comites, & nominatim præter tertium denarium, unde Hugo Bygotus eſt Comes (ſalva & reſervata in omnibus regali juſtitia.)

Item, ad roborandum gratiam meam & dilectionem, dedit ei Dux, & conceſſit omnia quæ Richerus de Aquila habebat de honore Peveneſſelli. Et præter hæc Caſtra & Villas Peveneſſelli & ſervitium faramuſi, præter Caſtra & Villas de Dovre, & quod ad honorem de Dovre pertinet Eccleſiam de Faureſham cum pertinentiis ſuis Dux confirmavit, & alia aliis Eccleſiis a me data vel reddita conſilio ſanctæ Eccleſiæ & meo confirmabit.

Comites & Barones Ducis, qui homines mei nunquam fuerunt, pro honore, quem Domino ſuo feci, homagium & ſacramentum mihi fecerunt, ſalvis Conventionibus inter me & Ducem factis; cæteri vero qui antea homagium mihi fecerant, fidelitatem michi fecerunt ſicut Domino.

Et ſi Dux a præmiſſis recederit omnino a ſervitio ejus ipſi ceſſarent quouſque errata corrigeret; filius meus etiam, ſecundum conſilium ſanctæ Eccleſiæ, ſe inde contineret ſi Dux a prædictis recederet.

Comites etiam & Barones mei ligium homagium Duci fecerunt, ſalva mea fidelitate quamdiu vixero & Regnum tenuero, ſimili lege quod ſi ego a prædictis recederem omnino a ſervitio meo ceſſarent quouſque errata corrigerem.

Cives etiam Civitatum, & homines Caſtrorum, quæ in Dominio meo habebo, ex præcepto meo homagium & ſe-

A.D. 1153. curitatem Duci fecerunt, ſalva fidelitate mea quamdiu vixero & Regnum tenuero; illi autem qui Caſtrum Walyngford cuſtodiunt homagium michi fecerunt, & dederunt michi obſides de fidelitate michi ſervanda.

Ego vero de Caſtris & murationibus meis ſecuritatem talem Duci, conſilio ſanctæ Eccleſiæ, feci, ne Dux, me decedente, per hoc dampnum aut impedimentum Regni incurrat.

Etiam Turris Londonienſis Richardo de Luceio, & mota Windeſores conſilio ſanctæ Eccleſiæ ad cuſtodiendum traditæ ſunt; Ricardus autem de Luceio juravit in manu Archiepiſcopi, & in cuſtodia filium ſuum obſidem dedit, quod poſt meum diſceſſum Caſtra prædicta Duci redderet.

Similiter concilio ſanctæ Eccleſiæ Rogerus de Luceio motam de Oxoneford, & Jordanus de Buſelo firmitatem Lincolniæ cuſtodiunt, & ligii homines Ducis ſunt, & juraverunt, & obſides inde dederunt in manu Archiepiſcopi, quod ſi ego decederem Duci munitiones ſine impedimento redderent.

Epiſcopus Wintonienſis, in manu Archiepiſcopi Cantuarienſis, coram Epiſcopis affidavit quod, ſi ego decederem, caſtrum Wintoniæ, & munitionem Hamptoniæ Duci redderet.

Quod ſi aliquis eorum, quibus munitionum cuſtodia commiſſa fuerat, moreretur, aut a cuſtodia ſibi deputata recederet, conſilio ſanctæ Eccleſiæ alius cuſtos ibi ſtatueretur, priuſquam ille recederet.

Si vero hiis, qui meas munitiones cuſtodiunt, contumax vel Rebellis extiterit, de Caſtris, ſcilicet quæ ad Coronam pertinent, communi concilio ego & Dux nos inde continebimus, quouſque ad voluntatem utriuſque noſtrum cogatur ſatisfacere.

Archiepiſcopi, Epiſcopi, atque Abbates de Regno Angliæ, ex præcepto meo, fidelitatem ſacramento Duci fecerunt.

Illi quoque, qui in Regno Angliæ Epiſcopi deinceps fient, vel Abbates, idem facient.

Archiepiſcopi vero & Epiſcopi, ab utraque parte, in manu ceperunt, quod ſi quis noſtrum a prædictis Conventionibus recederet tamdiu eum cum Eccleſiaſtica juſtitia cohercebunt, quouſque errata corrigat, & ad prædictam pactionem obſervandam redeat. A.D. 1153.

Pater etiam Ducis, & ejus Uxor, & Fratres ipſius Ducis, & omnes ſui, quos in hac applicare poterit, hæc aſſecurabunt.

In negotiis autem Regni ego conſilio Ducis operabor.

Ego vero in toto Regno Angliæ, tam in parte Ducis quam in parte mea, juſticiam exercebo regalem.

Teſtibus hiis omnibus,

Theobaldo Archiepiſcopo.
Henrico Wintonienſi Epiſcopo.
Roberto Exonienſi Epiſcopo.
Roberto Bathonienſi Epiſcopo.
Gocelino Salesburienſi Epiſcopo.
Roberto Lincolnienſi Epiſcopo.
Hilarico Ciceſtrenſi Epiſcopo.
Willielmo Norwicenſi Epiſcopo.
Richardo London. Epiſcopo.
Nigello Elyenſi Epiſcopo.
Gyleberto Hardefordenſi Epiſcopo.
Johanne Wygornenſi Epiſcopo.
Galfrido de S. Aſaph Epiſcopo.
Roberto Priore Bermundeſeye.
Otun Milite Templi.
Willielmo Comite Ciceſtrenſi.
Roberto Comite Leyceſtrenſi.
Willielmo Comite Glouceſtrenſi.
Raynoldo Comite Cornvalliæ.
Baldewino de Donyngton.
Rogero Harfordiæ.
Hugone Bigoto.
Patricio Salysberienſi.
Willielmo de Alba Marla.
Albrico Comite.
Richardo de Luceio.
Willielmo Martel.
Richardo de Humez.
Reginaldo de Warennia.
Manaſe Biſet.
Johanne de Port.
Richardo de Camavilla.
Henrico de Eſtexe
apud Weſtmonaſterium.

Adrianus Papa gratum & acceptum habet quod Henricus Rex Angliæ Inſulam Hyberniam ingrediatur ut populum illum legibus ſubdat, ita tamen ut annua Petro ſolvatur penſio.

A.D. 1154.
An. 2. H. 2.

A.D. 1154.

ADrianus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Anglorum Regi, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Laudabiliter ſatis & fructuoſe de glorioſo nomine propagando in terris & æternæ felicitatis præmio cumulando in cælis, tua magnificentia cogitat, dum ad dilatandos Eccleſiæ terminos, ad declarandum indoctis & rudibus Populis Chriſtianæ fidei veritatem, & vitiorum plantaria de Agro Dominico extirpanda, ſicut Catholicus Princeps intendis, & ad id convenientius exequendum conſilium Apoſtolicæ ſedis exigis & favorem. In quo facto, quanto altiori conſilio, & majori diſcretione procedes, tanto in eo feliciorem progreſſum te, præſtante Domino confidimus habiturum, eo quod ad bonum exitum ſemper & finem ſoleant attingere quæ de ardore fidei & religionis amore principium acceperunt.

Sane Hiberniam & omnes Inſulas quibus ſol juſtitiæ Chriſtus illuxit, & quæ documenta Fidei Chriſtianæ receperunt, ad jus beati Petri & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, (quod tua etiam nobilitas recognoſcit) non eſt dubium pertinere, unde tanto in eis libentius plantationem fidei fidelem & germen Deo gratum inſerimus, quanto id a nobis interno exadiſtrictius proſpicimus exigendum.

Significaſti ſiquidem nobis, fili in Chriſto kariſſime, te Hyberniæ Inſulam, ad ſubdendum illum populum legibus, & vitiorum plantaria inde extirpanda, velle intrare, *& de ſingulis domibus Annuam unius denarii beato Petro velle ſolvere penſionem,* & jura Eccleſiarum illius terræ illibata & integra conſervare; nos itaque, pium & laudabile deſiderium tuum favore congruo proſequentes, & petitioni tuæ benignum impendentes aſſenſum, gratum & acceptum habemus, ut, pro dilatandis Eccleſiæ terminis, pro vitiorum reſtringendo decurſu, pro corrigendis moribus & virtutibus inſerendis, pro Chriſtianæ Religionis augmento, Inſulam illam ingrediaris; & quæ ad honorem Dei & ſalutem illius ſpectaverint exequaris; & illius terræ populus honorifice te recipiat; & ſicut Dominum veneretur *(Jure nimirum Eccleſiarum illibato & integro permanente, & ſalva beato Petro, & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ de ſingulis domibus annua unius denarii penſione.)*

Si ergo, quod concepiſti animo, effectu duxeris proſequente complendum, ſtude gentem illam bonis moribus informare, & agas, tam per te, quam per illos quos ad hoc fide, verbo, & vita idoneos eſſe perſpexeris, ut decoretur ibi Eccleſia, plantetur & creſcat Fidei Chriſtianæ Religio, & quæ ad honorem Dei & ſalutem pertinent animarum taliter ordinentur, ut & a Deo ſempiternæ mercedis cumulum conſequi merearis, & in terris glorioſum nomen valeas in ſeculis optinere.

Pro Hæreditate Willielmi de Saccavilla litigant Mabilla Filia, & Ricardus de Aneſtia ex Sorore Nepos. Obtenta Regis licentia ad Papam appellatur, qui cauſam delegat in Anglia terminandam.

A.D. 1161. A.D. 1161
7 *H.* 2.
An. 2.
Papæ Al. 3.
Ex Orig.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Hy. Ciceſtren. Epiſcopo, & dilecto filio L. Weſtmonaſterien. Abbati Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Cauſa, quæ inter Ricard. de Aneſten, & Mabil. de Francevill, ſuper eo quod ipſe R. eandem M. de illicito Matrimonio aſſerit eſſe genitam, & videlicet ad bona Avunculi optinenda Petitioni Hæreditatis inſiſtit, diutius agitatur, ad noſtram audientiam eſt perlata, cum ſuper eadem cauſa a præſentia Fratris noſtri T. Cantuar. Archiepiſcopi ad ſedem Apoſtolicam fuerit appellatum.

Quia vero utraque pars venerat imparata, nec teſtes ſecum adduxerat quos ipſius negotii terminatio poſtulabat, ad diffinitionem ejuſdem cauſæ procedere non potuimus; unde, quia nos de prudentia & diſcretione veſtra plenam fiduciam optinemus, eandem controverſiam ——— tiæ veſtræ committimus audiendam & fine debito terminandam.

Per Apoſtolica itaque vobis ſcripta mandamus quatenus, utramque partem congruo loco & tempore ante veſtram præſentiam convocetis, & allegationes ſuper omnibus capitulis hinc inde legentes audientes & ——— teſtium depoſitiones, ſiqui apparuerunt, ab utraque parte, remoto appellationis obſtaculo, ſuſcipientes, cauſam ipſam, infra tres Menſes, poſt ſuſceptionem præſentium Litterarum, mediante juſtitia, decidatis.

Quod ſi alterutra pars, poſt allegationes & depoſitiones teſtium, hinc inde ſine appellationis, ut dictum eſt, remedio factas, ante pronunciationem ſententiæ, ad veſtram audientiam appellaverit, ad ſententiam nullatenus procedatis, ſet in ſcriptis omnia redigentes, eadem ſcripta, ſigillis veſtris inpreſſa, ad noſtram præſentiam deſtinetis.

Cæterum, ſi poſt receptos Teſtes & Allegationes propoſitos non fuerit, ut dictum eſt, appellatum, diffinitivam ſuper eodem negotio ſententiam proferatis.

Si vero aliqua partium ſe a veſtra vocatione, vel a cauſæ cognitione ſubtraxerit, in eam, quæ hoc præſumpſerit, auctoritate noſtra Excommunicationis ſententiam promulgetis. Dat. Anagn. 6. Idus Aprilis.

Sub Plumbeo Sigillo, pendente
a filo Canabeo.

Epiſtola Joan. Saresberien. Alexandro Papæ, qua monet Papam quod Ricardus de Aneſtia in controverſia habita cum Mabila de Franchevilla ad audientiam ſedis Apoſtol. appellaſſet.

A.D. 1161.
A. 7. H. 2.

ASſertiones partium fideli debemus proſequi teſtimonio, cum cauſæ recedentes a nobis ad Apoſtolicam evolant Majeſtatem. Inde eſt quod ſeriem controverſiæ quæ inter Richardum de Aneſtia & Mabilam de Franchevilla diutius in auditorio noſtro ventilata eſt, ad notitiam veſtram transferre curamus, prout emergentes articuli colligi potuerunt. Cum itaque jam dictus Richardus cognatus Willielmi de Saccavilla & Nepos, ſicut ſororis filium vulgus Nepotem dicere conſuevit, petitionem Hæreditatis ad bona Avunculi obtinenda inſtitueret, memorata Mabila filia Willielmi ſe illi in foro ſecularium judicum, ubi res actitabatur, oppoſuit, aſſerens filiam Nepoti in paterna Hæreditate præferendam.

Richardus vero ei nihil juris Hæreditarii competere reſpondit eo quod non eſſet ex legitimo ſuſcepta matrimonio, ſed adulterino procreata complexu. Cum itaque matrimonii quæſtio verteretur, quod de Eccleſiis, Eccleſiaſticis infirmatur aut convaleſcit, decrevit curia Catholici Principis Sereniſſimi Regis Anglorum Henrici Secundi, ut ad examen Eccleſiaſticum cauſa rediret, ubi de jure Canonum quos Clerus novit, vulgus ignorat, quæſtio matrimonii finem debitum ſortiretur. Partibus quoque diem ex Regio mandato præfiximus, & tandem poſt dilationes quas Mabila ex variis cauſis obtinuit, petitionem ſuam Richardus inſtauravit. Ut autem liquidius cauſam ſuam aſtrueret, & adverſariam ſpuriam eſſe doceret, Avunculum ſuum Willielmum cum quadam Abbenda de Treſgoz. matrimonium contraxiſſe aſſeruit, & exinde illa contra fidem conjugii derelicta, duxiſſe Adeletiam filiam Aufridi Vicecomitis, & ex ea Mabilam & alios liberos legitimos ſuſcepiſſe aſſerebat: Quod cum Willielmus Adeletiam ſuperduxiſſet, Abbenda, quam præduxerat, in ipſis nuptiis pro ſe jus fœderis conjugalis proteſtata eſt, authoritate Eccleſiaſtica inhibens ne ſupradicta in mariti ſui illicitos tranſiret amplexus. Præterea cum ibi præ turba, & mariti ſui perverſitate non poſſet audiri, ad Dom. Winton. tum Apoſtolicæ ſedis Legatum acceſſit; ſed ſicut idem ſuis litteris teſtabatur, tandem per Sententiam ejus obtinuit, ut ei relicta adultera maritus ſuus reſtitueretur. Ipſum quoque Judicium Epiſcopi Wintonienſis authoritate Sedis Apoſtolicæ dicebat roboratum, quoniam eam jam dictus Epiſcopus, dum eum controverſaretur, conſultaverat, ſcriptum Conſilio a Domino Innocentio deceſſore veſtro, ut aiebant, receperat, in hæc verba. Nos enim originales nunquam, ſed Domini Wintonienſis litteras ſuper hoc duntaxat accepimus. Super eo quod interrogaſtis de Sacramento conjugii breviter reſpondeo; illam quam dixiſti a patre conjugem traditam, & ab eo cui tradita fuerat rurſum patri commendatam, donec ſtatuta die in ſuam ille domum traduceret, dico quia legitimo conſenſu interveniente ex eo ſtatim conjux fuit, quo ſpontanea pactione ſeſe conjugem eſſe conceſſit. Non enim futurum promittebatur, ſed præſens firmabatur. Qua propter quicquid poſtea cum alia factum eſt ſive in coitu, ſive in generatione prolis, tanto reprehenſibilius eſt ſecundum, quanto verius primum. Conſtante enim primo, quanto amplius in ſecundo committitur tanto magis culpa augetur. Unde cum ex Apoſtolico ſcripto fuerit divortium celebratum, nec elapſo decennio, aut amplius ſit aliquo juris remedio ſententia attemptata, illud eſſe matrimonium habendum quod Legatus conciliavit, & adulterinum eſſe complexum, quem Sedes Apoſtolica condemnavit. Ad hæc, jam non eſſe in quæſtione utrum illorum matrimonium fuerit, cum hoc liqueat ex re judicata, ex divortio

A.D. 1161.

celebrato, ex eo quod uſque ad dies vitæ noviſſimos relicta adultera priori cohæſit uxori. In omnibus autem articulis ſibi copiam teſtium eſſe dicebat, ut nec de matrimonio prius contracto, nec de interpellatione ſequentis contubernii, nec de divortio canonicè celebrato quiſquam poſſit ambigere. Et quidem cum pro ſe plurima allegaret, maximè rei judicatæ inſiſtebat articulo, & ſententiæ, quam in Synodo Lond. ubi divortium celebratum, adverſus matrem Mabilæ a Domino Wintonienſi tunc Legato, & Lond. Eccleſiæ Vicario latam eſſe dicebat. Produxit enim teſtes quos eidem Synodo & Divortio interfuiſſe aſſeruit. Quia ergo liberi, qui ex damnato & illicito coitu, ſeu ex effuſa concupiſcentia geniti ſunt, ab omnis prorſus Hæreditatis beneficio excluduntur; eoſque nec jura civilia nec leges agnoſcunt, Canonumque adeo improbat vigor ut nec alimenta decernat, ſed quodamodo viri quod illa ſubtrahit, adquieſcat, ipſam tanquam paterni criminis argumentum, a totius hæreditatis ſpe contendebat eſſe arcendam. Ad hæc M. ad cognati ſui calumniam depellandam parentes ſuos Willielmum Adeliciam legitime convictos aſſerebat, & nuptias non clandeſtinas, ſed ſolemnes in facie Eccleſiæ contraxiſſe. Non multum tamen inficiabatur quando Pater ſuus Willielmus pactum ſponſalitiorum de Albreda ducenda, cum pater ipſius antequam duceret Adeliciam Mabilæ matrem inierit, ſed illud uſque ad Matrimonium perveniſſe negabat. Sed quia in contrahendo & diſtrahendo liberum eſſe debet de conſenſu partium pactum ſponſalitiorum utrumque duxit eſſe remiſſum quod ex eo probare nitebatur, quod teſtes apparebant parati probare patri Albredæ pecuniam, quam Willielmus ab eo receperat eſſe refuſam: Adjiciebat & Albredam & patrem ejus omnem obligationem, quæ interceſſerat ex cauſa Matrimonii ut ſperabatur copulandi remiſiſſe Willielmo & parati ejus eo quod nuptiarum Willielmi & Adeliciæ, pater Albredæ communis fuerit & matrimonii hujus promptiſſimus approbator. Sponſam vero non eſſe conjugem, tam leges Principum, quam decreta Pontificum oſtendunt cum deſponſata puella poſſit Monaſterium præeligere viro diſſentiente ſicut Euſebius author eſt: Et leges teſte Gregorio nullam infligunt pœnam ſponſæ, ſi ad collegium evolaverit puellare. Præterea conjugium non eſſe perfectum, quod non confirmat & perficit commixtio corporalis, licet a prima deſponſationis fide initium ſortiatur. Si ergo initiatis perfecta præjudicant omnino iniquum eſt ut ſponſalitiorum pactio vero dicatur præjudicaſſe conjugio. Nam & Wariſtus Papa, cum formam Matrimonii contrahendi, & ſacrum ritum, qui in Eccleſia eſt, permiſerit nuptiarum, ita ſubjiciens. Ita peracta legitima ſcitote eſſe connubia, aliter vero præſumpta, non conjugia ſed adulteria, & ſtupra & contubernia, aut fornicationes potius quam legitima conjugia eſſe, non dubitatur, niſi voluntas propria ſuffragata fuerit. At Willielmus diſſoluto pacto priore, ſicut licet, licitas contraxit nuptias, nec unquam conſenſum adhibuit ut ab illa diverteret cui fuerat legitime copulatus. Divortium vero quod pars adverſa objicit aut omnino non fuiſſe, aut non recte fuiſſe celebratum. Siquidem cum juſtitia defuncto Rege pacis amatore a regni finibus exularet, & invaleſcente furore novis tradentium omnes provocarentur, ad omnino matrem ſuam Adelitiam ullo jure a conjuge ſeparatam aſſeruit ſed violenter a domo mariti excluſam & ejectam, & hoc machinatione Gaufridi Lond' Archid. qui accepto pretio eam indefenſam, inauditam ſed & inde citatam ſtuduit condemnare, fretus authoritate Domini Winton. qui ut ipſe aſſerit per ſordes corruptus erat, nondum tamen legationis officio fungebatur. Hoc autem ea ratione nitebatur oſtendere, quod Adelicia Sanctum virum Albericum Apoſtolicæ ſedis in Anglia legatum, cum a marito excluderetur, adiit, petens ſibi ſuper injuria a marito & Archid. illata juſtitiam exhiberi: Cum ex ratione temporum conſtet quod Dominus Wintonienſis primum legationis officium nactus ſit poſt exitum a nobis jam dicti Epiſcopi Hoſtienſis. Exinde vero cum jam dictus Winton. in Synodo Lond. ut ſedis vacantis impleret officium, præſideret, ſæpedicta Adelicia palam prolato Legati mandato, quod obtinuerat petiit ſuper his quibus ad Archid' & a marito injuriata fuerat, juſtitiæ ſupplementum, licet iniquitatis & acceptarum ſordium pondus ſic judicantis animum depreſſiſſet, ut nec Domino, nec Legato mandante poſſet erigi ad juſtitiam exhibendam. Matrimonium vero prius inter Willielmum & Albredam ex eo non contractum eſſe conſtabat, quod tunc primum inter eos ſponſalitiorum ſolemnitas in Eccleſia, & nuptiarum ritus in populi audientia ſolemniter celebratus eſt, quando per fraudem jam dicti Archidiaconi & Epiſcopi Wintonienſis Uxor a marito projecta eſt, & hujus quidem rei teſtes præſentialiter apparebant. Fuit ergo ut dicebat, aut de facto aut de jure nulla ſententia qua abſens condemnata eſt, non contumax ſed inde citata cum conſtet

A.D. 1161. conſtet ſententiam nihil habere fortitudinis quæ contra ſolemnem ordinem judiciorum lata eſt. Replicabat & multa de privilegio perſonarum & ignorantia juris cum parentibus, aut propter militiæ cingulum, aut ſexus infirmitatem liceret ignorare illud habere vim conjugii quod conjugii præcedit initium, quod ex authoritate Legum & Canonum non ad matrimonii nexum convaluit, quod priſca conſuetudo apud nos hactenus in conſummatione matrimonii non agnovit patrem quoque, dum ageret in extremis, ſic Gillebertus venerabilis Abbas Toleceſtriæ literis ſuis, non ſignatis tamen, ſed teſtibus munitis, & alii religioſi qui affuerant teſtabantur palam pænituiſſe dicebatur, quod fraudulentiæ jamdicti Archidiaconi in ejicienda uxore adquieverat. Sed quicquid inter parentes actum fuerit, ſibi aut liberis non debere obeſſe aſſerabat eo quod Archid. aut Epiſcopus Winton. nihil contra liberos pronuntiaſſent, ſed hoc quoties conveniebantur expreſſerint ſicut plures teſtabantur, ſe nihil pronuntiaſſe adverſus liberos illius matrimonii quod tamen infirmare moliebantur. Unde ut aſſerebat illuſtris Bleſenſium Comes Theobaldus, Princeps quidem juſtitiæ amator & juris ciſmontani peritiſſimus, ad quem Epiſcopus Wintonienſis liberorum cauſam tranſmiſerat, eo quod ad ipſum res iſta jure Feodi pertinebat accitis potioribus Epiſcopis Galliæ, conſilio eorum aliorumque ſapientum cauſa cognita, patre defuncto eos legitimos agnovit Hæredes eiſque obeſſe non debere cenſuit, quicquid in fraudem eorum dolus artifex procuravit. In his autem omnibus ſe dicebat copia teſtium abundare eoſque in plurimis producebat articulis, ſed Richardus rei judicatæ ab articulo illo avelli non poterat, quin oporteat tenere ſententiam quæ non modo elapſis decem legum diebus, ſed toto vicennio juris nullo remedio attemptata eſt. Producebat & teſtes quibus nitebatur oſtendere, ſe ab Avunculo ſuo Willielmo inſtitutum Hæredem & alios tanquam ſpurios abdicatos. Sed nec privilegium obeſſe perſonarum dicebat cum factum proprium nulli liceat ignorare. Licet enim Willielmus Pater Mabilæ Miles fuerit, tamen non debuit ignorare quid egerit cum Abendam receperit non ſpe quidem futuri, ſed præſentis contractu conjugii, cum matrimonium conſenſus efficiat: quicquid in injuriam legitimi præcedentis conſenſus præſumptum eſt, nexum inſeparabilem prioris matrimonii non diſſolvit. Quod ſi carnale commercium, & ex eo concepta ſoboles exinde contra fidem conjugii proceſſerunt, non ex eo inficiatur primum, ſed ſequentis contubernii reatus arguitur. Patet ergo quicquid egerit aut ſcivit, aut ſcire debuit ſed nec liberis ejus prodeſſe debet, ſi ex privilegio militari ſibi licitum eſſe crediderit, ut recte agentium fidei impune illuderet; forte ſi materna peteretur Hæreditas, liberis proſpici poterat in hac parte, eo quod Mater potuerat in contrahendo conjugio ſiniſtram conſcientiam non habere. At quia de paterna ſucceſſione agitur Patris fallacia nequaquam liberis ſuffragatur; parcit interdum manſuetudo legum his, ab ignorantia convictis, qui ratione cognationis ab invicem ſeparantur liberoſque eorum ab infamia & Hæreditatis damno liberat, quas Eccleſiæ per ignorantiam deceptæ conjungit authoritas. Sed in eos rigor Legum & Canonum exercetur qui inceſtuoſe aut illicite coeunt, ſcienter, jure divino & humano pariter prohibente. Contra hæc pars Mabilæ multa propoſuit in ſuffragium Rituum & Legum multis utebatur exemplis dicens impoſſibile, aut difficillimum ut liberi Regis Francorum aliorumque quos nominabat exheredarentur ob hoc quod inter parentes eorum ſit divortium celebratum: nec tamen inter parentes ſuos divortium legitime celebratum pars Mabilæ fatebatur, jura quoque dicebat proniora ad abſolutionem præſertim innocentium quos iniquum eſt alieno delicto condemnari: ſeparationem vero in Synodo Lond. a Domino Wintonienſi non factum eo nitebatur oſtendere, quod antequam Synodus illa quam ſolam jam dictus Epiſcopus Londoniæ convocavit celebraretur Adeliciam ſicut multi præſentes teſtabantur ſæpedictus Archidiaconus inauditam & indefenſam in Capitulo Coleceſt. nullo præcedente judicio præceperat amoveri, & quod gravius Uxorem totius hujus quæſtionis ignaram a domo mariti præſens ejecit. Cum autem in jam dicta Synodo London. memoratum Wintonienſem Adelicia conveniſſet, non hoc quidem egit niſi ut illatam ſibi ab Archidiacono deploraret injuriam & juxta mandatum quod Dominus Albericus Legatus Wintonienſis fecerat juſtitiam conſequeretur. Nullum autem aliud verbum, ſicut probare nitebatur, ibi habitum eſt cum ipſa niſi querelam ſuam apud judicem ſurdum depoſuit. Querebatur enim quod idem Winton. ad diſpendium ejus conſilium Domini Innocentii trahere diſponebat, cum in ſupradictis literis Domini Innocentii nihil de parentibus ejus expreſſum fuerit, ſed neſcio de quibus male conjunctis: parentes enim ejus nequaquam A.D. 1161.

ſic

A.D. 1161. ſic convenerant ſicut eos conveniſſe ſæpedictus Epiſcopus Domino Papæ ſuggeſſit. E falſæ ſuggeſtionis culpa & alieni mandacii crimen obeſſe non debet. In ſumma, ſicut Richardus præcipue inſiſtebat inſtitutioni Avunculi petitionem Hæreditatis inſtituens & ad damnatum, ut dicebat, adulterium convincendum ſententiæ Winton. Epiſcopi. Sic & contra Mabila maxime patris noviſſimæ voluntati innitebatur, & judicio Comitis Theobaldi. Nam utrumque docere teſtibus promittebat; adhæc ſi non uſquequaque pars aberraret authoris ſibi diuturnitate temporis & juris ignorantia numero liberorum & authoritate Eccleſiæ quæ matrimonium illud conjuxerat ſubveniendum eſſe proteſtabatur. Nam in cauſa duriori Divus Marcus & Lucius benignius reſponderunt, ita Flaviæ Tertullæ per menſorem libertum reſcribentes. Movemur & temporis diuturnitate quo ignorantia juris in matrimonio Avunculi tui fuiſti, & quod ab Avia tua collocata es & numero liberorum, idcircoque cum hæc omnia in unum concurrant confirmamus ſtatum liberorum veſtrorum in eo matrimonio quæ veſitorum quod ante Annos 40. concitatum eſt proinde atque ſi legitime concepti eſſent. Si enim tanta eſt clementia ſæcularium Principum ut favore liberorum etiam inceſtui parcant, quænam erit audacia Chriſtianorum Pontificum ut eos, quos Eccleſiæ ſinus legitime conceptos edidit, inaudita ſeveritate condemnent? Cum itaque hæc hinc inde proponerentur, & ad probationes partium producendas, tandem fere in fine biennii, dies peremptorius eis præfixus eſſet, poſt dilationes, quas partes emeruerant, rea tamen frequentius, ut pote quæ interveniente puerperio aliave infirmitate, aut ex juſta, ut dicebatur, mariti abſentia ſe excuſabat, & ipſa miſſis excuſatoribus ſuam ab infirmitate abſentiam excuſaret, Richardus ad veſtram audientiam appellavit, præfigens Dominicam qua cantabitur, *Lætare Jeruſalem*, in eo ſe gravatum aſſerens quod dilationibus jam fere biennio vexatus erat, & tergiverſatione mulieris deluſus ne juſtitiam conſequi poſſet. A.D. 1161.

Papa concedit Priori Sanctæ Trinitatis London. facultatem corrigendi exceſſus.

A.D. 1162.
A. 8. *H.* 2.
A. 3. *Al.* 3.
Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio, Priori Sanctæ Trinitatis Londonien. ordinis Sancti Auguſtini, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Tuæ favore religionis inducimur, ut tuis precibus, per quas ſtatus Eccleſiæ tuæ conſervetur & reformetur in melius, benignius annuamus; hinc eſt quod nos, deſiderantes ut Eecleſiæ ipſius Perſonæ, ſub regularis obſervantiæ diſciplina, dignum & acceptum impendant Domino famulatum, te illas, prout ad te pertinet, correctionis, ſicut expedit, ferula caſtigante, tuis precibus inclinati corrigendi ſubjectorum tuorum exceſſus, ac revocandi ad eandem Eccleſiam fugitivos, prout ad officium tuum ſpectat, Regia ſive qualibet alia ſeculari prohibitione nequaquam obſtante, liberam tibi, auctoritate præſentium, concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat. Viterbii III. Id. Julii Pontificatus noſtri Anno tertio. A.D. 1162.

Filis Sericis crocei flavique Color.

Pro Pace reformanda inter Regem Angliæ & Regem Franciæ.

A.D. 1162. A.D. 1162.
A. 8. *H.* 2.
A. 3. *Al.* 3.
Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Cariſſimo in Chriſto filio, illuſtri Regi Angliæ, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Inter cætera bona, quæ hominem amabilem proximis & placidum Deo reddunt, illud ſpecialiter acceptum fore credimus quod caritatem cordibus inſerit, & animarum vinculum operatur. Hoc, inquam, bonum pax eſt, quæ procul depellet hodium, rancorem abjicit, fugat invidiam excutitque livorem, pacat mentes, corda conciliat, ſerenat pectora & ſociat voluntates. Hanc ſiquidem quærimus, hanc inter Eccleſiæ filios ſerere, propagare ac nutrire ſtudemus, hanc firmis in Chriſtianis Regibus, Principibus & Magnatibus ſolidari radicibus, ac adultis extendi & conſurgere ramis, & effectibus clarere perſpicuis maxime affectamus; ut, dilectionis & pacis couniti nexibus, in ſeipſis ſuavem & ſalubrem illius fructum in propriis deguſtent commodis, & ad alios ipſius dulcedinem effundant laudabiliter per exemplum; cum igitur dilectum filium fratrem Manſuetum, Ordin. minorum, pœnitentiarium noſtrum, virum utique religione conſpicuum, ſcientiæ præditum, morum honeſtate maturum, nobiſque ac fratribus noſtris, ſuo merito probitatis, acceptum, ad cariſſimum in Chriſto filium noſtrum —— illuſtrem Regem Franciæ, pro negotio pacis inter te ac eundem Regem, auctore Domino, reformandæ, de ipſius pœnitentiarii confiſi prudentia, ſpecialiter deſtinemus; ſerenitatem tuam rogandam duximus attentius & hortandam, quatinus eundem pœnitentiarium, ſi eum a prædicto Rege ad te, propter hoc venire contigerit, ob reverentiam Apoſtolicæ ſedis & noſtram, Regia benignitate recipiens, & honeſte pertractans, verbis, quæ in ore ſuo poſuimus, auditum tuum benigne præbeas cum promptæ executionis effectu, adhibens ei ſuper his, quæ tibi ex parte noſtra retulerit, firmam fidem. Dat. Viterbii. Id. Sept. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Sigillum vetuſtate dilapſum.

Papa confirmat Taxationem factam in Eccleſiis Eccleſiarum deputatarum in uſus Prioris & Conventus Eccleſiæ Sanctæ Trin. London.

A.D. 1162.
A. 8. *H.* 2.
A. 3. *Al.* 3.
Ex Orig.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Priori & Conventui Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis Londonien. ordinis Sancti Auguſtini, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Quæ, propter bonum Eccleſiarum ſtatum, & obſequentium in eis quietem, per ſuperiores eorum, deliberatione provida, ſtatuuntur, corroborat Apoſtolicæ ſedis auctoritas non indigne; cum igitur, ſicut nobis exponere curaviſtis, in Eccleſiis, vobis in uſus proprios deputatis, locorum dioceſani auctoritate ordinaria, prout ad eos pertinet, taxaverint vicarias earundem Eccleſiarum, vicariis de ipſarum redditibus, pro ſuſtentatione ſua, & conſuetis earum oneribus ſupportandis, congruis portionibus aſſignatis, prout in ipſorum dioceſanorum, ſuper hoc, confectis literis plenius dicitur contineri; nos, vobis in hac parte gratificari volentes, veſtris precibus inclinati, quod ab eiſdem dioceſanis ſuper præmiſſis provide factum eſt ratum & gratum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

A.D. 1162.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat. Viterbii VI. Id. Octobr. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Deeſt ſigillum.

Comitem Flandriæ & Philippum [illegible] tera.

A.D. 1163. A. 9. H. 2.

1. HÆC Conventio facta eſt & ſcripta apud Doverham 14 Kal. April. inter Henricum Regem Angliæ, & Ducem Normanniæ & Aquitanniæ, & Comitem Andegaviæ, & Henricum Filium & Hæredem ſuum; & Teodoricum Comitem Flandriæ, & Comitem Philippum Filium & Hæredem ſuum.

2. Teodoricus Comes Flandrenſis, & Comes Philippus Filius & Hæres ſuus, fide & ſacramento aſſecuraverunt Regi Henrico, & Henrico Filio & Hæredi ſuo, vitam ſuam & membra quæ corporibus ſuis pertinent, & captionem corporum ſuorum, ne Rex vel Henricus Filius ſuus eam habeant ad dampnum ſuum.

3. Et quod juvabunt eos ad tenendum & ad defendendum Regnum Angliæ contra omnes homines qui vivere & mori poſſunt; ſalva fidelitate Lodovici Regis Francorum; ita quod, ſi Rex Lod. Regnum Angliæ ſuper Regem Henricum, vel ſuper Henricum Filium ſuum invadere voluerit, Comes Theodor. & Comes Philippus ſi poterint, Regem Lod. remanere facient, & quærent quocunque modo poterunt, concilio & precibus, per bonam fidem, abſque malo ingenio, ſine datione pecuniæ, ut remaneat.

4. Et ſi Rex Lod. in Angliam venerit, & Comitem Theod. vel Com. Philippum ſecum adduxerit, Comes Theod. vel Comes Phil. (uter eorum cum eo venerit) tam parvam fortitudinem hominum ſecum adducet, quam minorem poterit; ita tamen, ne inde Feodum ſuum erga Regem Franciæ foriſfaciat.

5. Et, ante neceſſitatem, infra 40 dies poſtquam Comes Theod. vel Comes Phil. ex parte Regis Henrici, vel ex parte Henrici Filii ſui, legato vel literis ſuis, ſummonitus fuerit, idem Comes mille equites habebit ad portus ſuos, paratos transfretare in Angliam, in auxilium Regis Henrici, vel Henrici Filii ſui, quam citius potuerint.

A.D. 1163.

6. Et Rex Henricus vel Henricus Filius ſuus inveniet eis naves, & mittet eas vel ad Gravelingas, vel ad Witſand.

7. Et tot naves mittet, quod ſufficiant tot militibus, ita ut unuſquiſque habeat ſecum tres equos: Ita tamen, quod ſi Rex Henricus, vel Henricus Filius ſuus has naves ſimul una vice non miſerit, milites, remanentes de mille, expectabunt ad portum, ab illa die, qua naves cum Militibus de portu exibunt, uſque ad totum unum menſem, niſi infra ipſum menſem tranſierint.

8. Et naves iſtas ſalvas faciet Comes Theod. vel Comes Phil. de omnibus hominibus ſuis, & de omnibus aliis hominibus, a quibus eas ſalvare poterit, eundo, morando, & redeundo.

9. Et poſtquam dicti Milites in Anglia erunt, fiducias facient Regi Henrico, vel Henrico Filio ſuo, aut Legatis ſuis (ſi requiſiti fuerint) de hoc, quod, quamdiu in itinere illo in Anglia erunt, ad proficuum Regis Henrici & Henrici filii ſui erunt, & non quærent quomodo Rex vel Henricus Filius ſuus perdat terram, vel hominem, ſet juvabunt eos, per bonam fidem, ad tenendum & defendendum Regnum Angliæ, contra omnes homines.

10. Et ſi aliqua alia Gens ſuper Regem, vel ſuper Henricum Filium ſuum in Angliam venerit, ſi Comes Theod. vel Comes Phil. ex parte Regis vel Henrici Filii ſui, ut prædiximus, ſummonitus fuerit, infra prædictum terminum, & ante neceſſitatem Comes Theod. vel Comes Phil. cum mille Militibus in Angliam venient; ſi non remanſerint, propter monſtrabilem ſui corporis infirmitatem, vel terræ ſuæ amiſſionem, vel Lodov. Regis Francorum expeditionis ſummo-

Hec co--- er tt------ ē. 7 scripta apd Douerhā. xiiii. kł. april. int Henr. Regē Angł. 7 Ducē Norm. 7 Aquit. 7 Cen
Flandrensis. Co------. fili' 7 heres suus fide 7 sacramēto assecurauer regi Henr. 7 Henr filio 7 heredi suo uitā su. 7 menbra que co
7 v. eter-------- Anglie cont omīs hoēs qui uiuere 7 mori possint. salua fidelitate. Lod. regis Francoꝝ. ita qd si rex. Lod. regnū Angl.



⁊ Cecin tr̄ dnd. ⁊ Henr̄ filiū ⁊ heredē suū. ⁊ Teodoricē Comitē flandrie. ⁊ Comitē Philipp filiū ⁊ heredē suū. -- -- eodoricꝰ Comes
ra que corporib; suis + -- ⁊ captione corpoꝝ suoꝝ. ne rex ut Henr̄ filiꝰ suus eā habeat ad dampnū suū. Et qđ iuuabit eos ad t-n. i
nū angl. sup regē Henr̄. ut sup He-r̄ filiū suū inuadē uoluerit. Com. Teod ⁊ C--. Ph--poterit regē Lod. remanē facient. --qu-- q̄cq

Tom. 1. Fol. 23.



Fol. 23.

London.

A.D. 1162.
A. 8. H. 2.
A. 3. Al. 3.
Ex Orig.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Priori & Conventui Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis Londonien. ordinis Sancti Auguſtini, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Quæ, propter bonum Eccleſiarum ſtatum, & obſequentium in eis quietem, per ſuperiores eorum, deliberatione provida, ſtatuuntur, corroborat Apoſtolicæ ſedis auctoritas non indigne; cum igitur, ſicut nobis exponere curaviſtis, in Eccleſiis, vobis in uſus proprios deputatis, locorum dioceſani auctoritate ordinaria, prout ad eos pertinet, taxaverint vicarias earundem Eccleſiarum, vicariis de ipſarum redditibus, pro ſuſtentatione ſua, & conſuetis earum oneribus ſupportandis, congruis portionibus aſſignatis, prout in ipſorum dioceſanorum, ſuper hoc, confectis literis plenius dicitur contineri; nos, vobis in hac parte gratificari volentes, veſtris precibus inclinati, quod ab eiſdem dioceſanis ſuper præmiſſis provide factum eſt ratum & gratum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

A.D. 1162.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat. Viterbii VI. Id. Octobr. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Deeſt ſigillum.

Conventio

Conventio facta apud Doveriam inter Henricum Regem Angliæ & Henricum Filium ejus ex una parte, & Theodorium Comitem Flandriæ & Filium ejus ex altera.

A.D. 1163. A. 9. H. 2. 1. HÆC Conventio facta eſt & ſcripta apud Doverham 14 Kal. April. inter Henricum Regem Angliæ, & Ducem Normanniæ & Aquitanniæ, & Comitem Andegaviæ, & Henricum Filium & Hæredem ſuum; & Teodoricum Comitem Flandriæ, & Comitem Philippum Filium & Hæredem ſuum.

2. Teodoricus Comes Flandrenſis, & Comes Philippus Filius & Hæres ſuus, fide & ſacramento aſſecuraverunt Regi Henrico, & Henrico Filio & Hæredi ſuo, vitam ſuam & membra quæ corporibus ſuis pertinent, & captionem corporum ſuorum, ne Rex vel Henricus Filius ſuus eam habeant ad dampnum ſuum.

3. Et quod juvabunt eos ad tenendum & ad defendendum Regnum Angliæ contra omnes homines qui vivere & mori poſſunt; ſalva fidelitate Lodovici Regis Francorum; ita quod, ſi Rex Lod. Regnum Angliæ ſuper Regem Henricum, vel ſuper Henricum Filium ſuum invadere voluerit, Comes Theodor. & Comes Philippus ſi poterint, Regem Lod. remanere facient, & quærent quocunque modo poterunt, concilio & precibus, per bonam fidem, abſque malo ingenio, ſine datione pecuniæ, ut remaneat.

4. Et ſi Rex Lod. in Angliam venerit, & Comitem Theod. vel Com. Philippum ſecum adduxerit, Comes Theod. vel Comes Phil. (uter eorum cum eo venerit) tam parvam fortitudinem hominum ſecum adducet, quam minorem poterit; ita tamen, ne inde Feodum ſuum erga Regem Franciæ foriſfaciat.

5. Et, ante neceſſitatem, infra 40 dies poſtquam Comes Theod. vel Comes Phil. ex parte Regis Henrici, vel ex parte Henrici Filii ſui, legato vel literis ſuis, ſummonitus fuerit, idem Comes mille equites habebit ad portus ſuos, paratos tranſfretare in Angliam, in auxilium Regis Henrici, vel Henrici Filii ſui, quam citius potuerint.

A.D. 1163.

6. Et Rex Henricus vel Henricus Filius ſuus inveniet eis naves, & mittet eas vel ad Gravelingas, vel ad Witſand.

7. Et tot naves mittet, quod ſufficiant tot militibus, ita ut unuſquiſque habeat ſecum tres equos: Ita tamen, quod ſi Rex Henricus, vel Henricus Filius ſuus has naves ſimul una vice non miſerit, milites, remanentes de mille, expectabunt ad portum, ab illa die, qua naves cum Militibus de portu exibunt, uſque ad totum unum menſem, niſi infra ipſum menſem tranſierint.

8. Et naves iſtas ſalvas faciet Comes Theod. vel Comes Phil. de omnibus hominibus ſuis, & de omnibus aliis hominibus, a quibus eas ſalvare poterit, eundo, morando, & redeundo.

9. Et poſtquam dicti Milites in Anglia erunt, fiducias facient Regi Henrico, vel Henrico Filio ſuo, aut Legatis ſuis (ſi requiſiti fuerint) de hoc, quod, quamdiu in itinere illo in Anglia erunt, ad proficuum Regis Henrici & Henrici filii ſui erunt, & non quærent quomodo Rex vel Henricus Filius ſuus perdat terram, vel hominem, ſet juvabunt eos, per bonam fidem, ad tenendum & defendendum Regnum Angliæ, contra omnes homines.

10. Et ſi aliqua alia Gens ſuper Regem, vel ſuper Henricum Filium ſuum in Angliam venerit, ſi Comes Theod. vel Comes Phil. ex parte Regis vel Henrici Filii ſui, ut prædiximus, ſummonitus fuerit, infra prædictum terminum, & ante neceſſitatem Comes Theod. vel Comes Phil. cum mille Militibus in Angliam venient; ſi non remanſerint, propter monſtrabilem ſui corporis infirmitatem, vel terræ ſuæ amiſſionem, vel Lodov. Regis Francorum expeditionis ſummo-

ſummonitionem, vel propter Imperatoris Romani expeditionis ſummonitionem per totam terram ſuam, ſi ipſe Comes Theod. vel Comes Phil. tunc temporis ibi ſint: Et ita, quod nulla prædictarum ſummonitionum inventa ſit, per dolum, vel per malum ingenium, vel ad ejus adventum, & mille Militum ſuorum diſturbandum.

11. Et ſi aliquis Comes Angliæ, vel alii homines illius terræ, Regi, vel Henrico Filio ſuo boiſiaverint, ita quod Rex, vel Henricus Filius ſuus Comitatum vel valens Comitatum amiſerit, Comes Theod. vel Comes Phil. cum mille Militibus in Angliam in auxilium Regis, vel Henrici Filii ſui veniet; niſi pro aliqua prædictarum quatuor exoniarum remanſerit.

12. Et ſi uterque Comes propter hoc remanſerit, ita quod neuter eorum venire poſſit, mittet mille Milites in Angliam, in auxilium Regis, vel Henrici Filii ſui, ut ſupra diximus.

13. Et, ſi per ſummonitionem Regis, vel Henrici Filii ſui, plures quam mille Milites adduxerit, vel miſerit, de tot erit quietus in proximo ſequenti ſervitio, quot ſupra mille adduxerit vel miſerit.

14. Et ſi ex mille Militibus defuerint 20. vel 40. & uſque ad centum, propter hoc Comes Theod. vel Comes Phil. non amittet Conventionem ſuam erga Regem vel Henricum Filium ſuum; ſi, poſtquam ex parte Regis, vel Henrici Filii ſui, Comes Theod. vel Comes Phil. ſummonitus fuerit, infra 15 dies, perficiet numerum.

15. Et homines, qui ad Regem, vel Henricum Filium ſuum venerint, vel qui ab illis venient, ſalvo & quiete ibunt & venient per totam terram, & per omnes portus Comitis Theod. & Comitis Phil. (& nominatim per totam terram & portus de Boloneſio) quicunque ipſi ſint, vel undecumque veniant; nec naves defendentur eis in aliquo portuum, ubi eas convenienter conducere voluerint.

16. Et nec Comes Theod. nec Comes Phil. denegabit licentiam hominibus de terra ſua, qui ad ſervitium Regis Angliæ, vel Henrici Filii ſui venire voluerint; & ſi venerint, propter hoc, non amittent Terram, nec Feodum, nec Conventionem aliquam, quam habeant de Comite Theod. vel de Comite Phil.

17. Et ſi Comes Theod. vel Comes Phil. vel homines ſui in auxilium Regis, vel Henrici Filii ſui venerint, quamdiu in Anglia fuerint, erunt ad victum Regis, vel Henrici Filii ſui; & Rex vel Henricus Filius ſuus reddet eis perdita ſua, facta in Anglia, ſicut mos eſt reddere familiæ Regis Angliæ.

18. Et, quamdiu illa neceſſitas duraverit, erunt cum Rege, vel Henrico Filio ſuo, & ei fideliter ſervient: Et, finita neceſſitate, permittet eos Rex, vel Henricus Filius ſuus redire; & inveniet eis naves, & Comiti Theod. vel Comiti Phil. eas ſalvas cum hominibus ſuis & pecuniis ſuis remittet.

19. Et inimici Regis, vel Henrici Filii ſui, qui ſibi Werram, vel per terram, vel per mare facient, fiduciam in neutro Comitum habebunt; nec receptacula in terra ſua, nec in terra Boloneſii, nec alibi, quæ Comes Theod. vel Comes Phil. eis defendere, vel auferre poſſit, abſque omni dolo, & malo ingenio.

20. Et ſi aliquis hominum Comitis Theod. vel Comitis Phil. Regi, vel Henrico Filio ſuo, vel hominibus ſuis foriſfecerit, & rectitudinem, pro neutro Comitum, Regi vel Henrico Filio ſuo, vel hominibus ſuis facere voluerit; nec in Comite Theod. nec in Comite Phil. nec in hominibus eorum fiduciam habebit, niſi conſenſu & voluntate Regis, vel Henrici Filii ſui.

21. Et ſi Rex, vel Henricus Filius ſuus Comitem Theod. vel Comitem Phil. in Normannia vel Cænomania ſecum habere voluerit in auxilio, & eum inde ſummonuerit, ipſe Comes cum mille Militibus ibit illuc, & Regem, vel Henricum Filium ſuum per bonam fidem juvabit, ſicut Amicum & Dominum, de quo Feodum tenet; nec dimittet quin eat, donec Rex Franciæ judicari faciat Comiti Theod. vel Comiti Phil. quod non debeat juvare Dominum & Amicum ſuum Regem Angliæ, vel Henricum Filium ſuum, cujus Feodum tenet; & hoc per pares ſuos, qui Comitem Flandriæ de jure debent judicare.

22. Et iſtas ſummonitiones nec Comes Theod. nec Comes Phil. ullatenus diffugient, nec illi, qui hanc ſummonitionem facient, dampnum vel malum habebunt per Comitem Theod. vel Comitem Phil. nec per aliquem hominem de quo eos Comites prædicti defendere poſſint.

23. Quod ſi Rex, vel Henricus Filius, Comitem Theod. vel Comitem Phil. in Normannia ſecum in auxilio habere voluerit, & eum literis, vel legatis ſuis ſummonuerit, Comes ſummonitus, ad Regem, vel ad Henricum Filium ſuum cum mille Militibus veniet: qui, poſtquam in Normannia fuerint, octo diebus erunt ad victum Comitis Theod. vel Comitis Phil. Et ſi Rex, vel Henricus Filius ſuus eos diutius in ſervitio ſuo retinere

retinere voluerit, morabuntur cum ipſo in ſervitio ſuo: Et quamdiu eos retinere voluerit, liberationes ſuas eis dabit, & perdita eorum, in ſervitio ſuo facta, eis reſtaurabit; ſicut mos eſt facere familiæ ſuæ.

24. Et ſi illo tempore Rex Lod. ſuper Regem, vel Henricum Filium ſuum in Normanniam intraverit, Comes Theod. vel Comes Phil. ad Lod. Regem Franciæ ibit cum 20 Militibus tantum, & omnes alii prædicti Milites remanebunt cum Rege, vel cum Henrico Filio ſuo, in ſervitio & fidelitate ſua.

25. Ipſe vero Comes Theod. vel Comes Phil. veniet ad Regem, vel Henricum Filium ſuum in Normanniam, ſicut prædictum eſt; niſi remanſerit, propter apparentem ſui corporis infirmitatem, vel terræ ſuæ amiſſionem, vel ſuam expeditionem, vel Regis Francorum, vel Imperatoris Romani expeditionem, ſicut ſupra ſcriptum eſt.

26. Et ſi propter hoc Comes ſummonitus remanſerit, mille Milites, ut prædiximus, in Normanniam ad ſervitium Regis, vel Henrici Filii ſui mittet.

27. Et ſi Rex, vel Henricus Filius ſuus in Cænomannia eum ſecum habere voluerit, ipſe ibit cum quingentis Militibus ſemel in anno, & erit in familia Regis, vel Henrici Filii ſui per unum integrum menſem in Cænomannia (ſi Rex vel Henricus Filius ſuus eos tamdiu retinere voluerit) ad liberationem Regis, vel Henrici Filii ſui, & ad perdita reddenda, ſicut mos eſt familiæ Regis. Et hoc idem faciet eis Rex, vel Henricus Filius ſuus, ex quo intrabunt in Normanniam, ad eundum in Cænomanniam.

28. Quod ſi Comes Theod. vel Comes Phil. per ſummonitionem Regis, vel Henrici Filii ſui plures quam mille Milites in Normanniam, vel plures quam quingentos in Cænomanniam duxerit, vel miſerit, quot ſupra mille in Normanniam, vel ſupra quingentos in Cænomanniam duxerit, vel miſerit, de tot erit quietus in proximo ſequenti ſervitio horum duorum ſervitiorum Normanniæ vel Cænomanniæ.

29. Quodcumque Comes Theod. vel Comes Phil. Regi vel Henrico Filio ſuo, ſemel in Anno fecerit, per hoc quietus erit de altero ſervitio in illo eodem Anno, niſi gratia amicitiæ fecerit.

30. Et ſi Comes Theod. vel Comes Phil. in expeditione fuerit, quando hanc ſummonitionem habuerit; poſt reditum de expeditione, habebit reſpectum, uſque ad finitas tres Hebdomadas; & eundem reſpectum habebit, ſi ſummonitus fuerit inter proximos octo dies poſt reditum de expeditione; & ſi infirmus fuerit, habebit reſpectum mittendi Milites uſque ad finitos 15 dies.

31. Et pro iſta Conventione & ſecuritate, & pro ſervitio ſupradicto, dedit Rex Henricus, & Henricus Filius ejus poſt eum, Comiti Theod. & Comiti Phil. Filio ejus poſt eum, quingentas Marcas, unoquoque Anno, in Feodo; ſcilicet, Comiti 400 Marcas, & Comitiſſæ Flandriæ 100 Marcas. Et ſi Comitiſſa deceſſerit, tota pecunia Comiti perſolvetur.

32. Et pro hoc Feodo, per iſtas Conventiones prædictas, & quia Comes Theod. hominium fecerat Regi Henrico Avo iſtius Regis Henrici, Comes Phil. fecit hominium iſti Regi Henrico.

33. Et de omnibus iſtis Conventionibus attendendis, dederunt Comes Theod. & Comes Phil. Henrico Regi, & Henrico Filio ſuo, iſtos obſides; Cononem Caſtellanum de Brugis, pro 100 Marcis; Euſtachium de Grumims Camerarium, pro 100 Marcis; Ernold. Comit. de Githnis, pro 100 Marcis; Widonem Caſtell. de Bergis, pro 100 Marcis; Walter. de Tenremunt, pro 100 Marcis; Roger. Caſtellan. de Curtrai, pro 100 Marcis; Rathonem de Gavera pincernam, pro 100 Marcis; Roger. de Waverino Dapiferum pro 100 Marcis; Balden. de Ballolio, pro 100 Marcis; Robert. Advocatum Betonienſem, pro 100 Marcis; Terril de Aloſt, pro 100 Marcis; Mich. Conſtab. pro 100 Marcis.

34. Et de iſtis 12 obſidibus, debent ſex eorum conducere prius dictos Milites in ſervitio Regis, vel Henrici Filii ſui, ſi Comes Theod. & Comes Phil. defuerint, propter aliquam prædictarum exoniarum: Et ſi ſex de obſidibus non fuerint ad conducendum, duo, ad minus, de eis, illos conducent, & quatuor de Baronibus Comitis (loco illorum quatuor qui defuerint) æque valentes ad ſervitium Regis, vel Henrici Filii ſui.

35. Et iſti prædicti 12 obſides, tali conditione ſunt obſides; ſi Comes Theod. & Comes Phil. de prædictis Conventionibus exierint, vel alter eorum, & ipſi eum, infra tres quarentenas, reconciliare Regi, vel Henrico Filio ſuo non poterint, quod unuſquiſque de prædictis obſidibus dabit Regi, vel Henrico Filio ſuo 100 Marcas Argenti, & facient infra tres quarentenas, vel in captione Regis, vel Henrici Filii ſui ſe ponent, pro prædictis Marcis: Et Rex, vel Henricus Filius ſuus ab eis non plus exiget, quam quod prædictum eſt; & ponent

ſe in captione in Turri London, vel in alio loco, ubi Rex, vel Henricus Filius ſuus eos libere poſſit retinere ad proficuum ſuum.

36. Et ſi aliquis de iſtis obſidibus mortuus fuerit, vel a fidelitate Comitis Flandriæ, aut a Terra ſua receſſerit, Comes alium æquivalentem, in loco ejus, ad ſummonitionem Regis, vel Henrici Filii ſui, reſtaurabit.

37. Et ſi, dum obſides jam dictam pecuniam Regi miſerint, vel Henrico Filio ſuo, eis in Anglia ablata ſit ab hominibus, quos Rex, vel Henricus Filius ſuus conſtringere poſſint, quieti erunt.

38. Et ſi in mari eam perdiderint, habebunt reſpectum per 40 dies, ad reſtaurandam pecuniam.

39. Et ſi Regi, vel Henrico Filio ſuo placuerit, Comitiſſa Flandrenſis aſſecurabit Regi, vel Henrico Filio ſuo, fide ſua, pro Feodo ſuo prædicto, quod, ad omne poſſe ſuum, conſilio ſuo, & precibus ſuis, faciet Comitem omnes prædictas Conventiones tenere integre, & ſervitia fideliter facere, per bonam fidem, abſque omni dolo, & malo ingenio.

40. Rex vero aſſecuravit Comiti Theod. & Comiti Phil. vitam ſuam, & membra quæ corporibus ſuis pertinent; & captionem corporum ſuorum, ne Comites eam habeant ad dampnum ſuum, quamdiu Comes Theod. vel Comes Phil. prædictas Conventiones Regi, vel Henrico Filio ſuo tenuerit.

41. Et propter prædictas Conventiones & prædictum ſervitium, dabit Rex, vel Henricus Filius ſuus Comiti Theod. vel Comiti Phil. prædictas quingentas Marcas in natali Domini.

42. Et, ſi prædicta pecunia in prædicto termino tota perſoluta non fuerit, infra 40 dies, poſtquam ipſe Rex ſummonitionem Comitis per legatum ſuum in Anglia, vel in Normannia ſuſceperit, illam perſolvet.

43. Si vero in aliqua alia Terrarum ſuarum ſummonitionem inde a legatis Comitis ſuſceperit, infra 40 dies, poſtquam in Angliam, vel Normanniam redierit, pecunia perſolvetur, ſine malo ingenio.

44. Hujus Conventionis ex parte Regis, & Henrici Filii ſui obſides ſunt; Rich. de Humez Conſtabular. pro 100 Marcis; Reginald. de Sancto Valerico, pro 100 Marcis; Rich. de Luſcy, pro 100 Marcis; Henricus Filius Gerald. Camerarius, pro 100 Marcis; Bernardus de Sancto Walerico, pro 100 Marcis; Manaſſer. Biſet Dapifer pro 100 Marcis; Roger. de Cailli, pro 100 Marcis; Hug. Comes de Norf. pro 100 Marcis; Willielmus Comes de Arundel, pro 100 Marcis; Robert. Filius Comitis de Legra, pro 100 Marcis; Galf. pro 100 Marcis; Hug. Comes Ceſtriæ, pro 100 Marcis.

45 Et iſti tali conditione ſunt obſides erga Comitem, quali conditione Comitum obſides erga Regem & Henricum Filium ſuum.

46. Et omnes obſides communiter aſſecuraverunt quod non diffugient ſummonitionem, & quod ſummonitores ſecuri erunt ab eis, & ab omnibus quos prohibere poterunt a nocumento ipſorum.

Recognitio Baronum, Caſtellanorum & cæterorum hominum Comitis Flandriæ de ſervitio quod debent H. Regi tanquam Domino ſuo pro Feodis quæ de ipſo tenent.

A.D. 1163. A. 9. H. 2. A.D. 1163.

I. Sciant omnes tam præſentes, quam futuri, quod hæc eſt recognitio ſervitii quod Barones, & Caſtellani, & cæteri homines Comitis Flandriæ debent Henrico Regi Angliæ, ſicut Domino, pro feudis quæ de ipſo habent, quam recognoverunt & aſſecuraverunt tenendam coram Rege & Baronibus ſuis & coram Comite Theod. & Comite Phil. filio ſuo & Baronibus ſuis apud Doverham; Scilicet, quod ipſe, qui habebit triginta Marcas Argenti de feodo, veniet cum Decem Militibus ad ſervitium Regis in ſua ſummonitione, ſicut Comes Flandriæ debet venire ad ſummonitionem ſuam, ad faciendum ſervitium quod ei debet, ſicut Cartæ, quæ inter Regem & prædictos Comites factæ ſunt, monſtrant & teſtantur.

2. Et ſicut ille qui habet xxx Marcas de feodo cum decem Militibus venire debet in ſervitium Regis, ita venient alii in ſervitium ejus, ad ſummonitionem ſuam, cum pluribus vel paucioribus militibus, ſecundum quod habent majorem vel minorem numerum Marcarum de feodo.

3. Et pro feodis quæ prædicti Barones & Caſtellani habent de Rege ſicut homines ſui & debent ei fidelitatem ſicut Domino ſuo ligio —— Q ——

Et hanc recognitionis cartam Sigillaverunt Comes Theod. & Comes Phil. Filius ejus petitione Baronum ipſorum & Caſtellanorum, ut ipſa recognitio, inter Regem & prædictos Barones de ſervitio, quod ei debent, facta, firma ſit & ſtabilis maneat. Hujus rei Teſtes ſunt,

Thom. Cant. Archiepiſcopus.
Johannes de Puntino.
Regin. de Sancto Walerico.
Ric' de Luci.
Ric' de Humez Conſtabular.
Manaſſerus Biſet Dapiferus.
Bern. de Sancto Waler.
Henr. de Eſſex.
Walchelin Maminot.
Henr. fil. Gerold. Camerarius.
Jocelin de Bailliolo.
Hug. de Dovera.
Will. de Crevequer.
Rog. de Cailli.
Hug. Com. Ceſtriæ.
Will. Com. de Ferreres.
Hugo de Longo Campo.
Will. de Traci.
Will. fil. Adelm.

Sigilla,

Conani Caſtellani de Bruges.
Razonis de Gavera.
Caſtellani de Broborgh.
Caſtellani de Berghes.
Sigeri de Broborgh fil. Jordani.
Walteri de Deuremundo.
——cati de Betuma.
Caſtellani Sancti Audam.
Stephani de Soneigeke.
——Caſtellani——
Rogeri Caſtellani de Cortrai.
Michahelis Conſtabular.
Theodor. de Alor.
Guidonis de Stemford.

Papa confirmat Priori & Fratribus Sanctæ Mariæ de Sniapes Eccleſiam de Bedingefeld, &c.

A.D. 1163.
A. 9. H. 2.
A. 4. Al. 3.
Ex Orig.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis W. Priori, & Fratribus Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Sniapes, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu ſunt proſequente complenda; ea propter, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Eccleſiam de Freſentune, & Eccleſiam de Bedingefeld, cum pertinentiis earum, & Broſtanhae, quas in præſentiarum juſte & Canonicè poſſidetis, aut in futurum juſtis modis, Deo propitio, poteritis adipiſci, vobis &, per vos, Eccleſiæ veſtræ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire.

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Turon. vii. KL. Junii.

Filis Sericis flavi Coloris.

Reſcriptum minatorium ad Papam, quod abſolvat omnes quos prius Archiepiſcopus Cantuar. excommunicaſſet.

A.D. 1169.
A. 15. H. 2.

ALexandro Papæ Henricus Dei Gratia Anglorum Rex, Dux Northmannorum & Aquitanorum, & Comes Andegavorum.

Sæpius Nuncios noſtros ad Pedes Paternitatis veſtræ direximus, rogantes & ſupplicantes, quatenus querelis, quæ inter nos & Cantuarienſem Archiepiſcopum vertuntur, finem debitum juſtitia mediante poneretis; & tandem placuit Paternitati veſtræ ut, juxta Petitionem noſtram, de latere Legatos nobis mitteretis cum poteſtatis plenitudine, ut omnes controverſias noſtras plene decidere & definire poſſent, remoto appellationis obſtaculo. Qui cum in poteſtate ſicut Nuncii veſtri ad nos reportaverunt, & litteris veſtris continebatur expreſſum, quas adhuc penes nos habemus, quod miſſi fuiſſent, ſicut per eoſdem Legatos, cum ad nos perveniſſent, accepimus, poteſtas illa, ad injuriam noſtram, illis ſubtracta eſt. Unde, cum nos ad omnem coram eis emendationem offerremus præfato Cantuarienſi Archiepiſcopo, qui ita inique & malitioſe erga me ſe habet, ſicut vobis & toti mundo innotuit, coram illis juſticiis parere omnino contempſit.

Ob cujus delictum alios deinceps Nuncios ad Majeſtatem veſtram tranſmiſimus, per quos literas veſtras recepimus, quas adhuc penes nos habemus, in quibus terram noſtram & perſonas Regni noſtri a poteſtate præfati Cantuarienſis eximebatis, donec ipſe in gratiam noſtram rediiſſet. Quam tamen, ante reſtitutionem gratiæ noſtræ, neſcimus ob quam

cauſam,

A.D. 1169. cauſam, immutaveritis, dum alii noſtri adhuc in Curia noſtra morarentur; & antequam noviſſimi Legati veſtri ad nos perveniſſent, Vivianus ſcilicet & Gratianus, ipſe in perſonas Regni noſtri, & in quoſdam familiares & ſervientes noſtros, qui ſingulis diebus nobis aſſiſtebant, excommunicationis ſententiam promulgavit.

Cum vero prænominatos Nuncios debito honore ſuſcepiſſemus, qui tam per litteras veſtras quam viva voce proteſtabantur, quod ad honorem noſtrum & exaltationem Regni noſtri veniſſent, primo loco de abſolvendis excommunicatis tractavimus (qui non ſolum ad noſtram, verum etiam ad veſtram eorundem Legatorum injuriam excommunicati videbantur) petitionibus illis, quas ex parte noſtra nobis proponebant, quantum poteramus, ob reverentiam veſtram & amorem veſtrum pro aſſenſu condeſcendebamus.

Proponebant ſiquidem litteræ veſtræ quatenus ſæpe dicto Cantuarienſi Archiepiſcopatum ſuum, pacem & amorem noſtrum redderemus: Nos vero, propoſito omnino honore veſtro, communicato conſilio,

Burdegalenſis, &
Rothomagenſis, } *Archiepiſcoporum.*

Cenomanenſis,
Redonenſis,
Bajocenſis,
Lexovienſis,
Conſtantienſis, &
Sagienſis, } *Epiſcoporum.*

Fiſcavenſis,
Beccenſis,
Sancti Wandregiſili,
Cadomenſis,
Troactis,
Ceriſiaci,
Rewalles,
Mortui maris,
Tironenſis,
Delbetenſis, } *Et quorundam aliorum Abbatum.*

Necnon & Gaufredi Antiſiodorenſis, & quorundam aliorum virorum Religioſorum, conceſſimus antedicto Cantuarienſi (licet ipſe, ſicut vobis multotiens ſignavimus, abſque conſcientia noſtra & coactione aliqua a Regno noſtro exierit) ut in bono & in pace rediret, & poſſeſſiones omnes haberet, ſicut habuit quando a Regno exivit, & ipſe & omnes, qui cum eo vel pro eo exierunt, ob amorem Dei & ob amorem veſtrum, ſalva dignitate Regni noſtri. A.D. 1169.

Cumque Nuncii veſtri, coram ſupra nominatis viris, reſponſum hoc abſque omni contradictione recepiſſent, excommunicatos illos, qui præſentes aderant, abſolverunt.

Convenit autem inter nos, ut alter eorum, Vivianus ſcilicet, pro hiis, qui in Anglia erant abſolvendis transfretaret; Gratianus vero ad verba hæc nominato Cantuarienſi tranſportanda rediret. Mane autem facto cum ab eis, quibuſdam negotiis nos (accepta prius ab eis licentia) trahentibus, receſſiſſemus, neſcimus, cujus inſtinctu, aut quo ſpiritu conceſſis ſtare recuſaverunt; cauſantes verbum illud quo nos Dignitatem Regni noſtri ſalvam fore dixeramus; quod tam nobis, quam illis qui nobiſcum aderant, nullo jure ab eis cauſari videbatur debere.

Nos autem hujus rei ad conſcientiam duximus, de veſtra ſemper diſcretione præſumentes, quod vos in nullo honori noſtro derogare velitis, vel Regni noſtri dignitati, obnixe Serenitati veſtræ ſupplicantes, quatenus attente conſiderantes honorem & utilitatem, quam vobis & Curiæ veſtræ contulimus, & in futurum, niſi per vos ſteterit, conferemus, ſic rem temperetis ne tantum penes vos ſint illius perfidi proditoris noſtri malitioſæ blanditiæ, quantum evidentia, tot & tantorum virorum teſtimoniis corroborata, cauſæ noſtræ merita; ſed juxta petitionem noſtram eos, qui excommunicati ſunt, abſolvatis, &, ne in alios venenum ſuæ excommunicationis effundere poſſint, provideatis: Ne ſi minus in hac juſta petitione noſtra exauditi fuerimus, tanquam de veſtra benevolentia deſperantes, aliter ſecuritati noſtræ & honori proſpicere compellamur.

Et, quoniam ſingula, quæ a nobis dicta ſunt & propoſita, difficile ſcripto comprehenderentur, tranſmiſſimus ad pedes Paternitatis veſtræ Clericos familiares noſtros, Ricardum Archidiaconum de Saleſberia, Ricardum Barre, qui plenius vobis cuncta, quæ hinc inde agitata ſunt, exponent; quibus in cunctis, quæ, ex noſtra parte, veſtræ Sanctitati exponent, fidem indubitanter habeatis; de quorum reditu feſtinanter maturando veſtra precamur & conſulimus ſollicite provideat diſcretio; quoniam eorum mora diuturnior periculum & damnum intolerabile Eccleſiæ poſſet afferre.

Alexander Papa Templum, quod ſitum eſt Jeroſolimis, variis communit Privilegiis, prohibens ſtricte ne quis temere prædictum locum perturbet.

A.D. 1172.
A. 18. *H.* 2.
Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Dilectis Filiis Oddoni Magiſtro Religioſæ Militiæ Templi quod Jeroſolimis ſitum eſt, ejuſque Succeſſoribus & Fratribus tam præſentibus, quam futuris Regularem Vitam Profeſſis, in Perpetuum.

Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens a Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio; Proinde, dilecti in domino Filii, de vobis & pro vobis Omnipotentem Dominum collaudamus, quoniam in univerſo mundo veſtra religio, & veneranda inſtitutio nuntiatur.

Cum enim natura eſſetis Filii iræ, & ſeculi voluptatibus dediti, nunc, per aſpirantem gratiam, Evangelii non ſurdi auditores effecti, relictis pompis ſecularibus, & rebus propriis, dimiſſa etiam ſpatioſa via quæ ducit ad mortem, arduum iter, quod ducit ad vitam, humiliter elegiſtis; atque, ad comprobandum quod in Dei militia ſpecialiter computemini, Signum vivificæ crucis in veſtro pectore aſſidue circumfertis.

Accedit ad hoc quod, tanquam veri Iſraelitæ, atque inſtructiſſimi divini prælii bellatores, veræ karitatis Flamma ſuccenſi, dictum Evangelicum operibus adimpletis, quo dicitur, Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

Unde etiam juxta Summi Paſtoris vocem, animas veſtras pro fratribus ponere, eoſque ab incurſibus Paganorum defenſare minime formidatis; &, cum nomine cenſeamini milites templi, conſtituti eſtis a Domino Catholicæ Eccleſiæ defenſores, & inimicorum Chriſti impugnatores.

Licet autem veſtrum ſtudium, & laudanda devotio in tam ſacro opere, toto corde & tota mente deſudet; nichilominus tamen univerſitatem veſtram exhortamur in domino, atque, in peccatorum remiſſionem, auctoritate Dei & beati Petri, Apoſtolorum Principis, tam vobis, quam ſervitoribus veſtris injungimus ut, pro tuenda Catholica Eccleſia, & ea, quæ eſt ſub Paganorum tirannide, de ipſorum ſpurcitia eruenda, expugnando inimicos crucis, invocato Chriſti nomine, intrepide laboretis. Ea etiam, quæ de eorum ſpoliis ceperitis, fidenter in uſus veſtros convertatis, &, ne de his, contra velle veſtrum, portionem alicui dare cogamini, prohibemus;——Statuentes ut domus ſeu templum, in quo eſtis ad Dei laudem & gloriam, atque defenſionem ſuorum fidelium, & liberandam Dei Eccleſiam congregati, cum omnibus poſſeſſionibus, & bonis ſuis, quæ in præſentiarum legitime habere cognoſcitur, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, perpetuis futuris temporibus ſub Apoſtolicæ ſedis tutelâ & protectione conſiſtat.

Præſenti quoque decreto ſancimus ut vita religioſa, quæ in domo veſtra eſt, divinâ inſpirante gratiâ, inſtituta, ibidem inviolabiliter obſervetur; & fratres inibi, omnipotenti Domino ſervientes, caſtè & ſine proprio vivant, &, profeſſionem ſuam dictis & moribus comprobantes, Magiſtro ſuo, aut quibus ipſe præceperit in omnibus & per omnia ſubjecti & obedientes exiſtant.

Præatereà quemadmodum domus ipſa hujus ſacræ inſtitutionis veſtræ & ordinis fons & origo eſſe promeruit; ita nichilominus omnium locorum, ad eam pertinentium, caput & magiſtra in perpetuum habeatur.

Ad hæc adicientes præcipimus ut, obeunte te, dilecte in Domino Fili Oddo, vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ejuſdem domûs fratribus præponatur, niſi militaris & religioſa perſona, quæ veſtræ converſationis habitum ſit profeſſa, nec ab aliis, niſi ab omnibus fratribus

A.D. 1172. tribus inſimul, vel a ſaniori parte, qui præponendus fuerit, eligatur.

Porro conſuetudines, ad veſtræ religionis & officii obſervantiam a Magiſtro & fratribus communiter inſtitutas, nulli Eccleſiaſticæ ſecularive perſonæ infringere vel minuere ſit licitum; eaſdem quoque conſuetudines a vobis aliquanto tempore obſervatas, & ſcripto firmatas, non niſi ab eo, qui Magiſter eſt, conſentiente tamen ſaniori parte capituli, liceat immutari.

Prohibemus ſiquidem & omnimodis interdicimus, ut fidelitates, hominia, ſive juramenta, vel reliquas ſecuritates, quæ a ſecularibus frequentantur, nulla Eccleſiaſtica ſecularisve perſona a Magiſtro & Fratribus ejuſdem domûs exigere audeat.

Illud autem ſcitote, quoniam ſicut veſtra ſacra inſtitutio & religioſa militia divinâ eſt providentiâ ſtabilita, ita nichilominus, nullius vitæ religioſioris obtentu, ad locum alium vos convenit tranſvolare; Deus enim, qui eſt incommutabilis & æternus, mutabilia corda non approbat, ſed potiùs ſacrum propoſitum, ſemel inceptum, perduci vult uſque in finem debitæ actionis.

Quot & quanti ſub militari cingulo & clamide terreni Imperii Domino placuerunt, ſibique memoriale perpetuum reliquerunt? Quot & quanti, in armis bellicis conſtituti pro teſtamento Dei, & paternarum legum defenſione, ſuis temporibus fortiter dimicarunt, atque, manus ſuas in ſanguine infidelium domino conſecrantes, poſt bellicos ſudores æternæ vitæ bravium ſunt adepti? Videte itaque vocationem veſtram tam milites quam ſervientes, atque juxta Apoſtolum, unuſquiſque veſtrûm, in quâ vocatione vocatus eſt, in eâ permaneat.

Ideóque fratres veſtros ſemel devotos, atque in ſacro collegio veſtro receptos, poſt factam in veſtrâ militiâ profeſſionem, & habitum religionis aſſumptum, revertendi ad ſæculum nullam habere præcipimus facultatem; nec alicui eos fas ſit, poſt factam profeſſionem, ſemel aſſumptam crucem dominicam, & habitum veſtræ religionis abjicere, vel ad alium locum, ſeu etiam Monaſterium, majoris ſive minoris religionis obtentu, invitis ſive inconſultis fratribus aut eo, qui Magiſter extiterit, liceat tranſmigrare, nullique Eccleſiaſticæ ſecularive perſonæ ipſos ſuſcipiendi aut retinendi licentia pateat.

Et, quoniam, qui ſunt Eccleſiæ defenſores de bonis Eccleſiæ debent vivere ac ſuſtentari, de rebus mobilibus, vel ſe moventibus, ſeu de quibuſlibet, quæ ad veſtram venerabilem domum pertinent, a vobis decimas exigi, contra voluntatem veſtram, omnimodis prohibemus. A.D. 1172.

Ut autem ad plenitudinem ſalutis, & curam animarum veſtrarum nichil vobis deſit, & Eccleſiaſtica Sacramenta, & Divina officia veſtro ſacro Collegio commodiùs exhibeantur, ſimili modo ſancimus, ut liceat vobis honeſtos Clericos & Sacerdotes, ſecundum Deum, quantum ad veſtram Conſcientiam, ordinatos, undecumque ad vos venientes ſuſcipere, & tam in principali domo veſtrâ, quàm etiam in obedientiis & locis ſibi ſubditis, vobiſcum habere, dummodo, ſi e vicino ſunt, eos a propriis Epiſcopis expectatis, iidemque nulli alii profeſſioni vel ordini teneantur obnoxii: quod ſi Epiſcopi eoſdem vobis fortè concedere noluerint, nichilominus tamen eos ſuſcipiendi & retinendi, auctoritate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, licentiam habeatis.

Si vero aliqui horum, poſt factam profeſſionem, turbatores religionis veſtræ, aut domus, vel etiam inutiles apparuerint, liceat vobis eos, cum ſaniori parte capituli, amovere eiſque tranſeundi ad alium ordinem, ubi ſecundum Deum vivere voluerint, licentiam dare, & loco ipſorum alios idoneos ſubſtituere, qui etiam unius Anni ſpatio in veſtrâ Societate probentur: Quo peracto, ſi mores eorum hoc exegerint, & ad veſtrum ſervitium utiles inventi fuerint, tunc demum profeſſionem faciant regulariter vivendi & Magiſtro ſuo obediendi: Ita tamen ut eundem victum & veſtitum vobiſcum habeant, nec non lectiſternia; excepto eo quod clauſa veſtiamenta portabunt.

Set nec ipſis liceat de capitulo, vel curâ domûs veſtræ ſe temere intromittere, niſi quantùm à vobis fuerit injunctum. Curam quoque animarum tantùm habeant, quantùm a vobis fuerint requiſiti. Præterea nulli perſonæ, extra veſtrum Capitulum, ſint ſubjecti; tibique, dilecte in Domino Fili Oddo, tuiſque Succeſſoribus, tanquam Magiſtro & Prælato ſuo, in omnibus & per omnia obedientiam deferant.

Præcipimus inſuper —— ordinationes eorundem Clericorum, qui ad ſacros gradus fuerint promovendi, à quocumque malueritis Catholico ſuſcipiatis Epiſcopo, ſiquidem gratiam & communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, qui nimirum, noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat.

Eoſdem autem pro pecuniâ prædicare, aut lucro, voſque pro ejuſmodi cauſâ, eos ad prædicandum mittere prohibemus;

A.D. 1172.

mus; niſi fortè Magiſter Templi, qui pro tempore fuerit, certis ex cauſis id faciendum eſſe providerit.

Quicumque ſane ex his in veſtro Collegio ſuſcipientur, ſtabilitatem loci, converſionem morum, ſeque militaturos Domino diebus vitæ ſuæ, ſub obedientia Magiſtri Templi, poſito ſcripto ſuper altare, in quo contineantur iſta, promittant; ſalvo quoque Epiſcopis jure epiſcopali tam in decimis, quam in oblationibus & ſepulturis.

Nichilominus vobis concedimus facultatem, in locis ſacro Templo collatis, ubi familia veſtra habitat, oratoria conſtruere, in quibus utique ipſa familia divina officia audiat; ibique, ſi quis ex vobis, vel ex eadem familia mortuus fuerit, tumuletur; indecens enim eſt, & animarum periculo proximum religioſos fratres, occaſione adeundæ Eccleſiæ, ſe virorum turbis, & mulierum frequentiæ immiſcere.

Cæterum decimas, quas, conſilio, & conſenſu Epiſcoporum, de manu Clericorum, vel Laicorum, ſtudio veſtro extrahere poteritis; illas etiam, quas, conſentientibus Epiſcopis, & eorum Clericis, acquiretis, vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus.

Decernimus inſuper, auctoritate Apoſtolica; ut, ad quemcumque locum vos venire contigerit, ab honeſtis atque catholicis ſacerdotibus pœnitentiam, unctiones, ſeu alia quælibet ſacramenta eccleſiaſtica vobis ſuſcipere liceat; ne forte, ad perceptionem ſpiritualium bonorum, vobis quippiam deeſſe valeat.

Quia vero in Chriſto omnes unus ſumus, & non eſt perſonarum differentia apud Deum, tam remiſſionis peccatorum, quam alterius beneficentiæ, atque Apoſtolicæ Benedictionis, quæ vobis indulta eſt, etiam familiam veſtram, & ſervientes veſtros volumus eſſe participes.

Cum autem fratres veſtri, qui ad ſuſcipiendas collectas deſtinati fuerint, in Civitatem, Caſtellum, vel Vicum advenerint, ſi forte locus ille interdictus ſit, in jocundo eorum adventu, pro Templi honore, & eorumdem Militum reverentia, ſemel in Anno aperiantur Eccleſiæ, &, excluſis excommunicatis, divina officia celebrentur.

Nulli ergo omnino hominum liceat prædictum locum temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; ſet omnia integra conſerventur veſtris, & aliorum Dei fidelium uſibus omnimodis profutura.

Si quis igitur hujus noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonitus, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Conſervantes autem hæc omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, benedictionem & gratiam conſequantur. Amen, Amen, Amen.

Filis Sericis flavi Coloris.

Hoc

Hoc eſt Cirographum inter Regem & Comitem Maurianæ de Matrimonio inter Joh. Filium Regis & A. Comitis Filiam.

A.D. 1173. 1. QUUM in dubium venit, quod a memoria recedit, repertum eſt, in rei geſtæ teſtimonium, perhennis reſcripti remedium.

A. 19. H. 2. Ex Ben. Ab. In Biblioth. Cotton.

2. Noverit igitur tam prior ætas quam futura poſteritas, quod Humbertus Comes Maurienſis & Marchio Italiæ concedit totum Comitatum ſuum & omnes alias Terras ſuas, quaſcunque habet vel deinceps adquiſierit, Johanni, Filio Henrici, illuſtriſſimi Regis Angliæ, cum Filia ſua primogenita, Aalis nomine, ſi Filium ex Uxore ſua non habuerit.

3. Si vero Filium legitimum ſuſceperit, concedit eis in perpetuum, & Hæredibus eorum, Ruſſillum cum toto mandato ſuo, ſive pertinentiis ſuis omnibus.

4. Concedit ſimiliter eis & Hæredibus eorum Perecaſtel cum omnibus pertinentiis ſuis: & præterea totum Comitatum Belicenſem, ſicut eum habet, illis concedit.

5. Donat etiam ei totam Vallem Novaleſiæ, Camberiacum quoque cum omnibus pertinentiis ſuis, Aiz, Aſperum Montem, Rochetam, Montem Majorem, Cameram cum Burgo & toto mandato. Iſta omnia, cum omnibus pertinentiis ſuis, eis incontinenti citra Montes concedit in perpetuum.

6. Ultra Montes quoque, illis & eorum Hæredibus donat & concedit in perpetuum, Taurinum totum cum omnibus pertinentiis ſuis: Cavoroth, Colegium cum omnibus pertinentiis ſuis; & omnia Feuda quæ tenent de ipſo Comites de Canaveis, & eorum ſervitia & fidelitates.

7. In Com. quoque de Caſtroamunt ſimiliter feuda, fidelitates & ſervitia.

8. In Valle Auguſtenſi concedit eis Caſtellionium in perpetuum, contra omnes homines, quod de illo tenet Vicecomes Auguſtæ.

9. Hæc omnia præfatus Comes concedit prædicto Filio Regis Angliæ in perpetuum cum Filia ſua prænominata ita libere, integre & quiete in hominibus & Civitatibus, Caſtris & aliis munitionibus; in pratis, paſcuis & molendinis, in boſco & plano, in aquis & vallibus, & montanis & paagiis, & paſſagiis & in omnibus aliis rebus, ſic ut unquam Pater ejus, aut ipſe ea melius tenuit omnia quæ ſubſcripta ſunt, aut liberius.

A.D. 1173.

10. Vult etiam jam dictus Comes, quod incontinenti, aut quandocunque placuerit Domino Regi Angliæ, quod Filio ejus fiant & præſtentur hominia & fidelitates ab omnibus hominibus ſuis, per totam terram ſuam, ſalva fidelitate ſua quamdiu terram tenebit.

11. Præterea concedit eis & Hæredibus eorum in perpetuum quicquid juris habet, in toto Comitatu Graciopolitano, & quicquid in eo adquirit vel adquirere poterit.

12. Si autem Filia ſua primogenita ſuperdicta in fata conceſſerit, quodcunque cum primogenita conceſſit illuſtriſſimi Regis Angliæ Filio, cum ſecunda Filia ſua, eadem, ſicut ſcriptum eſt, cuncta concedit.

13. Hanc præſcriptam Conventionem tenendam inter Dominum Regem Angliæ & Comitem Maurianæ juraverunt ipſe Comes Maurianæ, & Comes Gebennæ, Rodolfus Alamannus, Nantelmus de Muolano, Sefredus de Alavarno, Rodulfus de Aimo, & Eimericus de Brienzion, Willelmus Frater Comitis, Gocellinus de Moreſtello, Amedeus de Nangeu, Odo de Voiron, Berlio & Pontius de Fabricis, Lodoicus de Balma, Theobaldus de Vileta, Pontius & Wifredus de Cunſlef, Guido de Teis, Amedeus de Toruun, Yſmido de Sancto Michaele, Odmarus Labra, Soſcelinus & Ricardus de Cordum, Giroudus de Margenzai, Berlio de Monte Falcone, Engwicio de Aviano, Berlio & Torenciis de Chambel, Sofredus Gamerii, Hugo de Alviler, Uboldus de Rumille, Lodoicus de Aſma, Anſelmus de Belento, Willelmus de Sidnius, Sofredus & Petrus de Sancto Geneſio, Ungrinus de Fabricis, Willelmus de Bocozel, Angelmus de Caſtellano, Umbertus Reinerii, Will. de Porta, Willelmus Eruus, Gido de Candiaco, Petrus de Arveſio, Arbertus Cornuz, Hugo de Chinis, Will. de Albuſin, Henricus de Fulcimaco, Will. de Nangeou, Emericus Vicecomes de Brierceon.

A.D. 1173. 14. Omnes iſti prænominati juraverunt, quod Comes Mauricenſis hanc Conventionem firmiter ſervabit; &, ſi ab ea aliquo modo reſiliret, juraverunt quod ad vocationem Domini Regis Angliæ vel Nuncii ipſius, & etiam ſine omni vocatione, ſi Comes reſiliret, ex quo hoc ſcient, reddent ſe obſides Domino Regi in terra ſua ubicunque voluerit; & tamdiu in ſua captione morabuntur, donec Comitem ad Regis beneplacitum revocaverint, vel cum ipſo Rege, pro voluntate ipſius, compoſuerint.

15. Petrus quoque Tarentaſienſis Archiepiſcopus, & Arduno Gebennenſis, & Willelmus Mauriavenſis Epiſcopi, et Abbas Sancti Michaelis, coram poſitis Evangeliis, de mandato Comitis firmiter promiſerint quod ad bene placitum Regis, & quando voluerit, perſonam Comitis excommunicabunt, & terram ſuam ſub interdicto ponent, ſi Comes hanc pactionem inter eos factam non ſervaverit.

16. Idem facient de perſonis hominum Comitis & terris eorum, per quos ſtabit quòd non ſervetur Pactio inter Regem & Comitem facta; & tamdiu Comitem, & eos qui pacem ſervare noluerint, & terras eorum ſub interdicto tenebunt, donec Domino Regi fuerit ſatisfactum.

17. Dominus Rex hanc fecit Conventionem & Conceſſionem præſcriptam cum Comite Maurienſi, & eam de mandato ipſius tenendam juraverunt Comes Willelmus de Mandevilla, Willelmus Comes Arunniæ, Radul. de Faa, Willelmus de Curci, Will. de Humez, Fulco Panel, Rob. de Brivecurt, Will. Mangat, Theobaldus Chabot, Will. de Munluſum, Petrus de Muncaſſon, Gaufridus Foreſtarius.

18. De cætero ſciendum eſt, quod Comes ſuam ſecundam Filiam nuptui tradere poterit, cui voluerit, ſine nimio comitatus detrimento, poſtquam primogenita Filia ejus Filio Regis fuerit deſponſata vel per legitimam ætatem, vel per Romanæ Eccleſiæ diſpenſationem.

19. Parentibus autem ſuis vel aliis, & pro ſalute animæ ſuæ, poterit de terrâ ſuâ dare, ſine multâ comitatûs diminutione.

20. Incontinenti vero mittet Rex Comiti mille Marcas Argenti; & quam cito Filiam Comitis recipiet, ad minus habebit alias mille Marcas Argenti; & quicquid fuerit de 2 millibus Marcis reſiduum, recipiet Comes quando matrimonium inter Filium Regis, & Filiam Comitis fuerit contractum per legitimam ætatem, vel Romanæ Eccleſiæ diſpenſationem.

21. Si autem Dominus Rex, quod Deus avertat, ante in fata conceſſerit, vel extra terras ſuas profectus fuerit; neque ipſe, neque ipſi, qui de mandato ſuo juraverunt, vel aliquam Comiti ſecuritatem fecerunt, tenebuntur de præſcriptâ Conventione, niſi Dominus Rex Filius Regis, & ſui. A.D. 1173.

22. In terram Regis Angliæ venerunt ex parte Comitis Maurienſis, Marchio Montis Ferrati, & Gaufridus de Plozac, & Nerilo Filius ejus, & Richardus Comitis Cancellarius, & Berlo de Camboe, & Petrus de Boret Caſtellani, & Petrus de Sancto Geneſio, & Petrus de Taurino Milites, & Gaufridus de Aqua Bella, & Rodulfus de Warci, Burgenſes; qui juraverunt, tactis ſacroſanctis Evangeliis, quod Conventionem factam inter Regem & Comitem, de Filio Regis & Filia Comitis, ſicut legitimè facta, ſcripta & intellecta ſunt, facient Comitem firmiter obſervare, & niſi eam obſervaverit, juraverunt, quòd ad vocationem Domini Regis vel Nuntii ipſius, & etiam ſine omni vocatione, ſi Comes reſiliret a Conventione, ex quo hoc pro certo ſcirent, ſe reddent obſides Regi in terrâ ſuâ, & tamdiu in captione ſuâ morabuntur, donec Comes ad beneplacitum Regis revocetur, vel cum Domino Rege pro voluntate ſuâ componant.

23. Juraverunt etiam prædicti Nuntii, quòd Comes Filiam ſuam ſecundam non tradet nuptui, donec ejus Filia primogenita Filio Regis Matrimonio ſit copulata, vel per legitimam ætatem, vel per Romanæ Eccleſiæ diſpenſationem; niſi de conſilio & voluntate Domini Regis eam interim alii donaverit: juraverunt & illi, quod pecuniam, quam recepit vel recipiet Comes a Domino Rege, ſi Filia Comitis, vel Filius Regis, quod abſit, fortè in fata conceſſerit, antequam matrimonium inter eos fuerit contractum, totam reddet Regi, vel beneplacitum Regis inde faciet, vel cui Rex aſſignaverit; & prædicti juratores, donec fuerit ſoluta, ſi voluerit Rex & quando voluerit, ſe reddent ei obſides in terrâ & poteſtate ſuâ.

Juraverunt ſimiliter quod conceſſionem Umberti junioris facient, pro poſſe ſuo, habere Filio Regis Ruſſilon, & Perecaſtel, & quicquid ei a Comite conceſſum eſt in Comitatu Belicenſi. Si forte hoc Umbertus concedere noluerit, juraverunt quod Comes dabit ei legitimum excambium ad arbitrium Abbatis de Cluſa, & Reginaldi Archidiaconi Sarum, vel aliorum legitimorum per Regem aſſignatorum, ſi illi præſentes eſſe non poſſent.

Henricus 2. Angliæ Rex queritur apud Papam de Rebellione Henrici reliquorumque Filiorum contra ſe, & auxilium Papæ implorat.

A.D. 1173.
A. 19. H. 2.

SAnctiſſimo Domino ſuo Alexandro Dei gratia Catholicæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, H. Rex Angliæ ſalutem & devotæ ſubjectionis obſequium.

In magnorum diſcriminum anguſtiis, ubi domeſtica conſilia remedium non inveniunt, eorum ſuffragia implorantur, quorum prudentiam in altioribus negotiis experientia diuturna approbavit. Longe lateque divulgata eſt Filiorum meorum malitia, quos ita in exitium Patris ſpiritus iniquitatis armavit, ut gloriam reputent & triumphum Patrem perſequi; & filiales affectus in omnibus diffiteri, præveniente meorum exigentia delictorum. Ubi pleniorem voluptatem contulerat mihi Dominus, ibi gravius me flagellat; & quod ſine lacrymis non dico, contra ſanguinem meum & viſcera mea cogor odium mortale concipere, & extraneos mihi quærere ſucceſſores. Illud præterea ſub ſilentio præterire non poſſum, quod amici mei receſſerunt a me, & domeſtici mei quærunt animam meam. Sic enim familiarium meorum animos intoxicavit clandeſtina conjuratio, ut obſervantiæ proditoriæ conſpirationis univerſa poſthabebant. Malunt namque meis adhærere Filiis contra me transfugæ mendici, quàm regnare mecum, & in ampliſſimis dignitatibus præfulgere. Quoniam ergo vos extulit Deus in eminentiam officii Paſtoralis ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus, licet abſens corpore, præſens tamen animo me veſtris advolvo genibus conſilium ſalutare depoſcens. Veſtræ juriſdictionis eſt Regnum Angliæ, & quantum ad feudatarii juris obligationem, vobis duntaxat obnoxius teneor, & aſtringor. Experiatur Anglia, quid poſſit Romanus Pontifex, & quia materialibus armis non utitur, patrimonium B. Petri ſpirituali gladio tueatur. Contumeliam Filiorum poteram armis rebellibus propulſare, ſed Patrem non poſſum exuere: Nam & Jeremia teſtante, nudaverunt lamiæ mammas ſuas, lactaverunt catulos ſuos. Et licet errata eorum quaſi mentis efferatæ me fecerint, retineo paternos affectus, & quandam violentiam diligendi eos mihi conditio naturalis importat. Utinam ſaperent & intelligerent, ac noviſſima providerent. Lactant Filios meos domeſtici hoſtes, & occaſione malignandi habita non deſiſtunt, quouſque redigatur virtus eorum in pulverem, & converſo capite in caudam ſervi eorum dominentur eis, juxta verbum illud Solomonis, ſervus aſtutus Filio dominabitur imprudenti. Excitet ergo prudentiam veſtram ſpiritus conſilii & convertatis corda Filiorum ad Patrem. Cor enim Patris pro beneplacito veſtro convertetur ad Filios, & in fide illius, per quem Reges regnant, veſtræ magnitudini promitto me diſpoſitioni veſtræ in omnibus pariturum. Vos Eccleſiæ ſuæ, Pater ſancte, diu Chriſtus ſervet incolumem.

Littera

Littera Henrici Regis, per quam conceſſit privilegia quod, ſi navis periclitaret in quatuor Coſteris, videlicet Angliæ, Pictaviæ, Vaſconiæ, vel in Inſula Oleronis, & aliquis nautarum poſſit venire ad terram, omnia bona ſua recuperabit de voluntate Regis.

A.D. 1174.
A. 20. H. 2.
L. B.

Henricus Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ, Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ſalutem. Sciatis quod pro ſalute animæ noſtræ & animarum Anteceſſorum & Hæredum noſtrorum & ad malas conſuetudines abolendas conceſſimus, & hac Carta noſtra confirmavimus pro nobis & Hæredibus noſtris in perpetuum, quotieſcumque de cætero contigerit aliquam navem periclitari in poteſtate noſtra, ſive in Coſtera Maris Angliæ, ſive in Coſtera Pictaviæ, ſive in Coſtera Inſulæ Oleronis, ſive in Coſtera Waſconiæ, & de navi taliter periclitata aliquis homo vivus evaſerit & ad terram venerit, omnia bona & catalla in navi illa contenta remaneant & ſint eorum quorum prius fuerunt, & eis non deperdantur nomine Wrecci. Et ſi de navi taliter periclitata nullo homine vivo evadente contingat quamque beſtiam aliam vivam evadere vel in navi illa vivam inveniri, tunc bona & catalla illa per manus Ballivorum noſtrorum, vel Hæredum noſtrorum, vel per manus Ballivorum ipſorum, in quorum terra navis fuerit periclitata, liberentur quatuor probis hominibus cuſtodienda uſque ad terminum trium menſium, ut ſi illi, quorum catalla illa fuerint, infra terminum illum venerint ad exigendum catalla illa, & probare poſſint ipſa catalla ſua eſſe, eis liberentur quieta. Si vero infra prædictum terminum nullus veniret ad exigendum catalla illa, tunc noſtra ſint & Hæredum noſtrorum nomine Wrecci, vel alterius qui libertatem habuerit Wreccum habendi. Si vero de navi periclitata taliter nullus homo vivus evaſerit, nec alia beſtia, ſicut prædictum eſt, tum bona & catalla in navi illa contenta noſtra ſint & Hæredum noſtrorum nomine Wrecci, vel alterius, ubi navis fuerit periclitata, qui libertatem habuerit Wreccum habendi. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & Hæredibus noſtris quod, quotienſcunque de cætero contigerit aliquam navem periclitari, in poteſtate noſtra, ſive in Coſtera Maris Angliæ, ſive in Coſtera Pictaviæ, ſive in Coſtera Inſulæ Oleronis, ſive in Coſtera Waſconiæ, & de navi taliter periclitata aliquis homo vivus evaſerit & ad terram venerit, omnia bona & catalla in navi illa contenta remaneant, & ſint eorum quorum prius fuerint, & eis non deperdantur nomine Wrecci. Et ſi de navi taliter periclitata, nullo homine vivo evadente, contingat quamcumque beſtiam aliam vivam evadere, vel in navi illa vivam inveniri, tunc bona & catalla illa per manus Ballivorum noſtrorum, vel Hæredum noſtrorum, vel per manus Ballivorum ipſorum, in quorum terra navis fuerit periclitata, liberentur quatuor probis hominibus cuſtodienda uſque ad terminum trium menſium, ut ſi illi, quorum catalla illa fuerint, infra terminum illum venerint ad exigendum catalla illa, & probare poſſint ipſa catalla ſua eſſe, eis liberentur quieta. Si vero infra prædictum terminum nullus venerit ad exigendum catalla illa, tunc noſtra ſint & Hæredum noſtrorum nomine Wrecci, vel alterius qui libertatem habuerit Wreccum habendi. Et ſi de navi illa taliter periclitata

A.D. 1174.

A.D. 1174. nullus homo vivus evaſerit, vel alia beſtia, ſicut prædictum eſt, tunc bona & catalla, in navi illa contenta, noſtra ſint & Hæredum noſtrorum nomine Wrecci, vel alterius, ubi navis fuerit periclitata, qui libertatem habuerit Wreccum habendi, ſicut prædictum eſt. Hiis Teſtibus,

Venerabili Patre W. Karleol. Epiſcopo.
W. Valentin. Electo.
J. Com. Linc. & Conſtabular. Ceſtriæ.
Petro de malo Lacu.
Henr. de Trublevill. tunc Seneſcall. Walconiæ.
Hug. Diſpenſ.
Godefrido de Sancumb.
Amaur. de Sancto Amando.
Willelmo de Beel.
Galfr. Diſpenſ.
Galfrido de Cauz.
Barth. Pech.
Johanne Guband, & aliis.

Datum per manum venerabilis Patris Radulphi Cyceſtr. Epiſcopi Cancellar. noſtri, apud Merewell. viceſimo ſexto die Maii, Anno Regni noſtri viceſimo. A.D. 1174.

Hæc eſt concordia quæ facta eſt inter Regem & Filios ſuos.

A.D. 1174.
A. 20. H. 2.
Ex Orig. In Bibliotb. Cotton.

1. NOtum ſit omnibus tàm præſentibus quàm futuris; quod Pax inter Dominum H. Regem Angliæ, & Filios ejus, Henricum videlicet Regem, & Ricardum, & Gaufridum, in hunc modum, Deo volente, reformata eſt.

2. Henricus Rex, & Fratres ſui prædicti ad Patrem ſuum & ſervitium ejus, ſicut ad Dominum ſuum redierunt liberi & abſoluti ab omni juramento & inpriſa quam inter ſe, vel cum aliis fecerant contra eum & homines ſuos.

3. Et omnes Barones & homines, qui a fidelitate Patris, cauſa eorum receſſerant, clamaverunt quietos ab omni juramento, quod eis fecerant, & ita liberi & quieti ab omni juramento & abſoluti ab omni Conventione, quam eis fecerant, in hominium & ligeantiam Domini Regis redierint.

4. Et Dominus Rex debet rehabere, ipſe, & Barones, & homines ſui, omnes terras ſuas & caſtella ſua, quæ habuerunt 15 dies antequam Filii ſui recederent ab eo; ſimiliter Barones & homines ſui, qui receſſerunt ab eo, & ſecuti ſunt Filios ſuos, debent rehabere terras ſuas, quas habuerunt 15 diebus antequam ipſi ab eo recederent; & Dominus Rex remiſit omnem malevolentiam Baronibus & hominibus ſuis, qui receſſerant ab eo, ita quod, propter hoc, nullum malum eis faciet, quamdiu ei fideliter ſervient, ſicut Ligio Domino ſuo. A.D. 1174.

5. Et Rex Filius ejus ſimiliter pardonavit omnibus, tàm Clericis, quàm Laicis, qui cum Patre fuerunt, omnem malevolentiam ſuam; & adſecuravit, in manu Domini Regis Patris ſui, quod illis, qui ſervierint ei, nec malum, nec dampnum aliquod, hac de cauſa, faciet vel perquiret in tota vita ſua.

6. Et Dominus Rex, per hanc Conventionem, donat Regi Filio ſuo duo caſtella idonea in Normannia, ad voluntatem ipſius Patris; & ſingulis annis 15 millia Librarum Andegavenſium: Et Ricardo Filio ſuo in Pictavia duo receptacula idonea, unde Domino Regi non poſſit dampnum provenire; & medietatem reddituum Pictaviæ in denariis: Gaufrido verò Filio ſuo dat in Britannia, in denariis, medietatem reddituum Maritagii Filiæ Comitis Conani, quam ducere debet in Uxorem; & poſtquam, conceſſione Eccleſiæ Romanæ, eam in Uxorem duxerit, habebit omnes redditus illius Maritagii, ſicut continetur in Carta Comitis Conani.

7. Priſones verò, qui cum Domino Rege finem fecerunt ante Pacem factam cum Domino Rege, viz. Rex Scotiæ, & Comes Leiaceſtriæ & Comes Ceſtriæ, & Radulphus de Fulgeriis & obſides eorum, & obſides aliorum priſonum, quos prius habuerat, ſint extra Conventionem iſtam: Alii autem priſones ex

utraque parte deliberari debent; ita ſcilicet quod Dominus Rex obſides accipiet de priſonibus ſuis, de quibus habere voluerit, & qui dare poterunt: Et de aliis habebit ſecuritatem per fidem & juramentum ſuum, & amicorum ſuorum.

8. Caſtella verò, quæ firmata ſunt, vel inforciata poſtquam Guerra incepit in terrâ Domini Regis, pro voluntate ſuâ debent redigi ad illum ſtatum, in quo fuerunt 15. diebus ante Gwerram.

9. Præterea ſciendum eſt quod Rex H. filius Regis conceſſit Domino Regi Patri ſuo, ſe firmiter obſervaturum omnes donationes elemoſinarum quas dederat vel daturus erat de terris ſuis, & donationes terrarum quas dederat hominibus ſuis, vel daturus erat pro ſervitio ſuo.

10. Conceſſit etiam ſe firmiter & inconcuſſe obſervaturum donationem quam Dominus Rex, Pater ſuus, fecit Johanni Fratri ſuo, viz. Mille libratas reddituum in Anglia de dominico ſuo, & de Eſcaetis ſuis ad voluntatem ſuam: Et Caſtellum de Notingham, cum Comitatu & pertinentiis ſuis: Et Caſtellum de Merliberga, cum pertinentiis ſuis: Et in Normannia Mille libras Andegavenſium, & duo Caſtella ad voluntatem Patris: Et in Andegaviâ & in terrâ, quæ fuit Comitis Andegaviæ, mille libras reddituum Andegavenſium; & Caſtellum unum in Andeg. & unum in Cenomania, & unum in Turoniâ.

11. Conceſſum eſt autem à Domino Rege, pro amore filii ſui, quod omnes illi, qui receſſerant ab eo poſt filium ſuum, & in receſſu ſuo foriſfecerant in terrâ Domini Regis, ad pacem ejus revertantur; ita quod de Catallis, quæ aſportaverunt in receſſu ſuo, non reſpondeant: de morte vero, vel proditione, vel perditione alicujus membri, reſpondeant ſecundum judicium & conſuetudinem terræ. Qui autem ante Gwerram, quacunque de cauſa, aufugerant, & ad ſervitium filii ſui venerunt, pro amore filii ſui, ad pacem revertantur, ſi vagium & plegium dederint ſtandi judicio de hiis, quæ ante Gwerram foriſfecerunt.

12. Illi autem, qui in placito erant quando receſſerunt ad filium ſuum, revertantur; ita quod in eo ſtatu placiti ſui ſint, in quo erant quando receſſerunt.

13. Hanc Conventionem firmiter tenendam ex parte ſuâ aſſecuravit H. Rex filius Regis in manu Domini Regis patris ſui: Præterea aſſecuraverunt H. filius Regis, & Fratres ſui quod a Domino Rege Patre ſuo nunquam amplius exigerent, ultra donationem præſcriptam & determinatam, contra voluntatem & beneplacitum Domini Regis Patris ſui; & quod neque ſe, neque ſervitia ſua patri ſuo ſubtraherent.

14. Ricardus vero & Gaufridus, filii Domini Regis, devenerint homines ejus de his, quæ eis conceſſit & dedit.

Cum autem filius ejus Henricus homagium ei facere voluiſſet, noluit Dominus Rex recipere, quia Rex erat; ſet ſecuritatem accepit ab eo.

Teſtibus,

R. Rothomag. Archiepiſcopo.
Henrico Baioc. Epiſcopo.
Rogero Sag. Epiſcopo.
R. Nannet. Epiſcopo.
Steph. Rhedon. Epiſcopo.
G. Electo Lincoln,
Jo. Decano Sarum.
Ric. de Humez Conſtabulario.
Ric. de Bellomonte Vic.
Regin. de Curten.
Mor. de Creona.
Willielmo Malo-vicino.
W. de Hum.
Gaufrido Pertic.
Willielmo de Curci.
Fulch. Saenell.
Jo. de Solineio.
Saher de Quinci.
Rico de Canvill.
W. filio Andell. Seneſcallo.
Alvr. de Sancto Martino Dapifero.
Goſberto de Siſſeveio.
Rob. filio Erniſii.
Eudde filio Ern.
Waltero de Ypra.
Willielmo Mareſcallo.
Roberto de Ble.
Eimerio filio Eudon.

Apud Faleſiam.

Sub Sigillo pendente cui imprimitur Imago Regis in ſolio ſedentis, & ſiniſtra manu gerentis ſceptrum.

Hæc eſt Conventio & Finis quem Will. Rex Scotorum fecit cum Domino ſuo Henrico Rege, Filio Matildis.

A.D. 1174.
A. 20. H. 2.
Ex magno Rotulo penes Camer.

Willielmus Rex Scotorum devenit homo ligius Domini Regis contra omnem hominem de Scotia, & de omnibus aliis terris ſuis, & fidelitatem ei fecit, ut ligio Domino ſuo, ſicut alii homines ſui ipſi facere ſolent. Et ſimiliter fecit Homagium Henrico Regi filio ſuo, ſalvâ fide Domini Regis Patris ſui.

Omnes vero Epiſcopi, & Abbates, & Clerus Terræ Regis Scotiæ, & Succeſſores ſui facient Domino Regi, ſicut ligio Domino, fidelitatem de quibus habere voluerit, ſicut alii Epiſcopi ſui ipſi facere ſolent, & Henrico Regi filio ſuo, & Hæredibus ſuis.

Conceſſit autem Rex Scotiæ, & David Frater ſuus, & Barones, & alii homines ſui Domino Regi quòd Eccleſia Scoticana talem ſubjectionem amodò faciet Eccleſiæ Anglicanæ, qualem illi facere debet & ſolebat tempore Regum Angliæ prædeceſſorum ſuorum. Similiter Richardus Epiſcopus Sancti Andreæ, & Ricardus Epiſcopus de Dunkeldyn, & Galfridus Abbas de Dunfermelyn, & Herbertus Prior de Coldingham conceſſerunt quod etiam Eccleſia Anglicana illud jus habeat in Eccleſia Scotiæ, quod de jure habere debet, & quod ipſi non erunt contra jus Eccleſiæ Anglicanæ.

Et de hac Conceſſione, ſicut ligiam fidelitatem Domino Regi & Henrico filio ſuo fecerunt, eos inde aſſecuraverunt; ità hoc idem facient alii Epiſcopi & Clerus Scotiæ per Conventionem inter Dominum Regem, & Regem Scotiæ & David Fratrem ſuum & Barones ſuos factam.

Comites etiam & Barones, & alii homines de terra Regis Scotiæ, de quibus Dominus Rex habere voluerit, facient ei homagium contra omnem hominem & fidelitatem, ut ligio Domino, ſicut alii homines ſui facere ſolent, & Henrico Regi filio ſuo, & Hæredibus ſuis, ſalva fide Domini Regis Patris ſui: Similiter Hæredes Regis Scotiæ & Baronum & hominum ſuorum homagium & ligantiam facient Hæredibus Domini Regis contra omnem hominem.

Præterea Rex Scotiæ & homines ſui nullum amodò fugitivum de terra Domini Regis pro felonia receptabunt in Scotia, vel in alia terra ſua; (niſi voluerit venire ad rectum in Curia Domini Regis, & ſtare judicio Curiæ) ſet Rex Scotiæ & homines ſui quàm citiùs poterunt eum capient, & Domino Regi reddent, vel Juſticiariis, aut Ballivis ſuis in Anglia.

Si autem de terra Regis Scotiæ aliquis fugitivus fuerit pro felonia in Anglia (niſi voluerit venire ad rectum in Curia Regis Scotiæ, vel in Curia Domini Regis, & ſtare Judicio Curiæ) non receptabitur in terra Domini Regis; ſet liberabitur hominibus Regis Scotiæ per Ballivos Domini Regis ubi inventus fuerit.

Præterea homines Domini Regis habebunt terras ſuas, quas habebant, & habere debent de Domino Rege, & de Rege Scotiæ, & de hominibus ſuis; & homines Regis Scotiæ habebunt terras ſuas, quas habebant, & habere debent de Domino Rege, & de hominibus ſuis.

Pro iſta vero Conventione & fine firmiter obſervando Domino Regi, & Henrico filio ſuo, & Hæredibus ſuis à Rege Scotiæ, & Hæredibus ſuis, liberavit Rex Scotiæ Domino Regi Caſtellum de Rockesburg, & Caſtellum de Berwick, & Caſtellum de Gedeworthe, & Caſtellum Puellarum, & Caſtellum de Stryvelyn in miſericordia Domini Regis: Et ad cuſtodienda Caſtella illa aſſignabit Rex Scotiæ, de Redditu ſuo, menſurabiliter ad voluntatem Domini Regis.

Præterea pro prædicta Conventione & fine exequendo liberavit Rex Scotiæ Domino Regi David Fratrem ſuum in obſidem, &

Comitem Duncanum, &
Comitem Waldenum, &
Comitem Gilbertum, &

A.D. 1174.

Comitem de Aneguz, &
Ricardum de Moreville, *Conſtabularium*, &
Niz filium Willielmi, &
Ricardum Comyn, &
Walterum Corbet, &
Walterum Olyfard, &
Johannem de Valz, &
Willielmum de Lyndeſeye, &
Philippum de Coleville, &
Philippum de Valoignes, &
Robertum Frembert, &
Robertum de Burneville, &
Hugonem Gyffard, &
Hugonem Rydal, &
Walterum de Berkele, &
Willielmum de la Haye, &
Willielmum de Mortemer.

Quando vero Caſtella reddita fuerint, Willielmus Rex Scotiæ & David Frater ſuus liberabuntur. Comites quidem & Barones prænominati, unuſquiſque poſtquam liberavit obſidem ſuum, ſcilicet filium legitimum quem habuit, & alii Nepotes ſuos, vel propinquiores ſibi Hæredes, & Caſtellis, ut dictum eſt, redditis, liberabuntur.

Præterea Rex Scotiæ & Barones ſui prænominati aſſecuraverunt quod ipſi bona fide, & ſine malo ingenio, & ſine occaſione facient quod Epiſcopi, & Barones, & homines terræ ſuæ, qui non affuerunt quando Rex Scotiæ cum Domino Rege finivit, eandem ligantiam & fidelitatem Domino Regi & Henrico filio ſuo facient, quam ipſi fecerunt; & quod Barones & homines, qui affuerunt, obſides liberabunt Domino Regi de quibus habere voluerit.

Præterea Epiſcopi, Comites & Barones conventionaverunt Domino Regi, & Henrico filio ſuo, quod, ſi Rex Scotiæ aliquo caſu a fidelitate Domini Regis & filii ſui, & a conventione prædicta recederet, ipſi cum Domino Rege tenebunt, ſicut cum ligio Domino ſuo, contra Regem Scotiæ, nec ipſe ad fidelitatem Domini Regis redeat.

A.D. 1174.

Prædictam itaque Conventionem firmiter obſervandam bona fide, & ſine malo ingenio Domino Regi, & Henrico filio ſuo, & Hæredibus ſuis a Willielmo Rege Scotiæ, & David fratre ſuo, & a Baronibus ſuis prædictis, & ab Hæredibus eorum aſſecuravit ipſe Rex Scotiæ, David frater ſuus, & omnes Barones ſui prænominati, deſicut Ligii homines Domini Regis, contra omnem hominem, & Henrici filii ſui, ſalva fidelitate Domini Regis Patris ſui.

Hiis Teſtibus,

Ricardo Epiſcopo Abricen.
Johanne Saresberien. Decano.
Roberto Abbate Malmesbur.
Radulpho Abbate de Mondesburg.
Herberto Archidiacono Northampton.
Waltero de Conſtanciis.
Rogero Capellano Regis.
Oſberto Clerico de Camera.
Ricardo filio Domini Regis, Comite Pictaviæ.
Galfrido filio Domini Regis, Comite Brytanniæ.
Comite Willielmo de Eſſex.
Hugon Comite Ceſtriæ.
Ricardo Humez Conſtabulario.
Comite de Millenc.
Jordano Coſſon.
Humfrido de Bohun.
Willielmo de Curcy, Seneſcallo.
Gilberto Malet, Seneſcallo.

Apud Faleſiam.

Hic

Hic eſt Finis & Concordia, quæ facta fuit apud Windeſhoveres, in octavis Sancti Michael. anno ab incarnatione Domini MCLXXV. *Inter Dominum Regem Angliæ, H. Filium Matillis Imperatricis, & Rodericum Regem Connactenſem per Catholicum Archiepiſcopum Tuamenſem, & Cantordem Abbatem Sancti Brandani, & Magiſtrum Laurentium Cancellarium Regis Connactenſis. Scilicet.*

A.D. 1175.
A. 21. H. 2.
Ex Ben. Ab.
In Biblioth.
Cotton.

1. QUOD H. Rex Angliæ conceſſit prædicto Roderico, Ligio homini ſuo, Regi Connactæ, quamdiu ei fideliter ſerviet, quod ſit Rex ſub eo paratus ad ſervitium ſuum, ſicut homo ſuus.

2. Et quod terram ſuam ita teneat benè & in pace, ſicut tenuit antequam Dominus Rex Angliæ intraret Hiberniam, reddendo ei tributum.

3. Et totam aliam terram, & habitatores terræ habeat ſub ſe, & juſticiet ut tributum Reg. Angl. integrè perſolvant, & per manum ejus, & ſua jura ſibi conſervent.

4. Et illi qui modo tenent, teneant in pace quamdiu permanſerint in fidelitate Regis Angliæ, & ei fideliter, & integrè perſolverint tributum, & alia jura ſua, quæ ei debent, per manum Regis Connacti; ſalvo in omnibus jure & honore Domini Regis Angliæ & ſuo.

5. Et, ſi quis ex eis Regi Angliæ & ei rebelles fuerint, & tributum, & alia jura Reg. Angl. per manum ſuam ſolvere noluerint, & a fidelitate Regis Angliæ receſſerint, ipſe eos juſticiet & amoveat.

6. Et, ſi eos per ſe juſticiare non poterit, Conſtabularius Regis Angliæ, & familia ſua de terrâ illâ juvabunt eum ad hoc faciendum, cùm ab ipſo fuerint requiſiti, & ipſi viderint quod neceſſe fuerit.

A.D. 1175.

7. Et propter hunc finem reddet prædictus Rex Connact. Domino Regi Angliæ tributum ſingulis annis; ſcilicet, de ſingulis 10 animalibus unum Corium, placabile Mercatoribus, tàm de totâ terrâ ſuâ, quâm de aliâ: Excepto quòd de terris illis, quas Dominus Rex Angliæ retinuit in Dominio ſuo, & in Dominio Baronum ſuorum, nichil ſe intromittet:

Scilicet, Duvelina cum omnibus pertinentiis ſuis:

Et Raida cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut unquam Murchat Vamailethachlin eam meliùs & pleniùs tenuit, aut aliqui qui de eo eam tenuerunt:

Et exceptâ Veſefordiâ cum omnibus pertinentiis ſuis, ſcil. cum tota Lagenia:

Et exceptâ Waterfordiâ, cum tota terra illa quæ eſt a Vaterford. uſque ad Duncarvan; ita quod Duncarvan ſit cum omnibus pertinentiis ſuis infra terram illam.

8. Et, ſi Hibernenſes, qui aufugerunt, redire voluerint ad terram Baronum Regis Angliæ, redeant in pace, reddendo tributum prædictum ſicut alii reddunt, vel faciendo antiqua ſervitia, quæ facere ſolebant, pro terris ſuis; & hoc ſit in arbitrio & voluntate Dominorum ſuorum.

9. Et, ſi aliqui redire noluerint, & Domini eorum requiſierint Regem Connactæ, ipſe cogat eos redire ad terram ſuam, ut ibi remaneant & pacem habeant.

A.D. 1175.

10. Et Rex Connactæ accipiat obſides ab omnibus, quos ei commiſit Dominus Rex Angliæ, ad voluntatem Domini Regis & ſuam.

11. Et ipſe dabit obſides, ad voluntatem Domini Regis Angliæ, illos vel alios; & ipſi ſervient Domino Regi de canibus ſuis & avibus ſingulis annis de præſentiis ſuis.

Et nullum omnino, de quacunque terra Domini Regis ſit, retinebunt contra voluntatem Domini Regis & mandatum Domini Regis.

Teſtibus hiis,

Richard. Epiſcopo Winton.
Gaufr. Epiſcopo Elienſi.
Laurentio Duvelienſi Archiepiſcopo.
Gaufr. & Nichol. & Rog. Capellanis Regis.
Will. Com. Exceſſæ, &
Ric. de Luci.
Gaufr. de Pertico.
Reginaldo de Curteneia.

A.D. 1175.

Willelmus Rex Siciliæ Litteris ſuis confirmat quicquid Nuncii ſui juraverunt de Conſummatione Matrimonii cum Henrici Regis Filia.

A.D. 1176.
A. 22. H. 2.

Henrico Dei gratia nobiliſſimo Regi Anglorum ſpeciali amico ſuo, Will. eadem Gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ ſalutem.

Honorabiles magnificentiæ veſtræ nuncios recepimus honorificè, quorum inſinuatione nobis innotuit, quod præſentibus & jubentibus vobis, tres nobiles & ſpectatæ fidei viri de regno veſtro in anima veſtra conſummationem Matrimonii inter nos & Filiam veſtram juraverunt, qui & poſtulaverunt inſtantius ut idem manu propria juraremus: quod, quia Regno noſtro ſemper, & noſtris fuit progenitoribus inſuetum perſonaliter jurare, non duximus expedire.

Quare prædicti Nuncii veſtri quæſierunt ut ſicut ab honorabilibus perſonis feceratis illud in anima veſtra jurari, ſic & nos ſimiliter in anima noſtra fieri faceremus.

A.D. 1176.

Nos equidem, & quod a noſtris Nunciis in veſtra præſentia conſtitutis, ſuper Conceſſione Matrimonii, ex parte noſtra juratum eſt, rati-habitione firmamus, & quod, vobis præſentibus, in anima veſtra juratum eſt, grato aſſenſu recepimus ac ſi manu propria juraſſetis; cum unum & idem putemus Sacramentum, quod vel manu propria fit, vel in anima jubentis & præſentis juratur.

Poſt hæc Nuncii veſtri juraverunt quod, poſtquam Nuncii noſtri cum galeis ad partes Sancti Egidii pervenerint, quam primum id vobis innotuerit, nobiliſſima Filia veſtra eis, quam citius poterit, aſſignabitur noſtro feliciter Matrimonio copulanda. Veſtra itaque intererit, & vobis cedet ad gloriam celeriter exequi quæ initiati Matrimonii perfectionem deſiderant.

Dat. Panorm. viceſſimo tertio die Auguſti.

Compromiſſum Alfonſi Regis Caſtellæ (qui Uxorem duxerat Aleanoram Henrici Filiam) & Garciæ Regis Navarræ, in quo conſtituunt omnium quærelarum arbitrum Henricum Regem Angliæ.

A.D. 1176. *A. 22. H. 2.* 1. HOC eſt Pactum & Conventio, quæ facta fuit inter Aldefonſum Regem Caſtellæ, & Sanctium Regem Navarræ Avunculum ſuum, de quærelis videlicet quas inter ſe habebant, ut pro judicio Regis Angliæ ſibi ſatisfacerent.

2. Ad hæc uterque Regum quatuor Caſtella in fidelitate ponit, ut judicium Henrici Regis Angliæ, Filii Matildis Imperatricis, ſoceri Regis Aldefonſi, accipiat, & compleat, & per quem ſteterit, quo minus fiant, ſubſcripta Caſtella amittat.

3. Rex vero Aldefonſus ponit in fidelitate Nagaram Caſtellum Chriſtianorum, & Or Caſtellum Judæorum; & Arnedo Caſtellum Chriſtianorum, & Celorigon Caſtellum Judæorum.

4. Similiter Sanctius Rex Navarræ in hac fidelitate ponit Stellam Caſtellum, quod Petrus Roderici tenet; & Caſtellum Judæorum; & Funes; & Maranon.

5. Et ad hoc Nuncii utriuſque Regis ſint ad præſentiam Regis Angliæ in prima die præſentis quadrageſimæ, quæ eſt caput jejunii, ad hoc judicium recipiendum.

6. Et ſi forſitan Nuncii cujuſlibet partis morte vel infirmitate, vel captivitate in via ſua detenti fuerint, præcedentes nuncii expectent eos uſque triginta dies ultra diem præfixam in curia prænominati Regis Angliæ: Et qui ſani remanſerint, veniant ad curiam, & accipiant judicium.

7. Et, ſi omnes infirmi, vel capti, vel mortui fuerint, nichil Rex, cujus fuerint, proinde amittat.

8. Et, ſi omnes, vel aliqui Nunciorum, aliqua harum trium occaſionum non fuerint detenti, & ad diem ſtatutum ante Regem Angliæ non venerint, Rex, cujus Nuncii fuerint, hæc prædicta Caſtella amittat; & hoc per bonam fidem, & ſine malo ingenio.

9. Et ſi forte, quod abſit, Rex Angliæ interim mortuus fuerit, hoc eodem prædicto modo Nuncii iſti ad Regem Francorum ad hoc judicium recipiendum pergant, & per eum, ſicut per Regem Angliæ, hoc judicium recipiant & compleant. A.D. 1176.

10. Sanctius igitur Rex Navarræ hæc tria Caſtella per militem & per portatorium ſuum recipiat, & donet Naiaram & Celorigo Petro Roderici, Filio Comitis Roderici, & donet Arnedo D. Semenes; & ipſi faciant ſibi hominium de eis.

11. Similiter Aldefonſus Rex Caſtellæ hæc quatuor Caſtella per militem & per portatorium ſuum recipiat, & donet Stellam Roderici de Azſagra, & Funes S. Ramuri & Maranon R. Martini; & ipſi faciant ſibi hominium de eis.

12. Et, ſi aliquis Regum iſtorum hæc prædicta Caſtella militibus ea tenentibus auferri voluerit & alteri dare, donet illa Sanctius Rex Navarræ Petro Roderici, vel G. Vermundi, vel S. Raimiri, vel J. Velez. vel R. Martini, vel E. Almoran. vel S. Almoran, vel E. de Oriz, vel P. Ramuri, vel G. de Oriz, vel P. de Oriz.

13. Similiter Rex Aldefonſus Caſtellæ donet illa Comiti N. vel Comiti P. vel Comiti G. vel Comiti Gomerz, vel R. Gurtezt, vel P. de Arazuri, vel D. Senezt. vel G. Garſiæ, vel Ordomo Garſiæ, vel G. Roderici de Aztagra, vel P. Guntezt, vel L. Roderici de Agafar: Sed ipſi qui tenentes fuerint non donent hæc prædicta Caſtella, donec illi qui recipere ea debuerint, faciant hominium de illis alteri Regi, ſicut ſupradictum eſt.

14. Et in toto, quantum Rex Aldefonſus tenet de Rege Navarræ, melioret cum ſuo proprio ære, quantum voluerit & potuerit.

15. Simi-

15. Similiter Rex Sanctius Navarræ melioret, cum ſuo proprio ære quantum voluerit, & potuerit in toto quantum tenet de Rege Aldefonſo.

16. Et ad hoc judicium audiendum iſti Reges quatuor fideles elegerunt, viz.

Johannem Epiſcopum Tiraſonenſem, &
Petrum de Areis, &
Ar—— de Torrela, &
Gunterum Petri de Rinoſo:

Ut de iſtis, duo, vel tres, vel omnes, cum Nunciis ad Curiam Regis Angliæ pergant, & querimonias utriuſque Regis, ante eum exponant; & auditis quærelis, quos Rex Angliæ cauſam ſuam primitus dicere mandaverit, dicant. Et per verbum horum fidelium, qui hoc judicium a Rege Angliæ audierint, uterque Regum ſupradictam Conventionem, prout in hac Charta continetur, attendant & compleant. Et Milites, qui de prædictis Caſtellis hominium fecerunt, ſecundum dictum horum fidelium hoc Pactum præfatum Regibus attendant & compleant per bonam fidem, & ſine malo ingenio.

17. Inſuper verò ambo Reges prædicti, unuſquiſque, per fidem ſuam, firmaverunt, & ſtatuerunt Treugas bonas & ſalvas de hominibus, & Caſtellis, & Terris, & de omnibus aliis rebus uſque ad ſeptem Annos; &, ut firmiter teneantur, Sanctius Rex Navarræ ponit Ergam in fidelitate, & Rex Aldefonſus ponit Calagunam.

18. Et ſi exercitus cujuſlibet horum Regum, cum eo, vel ſine eo, Regnum alterius intraverit, ille, qui hoc fecerit, prædictum Caſtrum perdat.

19. Et, ſi forte aliquis Vaſſallus horum Regum, infra iſtas Treugas, in Regno alterius vi vel furto Caſtellum acceperit, Rex, cujus ille Vaſſallus fuerit, infra quadraginta dies ſuum Caſtellum alteri Regi reddat; quod ſi non fecerit, Miles ille, qui Caſtrum, quod in fidelitate poſitum eſt, tenuerit, Regi conquerenti prædictum Caſtrum donet, & teneat illud in pignore donec ſuum Caſtellum recuperet.

20. Et ſi aliquis horum Regnorum, qui non ſit Vaſſallus iſtorum Regum, aliquo Caſu in Regno alterius Caſtellum acceperit, ambo Reges cum Gente ſua ſuper eum veniant, & obſideant, & donec ſit captum, de eo non recedant.

21. Statuerunt etiam ut omnes Vaſalli utriuſque Regis, qui, ex quo iſta guerra incepit, Hæreditates amiſerunt, eas ex integro recuperent, ſicut erant tenentes die, qua eas perdiderunt: Et pro malefacto, vel judicio, quod hactenus feciſſent, eas non perdant; nec infra iſtos ſeptem annos pro aliqua querimonia ulli reſpondeant.

22. Et, ſi deinceps de novo querimonia aliqua, vel judicium inter eos ortum fuerit, ad Medianetum veniant, & ſecundum quod ibi judicatum fuerit, ſibi ſatisfaciant.

23. Et omnes homines utriuſque Regni, ſecuri de Regno ad Regnum eant & redeant; exceptis notis homicidis.

24. Et, ſi aliquis iſtorum Regum Hæreditates, ſicut ſupradictum eſt, reddere noluerit, prædictum Caſtrum alteri Regi reddat, & teneat illud in pignore, donec Hæreditates, & totum, quantum de illis exigerit, recuperet.

25. Et omnes Vaſſalli utriuſque Regis ſint infra iſtas Treugas, cum hominibus, Caſtellis, Hæreditatibus, & etiam cum omnibus aliis rebus, quas habuerint, in qualicumque terra fuerint.

26. Et hæc omnia ſupradicta teneantur & ſerventur per bonam fidem, & ſine malo ingenio.

27. Et Rex Aldefonſus Aragoniæ ſit in iſtis Treugis, ſi ei placuerit; &, ſi forte ſibi non placuerit in illis eſſe, tamen Treugæ ut ſupradictum eſt, firmiter inter nos Reges præfatos teneantur.

28. Facta Charta inter Narrares & Lucronium Æræ 1214. & Kal. Septembris.

Epiſtola Petri Bleſenſis Bath. Archidiac. ad Henricum Regem, qua, inter alia, adeſſe Nuncios Regum Hiſpaniæ commemorat, antiquam inter Regna controverſiam judicio ſuo ſubmiſſuros.

A.D. 1177. *A.* 23. *H.* 2.

DIU quæſivi, & non inveni, quem deſiderat Anima mea, diu vos inſecutus, ſed non aſſecutus ſum. Vanæ namque voces populi, de viis veſtris varie ſentientes, dum pes meus ſtetit in via recta, me in invium retorſerunt. Salomon equidem dicit, Tria inveſtigabilia eſſe, & quartum penitus inveniri non poſſe, viam aquilæ in Cœlo, viam Navis in Mari, Viam Colubri ſuper terram, viam Viri in adoleſcentia ſua; ego quintum poſſum adjicere, Viam Regis in Anglia. Cucurri Domine hactenus in incertum: Et adhuc ignoro, quo veniam, aut quo vadam. Fatigatus enim ab itinere, inſuper & arreptus apud Neuportum dyſenteria gravi, curſores diverſos veſtrorum exploratores itinerum ante faciem meam circumquaque præmiſi: Mandetis igitur ubi & qua die inveniri poſſitis, benigniſſime Princeps, ut curram in via mandatorum veſtrorum, & ſit lucerna pedibus meis verbum tuum. Cum enim Reipublicæ interſit injuncta mihi per vos negotia tempeſtivìus expediri, non parcam corpori miſero & afflicto donec deſideratiſſimam faciem veſtram conſpiciam: Tu vero dirige in conſpectu tuo Domine viam meam.

A.D. 1177.

Nuncii veſtri a Romana Curia redierunt exonerati quidem Argento, onerati plumbo; non multum indumentis, aut evectionibus honorati.

Applicuerunt præterea in magno comitatu Nuncii Regum Hiſpaniæ, deferentes ad vos illam antiquam & utinam antiquatam, Regnorum controverſiam, quæ tot Civitatum populos traxit in exterminium & ruinam.

Benedictus autem Deus; nam, ſicut Regina Auſtri venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, ſic hodiè remotiſſimi Reges, in hac querela gravi & inexplicabili, veſtro judicio ſe ſubmittunt: Poſtulantes inſtantius, ut quæſtio tam nodoſa, ſub veſtræ diſcretionis examine reſolvatur.

Bene valeat Cariſſimus Dominus meus, diúque ac fæliciter vivat & regnet.

Tenor Inſtrumenti in quo Petitiones & Allegationes nunciorum, nomine Regis Caſtellæ continentur.

A.D. 1177. *A. 23. H. 2.* 1. IN Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. In Nomine Domini Rex Aldefonſus Caſtellæ & Toleti conqueritur & petit à Rege Sanctio Navarræ Avunculo ſuo, ſibi fieri reſtitutionem de Logronio, de Athleua, de Vanaret, quod eſt citra Ribaronia, & de Agoſcio, de Abtol, de Arreſa, de Alaua cum ſuis mercatis, ſcilicet de Eſtwalez, & de Divina, & omni jure ſuo de Terra, quæ dicitur Durango; quæ omnia Rex Aldefonſus bonæ memoriæ, qui Toletum de poteſtate Saracenorum liberavit, jure hæreditario poſſedit: Et poſt mortem ejus filia ejus Regina Vracha ſimili jure poſſedit, qua mortua, fillius ejus Imperator Aldefonſus, bonæ memoriæ, ſimiliter jure hæreditario poſſedit: Et, poſt mortem Imperatoris, Rex Sanctius filius ejus, ſine placito, jure hæreditario poſſedit: Et poſt mortem Regis Sanctii, filius ejus Dominus noſter Rex Aldefonſus ſimiliter prædicta omnia jure hæreditario poſſedit, quouſque hæc omnia jam dictus Rex Navarræ prædicta Regi Caſtellæ Nepoti ſuo Orphano, Pupillo & innocenti, filio amici & Domini ſui, & non de his requiſito abſtulit, & violenter detinet.

2. Conqueritur etiam & petit reſtitutionem ſibi fieri à prænominato Rege Navarræ de roba quam injuſte detinet. Imperator enim adquiſivit eam à Rege Saracenorum, qui dicebatur Zafadola, & dimiſit eam filio ſuo Regi Sanctio, qui eam poſt mortem Imperatoris toto tempore vitæ ſuæ in pace poſſedit. Quo mortuo Dominus meus Rex Aldefonſus, filius ejus, jure hæreditario in pace poſſedit, quouſque Sanctius Ramires de Perola eam amiſit qui tenebat eam, ſecundum conſuetudinem Hiſpaniæ, de manu Petri Ortiz: Qui Petrus Ortiz, tenebat eam, ſecundum eandem conſuetudinem, à Domino noſtro Rege Aldefonſo. A.D. 1177.

3. Petit etiam fructus quos percepit ſæpedictus Rex Navarræ de Logronio, & de omnibus aliis prænominatis à tempore Invaſionis, & damna quæ intulit terræ ejus eam deprædando & comburendo; quorum omnium ſummam eſtimamus ferè Centum millia Marcarum Auri.

4. Præterea petit pontem Reginæ, & Sangoſſa, & totam terram quæ eſt ab his duabus villis uſque ad Flumen Iberi: Quam terram bonæ memoriæ Rex Aldefonſus Avus Imperatoris habuit, & in pace poſſedit; & per eum, ſecundum conſuetudinem Hiſpaniæ, Conſanguineus ejus Rex Sanctius Aragonenſis; &, eo mortuo, filius ejus Rex Petrus; &, poſt mortem Regis Petri, Frater ejus Rex Aldefonſus Aragonenſis, ſimiliter ſicut Conſanguinei & amici tenuerunt.

5. Petit etiam medietatem Tudelæ, ex causà Maternæ ſucceſſionis, quam Comes Dalpere donavit Reginæ Margaretæ Sobrinæ ſuæ, quæ uxor fuit Regis Garſiæ, & Aviæ ejuſdem Regis Aldefonſi; cum jam dicta Tudela nullo modo pertinet ad Navarram.

Tenor Scripti in quo Petitiones, & Allegationes Nunciorum Regis Navarræ continentur.

A.D. 1177. 1. A. 23. H. 2.

PEtit Sanctius Rex Navarræ Cudeio Monaſterium, Montem de Oca, vallem Sancti Vincentii, Vallem de Oliacaſto, Cingovilaſ, Montem Nigrum, Sera Alba uſque Agredam, hæc omnia repetit, & quicquid eſt infra hæc verſus Navarram; & iſtius terræ petit univerſos redditus, à tempore, quo obiit Rex Sanctius de Penalen. hæc omnia ad regnum ſuum ſpectantia poſſedit & habuit in pace & quiete Abavus hujus regis Sanctii. Garſias ſcilicet Rex Navarræ & Nageræ; & Proavus ejus per violentiam fuit expulſus ab hoc regno, propter imbecillitatem ſuam, per Aldefonſum Regem Caſtellæ, conſanguineum ſuum: procedente autem tempore Rex Garſias, nepos ejus & pater hujus, inclitæ memoriæ, divina voluntate & fide naturalium hominum ſuorum exhibita, recuperavit regnum ſuum, licet non integrum; & quod reſtat adhuc petit filius ejus Sanctius nunc Rex Navarræ.

2. Præterea petit hæc, quæ Imperator abſtulit regi Garſiæ Patri ſuo per vim: Scilicet Nageram Caſtellum Chriſtianorum & Judæorum, Gramon, Pancorvo, Belferazt, Cereſo Monaſterium, Celorigo, Bilibio, Medria, Veguera, Clauuero, Verbea, Lautaron. hæc autem repetit & ſibi reſtitui poſtulat, quia Pater ſuus Rex Garſias jure hæreditario ea poſſidebat, & Imperator ſibi abſtulit. conqueritur etiam de Belforazt, quod Imperator reddiderat Regi Garſiæ patri ſuo: Et, eo mortuo, idem Imperator abſtulit illud Sanctio, nunc regi Navarræ, tunc habenti & in pace poſſidenti tanquam ſuam propriam hæreditatem.

3. Præterea petit ſibi reſtitui ab Aldefonſo rege Caſtellæ poſſeſſionem Caſtrorum noviſſimè ſibi ablatorum cum fructibus inde perceptis, & quicquid habiturus eſſet ſi non eſſet indè ejectus. Sunt autem nomina Caſtellorum hæc; Kel, Ocon, Patungos, Gramon, Cereſo, Valorcanos, Trepeana Miriel, Amihugo, Haiaga, Miranda, Sancta Agathea, Salmas, Portela, Malvertin, Legiun & Caſtrum quod tenet Godin. hæc autem petit hac ratione, quia habuit & poſſedit pro ſuo, & ſine ordine judiciario ejectus eſt; & iccirco querela ſua debet procedere quia ultima eſt violentia, & priùs debet purgari; & etiam altera pars à jure ſuo cecidit, ſi quod habuit.

4. Ad hoc Sanctius Rex Navarræ, de jure ſuo confidens, hanc infra ſcriptam Conventionem proponit, quod tale eſt.

Hæc

Hæc eſt Carta Pacis & Concordiæ quæ fuit facta inter Regem Aldeſonſum de Caſtella, & Regem Sanctium de Navarra in Abbatia quæ vocatur Siterium.

PLACUIT utrique Regum ut fieret pax & concordia inter eos per decem annos, & facta eſt, & placuit ut hoc juramento firmarent: Et jurarent ipſi, & Barones utriuſque ſuper Altare & ſuper 4. Evangelia, ut tenerent prædictam Concordiam & Treugas per fidem & ſine malo ingenio & ſine fraude per 10. annos, & iſtæ Treugæ factæ fuere de corporibus & pecoribus, de facultatibus & caſtellis per fidem & ſine fraude & malo ingenio: & ſi aliquis Regum vel Baronum iſtas Treugas fregerit, & infra 40. dies clamorem factum non emendaverit, ſit perjurus & alevoſo. Facta Carta Æra MCCV. menſe Octobrio. ut autem ſequenti Feſtivitate Sancti Martini uſque ad 10. annos ſit terminus Treugarum, & quod, infra decem annos ſcriptæ Conventionis, ſit læſus, conqueritur; eſt autem læſus infra 10. annos illos in ablatione iſtorum caſtellorum Kel, Leguin, Malvetzin, Portela.

5. Præterea petit Rex Navarræ ſibi reſtitui à Rege Caſtellæ uſque ad ſummam 100. milia Marcarum Argenti; Rege Sanctio, hodiè in Navarrâ regnante, ſatisfactionem Regi Aldefonſo offerente de omnibus querelis ſuis ſecundum arbitrium Baronum utriuſque vel ſereniſſimi Regis Angliæ. Et confidenter dicimus, quoniam iſta & his ſimilia, infra talem Conventionem, & tales Treugas perpetrata, debent primùm reſtitui, antequàm ad alium Cauſæ perveniatur articulum; quoniam hoc habet Lex, hoc habet conſuetudo, hoc habet Canon, hoc habent omnia jura. Hæc, quæ dicta ſunt, manifeſta ſunt literâ, ſed pleniùs & copioſiùs manifeſtabuntur linguâ.

Judicium ſive Arbitrium Regis Angliæ in cauſa prædicta de differentiis ſibi compromiſſis per Reges Caſtellæ & Navarræ.

A.D. 1177. A. 23. H. 2. H. Dei Gratiâ Rex Angliæ, Dux Norm. & Aquit. & Comes And. chariſſimis amicis ſuis Aldefonſo Regi Caſtellæ & Sanctio Regi Navarræ Salutem. Sicut ex literarum veſtrarum tenore, & fidelium veſtrorum, A.D. 1177.

Johannis Epiſcopi Tiraſonenſis,
Petri de Areis,
Gutteri Petri de Rinoſo,

Relatione, & Nuntiorum veſtrorum.

Epiſc. Palentin,
Comitis Gumes,
Lobdiezt,
Gomes Garſiæ,
Garſi Garſi,
Pet. Petri,
Gotteri Fernanz.
Epiſc. Pampelun.
Garſie Berneri,
Sanctii Ramiri,
Eſpaignol de Taiſſonal,
Petri Raimiri,
Acenari de Chalez,

Aſſertione cognovimus.

Placuit

A.D. 1177. Placuit utrique veſtrum queremonias inter vos habitas, ſuper quibuſdam Caſtellis, & Terris, cum earum terminis & pertinentiis, judicio noſtro terminari; nos vero Fidelibus & Nunciis veſtris ea, qua decuit, veneratione ſuſceptis, pacem inter vos, honori Dei & toti Chriſtianitati plurimum profuturam attendentes, divinæ pietatis & communis utilitatis intuitu, negotium hoc in nos ſuſcepimus. Fidelibus itaque a vobis communiter electis & procuratoribus & advocatis cauſarum veſtrarum in præſentia noſtra, & Epiſcoporum, & Comitum, & Baronum noſtrorum conſtitutis, petitiones & allegationes utriuſque partis diligenter audivimus & intelleximus.

Proponebant ſiquidem hi, quibus cauſa Aldefonſi Regis Caſtellæ commiſſa fuerat, Sanctium Regem Navarræ memorato Regi Caſtellæ, dum adhuc Pupillus eſſet & Orphanus, Caſtella & Terras, ſcilicet Logronium, Navarret, Antlena, Aptol, Agoſoio, cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis, quæ Pater ſuus, die qua deceſſit, & ipſe poſt aliquot annos quiete poſſederat, injuſte & violenter abſtuliſſe; unde & eorum ſibi fieri reſtitutionem poſtulabant.

Illi vero, quibus cauſa Sanctii Regis Navarræ commiſſa fuerat, nichil eorum quæ ab aliis propoſita fuerant contradicentes, aſſerebant Aldefonſum, præfatum Regem Caſtellæ, Sanctio prænominato Regi Navarræ Caſtella, ſcil. Legiun, Portol, & Caſtellum quod tenet Godin, per Guerram & injuſte abſtuliſſe; & parte altera in nullo contradicente ſibi, eorum ſibi fieri reſtitutionem pari petebant inſtantia.

Præterea in ſcripto veſtro continebatur communi, vos Treujas inter vos, uſque in ſeptennium fide interpoſita firmaſſe, & hoc ipſum Nuncii veſtri in jure palam ſunt proteſtati.

Habito igitur cum Epiſcopis, Comitibus & Baronibus noſtris, cum deliberatione conſilio, Pacem inter vos, ad fidem Chriſtianorum propagandam, & ad inimicorum Chriſti confuſionem, neceſſariam fore conſiderantes; plenam etiam, tam ex ſcriptis veſtris quam Nunciorum aſſertionibus, fiduciam concipientes quod, in pace firmanda & conſervanda, conſilio noſtro & præcepto parebitis, ante judicii pronunciationem, ſuper præſcriptis querelis & treujis, mandamus vobis per Nuncios veſtros, & conſulimus, & pæcipimus, & adhuc etiam præſenti ſcripto mandamus ut Pacem inter vos firmetis, & in perpetuum fideliter obſervetis.

Super querelis vero prætaxatis de Caſtellis & Terris, cum omnibus terminis & pertinentiis, hinc inde violenter & injuſte ablatis, cum nichil contra violentiam utrique objectam a parte alterutra alteri reſponderetur, nec quicquid, quo minus reſtitutiones, quas petebant, faciendæ eſſent, allegaretur; plenariam utrique parti ſupradictorum, quæ in jure petita erant, fieri reſtitutionem adjudicavimus. A.D. 1177.

Adjunximus etiam ex judicio treujas præfatas inter vos (ut prædictum eſt) fide firmatas, ſicut ex ſcripto veſtro & Nunciorum veſtrorum publica confeſſione in jure facta nobis conſtitit, uſque ad conſtitutum inter vos terminum inviolabiliter obſervandas. Volumus etiam & præcipimus, pro bono pacis, ut Rex Aldefonſus, dilectus Filius noſter, donet Sanctio Regi Navarræ, Avunculo ſuo, ſingulis annis uſque ad decennium tria millia Marabotinorum, ad tres terminos in anno Byrgis recipienda. Scil. ad quatuor primorum menſium poſt prædictam reſtitutionem utrinque factam mille Marabotinorum, & ad finem quatuor menſium proximo ſequentium mille Marabotinorum, & ad finem quatuor menſium tertio ſequentium mille Marabotinorum, ita ut ſingulis de 10 annis, ſequentibus prædictam reſtitutionem, ſolvantur tria millia Marabotinorum ad eoſdem terminos, & in loco prænominato Sanctio Regi Navarræ.

Præterea Nuncii utriuſque veſtrum juraverunt, ante ſententiæ pronunciationem, vos prædictum judicium noſtrum, tàm de reſtitutionibus quàm de Treujis, firmiter obſervaturos; &, niſi feceritis, quod corpora ſua reddent in manum noſtram & poteſtatem.

Teſtibus his.

Ric. Archiepiſcopo Cantuariæ.
Hug. Dunelm. Epiſcopo.
Gaufr. Elyenſi Epiſcopo.
Rogerio Wigorn. Epiſcopo.
Bartholomo Exonienſi Epiſcopo.
Gileberto Lund. Epiſcopo.
Waltero Rofenſi Epiſcopo.
Reginaldo Bathonienſi Epiſcopo.
Johanne Norwicenſi Epiſcopo.
Johanne Ciceſtrenſi Epiſcopo.
Rodberto Hereford Epiſcopo.
——— *Epiſcopo, de Sancto David Walliæ,* &
Adam Epiſcopo de Sancto Aſaph, &
Epiſcopo de Bangor, &
Chriſtiano Epiſcopo Candidæ Caſæ de Galueia;

A.D. 1177.

Gaufr. Filio Regis Comite Britanniæ, &
Will. Comite Abbemarliæ, &
Rob. Comite Leirceſtriæ, &
Willelmo de Mandevilla Comite de Exſexa, &
Will. Comite Glauceſtriæ, &
Will. de Arundel Comite Sutſexæ, &
Comite Ceſtriæ, &
Comite de Ferreris.

Et de Baronibus Angl. *Ric. de Luci*, &
Will. de Veſci.
Odenello de Dumfravilla.
Rob. de Vall.
Rogero de Mumbrai.
Rob. de Stutevilla.
Philippo de Chima.
Rogerio Bigot, &
Aliis quam pluribus, tam Clericis, quam Laicis, de Regno Angl.

A.D. 1177.

Conventio facta inter Henricum Regem Angliæ & Ludovicum Regem Franciæ, per quam uterque tenetur ire in ſervitium Crucis.

A.D. 1177. *A. 23. H. 2.*

I. Sciant omnes, præſentes & futuri, quòd ego *Ludowicus* Dei gratiâ *Rex Francorum*, & ego *Henricus* eadem gratiâ *Rex Angliæ*, volumus ad omnium, tàm præſentium quàm futurorum, notitiam pervenire, nos, Deo inſpirante, promiſiſſe & juraſſe, quod ſimul ibimus in ſervitium Chriſtianitatis, & Crucem ſuſcipiemus ituri Jeroſolimam, ſicut in ſcripto de ſuſceptione *Crucis* inter nos facto continetur.

2. Volumus etiam quod omnes ſciant quod ſic ſumus, & amodò volumus eſſe amici, quod uterque noſtrum alteri conſervabit vitam, & membra, & terrenum honorem ſuum contra omnes homines pro poſſe ſuo. Et, ſi quæcunque perſona alterutri noſtrum malum facere præſumpſerit, ego *Henricus* juvabo *Ludowicum Regem Franciæ* Dominum meum contra omnes homines pro poſſe meo; & ego *Ludowicus* juvabo *Henricum Regem Angliæ* contra omnes homines pro poſſe meo, ſicut hominem & fidelem meum, (ſalva fide, quam debemus hominibus noſtris, quamdiu ipſi fidem nobis ſervabunt.)

3. Et neuter retinebit inimicum alterius amodò in terra noſtra ex quo requiſitus inde fuerit.

4. Et, ut amodò tollatur inter nos omnis materia diſcordiæ, conceſſimus adinvicem quod de terris, & poſſeſſionibus, & aliis rebus, quas quiſque noſtrum modo poſſidet, alter adverſus alterum inde amodò nichil petet; excepto eo de *Alvernia* unde contentio inter nos eſt; & excepto Feodo de Caſtro *Radulphi*, & exceptis minutis Feodis & diviſis terrarum noſtrarum de *Berria*, ſi homines noſtri aliquid inde interceperint inter ſe, vel adverſus alterum noſtrum.

A.D. 1177.

5. Si autem ſuper hiis, quæ ſuperius excepta ſunt, per nos ipſos convenire non poterimus, ego *Ludowicus Rex Francorum* elegi tres *Epiſcopos*,

Claremontenſem,
Nivernenſem,
Treverenſem:

Et tres *Barones*,

Comitem Theobaldum, &
Comitem Robertum, &
Petrum de Courteneia, Fratres meos:

Et ego *Henricus Rex Angliæ* elegi tres *Epiſcopos*,

Willielmum Cenomanenſem,
Petrum Petragonenſem, &
R. Nanetumenſem;

Et tres *Barones*,

Mauritium de Cooum,
Willielmum Mangott, &
Petrum de Monte Rubell, ex parte mea:

Qui, inquiſita diligenter hinc inde veritate, A.D. 1177. tate, tàm per ſeipſos, quàm per juramenta hominum terrarum illarum, prædicti Epiſcopi in verbo veritatis aſſecurabunt, & Laici jurabunt quod quæcunque cognoverint de jure cujuſcunque noſtrum eſſe, hoc inter nos dicent, & nos eorum dicto bona fide firmiter ſtabimus.

6. Si vero omnes illi Epiſcopi, quos ego Ludowicus elegi, intereſſe non poterunt, nichilominus ſtabimus dicto illorum duorum qui intererint; & ſi omnes Barones ex parte mea nominati non interfuerint, pro eo non remanebit quin ſtabimus dicto aliorum duorum qui interfuerint; Et ſimiliter erit de illis quos ego Rex Henricus elegi tàm de Epiſcopis, quàm de Baronibus; juravimus etiam, quod nullum malum faciemus eis propter hoc quod veritatem dixerint.

7. Et ſi forte, quod Deus avertat, inter nos de terris noſtris aliqua querela oriatur, per eoſdem, bona fide, & ſine malo ingenio, ſine dilatione terminetur; ſi autem aliqua prædictarum perſonarum interim mortua fuerit, altera loco ipſius ſubſtituatur.

8. Si vero alteruter noſtrum, ante ſuſceptionem Crucis, iter peregrinationis arripere voluerit, alter, qui remanebit, terram illius, qui in peregrinatione erit, & homines ſicut ſua propria & dominica cuſtodiet & manutenebit.

9. Poſtquam vero, Deo volente, Crucem ſuſceperimus, homines noſtros, qui nobiſcum ibunt, faciemus jurare quod, ſi alteruter noſtrum in via deceſſerit, (quod Deus avertat) ita illi, qui ſuperſtites erit, fideliter ſervient ſicut ſervirent Domino ſuo, ſi vivus eſſet, quamdiu in terra *Jeroſolimanitana* morari voluerit.

10. Pecuniam vero defuncti habebit vivus ad faciendum ſervitium Chriſtianitatis, præter partem illam, quam, ante iter ſuum, certis locis, & certis perſonis dandam decrevit.

11. Et, ſi uterque noſtrum deceſſerit, eligemus, ſi Deus nobis ſpatium indulſerit, de probis hominibus noſtris, quibus committetur pecunia utriuſque noſtrum ad faciendum ſervitium Chriſtianitatis, & qui ducent & regent homines noſtros. A.D. 1177.

12. Antequam etiam iter noſtrum arripiemus, poſt ſuſceptam Crucem, faciemus illos jurare, quos cuſtodes & gubernatores conſtituemus terrarum noſtrarum, quod ipſi bona fide cum omni poſſe ſuo, ſi neceſſe fuerit, ſeſe adinvicem juvabunt ad defendendum terras noſtras, cum ab invicem requiſiti fuerint; ita quod illi, quos ego Henricus Rex Angliæ præfecero ad gubernandum terras meas, cum omni poſſe ſuo juvabunt ad defendendum terras Ludowici Regis Franciæ Domini mei, quemadmodum terras meas defenderent, ſi civitas mea Rothomagus obſeſſa eſſet; & eodem modo quod illi, quos ego Ludowicus Rex Franciæ præfecero ad gubernandum terras meas, cum omni poſſe ſuo juvabunt ad defendendum terras Henrici Regis Angliæ, quemadmodum terras meas defenderent ſi civitas mea Pariſius obſeſſa eſſet.

13. Volo etiam quod Mercatores & omnes homines, tàm Clerici, quàm Laici, de terra Regis Angliæ cum omnibus rebus ſuis ſecuri ſint & pacem habeant per omnes terras meas; & ego Henricus Rex Angliæ ſimiliter volo quod Mercatores & omnes, tàm Clerici, quàm Laici, de terra Regis Franciæ cum omnibus rebus ſuis ſecuri ſint, & pacem habeant per omnes terras meas. Hæc autem ſupraſcripta nos firmiter obſervaturos promiſimus & juravimus in præſentia

Venerabilis Petri tituli Sancti Chryſogoni Presbyteri Cardinalis, &
Richardi Wintonienſis Epiſcopi, &
Johannis Carnotenſis Epiſcopi, &
Henrici Baiocenſis Epiſcopi, &
Frogerii Sagienſis Epiſcopi, &
Egidii Ebroicenſis Epiſcopi, &
Henrici Regis Regis Angliæ Filii, &
Comitis Theobaldi, &
Comitis Roberti, &
Petri de Curtenai, &
Comitis Simonis Ebroicenſis, &
Willielmi de Humez, &
Multorum aliorum, tam Clericorum, quam Laicorum.

Hæc

Hæc eſt Carta Regis Willielmi Siciliæ, quam fecit Johannæ, Filiæ Henrici Regis Angliæ, de dote ſua, qua eam dotavit die Deſponſationis ſuæ.

A.D. 1178.
A. 24. H. 2.

IN nomine Dei æterni & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Amen.

Rerum Fœdus & Concordiam humanarum, inter cætera pacis bona, ligat fortius & aſtringit vinculum conjugale; quod & ſacramenti altitudine venerandum, & ipſa ſuæ inſtitutionis eſt ſingularitate præclarum, & ſolenni ab initio mundi & temporis conſuetudine celebratum.

Cujus itaque virtus & forma, quia de divina inſtitutione traxit originem, nec de peccato induit maculam, nec de longævi ſerie temporis, deſuetudinis potuit ſentire jacturam. Quinetiam id honoris venerando acceſſit myſterio, ut maris & fœminæ conſenſus in Matrimonium, Chriſti & Eccleſiæ teneat ſacramentum.

Tanti ergo myſterii ratione, ſimul & veneratione inducti nos Will. divina favente clementia, Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Johannam Puellam Regii excellentia ſanguinis illuſtriſſimam, Filiam Henrici magnifici Regis Anglorum, divino nutu & felici auſpicio, ſacri lege matrimonii & martiali nobis fœdere copulamus, ut bonum conjugium caſtæ dilectionis fides exhibeat; unde nobis in poſterum proles Regia, Deo dante, ſuccedat quæ, divini gratia muneris, virtutum ſimul & generis titulo ad Regni poſſit & debeat faſtigium ſublimari.

Quia vero noſtra dignum eſt celſitudine, ut tam nobile ac inſigne conjugium decenti *Dodario* debeat honorari; per hoc præſens ſcriptum damus & in Dodarium concedimus præfatæ Reginæ chariſſimæ Uxori noſtræ, Comitatum Montis Sancti Angeli, Civitatem Siponti, & Civitatem Veſtæ cum omnibus juſtis tenementis & pertinentiis earum.

In ſervitio autem concedimus ei, de Tenementis Comitis Golfridi, Aleſine, Peſchizam, Bicum, Caprile, Baranum, & Sfilizum, & omnia alia quæ idem Comes de honore ejuſdem Comitatus Montis Sancti Angeli tenere dinoſcitur.

Concedimus etiam ei ſimiliter in ſervitio Caudelarium, Sanctum Clericum, Caſtellum, Paganum, Berſentium, & Caguanum. A.D. 1178.

Inſuper concedimus ut ſint de honore ipſius Dodarii Monaſterium Sancti Johannis de Lama, & Monaſterium Sanctæ Mariæ de Pulſano cum omnibus Tenementis quæ ipſa Monaſteria tenent de honore prædicti Comitatus Sancti Angeli; ita quidem ut ipſa Regina, Uxor noſtra prædicta, omnia ſemper recognoſcat ab Hæredibus noſtris, nobis noſtra ordinatione in Regnum ſuccedentibus; & de omnibus præſcriptis Tenementis ſervitium, prout exigit Feodum eorum, integre & illibate jam dictis Hæredibus noſtris faciat, & maneat ſemper in eorum fidelitate.

Ad hujus autem donationis & conceſſionis noſtræ memoriam & inviolabile firmamentum, præſens privilegium per manus Alexandri noſtri notarii ſcribi, & bulla aurea noſtro typario impreſſa, roboratum noſtro ſigillo, juſſimus decorari; in quo familiares noſtri & aliæ perſonæ ſe ſcripſerunt, anno, menſe & indictione ſubſcriptis.

Ego Walterus Panorm. Archiepiſcopus.
Ego Alphanus Capuan. Archiepiſcopus.
Ego Ric. Siracuſ. Epiſcopus.
Ego Barth. Agrig. Epiſcopus.
Ego Reginadus Baren. Archiepiſcopus.
Ego Nich. primus Meſſ. Archiepiſcopus.
Ego Rufus Conſentinus Archiepiſcopus.
Ego Theobaldus Epiſcopus, Abb. regalis Monaſterii Sanctæ Mariæ novæ.
Ego Rob. Catanienſis Epiſcopus.
Ego Wido Cephl. Epiſcopus.
Ego Elias Tojanus Epiſcopus electus.
Ego Juſtus Mazz. Epiſcopus.
Ego Robertus Tricarienſis Epiſcopus.

A.D. 1177. *Ego Petrus Galetanus Epiſc.*
Ego Johan. Potentinus Epiſc.
Ego Rob. de Bizino.
Ego Rob. Malcovenanz.
Ego Alexander Gupill.
Matheus Domini Regis Vice-Cancellarius.
Ego Rob. Caſertanus Comes.
Ego Amphuſus Comes Scrullat.
Ego Gocelinus Comes Lert.
Ego Hugo Comes Catazarii.
Ego Ric. Fundanus Comes.
Ego Walterus de Moac regii fortunati Stolii-Admiratus.
Ego Aldwinus de Candida, Domini Regis Seneſc.
Ego Berardus gentil. regiæ privatæ Maiſnedæ Conſtabularius.
Ego Ric. ſacri Regii Palatii Logoteta.
Ego Bamal. de monte forti Magiſter Juſticiarius.
Ego Perſicus Regiæ Curiæ Magiſter Juſticiarius. A.D. 1177.
Ego Fredericus Regiæ Curiæ Juſticiarius.

Data in urbe Panorm. felici per manus

Walterii venerabilis Panorm. Archiepiſcopi, &
Mathei Regis Vice-Cancellarii, &
Ricardi Venerabilis Sirac. Epiſc.

Domini Regis Familiarium, Anno Incarnationis Dominicæ 1177. Menſe Februarii. 10. indictione. Regni verò Domini noſtri Will. Dei Gratia magnifici & glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Anno 11. feliciter. Amen.

Feodus & Amicitia innovata inter H. Regem Angl. & Philip. Regem Franciæ.

A.D. 1180.
A. 26. H. 2.

1. EGO Philippus Dei Gratiâ Rex Francorum, & ego Henricus eadem gratia Rex Anglorum, Volumus ad omnium, tàm præſentium quam futurorum, pervenire notitiam, quòd fœdus & amicitiam, fide mediâ, & Sacramento innovavimus, quam Dominus meus Rex Francorum & ego Henricus Rex Anglorum firmaveramus inter nos coram Jueri in præſentia

Petri tituli S. Chryſogoni Presbyteri Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legati, &
Richardi Wintonienſis Epiſcopi,

Et aliorum plurimorum Epiſcoporum, Comitum & Baronum qui aderant, viz.

2. Quod ſic ſumus & amodò volumus eſſe amici, quòd uterque noſtrûm alteri obſervabit vitam, & membra, & terrenum honorem ſuum contra omnes homines pro poſſe ſuo. Et ſi quæcunque perſona alteri noſtrûm malum facere præſumpſerit; Ego Henricus juvabo Philippum Regem Franciæ Dominum meum contra omnes homines pro poſſe meo; & Ego Philippus juvabo Henricum Regem Angliæ contra omnes homines pro poſſe meo, ſicut hominem & fidelem meum, Salva fide, quam debemus hominibus noſtris, quamdiu ipſi nobis fidem ſervabunt. A.D. 1180.

3. Et neuter noſtrûm amodò retinebit inimicum alterius in terrâ ſua, ex quo inde requiſitus fuerit.

4. Et ut inter nos tollatur amodò omnis materia diſcordiæ, conceſſimus ad invicem quòd de terris & poſſeſſionibus & omnibus aliis rebus, quas modò habemus, alter adverſus alterum nihil amodò petet, excepto eo de Alvernia, unde contentio inter nos eſt; & excepto feodo de Caſtro Radulfi; & exceptis minutis feodis & diviſis terrarum noſtrarum de Berri, ſi homines noſtri aliquid interceperint inter ſe, vel adverſus alterum noſtrûm.

5. Si autem ſuper his, quæ ſuperius excepta ſunt, per noſmetipſos convenire non poterimus, Ego Philippus Rex Francorum elegi tres Epiſcopos,

Claremontenſem,
Nivernenſem,
Trecenſem,

Et tres Barones,

Comitem Theobaldum, &

A.D. 1180. *Comitem Robertum, &*
Petrum de Courtneia, Patruos meos:

Et ego Henricus Rex Angliæ elegi tres Epiſcopos,

Willielmum Cenomannenſem,
Petrum Petragoritenſem,
Robertum Nannetenſem;

Et tres Barones,

Mauritium de Covun,
Willielmum Maingot,
Petrum de Monte Rabel, ex parte mea.

Qui inquiſitâ veritate hinc inde, tàm per ſeipſos, quàm per juramenta hominum terrarum illarum, prædicti Epiſcopi in verbo veritatis aſſerent, & Laici jurabunt, quòd quicquid cognoverint de jure alterius noſtrûm eſſe, hoc inter nos dicent, & nos eorum dicto bona fide firmiter ſtabimus.

6. Si verò omnes illi Epiſcopi, quos ego Philippus elegi, intereſſe non poterunt, nihilominùs ſtabimus dicto illorum duorum, qui intererunt; & ſi omnes Barones, ex parte meâ nominati, non intererint, pro eo non remanebit, quin ſtemus dicto illorum duorum qui intererunt: Et ſimiliter de illis, quos ego Henricus elegi, tam de Epiſcopis, quàm de Baronibus; juravimus etiam quòd nullum malum faciemus eis propter hoc, quod veritatem dixerint.

A.D. 1180. 7. Et ſi fortè, quod Deus avertat, inter nos de terris noſtris aliqua querela oriatur, per eoſdem bona fide, & ſine malo ingenio, ſine dilatione terminetur: Si autem aliqua prædictarum perſonarum interim mortua fuerit, altera loco ipſius ſubſtituatur.

8. Si verò alter noſtrûm iter peregrinationis arripere voluerit, alter, qui remanebit, terram illius, qui in peregrinatione erit, & homines ſicut ſua propria & Dominica fideliter cuſtodiet, & manutenebit, & defendet contra omnes homines, ſicut ego Philippus defenderem Civitatem meam Pariſiis ſi eſſet obſeſſa, & ſicut ego Henricus defenderem Civitatem meam Rothomagi ſi eſſet obſeſſa.

9. Ego etiam Philippus volo quòd Mercatores & omnes homines, tam Clerici, quàm Laici, de terrâ Henrici Regis Angliæ cum omnibus rebus ſuis ſecuri ſint, & habeant pacem per omnes terras meas: Et ego Henricus ſimiliter volo quod Mercatores, & omnes homines, tàm Clerici, quàm Laici, de terra Domini mei Regis Franciæ ſecuri ſint, & pacem habeant per omnes terras meas.

10. Hæc autem omnia ſupradicta nos obſervaturos & fide & Sacramento promiſimus.

Juraverunt etiam de præcepto noſtro homines noſtri poſt nos, quod bona fide conſulent nos ad obſervandum quod juravimus, nec conſilium præſtabunt quo minus obſervetur.

Acta ſunt hæc 4 Kal. Julii, inter Giſortium & Friam.

Lucius Papa iiſdem, quibus olim Alexander, Privilegiis communit Templarios.

A.D. 1181. *A. 27. H. 2.* LUCIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis Filiis Arnaldo Magiſtro Religioſæ Militiæ Templi, quod Jeroſolimis ſitum eſt, ejuſque Fratribus tam præſentibus quam futuris in perpetuum—— Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.—— Proinde, dilecti in Domino Filii, de vobis, & pro vobis Omnipotentem Dominum collaudamus, quoniam in univerſo mundo veſtra religio, & veneranda inſtitutio nuntiatur.——Cum enim naturâ eſſetis Filii iræ, & ſeculi voluptatibus deditі, nunc per aſpirantem gratiam Evangelii non ſurdi auditores effecti, relictis pompis ſecularibus, & rebus propriis, dimiſſâ etiam ſpatioſâ viâ, quæ ducit ad mortem, arduum iter, quod ducit ad vitam, humiliter elegiſtis, atque, ad comprobandum quòd in Dei Militia ſpecialiter computemini, Signum vivificæ

crucis

A.D. 1181. crucis in veſtro pectore aſſiduè circumfertis. —— Accedit ad hoc quod, tamquam veri Yſralitæ, atque inſtructiſſimi Divini prælii bellatores, veræ caritatis flammâ ſuccenſi dictum Evangelicum operibus adimpletis, quo dicitur, Majorem hac dilectionem nemo habet quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Unde cum, ſummi paſtoris vocem juxta, animas veſtras pro fratribus ponere, eoſque ab incurſibus Paganorum defenſare minime formidetis, &, cum nomine cenſeamini Milites, conſtituti eſtis à Domino Catholicæ Eccleſiæ defenſores, & inimicorum Chriſti impugnatores. —— Licet autem veſtrum ſtudium & laudanda devotio in tam ſacro opere toto corde & tota mente deſudet, nichilominus tamen univerſitatem veſtram exhortamur in Domino, atque in peccatorum remiſſionem auctoritate Dei & beati Petri, Apoſtolorum Principis, tam vobis quam ſervitoribus veſtris injungimus, ut pro tuendâ Catholicâ Eccleſiâ, & eâ, quæ eſt ſub paganorum tirannide, de ipſorum ſpurcitiâ eruendâ, expugnando inimicos crucis invocato Chriſti nomine intrepidè laboretis. — Ea etiam, quæ de ipſorum ſpoliis ceperitis, fidenter in uſus veſtros convertatis, & ne de his, contra velle veſtrum, portionem alicui dare cogamini prohibemus. — Statuentes ut domus ſeu templum, in quo eſtis ad Dei laudem & gloriam, atque defenſionem ſuorum fidelium, & liberandum Dei Eccleſiam congregati, cum omnibus poſſeſſionibus & bonis ſuis, quæ in præſentiarum legitimè habere cognoſcitur, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, perpetuis futuris temporibus ſub Apoſtolicæ ſedis tutela & protectione conſiſtat. — Præſenti quoque decreto ſancimus, ut vita religioſa, quæ in veſtra domo eſt, divina inſpirante gratia, inſtituta, ibidem inviolabiliter obſervetur, & fratres, inibi omnipotenti Domino ſervientes, caſtè & ſine proprio vivant, & profeſſionem ſuam dictis & moribus comprobantes, Magiſtro ſuo, aut quibus ipſe præcepit, in omnibus, & per omnia ſubjecti & obedientes exiſtant. — Præterea quemadmodum domus ipſa hujus ſacræ veſtræ inſtitutionis & ordinis fons & origo eſſe promeruit; ita nichilominus omnium locorum ad eam pertinentium caput & Magiſtra in perpetuum habeatur. Ad hæc adicientes præcipimus ut, obeunte te, dilecte in Domino Fili Arnalde, vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ejuſdem Domûs fratribus præponatur niſi militaris & religioſa perſona, quæ veſtræ converſationis habitum ſit profeſſa; nec ab aliis, niſi ab omnibus fratribus inſimul, vel a ſaniori ac puriori eorum parte, qui præponendus fuerit, eligatur. — Porro conſuetudines, ad veſtræ religionis & officii obſervantiam, à Magiſtro & Fratribus communiter inſtitutas, nulli Eccleſiaſticæ ſecularive perſonæ infringere vel minuere ſit licitum. Eaſdem quoque conſuetudines à vobis aliquanto tempore obſervatas, & ſcripto firmatas, non, niſi ab eo qui Magiſter eſt, conſentiente tamen ſaniori parte capituli liceat immutari. Prohibemus autem & omnimodis interdicimus ut fidelitates, hominia, ſive juramenta, vel reliquas ſecuritates, quæ à ſecularibus frequentantur, nulla Eccleſiaſtica ſecularisve perſona à magiſtro & fratribus ejuſdem domûs exigere audeat. Illud autem ſcitote, quum ſicut veſtra ſacra inſtitutio & religionis militia Divina eſt Providentia ſtabilita, ita nichilominus, nullius vitæ religioſioris optentu, ad locum alium vos convenit tranſvolare. Deus enim, qui eſt incommutabilis & æternus, mutabilia corda non approbat, ſed potiùs ſacrum propoſitum, ſemel inceptum, perduci vult uſque in finem debitæ actionis. Quot & quanti ſub militari cingulo & clamide terreni Imperii Domino placuerunt, ſibique memoriale perpetuum reliquerunt? Quot & quanti in armis bellicis conſtituti pro teſtamento Dei & Paternarum legum defenſione ſuis temporibus fortiter dimicarunt, atque manus ſuas in ſanguinem infidelium Domino conſecrantes, poſt bellicos ſudores, æternæ vitæ bravium ſunt adepti? Videte itaque vocationem veſtram, fratres tam milites, quam ſervientes, atque juxta Apoſtolum, unuſquiſque veſtrum in quâ vocatione vocatus eſt, in eâ permaneat. Ideoque fratres veſtros ſemel devotos, atque in ſacro Collegio veſtro receptos, poſt factam in veſtra militia profeſſionem, & habitum religionis aſſumptum, revertendi ad ſeculum nullam habere præcipimus facultatem. Nec alicui eorum fas ſit, poſt factam profeſſionem, ſemel aſſumptam, crucem dominicam, & habitum veſtræ profeſſionis abjicere, vel ad alium locum, ſeu etiam Monaſterium, majoris ſive minoris Religionis optentu, invitis, ſive inconſultis fratribus, aut eo qui magiſter extiterit, liceat tranſmigrare. Nullique Eccleſiaſticæ ſecularive perſonæ ipſos ſuſcipiendi aut retinendi licentia pateat. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus vel ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nul-

lus

lus a vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Cæterum decimas, quas, conſilio & conſenſu Epiſcoporum, de manu Clericorum vel Laicorum habere poteritis: Illas etiam, quas, conſentientibus Epiſcopis, & eorum Clericis, acquiretis, vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus. Ut autem ad plenitudinem ſalutis, & curam animarum veſtrarum nichil vobis deſit, & Eccleſiaſtica ſacramenta, & divina officia veſtro ſacro Collegio exhibeantur commodius, ſimili modo ſanccimus, ut liceat vobis honeſtos Clericos, & Sacerdotes, ſecundum Deum, quantum ad veſtram ſcientiam, ordinatos, undecumque ad vos venientes ſuſcipere, & tàm in principali domo veſtra, quàm etiam in obedientiis, & locis ſibi ſubditis vobiſcum habere, dummodo, ſi è vicino ſunt, eos a propriis Epiſcopis expetatis, iidemque nulli alii profeſſioni vel ordini teneantur obnoxii. Quod ſi Epiſcopi eoſdem vobis concedere forte noluerint, nichilominus tamen eos ſuſcipiendi & retinendi auctoritate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ licentiam habeatis. Si vero aliqui horum, poſt factam profeſſionem, turbatores religionis veſtræ, aut domus, vel etiam inutiles apparuerint, liceat vobis eos cum ſaniori parte capituli amovere, eiſque tranſeundi ad alium ordinem, ubi ſecundum Deum vivere voluerint, licentiam dare, & loco ipſorum alios idoneos ſubſtituere, qui etiam unius anni ſpatio in veſtra ſocietate probentur. Quo pacto, ſi mores eorum hoc exigerint, & ad veſtrum ſervitium utiles inventi fuerint, tunc demum profeſſionem faciant regulariter vivendi, & Magiſtro ſuo obediendi; ita tamen ut eundem victum, & veſtitum vobiſcum habeant, necnon lectiſternia, excepto eo quod clauſa veſtimenta portabunt. Set nec ipſis liceat de Capitulo, vel cura domus veſtræ ſe temere intromittere, niſi quantum a vobis eis fuerit injunctum. Curam quoque animarum tantum habeant, quantum a vobis fuerint requiſiti. Præterea nulli perſonæ, extra veſtrum Capitulum, ſint ſubjecti, tibique dilecte in Domino Fili Arnalde, tuiſque ſucceſſoribus, tamquam Magiſtro & Prælato ſuo, ſecundum ſtatuta ordinis veſtri obedientiam deferant. Conſecrationes vero altarium ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, & cætera eccleſiaſtica ſacramenta a dioceſanis ſuſcipiatis Epiſcopis, ſiquidem catholici fuerint, & gratiam atque communionem Apoſtolicæ ſedis habuerint, & ea gratis, & abſque pravitate aliqua vobis voluerint exhibere, alioquin liceat vobis catholicos, quoſcumque malueritis, adire antiſtites, qui, nimirum noſtra fultus auctoritate, quæ poſtulantur indulgeant. Clericos autem pro pecunia prædicare aut lucro, voſque pro ejuſmodi cauſa eos ad prædicandum mittere prohibemus, niſi forte Magiſter Templi, qui pro tempore fuerit, certis ex cauſis id faciendum eſſe decreverit. Si quando vero loca deſerta fuerint eidem venerabili domui ab aliquo pia devotione collata, liceat vobis ibidem Villas ædificare, Eccleſias & Cimiteria, ad opus hominum ibidem manentium, fabricare; Ita tamen ut in vicinia illa Abbatia vel religioſorum virorum collegium non exiſtat, quæ ob hoc valeat perturbari. Cum autem terræ cultæ vobis quolibet juſto titulo conferuntur, facultatem & licentiam habeatis ibidem oratoria conſtruendi, cimiteria faciendi ad opus tranſeuntium, & eorum tantummodo qui de veſtra fuerint menſa. Indecens enim eſt, & animarum periculo proximum, religioſos Fratres, occaſione adeundæ Eccleſiæ, ſe virorum turbis & mulierum frequentiæ inmiſcere. Quincunque ſane in veſtro collegio ſuſcipientur, ſtabilitatem loci, converſionem morum, ſeque militaturos Domino diebus vitæ ſuæ ſub obedientia Magiſtri Templi, poſito ſcripto ſuper Altare, in quo contineantur iſta, promittent. Decernimus ergo ut receptores Fraternitatum veſtrarum ſive Collectarum, ſalvo jure Dominorum ſuorum, in beati Petri & noſtra protectione conſiſtant, & per terras, in quibus fuerint, pacem habeant. Simili modo ſanccimus ut, quicumque in veſtra Fraternitate fuerit receptus, ſi forte Eccleſia, ad quam pertinet, a divinis officiis erit prohibita, eumque mori contigerit, eidem ſepultura eccleſiaſtica non negetur, niſi excommunicatus, vel nominatim fuerit interdictus. Præterea ſi quis Fratrum veſtrorum, qui ad recipiendas eaſdem Fraternitates vel Collectas a vobis fuerint miſſi, in quamlibet Civitatem, Caſtellum, vel Vicum advenerint, ſi forte locus ipſe a divinis officiis ſit interdictus, pro omnipotentis Dei reverentia, & eorum jocundo adventu ſemel in anno aperiantur Eccleſiæ, &, excluſis excommunicatis, divina ibi officia celebrentur. Statuimus etiam ut nulli Epiſcopo in Eccleſiis, vobis utroque jure ſubditis, interdicti vel excommunicationis ſententiam liceat promulgare. Verumptamen, ſi generale interdictum fuerit in locis illis prolatum, excluſis excommunicatis & nominatim interdictis, clauſis januis, abſque ſignorum pulſatione, plane divina officia celebretis.

A.D. 1181. lebretis. Decernimus inſuper auctoritate Apoſtolica ut, apud quemcumque locum vos venire contigerit, ab honeſtis atque catholicis ſacerdotibus pœnitentiam, unctionem, ſeu alia quælibet ſacramenta eccleſiaſtica ſuſcipere liceat, ne forte ad perceptionem ſpiritualium bonorum vobis quippiam deeſſe valeat. Quia vero omnes in Chriſto unus ſumus, & non eſt perſonarum differentia apud Dominum, tam remiſſionis peccatorum, quam alterius beneficentiæ, atque Apoſtolicæ benedictionis, quæ vobis indulta eſt, etiam familiam & ſervientes veſtros volumus eſſe participes. Nulli ergo omnino hominum liceat prædictum locum temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, veſtris atque aliorum Dei fidelium uſibus omnimodis profutura. Salva in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si quis igitur hujus noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo tertiove commonitus, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jehu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Conſervantes autem hæc omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus benedictionem & gratiam conſequantur. Amen, Amen, Amen. A.D. 1181.

Filis ſericis flavi coloris.

Hoc eſt Teſtamentum illuſtriſſimi Regis Henrici Secundi Angliæ.

A.D. 1182.

A. 29. H. 2. Ex Antiquo Cod. MS. penes Rememor. Regis. Fol. 1.

1. Henricus, Dei Gratia Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, Comes Andegaviæ, Henrico Regi, & Ricardo, & Galfrido, & Johanni Filiis ſuis; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Archidiaconis, Decanis, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus Hominibus & Fidelibus ſuis, tàm Clericis, quàm Laicis, totius Terræ ſuæ citra Mare & ultra, ſalutem. Notum vobis facio quod apud Waltham, præſentibus Epiſcopis

R. Wintonienſi, &
J. Norwicenſi, &
G. Cancellario Filio meo, &
Magiſtro Waltero de Conſtantiis Archidiacono Oxon. &
Godefrido de Luci, Archidiacono de Derebi, &
Ranulfo de Glanvilla, &
Rogero Filio Reimfridi, &
Hugone de Morewic, &
Radulfo Filio Stephani Camerario, &
Willielmo Rufo,

Feci diviſam meam de quadam parte pecuniæ meæ in hunc modum: A.D. 1182.

2. Domui Militiæ Templi Jeruſalem 5000 Marcas Argenti; Domui Hoſpitali Jeruſalem 5000 Marcas Argenti; & ad communem defenſionem Terræ Jeroſolimitanæ 5000 Marcas Argenti, per manum Magiſtrorum Templi & Hoſpitalis Jeruſalem, & viſum eorundem habendas, præter pecuniam illam, quam prius prædictis domibus Templi & Hoſpitalis commiſeram cuſtodiendam; quam ſimiliter dono ad defenſionem ipſius Terræ Jeroſolimitanæ, niſi eam in vita mea repetere voluero.

3. Et aliis domibus Religioſis totius Jeroſolimæ, & Leproſis, & Incluſis, & Heremitis ejuſdem Terræ 5000 Marcas Argenti dividendas per manum Patriarchæ Jeruſalem, & viſum Epiſcoporum Terræ Jeroſolimæ, & Magiſtrorum Templi & Hoſpitalis.

4. Domibus Religioſis Angliæ, Monachorum, Canonicorum, Sanctimonialium, & Leproſis, & Incluſis, & Heremitis ipſius Terræ, 5000 Marcas Argenti,

genti, dividendas per manum & viſum

R. Archiepiſcopi Cantuar. &
R. Winton, &
B. Wigorn, &
G. Elyen, &
J. Norwic. Epiſcoporum, &
Ranulf de Glanvilla Juſticiarii Angliæ.

5. Domibus religioſis Normanniæ, Monachorum, Canonicorum, Sanctimonialium, & Incluſis, & Heremitis ejuſdem Terræ, 3000 Marcas Argenti, dividendas per manum & viſum

Archiepiſcopi Rothomagenſis, &
Baiocenſis, &
Abrincenſis, &
Sagienſis, &
Ebroicenſis, Epiſcoporum.

6. Domibus Leproſorum ipſius Terræ, 300 Marcas Argenti per manum & viſum prædictorum dividendas.

7. Monialibus Moretoniæ 100 Marcas Argenti.

8. Monialibus de Viliers extra Faleiſiam 100 Marcas Argenti.

9. Domibus Religioſis Terræ Comitis Andegaviæ Patris mei (exceptis Sanctimonialibus de Ordine Fontis Ebraldi) mille Marcas Argenti per manus Epiſcoporum Cenomannenſis & Andegavenſis dividendas; ipſis autem Sanctimonialibus Fontis Ebraldi, & Domibus ipſius Ordinis, 2000 Marcas Argenti, dividendas per manum & viſum Abbatiſſæ Fontis Ebraldi;

10. Sanctimonialibus Sancti Sulpitii Britanniæ, 100 Marcas Argenti;

11. Domui & toti Ordini Grandis Montis 3000 Marcas Argenti;

12. Domui & toti Ordini de Chartuſa, 2000 Marcas Argenti;

13. Domui Ciſtertii & omnibus Domibus ipſius Ordinis (exceptis domibus ejuſdem Ordinis, quæ in Terra mea ſunt, quibus diviſam meam feci) 2000 Marcas Argenti, dividendas per viſum & manum Abbatis Ciſtertii & Clarevallis.

14. Domui Cluniaci 1000 Marcas Argenti, præter hoc quod eidem Domui accommodavi, quod ei perdono niſi in vita mea repetere voluero.

15. Domui majoris Monaſterii perdono 1000 Marcas Argenti quas ei commodavi, niſi eas in vita mea repetere voluero.

16. Sanctimonialibus de Maitilli 100 Marcas Argenti.

17. Domui de Præmuſtrato & toti Ordini, (exceptis Domibus ejuſdem Ordinis quæ in Terra mea ſunt) 200 Marcas Argenti.

18. Domui de Arroais & toti Ordini (exceptis Domibus ejuſdem Ordinis Terræ meæ) 100 Marcas Argenti.

19. Ad maritandas pauperes & liberas Fœminas Angliæ, quæ carent auxilio, 300 Marcas Auri, dividendas per manum & viſum

R. Wintonienſis, &
B. Wigorn. &
G. Elyenſis, &
J. Norwicenſis Epiſcoporum, &
Ranulfi de Glanvilla.

20. Ad maritandas pauperes & liberas Fœminas Normanniæ, quæ carent auxilio, 100 Marcas Auri, dividendas per manum & viſum

Rothomagenſis Archiepiſcopi, &
Abrincenſis, &
Sagienſis, &
Ebroicenſis Epiſcoporum.

21. Ad maritandas pauperes & liberas Fœminas de Terra Comitis Andegaviæ Patris mei 100 Marcas Auri per manum & viſum

Cenomannenſis, &
Andegavenſis
Epiſcoporum dividendas.

22. Hanc autem diviſam feci in prædicto loco, Anno Incarnationis Domini MCLXXXII. Quam vobis Filiis meis per fidem, quam mihi debetis, & ſacramentum, quod mihi juraſtis, præcipio ut firmiter & inviolabiliter teneri faciatis; & quod ſuper eos, qui ipſam fecerint, manum non apponatis: Et quicunque contra hoc venire præſumpſerit, indignationem & iram omnipotentis Dei & Maledictionem ipſius Dei & meam incurrat.

23. Vobis etiam Archiepiſcopis & Epiſcopis mando, ut per ſacramentum, quod mihi feciſtis, & fidem, quam Deo & mihi debetis, in Synodis veſtris ſollempniter accenſis candelis excommunicetis, & excommunicari faciatis omnes illos qui hanc diviſam meam infringere præſumpſerint; & ſciatis quod Dominus Papa hanc diviſam meam ſcripto & ſigillo ſuo confirmavit ſub interminatione Anathematis.

Alexander Papa Bulla ſua confirmat Capellam de Vueleia Roberto Perſonæ Eccleſiæ de Chedelewirthe.

Hen. 2.
Alex. 3.
Ex. Autogr.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto Filio Roberto Clerico, Perſonæ Eccleſiæ de Chedelewirthe, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, affectu proſequente complere; ea propter, dilecte in Domino Fili, tuis juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Capellam de Vueleia, ſicut ad Eccleſiam tuam rationabiliter pertinet, & tu ipſam pacifice poſſides, tibi & eidem Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes ut nullus ibi Cimiterium facere, abſque dioceſani Epiſcopi & Perſonæ ejuſdem Eccleſiæ aſſenſu, præſumat.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat. Tuſculan. VII. KL. Februarii.

Communita Sigillo Plumbeo pendente a filis ſericis flavi rubeique coloris.

Alexander Papa ſuſcipit ſub Protectione beati Petri & ſua Priorem & Eccleſiam Sanctæ Margaritæ de Elenfordeſmer.

Hen. 2.
Alex. 3.
Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis Filiis Gerelm. Priori & Fratribus Sanctæ Margaritæ de Elenfordeſmer, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Preces & petitiones Filiorum Eccleſiæ, quæ rationi concordant, ab Eccleſiaſtica non diſſonant honeſtate, decet nos clementer admittere, & utiliter effectu proſequente complere; ea propter, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus benignius annuentes, Eccleſiam veſtram, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus.

Præterea locum ipſum, in quo Eccleſia veſtra ſita eſt, & poſſeſſiones, quas nobilis vir Radulphus de Chedelewurd Eccleſiæ veſtræ in perpetuam elemoſinam pia largitione legitime conceſſit, ſicut eas rationabiliter poſſidetis, vobis & eidem Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus a vobis decimas præſumat exigere.

Ad hæc auctoritate Apoſtolica inhibemus, ne liceat Sareſberienſi Epiſcopo, in cujus Dioceſi Eccleſia veſtra ſita eſt, aut ejus Archidiaconis, vel Officialibus, vobis, vel Eccleſiæ veſtræ novas & indebitas conſuetudines imponere, vel vos aut Eccleſiam veſtram injuſte gravare.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, confirmationis, & conſtitutionis infringere, vel ei aliquatenus contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat. Anagn. VII. K L. Februar.

Filis ſericis ſubrubicundis.

Alexander Papa confirmat Roberto de Chedelewurd quatuor Hidas Terræ in Chedelew. eidem conceſſas a Monachis de Abendon.

Hen. 2.
Alex. 3.
Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto Filio Rob. de Cheddeſlewurd Clerico Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu ſunt proſequente complenda; ea propter, dilecte in Domino Fili, tuis juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, quatuor Idas Terræ in Chedeleſwurd a Monachis de Abendon rationabiliter tibi conceſſas, ſicut in autentico ſcripto exinde facto continetur, & tu eas legitime poſſides, devotioni tuæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire.

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat. Anagn. V. KL. Februar.

Filis ſericis flavi rubeique color.

Alexander Papa Clericis per Archidiaconat. Berkeſire conſtitutis indulget ne Canes vel Accipitres Archidiacono exhibeant.

Hen. 2.
Alex. 3.
Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis Filiis Clericis, per Archidiaconatum Berkeſire conſtitutis, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum nobis ſit, quamquam inmeritis, omnium Eccleſiarum cura commiſſa, ſicut, officii noſtri debito, cogimur providere ne ſubditi ſuperioribus debitam reverentiam ſubtrahant & honorem, ita quoque volumus præcavere, ne a majoribus ſubditi valeant indebite prægravari; ea propter, quieti veſtræ paterna ſollicitudine providentes, auctoritate vobis Apo-

A.D. 1182.

ſtolica indulgemus, ne canes vel accipitres Archidiacono veſtro cogamini exhibere, nec eum pluries, quàm ſemel in anno recipere, tunc ei per diem unum & noctem neceſſaria miniſtraturi, cum ſeptem tantum equitaturis, & perſonis totidem, & tribus ſervientibus peditibus.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Dat. Lateran. VIII. KL. Martii.

Filis Sericis coloris flavi.

Confirmatio Pacis initæ inter Fratres Militiæ Templi, et Fratres Hoſpitalis.

Hen. 2.
Alex. 3.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis Filiis Magiſtro & Fratribus Militiæ Templi Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Quanto religio veſtra & Fratrum Jeroſolimitanorum Hoſpitalis Deo & hominibus creditur magis grata exiſtere, & Terræ Orientali amplius neceſſaria & opportuna probatur, tanto de veſtra & ipſorum unitate majus debemus gaudium lætitiamque concipere, &, ut ſemper inter vos vinculum dilectionis ſervetur, toto ſtudio laborare; hac itaque ratione inducti, pacem & concordiam, quam cum dilectis Filiis noſtris, Magiſtro & Fratribus Hoſpitalis de omnibus querelis, quæ inter domum veſtram & ipſorum a longo tempore fuerant agitatæ, tàm de terris & poſſeſſionibus, quàm etiam de pecuniis, vel quibuſlibet aliis rebus, de illorum aſſenſu feciſtis, non ſolum gratam, verum etiam ratam habentes, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & perpetuis temporibus firmam illibatamque manere cenſemus; quam utique de verbo ad verbum his litteris duximus annotandam.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen. Notum ſit omnibus, tàm futuris, quàm præſentibus, quòd, per voluntatem omnipotentis Dei, & per Domini Papæ Alexandri, cui ſoli, poſt Dominum, obedire tenemur, præceptum & ammonitionem, ego Frater Odo Sancti Amantis, humilis Magiſter militiæ Templi, & ego Rogerius de Mulinis, Magiſter Domûs Hoſpitalis Jer. conſilio & voluntate Capitulorum noſtrorum, firmam pacem & gratam concordiam fecimus de omnibus querelis, quæ inter Domum Templi & Domum Hoſpitalitatis fuerant uſque ad hanc diem ventilatæ, tàm de terris & poſſeſſionibus, quàm etiam de pecuniis, vel quibuſlibet aliis rebus; ſopitis ita cunctis querelis, tàm citra, quàm ultra, quod nulla deinceps ſuſcitari poſſit vel repeti.

Hanc autem pacem & concordiam, univerſarum querelarum terminationem, nec non & ad invicem fraternam dilectionem, univerſis Fratribus Templi & Hoſpitalis tenere, conſervare & fovere ſtatuimus & præcipimus, ſalvis ab hinc in perpetuum quieteque ac pacifice remanſuris utrique domui rebus & poſſeſſionibus, quas hodie domus utraque, tàm ultra mare, quàm citra, noſcitur tenere.

Siqua vero querela deinceps inter nos, vel ſucceſſores noſtros, ſeu etiam inter Fratres noſtros, citra mare, vel ultra ſurrexerit, per tres utriuſque partis Fratres, ſicut in mandatis à Domino Papa percepimus, eam ſtatuimus terminari; taliter videlicet, quod præceptores illarum domorum vel provinciarum, inter quas orta fuerit quæſtio, aſſumptis quiſque diſcretioribus Fratribus, querelam illam diſſolvere, & pacem inter ſe ſtudeant conſervare, ſine fraude & ſine gravamine alterutrius partis, quantum poterunt, cavere.

A.D. 1182. Si vero per ſe nequiverint Fratres illi querelæ finem imponere, aſciſcant ſibi de ſuis amicis communiter, quorum conſilio & mediatione quæſtio valeat terminari; ſic ſcilicet, quod, in quo major pars Fratrum illorum convenerit vel amicorum, in ea finis querelæ imponatur, & inter Fratres pax ſemper integra & dilectio firma conſiſtat.

Si autem nec ad id pacis adhuc poterint pervenire, querelam ad nos ſcriptam tranſmittant, & nos illam, Deo volente, terminabimus; ipſi vero Fratres nichilominus pacem & benevolentiam inter ſe teneant.

Siquis vero Fratrum, quod abſit, ab hac pace, paciſque ac dilectionis conſervatione diſſiluerit, ſe contra Magiſtri ſui præceptum & Capituli Jeroſolimitani conſtitutionem ſciat egiſſe; reatumque ſuum hujuſmodi nullatenus poterit expiare, quouſque Magiſtri ſui & Capituli Jeroſolimitani conſpectui ſe præſentet. A.D. 1182.

His autem duximus adnectendum, quod Fratres utriuſque domus ſe ubique diligant & honorent, & alter commodum alterius mutua caritate, & unanimitate fraterna perquirant & obſervent; ut, duarum domorum exiſtentes per profeſſionem, unius eſſe pareant per dilectionem.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Sign. IV. Non. Auguſt.

Communita ſigillo plumbeo pendente a filis ſericis rubei coloris.

Littera Philippi Regis Franc. ad Angl. Regem Ricardum, de propoſito eundi ad terram Sanctam.

A.D. 1189. A. 1. R. 1. A.D. 1189.

NOverit veſtra dilectio quòd ad ſubventionem Terræ Jeroſolimitanæ noſtrum hanelat & fervet propoſitum, Deoque noſtrum in Jeroſolimitanis partibus exhibere ſervitium votis affectamus pleniſſimis.

Sanè dudum de verbis veſtris, & ad præſens, de veſtrorum relatione Nunciorum, intelleximus quòd propoſitum & voluntatem habeatis eundi Jeruſalem; voluntatem igitur veſtram & propoſitum ſuper hoc Nunciis noſtris, præſentium latoribus, vice noſtri aſſecurari faciatis, noſque per Litteras veſtras Patentes ſuper hoc certificetis. Iidem verò Nuncii noſtri ſuper hoc vobis ſecuritatem præſtabunt, vobiſque noſtras tradent Litteras Patentes

Act. ab Incarnatione Domini 1189. Menſe Octob.

Ric. Angliæ & Philippus Franciæ Reges iter Jeroſolimitanum aggreſſuri, de quibuſdam inter ſe Articulis ſic conveniunt.

A.D. 1189. A. 1. R. 1. A.D. 1189.

1. PHilippus Dei Gratiâ Francorum Rex, & Ricardus eadem gratia Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus fidelibus, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quòd inter nos firmiter convenit, & de conſilio Prælatorum Eccleſiæ & Principum terrarum noſtrarum diſpoſuimus, ut iter Jeroſolimitanum, ducente Domino, ſimul perficiamus.

2. Et uterque noſtrûm alteri bonam fidem, & bonum amorem ſe ſervaturum promiſit; ego Philippus Rex Francorum, Richardo Regi Anglorum tanquam amico & fideli meo: Et ego Richardus Rex Anglorum, Philippo Regi Francorum, tanquam Domino meo & Amico.

3. Statuimus itaque ut omnes, cruce ſignati in terris, ſub noſtra poteſtate conſtitutis, infra Octavas Paſchæ, vel nos præcedant, vel in termino illo nobiſcum eant; niſi de voluntate & conſcientia noſtra remanſerint.

4. Si vero aliqui aliter remanere præſumpſerint, & perſonæ excommunicationi, & terræ eorundem ſubjicientur interdicto auctoritate Prælatorum terrarum utriuſque noſtrorum.

5. Volumus etiam, ſtatuimus & præcipimus, ut, qui terris noſtris præerunt, ſi opus fuerit, mutua ſibi ſubventione ſuccurrant.

6. Eorum autem bona, qui iter Jeroſolimitanum vel nobiſcum, vel ante nos arripuerint, ita illæſa & intacta permaneant tanquam noſtra propria; &, ſi quis eis injuriam irrogaverit, Juſticiarii & Balivi noſtri faciant emendari, quantum de jure poterint, ſecundum conſuetudinem terrarum noſtrarum.

7. Si vero aliquis, in aliqua terrarum noſtrarum, guerram movere præſumpſerit in abſentia noſtra nobis, vel alicui de terris noſtris, & ad juſtitiam ſe non offert, primo excommunicetur, &, poſt excommunicationem, niſi, infra 40 dies, foriſfactum ſuum emendaverit, decernimus

A.D. 1189. mus ut ipſe & Hæredes ejus imperpetuum exhæredentur: Feudi autem illius, qui per forisfactum ſuum exhæredatus fuerit, tranſeant in proprietatem & Dominium propinquioris Domini à quo feodi movebunt.

8. Præterea quicunque in aliqua terrarum alterutrius noſtrum forisfecerit, & forisfactum emendare noluerit, in terra alterius non receptetur; & ſi ibi inventus fuerit, Juſticiariis terræ illius, in qua deliquit, reddatur.

9. Ad hæc autem, quæ ſupradiximus, obſervanda, Juſticiarios, & Bailivos noſtros ſibi invicem volumus & præcipimus teneri & obligari, uſque ad reditum noſtrum, ſub tenore juramenti, & fidelitatis quam nobis præſtiterunt. Acta ſunt hæc 30 die Decembris aput Nonancurt. A.D. 1189.

Hæc quidem conſtitutio generalis inter duos Reges habita, quoniam inita fuit die Sabbati, ſicut aſſerunt homines, non obtinuit firmitatem; ſet in aliud uſque tempus die Feſto Sancti Johannis Baptiſtæ ſequente, ſcilicet die Dominica peregrinationis initium Domino conſecravit.

Littera Regis Richardi de redditione Caſtrorum de Rok & de Berwyk, & de reſtitutione omnium libertatum quas habuerunt Reges Scotiæ ante captionem Regis W. & de literis reſtitutis & reſtituendis, ſi quæ fuerint inventæ, & litteræ inventæ, non reſtitutæ, omnino non valeant.

A.D. 1189.
A. 1. R. 1.
Ex Autogr.

Richardus, Dei Gratia, Rex Angliæ, Dux Normaniæ & Aquitaniæ, Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſalutem.

Sciatis nos kariſſimo Conſanguineo noſtro Willielmo, eadem Gratia Regi Scotiæ, reddidiſſe Caſtella ſua Rokeborc & Berwyk tanquam ejus propria jure hæreditario ab eo, & hæredibus ejus in perpetuum poſſidenda.

Præterea quietavimus & omnes pactiones quas bonus pater noſter Henricus Rex Angliæ, per novas Cartas & per captionem ſuam extorſit; ita videlicet ut nobis faciat integre & plenarie quicquid Rex Scotiæ Malcolmus frater ejus anteceſſoribus noſtris de jure fecit & de jure facere debuit: Et nos ei faciemus quidquid anteceſſores noſtri prædicto Malcolmo de jure fecerunt & facere debuerunt; ſcilicet & de conductu in veniendo ad Curiam, & in morando in Curia, & in redeundo à Curia, & in procurationibus, & in omnibus libertatibus, & dignitatibus, & honoribus, eidem jure debitis, ſecundum quod recognoſcetur à quatuor Proceribus noſtris ab ipſo W. Rege electis, & à quatuor Proceribus illius à nobis electis. A.D. 1189.

Si autem Marchias Regni Scotiæ aliquis noſtrorum hominum, poſtquam prædictus Rex W. a patre noſtro captus fuit, injuſtè uſurpaverit, volumus ut integre reſtituantur & ad eum ſtatum reducantur quo erant ante ejus captionem.

Præterea de terris ſuis quas haberet in Anglia, ſeu dominicis ſeu feodis, ſcilicet in Comitatu Huntedon, & in omnibus aliis, in ea libertate & conſuetudine poſſideat & hæredes ejus in perpetuum, qua præfatus Rex Malcolmus poſſedit vel poſſidere debuit, niſi prædictus Rex Malcolmus vel hæredes ſui aliquid poſtea infeodaverint; ita tamen quod, ſi aliqua poſtea infeodata ſunt, ipſorum feodorum Servitia, ad eum & ad ejus hæredes pertineant: & terram, quam pater noſter præſcripto Regi W. donavit, in eadem libertate, qua ipſam ei dedit, ipſum

A.D. 1189. ſum & hæredes ſuos perpetuo poſſidere volumus.

Reddidimus etiam ei liggantias hominum ſuorum, quas pater noſter receperat, & omnes Cartas quas pater noſter de illo habuit per captionem ſuam, & quæ forte per oblivionem retentæ vel inventæ fuerint, eas penitus carere viribus præcipimus; ſæpedictus vero W. Rex, liggius homo noſter deveniat, de omnibus terris, de quibus anteceſſores ſui anteceſſorum noſtrorum liggii homines fuerunt, & nobis atque hæredibus noſtris fidelitatem juravit. Ut autem ratum & firmum ſit iſtud & perpetuum, præſenti Carta & Sigillo noſtro id roboravimus.

Teſtibus,
Baldewino Cantuar. &
Waltero Rothomag. &
J. Dublinen. Archiepiſcopis, &

Hugone Dunelmen.
Hugone Lincolnien.
Godefrido Wintonien.
Huberto Sareſberien.
Reginaldo Bathonien. Epiſcopis, &

Domino Johanne fratre noſtro.
R. Comite Leiceſtriæ.
H. Comite de Waren.
H. Bardol.
Steph. de Longo Campo Dapifero noſtro.

Et aliis multis, 5 die Decembris. Dat. per manum W. Elyen. Electi Cancellarii noſtri, apud Cantuar. Regni noſtri Anno primo.

Sigillum integrum pendet de Serico filis aureis & argenteis intertexto.

A.D. 1189.

Charta Richardi Regis Angliæ de Statutis illorum qui per mare ituri erant.

A.D. 1189. A. 1. R. 1.

RIchardus Dei Gratia Rex Angliæ & Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus hominibus ſuis Jeroſolymam per mare ituris, ſalutem. Sciatis nos de communi proborum virorum conſilio, feciſſe has juſtitias ſubſcriptas. Qui hominem in navi interfecerit, cum mortuo ligatus projiciatur in mare. Si autem eum ad terram interfecerit, cum mortuo ligatus in terra infodiatur. Si quis autem per legitimos teſtes convictus fuerit quod cultellum ad alium percutiendum extraxerit: aut quod alium ad ſanguinem percuſſerit, pugnum perdat. Si autem de palma percuſſerit ſine effuſione ſanguinis: Tribus vicibus mergatur in mari. Si quis autem ſocio opprobrium aut convitia, aut odium Dei injecerit; Quot vicibus ei conviciatus fuerit, tot uncias argenti ei det. Latro autem de furto convictus tondeatur ad modum campionis, & pix bulliens ſuper caput ejus effundatur, & pluma pulvinaris ſuper caput ejus excutiatur ad cognoſcendum eum, & in prima terra, qua naves applicuerint, projiciatur. Teſte meipſo apud Chinonem.

A.D. 1189.

Charta Pacis factæ inter Richardum Regem Angliæ & Tancredum Regem Siciliæ.

A.D. 1190. *A. 2. R. 1.* Tancredo, Dei Gratia illuſtri Regi Siciliæ, Ducatûs Apuliæ & Principatûs Capuæ, Richardus, eâdem gratiâ Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Salutem in eo qui dat Salutem Regibus.

Cum pro ſubventione terræ Jeroſolymitanæ (quam, peccatis exigentibus, ex majori parte Paganorum incurſus obtinuit, & inimicorum Crucis Chriſti gladius devaſtavit) ſuſceptum, inſpirante Domino, peregrinationis iter ageremus, per terram veſtram tranſitum facientes, apud Meſſanam, Civitatem veſtram, moram facere compulſi ſumus, ventorum & maris, & temporis inclementiâ navigationis noſtræ propoſitum detinente; ubi inter populum noſtrum, & Cives præfatæ urbis ſeditione caſu exorta damnum hinc & inde contigit rerum & virorum: Unde viſum eſt pluribus ut ea occaſione fraterna inter nos charitas & dilectio turbaretur.

Curantes itaque, ut decebat, peregrinationis noſtræ propoſitum peragere, tum per Nos, & dilectos ac fideles familiares noſtros, tum per venerabiles Archiepiſcopos veſtros, ſcilicet,

Richardum Archiepiſcopum de Meſſana, &
Willielmum Archiepiſcopum de Monte Regali, &
Willielmum Achiepiſcopum de Riſa, &
Richardum filium Venerabilis viri Walteri Cancellarii veſtri.

Et alios viros egregios miſſos a latere veſtro, ſtatuimus, ut illibatæ pacis inter nos arctius fœdera firmentur; cujus formam in ævum duraturam Scripturæ memoria contineret.

Promiſſimus ergo vobis, & Regno veſtro, & toti terræ dominationis veſtræ, per nos & noſtros, terra & mari pacem & perpetuam amicitiam nos fideliter ſervaturos, ſopitis omnibus quæſtionibus, quas tum de Dotario Sororis noſtræ Reginæ, tum de rebus aliis quas per noſtros vobis Nuntios intelligi feceramus: Hoc nihilominus addito, quod quamdiu in Regno veſtro moram fecerimus, ad defenſionem terræ veſtræ ubicunque præſentes fuerimus, vobis auxilium præſtabimus contra quemcunque qui vellet eam invadere, aut vobis bellum inferre. A.D. 1190.

Hujus autem pacis tenorem & formam, quam in voto habemus, & in propoſito gerimus, vobis & veſtris, illæſa fide, ſervare per

Walterum Rothomagenſem Archiepiſcopum,
Girardum Auxienſem Archiepiſcopum, & per

Johannem Ebroicenſem, &
Bernardum Baonicenſem, Epiſcopos, & per

Jordanum de Humez Conſtabularium noſtrum, & per
Willielmum de Curci, & per
Richardum de Camuilla, & per
Girardum de Talebot, & per
Robertum de Sablus, & per
Guidonem de Croum, & per
Guarinum filium Geraldi, & per
Betramnum de Verdun, & per
Willielmum Chamberlangum de Tancorvile, & per
Robertum de Novo Burgo, & per
Hugonem Bardolf, & per
Wigian de Cheresburg, & per
Robertum de Waſtuill, & per
Hugonem le Brun, & per
Johannem de Piller, & per
Amauri de Muntfort, & per
Andream de Chavenni, & per
Willielmum de Forz Dulerum, & per
Gaufridum de Raucune, & per
Amauri Torel,

Et per multos alios Nobiles de familia noſtra fecimus, juramentis præſtitis coram prædictis Archiepiſcopis, ad hoc ipſum efficiendum à vobis deſtinatis, & viris illuſtribus veſtris, in animam noſtram firmari ſicut Capitularis forma continet.

Ut autem pax iſta & fraterna dilectio, tam multiplici quam arctiori vinculo convertatur, prædictis Curiæ veſtræ magnatibus id ex parte veſtra tractantibus, Domino diſponente, condiximus inter Arthurum egregium Ducem Britanniæ kariſſimum nepotem noſtrum, & hæredem

A.D. 1190. dem, ſi forte ſine prole nos obire contigerit, & kariſſimam filiam veſtram matrimonium in Chriſti nomine contrahendum: Ut cum illa, Deo propitio, ad nubiles annos pervenerit, & vos eam mittatis ad locum, ubi pars utraque conſenſerit, prædictus Nepos noſter eam infra dies quindecim, poſtquam ad eum venerit, debeat in uxorem legitimam deſponſare; aut, ſi celſitudini veſtræ placuerit, eam infra annos nubiles deſponſari, prædictus Nepos noſter juxta beneplacitum veſtrum id faciet, ſi ſummus Pontifex diſpenſare voluerit.

Volentes autem ei, tanquam illuſtri Dominæ, & magnifici Regis filiæ, Dotarium, quod conveniat, deſignari, de Ducatu Nepotis noſtri tale Dotarium ei pro parte ipſius Nepotis noſtri, paciſcimur, & quod ad præſens per præfatos fideles noſtros jurari fecimus; &, ab ipſo nepote noſtro concedi, à Magnatibus ſui Ducatus, Epiſcopis & aliis viris illuſtribus jurare faciemus.

Pecuniam vero a Magnificentia veſtra, pro matrimonio iſto, ſcilicet viginti millia unciarum auri, nos recepiſſe ad opus Nepotis noſtri fatemur; hoc pacto interveniente, ut, ſi (quod abſit) morte alterius interveniente, aut culpâ noſtri Nepotis, aut noſtrâ, vel partis ipſius Matrimonium non fieret, Nos aut hæredes noſtri, vobis aut veſtris hæredibus, ſupradictam pecuniam integram ſine difficultate in loco quo ſtatuerimus reſtituemus.

A.D. 1190.

Super hiis autem videlicet, & de pace quam vobiſcum firmavimus, & de matrimonio contrahendo, & de pecuniâ reſtituendâ, ſi forte, prædictis cauſis accidentibus, Matrimonium non extaret, Dominum Papam & Romanam Eccleſiam in fidejuſſione ponimus; ut, ſi forte, quod Deus avertat, ex parte noſtrâ pacis integritas frangeretur, poteſtatem habeat Romana Eccleſia Nos, & terram noſtram diſtrictius coercere; ſimiliter & ad matrimonium contrahendum, poteſtatem habeat nos, & partem Nepotis noſtri conſtringere, vel, ſi, propter cauſas prædictas, non fieret matrimonium, ad reſtituendam pecuniam, nos, aut hæredes noſtros, aut terram noſtram cogere habeat poteſtatem.

Id quoque de fidejuſſione Romanæ Eccleſiæ nos itaque facturos, prædictorum virorum nos obligavimus juramentis, ſicut Capitularis forma continet quam vobis miſimus Sigilli noſtri appoſitione ſignatam.

Si autem nobis ſine hæredibus decedentibus, ipſe ad Regnum noſtrum hæreditario jure pervenerit, de Regno noſtro tale illi Dotarium deſignamus, videlicet antiquum & conſuetum Dotarium Reginarum Angliæ.

Juramenti formula facti de pace ſupradicta Regi Siciliæ.

A.D. 1190.
A. 2. R. 1.

EGO N. juro ſuper hæc Sancta Dei Evangelia, quod Dominus meus Richardus Rex Angliæ ab hora in antea ſervabit Domino Tancredo Regi Siciliæ, Ducatûs Apuliæ, Principatûs Capuæ, & Regno ejus, & tóti terræ dominationis ſuæ pacem perpetuam per ſe vel per ſuos, terra & mari.

Et, quamdiu Dominus meus Ricardus Rex Angliæ fuerit in Regno Domini Tancredi Regis Siciliæ, dabit ei auxilium ad defendendum terram ſuam ubicunque fuerit in Terra Domini Regis Tancredi.

A.D. 1190.

Et quod Dominus meus pacem iſtam manu ſua jurabit, ſi Dominus Rex Tancredus ſimiliter pacem manu ſuâ juraverit.

Et, ſi aliquando (quod abſit) Dominus meus vellet pacem iſtam infringere, ego ponam me in captione ipſius Domini Regis Tancredi, ubi ipſe voluerit.

Et hæc omnia Dominus meus Richardus Rex Angliæ, & ego bona fide, & ſine fraude, ſine malo ingenio tenebimus, ſic Deus nos adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia, & Sanctorum Reliquiæ. Amen.

Epiſtola Ricardi Regis Angliæ ad Clementem Papam, de Pace facta inter ipſum & Tancredum Regem.

A.D. 1190. *A. 2. R. 1.* REverendiſſimo Domino, ac beatiſſimo Patri Clementi, Dei gratiâ Summo Pontifici, Ricardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, & Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Salutem, & ſinceræ in Domino devotionis affectum.

Juſtiorem exitum facta Principum ſortiuntur, cum a ſede Apoſtolica robur & favorem accipiunt, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ colloquio diriguntur; proinde dignum duximus ad notitiam beatitudinis veſtræ, quæ inter nos, & Dominum Tancredum illuſtrem Siciliæ Regem publico nuper & admodum neceſſario ſunt celebrata tractatu.

Sane dilectionem fraternam, & pacem perpetuam cum eo firmavimus; quam Magnatum noſtrorum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & plurimorum virorum illuſtrium juramentis, ei, & ſuis, & Regno ſuo, & toti Terræ Dominationis ſuæ, nos illibata fide promiſimus ſervaturos.

Cum ipſo etiam pacis, & amicitiæ Fœdus arctiori adhuc vinculo aſtringentes, inter Arthurum egregium Ducem Britanniæ kariſſimum Nepotem noſtrum, & Hæredem, (ſi nos decedere ſine prole contigerit) & illuſtrem Filiam ejus matrimonium, volente Domino, condiximus contrahendum, quod Domino largiente debitam conſummationem accipiet, cum illuſtris Puella nubiles annos attigerit; aut prædicto Domino Tancredo Regi placuerit, ut infra nubiles annos illa in Uxorem Nepoti noſtro deſponſanda tradatur, nos ipſum Nepotem noſtrum hoc facturum conceſſimus, ſi Sancta Romana Eccleſia decreverit ſuper hoc diſpenſare.

Pecuniam vero, quam pro Matrimonio ipſo ad opus Nepotis noſtri ab eodem Domino Rege Tancredo recepimus, A.D. 1190. ſcilicet, viginti millia unciarum Auri, ſi forte, quod abſit, morte interveniente alterius, aut culpa noſtra, aut noſtri Nepotis, aut partis ipſius, Matrimonium non ſtaret, nos, aut Hæredes noſtri, ipſi Domino Regi Tancredo aut Hæredibus ejus ex integro reſtituere, præſtitis ſuper hoc ſacramentis, ex parte noſtra tenemur.

Ut igitur tenor pacis initæ & initiati matrimonii fides cum integritate debita ex parte noſtra & Nepotis noſtri ſervetur, ſicut ipſi Domino Tancredo, interpoſitâ jurisjurandi religione, firmavimus, Sanctitatem veſtram & Sanctam Romanam Eccleſiam obnixe rogamus, quatenus & firmatæ pacis ſervandæ perpetuo, & matrimonii conſummandi, vel, ſi ex prædictis cauſis matrimonium ipſum non fieret, reſtituendæ pecuniæ Sancta ſedes Apoſtolica fidejuſſionem pro nobis ſuſcipiat erga Dominum Regem Tancredum & Hæredes ipſius.

Cujus fidejuſſionis onus, ut confidenter nobiſcum Romana Eccleſia ſuſcipiat, præſentium litterarum teſtimonio vobis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ liberam concedimus poteſtatem, nos & Hæredes noſtros, & Terram noſtram diſtrictius coercere, ſi contra pacem præfatam venerimus, vel prædictis cauſis Matrimonio non ſecuto, nos aut Hæredes noſtri ſolutionem pecuniæ negaremus.

Ad honorem utriuſque Regni veſtra novit beatitudo ſpectare, ſi, mediante Romana Eccleſia, pacis pariter, & Matrimonii bonum ad congruum finem deveniat; unde multiplex in futurum utilitas conſequatur. Teſtibus nobis ipſis undecimo die Novembris, apud Meſſanam.

Conventio quædam inter Philippum Regem Franciæ, & Ricardum Regem Angliæ, facta Meſſanæ.

Incipiente Anno a Nat. Chriſti 1191.

A. 2. R. 1.

Ex Rotulo In Theſaur.

1. IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. Philippus Dei Gratia Francorum Rex. Noverint univerſi præſentes pariter & futuri, quod pax firma inita eſt inter nos, & amicum, & fidelem noſtrum, & fratrem Richardum illuſtrem Regem Angliæ, & ipſe pacem firmavit nobis ſacramento in hunc modum.

2. Prædicto Regi bono corde & bona voluntate concedimus quòd amodò liberè quamlibet voluerit ducat Uxorem, non obſtante illa Conventione inter nos & ipſum facta de Sorore noſtra Aelois, quam debebat ducere in Uxorem.

3. Præterea quitavimus ei & Hæredibus ſuis Maſculis, ex eo & Uxore ſua deſponſata naſcituris & viventibus poſt deceſſum Regis Angliæ, & terram Tenentibus, Giſortium, & Melpham, & Novum Caſtellum de Sancto Dioniſio, & Mulcaſium Normanum cum pertinentiis ſuis.

4. Et ipſe nobis conceſſit, quod ſi eum mori contingeret ſine maſculo Hærede ex eo & Uxore ſua deſponſata, tam cito Giſortium, & Melpham, & Novum Caſtellum, & Mulcaſium Norman. cum pertinentiis ſuis ad nos, vel Hæredes noſtros maſculos ex nobis & Uxore noſtra deſponſata, revenient.

5. Et, ſi nos mori contingeret ſine maſculo Hærede ex nobis & Uxore noſtra deſponſata, vivente poſt deceſſum noſtrum, & Terram tenente, volumus quod Giſortium, & Melpha, & Novum Caſtellum, & Mulcaſium Norman. cum pertinentiis ſuis ad Dominum Normanniæ reveniant.

6. Et, ſi Rex Angliæ haberet duos Hæredes maſculos, aut plures, voluit & conceſſit ut major natu teneat in capite a nobis totum id quod debet tenere a nobis citra mare Angliæ; & alius unam ex Baroniis tribus tenebit à nobis in capite, viz. Dominium Normanniæ, aut Dominium Andegaviæ, & Cenomanniæ, aut Dominium Equithaniæ & Pictaviæ.

7. Et, propter hæc ſupradicta, donavit nobis prædictus Rex Angliæ decem millia Marcas Argenti, ad pondus Trecenſe; quarum tria millia ſolvet nobis, vel nuncio noſtro certo in proximo Feſto omnium Sanctorum apud Caluum Montem: & alia tria millia in alio Feſto omnium Sanctorum: & duo millia in tertio Feſto omnium Sanctorum: & alia duo millia in quarto Feſto omnium Sanctorum.

A.D. 1191.

8. Præterea concedimus & conceſſimus quod de omnibus feodis, quos prædeceſſores ſui a noſtris tenuerant, homo noſter ligeus eſt, ſicut prædeceſſores ſui fuerant prædeceſſorum noſtrorum, & nos recepimus in hominem ligeum de prædictis feodis.

9. Ipſe autem quitavit nobis feodum Exondini, & feodum Cracaii cum omnibus pertinentiis, & quicquid habebat, & quicquid expectabat habendum in Alvernia, tàm in feodo, quàm in Dominio ſuo.

10. Nos autem quitavimus ei Caturcum & Carturcin. integre cum pertinentiis ſuis, exceptis duabus Abbatiis regalibus, viz. Fiſiaco & Sellaco cum pertinentiis ſuis, quæ noſtræ ſunt, & ad nos pertinent.

11. Ipſe autem nobis conceſſit quod de terra Comitis Sancti Egidii nichil de cætero occupabit ultra hoc quod diximus, quamdiu Comes Sancti Egidii in Curia noſtra ſufferre juſtitiam voluerit, aut potuerit; Si vero Comes Sancti Egidii in Curia noſtra de jure deficeret, nos extunc Regi Angliæ, pro Comite Sancti Egidii, non noceremus, niſi ſponte noſtra ipſum vellemus adjuvare.

12. Si autem prædictæ Conventiones inter nos ad invicem, ſicut ſuperius dictæ ſunt, fuerunt obſervatæ, volumus & concedimus quod Rex Angliæ habeat, & teneat in bona pace omnia tenementa, in Feodo & Dominio, quæ habebat die qua iter Jeroſolimitanum arripuit.

13. De Conventionibus autem prædictis mutuo obſervandis Regi Angliæ damus fidejuſſores & obſides Comitem Pontinum cum toto feodo in hunc modum, quod, ſi prædictas Conventiones omnes non obſervaremus, prædictus Comes, aut Hæres ejus inter tres ſeptimanas, ex parte Regis Angliæ, vel Hæredis ſui

A.D. 1191. requiſitus & ſubmonitus, in propria perſona, vel ad domum ſuam, ubi ſolitus eſt habitare, veniet ad Regem Angliæ, ſine contradictione aliqua, cum omnibus feodis ſuis integris, ad id faciendum teneri, quod Carta ſuper hoc facta teſtatur, donc Conventio ſalva ſit & firma.

14. Omnes alii, qui ſubſcripti ſunt, eodem modo dati ſunt fidejuſſores & obſides, hoc idem obſervaturi quod idem Comes, & inde litteras ſuas patentes dabunt Regi Angliæ, vel ejus certo nuncio, & jurabunt prædictas Conventiones ſe obſervaturos, ſecundum poſſe ſuum, bona fide, & ſine malo ingenio.

15. Hii autem fidejuſſores ſunt, poſt Comitem, de prædictis Conventionibus tenend.

Beurad. de Sancto Walerico, vel ille ex Heredibus ſuis qui Sanctum Walericum tenebit, cum toto Feodo ſuo.

Will. de Borry, vel Hæres ejus, cum toto Feodo ſuo.

Johannes de Terria, vel Hæres ejus, cum toto Feodo ſuo.

Dominus Cancellarius, vel Hæres ejus, cum toto Feodo ſuo.

Punen. de —— vel Hæres ejus, cum toto Feodo ſuo. A.D. 1191.

Comes Robertus, vel Hæres ejus, cum toto Feodo ſuo.

Hugo de Caſtello, vel Hæres ejus, cum toto Feodo ſuo.

Comes Partici, vel Hæres ejus, cum toto Feodo ſuo.

Dominus Iſondom, vel Hæres ejus, cum toto Feodo ſuo.

16. Conceſſit etiam nobis Rex Angliæ quod, infra menſem primum a reditu ſuo, remittet in Franciam, ſine contradictione aliqua & impedimento, Aelaes Sororem noſtram, ſive vivi fuerimus, ſive mortui.

17. Volumus etiam ut ſervitia & juſtitias ex Feodis, quæ a nobis tenet, nobis reddat, ſicut anteceſſores ſui noſtris anteceſſoribus reddiderunt; ſalvis Conventionibus quæ hic ſupraſcriptæ ſunt.

18. Quæ omnia, ut perpetuam obtineant ſtabilitatem, ſigilli noſtri auctoritate confirmamus; Actum Meſſinæ Anno incarnati verbi Milleſimo Centeſimo Nonageſimo, Menſe Martii.

Henrici VI. Imperatoris Auguſti Reſcriptum ad Regem Franciæ, quo ſumma cum oſtentatione prædicat Ricardum Regem eſſe captivum.

A.D. 1192. An. 4. R. 1. Henricus, Dei gratiâ, Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, dilecto & ſpeciali amico ſuo Philippo illuſtri Francorum Regi ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Quoniam Imperatoria Celſitudo non dubitat Regalem Magnificentiam tuam lætiorem effici de univerſis, quibus omnipotentia Creatoris nos ipſos & Romanum Imperium honoraverit & exaltaverit, nobilitati tuæ, præſentium tenore, declarare duximus, quod inimicus Imperii noſtri, & turbator Regni tui, Ricardus Rex Angliæ cum eſſet, in tranſeundo mare, ad partes ſuas reverſurus, accidit, ut ventus, rupta navi ſua, in qua ipſe erat, duceret eam verſus partes Iſtriæ, ad locum qui eſt inter Aquileiam & Venetias; ubi ipſe Rex, Dei permiſſione, paſſus naufragium, cum paucis evaſit. A.D. 1192.

Quidam itaque fidelis noſter, Comes Mainardus de Gortze, & populus Regionis illius, audito quod in terra erat, & conſiderato diligentius, qualem nominatus Rex in Terra promiſſionis proditionem & traditionem, & perditionis ſuæ cumulum exercuerat, inſecuti ſunt, intendentes eum captivare; Ipſo autem Rege in fugam converſo, ceperunt de ſuis octo Milites.

Poſtmodum proceſſit Rex ad Burgum in Archiepiſcopatu Salzeburgenſi, qui

A.D. 1192. vocatur Friſorum, ubi Fridericus de Boteſowe, Rege cum tribus tantum verſus Auſtriam properante noctu, ſex Milites de ſuis cepit.

Dilectus autem conſanguineus noſter Linpoldus Dux Auſtriæ, obſervata ſtrata, impoſitis ubique cuſtodibus, ſæpedictum Regem juxta Wenam in Villa viciniori in domo deſpecta captivavit.

Cum itaque in noſtra nunc habeatur potestate, & ipſe ſemper tuæ moleſtiæ & turbationibus operam præſtiterit, ea, quæ præmiſimus, nobilitati tuæ inſinuare curavimus, ſcientes ea dilectioni tuæ beneplacita exiſtere, & animo tuo uberrimam importare lætitiam. Datum apud Rithiencie, quinto Kalendas Januarii. A.D. 1192.

Vetus de Monte per Epiſtolam ſuam Limpoldo Duci Auſtriæ miſſam purgat Ric. Regem Angliæ de morte Marchiſi de Monte-Ferrato.

A.D. 1192. Limpoldo Duci Auſtriæ Vetus de Monte ſalutem. Cum plurimi Reges & Principes ultra mare Ricardum Regem Angliæ & Dominum de morte Marchiſi inculpant, juro per Deum, qui in æternum regnat, & per legem, quam tenemus, quod in ejus morte culpam non habuit; eſt cauſa ſiquidem mortis Marchiſi talis.

Unus ex fratribus noſtris, in unam navem de Salteleya, ad partes noſtras veniebat, & tempeſtas forte illum apud Tyrum impulit, & Marchiſus fecit illum capi & occidi, & magnam ejus pecuniam rapuit; Nos vero Marchiſo Nuncios noſtros miſimus mandantes, ut pecuniam fratris noſtri nobis redderet, & de morte fratris noſtri ſatisfaceret, quam ſuper Reginaldum Dominum Sidonis poſuit; Et nos tantum fecimus per amicos noſtros quod in veritate ſcivimus, quod ipſe fecit illum occidere & pecuniam illius rapere.

Et iterum alium Nuncium noſtrum, nomine Eurisum, miſimus ad eum, quem in mari mergere voluit; ſed amici noſtri illum a Tiro feſtinanter fecerunt recedere, qui ad nos cito pervenit, & iſta nobis nunciavit. Nos quoque ex illa hora Marchiſum deſideravimus occidere; Tunc quoque duos fratres miſimus ad Tirum, qui eum apertè & ferè coram omni populo Tiri occiderunt. A.D. 1192.

Hæc itaque fuit cauſa mortis Marchiſi, & bene dicimus vobis in veritate, quod Dominus Ricardus Rex Angliæ in hac Marchiſi morte nullam culpam habuit; Et qui, propter hoc, Domino Regi Angliæ malum fecerunt, injuſte fecerunt, & ſine cauſa.

Sciatis pro certo quod nullum hominem hujus mundi pro mercede aliqua vel pecunia occidimus, niſi prius malum nobis fecerit.

Et ſciatis quod literas iſtas fecimus in domo noſtra ad Caſtellum noſtrum Meſſiat in dimidio Septembris. Anno ab Alexandro Papa quinto.

Aleonora, Angliæ Regina, Papæ opem miſerabiliter implorat pro liberatione Regis Anglorum Richardi filii ſui.

A.D. 1193. A. 4. R. 1. Reverendo Patri, & Domino Cæleſtino, Dei Gratiâ Summo Pontifici, A. in irâ Dei Regina Anglorum, Duciſſa Normanniæ, Comitiſſa Andegavenſis, miſeræ matri exhibere ſe Patrem.

Silere decreveram, nè inſolentiæ & præſumptionis arguerer, ſi forte adverſus Principem ſacerdotum verbum aliquod minus cautum abundantia cordis, & vehementia doloris eliceret. Sanè non multùm ab inſania differt dolor dum in impetu ſuæ accenſionis eſt; Dominum non agnoſcit, ſocium non veretur, nec defert, nec parcit alicui, ſed nec tibi.

Nemo ergo miretur, ſi verborum modeſtiam vis doloris exaſperet, jacturam enim plango publicam: Sed & familiaris dolor in Spiritûs mei præcordiis inconſolabiliter radicavit. Sagittæ nempe Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. Gentes divulſæ, populi lacerati, Provinciæ deſolatæ, & generaliter tota Occidentalis Eccleſia confecta lamentis in ſpiritu contrito & humiliato ſupplicant vobis; quem conſtituit Deus ſuper Gentes & Regna in omni plenitudine poteſtatis.

Afflictorum quæſo clamor introeat in aures veſtras, calamitates enim noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper numerum; Nec iſta diſſimulare poteſtis citra criminis & infamiæ notam, cum ſitis Vicarius Crucifixi, Succeſſor Petri, Sacerdos Chriſti, Chriſtus Domini, Deus etiam Pharaonis.

De vultu tuo Pater judicium prodeat, oculi tui videant æquitatem, de arbitrio veſtro & de clementiâ veſtræ ſedis pendent vota populi; &, niſi maturius arripiat manus veſtra judicium, tota redundabit in vos Tragœdia hujus mali; cum ſitis Pater Orphanorum, & judex viduarum, mærentium & dolentium conſolator, & omnibus civitas refugii, in tanto cumulo miſeriarum unicum & commune omnibus expectatur de veſtræ poteſtatis auctoritate ſolatium.

Filii Iſrahel Moyſen, cujus agitis vices, conſultabant in duris, & ad Tabernaculum fœderis confugiebant in anguſtiis ſuis. Rex noſter in arcto eſt, & undique anguſtiæ premunt eum. Videte ſtatum, aut potiùs caſum Regni, malitiam temporis, tyranni ſævitiam, qui de fornace avaritiæ arma iniquitatis inceſſanter fabricat contra Regem; quem in Sancta peregrinatione, in protectione Dei Cæli, & tuitione Romanæ Eccleſiæ captum, & vinculis carceralibus coarctatum tenet, occiditque terrendo: Contemnit enim Deum & terribilia judicia ejus, prædæ incubat, & non eſt qui de manu ejus poſſit eruere.

Si Eccleſia Romana comploſis manibus ad tantas injurias Chriſti ſilet, & exurgat Deus, & judicet cauſam noſtram, reſpiciat in faciem Chriſti ſui. Ubi eſt zelus Eliæ in Achab? Zelus Johannis in Herodem? Zelus Ambroſii in Valentem? Zelus Alexandri tertii, qui, ſicut audivimus & vidimus, patrem iſtius Principis Fredericum plenâ auctoritate Apoſtolicæ ſedis ſolenniter & terribiliter à fidelium communione præcidit? Porro tyrannus Apoſtolicas claves habet ludibrio, nec niſi verba reputat legem Dei.

Sed tanto conſtantiùs deberetis arripere gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Scriptum eſt enim, qui vos ſpernit, me ſpernit. Ideo ſi veſtram non vultis aut Eccleſiæ Romanæ injuriam perſequi, vobis tamen diſſimulare non licet Petri opprobrium & injuriam Chriſti.

Non ſit ergo alligatum in ore veſtro verbum Domini, nec in vobis timor humanus obruat ſpiritum libertatis. Tolerabilius eſt incidere in manus hominum quàm derelinquere legem Dei. Confidunt in virtute ſuâ, & in multitudine divitiarum ſuarum gloriantur inimici crucis Chriſti; quorum finis interitus, & gloria eorum in confuſione.

Quicquid Eccleſiarum & pauperum neceſſitati ſubtrahitur, inſatiabilis avaritiæ devorat ingluvies. Sed prope eſt ut in eos manus Domini tempeſtivam exerceat ultionem, & eveniet quod B. Job de prædone impio proteſtatur, divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre ejus

ejus extrahet eas Deus: Luet, quæ fecit omnia, nec tamen conſumetur. Quod ſi ad tempus humanum evadunt judicium, divinum terribilius eſt quod imminet eis: Quorum gaudium præſens inſtar puncti, interminabilis verò pœna ignis & vermis.

Quis enim unquam perſecutor innocentiæ ultricem illius manum, qui aufert Spiritum Principum potenteſque potenter punit, legitur evaſiſſe? Ut de pœnâ taceam gehennali, ſæpè legimus, quomodo digitus Dei, pro arbitrio ſuo, Regna & Imperia transfert: Quas etiam ſicut vult erigit, & ſicut vult dejicit poteſtates.

Non deterreat quæſo vos ſecularis elatio. ſuperbus eſt Moab, & major eſt ſuperbia ejus quam fortitudo ipſius; è contrario autem Nomen Domini plurima fortitudo.

Illud vero publicè contriſtat Eccleſiam populiſque murmur excitat, nec mediocriter militat in diſpendium veſtræ opinionis, quòd in tanto diſcrimine, in tot lacrymis, in tot Provinciarum ſupplicationibus, nec unum Nuncium ad Principes illos à veſtro latere deſtinatis.

Sæpè, pro cauſis mediocribus, veſtri Cardinales, in magnâ poteſtate etiam, ad partes barbaras legatione funguntur: In causâ vero tam arduâ, tam lamentabili, tam communi nec unum adhuc Subdiaconum aut Acolythum deſtinaſtis; Legatos enim hodie facit quæſtus, non reſpectus Chriſti, non honor Eccleſiæ, non Regnorum Pax aut populi ſalus. Quis quæſtus vobis aut proventus glorioſior poſſet eſſe, quam, in hac liberatione Regis, Summi Pontificis apicem, ſive Sacerdotium Aaron, & Phinees exaltare?

Sane non multum humiliaſſes ſedis Apoſtolicæ dignitatem, ſi in propriâ perſona ad tanti liberationem Principis in Germaniam deſcendiſſes. Quem enim tam officioſè colebat in proſperis, tam deſidioſè deſerere non debuit in adverſis. Quare non appenditis in libra juſtitiæ beneficia, quæ bonæ memoriæ Henricus Pater iſtius Regis, vobis ſicut vidimus in articulo ſummæ neceſſitatis exhibuit; ut è diverſo tyrannidem Frederici, quam in vos & Eccleſiæ Romanæ poſſeſſiones, & in omnes, qui vobis fideliter adhærebant, exercuit? Cum enim prænominatus Fredericus, fautor Schiſmaticæ diſſenſionis & auctor, contra Alexandrum 3. Canonice, ſicut ſcitis electum, in partem Apoſtatæ Octaviani conjuraſſet, atque ſub illâ ſchiſmatis concuſſione generaliter ubique terrarum Eccleſia laboraret, Reges Franciæ & Angliæ variis ex utrâque parte legationibus tentabantur: Cumque ſententia Regis Francorum conſiliorum varietate, cui faveret parti fluctuans, dubia vacillaret, Rex Henricus, dolens Chriſti tunicam diutius ſcindi, primus Alexandro Papæ conſenſit, multaque cautela trahens Regem Francorum pariter ad conſenſum Apoſtolicum ſuis munivit conſiliis, & firmavit auxiliis; & ſic navem Petri, ſub certo diſcrimine naufragantem, in ſecura littoris ſtatione locavit.

Hæc apud Caſtrum Radulphi vidimus, ubi etiam Romanorum votis, ſicut ipſi pro miraculo publice prædicabant, plenioribus xeniis auri & argenti Regia munificentia ſatisfecit.

Notabiliter igitur dehoneſtat gloriam Sedis Apoſtolicæ, quod aliqua unquam ingratitudo tanti beneficii memoriam potuit abolere. Quandóque poterit ex cauſa conſimili, quod Deus avertat, ſchiſmatis pullulare fermentum, veſtræque præſentis deſidiæ & defectus recordatio poterit tunc aliquibus cedere in ſingultum. Licet enim liberationem Regis ille veteratus ſerpens, ille coluber tortuoſus machinationibus præſtigioſis impediat, confidimus tamen in Domino quòd tempeſtivè reſpiciet in faciem Chriſti, & dabit Imperium Regi ſuo.

Expectatio ſiquidem noſtra in ſpe certa, & fide firma convaluit: Fit enim inceſſanter oratio ab Eccleſia ad Deum pro eo: Deus autem, qui in tempore accepto exaudit, & adjuvat in die ſalutis, reſpiciet in orationes humilium, & non ſpernet preces eorum: Multum enim valet deprecatio juſti aſſidua: Sol ad preces Joſue ſtetit, & Luna contra vallem Achilon non eſt mota: Quia juſti precibus obtinetur, ut à corde peccatoris ſol juſtitiæ non recedat, & mens hominis, quamvis in defectum prona ſit, virtutum tamen ſtabilitate firmatur. Non enim tantum remittitur oratione peccatum, ſed & pœna peccati declinatur beneficio precum.

Ideo bonum eſt Regi præſtolari cum ſilentio ſalutare Domini; nam ſi nunc in fornace tribulationis purgatur à Deo, qui circa eum adverſa & proſpera ſaluberrimâ moderatione diſponit, vexatio tranſibit in gloriam, atque pro confuſione duplici, & rubore in terra duplicia poſſidebit. Beatus itaque vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus. Sane ſicut nunc ei publici gemitus, & generales impen-

A.D. 1193. duntur lacrymæ, ſic deſideratus gentibus tempeſtivè communibus excipietur votis in exultatione univerſæ terræ. Domine in virtute tuâ exaltabitur Rex, & Eccleſia Romana, quæ nunc nimis culpabiliter in ejus liberatione lenteſcit, non ſine lacrymis erubeſcet, quòd in tantis anguſtiis tantum filium non agnovit. A.D. 1193.

Alienoræ Reginæ Littera altera ad Eundem, ejuſdem quoque Argumenti.

A.D. 1193.
A. 4. R. 1.

Reverendo Patri & Domino Cæleſtino Dei Gratiâ ſummo Pontifici A. miſera, & utinam miſerabilis Anglorum Regina, Duciſſa Normanniæ, Comitiſſa Andegaviæ, miſeræ matri exhibere ſe miſericordiæ Patrem.

Invidente locorum diſtantiâ prohibeor, beatiſſime Papa, vobis præſentialiter loqui: Neceſſe tamen eſt ut plangam paululum dolorem meum; & quis mihi tribuat ut ſcribantur ſermones mei? Tota interiùs & exteriùs anxior; unde & verba mea dolore ſunt plena. Foris ſunt timores, intus pugnæ, nec ad momentum mihi reſpirare liberum eſt a tribulatione malorum & dolore a tribulationibus quæ invenerunt nos nimis. Tota dolore contabui, pellique meæ conſumptis carnibus, adhæſit os meum. Defecerunt anni mei in gemitibus, & utinàm omnino deficiant, utinàm totus ſanguis corporis mei jam emortui, cerebrum capitis oſſiumque medullæ ita diſſolvantur in lacrymas, ut in fletus tota pereffluam. Avulſa ſunt à me viſcera mea, baculum ſenectutis meæ, & lumen oculorum perdidi: Meiſque votis accederet ſi Deus, infelices oculos meos, nè mala gentis meæ ulterius videant, perpetua cæcitate damnaret. Quis det mihi ut pro te moriar fili mi? Matrem tantæ miſeriæ reſpice miſericordiæ mater, aut ſi filius tuus, fons miſericordiæ inexhauſtus, peccata matris requirit à filio, ab ea, quæ ſola deliquit, totum exigat, puniat impiam, & de pœnis innocentis non rideat. Qui cæpit, ipſe me conterat, tollat manum ſuam, & ſuccidat me; &, hæc ſit conſolatio mea, ut affligens me dolore, non parcat. Ego miſera, & nulli miſerabilis, cur in hujus deteſtandæ ſenectutis ignominiam veni, Duorum Regnorum Domina? Duorumque Regum mater extiteram.

Avulſa ſunt a me viſcera mea, generatio mea ablata eſt, & convoluta eſt à me; Rex junior & Comes Britanniæ in pulvere dormiunt, & eorum mater infeliciſſima vivere cogitur, ut irremediabiliter de mortuorum memoria torqueatur. Duo filii mihi ſupererant ad ſolatium, qui hodie mihi, miſeræ & damnatæ, ſuperſunt ad ſupplicium. Rex Richardus tenetur in vinculis: Joannes frater ipſius regnum captivi depopulatur ferro & vaſtat incendiis; in omnibus verſus eſt mihi Dominus in crudelem, & adverſatur mihi in duritia manus ſuæ. Verè pugnat ira ejus contra me, ideò & filii mei pugnant inter ſe; ſi tamen pugna eſt, ubi unus vinculis arctatus affligitur, alius, addens dolorem ſuper dolorem, ipſius crudeli tyrannide ſibi regnum exulis uſurpare molitur. A.D. 1193.

Bone Jeſu! quis mihi tribuat ut in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, donec ceſſent ſagittæ quæ in me ſunt, quarum indignatione ſpiritus meus totus ebibitur? Mors in voto mihi eſt & vita in tædio. Et cum ſic moriar inceſſanter, in deſideriis tamen habeo mori plenius, vivere compellor invita, ut vita mihi ſit pabulum mortis, & materia cruciatus. O felices, qui inexperti ludibria vitæ hujus, & inopinatos eventus conditionis incertæ beato prævenerunt aborſu! quid facio? cur ſubſiſto? quare moror miſera? & non vado ut videam, quem diligit anima mea, vinctum in mendicitate & ferro? ut quid enim tanto tempore mater potuit obliviſci Filii uteri ſui? Tigres erga fætus ſuos, & lamias etiam ſæviores emollit affectio.

Fluctuo tamen in dubio. Si enim abiero, deferens filii mei Regnum, quod undique gravi hoſtilitate vaſtatur, erit in abſentia mea communi conſilio & ſolatio deſtitutum: Si autem ſubſtitero, deſideratiſſimam mihi faciem filii mei non videbo, non erit qui liberationem filii mei ſtudioſe procuret, &, quod magis vereor, ad impoſſibilem pecuniæ quan-

A.D. 1193. titatem delicatiſſimus adoleſcens tormentis urgebitur, tantæque afflictionis impatiens facile in mortem ſuppliciis adigetur. O impie, crudelis & dire tyranne! qui non es veritus manus ſacrilegas immittere in Chriſtum Domini, nec te regalis unctio, nec ſanctæ viæ reverentia, nec Dei timor a tanta inhumanitate cohibuit.

Porro Princeps Apoſtolorum adhuc in Apoſtolica Sede regnat & imperat, & in medio conſtitutus eſt judiciarius rigor; illudque reſtat ut exeratis in maleficos, Pater, gladium Petri, quem ad hoc conſtituit ſuper Gentes & Regna. Chriſti crux antecellit Cæſaris aquilas, gladius Petri gladio Conſtantini, & Apoſtolica Sedes præjudicat Imperatoriæ poteſtati. Veſtra poteſtas a Deo eſt, an ab hominibus? Nonne Deus Deorum locutus eſt vobis in Petro Apoſtolo dicens, quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis; & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in Cœlis? Quare ergo tanto tempore tàm negligenter, imo tàm crudeliter filium meum ſolvere differtis, aut potius non audetis? Sed dicetis hanc poteſtatem vobis in animabus, non in corporibus fuiſſe commiſſam: Eſto, certè ſufficit nobis ſi eorum ligaveritis animas, qui filium meum ligatum in carcere tenent. Filium meum ſolvere vobis in expedito eſt, dummodo humanum timorem Dei timor evacuet. Redde igitur mihi filium meum, vir Dei, ſi tamen vir Dei es, & non potius vir ſanguinum, ſi in filii mei liberarione torpeas, ut ſanguinem ejus de manu tua requirat altiſſimus. Heu! heu! ſi ſummus paſtor in mercenarium pervertatur, ſi a facie Lupi fugiat, ſi commiſſam ſibi oviculam, imo arietem electum, ducem Dominici gregis, in faucibus cruentæ beſtiæ derelinquat. Bonus Paſtor alios Paſtores inſtruit, & informat, non ut fugiant, ſi viderint Lupum venientem, ſed animas ſuas pro Ovibus ſuis ponant. Anima tua tibi quæſo ſalva ſit dummodo, non dicam Ovis tuæ, ſed Filii tui liberationem crebris legationibus, ſalutaribus monitis, comminationum tonitruis, generalibus interdictis, ſententiis terribilibus ſtudeas procurare? Sane ſero veſtram pro eo animam poneretis, qui pro eodem adhuc unum verbum dicere, aut ſcribere noluiſtis. Dei Filius, teſtimonio Prophetæ, de Cœlo deſcendit, ut educeret vinctos de lacu, in quo non erat aqua; nunquid quod decuit Deum, dedecet Dei ſervum? Filius meus torquetur in vinculis, nec ad eum deſcendis, nec mittis, nec moveris ſuper contritione Joſeph. Chriſtus hoc videt & ſilet! ſed opus Dei negligenter agentibus abundanter in ſumma diſtrictione retribuet.

Legati nobis jam tertio promiſſi ſunt, nec ſunt miſſi; ut verum fatear, ligati potius, quam legati. Si Filius meus in proſperis ageret, ad ſimplicem ejus vocationem feſtinantiùs acceſſiſſent, quia de magnifica ejus munificentia & de publico Regni quæſtu ſuæ legationis uberes manipulos expectarent. Et quis quæſtus eis glorioſior eſſe poſſet, quam Regem liberare captivum, reddere pacem populis, religioſis quietem, & gaudium univerſis? Nunc autem filii Ephrem intendentes & mittentes arcum in die belli converſi ſunt, & in tempore anguſtiæ, dum Lupus prædæ incubat, Canes muti latrare aut non poſſunt, aut nolunt. Hæccine promiſſio illa eſt, quam nobis, apud Caſtrum Radulphi, cum tanta dilectionis & fidei poteſtatione, feciſtis? Quid profuit vobis ſimplicibus dare verba, & illudere vota innocentium inani fiducia? Sic olim Rex Achab fœdus amicitiæ contraxiſſe cum Benadab perhibetur, illorumque mutuam dilectionem eventus habuiſſe infauſtos audivimus. Pugnas Judæ, Johannis, Simonis, Machabæorum Fratrum, cœleſtis diſpenſatio felicibus proſperabat auſpiciis; miſſa vero legatione ſibi firmantes amicitiam Romanorum, Dei perdiderunt auxilium, nec eis ſemel, ſed ſæpius venalis eorum familiaritas verſa eſt in ſingultum. Solus deſperare me cogitis, qui ſolus, poſt Deum, ſpes mea, populique noſtri fiducia fueratis. Maledictus, qui confidit in homine, ubi eſt ergo nunc præſtolatio mea? Tu es Domine Deus meus, ad te, Domine, qui laborem conſideras, ſunt oculi ancillæ tuæ. Tu Rex Regum, & Dominus Dominantium, reſpice in faciem Chriſti tui, da Imperium puero tuo, & ſalvum fac filium ancillæ tuæ, nec in eo punias delicta ſui patris, aut malitiam matris ſuæ.

Ex certa & publica relatione cognovimus, quod Imperator, poſt Legienſis Epiſcopi mortem, quem funeſto gladio longa tamen manu dicitur occidiſſe, Oſtunenſem Epiſcopum, & quatuor Epiſcopos comprovinciales ejus; Salernitanum etiam, & Tranenſem Archiepiſcopos coarctat miſeria carcerali, &, quod auctoritas Apoſtolica nullatenus diſſimulare debuerat, Siciliam, quam a temporibus Conſtantini conſtat eſſe patrimonium S. Petri, poſt legationes, poſt ſupplicationes, poſt communicationes Apoſtolicæ Sedis, in perpetuum Romanæ Eccleſiæ præjudicium, uſurpatione tyrannicâ occupavit. In omnibus his non

eſt

A.D. 1193. eſt averſus furor ejus; ſed adhuc manus ejus extenta. Gravia quidem intulit, ſed certiſſime poteſtis expectare in proximo graviora. Hi enim, qui debuerant eſſe columnæ Eccleſiæ, in omnes ventos arundinea levitate moventur. Utinam recolerent quod, propter negligentiam Heli Sacerdotis miniſtrantis in Silo, gloria Domini de Iſrael tranſlata eſt, nec jam parabola temporis præteriti eſt, ſed præſentis: Quia repulit Dominus Tabernaculum Silo, Tabernaculum ſuum, ubi habitavit in hominibus, & tradidit in captivitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. Imputatur eorum puſillanimitati, quod Eccleſia conculcatur, periclitatur fides, opprimitur libertas, dolus patientia, & iniquitas impunitate nutritur. Ubi eſt, quod Dominus Eccleſiæ ſuæ quandoque promiſit, Suges lac Gentium, & mammilla Regum lactaberis, ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generatione & generationem? Eccleſia olim ſuperborum & ſublimium colla propria virtute calcabat, legeſque Imperatorum ſacros canones ſequebantur. Nunc autem, ordine turbato, non dicam canones, ſed canonum conditores pravis legibus & conſuetudinibus execrandis arctantur. Deteſtanda potentum flagitia tolerantur, nec eſt qui mutire audeat, & in pauperum peccata duntaxat, rigor canonicus exercetur. Ideo non immerito Anacharſis Philoſophus telis aranearum leges & canones comparabat, quæ animalia debiliora retinent, fortia autem tranſmittunt.

A.D. 1193.

Aſtiterunt Reges Terræ & Principes convenerunt in unum adverſus Chriſtum Domini Filium meum. Unus eum torquet in vinculis, alter terras illius crudeli hoſtilitate devaſtat, &, ut verbo vulgari utar, unus tondet, alter expilat, unus pedem tenet, alter excoriat. Hæc videt ſummus Pontifex, & gladium Petri ſupprimit in vagina repoſitum; ſic addit cornua peccatori, ipſa taciturnitas ejus præſumitur ad conſenſum. Videtur enim conſentire, qui, cum poſſit & deberet, non corripit, & diſſimulatrix patientia, ſocietatis occultæ ſcrupulo non carebit. Imminet, ſicut prædixit Apoſtolus, tempus diſſenſionis, ut perditionis filius reveletur; inſtantque tempora periculoſa ut ſcindatur tunica Chriſti inconſutilis, ut rumpatur rete Petri, & Catholicæ unitatis ſoliditas diſſolvatur. Initia malorum ſunt hæc, ſentimus gravia, graviora timemus. Nec Prophetiſſa, nec Filia ſum Prophetæ, plura tamen de futuris turbationibus dolor dicere ſuggerebat, ſed ipſa verba, quæ ſuggerit, ſurripit; ſcriptum enim ſingultus intercipit, & animæ vires mæror abſorbens, vocales meatus anxietate præcludit. Vale.

Altera Alienoræ Reginæ ad J. Cæleſtinum Papam de Filio Ricardo redimendo Littera.

A.D. 1193.
An. 4. *R.* 1.

SAnctiſſimo Patri, ac Domino C. Dei gratiâ, ſummo Pontifici, A. eâdem gratiâ, Regina Angliæ, Duciſſa Normanniæ, & Comitiſſa Andegaviæ ſalutem & miſericordiæ viſceribus abundare.

Tædet animam meam vitæ meæ; quicquid enim verebar accidit, & adhuc expectatio durioris eventus omnem gratiam conſolationis abſcidit.

Quando ego non timui graviora pericula veris?

Laborem itaque & dolorem meum conſiderans, a puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate ſubvertor. Ego vero jam delibor, & doloribus feſtinata ſenectus paucitatem dierum meorum nunciat mihi.

A.D. 1193.

Multoties vobis ſcripſi atque ſacrificium cordis in ſpiritu contrito & humiliato frequenter obtuli. Quia tamen ſemel cœpi, loquar adhuc ad Dominum meum cum ſim pulvis & cinis. Dimitte me, Domine, ut plangam paululum dolorem meum. Neſcio enim quo pacto impetus anxietatis, ex ipſo planctu, & lacrymarum profuſione lenteſcit. Diu expectavi ego perdita, ſi eſſet, qui leniret dolorem matris, qui diceret, Joſeph filius tuus vivit, & eductus eſt de ciſterna, nec eum fera peſſima devoravit.

O fera peſſima! tigribus & lamiis, omnique fera crudelior! qui filium meum

A.D. 1193. militem Chriſti, Chriſtum Domini, peregrinum crucifixi, vinculis alligatum Imperatori vendidit & tradidit. Sic ei durior adverſarius conſtitutus eſt; atque de ergaſtulo in labyrinthum, & de Scylla tranſlatus eſt in Charybdim. A diebus Judæ Iſcariotis non eſt inventus ſimilis illi, qui ſic violaret legem excelſi, qui ita malitioſe traderet juſtum. Et hæc in occulto & in tenebris facta ſunt: erant enim opera tenebrarum.

Memoriam abundantiæ ſuavitatis tuæ pater miſericordiæ precor, ut de ore Leonis & de manu Beſtiæ liberes innocentem. Et quæ tibi utilitas in ſanguine ejus, qui de manu tua exactiſſime requiretur? Quia credebamus aliquando quod diſpoſuiſſet Dominus per vos filio facere miſericordiam, facti ſumus lætantes: Nunc autem res in contrarium verſa eſt, triumphat enim longè lateque diabolus, ſapientia vincit malitiam, &, audita in gentibus filii mei captione, perſonat in triviis Geth, & in compitis Aſcalonis incircumciſorum ſolennis applauſus. Heu! heu! percuſſit nos Dominus plaga gravi, & caſtigatione fideli, a me viſcera mea Tyrannus avulſit, & Eccleſias ſpolians in terra Sanctorum iniqua geſſit. Plebes innumeras amaritudine & mærore confecit. In his omnibus non eſt averſus furor ejus, ſed adhuc manus ejus extenta. Non parcit Monachis, non recluſis, non eremitis, non monialibus, non leproſis. Perierunt enim jus & fas, timor Dei, fides, religio & honeſtas. Exurge, quare obdormis Domine? Exurge & ne repellas in finem.

Moveat te, ſumme Pontifex, etſi non hujus peccatricis infeliciſſimæ dolor, ſaltem clamor pauperum, compeditorum gemitus, interfectorum ſanguis, Eccleſiarum ſpoliatio, & generalis denique preſſura Sanctorum. Vide, quanta malignatus eſt inimicus, in Sancto invaluerunt hoſtes Eccleſiæ, prolongaverunt iniquitatem ſuam, confortati ſunt addentes prævaricationem, iniquitatem apponunt iniquitati, ut ſanguis ſanguinem tangat, ut ſuperbia eorum aſcendat ſemper, & impietas modernorum menſuram patrum ſuorum non ſolum impleat, ſed tranſcendat; certe horrendo anathemate feriendi erant, aut potius fulminandi.

Exurgat igitur orbis Epiſcopus, & arripiat, quaſi fulgur, judicium manus tua. Sicut Petrus uno ictu Ananiam & Sapphiram, & uno ictu Simonem Magum potuit delere de medio, ſic ſpiritu labiorum tuorum interficias impios; alioquin videberis declinare in obligationem malitiæ per conſenſum. Declinantes autem in obligationem adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. A.D. 1193.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime; gladio ſcilicet ſpiritus quod eſt verbum Dei. Arripiat judicium manus tua, & in poteſtate, collata tibi cælitus, tolle virgam peccatorum deſuper ſortem juſti. Scuto bonæ voluntatis tuæ protege Filium meum, & filius iniquitatis non apponat nocere ulterius innocenti; cum innocentia Regis filii mei teſtimonium habeat ab his qui prope ſunt, & iis qui longe, non habetis excuſationem de peccato. Quæ enim excuſatio poſſit veſtram deſidiam & incuriam palliare, cum omnibus liqueat quod liberandi filium meum habetis poteſtatem, & ſubtrahitis voluntatem? Nonne Petro Apoſtolo, &, in eo vobis a Deo omne Regnum, omniſque poteſtas regendi committitur? Benedictus autem Dominus qui talem poteſtatem dedit hominibus. Non Rex, non Imperator, aut Dux a jugo veſtræ juriſdictionis eximitur; ubi eſt ergo zelus Phinees? Ubi eſt auctoritas Petri? ubi eſt qui dicat, zelus domûs tuæ comedit me? Appareat quod non in vanum dati ſunt vobis, & Coepiſcopis veſtris gladii ancipites in manibus veſtris. Dicite iniquis, nolite iniquè agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Non degeneret in Hærede Petri Dignitatis Apoſtolicæ reverenda ſucceſſio. Veſtrum agnoſcite principatum, probate zelum, accingimini ad opus fortitudinis, & honorate miniſterium veſtrum. Gloria veſtra derivetur ad poſteros, & cognoſcat generatio altera quam inaniter tyrannus ille præſumpſerit, & quam potenter præſumptionem ejus ſedes Romana punierit. Vobis equidem convertetur in diſcrimen & crimen, ſi remiſſas habeatis manus, & addat impunitas cornua peccatori. Si enim in viridi hæc facta ſunt, in arido quid fiet?

Recolat quæſo veſtra paternitas quantus amicus vir meus Rex pater iſtius Regis, & quam fidelis vobis fuerit: attendite quam benignus iſte Succeſſor paternæ devotionis extiterit. Nec a corde veſtro excidat, quanta ego ſollicitudine per ipſum veſtrorum negotia Legatorum, imo veſtra promoverim. Si etiam in veſtris neceſſitatibus mea unquam circa vos affectio torpuit, decidam merito ab inimicis meis inanis.

Ego autem nunc experiar veſtrorum promiſſa Cardinalium verba eſſe & folia; arbores autem non a foliis aut floribus, ſed a fructibus cognoſcuntur. Et nos quidem a fructibus eorum cognovimus eos. Dicere pudet quod, utinam eos feciſſe pudeat, tyrannus eos habuit malitiæ

A.D. 1193. fautores, cujus ſe debuerant exhibuiſſe ultores. Dilexi vos, non lingua & verbo, ſed opere & veritate; nunquid redditur pro bono malum & odium pro dilectione?

Ut, ſalva pace Domini mei, unum loquar, dico ei, quod quandoque Joab exprobraſſe legitur David Regi, diligis eos qui te oderunt, & eos odio habes qui te diligunt. Heu! quomodo exarmatur ſcelus juſtitiæ? quàm miſerabiliter claves Eccleſiæ ſuum perdiderunt officium! & ubi glorioſus Petri Principatus eminere debuerat, ibi contumelioſius opprimitur, & vileſcit Pontificalis auctoritas. Lupus irruit in Ovile, Leo in Eccleſiam Dei, & ſingularis ferus depaſcitur eam, nec eſt qui pro domo Domini ex adverſo aſcendat; quodque familiarius & intolerabilius doleo, filium meum tyrannus cruciat, diſſimulat hoc ſummus Pontifex, nec eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat.

Siqua ergo conſolatio in vobis, ſi qua virtus caritatis in Chriſto, ſiqua miſeratio, ſiqua compaſſionis viſcera, ſiquid denique quod affectum Patris & Pontificalem ſapiat unctionem, audiat omnis populus ſapientiam eſſe in vobis ad faciendum judicium.

Sed quid talibus immoror? curro in incertum, & aera verbero, atque in ventos noſtri gemitus evaneſcunt. Obſtinatio tyranni durior Adamante eſt. Et ſcio, quem Deus negligit nemo poterit corrigere. Sermo meus in terram cecidit, & revertitur ad me vacuus, nec in his ad quæ miſſus eſt, proſperatur. Me igitur tribulationum tempeſtas horrenda demergit, me profundum abſorbet abyſſi terribilis, & urget ſuper me puteus deſperationis os ſuum. Populi noſtri omnes dant manus ſuas morti, atque cum inferno percutiunt fœdus, tabeſcentes & areſcentes præ timore & expectatione, quæ ſupervenient univerſo orbi occidentali. A.D. 1193.

Tu autem, Domine Deus Sabaoth, qui judicas juſtè, vide, quia vim patior, judica cauſam meam. Et, quia in terris judicem non invenio, ego miſera, & nulli miſerabilis terrenum judicem ad tuum terribile tribunal appello. Infelix ego! quare doloris mei vehementis impetum ſequor? & os meum in Cælum pono?

Sed æquanimiter quæſo Pater ſuſtineat benignitas veſtra, quod ex dolore, non ex deliberatione proceſſit. Peccavi ego, &, ut verbo B. Job utar, quæ dixi, utinam non dixiſſem; ideo non addam ultra, & ſupponam digitum ori meo. Vale.

Petrus Bleſenſis Moguntinum Archiepiſcopum per veterem in Scholis olim initam amicitiam obſecrat, ut omni ope, cum aliis imperii Principibus nitatur vinculis eximere Regem Anglorum Ricardum, ab Auſtriæ Duce & Imperatore captum.

A.D. 1193. *An. 4. R. 1.*

Reverendo Patri & Domino C. Dei gratiâ Moguntino Archiepiſcopo P. Bleſ. Bath. Archid. ſalutem in auctore ſalutis.

Quia quandoque in Scholaribus caſtris militavimus ſub eodem Doctore, & ex diutina ejuſdem Hoſpitii cohabitatione ſocialis amicitiæ jura contraximus, fiducialius vobis ſcribo; Excurſus enim medici temporis noſtro non præſcribit amori: nec apud me mutationem veſtri ſtatus agnoſcit affectio. Sane poſtquam deſideratiſſimam faciem veſtram noviſſime vidi, vos in Archiepiſcopalis eminentiæ gradum diſpenſatio divina promovit; ſed ſi bene recolo, quàm ſolida A.D. 1193.

ſemper

A.D. 1193. ſemper apud me fuerit fidei veſtræ, & amoris integritas: certus ſum quod honoris aſſumptio circa ſtatum amicitiæ veſtræ nullum præjudicium mihi facit. Cum itaque hinc amor audaciam loquendi mihi pariat, inde vero ad planctum & gemitum dolor ſingultuoſus urgeat violenter, indulge mihi, ſi in aliquo verbo ſobrietatem modeſtiæ & limites honeſtatis excedo; ex abundantia, nempe, cordis os loquitur. Nam in amaritudine eſt anima mea, quæ totum hujus epiſtolæ curſum mihi de doloris atramentario ſubminiſtrat. Quis vero inter communes lacrymas dolorem diſſimulet, aut ſupprimat planctus, ubi clerus dolet, lamentatur religio, gemit populus, nobilitas anxiatur? Ubi poteſt omni mærore non plangi, qui colitur & fovetur amore communi? decidit corona capitis noſtri, & in luctum verſus eſt chorus noſter.

Rex noſter in frixorio eſt, & occaſione illius in quam plures provincias hujus malitiæ ſartago deſævit, ſuo Domino patienti contabeſcit & commoritur univerſitas, & per compaſſionem afflictio capitis in membra diſcurrit.

Vir ſanguinum & cruentæ conſcientiæ Dux Auſtriæ non eſt veritus in Chriſtum Domini ſacrilegas manus injicere, & pedes calceatos in Evangelio pacis ferreis humiliare compedibus. Terribilis in judiciis Deus deſtruat illum in finem, & evellat de tabernaculo ſuo, & radicem ejus de terra viventium, pro eo, quod non eſt recordatus facere miſericordiam, ſed perſecutus eſt hominem innocentem & peregrinum, adhuc in obſequio crucifixi & in procuratione Reipublicæ conſtitutum; cum enim pro teſtamento Dei labores anxios toleraſſet, exhauſtis bellicis ſudoribus & expenſis ad propria remeabat, ut denuo majus teſtimonium redditurus prudentiore conſilio, & felicioribus auſpiciis viam ſecundæ peregrinationis inſtrueret.

Et nunc Reges intelligite, reminiſcimini, qui judicatis terram, ſi unquam ab infantia naſcentis Eccleſiæ aliquis Rex pacificus, fidelis, innocens, peregrinus tàm ſubdolè captus, tàm malitioſe detentus, tàm crudeliter eſt venditus, tàm indignè afflictus, & cum populis ſuis, tàm cupidâ & deteſtabili exactione gravatus. Ubi eſt Lex naturæ? Ubi eſt Æquitas? Ubi peregrinorum reverentia? quas etiam Chriſti crucifixores venerati ſunt, dùm in agrum figuli ob peregrinorum ſepulturam Chriſti venditi pretium tranſtulerunt.

Porro cum Abraham peregrinaretur in terra Chanaan; Rex Abimelech ei gratiam plenæ humanitatis exhibuit, Jacob apud Laban, Moyſes apud Jethro, David apud Regem Achis, & cæteri Patres antiqui, nondum acceptis repromiſſionibus, ſed longe eas aſpicientes & confitentes, quia eſſent peregrini & hoſpites ſuper terram, apud barbariem Gentium multiplex ſuæ peregrinationis ſolatium invenerunt.

Et qui eum vendidit, & qui emit, in ſortem Judæ Iſcariotis, & in maledictione fraudis Judaicæ reputentur, ut ſit cum eis ipſorum pecunia in perditionem: Cum Dathan & Abiron terra eos viventes abſorbeat, ſucceſſores Judæ, filios Avaritiæ, ſervos Mammonæ, ſemen Chanaan, genimina Viperarum, membra Diaboli, miniſtros Satanæ, præambulos Antichriſti: Sæviente in populos iſtorum tyrannide publica mortalitas invaleſcit, Urbes evacuantur Peſtilentiâ & Fame quæ ſuperveniunt univerſo orbi; nec diſſimulare poſſumus, aut tacere quod, juxta verbum Apoſtoli, jam myſterium iniquitatis Antichriſtus operatur, ut reveletur in tempore ſuo: abundat enim iniquitas & refrigeſcit caritas multorum. Optimus eſt, qui non eſt nimis malus. In argumentum adventus illius filii perditionis generaliter mundus in maligno poſitus eſt, deſævit morbus peſtilens, & edulitas invaleſcit. Legitur quod mors cum eo eſt, faciem ejus præcedit egeſtas: Nobis in Germana Germania hæc mala germinant univerſis. Heu! heu! Principes Aquilonis! vere ab Aquilone panditur omne malum.

Sed hoc malum Regi noſtro bene utenti convertetur in bonum; Nam judex innocentiæ Deus faciet in proximo judicium injuriam patienti, faciet miſericordiam Dominus Chriſto ſuo. Zelus Domini exercituum faciet hoc, & ſcient omnes, quia ſunt reliquiæ homini pacifico. Domine in virtute tua lætabitur Rex juſtus, de anguſtia ſua liberabitur: cadet autem impius in laqueum quem tetendit, & in verticem ipſius iniquitas ejus deſcendet.

O rubigo animarum avaritia! O tinea cordium cupiditas! quæ ſic homines excæcaſti, ut Dei & judiciorum ejus obliti, neque ſuæ parcerent animæ, neque famæ. Conſumetur quidem pecunia, ſed nota proditionis non delebitur. Tanti ſceleris immanitas derivabitur ad poſteros, & in ungue adamantino hæc iniquitas ſcribetur. Filii plorationis æternæ non de fiſcali ærario, non de theſauris regalibus hæc accipiunt, ſed de patrimonio crucifixi, de ſuſtentatione pauperum, de viduarum lacrymis, de

ſubſtan-

A.D. 1193. ſubſtantiâ religioſorum, de pupillorum alimentis, de dotibus virginum, de Eccleſiarum utenſilibus, de crucibus, de calicibus conſecratis. Quot ſolidos ſibi congregant, tot accumulant ſibi maledictiones, tot interminabiles cruciatus ſibi in die iræ terribilis theſaurizant. Quicquid ad decorem domûs Dei venerandæ antiquitatis munificentia erogavit, nunc inexplebilis avaritiæ hiatus abſorbet, ut hæreditate poſſideant ſanctuarium Dei, & tot ſacrilegiis execrabiles fiant, quot in partibus Occidentalis Eccleſiæ prophanantur.

Exurge igitur homo Dei, exurgant & alii Patres conſcripti, quibus dati ſunt gladii ancipites in manibus eorum, ſuccurrite plagæ Eccleſiæ, arripiat judicium manus veſtra, & evaginato linguæ gladio zelum, quem Petrus in Ananiam & Sapphiram cenſûs Eccleſiaſtici fraudatores exercuit, in publicos Eccleſiarum prædones & invaſores ſacrilegos exercete.

Rex Illuſtriſſimus catenis carceralibus, & fame torquetur. Ferrum pertranſiit animam ejus; ſedet enim in mendicitate & ferro, & non eſt qui moveatur ſuper contritione. Joſeph palleſcit jejunio ſpecioſa facies victualibus interdictis, virtuſque corporis in robur animæ migratura, & vernans in facie decor, natura ſuccumbente, marceſcit.

Siqua ergo in vobis benignitas, ſi quod ſolatium caritatis, ſiquis reſpectus ad Chriſtum, ſiqua viſcera miſerationis, ſiqua memoria judiciorum Dei, excitetur in vobis piæ compaſſionis affectus. Aſcendite ex adverſo, curſumque tam deteſtabilis ſacrilegii cohibeat Pontificalis auctoritas, nè veſtri Principes malignentur in Sancta, ne diutius Occidentales populi doloribus intabeſcant & fletu, nè de manu veſtrâ ſanguis innocens requiratur. Vale.

Epiſtola Richardi Regis Angliæ ad Alienoram Reginam matrem ſuam, & ad Juſticiarios ſuos Angliæ.

A.D. 1193. A. 4 R. 1.

Richardus, Dei Gratiâ Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Alienoræ eâdem Gratiâ Reginæ Angliæ chariſſimæ matri ſuæ, & Juſticiariis ſuis, & omnibus fidelibus ſuis per Angliam conſtitutis, Salutem. Notum ſit Univerſitati veſtræ, quòd poſtquam receſſerunt à nobis dilecti noſtri Hubertus venerabilis Epiſcopus Sariſbirienſis, & Willielmus de Sanctæ Mariæ Eccleſia Protonotarius noſter, venit ad nos chariſſimus Cancellarius noſter Willielmus Elienſis Epiſcopus: Et eo inter Dominum Imperatorem, & nos fideliter interloquente, eo uſque res pervenit, quod de Caſtello de Trivellis, in quo detinebamur, obviam venimus Imperatori apud Hagenon, ubi honorificè ab ipſo Imperatore & tota Curia recepti fuimus. Ibique Dominus Imperator & Domina Imperatrix nos magnis, & variis muneribus honoraverunt; &, quod præcipuum eſt, mutuum feodus amoris & indiſſolubile inter Dominum Imperatorem contractum eſt, & nos; ita quod uterque noſtrûm, alterum contra omnes viventes in jure ſuo obtinendo, & retinendo, juvare debet. Honeſtè autem circa ipſum Imperatorem moram facimus; donec ipſius & noſtra negotia perficiantur, & donec ei Septuaginta Millia Marcarum Argenti ſolverimus. Quare vos rogamus, & in fide, qua nobis tenemini, adjuramus, quatenus in hac pecunia perquirenda ſolliciti ſitis, & vos Juſticiarii noſtri, qui aliis in Regno noſtro præeſtis, exemplum aliis præbeatis: Ut ita honorificè & magnificè de proprio nobis ſubveniatis, & etiam de his, quæ de aliis mutuò accipere poteritis, & aliis fidelibus noſtris exemplum detis ſimilia faciendi.

Univerſum autem Aurum & Argentum Eccleſiarum diligenti obſervatione, & ſcripti teſtimonio ab ipſarum Eccleſiarum Prælatis accipiatis: Eiſque per Sacramentum veſtrum, & aliorum Baronum noſtrorum quos volueritis affirmetis, quod eis plenarie reſtituentur.

Univer-

A.D. 1193. Univerſorum etiam Baronum noſtrorum obſides recipiatis, ut cum fideliſſimus Cancellarius noſter, quam citò peractis in Alemannia negotiis noſtris, in Anglia venerit, eoſdem obſides penes Chariſſimam matrem noſtram Reginam reperiat, ut eos, de quibus inter nos, & Dominum Imperatorem convenit, expeditè poſſit ad nos tranſmittere: Ne liberatio noſtra per abſentiam obſidum & negligentiam veſtram morem patiatur.

Pecunia autem collecta ſimiliter matri meæ, & aliis, quibus ipſa voluerit, tradatur: Quem autem in neceſſitate noſtra promptum inveniemus, in ſuis neceſſitatibus amicum nos reperiet, & remuneratorem; gratiuſque nobis erit, ſi quis in abſentia noſtra in aliquo nobis ſubveniat, quàm ſi in præſentia noſtra in duplo quis nobis ſubveniret.

Volumus autem ut ſingulorum magnatum nomina, & ſubventiones, quæ præſentialiter fient, per Sigillum matris noſtræ nobis ſignificentur, ut ſciamus, quantum unicuique in gratiarum actionibus teneamur. A.D. 1193.

Sciatis pro certo, quod ſi in Anglia in libera poteſtate noſtra eſſemus conſtituti, tantam vel majorem pecuniam Domino Imperatori daremus, quam modo damus pro pactionibus conſequendis, quas per Dei gratiam conſecuti ſumus: Et ſi etiam pecuniam non præ manibus haberemus, proprium corpus noſtrum Imperatori traderemus, donec pecunia ſolveretur; antequam quod factum eſt relinqueretur imperfectum.

In bulla autem Domini Imperatoris aurea fert vobis Cancellarius noſter prædictam teſtificationem. Teſtibus nobis ipſis apud Hagennou, 13 Cal. Maii.

Forma Pacis inter Reges Angliæ & Franciæ.

A.D. 1193. A. 5. R. 1.

1. NOverint univerſi, ad quos literæ præſentes pervenerint, quod

Willielmus Regis Angliæ Richardi
Cancellarius, Elienſis Epiſcopus, ſedis Apoſtolicæ Legatus,

Et cum eo

Willielmus de Rupibus, &
Johannes de Pratellis, &
Willielmus Briwere,

Ex parte Regis Angliæ, cum Literis ejuſdem Regis patentibus ad Regem Franciæ acceſſerunt: In quibus continebatur, quòd ea, quæ ipſi cum ipſo agerent, & ordinarent, ipſe Rex Angliæ rata prorſus & firma haberet. Ipſi autem hoc modò egerunt, & iſtas conventiones cum Rege Franciæ ex parte Domini ſui Regis Angliæ fecerunt.

Rex Angliæ Richardus mittit ſe ſuper Dominum Regem Franciæ de tota terra, quam Rex Franciæ acquiſivit ſuper ſe & homines ſuos, de qua ipſe & homines ſui ſunt tenentes, quòd ipſe tantum inde retinebit, quantum ipſe voluerit ſibi & ſuis.

2. De Comite autem Johanne ſic erit; quod, ſi homines Regis Angliæ poterunt ſufficienter monſtrare in Curia Domini Regis Franciæ, quod idem Johannes juraverit ad perquirendum pecuniam ad liberationem Regis Angliæ; & de hoc dederit Literas ſuas, ipſe Johannes tenebitur ad ſolvendum; & totam terram, quam ipſe tenebat quando Rex Angliæ frater ejus iter arripuit ultra mare, tenebit citra mare, & ultra, ita liberè ſicut priùs tenebat; excepto eo quod liber erit à Sacramento, quod fecerat de non intranda terra Angliæ, & de hoc dictus Rex Angliæ faciet dominum Johannem ſecurum per ſe, & per Barones, & per Archiepiſcopos, & Epiſcopos terræ ſuæ, & inſuper per Regem Franciæ. A.D. 1193.

3. Si autem Comes Johannes vellet negare, quod Litteræ illæ non eſſent ſuæ, aut quod illud non juraſſet, homines Regis Angliæ ſufficienter in Curia Regis Franciæ monſtrabunt per idoneos teſtes, quod juraverit ad quærendam pecuniam ad liberationem Regis Angliæ; Si autem monſtratum fuerit, ſicut dictum eſt, quòd Comes juraverit ad quærendam pecuniam ad liberationem Regis, vel ſi defecerit de recipienda monſtratione, Rex Franciæ non intromittet ſe de Comite

A.D. 1193. Johanne, ſi pacem de terrâ meâ prædictâ recipere voluerit.

4. De Comite Lodowico ſic erit; Rex Angliæ aſſignabit ei in terrâ ſua ad laudem, & Conſilium Regis Franciæ, & Archiepiſcopi Remenſis quingentas Libratas Andegavenſium de redditibus annuatim, aut plus, ſi plus fuerit, & faciet affidari ei, quod ipſe faciet Comiti Lodowico juſtitiam, & ſervitium, quod pater ſuus fecit Comiti Theobaldo; & ipſe Rex Angliæ Comiti Lodowico reddat tantum pecuniæ, quantum retinuit poſt mortem Comitis Theobaldi, de eo quod debebat ei reddere.

5. De Hugone de Gurnay ſic erit; Hugo totam terram, quam alicubi tenebat, tenebit de Rege Franciæ, niſi ſit quòd Hugo bona voluntate, abſque coactione aliqua, & ſine defectu Regis Franciæ, voluerit redire ad Regem Angliæ; & Rex Franciæ Hugonem ſuper hoc libenter rogabit abſque vim faciendo, & aliquid de ſuo mittendo. Si autem Hugo noluerit redire ad Regem Angliæ cum terra, quam de Rege Franciæ tenet, & aliam terram ſuam de Anglia, & de Normannia vellet tenere de Rege Angliæ, neque Excambium pro terra illa accipere, nec aliquam pacem exinde per Regem Franciæ & per Regem Angliæ recipere, oportebit Regem Angliæ facere grantum Hugoni rationabiliter.

6. Comes Engoliſmus & ſui liberabuntur, & ſalvo redibunt in terram ſuam, & ipſe & ſui erunt in eo ſtatu quo fuerunt ante guerram; neque propter aliquid, quod de Guerra fecerit, malum ei, aut ſuis fiet.

7. Comes Perticii redditus ſuos in Anglia integre habebit, & Rex Angliæ, & ſui pacem ei tenebunt.

8. Comes Mellenti terram ſuam rehabebit, quæ eſt in terra Regis Angliæ.

9. Quando Rex Angliæ revenerit in pacem Regis Franciæ, ipſe faciet Regi Franciæ ſervitia, & juſtitias in Curia Regis Franciæ de ſingulis feodis, quos ab eo tenet, ſicut ſingulus feodus apportat.

10. Præterea, Rex Angliæ dat Regi Franciæ viginti millia Marcarum boni Argenti, & puri ad pondus Trecenſis, perſolvendas per duos Annos ibidem, his terminis: Ad primum dimidium annum à die liberationis ſuæ de Captione Imperatoris quinque millia Marcarum: Et ab eo termino ad proximò ſequentem dimidium annum quinque millia Marcarum: Et exinde ad proximò ſequentem dimidium annum quinque millia Marcarum: Et exinde ad proximò ſequentem dimidium annum quinque millia Marcarum Argenti.

11. Et, pro his conventionibus omnibus obſervandis, Rex Angliæ tradet Regi Franciæ Luches, & Caſtelionem ſupra Edriain: Et Archiepiſcopo Remenſi Driencurt, & Arches. Hæc autem quatuor Caſtella cuſtodientur ad expenſas Regis Angliæ; ita tamen quòd pro Luches, & pro Caſtelione cuſtodiendis, Willielmus de Rupibus, aut ille, qui Loco ejus erit, tradet Regi Franciæ duo millia Librarum Andegaviæ ſingulis menſibus, quantum ad menſem continget; & ſemper de victualibus apponet in illis duobus Caſtellis ad duos menſes; in Luches ad undecim milites, & Centum & quadraginta ſervientes; in Caſtelione ad quatuor milites & quadraginta ſervientes. A.D. 1193.

12. De Driencurt & de Arches Seneſchallus Normanniæ faciet pro victualibus, & cuſtodia, ad grantum & voluntatem Archiepiſcopi Remenſis: Similiter victualia apponentur à Seneſchallo Normanniæ in iſtis duobus Caſtellis ſemper ſufficientia ad duos menſes, ſecundum quod Archiepiſcopus Remenſis dicet.

13. Si omnes prædictæ Conventiones integræ obſervatæ fuerint Regi Franciæ, & quando, ex parte Regis Angliæ, ſoluta fuerint Regi Franciæ quinque millia Marcarum Argenti, Rex Franciæ reddet ei unum de prædictis quatuor Caſtellis, quod Rex Franciæ voluerit: Et iterùm quando quinque millia Marcarum ſolutæ fuerint Regi Franciæ, ex parte Regis Angliæ, Rex Franciæ reddet ei unum de illis quatuor Caſtellis, quod Rex Franciæ voluerit.

14. Si verò decem millia Marcarum reddita fuerint ſimul Regi Franciæ ex parte Regis Angliæ, Rex Franciæ reddet illi duo de illis quatuor Caſtellis, quæ Rex Franciæ voluerit; ſi verò quindecim Millia Marcarum ſimul reddita fuerint Regi Franciæ, Rex Franciæ reddet illi tria de illis quatuor Caſtellis, quæ Rex Franciæ voluerit; ſed ſi ſimul viginti millia Marcarum reddita fuerint Regi Franciæ, prædicta quatuor Caſtella reddentur Regi Angliæ.

15. Rex autem Franciæ nullum de illis quatuor Caſtellis reddet, niſi Conventiones prædictæ ei & ſuis fuerint obſervatæ de præfata ſibi pecunia reddenda, de Comite Johanne, de Comite Lodowico, de Comite Engoliſmi, & ſuis, de Comite Partitii, de Comite Mellenti.

16. Quando verò Rex Franciæ habuerit Luches, & Caſtelionem, & Archiepiſcopus Rhemenſis Driencurt & Arches, Rex Franciæ recipiet Regem Angliæ in gratiam ſuam pro exequendo conventiones prædictas, ſicut Charta præſens dicit,

A.D. 1193. dicit, & rogabit Imperatorem de liberatione Regis Angliæ.

17. Prædictus autem Cancellarius, & Willielmus de Rupibus, & Johannes de Pratellis, & Willielmus Briwere in animam Regis Angliæ juraverunt, quod Rex Angliæ Conventiones, quæ in Charta præſenti continentur, obſervabit; & quando Rex Angliæ redierit, ipſe in propria perſona jurabit infra rationabilem terminum, poſtquam a Rege Franciæ ſummonitus fuerit, ſe prædictas Conventiones ſervaturum, & literas ſuas patentes ei inde daturum.

18. Præfati autem quatuor, & cum iis Conſtabularius Normanniæ, & Robertus de Harencurt, & Stephanus de Longo Campo juraverunt quod, ſi Rex Angliæ dictas Conventiones non obſervaret, ſe mitterent Pariſiis in captione Regis Franciæ.

19. Archiepiſcopi, Epiſcopi, Barones Terræ Regis Angliæ, quos Rex Franciæ voluerit, quando requiſiti fuerint, jurabunt quod ipſi ſe Pariſiis in captione Regis Franciæ ponent, ſi Rex Angliæ prædictas Conventiones non ſervaverit, ſicut præſens Charta dicit. A.D. 1193.

20. Et, ſi Rex Angliæ moriatur antequam Rex Franciæ reddidiſſet præfata quatuor Caſtella, Rex Franciæ illa quatuor Caſtella redderet recto Hæredi pro exequendo prædictas Conventiones, ſicut præſens Charta continet, & ſalvo jure Regis Franciæ.

21. Quæ omnia prædicta ut rata permaneant, & inconcuſſa, ego Willielmus Elienſis Epiſcopus Regis Angliæ Cancellarius, & ego Willielmus de Rupibus, & ego Johannes de Pratellis, & ego Willielmus Briwere, per præceptum Regis Angliæ Domini noſtri, ſigillorum noſtrorum atteſtatione roboravimus.

Actum Meduncæ, anno ab Incarnatione Domini, Milleſimo, Centeſimo, Nonageſimo tertio, octavo Idus Julii.

Epiſtola Ricardi Regis Angliæ ad Hubertum Cantuarienſem Archiepiſcopum, de liberatione ſua.

A.D. 1193. An. 5. R. 1.

Richardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, & Dux Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, venerabili Patri in Christo, & amico chariſſimo Huberto eâdem gratiâ Cantuarienſi Archiepiſcopo, ſalutem, & ſinceræ dilectionis plenitudinem.

Quoniam certi ſumus quod liberationem noſtram plurimum deſideratis, & quod liberatio noſtra admodum vos lætificat; idcirco volumus, quod lætitiæ noſtræ participes ſitis: Inde eſt, quod dilectioni veſtræ dignum duximus ſignificare, Dominum Imperatorem certum diem liberationis noſtræ nobis præfixiſſe, in diem Lunæ proximam poſt viceſimum diem natalis Domini: & die Dominica proximo ſequenti coronabimur de Regno Provenciæ, quod nobis dedit. Unde mittimus in Angliam literas Domini Imperatoris ſuper his patentes vobis, & cæteris amicis noſtris, & benevolis: Vos autem interim pro omni poſſe veſtro, quos ſcitis nos diligere, conſolari velitis, & quos ſcitis promotionem noſtram deſiderare. Teſte meipſo apud Spiram 22 die Septembris. A.D. 1193.

Epiſtola Henrici Imperatoris, ad Magnates Angliæ, de liberatione Richardi Regis Angliæ.

A.D. 1193. A. 5. R. 1.

HEnricus, Dei gratiâ, Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, dilectis ſuis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Militibus, & univerſis aliis Fidelibus Richardi illuſtris Regis Angliæ gratiam ſuam & omne bonum.

Univerſitati veſtræ duximus intimandum, quod dilecto amico noſtro Richardo, illuſtri Regi Anglorum, Domino veſtro certum diem liberationis ſuæ ſtatuimus a ſecunda feria poſt diem Nativitatis Domini, in tres ſeptimanas, apud Spiram, ſive apud Wermaciam; & inde, in ſeptem dies, poſuimus ei diem Coronationis ſuæ de Regno Provenciæ, quod ei promiſimus; & hoc certum habeatis & indubitatum. Noſtri ſiquidem propoſiti eſt & voluntatis, præfatum Dominum veſtrum, ſicut amicum noſtrum ſpecialem promovere & magnificentius honorare. Datum apud Thealluſam vigiliâ beati Thomæ Apoſtoli.

A.D. 1193.

Forma Compoſitionis inter Henricum Imperatorem & Richardum Regem Angliæ; qua, propter ſolutionem 100000 Marcarum Argenti, prædictus Rex libere a Carcere dimittitur.

A.D. 1193. A. 5. R. 1.

IN Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Hæc eſt forma Compoſitionis inter Dominum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Dominum Richardum illuſtrem Regem Angliæ. Dominus Imperator mittet Nuncios ſuos cum Nunciis Domini Regis, qui Londonias ibunt, & ibi recipient centum millia Marcarum puri Argenti ad pondus Coloniæ; quæ pecunia, a nunciis Imperatoris accepta & ponderata, ſigillabitur in præſentia Nunciorum ipſius, & in conductu Regis per Regni ſui terminos ducetur: ita ut, ſi eam in Regno ſuo perdi contigerit, periculo Regis perdatur. Poſtquam vero ad terminos Imperii venerit dicta pecunia, per Nuncios Regis Nunciis Domini Imperatoris præſentabitur, qui eam illico ibi recipient, &, ſi forte in partibus Imperii eam perdi contigerit, periculo Imperatoris perdetur, & Rex in ea non tenebitur, nec obſides ſui.

A.D. 1193.

Alia quoque quinquaginta millia Marcharum Argenti dabit Rex Imperatori & Duci Auſtriæ, & pro illis ponet obſides, ſcilicet Domino Imperatori pro triginta millibus Marcharum ſexaginta obſides: Duci vero Auſtriæ ſeptem obſides pro viginti Marcharum millibus.

Solutis ergo centum millibus Marcharum, & datis obſidibus Rex libere recedet.

Si autem Dominus Rex ſolverit promiſſionem, quam Domino Imperatori de Henrico quondam Duce Saxoniæ fecerat, Imperator de quinquaginta millibus Marcharum Regem liberum dimittens & abſolutum, pro ipſo Rege ſolvet Duci Auſtriæ viginti millia Marcharum, A.D. 1193. charum, & Rex non tenebitur dare Duci Auſtriæ ſeptem obſides nec Imperatori ſexaginta.

Cum igitur Rex prædictam promiſſionem de Henrico quondam Duce Saxoniæ impleverit, & centum millium Marcharum ſolverit, libere recedet.

Præterea Rex fecit jurare in animam ſuam, quod neptem ſuam, filiam Comitis Britanniæ, tradet nuptui filio Ducis Auſtriæ infra ſeptem menſes poſtquam liberatus fuerit, & in terram ſuam redierit, & eam tranſmittet uſque ad introitum Imperii, ſi eam recipere voluerint; & ſi noluerint, erit abſolutus.

Item ſi promiſſio de Henrico quondam Duce Saxoniæ completa non fuerit, quinquaginta millia Marcharum quæ reſidua ſunt, ſolventur infra ſeptem menſes poſtquam Dominus Rex in terram ſuam redierit. A.D. 1193.

Cum autem Rex liberatus fuerit, & redire voluerit, Imperator dabit ei conductum per terram ſuam uſque ad fines Imperii ſui, & in portu illo ubi mare intrabit, quamdiu ibi ſtabit donec proſpero vento recedat.

Præterea ea omnia, quæ tàm in his, quàm in aliis familiaribus litteris, ſigillatis ſigillis Imperatoris & Regis, ſuper contractibus, qui inter eos ordinati ſunt, uterque pro parte ſua rata & firma habebit, & bona fide obſervabit.

Conventiones inter Phillipum Regem Franciæ, & Johannem Fratrem Ricardi Regis Angliæ.

A.D. 1193. A. 5. R. 1. 1. Johannes Comes Moreſti, univerſis ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod tales Conventiones factæ ſunt inter me & cariſſimum Dominum meum Philippum Regem Franciæ; quod ipſe debet habere, in perpetuum, in Normania totam terram quæ eſt citra Sequanam, ab eo loco ubi Sequana cadit in mare uſque Franciam ſicut Sequana currit, & ex ea parte Normaniæ, in qua ſitum eſt Rothomagum, excepta Villa Rothomagi & duabus Leucis circa Rothomagum.

2. Præterea Rex Franciæ debet habere vallem Rotheſii, cum Caſtello & cum pertinentiis ſuis, & totam partem Normaniæ, quæ eſt citra Fluvium qui dicitur Iton, ſicut idem Fluvius currit uſque ad Cheſnebrum, cum ipſo Cheſnebro, & cum pertinentiis ſuis, & Caſtrum Vernelii cum pertinentiis ſuis, & Civitatem Ebroicenſem, cum pertinentiis ſuis, & etiam aliis Caſtellis, & Munitionibus, & Terris citra Iton.

3. In Turonia vero debet habere Rex Franciæ Civitatem Turonenſem, & pertinentia uſque ad Arras, & Feodum Montis Tricardi & Ambaſiæ, & præterea Montem Baſon, cum pertinentiis ſuis Regi Franciæ. Caſtellum vero de Lochis cum pertinentiis ſuis Regi Franciæ, & Caſtellum de Caſtellione cum pertinentiis ſuis, & Caſtellum de Burencois cum pertinentiis ſuis, Regi Franciæ remanebunt in perpetuum. A.D. 1193.

4. Comes vero Ludovicus, Conſanguineus meus habebit Caſtella de Troa & de la Chaitre, cum pertinentiis ſuis, & Feodos de Freteval & de Vandoſme.

5. Comes vero Pertici habebit in Normania Caſtella de Molins & de Bonmolins cum pertinentiis ſuis.

6. Comes vero Engoleſmi tenebit terram ſuam a Rege Franciæ, illam ſcilicet, de qua fecit ei homagium; a me vero tenebit aliam terram, quam a me debet tenere.

7. Ego vero faciam pacem cum Comite Sancti Egidii, ad laudem & conſilium Regis Franciæ.

8. Philippo etiam de Giemo dabo de terra mea, quam conquiram, ad laudem & conſilium Regis Franciæ.

9. Eccleſia vero Sancti Martini Turonenſis habebit in Pictavia, & Andegavia, & Turonia, & Cænomania jura, libertates & conſuetudines ſuas, ſicut tempore Gaufridi Comitis Andegaviæ, & ſicut tempore Wilhelmi Comitis Pictaviæ habuit.

10. Ego vero habebo Civitatem Rothomagenſem & duas Leucas circa Rothomagum, totam terram Normaniæ, præter ſupradictam, & quam Rex Franciæ debet habere, & totam terram Cænomaniæ & Andegaviæ, & totam terram Aquitaniæ, & in Turonia totam terram, præter illam, quam Rex Franciæ & Comes Ludovicus nepos meus debent in Turonia habere, ſicut ſupradictum eſt.

11. De prædictis vero terris ego Regi Franciæ, & Succeſſoribus ſuis Regibus Franciæ faciam ſervitia & juſtitias in curia ſua pro ſingulis feodis, unuſquiſque feodus ——— ſicut Anteceſſores mei Anteceſſoribus ſuis fecerunt; & ſi duos Hæredes aut plures habuero, unuſquiſque eorum a Rege Franciæ teneret illam Baroniam, quam haberet.

12. De illis vero, qui cum Rege Franciæ feodus inibunt, ſic erit; quod ego dabo eis terram ad laudem & conſilium Regis Franciæ.

13. Si autem Ricardus, Frater meus, Rex Angliæ cum Rege Franciæ faceret pacem, & pro ipſo offerret mihi pacem, ego, ſine voluntate Regis Franciæ, cum Rege Angliæ pacem facere non poſſem.

14. Et, ſi Rex Franciæ faceret pacem cum Rege Angliæ, ipſe faceret mihi pacem erga Regem Angliæ, ita quod ego terram quam haberem pro pace a Rege Angliæ, ita eam tenerem ab eo, quod pro nulla cauſa venirem ad ſubmonitionem ejus, ſed ſemper per Advocatum, aut per Nuntium abſens agerem aut reſponderem, & ratum ibi facerem per Advocatum, aut per Nuncium meum, aut acquirendum, aut perdendum, tanquam ſi ibi præſens eſſem; nec compellerer ire in exercitum, vel equitationem, ſed mitterem tot Milites, quot ordinatum fuerit in pace, quando pax fiet.

15. Comes autem Ludovicus, nepos meus, tenebit a Rege Franciæ in feodum & homagium Caſtella de Tria & de la Chaſtre, cum pertinentiis ſuis, & feodis de Freteval & de Vandoſme.

16. Comes vero Pertici tenebit a me Molins & Bonmolins.

17. Præterea Rex Franciæ conceſſit amico & fideli ſuo & meo Hugoni Conſtan. Epiſcopo, quod ſi pacem fecerit cum Richardo Rege Angliæ Fratre meo, dictum Epiſcopum in pace ſua mittet; ita quod idem Epiſcopus Eccleſiam ſuam Conſtan. habebit, & poſſeſſiones, & jura ad ipſam pertinentia, ita libere & pacifice, ſicut ante guerram habebat; &, ſi Rex Angliæ non teneret ei pacem quæ fieret, Rex Franciæ tantum inde faceret, tanquam ſi Rex Angliæ pacem Regi Franciæ infringeret.

18. Ego vero in propria perſona juravi, quod ego omnes prædictas Conventiones obſervabo, & bona fide, & ſine malo ingenio eas tenebo.

19. Rex autem Franciæ Bartholomæum Militem ſuum fecit jurare, quod ipſe bona fide, & ſine malo ingenio, omnes prædictas Conventiones obſervabit. Quod ut ratum ſit & inconcuſſum, præſentem paginam ſigillo meo confirmo. Actum Pariſiis, Anno Incarnati Verbi, Milleſimo, Centeſimo, Nonageſimo Tertio, menſe Januarii.

Litera

Litera Regis Richardi primi Angliæ de feodo præſtando Regi Scotiæ, & de conductu, & pro libertatibus ei allocandis, dum trahit moram in Curia Regis.

A.D. 1194. *A.6. R.1.* *Ex Autogr.*

RIchardus, Dei Gratiâ, Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Seneſcallis, Præpoſitis, Ballivis, & omnibus Miniſtris & fidelibus ſuis ——— Salutem.

Noverit Univerſitas veſtra nos conceſſiſſe, & præſenti Carta noſtra confirmaſſe Willielmo, Illuſtri Regi Scotiæ, kariſſimo amico, & Conſanguineo, & fideli noſtro, & Hæredibus ſuis, in perpetuum de nobis & Hæredibus noſtris omnes libertates & rectitudines quas Anteceſſores ſui habere ſolebant eundo ad Curiam Anteceſſorum noſtrorum, & ſtando ad Curiam, & redeundo à Curia Anteceſſorum noſtrorum. Scilicet Unaquaque die, poſtquam de mandato noſtro tranſierit fines Regni ſui verſus Curiam noſtram, Centum Solid. Sterlingorum: Et in reditu ſuo à Curia noſtra ſingulis diebus tantundem, quouſque in terram ſuam venit.

Singulis diebus ex quo venit ad Curiam noſtram uſque ad receſſum ſuum verſus terram ſuam triginta Solidos Sterlingorum, & Duodecim de Dominicis Guaſtallis noſtris, & totidem de Simenellis noſtris Dominicis: Et duodecim ſextertia vini, quatuor videlicet de Dominico vino noſtro unde nobis ſervitur; & octo ſextertia de vino undè domui noſtræ ſervitur; & duas petras ceræ, vel quatuor cereos: Et quadraginta Candelas de Dominicis candelis unde nobis ſervitur, & quaterviginti candelas de candelis undè Domui noſtræ ſervitur: Duas libras Piperis & quatuor libras Cinimi.

Et præterea conductus, quos Anteceſſores ſui habere ſolebant eundo uſque ad Curiam noſtram, & redeundo à Curia noſtra: Scilicet quòd Epiſcopus Dunelmenſis, & Vicecomes, & Barones Northumb. ad ipſum venient, & in finibus Regni ſui reciperent & conducerent uſque ad Teiſe; & ibi veniat ad eum Archiepiſcopus Eborum, & Vicecomes, & Barones Eborum, & ibi eum reciperent, & conducerent uſque ad Epiſcopatum Lincoln. & ibi ad eum venient Epiſcopus Lincoln. & Vicecomes, & Barones ſumant, & eum recipient, & per Ballivas ——————————— Vicecom. Provinciarum per quas ipſe tranſiet, quouſque ad Curiam noſtram venerit.

Quarè volumus, & firmiter præcipimus, quod præfatus Willielmus Rex & Hæredes ſui omnia præſcripta habeant de nobis & Hæredibus noſtris in perpetuum; & in expenſis, & in conductibus, & in fugitivis, qui de felonia ſe defendere voluerint, ad Curiam noſtram in pace ſuâ ducendis, & in omnibus aliis ſine aliquâ diminutione; firmiter præcipientes ut præfati Epiſcopi, & Vicecomites, & Barones ei prædictos conductus facient, & omnes alias rectitudines & libertates ſuas conſervent; & ut Vicecomites prædicti in Balliis ſuis præſcriptas expenſas in eundo ad Curiam noſtram, & redeundo à Curiâ noſtra plenariè inveniant, donec in terram ſuam venerit.

Teſtibus hiis,

H. Cantuarienſi Archiepiſcopo.
H. Dunelm,
R. Londonenſ.
H. Lincoln.
S. Saresb.
———
H. Wigorn.
} *Epiſcopis.*

R. Comite Ceſtriæ.
H. Comite de Waren.
R. Comite de Clare.
R. Bigot Comite Norf.
Comite David.
W. Comite de Ferrariis.

W. Ma-

A.D. 1194.

W. Mareſcallo.
W. de Stutevill.
Euſtach. de Veſcy.
Gaufr. filio Petri.
Hugone Bard.
W. Bruver, & multis aliis.

A.D. 1194.

Dat. per manum, W. Elienſ. Epiſcopi Cancellarii noſtri apud Winton. 17 die Aprilis, Anno quinto Regni noſtri.

Sigillum integrum, ſed divulſum.

Celeſtinus Papa Veronenſi Epiſcopo; imperat quod, ſub Sacramenti vinculo, Ducem Auſtriæ obligaret omnes Regis Angliæ Obſides dimittere.

A.D. 1194. *An. 6. R. 1.*

Volumus, & per Apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatinus a Duce Auſtriæ juramentum recipias, cum aliâ cautione, quam expedire noveris, quod mandatis noſtris quæ ſibi per te, vel litteras, aut Nuntium, vel Nuntios noſtros fecerimus, per omnia ſine fraude parebit.

Quo recepto, in ejus virtute ſibi præcipias, ut obſides Regis Anglorum univerſos abſolvat; Conditiones omnes, quas exegit ab ipſo relaxet; & oblata ſibi per eum & ſuos, & quæ de ipſius Regis iniqua redemptione percepit ſibi per univerſa reſtituens, eoſdem obſides faciat cum ſecuritate ad propria remeare, & ut amodo talia non attemptet: Nichilominus etiam de injuriâ & dampnis congruè ſatisfaciat irrogatis; His demum rite completis & peractis ei & ſuis abſolutionis munus impendas & interdictum, cui erat ipſius terra ſubjecta, relaxes.

A.D. 1194.

Illud etiam eidem Duci & ſuis, nichilominus præſtitâ ſibi abſolutione, ſub debito prædicti Juramenti præcipias quod, quam citiùs poterunt, ad partes Jeroſolimitanas accedant, & tanto tempore moram in ſervitio Chriſti faciant, quanto præfatus Rex in captione dinoſcitur extitiſſe; quod, ſi non obſervaverint, ipſum & ſuos in eandem excommunicationis ſententiam, appellatione remota, reducas. Dat. Romæ aput Sanctum Petrum 8 idus Junii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Excambium

Excambium factum inter Archiepiſcopum Cantuarienſem & Epiſcopum Roffenſem.

A.D. 1195.
A. 7. R. 1.
Chart. Antiq. Lit. C. n. 17, 18.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Anno ab Incarnatione Domini 1195: Pro communi utilitate Cantuarienſis Eccleſiæ & Roſenſis Eccleſiæ de voluntate & aſſenſu Richardi illuſtris Regis Angliæ, factum eſt Excambium de Manerio de Lamhee cum pertinentiis inter Dominum Hubertum Cantuarienſem Archiepiſcopum, & Priorem atque Conventum jam dictæ Eccleſiæ Roſenſis, in hunc modum; viz. quòd prædicti Monachi auctoritate & aſſenſu Gilberti tunc Roſenſis Epiſcopi conceſſerunt prædicto Archiepiſcopo & Succeſſoribus ſuis imperpetuum, Manerium de Lamhee cum Eccleſia ejuſdem Manerii, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, tàm in eodem Manerio exiſtentibus, quàm in Suwerc & in ſocnâ de London, ſalva prædicto Epiſcopo & Succeſſoribus ſuis medietate ejuſdem ſocnæ in London; ſed ſciant omnes quòd Molendinum illud, quod prædicti Monachi habent extra Suwerc ſuper Tamiſiam verſus Orientem contra Turrim London, & Mariſcus, quem habent in Gren. quem Baldewinus Cantuar. Archiepiſcopus eis dedit pro ſede Capellæ beati Thomæ Martyris, & area circumjacente apud Lamhee non venerunt hoc in Excambium, ſed eiſdem Monachis quieta remanſerunt, licet Prior de Lamhee conſueviſſet exitus inde percipere antequam hoc Excambium factum eſſet.

Et è contra prædictus Archiepiſcopus H. dedit & conceſſit, in Excambium prædicti Manerii de Lamhee, Monachis Eccleſiæ Sancti Andreæ Roſenſis totum Manerium de Darent cum Eccleſia, & cum Capella de Helles, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, & omnibus aliis rebus ad ipſum Manerium pertinentibus, ſalvo jure ſpirituali in ipſa Eccleſiâ prædicto Archiepiſcopo & Succeſſoribus ſuis, donec ipſe vel Succeſſores ſui de mera liberalitate illud Epiſcopo Roſenſi conceſſerit; & unam Bercariam in Clive, quæ appellatur Eſtmerſe, cum ducentis viginti ovibus, cum terra certa in Clive quæ pertinet ad eundem Mariſcum. Et in eadem Villa de Clive Hennericum, Thomam, Hagenildam Viduam, Jocelinum, Walterum Bedell, Edlivinum, Martinum, Willielmum, Adam, & Almarum piſcatorem, cum terris quas tenuerunt, & redditibus, & omnibus ſervitiis, & conſuetudinibus ſuis, ſine aliquo retenemento ipſi Archiepiſcopo, vel ſucceſſoribus ſuis; ita quòd prædicti Monachi Roſenſes habebunt in uſus victualium ſuorum prædicta Excambia, ſicut priùs habuerunt Manerium & Eccleſiam de Lambhee, ſalvo jure Epiſcopo Roſenſi in ipſo Excambio, ſicut priùs habuit in prædicto Manerio de Lamhee.

Et ſciendum eſt, quod idem Archiepiſcopus & Succeſſores ſui warrantizabunt ipſis Monachis Roſenſibus prædictum Manerium de *Darent* cum pertinentiis ſuis, & prædictam Bercariam cum pertinentiis ſuis, & prædictos homines cum terris, redditibus & ſervitiis ſuis.

Et prædicti Monachi warrantizabunt ipſi Archiepiſcopo & Succeſſoribus ſuis ipſum Manerium de Lamhee † aut aliquo modo à corpore Archiepiſcopatûs ſui alienare; & ſimiliter Monachi Roſenſes non poterunt dare, aut vendere alicui, aut excambire, aut aliquo modo alienare à ſuâ Eccleſia Roſenſi prædictum manerium de Darent, nec Eccleſiam, nec aliquod tenementum aliud de his quæ pro Manerio de Lamhee in Excambium receperunt.

†

Et ad majus Excambii hujus robur, prædictus Archiepiſcopus & omnes Epiſcopi, & univerſus Clerus Angliæ, de aſſenſu & voluntate Domini Regis ſententiam Excommunicationis intulerunt in omnes qui contra hoc venire præſumpſerint: Et tam ipſe Archiepiſcopus, quàm Epiſcopi, Comites & Barones Angliæ ſigillorum ſuorum teſtimonium appoſuerunt.

Carta Confirmationis Excambii inter H. Cant. Arch. & Monachos Roſſenſes.

A.D. 1195.
A. 7. R. 1.
Cart. Antiq. Lit. C.

RIchardus, Dei Gratiâ Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Seneſchallis, Præpoſitis, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ſalutem.

Noveritis quod Venerabilis pater noſter Hubertus Cantuar. Archiepiſcopus, de aſſenſu & voluntate noſtrâ, fecit excambium cum Monachis Roſenſibus, auctoritate & aſſenſu Gilleberti tunc Roſenſis Epiſcopi, de Lamhee cum pertinentiis, quod Reges antiquitùs dederant & confirmaverunt Eccleſiæ Sancti Andreæ Roſenſi in perpetuam eleemoſynam.

Pro quo Manerio cum pertinentiis idem Archiepiſcopus dedit & conceſſit Monachis Eccleſiæ Sancti Andreæ Roſenſis Manerium ſuum de Darente, cum Eccleſiâ & Capellâ de Helles, & omnibus pertinentiis ſuis, & unam Bercariam in Clive quæ appellatur Eſtmerſe, cum terra certa in eadem Villa quæ pertinent ad eundem Mariſcum; & in eadem Villa de Clive, Hennericum, Thomam, Hagenildam Viduam, Jocelinum, Walterum Bedellum, Edwinum, Martinum, Willielmum, Adam & Almarum Piſcatorem, cum terris quas tenuerunt de Archiepiſcopo, & redditibus, & omnibus ſervitiis, & conſuetudinibus ſuis, ſine aliquo retenemento, ipſi Archiepiſcopo vel Succeſſoribus ſuis, tenenda prædictis Monachis imperpetuum.

Undè volumus, quod prædicti Monachi habeant & poſſideant prædictum Manerium de Darent, cum Eccleſia ejuſdem Manerii, & Capella de Helles, & dominicis, & homagiis, & ſervitiis, tàm in terris cultis quàm incultis, in boſco, in pratis & paſcuis, in aquis & molendinis, in ſtagnis & piſcariis, & in omni alia integritate ſua, cum omnimoda dignitate & libertate ſuâ; & prædictam Bercariam in Clive cum pertinentiis ſuis, & prædictos homines in eadem Villa cum terris, redditibus ſervitiis, & conſuetudinibus eorum, ità benè, liberè, quietè, pacificè, & plenariè, ſicut prædictus Archiepiſcopus H. vel aliqui anteceſſorum ſuorum ea omnia ſupradicta in Darent & Clive cum pertinenciis melius, liberius, quietius, plenius & honorificentius tenuit: Ità quod prædicti Monachi convertant prædicta, tam in Eccleſiis quàm in aliis rebus, in uſus victualium ſuorum, ſicut prius fecerant de prædicto Manerio & Eccleſia de Lamhee; ſalvo jure Epiſcopo Roſenſi in illis excambiis, ſicut prius habuit in prædicto Manerio de Lamhee.

A.D. 1195.

Conſtituimus etiam & firmiter præcipimus ad majorem ſecuritatem Eccleſiæ Sancti Andreæ Roſenſis, quod nullus de Ballivis noſtris vel ſervientibus, aliquo unquam tempore, mittat manum in prædicta Excambia, quæ prædicti Monachi receperunt, occaſione mortis alicujus Archiepiſcopi Cantuar. vel aliqua alia cauſa, ad aliquem Archiepiſcopum pertinente, quia id juris, quod habuimus, vacante ſede Cantuarienſi, in ipſis Excambiis, habebamus in Lamhee, & Excambia quieta remanebunt: Et ſi forte aliquis aliqua temeritate contra hoc factum fecerit, omne dampnum prædictæ Eccleſiæ Sancti Andreæ ſtatim reſarciet, & de omnibus bonis ſuis in noſtra miſericordia remanebit. Et ut hoc firmum ſit & ſtabile in perpetuum, nos Cartam noſtræ Confirmationis fecimus, & ad robur majoris firmitatis conceſſimus, quod Dominus Papa, & Eccleſia Romana, & prædictus Archiepiſcopus & omnes Epiſcopi, & totius Angliæ Clerus excommunicaverint omnes quicunque aliquo tempore contra hoc noſtrum Statutum & Confirmationem venire temptaverint.

His Teſtibus,

H. Archidiacono Cantuarienſi,
Magiſtro Malgero Theſaurario Normanniæ,
J. Archidiacono Norwicen.
Magiſtro Rogero de Sancto Edmundo,
Richardo Briwer,
W. filio Rad. Seneſch. Normanniæ,
R. Com. Ang.
Petro de Pratellis,
Willielmo de Stagno,
Roberto de Treſgoz, & aliis.

Dat. per manum Magiſtri E. Decani Sarum, gerentis vices Cancellarii, apud Inſulam Andeliaci, ſeptimo die Aprilis, Anno Regni noſtri ſeptimo.

Conven-

Conventiones Pacis inter Philippum Regem Franciæ, & Richardum Regem Angliæ.

A.D. 1195. A. 7. R. 1. Ex Rotulo in Theſaur.

1. PHilippus, Dei gratia, Francorum Rex, omnibus ad quos litteræ præſentes pervenerint ſalutem in Domino. Noſſe vos volumus quod hæ ſunt Conventiones pacis inter nos, & amicum & fidelem noſtrum Richardum illuſtrem Regem Angliæ, factæ in vigilia Sancti Mich. inter Exoldunum & Charrocium, videlicet, Quod nobis & Hæredibus noſtris jure Hæreditario imperpetuum dimittat & quittat Giſorcium, & Melpham, & Wlquaſſinum. Normannum; ita quod Stephanus de Longo-Campo debet habere Baudemont & Terram ſuam, & tenebit eum de nobis.

2. De Hugone de Gorniaco ita erit; homagium ejus remaneat nobis ad vitam dicti Hugonis, niſi voluerit revertere ad Regem Angliæ; & poſt mortem dicti Hugonis debet totum feodum ſuum de Normannia ad Richardum Regem Angliæ & Hæredes ſuos revertere; & terra ejuſdem Hugonis, quam habuit in Anglia & in Normannia, debet dari Richardo de Vernon pro Excambio illo, quod nos debemus facere eidem Richardo pro Caſtello Vernonis, ſcilicet de octingentis libris Pariſien. de redditibus: Ita quod, ſi præfata terra Hugonis tantum non valeret per annum, nos in terra noſtra ei perficeremus reſiduum; Ricardus autem & filius ſuus nobis Vernonem cum Caſtellania ſua, & Hæredibus noſtris imperpetuum quitaverunt de mandato & aſſenſſu Ricardi Regis Angliæ, & quitationem juraverunt.

3. Præterea, quitationem illam, quam Comes Leiceſtriæ nobis fecit de Caſtello Patiaci, tàm in Feodo, quàm in Dominio, cum Caſtellania ſua, & pertinentiis ipſius, ratam habet Rex Angliæ & firmam.

4. Præterea Rex Angliæ quittat nobis & Hæredibus noſtris imperpetuum jure Hæreditario novum Mercatum, Vernonem, Gallionem, Patiacum, Juriacum, Novencort, cum Caſtellaniis eorum.

5. Et ſciendum quod metæ ponentur inter Forteritiam Gallion. & Forteritiam Vallis Rodelii in media via; & ex illa meta, ſicut ſe portabit uſque in Secanum, & ex alia parte uſque in Euriam, id, quod erit ex parte Vallis Rodelii, erit Richardi Regis Angliæ.

A.D. 1195.

6. Quitat etiam nobis Richardus Rex Angliæ & Hæredibus noſtris imperpetuum Alverniam, Feodum & Dominium, & quod habebat ibi, & quod ſe habiturum expectabat.

7. Præterea, ſi Comes Leiceſtriæ, aut Richardus de Vernon, aut filius ejus, aut aliquis ex hominibus Regis Angliæ, occaſione Feodi & Dominii, quæ Rex Angliæ, per hanc pacem nobis dimittat, nobis & noſtris aliquod malum faceret, Rex Angliæ mitteret in manus noſtras terras eorum, & ſalvos nos tenere faceret uſque dum dampna nobis & noſtris reſtituta eſſent, vel ipſe de ſuo nobis & noſtris reſtitueret, & illos de terra ſua fugaret.

8. Ut autem firma pax ſit inter nos & dilectum fidelem noſtrum Richardum Regem Angliæ, eidem Richardo Regi Angliæ & Hæredibus ſuis imperpetuum dimittimus & quitamus Exoldunum & Craciatum, & omnia Feoda quæ pertinent ad Exoldunum & Craciatum, & Feodum de la Chartre, & de Seint Chartrier, & de Chaſtelet ſicut Andreas de Chaminiaco tenebat ea de nobis, & Feodum Caſtelli Melliant ſicut Odo de Doliis eum de nobis tenebat, & Sellatum cum pertinentiis; eo excepto de quo Comes Sancti Egidii & ſui, aut Vicecomes Turaniæ & ſui in vigilia beati Nicholaii erant tenentes: Si nos voluerimus firmare in Villa Nova ſuper Cherum firmare poterimus.

9. Richardo autem Regi Angliæ remanet Comitatus Augi cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut Comes Augi & ſui homines habuerunt, Comitatus de Alba-Marla cum pertinentiis ſuis, Arches & Drencort cum pertinentiis ſuis. Terræ vero Militum de Terra Hugonis de Gornaco, qui iverunt ad Regem Angliæ, reddentur illis; ita quod de terris illis facient homagium & ſervitium Hugoni de Gornaco, ſalva fidelitate quam ipſi Richardo Regi Angliæ debebant.

10. Dimittimus etiam Richardo Regi Angliæ Brannoier, & officium de

Bran-

Brannoier, & totam illam terram ſuam & hominum ſuorum, quam amiſit poſtquam captus fuit in Alemannia; exceptis prædictis terris quæ remanent nobis & Hæredibus noſtris imperpetuum, ſicut dictum eſt.

11. In uno & eodem pacto erit Richardus Rex Angliæ, & Comes Sancti Egidii; quod Richardus Rex Angliæ tenebit totam terram, quam tenebat in Vigilia Sancti Nicholai, & faciet, & inforciabit, in terra illa quam tunc tenebat, ſicut voluerit, tanquam de ſua; & Comes Sancti Egidii ſimiliter de ſua quam tunc tenebat.

12. Et, ſi Comes Sancti Egidii nollet eſſe in hac pace, nos non erimus ei in auxilium contra dictum Regem Angliæ: & idem Rex Angliæ omnia mala quæ poſſet ei facere faceret, & de incendio & de everſione.

13. Et, ſi idem Rex Angliæ vellet tenere firmum id quod cepiſſet quando Comes Sancti Egidii vellet eſſe in pace, idem Rex Angliæ redderet ei totam terram ſuam, quam a Vigilia Beati Nicholai adquiſiviſſet; & ſimiliter erit de Comite Sancti Egidii. Et, ſi Comes Sancti Egidii noluerit eſſe in hac pace, idem Rex Angliæ neque guerram, neque malum faciet Comiti Sancti Egidii quamdiu idem Comes voluerit rectum facere per nos.

14. Comes Petragore habebit terram ſuam ſicut habebat quando receſſit ab eodem Rege Angliæ, & ſimiliter Vicecomes Brocie, Comes Engoliſmi rehabebit terram ſuam, & homines ſui; & ipſi tres facient Richardo Regi Angliæ homagium & ſervitium ſicut prius.

15. Vicecomes Turaniæ tenebit de nobis id quod debet, & de Rege Angliæ id quod debet. De Fortunato de Gordon ſic erit; quod, ſi idem Rex Angliæ poterit probare, per ſacramenta viginti vel triginta legitimorum hominum, quod duo Caſtella, ſcilicet Caſians & Peril, tenuiſſet idem Rex Angliæ per unum annum & unum diem & amplius, & idem Rex Angliæ ea prædicto Fortunato tradidiſſet, &, ſi idem Rex Angliæ ea habere voluerit, nos inde non intromitteremus.

16. De Domo Caſtelli novi ædificanda Turon. faciet idem Rex Angliæ ad conſilium Remenſis Archiepiſcopi, & Droton de Merloco.

17. De Andeliaco ſic erit; quod nec nos, nec Rex Angliæ in eo clamamus Feodum ſeu Dominium; &, ſi contigerit quod Archiepiſcopus Rothomagenſis in terram noſtram vel noſtrorum ſententiam interdicti vel excommunicationis miſerit, nos poterimus aſſignare ad Andeliac, & ad ea quæ Archiepiſcopus ibi habet, & ad ejus pertinentias, uſque dum duo Diaconi vel Presbyteri, quos per Sacramentum noſtrum bona fide ad hoc eligeremus, & duo Diaconi vel Presbyteri, quos Rex Angliæ per Sacramentum ſuum bona fide ad hoc eligeret, decreverint utrum interdictum vel excommunicatio juſtè lata fuerint, an injuſtè: Si decreverint quod juſtè, nos prædicto Archiepiſcopo reddemus Andeliac, & ea quæ interim exinde levaverimus, & ad verbum dictatorum faciemus emendari; ſi vero decreverint quod injuſtè poſitum fuerit, ea, quæ nos de Andeliaco, & de pertinentiis ſuis levaverimus, in deperdito erunt Archiepiſcopi, & Archiepiſcopus interdictum vel excommunicationem ſolvet: ſimiliter erit de Richardo Rege Angliæ.

18. Si aliquis prædictorum dictatorum moreretur hinc vel inde, per Sacramentum alterius noſtrum, alter loco mortui ſimiliter ſupponetur.

19. Quando Archiepiſcopum mori contigerit, redditus de Andeliaco & de pertinentiis erunt in manu Capituli Beatæ Mariæ Rothomagen. donec alius ſuccedat Archiepiſcopus.

20. Nec nos aliquod malum faciemus prædictis dictatoribus propter arbitrium ipſorum.

21. Andeliacum non poterit inforciari.

22. Item Richardus, Rex Angliæ, faciet nobis quitari omnia illa, quæ cepimus de rebus Eccleſiarum terræ ſuæ, quæ ſunt in terra noſtra; & nos ſimiliter eidem Richardo Regi Angliæ.

23. Neque nos neque idem Rex Angliæ de cætero, propter aliquam guerram quæ evenire poſſet, aliquid capiemus, vel ſupracapiemus de rebus Eccleſiarum, alter de terra alterius; & ea in pace, & in ea libertate erunt Eccleſiæ, hinc inde, in qua erunt ante guerram.

24. Amodo non intromittemus nos de hominibus Richardi Regis Angliæ, neque de Feodis qui ad eum pertinent; nec ipſe de noſtris; ſalvis tamen nobis ſervitiis quæ Rex Angliæ nobis debet de Feodis, quæ de nobis tenet, ſicut Feoda apportant.

25. Neque nos recipiemus amodo homines ligeos Richardi Regis Angliæ, quamdiu vixerit, contra eum; nec ipſe homines noſtros, quamdiu vixerimus.

26. Hiis omnibus peractis Comes Leiceſtriæ, & omnes Priſones, & hoſtagii Priſonum hic inde, prout diviſum eſt, liberabuntur.

A.D. 1195.

27. Nos juravimus, bona fide, quod nos hæc tenebimus; & Rex Angliæ ſimiliter juravit.

28. Quæ omnia ſupradicta, ut firma & ſtabilia permaneant, ſigillo noſtro confirmamus.

Actum, inter Gallion. & Vallem Rodolii, Anno Verbi Incarnati MCXCV.

De non ſolvendis penſionibus, & non promittendis Eccleſiis antequam vacent.

A.D. 1197.

A. 8. R. 1.

Ex Autogr.

Celeſtinus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Dilectis Filiis—— ——Priori & Monachis Sancti Pancratii de Lewes Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quæ in præjudicium Eccleſiarum, præter juris ordinem, perperam attemptantur, auctoritate ſunt Apoſtolica corrigenda; & cum nobis immineat, ex injunctæ ſervitutis officio, de ſingulis Eccleſiis, per univerſum orbem diffuſis, paterna ſollicitudine cogitare, ipſarum debemus utilitati conſulere, & onera ſublevare tenemur.

Accepimus ſiquidem quod ad inſtantiam quorumdam nobilium, quibus favorem veſtrum non poteratis de facili denegare, primas, ſecundas, & tertias vacantes Eccleſias quibuſdam Clericis promiſiſtis, quibus interim certas ſolvitis penſiones, ex quarum ſolutione Eccleſia veſtra non modicùm aggravatur; ea propter veſtris poſtulationibus favorem Apoſtolicam impendentes, vos & Eccleſiam veſtram, ab hujuſmodi promiſſionibus, Apoſtolicæ Sedis auctoritate, abſolvimus, & ad talium penſionum ſolutionem decernimus non teneri; diſtrictius inhibentes nè Eccleſias, antequam vacent, alicui promittere præſumatis, vel de ipſis aliquem inveſtire.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Lateran. v. KL. Maii, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Filis ſeric. flavi rubeique color.

Confæderatio facta inter Richardum Regem Angliæ, & Baldewynum Comitem Flandriæ de auxilio hinc inde contra Regem Franciæ præſtando imperpetuum inter eos & inter Hæredes eorum.

A.D. 1197.
A. 9. R. 1.
Ex Autogr.

1. NOtum ſit univerſis hoc ſcriptum viſuris, quod hoc eſt Fœdus, & Conventio inter Richardum Regem Angliæ, & Baldewinum Comitem Flandriæ, & Haynoiæ, Conſanguineum ſuum, videlicet, Quod idem Rex Angliæ pacem aut treugam cum Rege Franciæ non faciet, nec facere poterit, abſque voluntate & aſſenſu ejuſdem Comitis; nec idem Comes faciet aut facere poterit pacem aut treugam cum Rege Franciæ, abſque voluntate & aſſenſu prædicti Regis Angliæ.

2. Et ſi forte de voluntate & aſſenſu utriuſque pax aut concordia fieret inter Regem Francorum & eos, & Rex Franciæ poſtmodum alterutrum guerreraret, tenerentur prædicti Rex Angliæ & Comes, ad mutuum ſubſidium & auxilium ſibi invicem conferendum, prout melius poterunt & ſicut fecerunt tempore quo Fœdus iſtud inter eos contractum eſt.

3. Et ſciendum eſt, quod hoc Fœdus & hæc Conventio non ſolummodo duratura eſt tempore guerræ, ſet imperpetuum inter eos, & inter Hæredes eorum, qui terras ipſorum tenebunt poſt eos, ſive pax fuerit, ſive guerra: Ita quod, ſi Rex Angliæ hoc Fœdus & hanc Conventionem non obſervaverit, qui juraverunt hoc Fœdus & hanc Conventionem tenendam pro Rege Angliæ, mittent ſe in captionem præfati Comitis infra menſem, poſtquam id bona fide ſcierint, non expectata ſummonitione dicti Comitis: Similiter, ſi dictus Comes hoc Fœdus & hanc Conventionem non obſervaverit, illi, qui juraverunt hoc Fœdus & hanc Conventionem tenendam pro ipſo Comite, mittent ſe in captionem dicti Regis Angliæ, infra menſem, poſtquam id bona fide ſcierint, non expectata ſummonitione dicti Regis Angliæ.

4. Hoc juravit pro ipſo Rege Angliæ bona fide tenendum, Johannes Comes Moriton, Frater ipſius Regis, & in animam ejuſdem Regis, & pro ſeipſo juravit idem Comes in animam ſuam.

5. Et alii, quorum nomina ſubſcripta ſunt, juraverunt in animas ſuas idem Fœdus & eandem Conventionem bona fide tenendam, viz.

Otho Comes Pictaviæ,
Baldewinus Comes Albe-marlæ,
Will. Mareſcallus,
Will. de Humet Conſtabularius Normanniæ,
Hugo de Gurnay,
Robertus de Harecurt,
Robertus filius Rogeri,
Will. Comes Arundell,
Rogerus de Toony,
Willielmus Seneſcallus Normanniæ,
Robertus Marmion.
Robertus Bertran.
Ranulphus Comes Ceſtr.
Will. de Stagno,
Will. de Katv.
R. Tecſon,
Petrus —— *Boſco,*
Hugo de Coloneis,
Ger. de Furnival,
Fulco Stainel,
Sym. de Kyma,
Hub. de Kareney,
Will. de Hundeſcot.
Walkelinus de Ferrariis,
Haſcoil de Solmy,
Radulphus de Arden,

6. Qui juraverunt, in præſentia dicti Regis Angliæ, & dicti Comitis Flandriæ Baldewini in Normannia.

Robertus vero *Comes Leiceſtr.* &
Radulphus Comes Augi,
Will. de Warenna,
Will. de Malion,
Warinus de Glapion,
Robertus de Treſgoz,
Henr. de Bohon.

Willielmus Malet de Gerarvill,
Henr. Biſet,
Henr. de Stutevill,
Willielmus de Mobray,
Willielmus Martel,
Robertus filius Galteri,

7. Idem juraverunt in Normannia, coram dicto Rege Angliæ, & Siger. Caſtellano de Gant, & Nichol. de Coudato, qui ad hoc miſſi fuerunt in Normanniam, ex parte prædicti Comitis Flandr.

8. Præfatus vero Comes Baldewinus juravit, propria manu, hoc fœdus & hanc conventionem bona fide tenendam, & Philippus Comes de Namur, & Henr. fratres ejuſdem Comitis, & Barones, & alii homines ſui, quorum nomina ſubſcripta ſunt, idem juraverunt. Scilicet

Roger de Cortraco,
Hugo de Sancto Osberto,
Remerus de Trit.
Nichol. de Condato,
Theodor. filius Comitis Philip.
Altare Sakerell,
Walterus vero *de Auenaues,*
Ger. Præpoſitus Brugien.
Bald. Camerarius,
Polius de Vilers,
Ger. de Balliolo,
Siger. Caſtell. de Gand.
Euſtac. de Maclines,
Goſumus de Waverin,
Oſto de Arbore,
Hug. de Ruet,
Galterus de Stotenghem,
Ger. de Roda,
Theod. de Formeſele,
Rad. Milpeſ.
Henr. de Balliolo,
Ger. de Puz,
Ger. de Stailbon,
Euſtac. de Ruet,
Rogerus Caſtellan. Cortracen.
Remerus de Montibus,

Idem juraverunt in Flandr. pro ipſo Comite Flandr. coram prædictis Bald. Comite Albemarle, & Willielmo de Hundeſcort, & Willelmo de Stagno.

Sigillum Flandr. pendet de Cera albida vinculo Membran.

Epiſtola

C R G R P

Notum ſit univerſis hoc ſcriptum inſpecturis quod hoc eſt fedus et conventio inter Ricardum Regem Angl(ie)

ſangineu ... videlicet Quod idem R. Angl(ie) pacem aut treugam cum Rege Francie non faciet ſi Rlc

Et hec idem Com(es) faciet aut pace potiti pacem aut treugam cum Rege Francie abſque voluntate et aſſenſ



Angl'. 7 Baldewin' Comite Flandrie 7 Haynonie Co-
ter q nec potit abſq; uoluntate 7 aſſenſu eiſdem Comitis.
te 7 aſſenſu p̄dicti Reg Angl'. Et ſi forte de uoluntate 7

Tom. 1. Fol. 95.



Notum ſit univſis

ſanguineū ſ̄ videlic

Nec idem Com̄ faciet

1

1 . Fol. 95.

A.D. 1197.
A. 9. R. 1.
Ex Autogr.

1. NOtum ſit univerſis hoc ſcriptum viſuris, quod hoc eſt Fœdus, & Conventio inter Richardum Regem Angliæ, & Baldewinum Comitem Flandriæ, & Haynoiæ, Conſanguineum ſuum, videlicet, Quod idem Rex Angliæ pacem aut treugam cum Rege Franciæ non faciet, nec facere poterit, abſque voluntate & aſſenſu ejuſdem Comitis; nec idem Comes faciet aut facere poterit pacem aut treugam cum Rege Franciæ, abſque voluntate & aſſenſu prædicti Regis Angliæ.

2. Et ſi forte de voluntate & aſſenſu utriuſque pax aut concordia fieret inter Regem Francorum & eos, & Rex Franciæ poſtmodum alterutrum guerreraret, tenerentur prædicti Rex Angliæ & Comes, ad mutuum ſubſidium & auxilium ſibi invicem conferendum, prout melius poterunt & ſicut fecerunt tempore quo Fœdus iſtud inter eos contractum eſt.

3. Et ſciendum eſt, quod hoc Fœdus & hæc Conventio non ſolummodo duratura eſt tempore guerræ, ſet imperpetuum inter eos, & inter Hæredes eorum, qui terras ipſorum tenebunt poſt eos, ſive pax fuerit, ſive guerra: Ita quod, ſi Rex Angliæ hoc Fœdus & hanc Conventionem non obſervaverit, qui juraverunt hoc Fœdus & hanc Conventionem tenendam pro Rege Angliæ, mittent ſe in captionem præfati Comitis infra menſem, poſtquam id bona fide ſcierint, non expectata ſummonitione dicti Comitis: Similiter, ſi dictus Comes hoc Fœdus & hanc Conventionem non obſervaverit, illi, qui juraverunt hoc Fœdus & hanc Conventionem tenendam pro ipſo Comite, mittent ſe in captionem dicti Regis Angliæ, infra menſem, poſtquam id bona fide ſcierint, non expectata ſummonitione dicti Regis Angliæ.

4. Hoc juravit pro ipſo Rege Angliæ bona fide tenendum, Johannes Comes Moriton, Frater ipſius Regis, & in animam ejuſdem Regis, & pro ſeipſo juravit idem Comes in animam ſuam.

A.D. 1197.

5. Et alii, quorum nomina ſubſcripta ſunt, juraverunt in animas ſuas idem Fœdus & eandem Conventionem bona fide tenendam, viz.

Otho Comes Pictaviæ,
Baldewinus Comes Albe-marlæ,
Will. Mareſcallus,
Will. de Humet Conſtabularius Normanniæ,
Hugo de Gurnay,
Robertus de Harecurt,
Robertus filius Rogeri,
Will. Comes Arundell,
Rogerus de Toony,
Willielmus Seneſcallus Normanniæ,
Robertus Marmion.
Robertus Bertran.
Ranulphus Comes Ceſtr.
Will. de Stagno,
Will. de Katv.
R. Tecſon,
Petrus ——— Boſco,
Hugo de Coloneis,
Ger. de Furnival,
Fulco Stainel,
Sym. de Kyma,
Hub. de Kareney,
Will. de Hundeſcot.
Walkelinus de Ferrariis,
Haſcoil de Solmy,
Radulphus de Arden,

6. Qui juraverunt, in præſentia dicti Regis Angliæ, & dicti Comitis Flandriæ Baldewini in Normannia.

Robertus vero *Comes Leiceſtr. &*
Radulphus Comes Augi,
Will. de Warenna,
Will. de Malion,
Warinus de Glapion,
Robertus de Treſgoz,
Henr. de Bohon.

Williel-

A.D. 1197.

Willielmus filius Hamon.
Philipp. de Columbar.
Willielmus Maengot.
Regin. Baſſet,
Henr. de Ferrariis,
Joel de Maduana,
Willielmus de Mortuo Mari,
Hugo de Ferrariis,
Rogo de Sarcy,
Robertus Comes de Mellent.
Thomas Baſſet,
Alanus Baſſet,
Robertus de Tiebouill,
Walterus Pippard,
Richardus de Humet,
Willielmus Malet de Gerarvill,
Henr. Biſet,
Henr. de Stutevill,
Willielmus de Mobray,
Willielmus Martel,
Robertus filius Galteri,

7. Idem juraverunt in Normannia, coram dicto Rege Angliæ, & Siger. Caſtellano de Gant, & Nichol. de Coudato, qui ad hoc miſſi fuerunt in Normanniam, ex parte prædicti Comitis Flandr.

8. Præfatus vero Comes Baldewinus juravit, propria manu, hoc fœdus & hanc conventionem bona fide tenendam, & Philippus Comes de Namur, & Henr. fratres ejuſdem Comitis, & Barones, & alii homines ſui, quorum nomina ſubſcripta ſunt, idem juraverunt. Scilicet

Roger de Cortraco,
Hugo de Sancto Osberto,
Remerus de Trit.
Nichol. de Condato,
Theodor. filius Comitis Philip.
Altare Sakerell,
Theodor. de Beuerna.
Bald. de Comines,
Willielmus de Hundeſcote,
Simon de Haverets,
Henr. de Paskendale.

Hii prædicti juraverunt in Normannia, coram præfato Rege Angliæ, & præfato Comite Flandr. præter præfatum Comitem Namur. qui hoc juravit in Flandr. coram Bald. Comite Albemarl. & Willielmo de Hundeſcot, & Willielmo de Stagno, qui ad hoc miſſi fuerunt in Flandr. ex parte ſæpedicti Regis Angliæ.

Walterus vero *de Auendnes,*
Ger. Præpoſitus Brugieu.
Bald. Camerarius,
Polius de Vilers,
Ger. de Balliolo,
Siger. Caſtell. de Gand.
Euſtac. de Maclines,
Goſumus de Waverin,
Oſto de Arbore,
Hug. de Ruet,
Galterus de Stotenghem,
Ger. de Roda,
Theod. de Formeſele,
Rad. Milpeſ.
Henr. de Balliolo,
Ger. de Puz,
Ger. de Stailhon,
Euſtac. de Ruet,
Rogerus Caſtellan. Cortraceu.
Remerus de Montibus,

Idem juraverunt in Flandr. pro ipſo Comite Flandr. coram prædictis Bald. Comite Albemarle, & Willielmo de Hundeſcort, & Willelmo de Stagno.

Sigillum Flandr. pendet de Cera albida vinculo Membran.

Epiſtola

Epiſtola Richardi Regis Angliæ ad Philippum Dunelmenſem Epiſcopum de victoria obtenta contra Franc. apud Giſortium.

A.D. 1197. *A. 9. R. 1.* Richardus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, dilecto & fideli ſuo Philippo eadem gratia Dunelmenſi Epiſcopo, ſalutem.

Noveritis quod Dominica proxima ante Feſtum Sancti Michaelis intravimus terram Regis Franciæ apud Dangu, & inſultum fecimus apud Curceles, & Caſtrum cepimus cum Turre, & Dominum Caſtri, & omnes alios, qui erant in Caſtro; eodem die inſultavimus Domum fortem de Burris, & totum quod in ea erat cum Domo cepimus, & ſero redivimus cum exercitu noſtro apud Dangu.

Die Craſtino Rex Franciæ, his auditis, venit de Mantua cum 300 Militibus, & Servientibus, & communis ſuis, ad ſuccurrendum Caſtro de Curceles, quod non putavit eſſe captum; nos autem, ex quo cognovimus eum venire, exivimus cum pauca Gente, & Gentem noſtram dimiſimus ſuper ripam de Ethe, quia credebamus eum venturum ſuper Gentem noſtram ultra ripam ex parte de Dangu: Ipſe autem cum Gente ſua deſcendit verſus Gyſortium, & nos eum in fugam converſum, & Gentem ſuam in tanta diſtrictione poſuimus in portam Gyſortii, quod pons fractus eſt ſub illis, & Rex Franciæ, ut audivimus, bibit de Riveria, & alii Milites uſque ad 20 ſubmerſi ſunt. Nos autem ibi cum una lancea proſtravimus Matthæum de Mummeranci, & Alanum de Ruſci, & Fulconem de Gilerval, & captos detinuimus; & bene capti ſunt de Gente ſua uſque ad 100 Milites; quorum nomina majorum vobis mittemus cum eos viderimus, quia Marchadeus habuit uſque ad 30, quos non vidimus. Servientes, Equites, & Pedites capti ſunt, quorum non eſt numerus, & dextrarii ducenti capti ſunt, quorum ſepties viginti cooperti ſunt de ferro.

Ita devicimus Regem Franciæ apud Gyſortium; ſed nos idem non fecimus, immo Deus & jus noſtrum per nos: Et in hoc facto poſuimus in caſu caput noſtrum & Regnum ſupra conſilium omnium noſtrorum: Hæc vobis ſignificamus ut ſuper hoc nobiſcum gaudeatis. Teſtibus nobis ipſis apud Dangu 30 die Sept.

Permutatio, de quibuſdam locis, inter Ric. Regem Angliæ, & Walterum Archiepiſcopum Rothomagen.

A.D. 1197. *A. 9. R. 1.* Ricardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dux Normanniæ, Aquitaniæ, Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Seneſcalcis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, Ballivis, & omnibus Fidelibus ſuis, ſalutem. Cum Sacroſancta Eccleſia ſponſa ſit Regis Regum, & unica dilecta illius per quem Reges regnant & Principes Gubernacula poſſident, tanto ampliorem ei volumus devotionem & reverentiam exhibere, quanto certius, non regiam tantum ſed omnem a Domino Deo eſſe credimus poteſtatem; unde, ſicut venerabilis Rothomagenſis Eccleſia, quæ inter univerſas terrarum noſtrarum plurima celebritate dinoſcitur enitere, pro rerum neceſſitate vel temporum, noſtris ducit utilitatibus opportuna diligentia conſulendum; ſic nos ejuſdem matris noſtræ commodis & augmentis digna compenſatione dignum ducimus reſpondere.

Sane Villa Andeliaci, & quibuſdam aliis adjacentibus locis, quæ erant Rothomagenſis Eccleſiæ, minus ſufficienter firmatis, inimicis noſtris in terram noſtram Normanniæ per eadem loca patebat ingreſſus: per quæ incendiis & rapinis, necnon & aliis hoſtilitatis ſævitiis in eandem terram nonnunquam licentius graſſabantur; quocirca, venerabili Patre Waltero Archiepiſcopo & Capitulo Rothomagen. debitum habentibus ad noſtra & prædictæ terræ noſtræ damna reſpectum, facta eſt hæc permutatio inter Eccleſiam Rothomagenſem & Archiepiſcopum Rothomagenſem Walterum ex una parte, & nos ex altera parte, de Manerio de Andeli in hac forma. Scilicet, Quod idem Archiepiſcopus, de conſcientia & voluntate Domini Papæ Celeſtini Tertii, & de aſſenſu Capituli Rothomagen. Eccleſiæ, & Coepiſcoporum ſuorum, & Cleri ejuſdem Archiepiſcopatus, conceſſit & in perpetuum quietum clamavit nobis & Hæredibus noſtris prædictum Manerium de Andeli, cum novo Caſtello de Rupe, & cum Foreſta, & cum aliis omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis; exceptis Eccleſiis, & Præbendis, & Feodis Militum, & excepto Manerio de Fraxinis, cum pertinentiis ſuis; quæ omnia idem Archiepiſcopus Eccleſiæ Rothomagen. & ſibi, & Succeſſoribus ſuis retinuit, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, & cum omni integritate ſua in perpetuum; ita quod, tàm Milites, quàm Clerici, & omnes homines, tàm de Feodis Militum, quàm de Præbendis ſequentur Molendina de Andeli, ſicut conſueverunt & debent; & moltura erit noſtra.

Archiepiſcopus autem & homines ſui de Fraxinis molent ubi idem Archiepiſcopus volet; &, ſi voluerint molere apud Andeli, dabunt molturas ſuas, ſicut alii ibidem molentes.

In eſcambium autem prædicti Manerii de Andeli cum pertinentiis conceſſimus & in perpetuum quieta clamavimus Eccleſiæ Rothomagen. & prædicto Archiepiſcopo, & Succeſſoribus ſuis, omnia Molendina quæ nos habuimus Rothomagi, quando hæc permutatio facta fuit, integrè cum omni ſequela & moltura ſua, ſine aliquo retenimento eorum quæ ad Molendina pertinent, vel ad Molturam, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus quas ſolent & debent habere. Nec alicui alii licebit Molendinum facere ibidem ad detrimentum prædictorum Molendinorum. Et debet Archiepiſcopus ſolvere eleemoſynas antiquitùs ſtatutas de eiſdem Molendinis.

Conceſſimus etiam eis Villam de Diepa, & Villam de Boteilles, cum omnibus pertinentiis, & libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis; exceptis eleemoſynis conſtitutis in Manerio de Diepa a nobis & Anteceſſoribus noſtris; quarum ſumma eſt trecentæ & ſeptuaginta duæ libræ, quæ debent ſolvi per manum prædicti Archiepiſcopi & Succeſſorum ſuorum his quibus aſſignatæ ſunt.

Conceſſimus etiam eiſdem Manerium de Loviers, cum omnibus pertinentiis, & libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, cum miniſterio de Loviers; ſalvis ad opus noſtrum venatione noſtra, & deſtructione Foreſtæ; ita tamen quod non ſit in reguardo.

Conceſſimus etiam eis totam Foreſtam de Aliermont, cum feris, & omnibus aliis pertinentiis & libertatibus ſuis, ſicut eam habuimus.

Hæc autem omnia in eſcambium prædicti Manerii de Andeli, cum prædictis pertinentiis data habebunt Eccleſia Rothomagen. & prædictus Archiepiſcopus & Succeſſores ſui in perpetuum, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, ſicut prædictum eſt.

Homines autem prædicti Archiepiſcopi, de prædicto eſcambio, habebunt omnes libertates, & liberas conſuetudines quas habuerunt homines de Andeli dum Manerium ipſum eſſet in manu ipſius Archiepiſcopi.

Hæc etiam omnia, quæ idem Archiepiſcopus in hoc eſcambio recepit, warantizabimus nos & Hæredes noſtri Eccleſiæ Rothomagen. & prædicto Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, contra omnes homines; ita quod ſi aliquis eſcambium aliquod eſt recepturus pro aliquo prædictorum, quæ memoratus Archiepiſcopus hic recepit, nos vel Hæredes noſtri faciemus illud eſcambium, & Eccleſia Rothomagen. hæc omnia prædicta in perpetuum pacificè poſſidebit.

Nos autem, quantum Rex poteſt, excommunicamus & concedimus quod incurrat indignationem omnipotentis Dei, quicunque contra hoc factum venerit.

A.D. 1197.

Teſtibus his,

Huberto Cantuarienſi Archiepiſcopo,
Johanne Wigornienſi,
Hugone Coventrenſi,
Savarico Bathonienſi,
Henrico Bajocenſi,
Garino Ebroicenſi,
Liſiardo Sagienſi,
Willielmo Lexovienſi,
Willielmo Conſtantienſi,
Epiſcopis.

Willielmo Abrincenſi Electo,
R. Sanctæ Trinitatis de Monte Rothomagenſis,
Regin. Sancti Wandregiſili,
Victore Sancti Georgii,
Arturo Ulterioris-Portûs,
Osberto de Pratellis,
Hugone de Augo
Guillelmo de Cornavilla,
Abbatibus.

Johanne Comite Moretonii,
Othone Comite Pictavienſi,
Balduino Comite de Albemarle,
Radulfo Comite Augi,
Willielmo Mareſcallo Comite de Strigoill,
Willielmo Filio Radulfi Seneſcalli Normanniæ,
Roberto de Torneham Seneſcallo Andegavenſi,
Willielmo de Humeto Conſtabulario Normanniæ,
Giliberto Filio Renfredi,
Hugone Bruno,
Gaufrido de Leziniaco,
Willielmo de Rupibus,
Radulpho Camerario de Tancarvilla,
Willielmo Marcello,
Radulfo Toiſſim,
Gaufredo de Say,
Roberto de Harecourt, & multis aliis.,

Datum per manum Euſtachii electi Helien. tunc agentis vices Cancellarii apud Rothomagum, Anno ab Incarnatione Domini Milleſimo Centeſimo Nonageſimo Septimo, XVII die Octobris, Regni noſtri Anno IX.

Innocentii Papæ Litteræ Regi Angliæ; hortatur eum ut Pacem ſervet cum Francorum Rege; ubi de pecunia ſibi ablata reſtituenda ſit mentio.

A.D. 1198. *A.* 10. *R.* 1.

ECcleſiam ſuam, quam, per Solomonem, Dominus & amicam & ſponſam frequenter appellat, Flori Lilii eleganti quadam & quaſi expreſſa ſimilitudine coaptavit; ait enim; ſicut Lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Lilium quidem quanto fortiores ſpinarum ſuſtinet punctiones, tanto vim odoris copioſioris emittit, & quo plus læditur, redolere ſuavius comprobatur: Unde ſibi merito comparatur Eccleſia, ſponſa Chriſti; quæ cum tribulationibus multis impetitur, tunc potiſſimum in ſoliditate fidei pro tuenda juſtitia roboratur, & in ipſis punctionibus adverſitatumque moleſtiis conſtantior & firmior invenitur.

Nos vero, quos ad ejus regimen, quanquam non ſuffragantibus meritis, divina providit diſpoſitio eligi & aſſumi, illam concepimus firmiter voluntatem, ut neque mors, neque vita ab amplexu nos poſſit ſeu obſervatione juſtitiæ revocare.

Sane, venientibus ad præſentiam noſtram venerabili fratre noſtro, Lexovien. Epiſcopo, & dilecto filio, Magiſtro Garnero, Nunciis tuis, petitiones, quas nobis ex parte regia obtulerunt, ſincero affectu, quantum cum Deo & honeſtate potuimus, curavimus promovere. Rogamus autem & monemus attentius ſerenitatem regiam quatenus, ſi forte in aliquo effectus tuo deſiderio non reſpondet, non noſtræ unquam duritiæ imputetur, cum honeſtis & juſtis petitionibus excellentiæ tuæ benigni ſemper & faciles propoſuerimus inveniri; ſed juſtitiæ potius, quam officii noſtri debitum certos fines tranſgredi non permittet, ad quam tenendam firmiter & ſervandam, in ſuarum primitiis literarum, ſerenitas regia nos monuit & induxit.

Cæterùm, ſuper eo quod prædicti tui Nuncii poſtularunt, ut nobilem virum filium Ducis Auſtriæ ad reſtituendam pecuniam, quam pater ſuus, in periculum animæ ſuæ, à te, dum redires ab obſequio Jeſu Chriſti, pro redemptione tua violenter extorſit, & in ultima voluntate, pœnitentia ductus, per eundem filium ſuum tibi reſtituendam mandavit, auctoritate Apoſtolica cogeremus; noveris nos eidem, noſtris literis, injunxiſſe ut prædictam pecuniam, ſine difficultate qualibet, reſtituere non omittat: alioquin venerabili fratri noſtro, Salzburgenſi Archiepiſcopo, literis noſtris injungimus, ut ipſum ad reſtitutionem ejuſdem pecuniæ faciendam moneat diligentius & inducat, & per ſeveritatem Eccleſiaſticam, appellatione remota, compellat.

Verum quia circa perſonam nobilis viri Ducis Sueviæ quædam audivimus immutata, eidem ad præſens ſcribere, cautela prohibente, nequivimus ut, juxta poſtulationem tuam, pecuniam, quam a te Henricus quondam Imperator frater ipſius contra Deum & periculum animæ ſuæ extorſerat violenter, dum de tranſmarinis partibus remeares, deberet tibi reſtituere; præſertim cum ejuſdem fratris ſui theſaurus ad eum eſſet ipſo mortuo devolutus, & ipſe vel Hæres ſit, vel Tutor Hæredis. Veruntamen ſcribimus venerabili fratri noſtro Magdeburgen. Archiepiſcopo, ut Ducem ipſum ad reſtituendam pecuniam ipſam moneat diligentius & inducat; alioquin tantam injuriam non poterimus ſub diſſimulatione tranſire, quin in eundem Ducem & terram ejus, ſine cujuſlibet acceptione perſonæ, noſtri officii debitum & ſeveritatem curemus Eccleſiaſticam, ſicut juſtum fuerit, exercere.

Inſuper ſcribimus cariſſimo in Chriſto filio noſtro, illuſtri Regi Navarræ, ut pecuniam & Caſtella Sancti Johannis de Pedeportus & Roccabruna, quæ pater ſuus tibi cum filia ſua conceſſit in dotem, ſine aliqua difficultate reſtituat: alioquin venerabili fratri noſtro Narbonenſi Archiepiſcopo, cui jam alia vice, ſi bene recolimus, ſuper hoc ſcripſimus, noſtris damus literis in mandatis ut ipſe eum per cenſuram Eccleſiaſticam, ad hoc monitione præmiſſa, ſublato appellationis obſtaculo, juſtitia mediante compellat.

Ad hæc, cum iidem Nuncii a nobis cum inſtantia poſtulaſſent ut cariſſimum in Chriſto filium noſtrum, Philippum illuſtrem Franciæ Regem, ad reſtitutionem Caſtrorum illorum & terræ compellere deberemus, quæ, contra protectionem ab Apoſtolica Sede tibi conceſſam, invaſerat antequam de peregrinationis obſequio ad propria remeares, dilectus filius Magiſter W. de Sancto Lazaro Nuncius ejuſdem Regis ſe conſtanſter pro eodem oppoſuit; illum ad hoc aſſerens non teneri, cum Pactiones & Conventiones ſolennes, quæ inter vos præceſſerant, & hinc inde fuerant roboratæ tua magnificentia non ſervaſſet, & per te fuiſſent primitus violatæ; maxime cum ſororem ipſius dimiſeris, & aliam tibi curaveris matrimonio copulari; & quia poſt arreptum iter Hieroſolymam adeundi, cum acquiſita quælibet deberetis habere communia, pecuniam, a Rege Tancredo receptam, & Theſaurum de Cypro habitum, tua ſibi communicare noluerit magnitudo; immo in tranſmarinis partibus damna ei plurima & injurias irrogarat, ſuos Milites, immo Conſanguineos ab ipſius devotione & ſervitio ſubtrahendo, propter quod non ſine confuſione ſua coactus fuerat ad propria remeare. Adjecit etiam quod, ubi reſtitutus fuiſti propriæ libertati, cum eo ſuper omnibus querelis voluntate ſpontanea tranſegiſti: Quin potius, poſt pacem adinvicem factam, multa tibi caſtra de merâ libertate donavit. E contrà vero prædicti Nuncii ſerenitatis tuæ nihilominus proponere conſtanter curaverunt quod, poſt Fœdus prius initæ, & juramento firmatæ ſocietatis, idem Rex Franciæ tibi primus injuriam intuliſſet, apud Meſſanam, videlicet, ubi inſurgentibus hominibus Tancredi Regis in tuos, de impendendo tibi auxilio requiſitus, non ſolum defecerat, ſed etiam propria manu tres de hominibus tuis occiderat cum baliſta. Poſt quod factum, cum ſe pœnitudine duci aſſereret, inter vos pactio interceſſit; in qua, pro decem millibus Marchis Argenti, quas ei reddere promiſiſti, prædictus Rex a contrahendo cum ſorore ſua matrimonio te abſolvit, & Giſortium cum Wlcaſino tibi quietum in perpetuum omnino dimiſit.

Aſſerebant quoque de Theſauro Cypri, & de pecunia a Tancredo habita, præterquam de dote ſororis tuæ J. illuſtris quondam Reginæ Siciliæ, eidem Regi, ſicut de cæteris, ad voluntatem ſuam pleniſſime ſatisfactum; ita quod, cum prædictus Rex Franciæ ab orientali terra diſcederet, ſub juramento promiſit

quod

A.D. 1198. quod terram magnificentiæ tuæ tibi conſervaret integram & illæſam, in eo ſtatu, in quo fuerat quando Hieroſolymitanum iter fueratis aggreſſi, quouſque reverſus ad propria moram quadraginta dierum in terra propria peregiſſes. Contra quam promiſſionem eandem Terram & Caſtra non fuerat veritus occupare; ſuper quibus Conventionibus litteras ejuſdem Regis patentes apud tuam aſſerebant magnitudinem reſidere.

Conventiones vero, quas idem Magiſter V. de Sancto Lazaro, perſonâ tuâ libertati propriæ reſtitutâ, inter te ac prædictum Regem ultimo interveniſſe retulerat, iidem Nuncii tui, ſi quæ fuerant, aſſerebant præfatum Regem Franciæ primitus violaſſe; cum etiam ſi qua tunc pacta ſubieras, ſpoliatus eadem ſubiiſſes. Propter quæ ad ea dicebant nullatenus te teneri.

Licet itaque & hæc & alia multa pars utraque proponeret, quæ pro ipſis facere videbantur; quia tamen cauſarum merita partium aſſertione panduntur, & ipſi perſonam ſtandi in judicio non habebant, non potuimus, ſalva juſtitia, in ipſo negotio, ſine veritatis inquiſitione, procedere.

Nos ergo, juxta regiæ petitionis inſtantiam, propter has & alias neceſſitates quamplurimas, facultate nobis a Chriſto conceſſa, nacta quoque temporis opportunitate condigna, diſpoſitis prius quæ tàm circa Urbem quàm circa Regnum Siciliæ, necnon & aliud Eccleſiæ patrimonium fuerint diſponenda, licet multæ nobis & magnæ ſolicitudines ex diverſis cauſis incumbant, ſi tamen ille nobis annuerit, a quo ſperamus dirigi greſſus noſtros, partes veſtras (ut tamen nos ad promiſſionis debitum non ligemus) niſi aliud impedimentum occurrat, intendimus viſitare; ut ſuper his, & aliis, quæ toti Chriſtianitati credimus profutura, deliberatione providâ procedamus: Si vero deſuper datum non fuerit, per legatos noſtros quod juſtum fuerit, ſine perſonarum acceptione, favente Domino, ſtatuemus.

Illud autem ſerenitatem regiam nolumus ignorare quod, quantumcunque nobis moleſtum exiſteret præfatum Regem Franciæ ac te ipſum in aliquo moleſtare, non poterimus aliquatenus ſuſtinere quin vos ad pacem ineundam pariter & ſervandam per diſtrictionem Eccleſiaſticam ratione prævia compellamus; non de noſtris viribus confidentes, ſed de illius omnipotentia cujus vices, licet immeriti, exercemus in terris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, 2 Kalend. Junii.

Ejuſdem Litteræ Regi Francorum; ut cum Rege Anglorum Pacem ineat, & Bellum contra Saracenos gerat.

A.D. 1198.
A. 10. *R.* 1.

Mediator Dei & hominum Chriſtus Jeſus, redemptionis humanæ myſterium impleturus, pacem diſcipulis pro hæreditate legavit, ut eam ſervarent adinvicem, & ad obſervationem ejus cæteros invitarent, pacem, inquiens, meam do vobis, pacem relinquo vobis. Prophetæ quoque monemur conſilio ut pacem, non ſolum quærere, ſed etiam perſequi debeamus, Inquire, dicentis, pacem, & perſequere eam.

Unde nos, qui vices Chriſti, licet inſufficientes, exercemus in terris, ejus ſequentes exemplum, & prædeceſſorum noſtrorum conſuetudinem imitantes, ad reformandam inter diſcordantes veræ pacis concordiam intendere volumus & tenemur; præſertim cum ex diſcordantium ipſorum diſſidio magnum tàm ipſis, quàm Eccleſiis, & pauperibus terræ ſuæ, immo & toti Chriſtiano populo provenerit detrimentum.

Nam, ut ſtragem virorum, Eccleſiarum gravamina, pauperum oppreſſionem, & totius tàm Gallicanæ quàm Anglicanæ Gentis periculum, quæ propter guerram, quam tu & chariſſimus in Chriſto filius noſter

noſter Rex Anglorum illuſtris ad invicem exercetis, provenerunt hactenus taceamus, communi populi Chriſtiani diſpendio & excidio Hieroſolymitanæ provinciæ tu & ipſe cauſam videmini præſtitiſſe & materiem, cum hominibus utriuſque Regni propter tuam & ejus diſſenſionem detentis, non ſolum quæ amiſſa fuerant ab initio in partibus tranſmarinis nondum recuperari potuerint, immo his etiam grave videatur periculum imminere quæ a Chriſtianis hactenus ſunt poſſeſſa.

Antiquis enim & triſtibus rumoribus novi ac triſtiores ſupervenêre rumores, quod cum Theutonici Accon navigio perveniſſent, Caſtrum Baruth obtinuerunt nemine defendente. Sarraceni vero in Joppen facientes impetum ex adverſo, etiam per violentiam occuparunt, & cæſis multis Chriſtianorum millibus, eam funditus deſtruxerunt. Verum Theutonici rumoribus de morte Imperatoris acceptis, non expectato paſſagii tempore, naves reduces aſcenderunt. Unde Sarraceni, qui ad reſiſtendum eis exercitum paraverant copioſum, in terram Chriſtianorum adeo debacchantur, ut Chriſtianis nec ſine periculo Civitates egredi liceat, nec in ipſis ſine formidine remanere, immo eis gladius foris imminet, metus intus.

Quia vero nos ad ſubventionem terræ orientalis, tàm in perſonis, quàm rebus, dilectos filios noſtros Soffredum tituli Sanctæ Praxedis & P. Sanctæ Mariæ in via lata Diac. Cardin. Apoſtolicæ Sedis Legatos, viros honeſtate morum, maturitate conſilii, & ſcientia reverendos, quos inter alios fratres noſtros ſpeciali caritate diligimus, miniſterio proprio Sanctæ crucis charactere curavimus inſigniri; ne quid ex contingentibus omittere videamur, dictum Sanctæ Mariæ in via lata Diac. Cardinalem, virum ſcientia præditum, honeſtate præclarum, Deo & hominibus (ſicut ſperamus) acceptum, ad tuam & ejuſdem Regis præſentiam duximus deſtinandum, legationis ei officium committentes. Ideoque ſerenitatem tuam rogamus, monemus, & in remiſſionem injungimus peccatorum, quatinus eum ſicut Legatum Apoſtolicæ Sedis recipiens & honorans, ad exhortationem noſtram & ejus infra duorum menſium ſpatium poſt receptionem præſentium & commonitionem ipſius factam utrique veſtrum, quia hic eſt neceſſarium populo Chriſtiano ut id ſine dilationis diffugio maturetur, cum ſine tuo & fidelium tuorum ac ſine dicto Rege ac fidelium ejus ſubſidio, quod in ſequenti Martio propoſuimus ad partes illas dante Domino deſtinare, vix terræ in qua pedes Chriſti ſteterunt, & ubi Deus noſter ante ſecula, noſtram dignatus eſt operari ſalutem, poterit ſubveniri, plenam pacem vel treugas longas ſaltem uſque ad quinquennium ineas & obſerves; ita quod interim nullum alterutri circa proprietatem vel poſſeſſionem eorum quæ a reliquo detinentur, præjudicium generetur. Alioquin, quantumcunque nobis moleſtum exiſtat celſitudinem regiam in aliquo moleſtare, quia tamen Deum tibi proponimus, & communem utilitatem tuis debemus commodis, immo potius incommodis anteferre, niſi ad commonitionem ejuſdem Legati mandatum Apoſtolicum infra ſcriptum terminum humiliter receperis & impleveris, ex tunc de communi fratrum noſtrorum conſilio totam terram tuam ſubjacere decernimus interdicto; ita quod præter baptiſma parvulorum, & pænitentias morientium, nullum in ea divinum officium celebretur.

Quod ſi nec per hanc diſtrictionem impleveris, quod mandamus; teipſum, fautores & conſiliarios principales Eccleſiaſtica ſeveritate noveris coercendos. Idipſum de terra Regis Angliæ, ipſo etiam, fautoribus ſuis, conſiliariis decernentes. Venerabilibus etiam fratribus noſtris Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & univerſis Eccleſiarum Prælatis utriuſque Regni, ſub pœna ordinis & officii ſui mandamus, & in virtute Spiritûs Sancti præcipimus, ut interdicti ſententiam ſecundum præſcriptam formam inviolabiliter ſtudeant obſervare, & facient ab aliis irrefragabiliter obſervari. Idem etiam fratribus Militiæ Templi ac Hieroſolymitani Hoſpitalis ſub privilegiorum & indulgentiarum ſuarum pœna mandamus, credentes ex hoc non voluntati tuæ ſed utilitati, non affectui ſed profectui, non oneri ſed honori conſulere, totique Chriſtiano populo providere. Statuimus etiam ut ſi quis omnino Clericus, cujuſcunque profeſſionis vel ordinis, poſt interdictum noſtrum divinum tibi præſumpſerit officium miniſtrare, ordinis & beneficii ſui ſe noverit periculum incurriſſe. Attendas igitur, fili cariſſime, noſtrum & Apoſt. Sedis tuæ Matris affectum, cauſam coactionis inſpicias, & communi utilitati proſpiciens, motui carnis animæ præpone ſalutem, & ſenſualitati feras rationem; non Apoſtolicæ Sedi regia poteſtate reſiſtens, ſed humilitate deferens filiali; quæ in hoc etiam ſalutem tuam procurat pariter & honorem.

Innocentius 3. Papa nobili viro filio Duci Auſtriæ; imperat ut pecuniam ablatam per patrem Regi Angliæ reſtituat.

A.D. 1198. *A.* 10. *R.* 1. IN eo ſumus officio diſponente Domino conſtituti, ut ſingulorum & omnium ſaluti conſulere debeamus, & univerſis petentibus, tàm majoribus quàm minoribus, in executione juſtitiæ providere.

Sane quam graves injurias & jacturas cariſſimo in Chriſto filio noſtro R. illuſtri Regi Anglorum, a crucis obſequio revertenti, Dux Auſtriæ Pater tuus intulerit, nullum Chriſtiani nominis profeſſorem credimus ignorare. Quæ res tanto profundius Romanam tangit Eccleſiam, quanto injuriæ Regi eidem illatæ in ejus injuriam & ignominiam noſcuntur gravius redundare, cum ipſi Regi nondum fuerit ſatisfactum, licet non credamus a tua memoria excidiſſe quod (divina gratia inſpirante) prædictus pater tuus ſuum recognoſcens exceſſum, ablatam pecuniam ipſi Regi non ſolum reddi præceperit, verum etiam a te & ab aliis familiaribus ſuis, qui præſentes aderant, ſuper ſolutione ipſius pecuniæ præſtari, fecerit corporaliter juramentum.. Quia igitur tanti exceſſus injuriam clauſis oculis præterire non poſſumus, nec debemus; nobilitatem tuam monemus & exhortamur in Domino, atque in remiſſionem injungimus peccatorum, quatenus tam tuæ quam Animæ Patris tui ſaluti juxta præſtitum à te providens Juramentum, prænominato Regi pecuniam ſine difficultate reſtituas antedictam, & de injuriis irrogatis ſatisfactionem congruam non differas exhibere. Alioquin noveris nos venerabili Fratri noſtro Salzburgen. Archiepiſcopo dediſſe firmiter in mandatis ut te ad hæc per excommunicationis ſententiam in perſonam, & interdicti in terram, contradictionis occaſione & appellatione ceſſantibus, monitione præmiſſa compellere non omittat. Datum, &c. 3. Kalend. Junii, Pontificatûs noſtri Anno primo. A.D. 1198.

Innocentii 3. Litteræ Magdeburgenſi Archiepiſcopo; ut Ducem Sueciæ inducat Regi Angl. ablatam pecuniam reſtituere.

A.D. 1198. *A.* 10. *R.* 1. IN eo ſumus officio, diſponente Domino, conſtituti, ut ſingulorum & omnium ſaluti conſulere debeamus, & univerſis petentibus, tàm majoribus quàm minoribus, in executione juſtitiæ providere.

Sane quam potenter & magnifice cariſſimus in Chriſto filius noſter Ric. illuſtris Rex Angliæ ſe ad obſequium Domini in partibus tranſmarinis habuerit, ita ut nec rebus ſuis pepercerit nec perſonæ, ſed ſe ipſum multis & variis diſcriminibus pro exaltatione Chriſtiani nominis expoſuerit, quamque graves & enormes injurias & jacturas ab H. quondam Imperatore pertulerit inde revertens, per totum fere orbem fama notiſſima divulgavit. Quæ res tanto profundius Romanam tangit Eccleſiam, quanto injuriæ & gravamina, Regi eidem illata, in ejus ignominiam & injuriam noſcuntur gravius redundare. A.D. 1198.

Quia igitur tam gravem Domino & Apoſtolicæ Sedi, necnon & ipſi Regi

injuriam

A.D. 1198. injuriam irrogatam, ſalva conſcientia diſſimulare non poſſumus, nec debemus, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, & diſtricte præcipimus, quatenus nobilem virum Ducem Sueviæ (ad cujus manus theſaurus præfati Imperatoris pervenit, & patrimonium ejus, vel jure Succeſſionis, vel ſaltem tutelæ nomine noſcitur deveniſſe) diligenter admoneas, & quam efficacius poteris procures inducere ut eidem Regi de ablata pecunia ſatisfaciat competenter; alioquin noverit quod nos tantam injuriam non poterimus ſub diſſimulatione tranſire, quin in eum & terram ejus noſtri officii debitum, ſicut juſtum fuerit, exequamur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, 2 Kalend. Junii.

De Pace reformanda inter Richardum Angliæ & Philippum Franciæ Reges.

A.D. 1198. A. 10. R. 1. PETRO Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali Apoſtolicæ ſedis Legato.

Quanto ampliùs de honeſtate tua, diſcretione pariter & literatura confidimus, tanto fiducialiùs ea tibi committimus exequenda quæ Apoſtolicæ ſedis honorem reſpiciunt, & communem utilitatem populi Chriſtiani. Cum itaque Te, de fratrum noſtrorum conſilio, ad reformandam inter Chariſſimos filios noſtros Philippum Francorum & Richardum Anglorum Reges Illuſtres plenæ pacis concordiam vel treugas, ſaltem uſque ad quinquennium dilatandas, duxerimus inter cætera deſtinandum, devotioni tuæ auctoritate præſentium indulgemus, ut, ſi quos viros Eccleſiaſticos, Archiepiſcopos vel Epiſcopos, vel minoris Ordinis viros in Regno Anglorum eſſe cognoveris, quorum tractatui pacis ſit conſilium opportunum, eos ad te convoces, & per diſtrictionem Eccleſiaſticam, ſi neceſſe fuerit, noſtra fretus auctoritate, venire compellas.

Nulli ergo omnino hominum liceat huic paginæ contraire, &c.

Innocentii 3. Litteræ Waltero Archiepiſcopo Rothomag. ut audacter ſua juriſdictione utatur, & Ric. Angliæ & Philippi Franciæ Regum minas non pertimeſcat, Pontificis auxilio confiſus.

A.D. 1198. A. 10. R. 1. ANxietate cordis, & amaritudine premimur, cum anguſtias, onera, & gravamina, quæ, zelo juſtitiæ, pro libertate Eccleſiæ manutenenda, æquo animo & invicta fortitudine toleras, ad memoriam noſtram reducimus, & meditatione ſedula cogitamus. Veruntamen quod, in te perfectionem virtutis adimplens, non potuiſti à tuæ conſtantiæ propoſito amoveri, tuam ſuper hoc prudentiam commendamus, & fortitudini tuæ plurimum in Domino congaudemus.

Nos autem fraternitati tuæ volentes patrocinium Apoſtolicum impertiri, tàm te, quàm Eccleſiam regimini tuo commiſſam

A.D. 1198. ſam ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus.

Verum quia, ſicut ex literis tuis nobis innotuit, Cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippus Francorum & R. Angliæ Reges Illuſtres, dum inter ſe componerent, ſtatuerunt ſuper caput tuum quatuor Clericos eligendos, ad quos pertineat judicare utrum tenere vel non tenere debeat ſententia, quam in terram vel homines Regum ipſorum, pro ſuis exceſſibus, ordine canonico, duxeris promulgandam, (quam ſi judicaverint non tenere, ipſis Regibus, ſive ei in cujus terram vel homines ſententiam tuleris, licebit bona tua & redditus occupare, donec lata ſententia revocetur) fraternitati tuæ ſub pœna Officii & beneficii diſtrictiùs inhibemus ne illi tam iniquæ conventioni auctoritatem præbeas vel aſſenſum; ſed, ſicut conſueviſti, & anteceſſores tui feciſſe noſcuntur, tuæ juriſdictionis officium per tuam Provinciam ſtudeas exercere; noſque ſententiam ratam habemus, & habebimus, ſi quam in terras vel homines tuæ juriſdictioni ſubjectos hactenus canonicè promulgaſti, vel amodò decreveris promulgare. Datum, &c. ut ſupra, 3 Nonas Junii.

Innocentius Papa confirmat Statutum Ric. Regis Anglor. de libertate & immunitate Eccleſiarum confirmatis poſt ejus Redemptionem Huberto Cantuarienſi Archiepiſcopo.

A.D. 1198. *A.* 10. *R.* 1.

Monet nos Apoſtolicæ ſedis, cui licet immeriti præſidemus, auctoritas pro Statu omnium Eccleſiarum provida circumſpectione ſatagere, & nè malignorum rapinis vel moleſtiis exponantur, Apoſtolicum ipſis Patrocinium exhibere; ea propter, venerabilis in Chriſto frater, tuis juſtis precibus & honeſtis gratam conniventiam impendentes ſtatutum illud, quod Cariſſimus in Chriſto filius noſter R. Illuſtris Anglorum Rex ſuper libertate ac immunitate Eccleſiarum & perſonarum ipſarum, poſt redemptionem ſui providâ deliberatione feciſſe dignoſcitur, ſicut in ſcripto ipſius Regis exinde confecto plenius continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti pagina communimus; & ad hujus rei perpetuam firmitatem, continentiam ipſius reſcripti de verbo ad verbum his duximus inſerendam. Richardus Dei Gratia Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, Comes Andegavenſis, Archiepiſcopis & Epiſcopis & Univerſo Clero Regni Angliæ, Salutem. Gratias agimus affectuoſas Univerſitati veſtræ pro eo quod, de theſauris & ornamentis Eccleſiaſticis, & facultatibus veſtris, ad corpus noſtrum redimendum tam benigne nobis & liberaliter ſubveniſtis, & quòd nobis in tanta neceſſitate res Eccleſiarum veſtrarum, & veſtras gratis exponere voluiſtis; ne igitur, quòd de mera liberalitate à vobis actum eſt ad liberationem corporis noſtri, & ineffabilem honorem, & utilitatem noſtram, futuris temporibus trahatur in conſequentiam, & Sanctæ Matri Eccleſiæ vel vobis diſpendium pravæ importet conſuetudinis, ad omnium volumus notitiam pervenire quòd ea, quæ nobis in prædicto neceſſitatis articulo contuliſtis, nec unquam ex debito vel per conſuetudinem exegimus, nec poſteris ſumus temporibus exacturi, nec hac vel alia occaſione volumus dignitatibus Sanctæ Matris Eccleſiæ in aliquo vel ejus libertatibus obviare, ſed pro omni poſſe noſtro & ſcientia (Deo volente) volumus omnem ejus immunitatem & univerſas ejus dignitates & libertates (ut dignum eſt) conſervare integras, & pro loco & tempore, in quibus licuerit, augmentare. Nulli ergo, &c.

Datum Peruſii 15 Kal. Octobris.

Litteræ Othonis Ducis Aquitaniæ & Comitis Pictaviæ, ſuper privilegiis hominibus de Olerone conceſſis.

A.D. 1198. A. 10. R. 1. L.B. fol. 189. penes Cameſar. Scaccar.

OHTO Dux Aquitaniæ, Comes Pictaviæ, omnibus tàm futuris quàm præſentibus, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem.

Sciatis pro certo me dediſſe imperpetuum & præſenti carta privilegialiter conceſſiſſe omnibus hominibus de Olerone tàm divitibus quàm pauperibus, & Hæredibus eorum, quod ego & Succeſſores mei ipſis & eorum Hæredibus in puellis vel viduis totius Inſulæ Oleronis nuptui tradendis, in Ballio Pupillorum, & viduarum, & poſſeſſionum ad ipſos pertinentium ſaiſiendo, ſale & vino proborum hominum capiendo, in poſſeſſionibus, ſine liberorum procreatione decedentium, occupandis, etiam aliis violentis hujuſmodi impedimentis, quæ apud Oleronem a Principibus olim ſolebant fieri, nullam vim vel moleſtiam deinceps inferemus nec inferri ab aliquo permittemus; ſalvis tamen & retentis juſtis conſuetudinibus, & ſervitiis noſtris, quæ apud Oleronem, Prædeceſſoribus noſtris & mihi ratione Dominii conſueverunt.

A.D. 1198.

Volo autem & ſtatuo, ut hoc privilegium, cum aſſenſu & voluntate Domini Regis avunculi mei factum, univerſis hominibus de Olerone & eorum Hæredibus, ſicut ſuperius eſt adnotatum, illæſum & inconcuſſum perpetualiter obſervetur; nec ulli hominum liceat illud infringere, vel ei auſu temerario derogare.

Quod utique privilegium, ut perpetuum robur & auctoritatem obtineat, ego ſigilli mei impreſſione feci has litteras inſigniri. Teſtibus,

Domino Gaufrido Comite Perticen.
Girardo de Furnuall.
Johanne de Stagno,
Gaufrido de Cell. tunc Seneſcallo Pictaviæ & Vaſconiæ,
Petro Libertini Lanuo,
Ogerio Soroneco Præpoſito Moſterolii,
& Multis aliis.

Anno Incarnati Verbi Milleſimo Centeſimo Nonageſimo Octavo. XXIX die Decembris,

Apud Benaon.

Principes & Barones Alemanniæ ſupplicant Pontifici Romano, quod Conſecrationem Othonis in Imperatorem confirmaret.

A.D. 1198. A. 10. R. 1.

SAnctiſſimo Patri ac Domino Innocentio, Sacroſanctæ Romanæ Sedis Summo Pontifici, Principes & Barones Alemanniæ, Clerici & Laici debitam in Chriſto reverentiam & ſinceritatem obſequii.

A.D. 1198.

Cùm placuiſſet ei, qui aufert Spiritum Principum, & magnus & terribilis eſt ſuper Reges terræ, Dominum Henricum Imperatorem de medio auferre, neceſſarium nobis fuit viſum, de ſubſtituendo Rege tractatum & colloquium habere. Convenimus ergo ſæpius, & miſerias & oppreſſiones, quas hactenus ſuſtinueramus, recenſentes, per univerſos Regni —— animos noſtros ereximus, & quid honori

Eccleſiæ Dei & paci ac quieti ſubjectorum expediret deliberantes, nunc unum, nunc alium, quaſi finaliter eligere putabamus.

Verum, quia non eſt prudentia, non eſt potentia, non eſt conſilium, niſi per Deum, placuit ei, qui Abrahæ filium immolare volenti victimam providit, & David fratribus juniorem de pòſt fætantes accepit, atque Matthiam ex Diſcipulorum numero ad ſortem Apoſtolatûs elegit, ſereniſſimum Dominum Othonem, quondam Henrici Ducis Saxoniæ filium, ad regimen Romani Imperii, de terra peregrinationis ſuæ, ex inopinato offerre nobis.

Invocata itaque Sancti Spiritûs gratia, prædictum Dominum Othonem, Chriſtianæ fidei cultorem devotiſſimum, atque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ advocatum & defenſorem fideliſſimum, & judiciariæ poteſtatis obſervatorem juſtiſſimum, de longa & antiqua Regum proſapia ex utraque linea, ſpecialiter editum, ad Romani Regni faſtigium juſte & rationabiliter elegimus, & ſicuti debuimus, ipſius electioni conſenſimus, ipſumque in Auguſtorum Sede, a Carolo M. apud Aquiſgranum huic dignitati deputata, locavimus, & corona & diademate per manum Adolfi Colonienſis Archiepiſcopi, ea, qua debuit, ſolemnitate, feliciter coronavimus.

Nos autem Principes, qui jam dictum Dominum in Regem elegimus, feuda noſtra, quæ ab Imperio tenemus, a manu ipſius recipientes, hominium ſibi fecimus & fidelitatem juravimus. Tantæ igitur dignitatis munus excellentiſſimus Princeps, divinæ potius gratiæ, quam ſuis meritis adſcribens, primitias hujus honoris offerens Domino, propria voluntate juramento firmavit, inprimis Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, deinde omnia Eccleſiarum jura bona fide ſervare, & manutenere, & ſubjectos Imperii exhæredatos maxime & a ſuis poſſeſſionibus violenter ejectos, in ſua juſtitia, pro poſſe, juvare & conſervare.

Pravam illam conſuetudinem inſuper, quam Imperatores, Anteceſſores ſui, in occupandis rebus mobilibus, vel ſe moventibus decedentium Epiſcoporum, vel Abbatum, Principum, hucuſque ſervaverunt, penitus extirpans, nos Eccleſiaſticos Principes ex hac indebita vexatione regali benevolentia liberos dimiſit, & decedentium bona ſuis Succeſſoribus ſervanda liberaliter ſtatuit.

Paternitati ergo veſtræ dignum ſupplicare duximus, quatenus fidem & devotionem Domini noſtri Regis attendentes, merita quoque illuſtriſſimi Patris ſui Henrici Ducis Saxoniæ, qui ab obſequio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ nunquam receſſit, memoriter tenentes, paci & quieti noſtræ & veſtræ, intuitu Dei & noſtri obſequii, providentes, ipſius electionem & conſecrationem auctoritate veſtra confirmare, & Imperiali Coronatione armare paterna pietate dignemini.

Sanctitatem inſuper veſtram obnixe rogamus, quatenus Principes & Barones, a tam rationabili electione diſcordes, Eccleſiaſtica cenſura ad concordiam revocetis, &, ab illicita fidelitate partis adverſæ, clave S. Petri reſolutos, ad præſtandum Regi Domino noſtro fidelitatem & ſubjectionem auctoritate veſtra compellatis.

Ut autem a Domino Rege noſtro jura Romanæ Eccleſiæ (ut prædictum eſt) integra & illibata ſerventur, nos in bona fide ſpondemus & pro Domino Rege noſtro fide jubemus.

Ego Adolfus Colonienſ. Archiepiſcopus elegi & ſubſcripſi,
Ego Bernardus Paderbon. Epiſcopus elegi & ſubſcripſi,
Ego Thiedmarus Mindenſ. Epiſcopus elegi & ſubſcripſi,
Ego Witichindus Corbeius Abbas elegi & ſubſcripſi,
Ego Conradus Tudenſis Abbas elegi & ſubſcripſi,
Ego Eribertus Werdenſis Abbas elegi & ſubſcripſi,
Ego Henricus Dux Lotharingiæ qui & Brabantiæ, Marchio Romani Imperii elegi & ſubſcripſi,
Ego Henricus Comes de Kuke elegi & ſubſcripſi.

Conſœderatio

Papa

Confœderatio inter Philippum Romanorum Regem & Philippum Regem Franciæ, nominatim contra R. Regem Angliæ & Comitem Othonem Nepotem ejus.

A.D. 1198. A. 10. R. 1. 1. Philippus Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Notum, &c. Quod propter dilectionem, quam mutuo habuerunt erga Dominum Philippum Regem Francorum genitor noſter Fredericus & Henricus frater noſter (piæ recordationis) Romanorum Imperatores, hanc Confœderationem propter bonum pacis & publicam utilitatem cum chariſſimo amico noſtro Philippo illuſtri Rege Francorum duximus ineundam, in hunc modum.

Quod nos eidem adjutores erimus nominatim contra Ricardum Regem Angliæ, & Comitem Othonem nepotem ipſius, & Balduinum Comitem Flandriæ, & Adolphum Archiepiſcopum Coloniæ, & contra omnes alios inimicos ejus, ubicumque cum honore noſtro id facere poterimus, bona fide & ſine malo ingenio, quando locum & tempus id faciendi habebimus.

2. Si aliquis, de Imperio noſtro, eidem Philippo Regi Francorum malum, vel ipſius Regno fecerit, ſi ille, qui deliquiſſet, non emendaret hoc per nos, vel per Nuncios noſtros, per pacem, vel per rectum in Marchia competenti; infra quadraginta dies, poſtquam id ſciverimus per prædictum Regem Francorum (ſi fuerimus citra montes) vel Epiſcopus Metenſis hoc ſciverit (ſi fuerimus ultra montes) Dominus Rex Francorum poterit ſe vindicare de eo ſine interruptione, & nos juvabimus eum bona fide.

3. Nos non retinebimus in Imperio noſtro aliquem hominem de Regno Franciæ ſive Clericum, ſive Laicum contra voluntatem chariſſimi amici noſtri prædicti Regis Franciæ.

4. Prædictus Rex Franciæ quandocumque voluerit poterit ſe vindicare de Comite Flandriæ, de terra, quam idem Comes habet in Imperio, tam in Feodo, quam in Dominio, & hoc ſine interceptione.

5. Nos bona fide promittimus quod, ſi ſciremus quod aliquis quæreret malum Philippi Regis Francorum illuſtris, vel ejus Regni, nos bona fide id diſturbaremus, &, ſi non poſſemus diſturbare, id nunciaremus eidem Regi. A.D. 1198.

6. Et quando, Domino volente, coronati fuerimus in Imperatorem, has Conventiones eidem illuſtri Regi Francorum renovabimus, & ſigillo noſtro confirmabimus.

7. Nos autem, in manu Nevelonis, venerabilis Sueſſionenſis Epiſcopi, fiduciavimus quod omnia prædicta bona fide obſervabimus.

Id etiam de mandato noſtro, dilecti Principes noſtri

Conratus Wirteburgenſis,
B. Mettenſis,
Chiethelmus Conſtantienſis, Epiſcopi:
Theodoricus quoque de Greuch,
Fredericus de Ceolre,
Hartemannus de Careberch,
Godefridus de Vehingre,
Everhardus de Eureſten, Comites.

Et de latere noſtro,

Truſardus Camerarius noſter,
Warnerus de Roſſenach,
Warnerus de Bollands,
Warnerus de Ceangue, Milites.

Juraverunt quod bona fide ſtudebunt quod hæc a nobis obſerventur & teneantur.

Id quoque adhuc unum Archiepiſcopum, & unum Epiſcopum jurare faciemus. Datum Warniaci Anno Dominicæ Incarnationis, Milleſimo Centeſimo Nonageſimo Octavo, Regni noſtri primo. Tertio Kalendas Julii, per manum Imperialis aulæ Prothonotarii.

Papa Innoc. 3. Ricardo Regi Angliæ; ut quæ ablata ſunt ab Archiepiſcopo Cantuar. reſtituantur Monachis ſine ullo Regis impedimento.

A.D. 1198. *A.* 10. *R.* 1.

INter alia, quæ nos hortantur celſitudinis Regiæ titulis congaudere, illud tanquam memoriale, quia perſonam tuam ſincera caritate diligimus, multa gratiarum actione proſequimur, quod jamdudum nos Regiis apicibus rogaviſti, ut pro nullo deberemus in his quæ agimus a juſtitiæ tramite deviare; nec illud fuit in eiſdem literis prætermiſſum, unde circumſpectionem Regiam dignis laudibus commendamus, ut, ſi forte à nobis interdum aliquid poſtularet quod eſſet obvium rationi, nolebat aliquatenus exaudiri.

Nos ergo, præter officii noſtri debitum, ex quo cum, licet indigni, tempus acceperimus juſtitiam judicandi, univerſis & ſingulis in jure ſuo exiſtimus debitores, Regiæ Prudentiæ ſalutaribus exhortationibus invitati, & volentes Regia via prudenter incedere, nec declinare ad dexteram vel ſiniſtram, nuper in præſentia noſtra nuntiis venerabilis fratris noſtri Archiepiſcopi & dilectis filiis — & — monachis Cantuarien. conſtitutis, in facto capellæ de Lambee de communi conſilio fratrum noſtrorum proceſſimus, ſicut nobis fuit divinitùs revelatum, & literæ, quas eidem Archiepiſcopo & venerabilibus fratribus noſtris Cantuarien. Eccleſiæ Suffraganeis deſtinamus, continent evidenter. Ut autem mandatum noſtrum, quod de pura conſcientia, Deo teſte, proceſſit, liberiùs valeat adimpleri, ſerenitatem Regiam prece quâ poſſumus & affectione rogamus quatenus his quæ à nobis facta ſunt benignius annuendo, non ſit impedimento quo minùs debeant juxta reſcripti noſtri ſeriem effectui mancipari; quin potius, ſi quis ſe (quod vix credimus) duceret opponendum, ejus audacia, quæſumus, poteſtate tibi tradita reprimatur; ut mandata Sedis Apoſtolicæ debitam obtineant firmitatem. Alioquin, quantumcunque magnificentiam tuam in Domino diligamus, & tibi velimus, quantum cum Deo poſſemus, honeſtè deferre, contemptum Apoſtolicæ Sedis & noſtrum non poterimus æquanimiter ſuſtinere; ſed eos, qui ſe opponere noſtris in hac parte juſſionibus attentabunt, poenâ magiſtrâ docere curabimus, quam durum ſit contra ſtimulum calcitrare.

Provideat igitur regia celſitudo quod ita preces Apoſtolicas in hac parte diligenter exaudiat, ſicut petitiones ſuas apud Sedem Apoſtolicam cupit etiam in majoribus exaudiri; procurans attentiùs ut præfatos monachos, quos ſub protectione noſtra ſuſcepimus, ne minores à majoribus opprimantur, dextera ſuæ potentiæ protegat & defendat; ut apud eum æternæ retributionis præmia conſequatur qui, juxta propheticum teſtimonium, liberavit pauperem à potente, & inopem cui non erat adjutor. Datum Laterani 12 Kal. Decembris, Pontificatûs noſtri Anno primo.

Papa Innoc. 3. Philippo Regi Francor. Treugas inter ipſum & Ric. Regem Angl. initas approbat, & ut eas ſervet hortatur.

A.D. 1199. A. 10. R. 1. QUI operatus eſt Petro in Apoſtolatu, nobis per ipſum operari & cooperari dignatus eſt, dum ad adventum dilecti filii noſtri P. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconi Cardinalis, Apoſt. Sedis Legati, terra cordis tui venientem ſuper ſe imbrem devote ſuſcepit, & ſulcata vomere prædicationis ipſius, ſemen verbi dominici & recepit hilariter, & in fructum uberius pullulavit. Ne autem fructus ipſe, qui adhuc quaſi viret in flore, inimico homine ſuperſeminante Zizania (quod abſit) valeat ſuffocari, ne ſemen ſupra Petram cecidiſſe credatur, ſi, antequam ad plenam veniat maturitatem, areſcat, cum ſecundum Apoſtolum non auditores legis, ſed factores, juſti ſint apud Deum; & alibi auditor verbi, & non factor, viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo comparetur, nec ſufficiat incipere bonum, niſi & perſeveretur in ipſo, quoniam, non qui inceperit, ſed qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit; oportet magnificentiam Regiam cavere præcipuè conſilia detractorum, qui pacis conſilium odientes, ſcandala ſuſcitant, & nutriunt ſuſcitata, qui lætantur cum male fecerint, & in rebus peſſimis gloriantur. Cum igitur, ſicut ex litteris ejuſdem Legati & tuis accepimus, inter te & Cariſſimum in Chriſto filium noſtrum R. Anglorum Regem Illuſtrem treugæ firmatæ ſint pariter & receptæ quinquennes, nos treugas ipſas juxta mandati noſtri tenorem iniitas & firmatas, ratas habemus, & præcipimus inviolabiliter obſervari: Serenitatem tuam rogantes, monentes, & exhortantes in Domino, & in remiſſionem tibi peccaminum injungentes, quatenus & treugas obſerves prædictas, & ad tractatum pacis eidem Legato noſtro auditum præbeas facilem & benignum; ut ſicut inclytæ recordationis Ludovicus Pater tuus pacem colere videaris, & Romanam Eccleſiam honorare. Noveris autem nos eidem Cardinali auctoritatem plenariam indulſiſſe, ut quicquid ſuper treugis jam initis, & concordia ineunda, ſeu aliis quæ contingunt utrumque vel alterum prædictorum, vel in coactione contumacium, vel pœna tranſgreſſorum, & aliis quibuſlibet ad hoc pertinentibus viderit ſtatuendum, ſtatuat appellatione remotâ, & faciat inviolabiliter obſervari. Univerſis etiam Archiepiſcopis & Epiſcopis conſtitutis tam in Regno Franciæ quam Anglorum diſtrictè præcipiendo mandamus, ut omnia quæ prædictus Cardinalis propter prædicta ſtatuerit, humiliter recipiant, & appellatione poſtpoſitâ ſtudeant obſervare. Alioquin ſententiam, quam in eos tulerit, ratam habebimus, & faciemus (dante Domino) inviolabiliter obſervari. Datum Laterani 7. Kalend. Aprilis, Pontificatûs noſtri Anno ſecundo.

De Treugis cum Anglia firmatis.

A.D. 1199. A. 10. R. 1. QUÆ auctoritate noſtra per Legatos Sedis Apoſtolicæ provide ſtatuuntur, firma volumus & illibata ſervari; ne vel revocentur in dubium, vel temeritate cujuſlibet irritentur. Ea propter, dilecte in Domino fili ſynceritatem devotionis & fidei, quam in exequendo creditæ tibi legationis officio adhibere dignoſceris, attendentes, ac de tua diſcretione confiſi, quinquennes treugas inter Cariſſimos in Chriſto filios noſtros Phil. Francorum & R. Anglorum Reges illuſtres juxta mandati noſtri tenorem initas & firmatas auctoritate Apoſtolica confirmamus, &c. Decernimus ergo, &c. Datum Laterani 3 Kal. Aprilis.

Innocentius P. Sanctæ Mariæ in via lata Diac. Card. Apoſtolicæ Sedis Legato, ipſius laudat induſtriam in concordandis P. Franc. & R. Anglorum Regibus.

A.D.1199. *A.* 10. *R.* 1.

Solicitudinem tuam dignis in Domino laudibus commendamus, quam nec difficultas itineris, nec infirmitas corporis, nec debilitas ægritudinis revocare potuit, aut etiam retardare, quo minus feſtinares ad mandatum Apoſtolicum adimplendum, & ſemen verbi dominici ac verbum pacis Cariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Ph. Francorum & R. Anglorum Regum Illuſtrium auribus tam ſapienter quam ſalubriter inſtillares. Dedit autem Dominus, qui eſt in ſe ſperantium fortitudo, affectibus tuis in te noſtris effectum, & eorundem corda Regum, indurata prius, ad vocem prædicationis tuæ miſericorditer emollivit; ut etſi nondum plenam pacem ſtatuere potueris, inter ipſos treugas ſaltem quinquennes receperint, & à multis de veræ pacis concordia per tuum ſtudium ineunda ſperetur. Ut autem ad ſervandas treugas jam initas & ſtatuendam plenam pacem melius valeas coercere rebelles, diſcretioni tuæ auctoritate præſentium facultatem liberam indulgemus quicquid vel in Reges ipſos, vel in terras eorum, aut alios, & terras ipſorum, Eccleſias, & Eccleſiarum Prælatos propter hæc vel aliqua quæ iſtorum aliqua vel utrumque contingant, ſtatuendum videris, ſublato cujuſlibet contradictionis & appellationis obſtaculo, liberè ſtatuendi, & tranſgreſſores ac contumaces feriendi diſtrictione qua noveris expedire. Quia vero quoſdam nobiles de utroque Regno, qui ſignum dominicæ Crucis aſſumpſerant, à bonæ memoriæ Celeſt. Papa Prædeceſſore noſtro per falſitatis expreſſionem, vel ſuppreſſionem veritatis, abſolutionis indulgentiam accepimus impetraſſe, cogendi tales ad implendum votum peregrinationis emiſſum, non obſtante indulgentia per ſubreptionem obtenta, cum mendax precator carere debeat impetratis, liberam tibi concedimus auctoritate Apoſtolica, non obſtante contradictione vel appellatione cujuſlibet, facultatem. Decernimus ergo, &c. Datum Laterani Kal. Aprilis.

A.D. 1199.

Carta Reginæ Alienoræ per quam confirmat Communiæ de Oleron, libertates ſuas & conſuetudines antiquas.

A.D. 1199.
A. 1. Joh.
L. B. penes Camerar. Scaccar.

ALienora, Dei gratia, humilis Regina Angliæ, Duciſſa Normaniæ & Aquitaniæ, & Comitiſſa Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Seneſcallis, Præpoſitis, Juſticiariis, Ballivis & Univerſis, tàm futuris, quàm præſentibus, ad quos Litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem.

Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Carta noſtra in perpetuum confirmâſſe dilectis & fidelibus noſtris univerſis juratis communiæ Oleronis, & eorum Hæredibus perpetuam ſtabilitatem & inviolatam firmitatem communiæ ſuæ juratæ apud Oleronem, ut tàm noſtra, quàm ſua propria jura melius defendere poſſint, & magis integrè cuſtodire; ſalva in omnibus & retenta fidelitate noſtra & Hæredum noſtrorum; ſalvo jure noſtro & Hæredum noſtrorum; ſalva etiam libertate, & ſalvis juribus Sanctæ Eccleſiæ, quæ perfectè & integrè præcipimus obſervari.

Volumus igitur & præcipimus ut ipſi, & eorum Hæredes juſtas & liberas conſuetudines terræ ſuæ cuſtodiant, defendant & teneant, ſicut Anteceſſores eorum eas, ſub Anteceſſorum noſtrorum Dominio, tenuerunt; & ut, ad ipſas cuſtodiendas, defendendas & tenendas, totam vim & totum poſſe communiæ ſuæ, ſalva fidelitate noſtra & Hæredum noſtrorum, contra omnem Hominem, ſi neceſſe fuerit, exerceant & apponant.

A.D. 1199.

Ut autem hæc noſtra conceſſio, ſive confirmatio perpetuam autoritatem & plenum robur obtineat, nos Cartam iſtam ſigillo noſtro fecimus ſigillari.

Dat. apud Andilliacum, Anno Incarnati Verbi Milleſimo Centeſimo Nonageſimo Nono.

Teſtibus,

Domino Henrico tunc Xanton. Epiſcopo,
Petro Bertino tunc Seneſcallo Pictaviæ,
Launo Ogerio,
Chalone de Roch. Forti,
Gauf. de Chauvigne,
Himberto de For.
Willielmo Bormant,
Johanne Roilloy,
Johanne Vitale,
Johanne Joſcelino,
Et multis aliis.

Littera Alienoræ Reginæ, per quam conceſſit privilegia hominibus de Olerone.

A.D. 1199.
An. 1. Joh.
L. B. penes Camerar. Scaccar.

ALienora, Dei gratià, humilis Regina Angliæ, Duciſſa Normaniæ & Aquitaniæ, & Comitiſſa Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Seneſcallis, Præpoſitis, Juſticiariis, Ballivis univerſis, tàm futuris, quàm præſentibus, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem.

A.D. 1199.

Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Carta noſtra in perpetuum confirmâſſe dilectis & fidelibus noſtris univerſis hominibus

A.D. 1199. nibus de Olerone & eorum Hæredibus, ut de puellis & viduis ſuis nuptui tradendis, & de maſculis ſuis uxorandis, & de Ballio puellarum, & viduarum, & maſculorum ſuorum habendo, ſine noſtri & noſtrorum Hæredum contradictione, ad voluntatem ſuam licite faciant in perpetuum & ſecurè.

Conceſſimus etiam ut ipſis & eorum Hæredibus vina ſua, & ſal ſuum, & omnes cæteras res venales, nullius obſtante inhibitione, vendere & quolibet modo diſtrahere liceat.

Conceſſimus etiam ipſis & eorum Hæredibus ut, in ultimis teſtamentis ſuis, res & poſſeſſiones ſuas dividant ad voluntatem ſuam vel ad voluntatem amicorum ſuorum, ſi forte aliqui ex eis, præoccupati vel occiſi, copiam & poſſe non habuerint teſtamentum ipſum diſponendi.

Omnes etiam pravas conſuetudines, quæ apud Oleronem impoſitæ ſunt, ex quo venerabilis & illuſtris vir noſter Dominus Henricus Rex Angliæ nobiſcum matrimonium contraxit, quaſſamus in perpetuum & penitus abolemus; volentes & præcipientes ut prædicti homines de Olerone, & eorum Hæredes juſtas & liberas conſuetudines terræ ſuæ cuſtodiant & habeant, ſicut Anteceſſores eorum ſub noſtrorum Anteceſſorum Dominio tenuerunt. A.D. 1199.

Ut autem hæc noſtra conceſſio, ſive confirmatio, perpetuam auctoritatem & plenum robur optineat, nos Cartam iſtam ſigillo noſtro fecimus inſigniri. Datum apud Andiliacum, Anno Incarnati Verbi, Milleſimo Centeſimo Nonageſimo Nono.

Teſtibus,

Domino Henrico Xanctonen. Epiſcopo,
Petro Bertino tunc Seneſcallo Pictaviæ,
Launo Ogerio,
Chalone de Rochforti,
Gaufrido de Cauvigne,
Hymberto de Forum.
Willielmo Bormant,
Johanne Roilloy.
Johanne Vitale,
Johanne Joſelino,
Et multis aliis.

Littera J. Regis per quam conceſſit hominibus de Olerone quod poſſint habere inter ſe communiam libere, quiete, &c.

A.D. 1199. *A. 1. Joh. 23 July. L. B. penes Camerar. Scaccar.*

JOhannes, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ, & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, & omnibus Ballivis & Fidelibus noſtris ſalutem.

Noveritis quod nos conceſſimus, & præſenti Charta noſtra confirmavimus dilectis & fidelibus noſtris, Burgenſibus noſtris de Olerone, quod habeant communiam in Olerone.

Quare volumus, & firmiter præcipimus quod ipſi communiam habeant benè & in pace, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad communiam pertinentibus.

Conceſſimus etiam eis, & Carta noſtra confirmavimus, quòd ipſi habeant omnes libertates & liberas conſuetudines per totam terram noſtram, quas habere debent & ſolent, & ſicut Carta Alienoræ Reginæ Matris noſtræ teſtatur: Salvo in omnibus jure noſtro. A.D. 1199.

Teſtibus,

E. Elienſi,
S. Bathonienſi Epiſcopis:
Willielmo Comite Arundel,
R. Comite Leiceſtriæ,
Garin filio Geroldi,
Sabero de Quent. Dat. per manum H. Cantuarienſis Archiepiſcopi Cancellarii noſtri,

Apud Vernolium, Viceſimo tertio die Julii, Anno Regni noſtri primo.

Conventio inter Johan. Regem & Alienoram Reginam Angliæ Matrem ejus, de Pictavia.

A.D. 1199.
An. 1. Joh.
Cart. 1. Johannis, p. 1. m. 10. dorſo.

Johannes, Dei gratiâ, &c. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Carta noſtra confirmaſſe kariſſimæ ac venerabili Dominæ, & Matri noſtræ Alienoræ, Dei gratiâ, Reginæ Angliæ, quod habeat & teneat, omnibus diebus vitæ ſuæ, vel quamdiu ſibi placuerit, totam Pictaviam cum omnibus pertinentiis ſuis, cum tota Hæreditate & adquiſitione, quæ eam, ex aliqua parte, vel quocunque jure, contingat; quæ nobis tanquam recto Hæredi ſuo conceſſit & dimiſit, & Carta ſua confirmavit, & unde homagium noſtrum recepit; & unde Dominium totius terræ prædictæ, homagium, fidelitatem & ſervitia nobis atturnavit.

A.D. 1199.

Et non tantum de prædictis terris noſtris volumus quod ſit Domina; ſet etiam de nobis, & omnibus terris, & rebus noſtris.

Conventio etiam inter nos, quod ipſa nil dabit de prædictis ſine aſſenſu & conſilio noſtro; nec nos, ſine aſſenſu & conſilio ſuo: Excepto aliquo competenti beneficio, quod ipſa, vel nos faciamus pro ſalute animarum noſtrarum.

Teſte, &c.

Litteræ Nunciis Regis Caſtellæ & Toleti.

A.D. 1199.
An. 1. Joh.
Cart. 1. Johannis, p. 2. m. 29. dorſo. n. 8.

Johannes, Dei gratiâ, &c. Nunciis Domini Regis & Dominæ Reginæ Caſtellæ & Toleti, ſalutem.

Mittimus ad vos dilectos & fideles noſtros fratrem P. Vernob, Radum de Malo-leone Seneſcallum Pictaviæ, & G. de Cella, & quoſdam magnates terræ noſtræ cum illis; unde vobis mandamus quatinùs ea, quæ prædicti tres, vel duo illorum vobis dicent ex parte noſtra, indubitanter credatis.

A.D. 1199.

Teſte meipſo apud Karentem, 30 die Junii.

De Nunciis Regis Portugaliæ.

A.D. 1199.
A. 1. Joh.
Cart. 1. Johannis, p. 2. m. 29. dorſo. n. 6.

Johannes, Dei Gratia, &c. Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus & Prioribus terræ ſuæ Salutem.

Mandamus vobis quod, cum Nuncii kariſſimi fratris noſtri & amici Regis Portigalen. per vos tranſitum fecerint, omnem honorem, quem poteritis, eis exhibeatis; &, ſi neceſſariis & auxilio indiguerint, eis in neceſſariis & auxilio provideatis, ſicut dilectus & fidelis noſter J. Lexovien. Archidiaconus vobis dicet.

A.D. 1199.

Teſte meipſo apud Karentem, 30 die Junii.

Littera ejuſdem Argumenti Ballivis Terræ ſuæ.

A.D. 1199.
A. 1. Joh.

Johannes Dei Gratia, &c. Omnibus Ballivis terræ ſuæ Salutem.

Mandavimus vobis quod, cum Nuncii kariſſimi fratris noſtri & amici Regis Portigalen. per vos tranſitum fecerint, & neceſſariis indiguerint aut auxilio, eis in neceſſariis & auxilio provideatis, ſicut dilectus & fidelis noſter Johannes Lexovien. Archidiaconus vobis dicet.

A.D. 1199.

Teſte meipſo apud Karentem, 30 die Junii.

Fœdus & Conventio inter J. Regem Angliæ, & B. Comitem Flandriæ.

A.D. 1199. *An.* 1. *Joh.* *Cart.* 1. *Johannis, p.* 1. *m.* 22. *d.*

1. NOtum ſit univerſis, hoc ſcriptum viſuris, quod hoc eſt Fœdus & Conventio inter Johannem Regem Angliæ, & B. Comitem Flandriæ. Videlicet, Quod idem Rex Angliæ pacem aut treugam cum Rege Franciæ non faciet abſque voluntate & aſſenſſu ejuſdem Comitis; nec idem Comes faciet, aut facere poterit pacem aut treugam cum Rege Franciæ abſque voluntate & aſſenſu prædicti Regis Angliæ.

2. Et ſi, forte, de voluntate & aſſenſu utriuſque, pax aut concordia fieret inter Regem Franciæ & eos, & Rex Franciæ poſtmodum alterutri guerraret, tenerentur prædicti Rex Angliæ, & Comes ad mutuum ſubſidium & auxilium ſibi invicem conferendum, prout melius poterunt, & ſicut fecerunt tempore quo Fœdus illud inter eos contractum eſt.

3. Et ſciendum eſt quod hoc Fœdus & hæc Conventio non ſolummodo duratura eſt tempore guerræ, ſed imperpetuum inter eos & inter Hæredes eorum qui terras ipſorum tenebunt poſt eos; ſive pax fuerit ſive guerra.

4. Ita quod, ſi Rex Angliæ hoc Fœdus & hanc Conventionem non obſervaverit, illi, qui juraverunt hoc Fœdus & hanc Conventionem tenenda pro Rege Angliæ, mittent ſe in captionem prædicti Comitis infra menſem poſtquam id bona fide ſcierint; non expectata ſubmonitione prædicti Comitis.

A.D. 1199.

5. Similiter, ſi dictus Comes hoc Fœdus & hanc Conventionem non obſervaverit, illi, qui juraverunt hoc Fœdus & hanc Conventionem tenenda pro ipſo Comite, mittent ſe in captionem dicti Regis Angliæ infra menſem poſtquam id bona fide ſcierint, non expectata ſubmonitione dicti Regis Angliæ.

6. Hoc juravit, pro ipſo Rege Angliæ, bona fide tenend. Willielmus de Humetz Conſtabularius Normanniæ, & in animam ejuſdem Regis; & pro ipſo juravit idem Conſtabularius in animam ſuam.

7. Et alii, quorum nomina ſubſcripta ſunt, juraverunt in animas ſuas idem Fœdus & eandem Conventionem bona fide tenendam, videlicet,

Willielmus Mareſcallus Comes de Pembroc,
Ranulf. Comes Ceſtriæ,
——— *Comes Robertus de Leiceſtria.*

Fœdus initum inter Johannem Regem Angliæ, & Reginaldum Comitem Boloniæ.

A.D. 1199. *An.* 1. *Joh.* *Cart.* 1. *Joh. p.* 1. *m.* 24. *d.*

1. NOtum ſit univerſis hoc ſcriptum viſuris, quod hoc eſt Fœdus & Conventio inter Johannem Regem Angliæ, & Reginaldum Comitem Boloniæ, viz. Rex Angliæ pacem aut treugam cum Rege Franciæ non faciet, nec facere poterit abſque voluntate & aſſenſu ejuſdem Comitis; nec idem Comes facere poterit pacem aut treugam cum Rege Franciæ abſque voluntate & aſſenſu prædicti Regis Angliæ.

2. Et ſi forte, de voluntate & aſſenſu utriuſque, pax aut concordia fieret inter Regem Franciæ & eos; & Rex Franciæ poſtmodum alterutri guerraret, convenit quod dicti Rex Angliæ & Comes ad mutuum ſubſidium & auxilium ſibi invicem conferendum, prout melius poterunt, & ſicut fecerunt tempore quo fœdus illud inter eos contractum eſt.

A.D. 1199.

3. Et ſciendum eſt quod hoc Fœdus & hæc Conventio non ſolummodo duratura eſt tempore guerræ, ſet in perpetuum inter eos, & inter Hæredes eorum, qui terras ipſorum tenebunt poſt eos, ſive pax fuerit, ſive guerra; ita quod, ſi Rex Angliæ hoc Fœdus & hanc Conventionem non obſervaverit, illi, qui juraverunt hoc Fœdus & hanc Conventionem tenenda pro Rege Angliæ, mittent ſe in captionem prædicti Comitis, infra menſem poſtquam id bona fide ſcierint, non expectata ſubmonitione prædicti Comitis.

4. Similiter, ſi dictus Comes hoc Fœdus & hanc Conventionem non obſervaverit, illi, qui juraverunt hoc Fœdus & hanc Conventionem tenenda, pro ipſo Comite, mittent ſe in captionem dicti Regis Angliæ, infra menſem poſtquam id bona fide ſcierint, non expectata ſummonitione dicti Regis Angliæ.

Hoc jurarunt pro ipſo *Rege Angliæ* bona fide tenend. Willielmus Humetz Conſtabularius Normanniæ, & in animam ejuſdem Regis; & pro ipſo juravit idem Conſtabularius in animam ſuam.

Et alii, quorum nomina ſubſcripta ſunt, juraverunt in animas ſuas id Fœdus & eandem Conventionem bona fide tenendam, viz.

Willielmus Mareſchal, Com. de Pembroc.
Ran. Comes Ceſtriæ,
Comes de Leiceſter,
Baldw. Comes de Albemarle,
Willielmus Comes Arundel,
Radus Com. Augi,
Robertus Com. Mallet.

5. Hoc Fœdus & hanc Conventionem bona fide tenend. juravit prædictus *Reginaldus* Comes Boloniæ manu propria, in animam ſuam; & alii, quorum nomina ſubſcripta ſunt, juraverunt in animas ſuas idem Fœdus & eandem Conventionem bona fide tenendam pro ipſo Comite, videlicet,

Anſelmus de Raeb,
Guido Lyeſchaus,
Rad. frater Com.

Acta ſunt iſta coram ipſo Rege Angliæ apud Caſtrum de Rupe Andel. 18 Auguſti, Regni ſui Anno primo.

De 2125 Marcis ſolvendis quas R. 1. mutuo acceperat, ad negotia Regis Othonis nepotis ſui facienda.

A.D. 1199.
An. 1. *Joh.*
Cart. 1. *Joh. M.* 21. *d. p.* 1.

Johannes, Dei Gratiâ, Rex, &c. Dilectis amicis ſuis Speren. Bagareton. & eorum ſociis Mercatoribus Placentinis ſalutem.

Sciatis quod vobis ſolvere volumus duo millia Marcarum, & 125 Marc. quas, pro amore bonæ memoriæ Regis Ricardi fratris noſtri, & ex mandato ipſius, mutuo conceſſiſtis Willielmo Andeg. R. Bangorn. Epiſcopis, & Stephano Ridel, ad negotium kariſſimi nepotis noſtri illuſtris Regis Othonis in Curia Romana faciendum.

Ideoque vobis, præſentibus litteris, in tantam pecuniam nos obligamus, promittentes quod, ad proximum Feſtum Sancti Michaelis, poſt Coronationem noſtram, vobis, vel certo Nuncio veſtro præſentes litteras afferenti & exhibenti ſexcentas & viginti quinque Marcas apud Scaccarium noſtrum in Anglia ſolvi faciemus.

Et ad proximum ſequens Paſcha quingentas Marcas ibidem.

Et poſtmodum in ſequenti Feſto Sancti Michaelis quingentas Marcas ibidem.

Et ſic ad proximum ſequens Paſcha quingentas Marcas ſimiliter ad Scaccarium noſtrum in Anglia ſolvi faciemus vobis vel certo Nuncio veſtro, litteras obligationis noſtræ exhibenti.

Et nihilominus ita vobis, in gratiarum actione, pro benigna expectatione veſtra, favente Domino, reſpondeamus, quod expectatio veſtra nobis non videbitur oneroſa. Teſte meipſo apud Rothom. 25 die Auguſti.

Per Dominum Cancellarium.

Hugo Brunus Comes March. & Radulphus Comes Augi deveniunt ligii homines Joh. Regis Angl.

Incipiente Anno a Nat. Chriſti A.D. 1200.
A. 1. Joh.
Cart. 1. Johannis, p. 2. m. 28. dorſo.
A.D. 1200.

SCiant præſentes & futuri quòd Ego Hugo Brunus Comes March. & Ego Radulphus Comes Augi ſumus homines ligii Domini noſtri Johannis illuſtris Regis Angliæ, contra omnes homines & fœminas, qui vivere & mori poſſunt, & in omnibus, & per omnia honori & utilitati ejus pro toto poſſe noſtro fideliter intendemus; & ad omnia jura ſua perquirenda, recuperanda & manutenenda fideliter, pro toto poſſe noſtro, eum adjuvabimus contra omnes, & etiam contra illos, qui ſunt vel erunt de genere noſtro.

Nec aliquo modo, pro toto poſſe noſtro, ſuſtinebimus quod Dominus noſter Rex Angliæ, aliquo tempore vitæ noſtræ in aliquo diminuatur, vel decreſcat per conſanguineos noſtros, vel alios.

Et, ad hæc omnia fideliter & bona fide obſervanda in perpetuum, fecimus eum ſecurum, tàm per nos & Sacramenta noſtra, quàm per homines noſtros & Sacramenta eorum; quorum nomina hic ſcribuntur,

Gocelin. de Lezay,
Guido. de Bernezy,
Hug. de Rupeforti,
Laon Clareti,
Americ. Bucce,
Willis de Perant,
Regin. fratris ſui,
Eraldi de Priſſax,
Johannis de Erann.
Willielmi Haler,
Bertram Vilarent,
Willielmi de Maere,
Sim. de Ocman.

Prædicti autem nominati Securitatem præſtiterunt ex parte mea, ſcilicet H. Com. March.

Subſcripti vero Securitatem præſtiterunt ex parte mea, Radulphi Com. Augi.

Mangatus de Metulo,
Kalo frater ejus,
Aimericus de Querſay,
Hugo de Bauzayco,
Gaufr. Roillet.

Acta ſunt iſta apud Cadom. Menſe Januarii, 28 die Menſis.

Anno Domini Regis Johannis primo, Coram

Willielmo de Humet Conſtabulario Normanniæ,
Willielmo Mareſcallo Comite Pembroc.
Johanne de Pratell,
Gaufrido de Cella,
Gwarin. de Glapion,
Willielmo de Stagno.

Johannes Rex Angl. prædictos Comites pro ligiis ſuis agnovit.

A.D. 1200.
An. 1. Joh.
Ibid. n. 10.
A.D. 1200.

JOhannes, Dei Gratia, &c. Omnibus, ad quos præſens Scriptum pervenerit, Salutem.

Sciatis nos ſuſcepiſſe dilectos & fideles noſtros Hugonem Comitem March. & Comitem R. Augi in homines noſtros ligios.

Nos autem eos tanquam fideles & ligeos homines noſtros diligemus, promovebimus, & jura ſua integrè contra omnes homines eis manutenebimus & defendemus bona fide; nec faciemus quod in aliquo jure ſuo, vel de aliquo, unde ſunt veſtiti & ſaiſiti, dampnum vel diſpendium incurrant per nos vel per noſtros, niſi per Judicium Curiæ noſtræ, quamdiu nobis fideliter ſervierint, & quamdiu voluerint ſtare judicio Curiæ noſtræ.

A.D. 1200. Et quod hæc omnia eis fideliter obſervabuntur, fecimus eis ſecuritatem, tam per nos quam per eos quorum nomina ſubſcribuntur, & per Juramenta eorum,

Willielmum de Hum. Conſtabular. Normanniæ,
Willielm. Mareſcall. Com. de Pembroc.
Gaufrid. de Cella,
Johan. Pecus, &
Wil. de Pratell,
Guarin. de Glapion,
Will. de Stagn.

A.D. 1200. Teſte meipſo apud Cadom. 28 die Januarii, Anno Regni noſtri primo.

Americus Vicecomes Toarcen. recognovit ſe eſſe ligium hominem Johan. Reg. Angl.

A.D. 1200. *An. 1. Joh. Cart. 1. Johannis, p. 1. m. 6. dorſo.*

JOhannes, &c. Omnibus ad quos præſens Scriptum pervenerit, &c. Noveritis quod Americus Vic. Toarcen. recognovit ſe eſſe ligium hominem noſtrum, dum nos ei ſignaverimus conventiones inter nos & ipſum factas, & dum, de aſſenſu noſtro & ſuo, dictum veridictum, de prædictis conventionibus, in reſpectum poſitum fuerit; niſi interim de aſſenſu noſtro & ſuo firma pax inter nos & ipſum facta fuerit.

Quod veridictum poſitum eſt in reſpectum uſque in 15 dies à Nativitate beati Johannis Baptiſtæ.

Nec interim pro aliquo munere poſſimus ei forisfacere, nec ipſe nobis.

A.D. 1200. Teſtibus,
E. Archiepiſcopo Burdegal,
Rogero Sancti Andreæ Epiſcopo,
G. Comite ———
R. Comite de Leirc.
B. Comite Albin,
R. Comite Augi,
W. Mareſcallo, Comite de Pembroc.
Gaufrido de Lizunac,
W. Conſtabulario Normanniæ,
Jouberto de Cyrcha,
Gir. de Forinwall.
Willielmo de Kav.
Willielmo ——
Radulpho de Malo-leone,
Willielmo de Malo-leone,
Gaufr. de Cella,
Roberto de Treſgoz,
Gwar. de Glapion, &c.

Forma Pacis factæ apud Guleton inter Johannem Angliæ, & Philippum Franciæ Reges.

A.D. 1200. *An. 2. Joh. Ex Rotulo in Theſaurar.*

1. PHilippus, Dei Gratia, Franciæ Rex, Univerſis ad quos præſens Carta pervenerit, Salutem. Noveritis quod hæc eſt forma pacis factæ inter nos, & dilectum & fidelem noſtrum Johannem Regem Angliæ; ſcilicet quod ipſe tenebit nobis pacem, quam Rex Ricardus frater ejus fecit nobiſcum inter Exoldunum & Charrolium; exceptis iis, quæ per præſentem Chartam excipiuntur, vel mutantur propter interceptiones, quas idem Rex Ricardus fecit de illa, ſcilicet,

2. Quod Rex Johannes donavit nobis & hæredibus noſtris ſicut rectus hæres Regis Ricardi fratris ejus, Civitatem Ebroicarum & Ebroicen. cum omnibus feodis & dominiis, ſicut ſubſequentes metæ determinant (metæ autem ſunt poſitæ in media via inter Ebroicinum & Novum Burgum) & totum id, quod erit intra has metas ex parte Franciæ, erit noſtrum; id autem quod erit ex altera parte verſus Novum Burgum, erit Regis Angliæ.

A.D. 1200.

3. Et quantum terræ habebimus verſus Novum Burgum, tantum terræ habebimus verſus Conches, & verſus Akenny; ad eandem menſuram, ex ea parte ubi

Abbathia de Noa ſita eſt, ſicut aqua Itoniæ currit Guitebo, ubicumque ſit, donavit nobis Rex Angliæ.

4. Tilleriæ cum pertinentiis ſuis, & Danvilla remanent Regi Angliæ; ita tamen quod Dominus de Bruerolis habebit id, quod debet habere in Dominatu de Bruerolis.

5. Conceſſit etiam de Epiſcopatu Ebroicenſi nobis id quod eſt intra has metas, unde Epiſcopus Ebroicenſis nobis & Hæredibus noſtris reſpondebit; idem autem Epiſcopus Regi Angliæ & Hæredibus ſuis reſpondebit de hoc, quod erit extra has metas.

6. Et ſciendum quod neque nos, neque Rex Angliæ poterimus firmare intra metas, conſtitutas intra Novum Burgum & Ebroicinum, neque apud Guitebo; neque Rex Angliæ ex parte ſua, neque nos ex parte noſtra, niſi ubi firmatum eſt infra metas prædictas.

7. Præterea fortalitiæ de Porris & de Landes incontinenti diruentur, neque ibi aliæ fortalitiæ poterunt re-ædificari.

8. Hæc autem omnia, quæ Comes Ebroicenſis infra has metas tenebat, fecit nobis quittari, a recto Hærede Ebroicenſi de Vulcaſione Normano, Terra erit Regi Angliæ, & Hæredibus ſuis; remanent Feoda & Dominium, ſicut Archiepiſcopus Rothomagenſis ex modo tenens erat, die quo fecit excambium de Andeliaco; totum reſiduum Vulcaſino nobis remanet.

9. Nos vero non poterimus firmare retro Gamag. ex parte Norm. neque ultra finem Foreſtæ Vernonis, ſed infra; neque Rex Angliæ retro Foreſtam Andel. poterit firmare, ſed infra.

10. Dedit autem in Maritagio Ludovico filio noſtro cum filia Regis Caſtellæ, nepte ſua, Feodum Exolduni; item Feodum Eraſcarii, & Feoda Bitureſii, ſicut Andreas de Calviniaco ea tenebat de Rege Angliæ: Item de omnibus iis erimus nos ſaiſiti, uſque dum matrimonium prædictum ſit conſummatum; &, quicquid contingat de matrimonio, priuſquam factum fuerit, nos tenebimus prædicta Feoda totâ vitâ noſtrâ; &, poſt deceſſum noſtrum, redibunt prædicta Feoda ad Regem Angliæ & Hæredes ſuos, ſi prædictus Ludovicus Hæredem non habuerit de prædicta nepte Regis Angliæ.

11. Si vero Regem Angliæ mori contigerit, abſque Hærede de uxore ſua deſponſata, cum prædictis Feodis dedit eiſdem in maritagium Feodum Hug. de Gornaco citra mare Angliæ, ſicut id tenet de ipſo: & Feodum Comitis Albemarle citra mare Angliæ, & Feodum Comitis Pertici, ſicut ea tenent de ipſo citra mare Angliæ.

12. Præterea nobis dedit Rex Angliæ viginti millia Marcarum Sterlingorum, ad pondus & legem in quo fuerunt, (videlicet tredecim ſolidos, & quatuor denarios pro Marca) propter rechatum noſtrum, & propter Feoda Britanniæ, quæ nos ipſi dimiſimus; ipſe vero recipiet Arturum in hominem, ita quod Arturus Britanniam tenebit de Rege Angliæ.

13. Item Rex Angliæ, ſicut rectus Hæres, tenebit de nobis omnia Feoda, ſicut Pater ejus & Frater ejus Rex Ricardus ea tenuerunt a nobis, & ſicut Feoda debent; exceptis ſupradictis quæ nobis remanent, ſicut ſupradictum eſt.

14. De Comite Engoleſmi & Vicecomite Lemovicen. ſic erit; quod Rex Angliæ recipiet eos in homines, ita quod eis jura eorum dimittet.

15. De Comitibus Flandriæ & Boloniæ ſic erit: quod Comes Flandriæ tenebit de terra noſtra id, quod tenet.

16. Item nos ea, quæ tenemus de rebus Comitis Boloniæ, Feodum & Dominium, & ea, quæ Comes Pontini modo tenet, Feodum & Dominium, remanent nobis & Comiti Pontini.

17. Propter hoc, quod Comes Flandriæ tenet de rebus noſtris, Comes Flandriæ faciet nobis homagium ligium.

18. Et, ſi idem Comes Flandriæ, aut aliquis hominum noſtrorum, qui melius ſint, aut debeant eſſe homines noſtri quam Regis Angliæ, ipſi nobis malum vellent facere & nocere, Rex Angliæ non poſſit eos contra nos juvare vel manutenere; neque nos ſimiliter homines, ſui qui melius ſint, aut debeant eſſe, quam noſtri: ſalva forma hujus pacis prædictæ.

19. In Conventionibus iſtis Regi Angliæ habemus Conventionem quod ipſe nepoti ſuo Othoni nullum auxilium faciet, nec per Pecuniam, nec per Milites, nec per Gentem, nec per ſe, nec per alium, niſi per conſilium & aſſenſum noſtrum.

20. De Arturo ſic erit, quod Rex Angliæ non minuet eum nec de Feodo, nec de Dominio Britanniæ citra mare, niſi per rectum judicium Curiæ ſuæ.

21. Rex Angliæ dedit nobis ſecuritates de hominibus ſuis ſubſcriptis, ſcilicet,

Baldwino Comite Albæ Marlæ,
Comite Willelmo Mareſcallo,
Hugone de Gornaco,
Willelmo de Humet, Conſtabulario Normanniæ,
Roberto de Herefort,

A.D. 1200.

Johanne de Pratell,
Willelmo Kaer,
Rogero de Toen,
Garino de Glapion:

Qui juraverunt hoc modo, quod ipſi cum omnibus Feodis ſuis citra mare ad nos venirent, ſi hanc pacem Rex Angliæ nobis non teneret, ſicut eſt diviſa.

22. Nos quoque ſimiliter dedimus ei ſecuritates de hominibus noſtris ſubſcriptis, ſcilicet,

De Comite Roberto Drocar,
Gaufrido Comite Pertici,
Gervaſio de Caſtello,
Willelmo de Gapland,
Burch de Roia,
Galtero Camerar. Patre,
Vaſcon. filio ejus,
Philippo de Leucis,
Galtero Camerario minore,

A.D. 1200.

Qui ſimiliter juraverunt, quod, cum omnibus Feodis ſuis, ad Regem Angliæ irent, ſi nos hanc pacem ei non teneremus, ſicut eſt diviſa.

23. Nos autem & Oſtagii prænominati hæc omnia prædicta bona fide, & ſine malo ingenio, fideliter & firmiter obſervanda juravimus; quod ut perpetuum robur obtineat, præſentem paginam ſigilli noſtri auctoritate roboravimus.

Actum apud Guleton Anno ab Incarnatione Domini Milleſimo Ducenteſimo, menſe Maio.

Innocentius Papa imperat Prælatis Anglican. quod ſine pecunia, quam petunt, numerata excommunicatos abſolvant.

A.D. 1200.
A. 2. Joh. Exemplif.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac aliis Eccleſiarum Prælatis, in Regno Angliæ conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad aures noſtras, kariſſimo in Chriſto filio noſtro, Rege Anglorum illuſtri ſignificante, pervenit; quod nonnulli ex vobis, cum in homines ejuſdem Regis, pro contumacia, vel aliis eorum exceſſibus, excommunicationis ſententiam ——— proferunt, nolunt poſtmodum ipſam, niſi prius ſoluta ſibi certa pecuniæ quantitate, vel de ſolvenda illa ſufficienti cautione præſtita, relaxare.

A.D. 1200.

Cum igitur non ſolum a malo, ſet ab omni ſpecie mali ſit, ſecundum Apoſtolum, abſtinendum, & abſolutionis beneficium denegari non debeat illud humiliter poſtulanti, univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſuper præmiſſis, ſtudeatis taliter providere, quod nullatenus ejuſdem Regis ſeu alterius jus lædatur, aut juſte, propter hoc, poſſit ſcandalum aliquod suboriri.

Nos enim non poſſumus, ſicut etiam nec debemus, indebita ipſius gravamina vel injurias tolerare.

Dat. Lugdun. 10 Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno III.

Litteræ Vicecomiti Lemovicen.

A.D. 1200.
Cart. 2. Johannis, p. 1. & 2. infimul m. 34. dorſo.

JOhannes, Dei gratiâ, &c. Vic. Lemovicen. ſalutem.

Audivimus ea, quæ nobis mandâſtis per dilectos & fideles noſtros Dominum Burgal. Archiepiſcopum, & Fratrem Petr. de Vernol, & vobis mandamus quatinus ad nos ſecure apud Luziniac. accedatis, die Mercurii proxima poſt Feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli, ſi fieri poteſt, vel in craſtino mane.

A.D. 1200.

Et vobis ſalvum ire, ſtare & redire damus; &, ad majorem ſecuritatem, mittimus vobis obviam

Dominum

A.D. 1200.

Dominum Burdegal. Archiepiſcopum,
Fratrem P. de Vernol, &
Comitem Willielmum Mareſcallum, &
G. de Cella Seneſcallum noſtrum Pictaviæ,

Apud Lan[illegible]c; Mandantes quòd ſecurè illuc veniatis.

Teſte meipſo apud Chinonem 25 die Junii.

De Idoneis ad Eccleſiaſtica beneficia præſentandis Innocentius Papa indulget Eccleſiaſtic. Beneficior. Patronis quod, quos volunt, præſentare poſſint idoneos.

A.D. 1200. *An. 2. Joh. Exemplif.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis univerſis Eccleſiarum Patronis, per Regnum Angliæ conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Fervens Anglorum meretur devotio, ut eos Apoſtolica Sedes, tanquam ſpeciales filios, brachiis maternæ affectionis amplectens, & favore ipſos muniat opportuno, ac efferat gratiæ privilegio potioris; hinc eſt quod nos, veſtris ſupplicationibus inclinati, volentes jura veſtra illæſa ſervari, univerſitati veſtræ, ut ad Eccleſiaſtica beneficia, in quibus jus patronatus habetis, cum ea vacare contigerit, præſentare illis, ad quos eorumdem beneficiorum ſpectat collatio, perſonas idoneas, quæ velint & poſſint in eis laudabiliter deſervire, abſque cujuſlibet contradictionis obſtaculo, liberè, prout ad vos pertinet, valeatis, auctoritate præſentium indulgemus.

Nulli ergo, &c.

Dat. [illegible] Non. Auguſti, Pontificatus noſtri [illegible].

Ejuſmodi indulgentia Prælatis conceſſa.

A.D. 1200. *A. 2. Joh. Exemplif.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, per Regnum Angliæ conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Veſtra meretur devotio ut vos Apoſtolica Sedes opportuno favore muniat, & gratiæ privilegio efferat ſpecialis; hinc eſt quod nos, veſtris ſupplicationibus inclinati, volentes jura veſtra illæſa ſervari, univerſitati veſtræ ut beneficia Eccleſiaſtica ad collationem veſtram ſpectantia, cum ea vacare contigerit, conferre perſonis idoneis quæ velint & poſſint in eis laudabiliter deſervire, abſque cujuſlibet contradictionis obſtaculo, liberè, prout ad vos pertinet, valeatis, auctoritate præſentium indulgemus.

Nulli ergo, &c.

Dat. Anagniæ III. Non. Auguſti, Pontificatus noſtri anno tertio.

Salvus conductus pro Griffino filio Reſi.

A.D. 1200. *An. 2. Joh. Cart. 2. Johannis, p. 1. & 2. in ſintul. m. 28. dorſo.*

REX, &c. Griffino, filio Reſi, ſalutem. Mandamus tibi quod ſecure venias ad nos, quia recepimus te in ſalvo conductu noſtro in eundo & redeundo ad nos. Teſte meipſo apud Chelwurth, 22 die Octobris.

Salvus conductus pro Rege Scotorum.

A.D. 1200. *An. 2. Joh. Cart. 2. Johannis, m. 28. dorſo.*

REX, &c. W. eadem gratiâ Regi Scotiæ, ſalutem.

Miſeramus vobis conductum qualem ſufficere credebamus ad vos conducendos; verum, quia, ſicut per Nuncios veſtros accepimus, ſcilicet Abbatem de Aberbrothot, Willielmum Cumin, & Willielmum Giffard, ignoraſtis quod conductum vobis miſeramus, ex habundanti ad vos mittimus dilectos & fideles noſtros, R. Epiſcopum Sancti Andreæ, Saher de Quinci, Hugonem de Moreuill, & Ricardum Mallabiſſi, per ipſos & per has litteras noſtras patentes ſalvum vobis & hiis, quos vobiſcum ducetis, conductum præſtantes ad nos veniendi & in Curia noſtra moram faciendi, & ſalvò & ſecurè in partes veſtras redeundi. A.D. 1200.

Teſte G. filio Petri apud Glouceſtr. 30 die Octobris.

Littera Vicecom. Thoarc. de Alienora Matre Regis ægrotante.

A.D. 1200. *Cart. 2. Johannis, p. 1. & 2. inſimul m. 8. d.*

VEnerabili Domino ſuo Johanni Dei gratia, &c. Americus Vicecomes Thoarc. ſuus homo fidelis per omnia, ſalutem & ſervitium tam devotum quam debitum.

Noverit veſtra ſublimitas quòd Alienora Regina, Domina mea, mater veſtra, infirmitate oppreſſa apud Fontem Ebraudi, me mandavit ut, ad eam viſitandam in ſuæ infirmitatis gravamine, devoto animo feſtinavi coram ipſa, me aſſiſtente, ſe nimium exhilaravit; &, de vobis inter me & ipſam facto colloquio, ſuper omnibus cum ea conveni, &, ſicut vobis per literas ſuas ſcribit, ſic extitiſſe notifico teſtimonio veritatis.

Sciatis, Domine, quod ſemper patri veſtro fidelis extiti, & fratri veſtro, Regi Ricardo, in ſuis ſervitiis me fidelem exhibui, vobis vero hucuſque in veritate & in fideli ſervitio non defui, & inter me & vos nil contrarietatis incidit, præter quædam verbecula iræ.

Sicut autem ſemper vobis & veſtris, tanquam homo veſter ligius, fidelis adfui, ita adhuc fidelem me vobis exhibeo, & terram meam, & totum poſſe meum, & amicos meos voluntati veſtræ & veſtro ſervitio expono.

Interea vobis notifico, Domine, per illam petitionem, quam vobis de filio meo homine veſtro propoſui, ſi excellentiæ veſtræ compleri digna videbitur, meis precibus compleatis. A.D. 1200.

Sane non poſſum evitare quin vos rogem pro amicis meis, unde vos rogo quatinus bonam pacem confirmari velitis inter vos & H. Comitem Marchiæ; & ſciatis quod, niſi meo rationabili conſilio vobiſcum pacifice, honore veſtro ſalvo, convenire voluerit, me cum toto poſſe meo habebit ampliùs ſuum hoſtem.

Inſuper vobis ſupplico quatinus, completis veſtris negotiis in Anglia, ad terram veſtram, partem Regni veſtri, feſtinanter accedatis; quia magnum opus eſſet in partibus iſtis veſtra præſentia; &, in adventu veſtro, apud Thoarc. Caſtrum veſtrum hoſpitari veniatis; & adventum veſtrum, quem multum deſidero, mihi ſignificetis; quià, ubi me mandaveritis, obviam vobis ibo.

Ad ultimum, quantum poſſum affectuoſiùs, vos deprecor quatenus, ſicut vos & terram veſtram vera dilectione diligo, me & terram meam diligatis, & eam vobis expoſitam tanquam veſtram ab omni obſtaculo defendetis.

Alienora Regina, ægrotans apud Fontem Ebraudi, ſcribit Filio ſuo Johanni Regi de Servitio prædicti Vicecomitis.

A.D. 1200. *Cart. 2. Johannis, p. 1. & 2. inſimul m. 8. d.* KAriſſimo filio ſuo, &c. Johanni Dei Gratia, Alienora, eadem Gratia, &c. & Dei, benedictione cum ſua.

Noveritis, kariſſime fili, quod mandavimus Conſanguineum veſtrum & noſtrum Americum Vicecomitem Thoarc. ut veniret apud Fontem Ebraudi viſitare Nos in infirmitate noſtra, & venit; unde, Deo Gratias, convaleſcemus melius quàm ſolemus.

Præterea ſciatis quod ego & fidelis veſter Guido de Dina tantum ei rogavimus & monſtravimus, ut eſſet omnino in ſervitio veſtro, ſicut ipſe qui nullam injuriam vobis fecit, nec aliquid de terra veſtra injuſte tenuit, ut alii Barones veſtri Pictaviæ faciunt.

Et item ei monſtravimus quod magnum pudorem & peccatum deberet habere, quin patiebatur alios Barones veſtros injuſte diſhæreditare vos: Ille autem audiebat, & inſimul intelligebat verba noſtra; &, quod ei jus & rationem diximus, nobis libenter & animo libenti conceſſit, quod ille, & terræ, & Caſtra ſua amodo ad præceptum & voluntatem veſtram erant, quicquid antea feciſſet: Et amici ſui, & alii, qui terram & Caſtra veſtra ſaiſierant ſine licentia & voluntate veſtra, niſi placitum & voluntatem veſtram facere, & ea, quæ injuſte ſaiſierint, in pace reddere voluerint, contra eos cum omni poſſe ſuo erit, tantum ut ſaiſitus ſitis; & amplius, ut frater veſter Ricardus Rex Angliæ fuit, die quo laboravit in extremis. A.D. 1200.

Et quia nobis benigne conceſſit ea quæ rogavimus, ſcilicet quod erit in ſervitio veſtro bene & fideliter contra omnes mortales, Ego, quæ veſtra mater ſum, & fidelis veſter Gwido de Dina, manucepimus quod verſus eum eritis, ut Dominus verſus legalem hominem ſuum exiſtere debet; & ego & fidelis veſter, Guido de Dina, plegii ſumus quod faciet quicquid vobis mandamus & literæ ſuæ quas vobis mittit.

Rogamus igitur nos attentius & ſalubriter monemus quatinus, ſalvis negotiis veſtris in Anglia, ad partes Normanniæ feſtinetis transfretare, & omnem voluntatem veſtram nobis & prædicto Vicecomiti Thoarc. ſignificare velitis; quia, ut prædiximus, ipſe paratus eſt adquieſcere, in omnibus, mandato veſtro & voluntati; &, ad mandatum veſtrum, ad vos accedere in Angliam, ſive in Normanniam, aut ubicumque veſtræ placuerit voluntati, & adventum veſtrum multum deſiderat.

Ad hæc autem audienda & facienda interfuit fidelis veſter Guido de Dina Conſtabularius de Alvernia.

Teſte meipſa & eodem Guidone apud Fontem Ebraudi.

Favore ſuo Papa Innocentius proſequitur Priorem & Canonicos Sanctæ Trinitatis apud London.

A.D. 1201. *An. 2. Joh. Ex Autogr.* INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dei Dilectis Filiis—Priori & Canonicis Sanctæ Trinitatis London. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Annuere conſuevit Sedes Apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium precibus favorem benivolum impartiri; ea propter, dilecti in Domino Filii, veſtris precibus annuentes, Eccleſiam veſtram cum omnibus bonis, tàm eccleſiaſticis, quàm mundanis, quæ impræſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Re- A.D. 1201.

A.D. 1201. gum vel Principum, oblatione fidelium, vel aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus.

Specialiter autem de Leſnes, de Braching, de Foreham, de Welcumſtrowe, de Bromfeld, de Alſiſwic, de Nuteſe, Sancti Botulphi extra portam quæ Alegate vocatur, omnium Sanctorum ſuper muros Civitatis London, Sancti Michaelis in via quæ vocatur Algate, & de Bixle Eccleſias, cum omnibus earum pertinentiis, ſicut eas juſte ac pacifice poſſidetis, vobis, & per vos Eccleſiæ veſtræ auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Auctoritate præſentium inhibentes ne quis in vos vel Vicarios veſtros, ſine manifeſta & rationabili cauſa, excommunicationis audeat Sententiam promulgare.

A.D. 1201. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, confirmationis & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Lateran. 2 Id. Januarii, Pontificatûs noſtri Anno 3.

Filis Seric. flavi rubeique coloris.

De ſuperbia Regis Franciæ & pace violata.

A.D. 1201.
An. 3. *Joh.*
Pat. 3. *Joh.*
m. 2.

REX, &c. Omnibus per Regnum Angliæ conſtitutis, &c. Mittimus ad vos venerabiles Patres noſtros in Chriſto Dominum Cantuarienſem Archiepiſcopum, & Epiſcopum Elyenſem, qui portaverunt verba de quibus tractabatur inter nos & Reges Franciæ.

Ipſi autem vobis exponent quantam humilitatem, & quantam menſuram ei obtulimus; & quantam & qualem in eo ſemper invenerunt ſuperbiam, & qualiter contra formam pacis inter nos factæ & firmatæ, manifeſtè venit; quibus fidem habeatis tanquam nobis, in hiis quæ inde vobis proponent. A.D. 1201.

T. meipſo apud Pontem Arch. 11 die Maii.

Forma Pacis cum Leulino ap Jorwerth Principe Walliæ.

A.D. 1201.
An. 3. *Joh.*
Pat. 3. *Joh.*
m. 3.

1. HÆC eſt forma pacis quâ Leulinus, filius Jorvert, venit ad Servitium Domini Regis primò, coram Roberto Bangorenſi & R. de Sancto Aſaph. Epiſcopis, & Domino Galfrido, filio Petri, Comite Eſſex, Juſticiario Domini Regis, & Baronibus multis, & pluribus aliis juravit idem Leulinus, & Majores terræ ſuæ, poſt eum, juraverunt fidelitatem Domini Regis Johannis, contra omnes homines, ſe imperpetuum obſervaturos de ſua vitâ, & membris ſuis, & de ſuo terreno honore.

2. Et idem Leulinus recepit, de manu Domini Juſticiarii, ſaiſinam omnium tenementorum ſuorum quæ tunc poſſidebat, & in pace tenebat uſque adventum Domini Regis in Angliam; &, cum Dominus Rex in Angliam venerit, idem Leulinus, ad mandatum ejus, veniet ad eum, & homagium ei faciet, ſicut Domino ſuo ligio, de prædictis tenementis; &, homagio facto, in pace redibit ad propria, nec ab aliquo implacitabitur donec in patria ſua competentem receperit Summonitionem. A.D. 1201.

3. Et Dominus Rex omnia retro forisfacta, ante diem pacis, ſiqua ſunt, ei condonabit; ſi vero poſtmodum aliquis querelam moverit ſuper aliquo tenementorum ſuorum prædictorum, in ejus electione

ctione erit utrum cauſa illa tractetur ſecundum legem Angliæ, vel ſecundum legem Walliæ; & non reſpondebit alicui niſi de proprietate tantum, excluſa penitus quæſtione poſſeſſionis.

4. Et, ſi ſecundum legem Angliæ cauſam illam tractari elegerit, Dominus Rex ponet Curiam ſuam in Anglia in loco competenti, & ibi quod juſtum fuerit, ſecundum legem illam judicabitur: Si autem legem Wallenſem elegerit, quicunque eum ſuper prædictis in cauſam traxit, poſt diſcernetur utrum ipſe Leulinus Curiam ſuam habere debeat vel non: Quam ſi habuerit, cauſam illam in Curia ſua tractabit; ſi vero Curiam ſuam non habuit, Dominus Rex mittet, de fidelibus ſuis, viros diſcretos in terram Lewlini, de qua quæſtio fuit, coram quibus, a Wallenſibus, ad hoc electis, in partibus non ſuſpectis, quod juſtum fuerit ſtatuetur, & à partibus firmiter obſervabitur; ſimiliter fiet de omnibus aliis de quibus de cætero querelæ venient ad Dominum Regem vel Juſtic. ejus de ipſo Leulino.

5. Porro, ſi idem Leulinus, aut ſui, Domino Regi, vel ſuis foriſfecerint poſt pacem prædictam, Dominus Rex fideli conſilio Domini Cantuar. Archiepiſcopi, & Domini Galfridi filii Petri Juſtic. vel alterius illorum, ſi ambo intereſſe non poterint, & aliorum fidelium ſuorum emendationem recipiet, nichilominus prædicta pace obſervata.

6. Dominus etiam Cantuar. & Dominus G. filius Petri Juſtic. Epiſcopi, Comites, Barones, qui huic paci componendæ interfuerunt, ad honorem Dei & Domini Regis, cauſam Leulini ſecundum juſtitiam fovebunt.

7. Præterea, ſi qui dampna in terra Domini Regis fecerint, & in terram Lewlini venerint, & dampna paſſi, vel alii eos cum clamo & cornu uſque ad terram prædicti Leulini inſecuti fuerint, idem Leulinus dampna reſtituet, & de malefactoribus juſtitiam faciet: Si vero malefactores terræ Domini Regis per terram ipſius Leulini furtive tranſierint, vel ibi ſe occultaverint, ſuper Sacramentum ſuum promiſit, quod omnem diligentiam adhibebit ad hoc emendandum, ſicut faceret ſi dampna ſibi vel terræ ſuæ illata eſſent.

Facta fuit pax iſta 3. Anno Regni Regis Johannis, 5. idus Julii. Et ad majorem hujus rei ſecuritatem Dominus Cantuar. & Dominus G. filius Petri Juſtic. Sigilla ſua huic ſcripto appoſuerunt, & pepigerunt quod Dominus Rex pacem iſtam Sigillo ſuo confirmabit.

Conventio inter Johannem Regem & Berengariam, quondam Reginam Angliæ, Ricardi Uxorem, de Dote ſua.

A.D. 1201.
A. 3. Joh.
Pat. 3. Johannis, m. 7.

JOhannes, Dei Gratia, &c. Juſticiario Angliæ & Baronibus de Scaccario London, &c.

Sciatis ita conveniſſe inter Nos, & Berengariam quondam Reginam Angliæ, uxorem Regis Ricardi Fratris noſtri, de dote ſua quam petebat; ſcilicet quod nos aſſignavimus ei, pro dote ſua, mille marcas argenti annuatim, 13. Solidis & 4. Denariis computatis pro Marca.

Et, de illis millibus Marcis, recipiet ipſa Centum & quinquaginta libr. Andegavenſes de redditibus Segreii quas ei aſſignavimus: Et de reſiduo, ultra illas centum & quinquaginta libras, recipiet medietatem ad Scaccarium noſtrum apud Cadomum in Feſto Sancti Michaelis, ita quod pacabitur infra octo dies poſt Feſtum Sancti Michaelis; alteram medietatem ad Paſcham, ad Scaccarium noſtrum, ita quod pacabitur infra 8 dies poſt clauſum Paſchæ.

Et ideo vobis mandamus quod ei, vel certo Nuncio ſuo, has litteras vobis deferenti, medietatem prædicti reſidui, ad prædictum terminum, ſine dilatione & occaſione, habere faciatis.

Teſte W. Comite Mareſcallo apud Chinon 2do die Auguſti.

Johannes Rex dedit Comiti de Engoliſm. Andream de Monteforti.

A.D. 1201. A. 3. Joh. Pat. 3. Johannis, m. 9. A.D. 1201.

REX, &c. omnibus, &c.

Sciatis quod dedimus dilecto & fideli noſtro, & Patri cariſſimo Aymero Comiti Engoliſmenſi Andream de Monteforti Burgenſem de Rupella, & Hæredem ſuum; ut ideo quietamus ipſi Comiti, de Taillagio, & omnibus aliis conſuetudinibus.

T. Comite W. Mareſcallo apud Vernol. 26 die Septembr.

De Conventione cum Comite Engoliſm.

A.D. 1201. An. 3. Joh. Pat. 3. Johannis, m. 9. A.D. 1201.

REX, &c. Fratri W. Ornaldo Magiſtro Fratrum Militiæ Templi de Aquitania, &c. Mandamus vobis quod mittatis cariſſimo Patri noſtro Comiti Engol. litteras, quas habetis de Conventione inter nos & ipſum; & in hujus rei teſtimonium has litteras noſtras Patentes vobis tranſmittimus.

T. meipſo apud Vernol. 26 die Septembr.

Charta Jochelli Meduanenſ. de Servicio & fidelitate ſua.

A.D. 1201. An. 3. Job. Pat. 3. Johannis, m. 8. A.D. 1201.

1. JOEL de Meduan. omnibus, ad quos præſens Carta pervenerit, tàm præſentibus, quàm futuris, Salutem. Sciatis quod ego venerabili Domino meo Johanni illuſtri Regi Angliæ fideliter & devotè ſerviam pro poſſe meo, tanquam Domino ligio meo, contra omnes qui poſſunt vivere vel mori; & inde dedi ei, in obſidem, filium & hæredem Johannis Camerarii Cuſtodis Caſtelli de Ambres, & ſimiliter filium & hæredem Pagani de Roiſſen. Cuſtodis Turris de Coumont; qui per voluntatem & aſſenſum prædicti Regis electi ſunt ad cuſtodias prædictorum Caſtrorum.

2. Et ſciendum quòd, cùm contigerit aliquem illorum mori, alius, per aſſenſum & voluntatem ejuſdem Regis loco ipſius ſubſtituetur, ad cuſtodiam illam, & ipſe liberabit in obſidem dicto Regi filium & hæredem ſuum, ſicut fecit qui deceſſit.

3. Juravi etiam manu propria, & hanc Cartam meam feci de omnibus, in eâ comprehenſis, fideliter & bona fide in perpetuum obſervandis.

4. Yſabella verò mater mea hoc idem juravit manu propria.

5. Habet etiam Dominus Rex juramenta & Cartas omnium Militum de terra mea, quorum juramenta & Cartas ipſe habere voluit.

6. Et ſimiliter juramenta omnium Burgorum & Villarum mearum; & de toto feodo meo de quocunque illud teneam: Excepto feodo quod teneo de maritagio uxoris meæ G.

7. Ita ſcilicet quod, ſi ego aliquo tempore vitæ meæ a fidelitate & ſervitio ipſius & conventionibus hìc ſcriptis receſſero, & judicio Curiæ ſuæ ſtare noluero, omnes jurati, & qui Cartas ſuas liberaverunt, tàm Milites, quàm Burgenſes, & alii ad dictum Regem venient cum omnibus feodis & tenementis ſuis, & cum eo fideliter & firmiter ſe tenebunt, tanquam cum Domino ſuo ligio, contra me-

A.D. 1201. ipſum & omnes alios mortales tota vita mea.

8. Inſuper dedi eidem Regi hoſtagios & fidejuſſores ſubſcriptos de Conventionibus iſtis fideliter & firmiter obſervandis. Scilicet, Will. de Rupibus Seneſcallum Andegaviæ, Radulphum Vicecomitem de Bello-monte, Com. R. Sagio, Steph. de Portico, Guid. de Villa, Mur. de Greon. Hug. Vicecomitem de Caſtell. Erald. qui omnes juraverunt, & Cartas ſuas Domino Regi liberaverunt quòd, pro toto poſſe ſuo, facient me has Conventiones tenere; & ſi eas non tenerem, totum malum mihi faciant quod facere poterunt.

9. Eſt etiam in Conventionibus iſtis quòd ego, nec per me, nec per alium, A.D. 1201. malum vel gravamen faciam alicui, qui ad ſervitium Domini Regis venerit antequam Conventiones iſtæ fierent, propter aliquod factum quod contra me fecerit: nec ob hoc in aliquo pejus ei ſtabit; ſet omnia remiſi quæcumque intercepta ſunt contra me propter ſervitium Domini Regis uſque ad tempus quo Conventiones iſtæ factæ fuerunt; & omnes Interceptiones & Conventiones factæ ante tempus hujus Conventionis, hinc inde, remiſſæ ſunt & pardonatæ.

Acta ſunt hæc apud Chinonem, decimo quarto die Menſis Octobris, Anno, &c. tertio.

Ejuſmodi Carta Guidonis de Caſteillan.

A.D. 1201. *An. 3. Joh. Pat. 3. Johannis, m. 8.*

GUido de Caſteillan omnibus, &c. Sciatis quòd ego ſum homo ligius Domini Johannis Regis Angliæ Domini mei, & ei fideliter promiſi, & propria manu juravi quod, omnibus diebus vitæ meæ, fideliter & devote ſerviam ei contra omnes homines qui vivere poſſunt vel mori.

Ad majorem autem hujus rei ſecuritatem dedi prædicto Regi Domino meo in obſides Ranulf. fratrem meum, & filiam meam, & milites ſubſcriptos, ſcilicet, Gaufr. de Paluel, Ranulf. de Argeio, Gaudon de Romford, Guidon Sendebald, Eſchiward de Pruilli, Will. de Prinſigni, Rob. de Breen. Joh. de Morton, A.D. 1201. March. de Vendom. Will. de Caſteillon. Buchard. de Sancto Mich. Haldren. Regin. de Seneneres. Joh. de Pelewethin, Buchard de Ponaya & Odon. fratrem ejus, Gaufr. Mailache, Joh. Gaſtinel, Jord. Savarici fratrem ejus; ita quod, ſi aliquo tempore vitæ meæ a ſervitio & fidelitate prædicti Regis Domini mei receſſero, frater meus. & filia mea, & feodum meum totum remanebunt Domino meo Regi ad voluntatem ſuam faciendam.

Feoda vero Militum prædictorum Domino Regi remanebunt ad voluntatem ſuam faciendam, ſine contradictione, ſecundum teſtimonium Cartarum ipſorum.

Carta Sancii Regis Navarræ (Berengariæ fratris) de Fœdere cum Rege Angliæ, contra omnes, excepto Miramomalin Moroccorum Rege.

A.D. 1201. *An. 3. Joh. Pat. 3. Johannis, m. 9.*

1. SAncius, Dei gratià, Rex Navarræ, omnibus Chriſti fidelibus, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem & ſinceræ vinculum caritatis.

2. Vobis omnibus, præſentium ſignificatione facimus manifeſtari quod nos A.D. 1201. facimus, & firmamus pacem & veram amicitiam cum Domino Johanne illuſtri Rege Angliæ & ſucceſſoribus ejus, & ſuper Crucem & Evangelia Sancta juramus nos illam toto tempore vitæ noſtræ firmiter & fideliter ſervāturos.

A.D. 1201. 3. Juramus & firmamus quod, bona fide, & ſine omni fraude, dabimus eidem Regi conſilium & auxilium modis omnibus, pro poſſe noſtro, tàm per nos ipſos, quàm per homines & fideles noſtros, & cum pecunia noſtra contra omnes homines (ſolo Rege Moroccorum excepto) nec cum aliquo inimicorum prædicti Regis, ſine conſenſu & voluntate ipſius, pacem vel concordiam aut treugam aliquam faciemus. A.D. 1201.

4. Ad majorem autem hujus rei memoriam & certitudinem præſens inde ſcriptum fieri præcipimus & ſigillo noſtro muniri.

Et notandum quod hæc Carta facta fuit apud Chin. decimo quarto die Octobris, Anno Regni Domini Regis III. *Et liberata fuit in Camera B. Clerico, eodem die.*

De Confœderatione cum Navarræ Rege obſervanda.

A.D. 1201.
An. 3. *Joh.*
Pat. 3. *Johannis, n.* 30. *m.* 7.

JOhannes, Dei gratia, &c. Civibus de Baon.

Sciatis quod nos & Rex Navarræ confœderati ſumus adinvicem, unde vobis mandamus & firmiter injungimus quod omnes Mercatores & homines de terra Regis Navarræ ad vos venientes, & per vos tranſitum facientes honorifice recipiatis, & eis omnem honorem exhibeatis.

Prohibemus etiam vobis ne homines Regis Caſtellæ receptetis, nec eis conſilium vel auxilium præſtetis, nec cum eis aliquam communiam habeatis. Teſte meipſo apud Sag. viceſimo quarto die Novembris. A.D. 1201.

Archidiaconus Stafford habet litteras Domini Regis Patentes ad Regem Navarræ per terram ſuam de conductu.

De Teſtamento Conſtantiæ quondam Comitiſſæ Britanniæ obſervando.

A.D. 1202.
An. 3. *Joh.*
Pat. 3. *Johannis, m.* 5.

JOhannes, Dei gratia, &c.

Baronibus Britanniæ, &c. Mandamus vobis rogantes quod Teſtamentum C. quondam Comitiſſæ Britanniæ, ſicut ipſa illud rationabiliter condidit, & ſecundum Dominum, teneri faciatis in hiis quæ ad nos pertinent, ne Dominus Papa, vel alius ad hoc debeat manum apponere. A.D. 1202.

Teſte meipſo apud Lich. triceſimo die Januarii.

Confœderatio facta inter Sancium Navarræ Regem, & Johannem Regem Angliæ.

A.D. 1202.
An. 3. *Joh.*
Pat. 3. *Johannis, m.* 5.

1. SAncius, Dei gratia, Rex Navarrum, omnibus, &c.

Noverit univerſitas veſtra nos feciſſe & firmaſſe pacem & veram amicitiam & perpetuam confœderationem cum Domino Johanne illuſtri Rege Angliæ & Hæredibus ſuis perpetuo duraturam.

2. Dabimus etiam eidem Regi Angliæ & Hæredibus ſuis & ſuccedentibus auxilium & conſilium contra omnes homines (ſolo Rege Moroccorum excepto) nec cum aliquo inimicorum Regis Angliæ, poſtquam idem Rex nobis ſcire fecerit quod inimicus ejus ſit, pacem faciemus, niſi idem Rex fuerit in pace illa. A.D. 1202.

3. Nec

A.D. 1202.

3. Nec treugam capiemus, niſi ipſe fuerit in treuga illa.

4. Nec etiam iſta faciemus niſi ſalvâ in omnibus & per omnia confœderatione noſtra præſcripta.

5. Præterea ſciendum quod nos cum Regibus Caſtellæ & Arragoniæ pacem vel treugam non faciemus, niſi prius ſatisfactum fuerit prædicto Regi Angliæ de querelis quæ ſunt inter ipſos; ſalva in omnibus confœderatione præſcripta.

6. Ad majorem autem hujus rei firmitatem, ſuper Crucem Dominicam & Sacro-ſancta Evangelia juravimus quod hæc, bona fide fideliter & firmiter obſervabimus.

Teſtibus,

Domino G. Pampilon Epiſcopo,
Gometio de Agoncello,
Garſia Petri de Moriata,
Roderico de Bertan,
Pontio de Lacinia,
Evetone de Geireiz &
Cometio Inventore.

Teſtes ex parte Regis Angliæ ſunt hii Domini,

E. Burdegal. Archiepiſcopus,
H. Xanton. & } *Epiſcopi.*
W. Aquenſ.
A. Comes Engeloſm,
A. Vicecomes Toarc.
W. Comes Sarum,
R. de Turnham Seneſcallus Pict. & Vaſcon.
Patr. de Peatell.
S. Wellen. Archidiaconus,
P. de Rupibus Theſaurarius Pictav.
H. Archidiaconus Stafford.
W. Brewer,
G. de Furnivall,
Regon. de Saceio.

Actum Engoliſm. quarto die Februarii, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Ducenteſimo Primo.

De ſalvo conductu Nuncio Conſtanciæ Infantis ſororis Regis Navarræ conceſſo.

A.D. 1202. *A. 3. Joh. Pat. 3. Johannis, m. 5.*

REX, &c. Omnibus, &c.

Sciatis quod nos ſuſcepimus in manu, conductu & protectione noſtra Yſmaelem Latorem præſentium, Nuncium Conſtanciæ Infantis Sororis Regis Navarræ.

Et ideo vobis mandamus quod ipſum, cum rebus ſuis, per terram noſtram, libere & ſine impedimento, hac vice, ire & redire permittatis.

Et prohibemus ne aliquis ei moleſtiam, injuriam vel impedimentum inferat.

Teſte meipſo apud Chin. decimo octavo die Februarii, Anno Regni noſtri tertio.

Arthurus Dux Britan. ſummonitus homagium præſtare Johanni Regi.

A.D. 1202. *An. 2. Joh. Pat. 3. Johannis, n. 16. m. 3.*

REX, &c. Dilecto nepoti ſuo Artur. &c.

Mandamus vobis, ſummonentes vos, quod ſitis ad nos, apud Argent. in Octabis Paſchæ, facturi nobis quod facere debetis ligio Domino veſtro.

Nos autem libenter faciemus vobis quod facere debemus charo nepoti noſtro & ligio homini noſtro.

Teſte meipſo apud Andel. viceſimo ſeptimo die Martii.

Quod Andreas Clericus Ludov. in pace teneat redditus ſuos de Deppa.

A.D. 1202.
An. 3. Joh.
Pat. 3. Johannis, n. 16.

REX, &c. Ball. de Arch. &c. Præcipimus tibi quod Magiſtrum Andream, Clericum dilecti nepotis noſtri Comitis Ludovici, facias in pace tenere redditus ſuos de Deppa: Et non ſuſtineas quod aliquis ei inde faciat moleſtiam vel injuriam.

Teſte meipſo apud Andel. viceſimo ſeptimo die Martii.

A.D. 1202.

Quod Milites Flandriæ, Hanoniæ & Brabantiæ venirent in ſervitium Regis.

A.D. 1202.
An. 4. Joh.
Pat. 4. Johannis, n. 26.

REX, &c. Omnibus Militibus Flandriæ, Hanoniæ & Brabantiæ, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem.

Mandamus vobis quod veniatis ad nos ita parati equis, & armis, & coopperturis, frœnis ad equos, & aliis armaturis, ita quod poſſitis honorifice morari in ſervitio noſtro; &, ſecundum ſervitium, quod nobis facietis, vobis remunerationem faciemus de terris & pecunia.

Et fidem habeatis hiis quæ Simon de Haveret, dilectus & fidelis homo noſter, vobis dicet ex parte noſtra de adventu veſtro ad nos, & de armaturis veſtris.

Teſte Comite Albemar. apud Gornac. viceſimo ſeptimo die Maii.

A.D. 1202.

Rex Johannes Subventionem contra Francorum Regem Fœdifragum ab Abbatibus Ciſtercienſis Ordinis per Eboracenſem Provinciam rogat.

A.D. 1202.
An. 4. Joh.
Pat. 4. Johannis, m. 13.

REX, &c. Univerſis Abbatibus de ordine Ciſtercienſi per Provinciam Eborum conſtitutis, &c.

Satis noſtis, ſicut norunt univerſi, qualiter Rex Franciæ contra pacem inter nos factam, & juramento & cartis confirmatam, nos aliter quam deceret impugnat, & qualiter ad Exhæredationem noſtram omnibus modis aſpirat: In hac autem neceſſitate tàm veſtrum, quàm aliorum fidelium noſtrorum nullatenus nobis debet vel poteſt deeſſe ſubſidium.

Rogamus igitur vos quatinus, ſicut nos & honorem noſtrum diligitis, de pecunia, ad opus noſtrum mutuo quærenda, ſic & cum tanta diligentia vos intromittatis, ut veſtram diligentiam nobis ſentiamus fructuoſam: Et vobis in agendis veſtris, cum opus habueritis, benigne & efficaciter ſubvenire debeamus.

Et nos dictam pecuniam in terminis, quos ſtatueritis, integre perſolvi faciemus; & in hujus rei teſtimonium has litteras noſtras patentes fecimus.

Teſte meipſo apud Bonum-Portum 7 die Julii.

A.D. 1202.

Rex Johannes Subſidium rogat a Clero, quo melius Othoni in Imperatorem ſublimando ſubveniat.

A.D. 1202.
An. 4. Joh.
Pat. 4. Johannis, m. 9.

JOhannes, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. H. Dei gratiâ Archiepiſcopo, & univerſo Clero, per Provinciam Cantuar. conſtitut. ſalutem. Univerſitati veſtræ ſatis credimus innoteſcere qualiter dilecti & venerabilis nepotis noſtri Othonis Regis Romanorum promotionem divina procreaverit clementia, & ad imperialis honoris culmen evocaverit ſublimandum; cujus, antiqui hoſtis dudum præpediti verſutia, promotioni inſiſtere, & eidem, ea, qua tenebamur & debuimus, affectione ſubvenire, quod, dolentes dicimus, minus plenè potuimus.

Quanto itaque ejus ſubſidium, de impotentia noſtra, ab univerſis ſingularius erat condolendum, tanto, reformato inter nos & eum debito & deſiderate ſtatu confœderationis, a ſingulis univerſalius credimus fore congratulandum; cum, per eam, non ſolum inter Regnum noſtrum & imperium unitatis vinculum indiſſolubile contrahatur, verum etiam Anglicanæ Eccleſiæ tranquilitati & promotioni plurimum conſulatur.

Noſtis enim quod, Confœderato nobis tanto viro, & in auxilium debitum convocato, & via nobis hoſtibus reſiſtendi potentior aperiatur; & nobis & Eccleſiæ Anglicanæ ad Eccleſiæ Romanæ, quæ ejuſdem Othonis promotionem ſpecialiùs affectat, favorem & patrocinium optinendum cauſa efficacior generetur.

Cum & præterea, in hujus Confœderationis connexione, Regnum Anglicanum quaſi Imperio adæquetur, & Eccleſia Anglicana a Romanæ Sedis patrociniis affectuoſiùs confoveri mereatur.

Ad hujus itaque promotionem, quæ, per Dei gratiam, jam in magna ſui parte laudabiliter proceſſit conſummandam, dictante naturalis ſtimulo connexionis, perſuadente deſiderato & ſperato noſtro & Regni noſtri commodo, mentem & manum duximus erigendas; ad quod omnes, qui fideles nobis exiſtunt, aut noſtrum & Regni noſtri honorem affectant & utilitatem, una nobiſcum viriliter debent aſſurgere.

Et, quia res ea tenus proceſſit quod, in proximo, volente Domino, debitum poſſit ſortiri effectum; & nos, propter werram, quam, ut ſcitis, ſuſtinemus, nobis & illi in expenſis, ad præſens, plene non ſufficimus, univerſitatem veſtram humiliter & devotè rogamus, & ea, qua poſſumus, affectione obnixiùs obſecramus quatenus, divini amoris intuitu, & precum noſtrarum interventu, nobis & illi liberaliter ſubvenire ad tantæ rei conſummationem, & auxilium efficax velitis conferre.

Et, quod unuſquiſque veſtrum, in hoc inſtanti neceſſitatis articulo, duxerit conferendum, id per viſum & teſtimonium venerabilis patris noſtri H. Cantuar. Archiepiſcopi, & dilecti & fidelis noſtri Galfridi filii Petri, juſticiarii noſtri conferatur, & per manus eorum London. apud Templum deponatur; ut, per eorum inſinuationem, nobis innoteſcat cui & ſuper quo grates condignas debeamus referre, & munificam devotionem veſtram apud Dominum Papam plenius, non inmerito, commendare.

Et, quanto citius paci noſtræ & tranquilitati veſtræ mederi deſideratis, tanto largitionis veſtræ munificentiam affectuoſius maturare ſatagatis; quia per Dei gratiam, eo ad honorem ſperatum pertingente, non erit nobis opus, de cætero, pro auxilio expetendo, ad vos totiens recurrere.

Teſte meipſo apud Suſam octavo die Septembris.

Treuga inter Regem Angliæ & Vicecomitem de Thoarcio.

A.D. 1202. An. 4. Joh. Pat. 4. Johannis, m. 7.

REX, &c. Omnibus, &c.

Sciatis quod legitima treuga capta eſt inter nos, & Vicecomitem de Thoarcio, & inter terras noſtras uſque ad Feſtum Sancti Hillarii, Anno Regni noſtri quarto, firmiter & bona fide tenenda: Ita quod nos, durante tempore treugarum, ipſi Vicecomiti, vel terræ ſuæ malum, per nos, vel noſtros non faciemus; nec Vicecomes per ipſum, vel per alium malum nobis, vel terræ noſtræ interim faciet, vel perquiret, vel fieri procurabit.

2. Hanc autem treugam firmiter & fideliter tenendam affidabunt ex parte Vicecomitis, Herveus de Marelio, Willielmus de Cantumerule, Petrus de Gaſnap. Emericus Buſard, Gaufr. Buſard, Eblo de Rupe forti, & Regin. Præpoſitus.

3. Ex parte noſtra R. Seneſcallus noſter Pictav. R. Seneſcallus noſter Andegaviæ, Willielmus Maengo, Hu. Archiepiſcopus. Et ſi iſti, qui ex parte noſtra treugam iſtam aſſecurabunt, præſentes non fuerint, per alios ex parte noſtra aſſecurabitur, donec præſcripti id fecerint; & ſimiliter fiet ex parte Vicecomitis.

A.D. 1202.

4. Et ſciendum quod in hac treuga erunt terræ noſtræ & terræ Vicecomitis communes.

5. Et, ſi Willielmus de Malo-Leone, & Gentes Comitis Augi, de Smeray, & de Chiſic volunt eſſe infra hanc treugam, erunt; & hæc nobis ſcire facient ſi eſſe voluerint in hac treuga ad ultimum die Veneris inſtanti, ſcilicet in die beati Nicholai.

Teſtibus,

R. Comite Ceſtr, & R.
Comite Leiceſtr,
W. Comite Arundel,
Willielmo de Breoſ,
J. & P. de Pratell,

Apud Chinonem, ſecundo die Novembris.

Johannes Rex Angliæ in gratiam & ſervitium ſuum recipit Vicecomitem de Bello-Monte.

A.D. 1202. An. 4. Joh. Pat. 4. Johannis, m. 8.

REX, &c. Vicecomiti de Bello-Monte Salutem.

Sciatis quod recolligimus vos in amorem, gratiam & ſervitium noſtrum, ſicut dilectum & conſanguineum noſtrum, & fidelem hominem noſtrum ligium, cujus ſervitium & fidelitatem multum approbavimus & approbamus.

Vobis autem mandamus, rogantes & conſulentes, quatinus exiſtatis, cum genere veſtro, in ſervitio noſtro ſicut hucuſque extitiſtis; & nos vos, & omnes veſtros, & omnia veſtra, ſicut dilectum & ligium hominem noſtrum, & res dilecti & fidelis noſtri, manutenebimus, diligemus & defendemus.

A.D. 1202.

Nec credatis, aliquo modo, quod unquam de vobis male ſenſimus, aut male locuti fuimus, ſicut vobis ſuggeſtum eſſe accepimus; quia illum, qui talia vobis ſuggeſſit, cognito quis ille ſit, coram vobis falſidicum probabimus.

Et, ſi vobis aut terræ veſtræ a nobis aut noſtris in aliqua forisfactum ſit, id vobis per arbitrium dilectorum & fidelium noſtrorum Comitis Leic. & P. de Pratell. & G. de Glapion. plene faciemus emendari; ita quod inde debebitis eſſe contenti.

Teſte meipſo apud Salmur. ſexto die Novembris.

Rex Johannes petit Subventionem ab univerſis Abbatibus Ciſtercienſis Ordinis per Angliam, contra Regem Franciæ, fœdifragum.

A.D. 1202. *An.* 4. *Joh.* *Pat.* 4. *Johannis, m.* 7.

REX, &c. Univerſis Abbatibus Ciſtercienſis Ordinis, per Angliam conſtitutis, ſalutem.

Diſcretionem veſtram nequaquam credimus ignorare qualiter Rex Franciæ, ruptâ fide fœderis & pacis, inter nos initæ, contra multimoda juramenta ſua & Cartas, nos nititur infeſtare, & terras noſtras ad deſtructionem & direptionem, ſecus quam deberet, exponere.

Unde, quia ad defenſionem capitis æquum eſt univerſalem membrorum ſubventionem accurrere, univerſitatem veſtram rogandam duximus, quatinus vos, qui de bonis & largitionibus Prædeceſſorum noſtrorum fundati eſtis & ditati, ad tanti hoſtis propulſandam violentiam, gratuitum nobis & efficax conferatis auxilium; ita quod vobis inde debeamus grates condignas impendere; & in hiis, quæ a nobis duxeritis expetenda, devotionem veſtram benignius exaudire: Scituri pro certo quod nos hujuſmodi ſubventionem, a vobis impoſterum faciendam, in conſequentiam non trahemus; immo & veſtra, favorabiliori tuitionis præſidio manutenere curabimus & fovere.

A.D. 1202.

Et, quid in hac parte duxeritis efficere, id nobis per dilectum & fidelem Clericum noſtrum S. Præpoſitum Beverlaci, quem ob hoc ad vos ſpecialius duximus deſtinandum, quam citius ſcire faciatis; cui etiam in hiis, quæ vobis ex parte noſtra proponet, fidem plenam adhibeatis.

Teſte meipſo apud Arg. undecimo die Decembris.

De Treuga inter Philippum Franciæ & Johannem Angliæ Reges facienda.

A.D. 1202. *An.* 4. *Joh.* *Pat.* 4. *Johannis, m.* 7. *n.* 15.

PHilippo, Dei gratia, Regi Francorum Domino ſuo, cum Deo & illi placuerit, Johannes eadem gratia, &c.

Mittimus ad vos dilectos & fideles noſtros, W. Conſtabularium Normanniæ, Robertum de Haracurt, Rogerum de Tany, & P. Theſaurarium Pictaviæ, quibus ſi placet, fidem habeatis indubitatam de treuga, inter nos & vos capienda & aſſecuranda, & de colloquio inter nos & vos capiendo.

A.D. 1202.

Teſte meipſo apud Cadamum, viceſimo ſexto die Decembris.

Litteræ Johannis Regis Angliæ Civibus Coloniæ miſſæ de promotione Othonis Nepotis ſui.

A.D. 1203. *An. 5. Joh. Pat. 5. Joh. n. 4.*

REX, &c. Civibus de Colonia, &c.

Grates vobis referimus multiplices ſuper honore, reverentia, auxilio & bonis Domino Regi Othoni nepoti noſtro à vobis collatis: Veſtram dilectionem attentius rogantes quatinus opus dilectionis & obſequii, quod erga eum adeo bene incepiſtis, ad effectum perducere ſtudeatis optatum.

Et ad hunc ſummum honorem conſequendum, quem, Deo annuente, in breve conſecuturi ſumus, ei ita viriliter & efficaciter auxilium & conſilium impendatis, ut ex ejus ſublimatione meritò gloriam conſequi debeatis: Amplius enim veſtro cedet honori, ſi per vos ejus promotio finem ſortitur optatum, a quibus totius fortunæ ejus ſeries & proceſſus ſumpſit.

A.D. 1203. Nos autem vos, & omnes res, & poſſeſſiones veſtras in cuſtodiam & protectionem noſtram ſuſcepimus, vobis concedentes liberum ingreſſum & regreſſum, & tranſitum per univerſam terram noſtram, quocumque vobis placuerit, cum omnibus Mercandiſis veſtris; Salvis tamen nobis debitis & antiquis conſuetudinibus noſtris, quas anteceſſores veſtri & vos, tempore anteceſſorum noſtrorum Regum Angliæ, feciſtis, & facere conſueviſtis.

Teſte apud Winton. 11 die Aprilis.

Romanorum Rex Otho Johannem Regem Angliæ conſulit de Treugis cum Sweciæ Duce ineundis.

A.D. 1203. *An. 5. Joh. Cart. 5. Joh. n. 18. d.*

OTHO, Dei Gratia, Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, kariſſimo Avunculo ſuo Johanni, Dei Gratia, &c. & ſinceræ dilectionis pleno.

Statu bono, immo, Dei Gratia operante, longe & longe meliorati ſumus quam fuimus, hoc pro certo veſtra ſciat dilectio. Confert autem nobis veſtra moleſtia moleſtiam & dolorem, ira iram, proſperitas proſperitatem, honor honorem: Et, verſa vice, quicquid boni, quicquid honoris nobis accidit, bonum veſtrum minime dubitamus & honorem: Et verè honor noſter veſter eſt, & proſperitas noſtra veſtra; agente etenim veſtri conſilii providentia & dictante, modis omnibus, quibus poſſemus, ea quæ expediunt, quæ vobis & veſtro Regno cedunt profectui & honori, negotiis noſtris in parte propoſitis, pro poſſe noſtro facere volumus & paramur.

A.D. 1203. Unde, ſi placet, & vobis ſedeat, & de veſtro emergat conſilio, treugas capiemus, vel per unum vel per duos *Annos* cum cognato noſtro Duce Sweviæ; volentes vobis ſuccurrere, & de veſtro immo noſtro honori intendere, & veſtros invadere inimicos.

Nos & Frater noſter Dux Saxoniæ aut *verſus partes Remenſes* aut verſus partes Cameriacenſ. *parati ſumus proficiſci*; ſuper hiis autem, quæ prædicta ſunt, & in qua parte vos velitis declinare, aut verſus Remenſes, aut verſus Cameriacenſ. feſtinanter & indilate nobis ea, quæ veſtrum potiora eliget conſilium, dignemini ſignificare; quia, quicquid nobis conſuletis, voluntarie faciemus.

Super donis autem & ludicris, in quibus veſtra nos viſitavit gratia, (quæ gratiſſima tenemus) & maximas dilectioni veſtræ grates referimus, quantas poſſumus & quantas debemus; ſuſcepimus

A.D. 1203. autem de ludicris veſtris 60 cuppas, & 4 corngas, & 8 firmaria, & 18 annulos.

Super hiis autem, & ſuper bonis quæ veſtra gratia contulit dilecto & fideli noſtro & veſtro T. grates vobis referimus multimodas præter hæc, duas pelves, & 3 juſtas ſcutellas. A.D. 1203.

Carta Reginæ Iſabellæ facta de Dote ſua.

A.D. 1203.

An. 5. Joh.

Cart. 5. Johannis, n. 33.

JOhannes, Dei Gratia, &c.

Sciatis nos dediſſe, conceſſiſſe & præſenti Carta confirmaſſe dilectæ Uxori noſtræ Iſabellæ, eadem gratia Reginæ Angliæ, &c. (quæ in Anglia de communi aſſenſu & concordi voluntate Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Comitum, Baronum, Cleri & Populi totius Regni in Reginam Angliæ eſt coronata) omnia ſubſcripta in dotem. Scilicet,

1. In Devonia Civitatem Exonienſem cum feria ejuſdem Civitatis, Leſtagium, & Stallagium, & Liſtonam; quam Willielmus de Gateſden & Agath. Uxor ſua tenebunt, totâ vitâ ſuâ, reſpondendo de ſervitio illius terræ dictæ Reginæ, poſt quorum mortem revertetur terra illa in Dominicum ejuſdem Reginæ; & præterea Kentonam & Ailricheſton, & Wike.

2. In Somerſet, Ivelceſtre.

In Wiltſire Wilton, Maumeſbir, Beteſdun, quam Henricus de Bernavall tenet, qui reſpondebit eidem Reginæ de ſervitio ejuſdem terræ, & Wltereſlawe.

3. In Suſſex Civitatem Ciceſtriæ, ſalva tenura Simonis Ciceſtriæ electi de tota illa Civitate, cum pertinentiis per antiquam firmam, ſicut in Carta noſtra, quam inde habet, continetur.

4. In London, Hetham Reginæ.

5. In Eſſex, Villam de Waltham, quam Abbas & Canonici de Waltham tenent ad firmam.

6. In Hertfordſire, honorem de Berkhamſted, cum omnibus pertinentiis ſuis, tàm in Dominicis quàm feodis; & præterea Comitatum de Roteland, & Villam de Rokingham.

7. Et in Normannia Faleis & Danfront cum pertinentiis, Bonam Villam ſuper Tokam; & præterea omnia alia, quæ dilectæ Matri noſtræ A. Reginæ Angliæ in dotem fuerint aſſignata, tàm citra mare, quam ultra; &, ſi quid inde fuerit ſubtractum vel ablatum per Werram vel aliter, volumus quod ei competens & ſufficiens inde fiat eſcambium in Anglia, ſine contradictione vel aliqua diminutione.

Quare volumus & firmiter præcipimus quòd prædicta Iſabella Regina, Uxor noſtra, in Regno Angliæ tàm ſolempniter ut prædictum eſt, in Reginam Angliæ coronata, habeat & teneat, totâ vitâ ſuâ, omnia prædicta, cum omnibus pertinentiis ſuis, libertatibus & liberis conſuetudinibus, adeò benè & in pace liberè & quietè, integrè & plenariè ſicut aliquis prædeceſſorum noſtrorum Regum Angliæ, vel nos unquam melius plenius & liberius habuimus ea in manu noſtra. A.D. 1203.

Prohibemus etiam ne quis Juſticiarius, Vicecomes, vel Foreſtarius vel aliquis alius Ballivus (exceptis Ballivis ipſius Reginæ) in prædicta manum mittat, vel de aliquo ſe inde intromittat, niſi de voluntate & aſſenſu ipſius Reginæ.

Si vero magis in augmentum Dotis dictæ Reginæ Uxoris noſtræ, de Conſilio fidelium noſtrorum, aſſignaverimus, volumus & firmiter præcipimus quod illud integrè habeat & plenariè teneat totâ vitâ ſuâ, per eaſdem libertates & immunitates, per quas alia præſcripta ei conceſſimus.

Teſtibus Dominis,

P. Dunolmenſi, } *Epiſcopis.*
H. Sarum, }

Fratre Eymerico, Magiſtro Militiæ Templi in Angliâ,
Galfrido filio Petri, Comite Eſſex, tunc Juſticiario Angliæ,
Comite Rogero le Bigot,
Willielmo Comite de Arundell,
Al. de Vere Comite Oxon,
Henrico de Bohun Comite Hereford,
Willielmo de Breuſe,
Roberto filio Rogeri,
Willielmo Briwer,
Hugone de Nevill,
Roberto de Treſgoz,
Roberto de Veteri Ponte,
Stephano de Tornham.

Dat. per manum S. Ciceſtriæ electi, apud Porceſtr. 5 die Maii. Anno Regni noſtri 5.

Ad majorem autem ſecuritatem, & majus hujus facti teſtimonium, ſubſcripti

ram

A.D. 1203. tàm ordinati in verbo veritatis, quàm Laici, juramento corporali præſtito, omnia prædicta fideliter & firmiter obſervanda pro poſſe ſuo conceſſerunt, & Sigillorum ſuorum appoſitione roboraverunt, ſcilicet,

Dominus———
Domini Dunolmen. & Sarum, } *Epiſcopi prænominati.*

Galfridus filius Petri Comes Eſſex,
Comes Rogerus le Bigot,
W. Comes Arundell,
A. de Veer Comes Oxon.
H. de Bobun Comes de Hereford.
Willielmus de Braos,
Robertus filius Rogeri,
W. Briwer,
Hugo de Nevill,
G. Winton. Epiſcopus,
S. Bathon. Epiſcopus,
Robertus de Treſgoz,
Robertus de Vetri Ponte,
Stephanus de Turnham.

De Epiſcopatu Carleolenſi, ad inſtantiam Innocentii Papæ Archiepiſcopo Raguſinenſi conceſſo.

A.D. 1204. An. 5. Joh. Pat. 5. Johannis, m. 11.

REX, &c. venerabili patri in Christo & Fratri kariſſimo Galfrido Dei gratiâ, Eborum Archiepiſcopo, Johannes eadem gratiâ Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ Salutem. Litteras Domini Papæ ſuſcepimus in hæc verba.

Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Johanni illuſtri Regi Angliæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad ſupplicationem inſtantem venerabilis Fratris noſtri Archiepiſcopi Raguſin. eum à cura & ſollicitudine, quâ tenebatur, Eccleſiæ Raguſin. duximus abſolvendum; eo videlicet quod ibi non poterat ſecure morari, & ſi acceſſum habet ad illam, mortis ſibi periculum imminebat.

Ne vero idem Archiepiſcopus in vituperium miniſterii noſtri, defectum in temporalibus patiatur, Epiſcopatum Karleol. & Eccleſiam de Melebum, cum omnibus pertinentiis eorum, de munificentia ac liberalitate tua, ac conceſſione venerabilis fratris Galfridi Eborum Archiepiſcopi, ei benigne collatis, de Sedis Apoſtolicæ benignitate concedimus ad ipſius indigentiam ſublevandam.

A.D. 1204.

Serenitatem Regiam monentes attentiùs, & hortantes quatenus eundem Archiepiſcopum, noſtrarum precum obtentu, & officii Pontificalis intuitu, recommendatum velis habere; ejus neceſſitati compatietis & ipſius ſubvenietis paupertati, & dona præſentia per illuſtrem munificentiam reddatis ampliora, ut per hæc, Regi Regum, qui ſacerdos eſt in æternum, videaris obſequium exhibere: Cum illud, quod miniſtris ejus impenditur, ſibi proteſtatur impendi.

Datum Ferent. Idus Maii, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Nos autem, juxta petitionem Domini Papæ præſcriptam, ipſi Archiepiſcopo Raguſin. prædictum Epiſcopatum Karleol. de munificentia & liberalitate regia, ei conceſſimus; mandantes vobis quatenus ei tanquam Paſtori, & Epiſcopo veſtro in omnibus intendatis.

Teſte Domino Cantuar. Archiepiſcopo, apud Merleb. decimo die Januarii.

Litteræ

Litteræ Johannis Regis Univerſo Hyberniæ Clero, de Subſidio ſibi concedendo, contra Regem Franciæ.

A.D. 1204. *A. 5. Joh.* *Cart. 5. Johannis, m. 15. dorſ.* REX, &c. Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis & univerſo clero, per Hiberniam conſtitutis, Salutem. Satis nôſtis, ſicut & totus mundus, qualiter Rex Franciæ contra Deum, & rationem, & contra Cartam ſuam & juramentum nos warrare, & exheredationem noſtram quærere non ceſſat.

Nos autem, propter hoc, venimus in Anglia, Gratia Dei, ſani & incolumes; ubi omnes, de regno Angliæ, nos honorifice receperunt ſicut Dominum; qui liberaliter & benigne, habita conſideratione ad urgentiſſimum negotium noſtrum, nobis efficax faciunt auxilium, tam in veniendo corporaliter in ſervitium noſtrum in Normannia, quam de militibus & pecunia.

Quia igitur inſtat iſta neceſſitas, quâ nunquam nobis major emerſit aut emergere poterit, vos, non conſuetudinarie ſet amicabiliter, rogamus quatinus, ſicut de vobis confidimus, & ſicut nos & honorem noſtrum diligitis, efficax nobis auxilium faciatis in hoc neceſſitatis noſtræ articulo, ſicut dilecti & fideles noſtri Juſtic. Hiberniæ, W. de Laſcy, Archidiaconus Stafford, & alii Nuncii noſtri cum eis, ad vos venientes, vobis dicent ex parte noſtra, vel aliqui ex illis, ſi omnes intereſſe non poſſint; & tamen inde facientes quod vobis perpetui teneamur obnoxiores, & quod debeamus vos merito exaudire in negotiis veſtris, cum nos requiſieritis. A.D. 1204.

Et certiſſimè ſciatis, quod nunquam nobis ab illo auxilium fieri poſtulabimus, qui nobis in hac tanta neceſſitate auxilium denegabit.

Teſte meipſo apud Nottingh. 10 die Februarii.

Litteræ quas miſit Rex Angliæ obſeſſis ſuis in Caſtro Andeliaci.

A.D. 1204. *An. 6. Joh.* JOannes, Dei Gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, Comes Andegaviæ, dilectis & fidelibus ſuis Rogerio de Ceſtria Conſtabulario, & aliis fidelibus ſuis, in caſtro Andeliaci commorantibus, ſalutem.

Gratias vobis referimus ſuper bono & fideli ſervitio veſtro, & vos rogamus in fide & hominagio, quibus nobis tenemini, quatenus de caſtro noſtro cuſtodiendo pro poſſe veſtro intendatis, ut a Deo, & nobis, & omnibus, qui fidem & devotionem veſtram erga nos audierint, digne laudari debeatis. A.D. 1204.

Si verò, quod abſit, in tam arcto fueritis poſiti, quòd vos ulteriùs tenere non poſſitis, tunc faciatis quod dilecti & fideles noſtri Petrus de Pratellis & Gulielmus de Mortuomare, & Hugo de Huellis Clericus noſter vobis mandabunt.

Innocentius Papa Prædicatoribus, cum Rege tranſfretantibus, equitandi facultatem concedit.

A.D. 1204. *An. 6. Joh.* *Ex Orig.* INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Johanni Regi Angliæ illuſtri Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Celſitudinis tuæ precibus benignum impertientes aſſenſum, Fratribus prædicatoribus & minoribus, quos tecum duxeris ultra mare, equitandi, quotiens a te requiſiti fuerint, non obſtante contrario ſtatuto ſuorum ordinum, liberam concedimus facultatem. A.D. 1204.

Dat. Lugdun. 2. Kal. Maii, Pontificatûs noſtri Anno 7.

Sub filo canabeo.

Johannes Rex Angliæ Papæ ſupplicat ne, ante peractum quinquennium, Galfridus Filius Petri peregrinetur.

A.D. 1204. *A. 6. Job.* *Claſ. 6. Johannis Regis, m. 6.* REverendiſſimo Patri in Chriſto, &c. Innocentio Dei gratia ſummo Pontifici, &c. Johannes Dei gratiâ Rex Angliæ, &c. debitam ac devotam in omnibus reverentiam.

Quoniam in tali ſumus ſtatu, quòd grave eſſet nobis fideles noſtros, qui nobis familiariùs adhærent, & de quorum fidelitate non dubitamus, & per quorum Conſilium terra noſtra regi debet & defendi, maxime quia dies mali ſunt, & de die in diem, viſum ſit homines noſtros fraudulenter & doloſe à fidelitate & ſervitio noſtro recedere, & in nos inſurgere (per quod ſtatus terræ noſtræ, ſicut novit Sanctitas veſtra, turbatur) Excellentiæ veſtræ eâ, quâ poſſumus, devotione ſupplicamus, quatinus, habitâ conſideratione ad ſtatum noſtrum, differre velitis, uſque ad quatuor vel quinque Annos, peregrinationem dilecti & fidelis noſtri Galfridi filii Petri, Juſticiarii noſtri cruceſignati; cujus præſentia nobis & terræ noſtræ ita eſt neceſſaria, quòd eo nullatenus carere poſſumus. A.D. 1204.

Et nos, Domino dante, tàm ipſum quàm alios cruceſignatos in terram Jeruſalem mittemus, ſicut terræ redierint.

Moveat igitur & ad hoc inducat paternitatem veſtram ſtatûs noſtri conditio, ita quod vobis proinde merito grates ſcire debeamus.

Teſte meipſo apud Winton. 24. die Novembris.

Johannes Rex in protectionem ſuam ſuſcipit R. Regem Manniæ.

A.D. 1205. *Pat. 6. Johannis, n. 10.* REX, &c. omnibus, &c.

Sciatis quod ſuſcepimus dilectum conſanguineum noſtrum Reginaldum Regem Manniæ in cuſtodiam, protectionem & defenſionem noſtram, & omnes terras & homines ſuos.

Et prohibemus ne quis ei, vel ſuis inferat injuriam, vel gravamen; quia ſi quid ei forisfactum fuerit, id nobis factum reputabimus. A.D. 1205.

Teſte meipſo apud Wodeſtock. 8 die Februarii, Anno, &c. 6.

Littera Johannis Regis, per quam liberavit Burgenſes de Olerone de omnibus Tayllagiis & exactionibus, &c.

A.D. 1205. *An. 6. Joh.* *L. B. penes Camerar. Scaccar. fol.* 198.

JOhannes, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Seneſcallis, Vicecòmitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ſalutem.

Sciatis nos dediſſe, conceſſiſſe, & præſenti Carta noſtra confirmaſſe fidelibus hominibus noſtris de Olerone & Hæredibus eorum quitantiam de Laſtagiis, & omnibus Tayllagiis, & exactionibus; ſalvis nobis debitis redditibus noſtris de Præpoſitura de Olerone, & exercitibus, & equitationibus, quæ nobis debent.

Et præterea concedimus eis omnes libertates & liberas conſuetudines quas Rex Henricus Pater noſter & Rex Ricardus Frater noſter & Regina Alienora Mater noſtra conceſſerunt hominibus noſtris de Rupella.

Concedimus etiam eis & confirmamus omnimodas liberas conſuetudines per omnes terras noſtras; ſalva in omnibus libertate Civitatis London.

A.D. 1205.

Concedimus inſuper eis quod de aliquo tenemento quod ipſi tenuerunt in Olerone, in bona pace, per unum annum & unum diem ſine calumpniâ, de cætero non ponantur in placitum; quare volumus & firmiter præcipimus quod prædicti fideles homines de Olerone habeant omnes prædictas quitantias, libertates & liberas conſuetudines bene & in pace, liberè & quietè, integrè & honorificè, ſicut prædictum eſt.

Teſtibus,

Domino J. Norwic. Epiſcopo,
Gaufrido filio Petri Comite Eſſex.
W. Comite Sarum,
R. Conſtabulario Ceſtriæ,
Rogero de Thoen,
Willielmo Bryewerr.
R. de Stok.

Datum per manum Joſcelini de Welt. apud Lexynton, viceſimo octavo die Februarii, Anno Regni noſtri ſexto.

Johannes Rex quoſdam Epiſcopos Anglicanos rogat quod, ad exemplum aliorum Epiſcoporum, Litteras Papæ ſcriptas ſignare vellent.

A.D. 1205. *An. 7. Joh.* *Pat. 7. Johannis, m.* 7.

REX, &c. Venerabilibus in Chriſto fratribus de Aſaph. Exon. Sarr. Landavenſ. G. Coventrenſ. R. Bangor. Wigor. E. Hereford. Menevenſ. Lincoln. Ciceſtr. &c. Sciatis quod cariſſimi Patres noſtri Domini London. Winton. Roffen. & Elyen. Epiſcopi, J. Bath Electus. ſcribunt Domino Papæ, pro dignitate noſtrâ & Regni noſtri conſervandâ, quatuor litteras, ſigillis ſuis ſignatas; vobis mittimus rogantes attentius quatinus, ſicut nos & honorem noſtrum & tranquilitatem Anglicanæ Eccleſiæ diligitis, litteris, quas vobis mittimus ſub nomine noſtro, ad exemplum litterarum prædictorum Epiſcoporum, Domino Papæ ſcriptis ſigilla veſtra apponatis.

A.D. 1205.

Et quia, propter varia viarum pericula, diverſos Nuncios, pro hoc negotio, propoſuimus ad ſedem Apoſtolicam deſtinare, expedit nobis litteras illas duplicari; & ideo vos rogamus quatinus, ſuper hoc, duo litterarum paria, ſub eâdem formâ ſignetis.

Teſte meipſo apud Porceſtr. octavo die Maii, Anno, &c. ſeptimo.

De quatuor Annulis per Innocentium Papam Johanni Regi miſſis.

A.D. 1205. An. 7. Joh.

JOhanni Regi Anglorum. Inter opes terrenas, quas mortalis oculus concupiſcit, & quaſi cariora deſiderat, aurumobryzum, & lapides pretioſos principatum credimus obtinere.

Licet autem his & aliis divitiis veſtra regalis abundet excellentia, in ſignum tamen dilectionis & gratiæ quatuor annulos aureos, cum diverſis lapidibus pretioſis, tuæ magnitudini deſtinamus; in quibus te volumus ſpecialiter intelligere formam, numerum, materiam, & colorem, ut myſterium potius quàm donum attendas.

Rotunditas enim æternitatem ſignificat, quæ initio caret & fine: Habet ergo regalis diſcretio quod in forma requirat, ut de terrenis tranſeat ad cœleſtia, de temporalibus ad æterna procedat.

Quaternarius autem, qui numerus eſt quadratus, conſtantiam mentis ſignificat, quæ nec deprimi debet in adverſis, nec in proſperis elevari; quod tunc laudabiliter adimplebit, cum quatuor virtutibus principalibus fuerit ordinata, videlicet, juſtitiâ, fortitudine, prudentiâ, temperantiâ. Intelligas verò in primo juſtitiam, quàm exerceas in judiciis: in ſecundo fortitudinem, quam exhibeas in adverſis: in tertio prudentiam, quam obſerves in dubiis: in quarto temperantiam, quam in proſperis non dimittas. A.D. 1205

Per aurum verò ſapientia deſignatur; quia ſicut aurum præminet metallis univerſis, ſic ſapientia donis omnibus antecellit, Propheta teſtante, requieſcit ſuper eum ſpiritus ſapientiæ, &c. Nichil eſt autem quod Regem magis oportet habere; unde Rex ille pacificus Salomon ſolam a Domino ſapientiam poſtulavit, ut populum ſibi commiſſum provide ſciret gubernare.

Porro Smaragdi viriditas fidem: Saphiri ſerenitas ſpem: granati rubicunditas caritatem: topatii claritas operationem bonam ſignificat; de qua Dominus, luceat lux veſtra. Habes igitur in Smaragdo quod credas: in ſaphiro quod ſperes: in granato quod diligas: in topatio quod exerceas; ut de virtute in virtutem aſcendas, donec Deum Deorum videas in Syon.

Johannes Rex, ad Petitionem Othonis Imperatoris, pardonavit Hugoni de Burnaco.

A.D. 1205. An. 7. Joh. Pat. 7. Johan. m. 2.

REX Hugoni de Burnaco, &c. Scias quod, pro amore & petitione kariſſimi nepotis noſtri Othonis illuſtris Regis Romanorum, pardonavimus tibi malivolentiam noſtram.

Et ideo tibi mandamus quod ſecurè venias, per terram noſtram, ad eundum in ſervitium noſtram, in Inſulam de Gereſ. vel apud Rupellam, ubi melius viderimus expedire. A.D. 1205.

Et concedimus quod adducas tecum uxorem & filios tuos, & eis providebimus.

Teſte meipſo apud Merleb. viceſimo ſeptimo die Decembris.

De ſalvo conductu pro Reginaldo Rege Inſularum.

A.D. 1206.
An. 7. Joh.
Pat. 7. Johannis, m. 3.

REX omnibus, &c.

Sciatis nos dediſſe dilecto cognato noſtro, R. Regi Inſularum, ſalvum & ſecurum conductum veniendi ad nos in Angliam, & redeundi ab Anglia, uſque a die Paſchæ, in quindecim dies, Anno, &c. Septimo.

A.D. 1206.

Et in hujus rei, &c. Teſtibus,

Galfrido filio Petri Comite Eſſex,
W. Briewer,
Vileb. filio Reinfr.

Apud Sarebur. octavo die Februarii.

De donatione Othonis Imperatoris, cum fuit Comes Pictaviæ, Monachio de Charron.

A.D. 1206.
An. 7. Joh.
Pat. 7. Johannis, m. 4.

REX Sahero de Malo-Leone ſalutem.

Mandamus vobis quod habere faciatis Abbati & Monachis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Chaurrun. quinquaginta libratas redditus de Pictavia, quas dilectus nepos noſter Dominus Otho, dum haberet Ballivam Pictaviæ, eis dedit in Rupella & in Olerone; niſi eas alibi dederimus, ſi hoc commode fieri poſſit.

Et, ſi eas alibi dederimus, & eis alibi commodiùs ad opus noſtrum aſſignari poſſit; tunc illas eis alibi aſſignari faciatis, quouſque in partes illas venerimus.

A.D. 1206.

Teſte,

Domino Johanne de Gray. Cant. Electo, &
Domino P. Winton. Epiſcopo.

Apud Lamb. viceſimo quinto die Martii.

De ſalvo conductu conceſſo Berengariæ Reginæ.

A.D. 1206.
An. 7. Joh.
Pat. 7. Johannis, m. 4.

REX omnibus, &c.

Sciatis quod recepimus in ſalvum conductum noſtrum kariſſimam ſororem noſtram, Dominam Reginam Berengariam, & ſuos, in veniendo ad nos in Angliam, & in redeundo; ita quod, cum applicuerint in Angliam, ſecuritatem præſtent quod nullum, per eos, malum eveniet Regno noſtro.

A.D. 1206.

Veruntamen vobis mandamus, præcipientes, quod ei, vel ſuis nullum ſuper hoc faciatis, vel fieri permittatis impedimentum, injuriam vel gravamen.

Et valeant litteræ iſtæ uſque ad Feſtum Sancti Petri ad Vincula, Anno, &c. Octavo.

Teſte meipſo apud Oteford. viceſimo ſeptimo die Martii, Anno, &c. Septimo.

De

De ſalvo conductu pro Alienora Regina Caſtellæ.

A.D. 1206. An. 8. Joh. Pat. 8. Johannis, n. 17.

ALienora Regina Caſtellæ, & Soror Domini Regis habet Litteras Patentes de conductu ſibi & illis, quos ſecum duxerit, ad veniendum ſecurè ad Dominum Regem. A.D. 1206.

Charta Treugæ inter Philippum Regem Franciæ, & Johannem Regem Angliæ.

A.D. 1206. An. 8. Joh.

1. JOhannes, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, Comes Andegavenſis, omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Noveritis quòd hæc eſt forma treugæ inter Regem Francorum & nos, a die Veneris, proxima ante Feſtum Sancti Lucæ Evangeliſtæ nuper præteritum, duraturæ uſque in duos Annos proximos ſequentes, viz. Quod Rex Franciæ habebit homines & impriſios ſuos, qui apertè werraverunt nos pro eo in hac werrâ: & nos ſimiliter habebimus homines & impriſios noſtros, qui apertè prædictum Regem Franciæ werraverunt pro nobis in hac werrâ; ita tamen quòd in Normanniâ, Cenomanniâ, Britanniâ, Turoniâ, Andegaviâ, ultra Ligerim ex parte Civitatis Andegaviæ, non remanebit nobis terra, homo, vel impriſius per hanc treugam.

2. Et Rex Francorum, & nos, & homines, & impriſii ſui, & noſtri erimus tenentes bona fide, ſicut eramus tenentes prædicta die Veneris ante feſtum Sancti Lucæ; &, ſi contentio fuerit in teneura hominum Regis Franciæ, per dictum & Sacramentum R. Comitis Augi, & Hugonis Vicecomitis Caſtri Heraudi, ad hoc ex parte ipſius Regis Francorum appoſitorum; & Savarici de Malo-leone, & Guillielmi de Cantumerulæ ad hoc ex parte noſtra appoſitorum, emendabitur.

3. Et ſimiliter, ſi contentio fuerit de teneura hominum noſtrorum citra Legerim ex parte Pictaviæ, per dictum & ſacramentum iſtorum quatuor prædictorum emendabitur.

4. Si interceptiones fiant in treuga, ſive de Catallo, ſive de villanis captis, ſive de præda, emendatio indè capietur, per prædictos quatuor, infra quadraginta dies poſtquam, propter hoc ſummoniti, dictum ſuum indè dixerint. A.D. 1206.

5. Si autem interceptio fiat vel de Forteritia, vel de Caſtro murato, ſive de corpore Baronis capto, emendatio indè fiet ſimiliter per prædictos quatuör bona fide, infra quadraginta dies, poſtquàm ipſi dictum ſuum inde dixerint, vel duo ex illis, ſi alii dicere non voluerint; vel treuga propter hoc interrumpi poterit, ſine interceptione, poſt illum terminum quadraginta dierum.

6. Hæc treuga aſſecurabitur ex parte Regis Franciæ per eos, quorum nomina ſubſcripta ſunt, ſcilicet, per Comitem Britanniæ, Hugonem Brunum Comitem Augi, G. de Lizegnem Vicecomitem Lemovicenſem, Vicecomitem Caſtri Heraudi, W. de Malo-leone, Th. de Blazon, G. de Toch. Sulpic. de Ambaz, G. Sonnebauth Vicecomitem Bruciæ, Eſchivardum de Pruliaco.

7. Ex parte noſtra, per Vicecomitem Thoarc. Savaricum de Malo-leone, W. de Mauſeio, W. Meingot, H. Archiepiſcopum, G. Martel, B. de Mauleurier, Theobaldum Criſpini, Radulphum de Marthaio, G. de Tatun. G. de Rancon, Reginaldum de Pontibus Juniorem, T. Chabot.

8. Omnes iſti, ex utraque parte, jurabunt quòd bona fide treugam tenebunt; & de ſe, & de ſuis hominibus volent quòd bona fide teneatur.

9. Si aliqui de prædictis quatuor, qui ad dicendum de teneuris, & interceptionibus treugæ ſunt appoſiti, exonium manifeſtum habuerint, ad hoc alios idoneos in loco ſuo ponent, per ſua ſacramenta, donec intereſſe poſſint bona fide.

10. Et ſi forte, infra treugam, aliquis eorum quatuor obierit, alius idoneus loco ejus ponetur ab eo, de cujus parte fuerit.

A.D. 1206. 11. Omnes homines & terræ, Regis Franciæ, ſcilicet, & noſtri, erunt in treuga iſta, & poterint interim hinc inde ire & redire, & negociari ſecurè, præterquàm in Curia Regis Franciæ, & in Curia noſtra: ad quos nullus veniet, niſi vir religioſus, vel Mercator cognitus, ſine licentia Regis Franciæ vel noſtra; terræ communes erunt interim, & Mercatores ibunt & redibunt per legitimas conſuetudines antiquas.

12. Hanc treugam fecit Rex Franciæ jurare pro ſe in anima ſua; & nos ſimiliter: Et in manum capit Rex Franciæ, quod W. de Rupibus, Mauricius de Creone, W. de Guirchia, G. de Ancenis, qui, ad treugam jurandam ex parte noſtra requiſiti fuerunt, eam tenebunt.

13 A. Rex Caſtellæ erit in hac treuga, ſi voluerit, & infra hanc treugam poterit nobiſcum componere, ſi nos voluerimus. A.D. 1206.

Actum apud Thoarcium, Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexto, menſe Octobris.

Teſtibus,

Domino B. Winton. Epiſcopo,
Willielmo Briewerra,
Roberto filio Walteri.

Dat. per manum Hugonis Archidiaconi Wellenſis, apud Thoarcium, viceſimo ſexto die Octobris. Anno Regni noſtri Octavo.

De Confœderatione inter Johannem Regem Angliæ, & Alfonſum Regem Legion. facienda.

A.D. 1207. A. 9. Joh. Clauſ. 9. Johannis, m. 16.

REX Alfonſo illuſtri Regi Legionum & Gelet. &c.

Grates vobis multiplices referimus, eò quod Confœderationem inter nos & vos fieri affectatis, ut vos eo magis ab inimicis veſtris, & nos a noſtris tueamur.

Et ſciatis quod nos idem plurimum deſideramus; unde vos rogamus quatinus aliquem de veſtris, fidelem & diſcretum Nuncium, ad nos deſtinetis, & talem, qui ſuper hoc ſciat, & poſſit dare & recipere ſecuritatem, ad honorem & commodum noſtrum & veſtrum.

De Catallis hominum veſtrorum, captis in poteſtate noſtra, unde nos rogaſtis, ſciatis quod, licet capta fuerint ubi deportabantur in ſuccurſum inimicorum noſtrorum, & in terris eorum, tamen, cum inter nos Confœderatio facta fuerit, tantum inde pro vobis faciemus, unde nobis grates ſcire debebitis. A.D. 1207.

Teſte meipſo apud Wudeſtok. ſeptimo die Auguſti.

Per Dominum Winton.

De cauſa Reginæ Berengariæ Romæ agenda Innocentius Papa.

A.D. 1207. An. 9. Joh.

JOhanni Regi Anglorum illuſtri,

Sæpe per noſtras litteras te, quem, ſicut novit ipſe qui ſcrutatur renes & corda, ſincera diligimus in Domino caritate, recolimus monuiſſe ut, tuæ ſaluti conſulens & honori, kariſſimæ in Chriſto filiæ Berengariæ quondam Anglorum Reginæ illuſtri ſuper dotalitio ſuo, medietate mobilium inclytæ recordationis Richardi fratris tui & quibuſdam aliis quæ dicta Regina ſibi competere aſſerebat, ſic ſatisfacere procurares quod ei nulla de re juſta remaneat materia conquerendi, & majeſtatem complacares divinam quam propter hoc videbaris graviter offendiſſe. A.D. 1207.

Quoniam preces & monitiones noſtræ te ad ſatisfaciendum eidem minime induxerunt, ſicut ipſius ſæpius replicata conqueſtio declaravit, negotium ipſum venerabilibus fratribus noſtris Elienſi & Wigornienſi Epiſcopis commiſſimus audiendum

D. 1207. diendum, & etiam aliis primitus citra mare. Sed nec ſic, præ magnitudine regalis potentiæ, Septennio jam elapſo, ſuam ſuper iis potuit juſtitiam obtinere, cum nullus, impertiturus eidem patrocinium, audeat in Angliam transfretare.

Cum igitur ex injuncto nobis Apoſtolatûs officio viduis & orphanis ſimus ſpecialiter in juſtitia debitores, nec velimus deferre homini contra Deum, qui viduam voce Prophetica præcipit defenſari, magnitudini regiæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus uſque ad Feſtum Epiphaniæ Domini proximo venturum per Procuratorem idoneum te noſtro conſpectui repræſentes, exhibiturus prædictæ Reginæ vel Procuratori ſuo ſuper præmiſſis & aliis, ſiqua forte adverſus te duxerit proponenda, in præſentia noſtra quod ordo dictaverit rationis. A.D. 1207.

Alioquin extunc, quia ipſi non poſſumus in ſuo jure deeſſe, ne forte contra nos clamet in cœlum, & Dominus exaudiat ejus vocem, quantum de jure poterimus, in ipſo negotio divina favente clementia procedemus.

Nos enim prædictis Epiſcopis noſtris damus diſtricte litteris in præceptis ut tibi ſupradictum terminum aſſignare peremptorium non poſtponant.

Datum Viterbii, 3. Nonas Septembris, Anno 10.

Reſcriptum Innocentii Papæ ad Litteras Comminatorias Regis Angliæ.

D. 1207. 9. *Job.* INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Chariſſimo in Chriſto filio, Johanni illuſtri Anglorum Regi Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ſuper negotio Cantuarienſis Eccleſiæ nos tibi ſcripſerimus, humiliter, diligenter, benigne exhortando, rogando, tu nobis, (ut ſalva pace tua loquar) reſcripſiſti quaſi comminando & exprobrando, contumaciter & proterve.

Et cum nos tibi ſupra jus deferre curemus, tu nobis ſecundum jus deferre non curas; minus quam deceret attendens. Quod ſi tua nobis devotio plurimum eſt neceſſaria, noſtra tamen tibi non parum eſt opportuna. Cumque nos in tali caſu, tantum honorem nulli Principum detulimus quantum tibi; tu noſtro tantum derogare attendis honori, quantum in ſimili caſu nullus princeps derogare præſumpſit: Quaſdam frivolas occaſiones prætendens, quibus aſſeris, quod electioni de dilecto filio noſtro magiſtro Stephano titulo Sancti Chryſogoni Preſbytero Cardinali, a monachis Cantuarienſibus celebratæ, non potes portare conſenſum: Quia videlicet inter tuos eſt converſatus inimicos, & perſona ejus eſt tibi prorſus ignota. Porro juxta proverbium Salomonis, fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum, cum intelligamus illud ei non eſſe imputandum ad culpam, ſed ad gloriam potius adſcribendum; quod Pariſiis diu vacans liberalibus ſtudiis, in tantum profecit, ut meruerit eſſe Doctor, non ſolum in liberalibus facultatibus, verum & in Theologicis diſciplinis. Ac ſi per hoc cum vita concordet doctrina, dignus eſt habitus Præbendam obtinere Pariſienſem. A.D. 1207.

Unde mirabile gerimus, ſi vir tanti nominis de tuo Regno ducens originem, tibi potuit eſſe ſaltem quoad famam ignotus; præſertim cum ter ſcripſiſſes illi, poſtquam a nobis extitit in Cardinalem promotus: Quod, licet diſpoſueris eum ad tuæ familiaritatis obſequium evocare, gaudebis tamen quod ad majus erat officium ſublimatus.

Sed illud potius te attendere decuiſſet, quod in terra tua natus eſt, de parentibus tibi fidelibus ac devotis, quodque in Eboracenſi Eccleſia fuerat præbendatus; quæ longe major & dignior quam Pariſienſis exiſtit. Unde non ſolum ratione carnis & ſanguinis, verum & obtentu Eccleſiaſtici Beneficii & Officii; te ac Regnum tuum, affectu ſincero diligere comprobatur.

Nuncii vero tui cauſam nobis aliam expreſſerunt, quare non præſtitiſti ejus electioni conſenſum; quia, videlicet, nunquam fuerat requiſitus ab illis, qui eum a te debuerunt poſtulare; aſſerentes, quod litteræ illæ, quibus mandavimus ut ſuper hoc negotio procuratores ad nos idoneos deſtinares, ad te minime pervenerunt. Et Monachi Cantuarienſes, quamvis pro aliis negotiis ad tuam præſentiam acceſſiſſent; pro poſtulando tamen conſenſu, nec literas nec Nuncios direxerunt. Unde iidem Nuncii cum

multa

A.D. 1207.

multa inſtantia nobis ſupplicarunt, quatenus ex quo nobis complacuit hanc tibi honorificentiam reſervare, ut monachi Cantuarienſes Regium poſtularent aſſenſum; quoniam hoc factum non erat, dilationem congruam concedere dignaremur; infra quam poſſet id fieri, ne juri tuo contingeret derogari. Contra perſonam electi quiddam ad ultimum proponentes, quod cum manifeſte factum ſit, oſtium oris claudere debuiſſent: Præſertim cum ſi verum eſſet, promotionem ejus jam impedire non poſſet.

Licet autem ſuper electionibus apud Sedem Apoſtolicam celebratis, non conſueverit aſſenſus Principum expectari; duo tamen Monachi fuerunt ſpecialiter deputati, ut ad te pro requirendo aſſenſu venirent, qui apud Doveriam fuerant retenti, ut injunctum ſibi mandatum exequi non valerent; & præfatæ litteræ de procuratoribus ad noſtram præſentiam deſtinandis, tuis fuerunt nunciis aſſignatæ, ut eas tibi fideliter præſentarent.

Nos quoque qui ſuper eandem Eccleſiam Cantuarienſem plenitudinem poteſtatis habemus,—regium ſuper hoc dignati ſumus implorare favorem. Et curſor noſter, qui Apoſtolicas tibi litteras præſentavit, literas quoque Prioris ac Monachorum, qui ex mandato totius capituli Cantuarienſis celebraverant electionem memoratam, ſuper aſſenſu petendo Regiæ ſublimitati porrexit.

Ideoque non vidimus oportere denuò poſt hæc omnia, Regium poſtulare conſenſum; Sed illud diſpoſuimus, non declinantes ad dextram vel ad ſiniſtram, quod Sanctorum Patrum canonicæ ſanctiones ſtatuunt faciendum: Ut videlicet, nihil moræ vel difficultatis, rectis diſpoſitionibus auferatur; ne gregi dominico diu deſit cura paſtoralis. Quocirca vel diſcretioni tuæ vel regali prudentiæ ſuggeratur à quoquam, quod aliquatenus valeat à conſummatione hujus officii revocari: Quoniam abſque vi & dolo, canonica ſit electio de perſona idonea concorditer celebrata; ſine damno famæ, & periculo conſcientiæ, differre non poſſemus.

Tu ergo, fili chariſſime, cujus honori ſupra jus deferri curavimus, ſecundum jus, noſtro ſtudeas honori deferre; ut gratiam divinam & noſtram uberius merearis: Ne forte, ſi ſecus egeris, in eam te difficultatem inducas, de qua non facile valeas expediri: Cum tandem oporteat eum vincere, cui flectitur omne genu cæleſtium, terreſtrium & infernorum; cujus nos vices in terris, licet immeriti, exercemus.

Ne igitur eorum conſiliis adquieſcas, qui tuam ſemper turbationem deſiderant; ut melius poſſint in aqua turbida piſcari; ſed noſtro beneplacito te committas, quod utique tibi cedet ad laudem, gloriam & honorem. Quia non eſſet tibi tutum, in hac cauſa Deo & Eccleſiæ repugnare; pro qua beatus Martyr & Pontifex glorioſus Thomas, ſanguinem ſuum recenter effudit: Præſertim ex quo pater & frater tuus claræ memoriæ, tunc reges Anglorum, in manibus legatorum Apoſtolicæ ſedis illam pravam conſuetudinem abjurârunt.

Nos autem, ſi nobis humiliter acquieveris, ſufficienter tibi & tuis providere curabimus; ne ſuper hoc valeat vobis aliquod præjudicium generari.

Data Laterani, Pontificatûs noſtri Anno Decimo.

Litteræ Adelheidis Comitiſſæ de Hollandia Johanni Regi Angliæ miſſæ, de Maritagio Filiæ ſuæ cum Comite de Los, & de liberatione dictæ Filiæ.

A.D. 1207.

Pat. 9. Johan. m. 5. dorſo.

DOmino ſuo dilecto Johanni Dei gratia illuſtri Regi Angliæ Adelheidis Comitiſſa Holland. Salutem & paratum obſequium. Majeſtati ſit notum Regiæ quod Comes de Los Filiam meam, quæ apud veſtram miſericordiam eſt honeſte recepta, quam nobis reddat Deus omnipotens, in uxorem legitimam duxit ut debuit, & accepit eam de manu Comitis Otonis de Benetheym, qui fuit patruus Domini bonæ memoriæ; &, ut verum fatear, cum

eo

A.D. 1207. eo fuit in thoro legitimo 18. diebus tantum.

Poſt quos dies, quod vobis cum gemitu & cum dolore ſignifico, expulſo Comite & me ſimiliter, filia mea, ad partes veſtras, agente Domino, tam ad meam quam ad ejus ſalutem tranſmiſſa dinoſcitur, quia captivitas ejus in Friſia intolerabilis ei fuit; ergo Majeſtati Regiæ, cui ſemper eſt proprium miſereri, præſentem paginam & preces porrigo, rogans humiliter quatenus, intuitu Dei, innocentem animam, longo tempore captivatam, reddatis amicis; & ſuſurronibus, qui vobis, invidiæ cauſâ, mendacia fingunt & proferunt, non credatis.

Sciatis etiam quod prædicta filia mea data eſt Comiti in præſentia multorum Nobilium hominum, miniſterialium de terra Holand. quorum conſilio & aſſenſu res facta eſt: Quorum nomina ſunt hæc, A.D. 1207.

Rogerus de Merchun,
Hugo de Worn,
Theodoricus de Alcena,
Simon & Johannes & Isbrand de Harlen,
Willielmus de Teylinge,
Walpertus & Florentinus de Leda,
Arnand. & Henr. de Riſwic,
Walterus de Egmund,

Et multi hominum & miniſterialium de terra Holandiæ, quorum nomina vobis exponere longum eſſet.

Litteræ Teſtimoniales de Maritagio Comitiſſæ Hollandiæ.

Pat. ut ſupra.

THomas Dei gratia Traject. Epiſcopus & Capitulum ejuſdem loci, litteris ſuis patentibus teſtimonium perhibent quod prædictus Comes legitime duxit in uxorem prædictam Comitiſſam aſſenſu & conſilio Primatis totius Holandiæ.

Et ſimiliter Comes Otho de Benethen. hoc ſignificat Domino Regi per literas ſuas Patentes. A.D. 1207.

Quæ omnes litteræ Patentes miſſæ ſunt Abbati de Rading ad cuſtodiendum.

Conventio Comitis de Los de ſervitio Regi Johanni, & Nepoti ſuo Regi Romanorum præſtando.

A.D. 1207.
An. 9. Joh.
Pat. 9. Johan. m. 5. d.

OMnibus, &c. Ludovicus Comes de Los. &c.

Sciatis quod deveni homo Domini Johannis illuſtris Regis Angliæ, tanquam Domini mei, contra omnes homines & fœminas, qui vivere poſſint vel mori, ad regnum ſuum Angliæ defendendum; ita quod veniam ad ipſum, cum opus fuerit, in Regnum ſuum Angliæ, cum omni poſſe meo, ad cuſtum meum in veniendo.

Et, cum illuc venero, ero ad defendendum Regnum ſuum, ut dictum eſt ad cuſtum ſuum, quamdiu ei placuerit contra omnes homines qui vivere poſſint vel mori.

Dominus autem Rex, ſecundum quod ego honorifice & afforciate venero ad ſervitium ſuum, mihi retornabit de cuſto meo, quod poſuero in veniendo ad ipſum, unde honor erit ei. A.D. 1207.

Si vero Dominus meus Rex opus habuerit de ſervitio meo in aliis terris ſuis, veniam ad ipſum, ad mandatum ſuum, ita quod honor erit ei & mihi ad perquirendum & defendendum jura ſua ad cuſtum ſuum.

Et præterea ego bona fide juvabo, pro legitimo poſſe meo, Regem Othonem nepotem ſuum (ſalvâ fide Dominorum meorum) dum idem Rex Otho fuerit ad fidem

A.D. 1207.

fidem prædicti Domini mei Regis Angliæ.

Et præterea perquiram eidem Domino meo Regi Angliæ omnes amicos & fautores, quoſcunque potero pro legitimo poſſe meo, ad jura ſua perquirenda, & defendenda, & ad inimicos ſuos gravandos, & ipſum & amicos ſuos promovendos; ita quod, ſi cuſtum ad hoc oportuerit ponere, & id ipſi Domino meo placuerit, ipſe cuſtum reddet ex quo, per voluntatem & mandatum ſuum, cuſtum ad hoc poni debebit.

Omnia hæc prædicta fideliter obſervanda tactis Sacroſanctis Evangeliis juravi, & inde ſubſcriptos obſides inveni, ſcilicet,

Ernulfum fratrem meum,
Ernulfum filium Hermanni,
Gilbertum filium Walteri Seneſcalli mei,
Herbertum filium Caſtellani de Monteny,
Lambertum filium Caſtellani de Braſium.
Godefridum filium Caſtell. de Los,
Renerium filium Othonis de Burne,
Territ. filium Willielmi de Petreſhem.
Conradum filium Abraam de Gentoun.
Lionel filium Razum de Curtrey.

Et præterea Cartam Willielmi Caſtellani de Sancto Audomare, & Cartam Walteri Birtan eidem Domino meo Regi feci habere; per quas ſe de prædictis fide juſſores meos conſtituerunt.

Teſte, &c.

Hæc ſimiliter Carta commiſſa fuit Willielmo Briwer Juniori deferenda prædicto Juſticiario cum aliis prædictis Cartis.

De Fidejuſſione Walteri Birtan, pro Comite de Los.

A.D. 1207. A. 9. Joh. Pat. 9. Joh. m. 5. d.

Omnibus, &c. Walter Birtan, &c. Sciatis quod me fidejuſſorem conſtitui erga Dominum Johannem illuſtrem Regem Angliæ pro Lodovico Comite de Los; quod idem Comes, bona fide, & abſque dolo & malo ingenio, tenebit Conventionem, factam inter Dominum Regem & ipſum Comitem, de fideli ſervitio ipſius Comitis ipſi Regi faciendo, ſecundum tenorem Cartæ ſuæ, quam inde fecit Domino Regi.

Et hoc, tactis Sacroſanctis Evangeliis, juravi, & huic Cartæ Sigillum meum appoſui.

Teſtibus,

W. de Gray Cancellario Domini Regis,
Hugone de Nevill Archidiacono de Well.
Willielmo Briwerr,
Roberto de Veteri-ponte,
Ger. de Rodes,
Willielmo de London,
Wandrill. de Curcell.

Hæc Carta liberatur Willielmo Briwer Juniori deferenda & tradenda G. filio Petri Juſticiario.

Item Carta Willielmi Caſtellani de Sancto Audomare, ſub eadem forma, liberatur eidem Willielmo, deferenda & tradenda G. filio Petri Juſticiario, quæ Sigillata non erat, ad Sigillandum.

De Redemptione Amph. Till. pro 10000 Marcis.

A.D. 1207. An. 9. Joh. Pat. 9. Joh. m. 5. dorſ.

Die Jovis, proximo ante nativitatem beatæ Mariæ, apud Holewell, in Blakamor, convenit inter Dominum Johannem Regem Angliæ & Amph. Till. de redemtione ipſius Amph. Till. videlicet, Quod idem Amph. dabit domino Regi decem millia Marcarum, de quibus pacabit, antequam exeat de priſona, duo millia Marcarum.

Et decem equos, quilibet de pretio triginta Marcarum, vel triginta Marcas pro quolibet.

Et

A.D. 1207. Et de ſeptem millibus & ſeptingentis Marcis dabit Domino Regi obſides, ſcilicet, fratrem ſuum, & filium ſuum, & duas filias ſuas, & quinque de militibus ſuis priſonibus, quos Dominus Rex eligere & retinere voluerit.

Prædictos vero obſides ſuos, ſcilicet, fratrem, & filium & filias ſuas venire faciet in Angliam, antequam exeat de priſona, & infra natale Domini, Anno, &c. Nono.

Et per prædictam redemptionem & obſides ſuos liberabuntur omnes milites ipſius Amph. quos idem Rex habet in priſona, præter prædictos quinque, qui remanebunt ſimiliter obſides donec prædicta pecunia tota perſolvatur.

Set ipſe Amph. poſtquam reddiderit prædicta duo millia Marcarum, & decem equos, vel pretium eorum, ſicut dictum eſt, & prædictos obſides venire fecerit, ut dictum eſt, tunc liberabitur & ibit in patriam ſuam ad quærendam redemptionem ſuam; &, ſi eam perquirere, & reddere potuerit ad terminos, quos Dominus Rex ei conſtituet, in receſſu ſuo eam reddet ad gratum Domini Regis, &, eâ ſolutâ, liberabuntur prædicti obſides ſui, tàm milites quàm alii.

Si vero eam reddere non poterit, ſicut dictum eſt, idem Amph. redibit, & ponet ſe in priſona Domini Regis; & tunc liberabuntur frater, & filius, & filiæ ipſius, & quinque milites prædicti remanebunt in priſona; & remanebunt Domino Regi duo millia Marcarum prædicta, & decem equi, vel pretium eorum quieta in deperdito ipſius Amph. A.D. 1207.

Debet autem idem Amph. facere conſtare Domino Regi, per Hoſpital. fide dignos, antequam exeat de priſona, quod prædictus frater, & filius, & filiæ ejus ſunt ei germanæ, & de matrimonio.

Et, ſi præfatus Amph. redierit in priſona, & reduxerit ſecum in priſona de prædictis militibus ſuis, qui cum eo liberati fuerunt, Dominus Rex reddet ei, de prædictis millibus Marc. & de pretio prædictorum 10 equorum, quæ cum aliis millibus Marc. ſunt in deperdito, ut dictum eſt, quæ tamen pertinent ad prædicta millia Marc. & pretium decem equorum prædictorum, ſecundum numerum militum ſuorum qui ſecum redierint in priſona.

Et in hujus rei teſtimonium Dominus Rex ſigillum ſuum appoſuit parti hujus Cyrographæ, quæ prædicto Amph. remanebit; & idem Amph. ſimiliter ſigillum ſuum appoſuit parti quæ Domino Regi remanebit.

Litteræ Innocentii Papæ Baronibus Angliæ, quod Regem inducant ne conſilia maturiora ſpernat.

A.D. 1208. An. 9. Joh. NObilibus viris univerſis magnatibus in Anglia conſtitutis.

Si cariſſimo in Chriſto filio noſtro Johanni Anglorum illuſtri Regi fidem debitam obſervatis, quam Deo, tam nobis noveritis eſſe gratum.

Cum autem ita vos oporteat terreno Regi fideliter adhærere ut cæleſtem nullatenus offendatis, in hoc debet fidelitatis veſtræ ſinceritas vigilare, ut à propoſito, quod idem Rex contra Deum concepiſſe videtur, venerabilem fratrem noſtrum Cantuarienſem Archiepiſcopum, & in eo commiſſam ſibi Eccleſiam perſequendo, fideli eum conſilio revocetis; nec permittatis ipſum, quantum in vobis fuerit, conſilium abjicere pietatis, & in conſilio impiorum abire; quorum, in uno die, omnes cogitationes peribunt; conſilio Domini, quod in vacuum evacuare conantur, in æternum manente. A.D. 1208.

Sane cum, ſecundum evangelicam veritatem, ſervire duobus Dominis non poſſitis, procul dubio vobis expedit ut in eo, quod præfatus Rex Deo contrarium ſeſe ponit, nequaquam foveatis eundem; ſed timorem divinum præponentes humano, ipſum cum illis, qui ſub ejus cubito manu adulatrice pulvillos conſuunt, non palpetis: nec dubitetis, ad tempus, ei, pro cauſa juſtitiæ, diſplicere, quoniam hoc pietatis opus vobis, ad ejus odium, non officiet, ſed tandem proficiet ad amorem; qui profecto, cum ad cor redierit, uſus conſilio ſaniori, vos quidem pro conſilii puritate cariſſimos, eos autem, quorum

A.D. 1208. prava modo ſuggeſtione ſeducitur, habebit exoſos; & ſic demum, medicinali manu ſanatus agnoſceret, quam diſſimilibus ſtudiis, morbum mentis ſuæ conſilia malignantium aggravaverint, & ſollicitudinis Apoſtolicæ medicamenta ſanarint.

Nobis quoque, qui circa ipſum medici vices agimus, ad gratiarum actiones aſſurget; & medicinæ, cujus pridem acerbitatem horruerat, tandem laudabit effectum; recognoſcenſque quod ipſum ſinceriſſima dilexerimus caritate, fatebitur quod, quando caſtigatur qui diligitur, tunc circa ipſum pietas exercetur: Habet enim amor plagas ſuas, quæ dulciores ſunt cum amariùs inferuntur.

Quocirca nobilitatem veſtram monemus attentiùs & propenſius exhortamur, per Apoſtolica vobis ſcripta in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus apud eundem Regem fidelibus perſuaſionibus & ſalubribus conſiliis inſiſtatis per viam Roboam minime incedendo, conſilia maturiora non ſpernat; ſet eos, qui caput ejus oleo peccatores impinguant foventes ipſum in malo, tamquam adulatores deſpiciat, & velut corruptores expellat.

Ac, recolens quod Oza, pro eo quod in arcam, devotè quidem ſet indignè, manus extenderat, a Domino ſit percuſſus; ad eccleſiaſtica jura manum mittere non præſumat, ne qui Regnum Balthaſar, judicio manûs ſcribentis, *Mane, Thechel, Phares*, inopinabiliter occupari permiſit a Perſis, ei propter Eccleſiam ſuam, quam inaniter humiliare diſponit, graviter indignetur: Sed potius recogitet dona Dei, qui eundem, in conſpectu Regum, ſua benignitate magnificans, per Eccleſiæ Romanæ favorem, nomen & potentiam ſuam, inter cæteros mundi Principes, magnifice dilatavit. A.D. 1208.

Vos igitur, quorum fidem atque prudentiam Regis & Regni neceſſitates debent efficaciter experiri, ſic, in articulo mali hujus, intentioni præfati Regis occurratis fideliter ac prudenter, ut non patiamini vos & Regnum ejus in illam perturbationem induci qua, quod abſit, de facili nequeat expediri.

Nos enim, qui pro juſtitia cauſæ hujus ſi forſitan expediret, certare uſque ad mortem nullatenus vitaremus, a defenſione libertatis eccleſiaſticæ manum Apoſtolicam retrahere non diſponimus; quæ profecto abbreviata non eſt, immo, per Dei gratiam, ſic extenta quod, in quem furit ex meritis aggravata ſpiritualiter & temporaliter, ingens pondus oppreſſionis inducere valebit in ipſum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum.

De ſalvo conductu pro Nuncio Imperatoris Conſtantinopolitani.

A.D. 1208.

An. 9. Joh.

Pat. 9. Johannis, n. 17.

REX, omnibus, &c.

Sciatis nos ſuſcepiſſe in cuſtodiam, & protectionem noſtram, & conductum noſtrum Petrum Girardum, Nuncium Domini Henrici Imperatoris Conſtantinopol. & omnes res ſuas, quas ipſe ſecum adducet, ad proficuum prædicti Imperatoris, per totam poteſtatem noſtram.

Et prohibemus ne quis ei aut rebus prædictis foriſfaciat.

Et valeant litteræ iſtæ ad Feſtum Sancti Michaelis, Anno Regni noſtri Decimo. A.D. 1208.

Teſte meipſo,

W. Cancell. &

Comite W. Mareſcallo.

Apud Briſtol. ſexto die Martii, Anno Regni noſtri Nono.

Salvus

Salvus conductus pro Cancellario Regis Caſtellæ.

A.D. 1208. An. 9. Joh. Pat. 9. Johannis, m. 2. n. 16.

REX omnibus, &c.

Sciatis quod conceſſimus Cancellario Regis Caſtellæ ſalvum & ſecurum conductum in veniendo ad nos, & morando in terra noſtra, & redeundo uſque in quindecim dies poſt Pentecoſten, Anno Regni noſtri Nono; ita tamen quod, in itinere illo, non tractet de aliis negotiis, quam de negotio quod inter nos & Dominum ſuum Regem Caſtellæ tractatur.

Teſte meipſo apud Diviſ. octavo die Martii.

Alienora Duciſſa Britanniæ & Comitiſſa Richemund. Oratores ſuos ad Johannem Regem delegat.

A.D. 1208. Pat. 10. Johannis, m. 5. d.

ALienora Duciſſa Britanniæ & Comitiſſa Richemund. dilectis & fidelibus ſuis Dominis, Nanatens. & Venens. & de Cornubia, Epiſcopis; Et Eudoni de Ponte, & Gaufrido Eſpine, & Olivero de Rugy, & Pagan de Malo-Eſtractu, & omnibus aliis Baronibus & Fidelibus ſuis de Britannia, ſalutem.

Grates vobis multiplices referimus ſuper hiis quæ nobis mandaſtis, & vos rogamus attentius quatenus vos ſupranominati ad Dominum Avunculum meum Regem Angliæ in Angliam veniatis, ſcituri pro certo quod adventus veſter, Deo volente, nobis & vobis ad magnum cedet commodum & honorem, & per Dei gratiam ad liberationem noſtram.

Locutæ autem ſumus cum eodem Avunculo noſtro de conductu vobis præſtando; & ipſe gratum habet adventum veſtrum, & vobis mittit litteras ſuas Patentes de conductu, & vos omnes per litteras illas ſecurè veniatis, vel quot poteritis, ſi omnes venire non poſſetis.

Teſte meipſa apud Sarum, viceſimo ſeptimo die Maii.

Salvus conductus pro prædictis Oratoribus.

A.D. 1208. Pat. 10. Johannis, m. 5.

REX venerabilibus in Chriſto patribus Dominis, Nanatenſ. & Venenſ. & de Cornubia, Epiſcopis; & dilectis ſibi Eudoni de Ponte, Gaufrido Eſpine, & Olivero de Rugy, & Pagan de Malo-Eſtractu, ſalutem.

Sciatis quod, ad petitionem kariſſimæ neptis noſtræ, conceſſimus quod ad nos veniatis in Angliam, locuturi nobiſcum de negotiis noſtris, & ſuis, & veſtris.

Et ideo vobis has literas noſtras Patentes de conductu mittimus, mandantes quod vos omnes, vel quotquot poteritis, ad nos ſecure veniatis, quia ſalvum vobis & veſtris, qui vobiſcum venerint, præſtamus conductum in veniendo, & apud nos morando, & in redeundo, ſecundum quod convenit inter nos de mora veſtra, & ſecundum quod tempus & aura vos tenebunt.

Teſte meipſo apud Suhampt. viceſimo nono die Maii, Anno Regni noſtri, Decimo.

Indulgentia Papalis omnibus qui annuatim ad Sancti Edwardi Eccleſiam Weſtmon. acceſſerint.

A.D. 1208. *An.* 10. *Joh.* *Ex Orig. In Turre in Londone.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conventui Weſtmonaſterii London. ordinis Sancti Benedicti, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

In ſanctorum feſtivitatibus, quæ a Chriſti fidelibus votiva celebritate coluntur, dignis laudibus glorificatur omnipotens, ſanctis ipſis debitus honor impenditur, & animarum profectus devotione congrua procuratur.

Unde nos, qui fidelium ipſorum curam gerimus generalem, cum præ omnibus, quæ noſtræ incumbunt ſolicitudini, ad illorum ſalutem intendere teneamur; multo deſiderio cupimus ut illorum memoriam, quos exutos jam corpore ſtolâ gloriæ induit Rex cœleſtis, venerabiliter recolentes, ipſorum feſta & celebri agant obſervantia, & ſolempnitate annua proſequantur: ac, ut tanto accuratius ad eorum cultum ſe præparent, quanto plus ipſum animabus ſenſerint profuturum, eum nonnunquam inſigniis quibuſdam ſpiritualibus, indulgentiis videlicet & remiſſionibus, magnificare ſtudemus, ipſas, devotè illum exequentibus, benignitate apoſtolicâ largiendo.

A.D. 1208.

Hinc eſt quod, cum Eccleſia veſtra in honore beati Edwardi conſtructa eſſe dicatur, nos ipſum coli reverentia cupientes, omnibus, verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad eandem Eccleſiam in illius feſto, purâ intentione acceſſerint annuatim, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi unum annum & quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Dat. Aſiſii, 2 Kal. Junii, Pontificatûs noſtri Anno 11.

Littera Credentiæ miſſa Hiberniæ Regibus & Magnatibus.

A.D. 1208. *An.* 10. *Joh.* *Pat.* 10. *Joh. m.* 5.

REX, &c. Regi Conaciæ, & omnibus aliis Regibus, & Magnatibus Hiberniæ, Salutem.

Mittimus ad vos dilectos & fideles noſtros, venerabilem Patrem noſtrum Dominum.

A. Fernenſem Epiſcopum, &c.

M. Filium Henrici, Juſticiarium noſtrum, &

Philippum de Wygorn. A.D. 1208.

Mandantes vobis quod fidem habeatis hiis quæ vobis dixerint ad honorem & commodum noſtrum, & fidem noſtram.

Teſte meipſo apud Briſtol. 20 die Junii.

Conventio facta inter Johannem Regem Angliæ & Wennuen. filium Hoeni de Keneliac de Liberatione ejuſdem Wennuen.

A.D. 1208. *Pat.* 10. *Johan m.* 3. *d.*

a. HÆC eſt conventio facta inter Dominum Johannem Regem Angliæ, & Wennuen. filium Hoeni de Keneliac apud Salopebir. vigilia beati Dioniſii, Anno Regni ejuſdem Domini Regis 10. ſcilicet quod idem Wennuen. conceſſit & juravit, tactis Sacroſanctis Evangeliis, quod A.D. 1208.

A.D. 1208.

quod fideliter ſerviet eidem Domino Regi de ſe & de terra ſuâ in perpetuum.

2. Et quod ſtabit juri in Curiâ ipſius Regis, ad ſummonitionem ſuam, de omnibus quæ erga ipſum proponentur.

3. Et inde dabit Domino Regi 20. obſides ſubſcriptos, videlicet,

Mereducum filium Kadugan filii Griffini,
Wen filium Wronii filii Eynem,
Rired Gob filium Meuric,
Robertum filium David Gob,
Terenerd filium Madoc, filii Terenerd,
Leuelinum filium Craharn, filii Hedewenit,
Eynem filium Hedeweni flam,
Madocum filium de Heiwent,
Primogenitum filium Cueln, filii Loweerb.
Howelinum filium Geneclin, filii Rired,
Griffinum filium Tynon, filii Kenelai,
Eyneom filium Hoel Seys,
Griffinum filium Mereduc, filii Philipp.
Kenelm filium Eyneom, filii Teperverd,
Madoc filium Milon, filii Tyel,
Primogenitum filium Meuric, filii Kenewret de ſponſa ſua.
Tuder filium Meuer,
Primogenitum filium Kelour de uxore ſua.
Madoc filium Kenon,
Griffinum filium Eyneon, filii Salien.

4. Convenit etiam inter eoſdem quod à prædicto die Sancti Dioniſii infra octo dies ſequentes reddet idem Wennuen. ipſi Domino Regi 12. obſides ad minus de prædictis 20. obſidibus, alioquin idem Wennuen. remanebit Domino Regi tanquam forisfactus ſuus; ita quod Dominus Rex de corpore ipſius facere poterit voluntatem ſuam.

A.D. 1208.

5. Pro 8. vero obſidibus, qui reſtant liberandi præter prædictos 12. obſides, remanebit idem Wennuen. in cuſtodia Domini Regis, ubi Domino Regi placuerit; vel tenentias, quas Dominus Rex habere voluerit, ei habere faciet tenendas, donec prædictos 8. obſides ei habere fecerit.

6. Dominus vero Rex ſuſcepit interim terram ipſius Wennuen. in cuſtodia quod fortia ei non inferetur, quod, ſi fieret, Dominus Rex id faceret emendari.

7. Poſtquam autem idem Wennuen. prædictos 20. obſides Domino Regi, ut dictum eſt, liberaverit, corpus ipſius Wennuen. deliberetur.

Teſtibus,

Domino P. Winton. Epiſcopo,
W. Comite Waren.
W. Comite Sarum.
Roberto filio Walteri,
Willielmo de Cantilupo,
Willielmo filio Alani,
Roberto Corbet,
Hugone Pantolf.
Johanne Extraneo, & aliis.

De Remiſſione Leulino Walliæ Principi, qui Joannam Regis Filiam notham duxerat in uxorem.

A.D. 1208.

An. 10. *Joh.*

Pat. 10. *Johannis, n.* 9.

REX omnibus, &c. Sciatis quod omnino remiſimus dilecto noſtro Leulino malivolentiam noſtram, quam erga ipſum conceperamus pro Caſtris & terris Wennuwen. ab ipſo & ſuis occupatis, & pro aliis injuriis, eidem Wennuwen. illatis dum eſſet in cuſtodia noſtra, ex quo ipſe inde fecerit quod ſe facturum nobis mandavit juxta tenorem literarum ſuarum, quas recepimus in vigilia Nativitatis Domini apud Briſtoll. per manum Eſturici Clerici ſui, & legi fecimus coram

Domino Winton, & } *Epiſcopis.*
Domino Bathon. }
Et W. de Gra. Cancellario noſtro, &
G. Filio Petri Juſticiario, &
W. Bruwere,
H. Archidiacono Wellen.
Rogero de Thoen.
G. de Acres.

A.D. 1208.

Et aliis fidelibus noſtris qui tunc præſentes aderant.

Et quod ipſum deinceps pro filio habebimus in eo affectu paternæ dilectionis, quâ unquam melius habuimus, & omnia ſua, tanquam dominica noſtra, & res dilecti filii noſtri, manutenebimus & cuſtodiemus, & in hujus rei, &c.

Teſte meipſo apud Briſtoll. 26 die Decembris, Anno Regni noſtri 10.

De Bonorum reſtitutione Reginæ Berengariæ facienda.

A.D. 1209. An. 10. Joh.

INnocentius Papa Johanni Regi Anglorum illuſtri. Quantum celſitudini Regiæ in negotio cariſſimæ in Chriſto filiæ Berengariæ quondam Anglorum Reginæ illuſtris hactenus detulerimus, ſi melius notaviſſes, forſitan & tu nobis, immo ei cujus vicem licet immeriti gerimus, da quem aſcendunt à maxilla deſcendentes ab oculo lachrymæ viduarum, quas etiam exaudire, cum ad eum vociferaverint, ſe altiſſimus pollicetur, curâſſes in hac parte deferre, ac tandem vincens ſalubriter temetipſum, preces & monita noſtra tibi ſuper hoc plus quam octies replicata effectui mancipâſſes, nec coegiſſes præfatam Reginam totiens fatigari laboribus & expenſis, quam ex ſtrenuitate regali nobis non exhortantibus honorare debueras, & ab aliis pro viribus defenſare. conſiderato perſpicue quod id ad tuum honorem cederet & ſalutem.

Ecce jam octo annis & amplius apud te, propter hoc precibus & monitionibus inſiſtentes, expectavimus patienter ſiquo modo, tuæ ſaluti conſulens & honori, eidem Reginæ ſuper Dotalicio ſuo, medietate mobilium inclytæ recordationis Regis Ricardi fratris tui, & quibuſdam, aliis quæ ſibi competere aſſerit, ſatisfacere procurares, deferendo Deo & nobis qui forte plus debito tibi detulimus in hac parte.

Sed nec ſic adhuc potuimus proficere ſicut effectus indicat, & ſæpedictæ Reginæ querela noſtris auribus totiens inculcata, cum non ſolum ei ſatisfacere non curaveris, verum etiam nec coram judicibus illis, quibus negotium ipſum dinoſcimur pluries commiſiſſe, volueris juſtitiam exhibere; qui non tantum cavere debueras ne à te injuriarum actio naſceretur, ſed etiam cohibere quoſlibet tuæ ditioni ſubjectos ne injuriam cuiquam facerent, cum ad malefactorum vindictam, laudem verò bonorum gladium ſuſceperis bajulandum.

Certè non minus ſerenitati Regiæ quam ipſi Reginæ, immo longe amplius expediſſet noſtris ſuper hoc acquieviſſe monitis & conſiliis, per quæ divinam placare potueras Majeſtatem (quam propter injuriam ſæpedictæ Reginæ illatam videris graviter offendiſſe) ac etiam laudem in conſpectu hominum promereri; quia etſi ei ſuper damnis eſſet rerum temporalium ſatisfactum, tibi damnum innocentiæ reſarciſſes, quod non eſt dubium eſſe majus.

Veruntamen ſi te forſan exiſtimes eidem in aliquo non teneri, coram nobis, qui perſonam hominis in judicio non accepimus, ſet juſtum judicium, prout ille nobis inſpirare dignatur qui omne judicium dedit filio, judicamus, ſaltem ipſi debueras juſtitiam exhibere, ac non uti potentiæ magnitudine contra illam; ſciens quod potentior eſt te, ille qui facit miſericordiam & judicium omnibus injuriam patientibus, & in regno hominum dominatur.

At tu hæc prout convenit non attendens, nec ſatisfacere illi, nec ſubire ſuper prædictis Judicium cum eadem hactenus voluiſti; cum enim poſt octo annos elapſos, per quos regiæ ſerenitati detulimus, nolentes ulterius deferre homini contra Deum, qui viduam voce prophetica præcipit defenſari, tibi dederimus in mandatis ut uſque ad feſtum Nativitatis beatæ Mariæ, proximo præteritum, per Procuratorem idoneum te noſtro conſpectui præſentares, exhibiturus ſæpe fatæ Reginæ, vel Procuratori ejuſdem ſuper præmiſſis & aliis, ſi qua forte adverſus te duceret proponenda; quod ordo poſceret rationis, tu id efficere penitus contempſiſti, licet dilectus filius prior Wigornienſis, de mandato venerabilis fratris noſtri Wigornienſis Epiſcopi, exhibitis tibi litteris noſtris, præfatum terminum ex parte noſtra tuæ magnitudini peremptorium aſſignarit, ſicut venerabiles fratres noſtri Elienſis & præfatus Wigornienſis Epiſcopi, quibus ſuper hoc direximus ſcripta noſtra, per ſuas nobis litteras intimarunt; Procuratore ipſius Reginæ ad prædictum terminum ad ſedem apoſtolicam accedente, ac per quatuor menſes & amplius expectante.

Quia igitur contra ſalutem noſtram & tuam, tibi deferre ulterius nec volumus nec debemus, ſerenitatem regiam monemus & exhortamur attentius in virtute Spiritus Sancti, firmiter injungentes quatenus uſque ad ſex menſes, poſt ſuſceptionem præſentium, aut præfatæ Reginæ ſatisfacias congrue de prædictis, aut componas, ſi fieri poſſit, amicabiliter cum eadem, vel per ſufficientem & idoneum reſponſalem te noſtro conſpectui repræſentes, A.D. 1209. ſentes, exhibiturus eidem vel Procuratori ſuo ſuper iis, & aliis, quæ adverſus te duxerit proponenda, juſtitiæ complementum. Alioquin extunc in Somerſetſire Manerium de Yyeceſtre, & Manerium de Meretoc cum pertinentiis eorumdem, & totam Rotelandam cum pertinentiis ejus, & Manerium de Keten cum tota Socka, & Brudecroſt, & Nortuſham cum pertinentiis eorumdem: Et in Barcheſcire Manerium de Lamburn cum pertinentiis ejus; & in Wilteſcire, Weſtburi, Wilton & Malmesburi, cum pertinentiis eorumdem; & in Sudſex Villam Arundellæ cum honore ac pertinentiis ſuis; & Civitatem Ciceſtriæ cum ipſius pertinentiis; & in Oxonefordeſcire Villam de Stanton cum pertinentiis ejus; & in Nordhantonſcie, Rokingham cum pertinentiis ejus, & Villam de Nordhanton; in Deveneſcire Manerium de Keinton, & Leſton cum pertinentiis ſuis, ac Manerium de Alricheſcote cum Villa de Soloncumbis, & Quenewke cum pertinentiis ſuis; & Civitatem Exoniæ; & in Sudhamtonſcire Manerium de Wlfintonia cum pertinentiis ſuis: & in Hertfordeſcire Berchampſtede cum toto honore ac pertinentiis ejus; ac in Eſſex, Villam de Waltham cum pertinentiis ejus: & in London Eya Reginæ: & in Lincolnſcire Graham cum pertinentiis ſuis: & Villam de Stamford cum pertinentiis ejus; ac in Glouveſceſtreſcire honorem de Berkleia, ac pertinentias ejus.

Cum omnibus aliis Maneriis, Villis, & Caſtris quæ ad Dotalicium præfatæ Reginæ ſpectare noſcuntur; necnon demania; Maneria tua in prædictis Comitatibus conſtituta; de quibus præfata Regina lanam debet habere; licet omnia prædicta ex alia cauſa ſuppoſita ſint ſententiæ interdicti; propter hoc pari ſententia ſpecialiter decernimus alligata, ut in iis omnibus nequaquam interdicti ſententia relaxetur, donec ſuper hoc ſatisfeceris competenter, dantes diſtricte venerabilibus fratribus noſtris Roffenſi & Saresberienſi Epiſcopis nihilominus in præceptis ut ipſi, humana gratia & mundano timore poſtpoſitis, præfatam ſententiam publicent & faciant, ſublato cujuſlibet contradictionis & appellationis obſtaculo, auctoritate noſtra firmiter obſervari. A.D. 1209.

Quod ſi nec ſic tua poterit durities emolliri, in te manus noſtras fortius curabimus aggravare, ſciturus quod quantumcunque te, ſicut cariſſimum in Chriſto filium, diligamus, quia tamen in tuæ ſalutis diſpendium tibi ulterius non credimus deferendum, nullam omittemus penitus rationem, quin noſtrum officium exequamur, donec, ad cor rediens, ſuper hoc Apoſtolicæ ſedi te offeras pariturum.

Datum Laterani, duodecimo Kal. Februarii, Pontificatûs noſtri Anno undecimo.

Litteræ Johannis Regis Angliæ certis per Germaniam magnatibus miſſæ, de Othone Rege & Nepote ſuo.

A.D. 1209.

An. 10. Joh.

Pat. 10. Johan. n. 4. d.

VEnerabilibus in Chriſto patribus Dominis Moguntin. Colon. Maydeburgenſi, Treuerenſi, Dei gratiâ, Archiepiſcopis, & Spirenſ. Leodicenſ. Cameracenſ. Herbipol. Argentun. Metenſi Alneſtod. Manaſter. Ildeſhem. Traject. Epiſcopis; & de Volda, & Herſefeld Abbatibus; & viris nobilibus & amicis kariſſimis, Duci Saxon. Duci Brabant. Landegrave Durniſ. Duci Cermſ. C. Marchioni Auſtriæ, T. Marchioni de Miſa, A. Marchioni de Bran Duci Bavariæ, & Duci Auſtriæ, Johannes, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, &c.

A.D. 1209. Litteras quorumdam ex vobis ſuſcepimus, quas kariſſimus Nepos noſter Dominus Rex Otho nobis deſtinavit, per Fratrem ſuum Nepotem noſtrum Ducem Saxoniæ, & Camerarium, & Seneſcallum ſuum, quos de voluntate & conſcientia omnium veſtrûm emanâſſe credimus; & habuimus ſuper hiis, quæ nobis conſuluiſtis, magnum tractatum & diligens conſilium cum fidelibus noſtris, qui nobis conſuluerint quod nos conſilio & voluntati veſtræ adquieſceremus, quatenus de jure poſſemus.

Unde ad prædictum Regem, & ad vos mittimus dilectos & fideles noſtros

A.D. 1209. W. Comitem Sarr. fratrem noſtrum, & fratrem R. Priorem Hoſpitalis Jeruſalem in Anglia, & Adam de Portu, & J. Archidiaconum Wigorn. & H. Archidiaconum Stafford, per ipſos ei & vobis ſignificantes ea quæ in prædicto Conſilio noſtro accepimus; & veſtram rogamus attentius diſcretionem quatenus, pro Deo, & honore noſtro, juxta quod ipſi —— proponerent, intendatis & procuretis ea fieri, quæ honori dicti Regis, Domini veſtri & Nepotis noſtri, & honori veſtro magis videritis congruere & meliùs expedire.

Volumus autem vos non latere quod, *ex eo quod terram regendam* ſuſcepimus & poteſtatem habuimus, multotiens ei, etiam ad gravamen noſtrum, ſubvenimus, ejus plurimum deſiderantes ſublimationem; & jam tempus eſſet quod id nobis remuneraret, & quod nos *alter alteri* adinvicem ſubvenerimus, cum tanta & talis jampridem inter nos facta ſit confœderatio, & ſcriptis & ſacramentis firmata, quæ de jure rumpi non poterit, nec debebit. A.D. 1209.

Teſte Domino Winton. Epiſcopo apud Lond. viceſimo quarto die Martii.

De Feodo 1000 *Marcar. ſoluto H. Duci Saxon.*

A.D. 1209.
An. 10. *Joh.*
Pat. 10. *Johannis, m.* 1. *n.* 4.

REX omnibus, &c. Sciatis quod J. filius Hugonis liberavit, per præceptum noſtrum, H. Duci Saxon. mille Marcas de dono & de feodo ſuo.

Et Henr. de Ver quadringentas Marcas ad liberationes Servientum & Baliſtar.

Et in Camera noſtra centum & triginta Marc. per manum W. Archid. Hunted. de pecunia, quam Regin. de Cornhill. liberavit apud Windleſor. A.D. 1209.

Et hoc vobis mandamus, ut ſciatis ipſum inde eſſe quietum.

T. W. Archid. Hunted. apud Lameh. 24 Mart. per eundem.

Johannes Rex ſub protectione ſua ſuſcipit Conradum de Wilra, Seneſcallum Othonis Imperatoris.

A.D. 1209.
An. 10. *Joh.*
Pat. 10. *Johannis, m.* 1. *n.* 5.

REX omnibus, &c. Sciatis quod Conradus de Wilra Seneſcall. illuſtris Regis Othonis Nepotis noſtri, & terra ſua, & homines, & res, & poſſeſſiones ſuæ, quas habet in Anglia, ſunt in cuſtodia & protectione noſtra.

Et ideo vobis mandamus & firmiter præcipimus quatinus ipſum & omnia ſua cuſtodiatis, manuteneatis & defendatis, ſicut noſtra dominica; & non faciatis, aut fieri permittatis ei, aut ſuis aliquam injuriam, gravamen aut moleſtiam.

Et, ſi ei, aut ſuis in aliquo foriſfactum fuerit, id eis ſine dilatione faciatis emendari. A.D. 1209.

Conceſſimus etiam eidem Seneſchallo, quod ipſe ſit quietus de placitis & querelis; & quod ipſe, & terra ſua, & homines ſui ſint quieti de Sciris, & Hundredis, & de Seſſis Sciraum, & Hundredorum, quamdiu ipſe fuit in ſervitio noſtro in Alemanniâ per præceptum noſtrum.

T. Galfrido Filio Petri apud London. viceſimo quarto die Martii, Anno Regni noſtri Decimo.

De quindecim millibus Marcarum, ſolvendis Regi Angliæ per Regem Scotiæ.

A.D. 1209. *An.* 11. *Joh.* *L. A. fo.* CLXXXV. *penes Camerar. Scaccar.*

VIllhelmus, Dei gratiâ, Rex Scotorum omnibus, ad quos præſens Carta pervenerit, ſalutem.

Sciatis quod tenemur reddere Domino noſtro Johanni illuſtri Regi Angliæ quindecim millia Marcarum ad terminos ſubſcriptos, ſcilicet,

1. Ad feſtum Sancti Andreæ Apoſtoli, Anno Regni ejuſdem Regis Johannis undecimo, tria millia Marcarum, & ſeptingentas, & quinquaginta Marcas.

2. Et ad Pentecoſten proximam, ſcilicet, Anno Regni ejuſdem Regis Johannis duodecimo, tria millia Marcarum, & ſeptingentas, & quinquaginta Marcas.

3. Et ad ſubſequens feſtum Sancti Andreæ Apoſtoli, Anno eodem, tria millia Marcarum, & ſeptingentas, & quinquaginta Marcas.

4. Et ad Pentecoſten proximo ſequentem, ſcilicet, Anno Regni ejuſdem Regis Johannis decimo tertio, tria millia Marcarum, & ſeptingentas, & quinquaginta Marcas, pro habenda benevolentia ejuſdem Domini noſtri Johannis Regis Angliæ, & pro Conventionibus tenendis, quæ inter ipſum & nos factæ, & per Cartas noſtras hinc & inde confirmatæ ſunt.

Et pro hac pecuniâ, & ad prædictos terminos reddendâ, & pro eiſdem terminis fideliter tenendis, dedimus ei in tenentiam, obſides noſtros quos habet, & qui in prædictis Cartis noſtris nominati ſunt; exceptis duabus filiabus noſtris quas ei liberavimus.

Et cum prædictam pecuniam, ad terminos præſcriptos, ei perſolverimus, ipſe nobis hanc Cartam noſtram reddet quietam.

Teſtibus,

Domino W. Epiſcopo Sancti Andreæ.
Philippo de Valonnis,
Roberto de Ros,
Roberto de Veteri Ponte.

Apud Northampton, ſeptimo die Auguſti.

Litteræ Innocentii Papæ de intendendo ad ſuccurſum Terræ Sanctæ.

A.D. 1211. *An.* 13. *Joh.* *Ex Orig.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Johanni Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Litteras, quas nobis regia ſublimitas deſtinavit, recipimus benignitate; & quæ de Treugis, initis cum cariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Rege Francorum illuſtri, ſignificaſti per eas, notavimus diligenter.

Cum igitur Treugas ipſas, ut ſubvenire poſſis expeditiùs terræ Sanctæ, aſſeras iniiſſe, Serenitatem tuam rogamus, attentiùs monentes & exhortantes in Domino, quatenus ad ejuſdem terræ ſuccurſum intendas ſolicitè ac potenter.

Dat. Lateran. decimo quarto Kal. Novembris, Pontificatûs noſtri Anno decimo quarto.

De Nunciis hinc inde inter Regem & Othonem Imperatorem.

A.D. 1212.
An. 14. *Joh.*
Clauſ. 14. *Johannis, m.* 8. *d.*

KArisſimo Nepoti ſuo Othoni Romanorum Imperatori illuſtrisſimo, Johannes, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. & intimum debitæ dilectionis affectum.

Excellentiæ veſtræ Litteras & Nuncios cum gaudio ſuſcipimus, & cum ea devotione, qua debuimus, grates veſtræ dilectioni referentes uberrimas de bono & dulci mandato veſtro, de quo multum confidimus, & de Nunciis veſtris viris providis & diſcretis, de quibus plurimum vos laudamus.

A.D. 1212.

Mittimus autem ad vos Nuncios noſtros viros ſolempnes, ſcilicet, fideles & familiares noſtros, Walterum de Gray Cancellarium noſtrum, Sayer. de Quency Comitem Winton. Willielmum de Cantilupo Dapiferum, & Robertum Treſgoz, rogantes quatenus eis, ſuper hiis, quæ vobis ex parte noſtra dixerint, fidem habeatis indubitatam.

De Homagio per Reginaldum Comitem Boloniæ Johanni Regi Angliæ faciendo.

A.D. 1212.
A. 14. *Joh.*
Cart. 14. *Johannis, m.* 7.

OMnibus Chriſti fidelibus, hanc Cartam inſpecturis, Reginaldus Dammartin Comes Boloniæ, ſalutem.

Sciatis quod homagium & fidelitatem feci Domino Regi Angliæ Johanni, tanquam Domino meo ligio, & quod fideliter ei ſerviam quamdiu vixero contra omnes mortales, & ſine ipſo pacem vel treugam non faciam cum Rege Franciæ, vel cum Ludovico filio ſuo, vel cum aliquo alio quem inimicum ejus eſſe ſcierim.

Et hoc fideliter & firmiter obſervandum ego propriâ manu juravi, & Simon frater meus, & fideles mei Wallo de Cupella, Hugo de Beſtely, Johannes de Leſtes, & Aldinus frater meus, & Robertus Mareſcallus idem juraverunt.

A.D. 1212.

Et, ad majorem hujus rei ſecuritatem, liberabo ei obſides ſubſcriptos, S. Uxorem meam, duos filios Willielmi de Fiennes, filium Johannis de Seningeham, filium vel filiam Comitis de Clunny, Simonem filium Juliani de Canewell, filium Danielis de Betenecurt, filium Anſelmi Pincernæ, filium Beron de Coleberd, fratrem Baldwin. de Riparia, filium Willielmi de Odria, & inſuper Domino meo Regi hanc Cartam meam feci. Teſtibus, &c.

Litteræ Vicecomiti Thuwarc. de Othone Imperatore, de ſervitio Com. Boloniæ, &c.

A.D. 1212.
A. 14. *Joh.*
Clauſ. 14. *Johannis, m.* 9. *d.*

REX Vicecomiti Tuwarc. &c.

Sciatis quod Dominus Imperator, Nepos noſter miſit ad nos in Angliam Comitem Boloniæ ad faciendam voluntatem noſtram, & manucepit ſuper corpus ſuum & animam ſuam quod idem Comes fideliter nobis imperpetuum ſerviet.

Miſit etiam nobis, per eundem Comitem, litteras ſuas de credentia, mandans quod totis viribus ſuis, quando & ſicut voluerimus, nos paratus eſſet adjuvare.

A.D. 1212.

Quædam etiam alia verba privata nobis ſignificavit quæ litteris adhuc commendare noluimus, ſed, Deo volente, vobis ſperato citius præſentialiter exponemus.

Mandavit etiam per litteras ſuas omnibus, qui ei in fide & in amore tenentur, A.D. 1212. tur, quod, ſicut nos diligunt, nobis tanquam caro avunculo ſuo ſint auxiliantes ad jus noſtrum conquirendum, & quicquid nobis fecerint, ſibi factum reputabit.

Fecit igitur idem Comes penitus noſtram voluntatem, & in die Aſcenſionis Domini, nobis homagium & fidelitatem apud London facturus erat coram multitudine Comitum & Baronum, quos illuc generali edicto fecimus ſummoneri.

Hæc autem ita publice apud London fieri voluimus, ut amici noſtri gaudium, & inimici noſtri confuſionem habeant manifeſtam.

Credimus autem quod, Dei & amicorum noſtrorum auxilio, nobis, in brevi, ad jura noſtra conquirenda accreſcet fortitudo.

Ad hæc vobis mandamus quod cum ille, de quo nobis mandaſtis, ad nos venerit, mittatis ad nos fideles noſtros Odon. de Sancto Bertwin. & Radulfum de Normanvill. & quod apud ipſum inveneritis, per ipſos nobis ſignificetis.

A.D. 1212.

Mandetis etiam nobis de ſtatu Hugonis de Baneay, qui ſe multum intromiſit, ut audivimus, de habenda cuſtodiâ Villæ de Thuwarc. & ſciatis quod, ex quo illud audieramus, mandavimus Ballivis & Conſtabulariis noſtris ut ſe de illius cuſtodiâ præcaverent.

Ad hæc ſciatis quod Dominus Imperator nobis mandavit illos mendaces extitiſſe, qui nobis dederunt intelligere quod ipſe Nuncios Regis Franciæ receperat; quia nullos ipſius Nuncios ſine nobis recipiet; & nos rogavit ut nos, ſine eo nullos recipiamus: Et dixit quod, ſi homines ſui fuerint qui hoc nobis intelligere fecerunt, proditores ſui erant; &, ſi noſtri homines, tunc noſtri proditores fuerunt.

Hoc autem vobis mandamus ut hæc ſciatis, &, quibus videritis communicanda, communicetis.

Teſte meipſo apud Lameh. quarto die Maii.

De Fœdere inter Johannem Regem Angliæ, & Ferandum Comitem Flandriæ componendo.

A.D. 1212.
An. 14. Joh.
Clauſ. 14. Johannis, m. 9. d.

REX Ferando Comiti Flandriæ, &c.

Sciatis quod fidelis noſter Reginaldus, Comes Boloniæ locutus eſt nobiſcum de vobis, & quod libenter vos ad fidem & ſervitium noſtrum attraheremus, tantum erga vos facientes de feodo veſtro vobis reddendo, & de aliis, quod non ſtabit per nos quin amicitia inter nos & vos perpetua perſeveret.

Et ideo vos rogamus quatenus aliquos, de veſtro concilio diſcretos, ad nos in Angliam, ſine dilatione, mittatis, ad fœdus inter nos componendum, per conſilium prædicti Comitis; quem, propter hoc, nobiſcum retinemus, ſicut fideles noſtri, Adam Keret & Willielmus Creſet, quos ad vos mittimus, vobis dicent.

A.D. 1212.

Nos vero procul de marina interim non recedemus, & vos ſimiliter prope marinam vos teneatis; ut, prætacto inter nos & Nuncios veſtros negotio noſtro & veſtro, citius ad ea, quæ prælocuta fuerint, conſummanda convenire poſſimus.

Teſte meipſo apud London, quarto die Maii.

De Præſtito Comitiſſæ Flandriæ faciendo.

A.D. 1212.
An. 14. Joh.
Clauſ. ut ſupra.

REX dilectæ Margaretæ Comitiſſæ Flandriæ, &c.

Super hoc quod nobis mandaſtis per fidelem veſtrum Willielmum de Creſeck, de tribus millibus Marcarum vobis commodandis, ab inſtanti medio Auguſto in unum annum,

A.D. 1212.

Sciatis quod illas vobis libenter accommodabimus; ita quod habeamus litteras veſtras Patentes, & litteras nepo-

A.D. 1212. tis veſtri Ferand. Comitis Flandriæ, & litteras trium Villarum Flandriæ, ſcilicet, Gant. Burg. & Ipre. teſtificantes quod de tanto nobis teneamini, & quod ad terminum prædictum nobis illas perſolvatis; &, cum litteras prædictas nobis miſeritis, prædictam pecuniam vobis mittemus.

Teſte meipſo apud Lameh. quarto die Maii.

Pro Comite Boloniæ; de pace aut treuga cum Rege Franciæ.

A.D. 1212.
An. 14 Joh.
Cart. 14. Johannis, m. 7.

JOhannes, Dei gratiâ, Rex, &c. Omnibus fidelibus ſuis, præſentem Cartam inſpecturis, &c.

Sciatis quod conceſſimus dilecto & fideli noſtro Reginaldo de Dammartin, Comiti Boloniæ, quod non faciemus pacem vel treugam, ſine ipſo, cum Rege Franciæ, nec cum Ludovico filio ſuo; &, ſi terram noſtram & ſuam recuperare poſſimus, per pacem, vel per treugam, ipſe tenebitur ad terram ſuam recipiendam: Et, ſi ipſe terram ſuam aliqua occaſione recipere noluerit, propterea noſtram recipere non omittemus

Et, ſi treugam facere voluerimus, ipſum, ſi voluerit, infra treugam illam ponemus.

Et, ſi fortè ſibi viderit expedire, & voluerit extra treugam illam eſſe, ipſe extra treugam illam erit; ſalvis ſibi poſſeſſionibus ſuis quas eadem die habebit: Ita tamen quod non foriſfaciet Regi Franciæ de feodo, quod de ipſo Rege tunc tenebimus.

Et, ſi pacem fecerimus cum Rege Franciæ, qualem ſecuritatem habuerimus de terrâ noſtrâ, talem habebit idem Comes de terra ſua.

Teſtibus,

Domino P. Winton. Epiſcopo,
W. Comite Sarum fratre noſtro,
G. filio Petri Comite Eſſex,
R. Comite Ceſtriæ,
W. Mareſcallo Comite Penbrociæ,
W. de Warenna Comite Surriæ,
R. le Bygod Comite Norfolciæ,
S. de Quency Comite Wintoniæ,
W. de Arundell Comite Suſſexiæ,
Comite David,
Alberico de Vere Comite Oxoniæ,
W. de Gray Cancellario noſtro,
Abbate de Seleby,
H. Archidiacono Huntendon.
H. de Vere,
Willielmo Briwer,
R. Filio Walteri,
H. de Turnay,
Petro filio Hereberti,
Warino filio Geroldi,
Thoma Baſſet,
Matheo filio Hereberti,
H. de Nevill,
R. de Burgal.
Simone de Pat,
Briano de Inſula,
J. filio Hugonis,
Ph. de Albiniaco,
H. filio Geroldi,
W. de Cantilupo Seneſcallo noſtro,
W. de Harecurt,
G. de Clova,
G. de Mandevill.
H. le Bygod,
G. de Say,
Adam de Keret Caſtellano de Berg.
W. de Creſet,
Hugone de Bouue,
Euſtachio de Moine,
Thoma Keret.

Datum per manum Magiſtri Ricardi de Mariſco apud Lameh. quarto die Maii, Anno Regni noſtri Decimo quarto.

Reginaldus Rex Inſularum devenit Homo ligius Reg. Joh.

A.D. 1212. *Cart. 14. Johannis, m. 7. d.*

OMnibus Chriſti fidelibus, præſentem Cartam inſpecturis, Reginaldus Rex Inſularum Salutem.

Sciatis quod deveni homo ligius Domini Regis Angliæ Johannis contra omnes Mortales quamdiu vixero, & inde ei fidelitatem & Sacramentum præſtiti.

Et in hujus re teſtimonium hanc Cartam meam inde feci.

Teſtibus;

Domino P. Winton. Epiſcopo,
W. Comite Sarum,
G. filio Petri Comite Eſſex,
S. Comite Winton.
Willielmo Briwerr,
Guarino filio Geroldi.

Apud Lameh. 16 die Maii.

De Litteris Othonis Imperat. & proſpero ſtatu.

A.D. 1212. *A. 14. Joh. Clauſ. 14. Johannis, m. 9. d.*

REX fidelibus ſuis G. de Podio Majori Engoliſm, G. de Nevill Camerario, Radulpho de Faya, Emer. de Alnwick, & Petro de Faya, &c. Sciatis quod, Dei gratia, ſani ſumus & incolumes; &, ut de ſtatu noſtro de rumoribus noſtris vos reddamus certiores, mittimus vobis tranſcriptum litterarum Domini Imperatoris Nepotis noſtri, quas nuper, ſub Bulla aurea, per Nuncios ſuos ſolempnes nobis tranſmiſit.

Nos vero ad eum Nuncios noſtros ſolempnes miſimus, ſcilicet, W. de Gray Cancellarium noſtrum, S. Comitem Winton. W. de Cantilupo Seneſcallum noſtrum, & Robertum Treſgoz, & in proximo Deo volente, tales, audietis rumores, unde vos & omnes, qui nos diligunt, gaudium meritò habere debebitis.

A.D. 1212.

Rogamus autem vos, quatenus agendis noſtris diligenter & viriliter intendatis; de ſtatu veſtro & terræ noſtræ nos certificetis, & prædicta, quibus videritis communicanda, communicetis.

Eodem modo ſcribitur Ivon. de Jallia Seneſcallo Pictaviæ, A. Vicecomiti Thuware. T. R. apud Lameh. 23 die Maii.

Litteræ Duci Limburg. de ſervitio & homagio.

A.D. 1212. *An. 14. Joh. Clauſ. 14. Johan. m. 9. d.*

REX dilecto amico ſuo Duci Lemburic. &c.

Grates vobis referimus ſuper hoc, quod nobis per Comitem Boloniæ ſignificaſtis, ſcilicet, quod, ſi vobis feodum, quod frater noſter Dominus Rex Ricardus vobis contulerat, redderemus, libenter ad fidem & ſervitium noſtrum veniretis, & homagium nobis tanquam Domino ligio, contra omnes de feodo illo faceretis.

Quoniam vero Societatem & amicitiam veſtram plurimùm diligimus & approbamus, & negotia noſtra per conſilium veſtrum expediri cupimus, ſciatis quod ſervitium & homagium veſtrum gratanter recipiemus, & vos in plenam gratiam noſtram admittemus, & prædictum feodum vobis reſtituemus.

A.D. 1212.

Et, quia hoc negotium deſiderat inſtantiam, & in hoc articulo eſſe poterit periculoſa dilatio, vobis mandamus quatinus, dilatione poſtpoſita, ad nos in Angliam veniatis, ut res iſta, quæ utrique noſtrûm, per Dei gratiam honorabilis erit & fructuoſa, ad optatum effectum fideliter perducatur.

Et ſciatis quod eo acceptior erit nobis veſter adventus, quo magis vos videre, & veſtro frui colloquio, etiam ſi nichil amplius inter nos fieret, deſideramus.

Teſte meipſo apud London. 24 die Maii.

Quod

Quod Walamus filius Ducis Lemburgh. in Angliam cum 9. Militibus veniat.

A.D. 1212. *An. 14. Joh. Ibidem.*

REX Walamo filio Ducis Lemburg.

Mandamus vobis, rogantes quatenus veniatis ad nos, te decimo Milite, in Angliam ſub feſtinatione, bene parati equis & armis; ita quod grates vobis ſcire debeamus.

Teſte meipſo apud Lameh. 24 die Maii.

Ejuſmodi Literæ Theobaldo Comiti de Bar.

A.D. 1212. *An. 14. Joh. Clauſ. 14. Johan. m. 9. d.*

REX Theobaldo Com. de Bar. &c. Grates vobis referimus de hoc, quod nobis per Comitem Boloniæ ſignificaſtis, ſcilicet, quod, ſi vobis terras & feoda, quæ aliquando de dono noſtro habuiſtis, redderemus cum arreragiis ejuſdem feodi, libenter ad fidem & ſervitium noſtrum veniretis, & homagium nobis, tanquam ligio Domino, contra omnes de feodo illo faceretis.

Quoniam vero Societatem veſtram & amicitiam plurimum diligimus & approbamus, & negotia noſtra per Conſilium veſtrum expediri cupimus, ſciatis quod ſervitium & homagium veſtrum gratanter recipiemus, & vos in plenam gratiam noſtram admittemus, & terras prædictas & feodum prædictum vobis reſtituemus.

Sed de arreragiis; id, quod petitis, nulli faceremus qui in ſervitio noſtro continuo non perſeveraſſet; attamen, cum ad nos veneritis, vobis, per conſilium fidelium noſtrorum, ſecundum bonum ſervitium veſtrum, tantum faciemus, unde merito vos pacatos tenere debebitis.

Quoniam igitur hoc negotium deſiderat inſtantiam, & in hoc articulo eſſe poterit periculoſa dilatio, vobis mandamus quatenus, dilatione poſtpoſita, ad nos in Angliam veniatis, ut res iſta, quæ utrique noſtrum, per Dei gratiam, honorabilis erit & fructuoſa, ad optatum effectum feliciter perducatur.

Et ſciatis quod eo acceptior erit nobis veſter adventus, quo magis vos videre, & veſtro frui colloquio, etiam ſi nichil amplius inter nos fuerit, deſideramus.

Teſte meipſo apud Lameh. 23 Maii.

Literæ Johannis Regis Henrico filio Comitis de Bar. quibus promittit ſe prædictum Henricum in ſervitium & fidem ſuam recipere.

A.D. 1212. *A. 14. Joh. Clauſ. m. 9. d.*

REX dilecto amico ſuo Henrico filio Comitis de Bar. &c.

Grates vobis referimus de hoc quod nobis per Comitem Boloniæ ſignificaſtis.

Et ſciatis quod ſervitium veſtrum & homagium plurimum diligimus & approbamus, & in gratiam & amorem noſtrum vos libenter recipiemus, ſicut idem Comes vobis dicet.

Et ideo vobis mandamus quatenus, omni dilatione poſtpoſita, ad nos in Angliam veniatis, quia non ſtabit per nos quin in fide & ſervitio noſtro in perpetuum remaneatis.

Johannes Rex Angliæ gratias refert Lovaniæ Duci, quod Imperatoris partes ſuſtinet.

A.D. 1212. *A. 14. Johan. m. 8. d.*

REX Henrico Duci Lovan, &c.

Grates vobis referimus de hoc quod ad petitionem noſtram, diligenter & efficaciter intendiſtis promotioni & ſervitio Nepotis noſtri Imperatoris Romani; ſcimus autem quod, pro amore & occaſione noſtri, multo ei devotiores in multis, noſtri gratia, extitiſtis.

Sciatis autem quod ipſe ad nos Nuncios ſuos

A.D. 1212.

ſuos ſolempnes, & litteras amicabiles tranſmiſit; propter quos, in proximo, Deo volente, utrique noſtrûm commodum & honorem, & vobis & omnibus amicis noſtris gaudium credimus proventurum.

Mittimus autem ad eum Nuncios noſtros fideles & familiares noſtros Walterum de Gray Cancellarium noſtrum, Sayerum de Quency Comitem Winton. W. de Cantilupo Dapiferum noſtrum & Robertum Tregoz, cum reſponſo & voluntate noſtra: Et vos rogamus quatinus, ſi fieri poſſit, in propria perſona, ad ipſum Imperatorem accedatis, ut una cum eis coram eo præſentes ſitis, vel litteras veſtras ei deſtinetis: Rogantes & conſulentes quod, juxta mandatum noſtrum, efficaciter ſuo & noſtro commodo provideat & honori.

Grates autem Deo referimus de hoc, quod nobis ad votum ſucceſſit in partibus Epiſcopi Leodon. unde nobis mandaſtis: Mittimus autem ad vos dilectum noſtrum Gothfredum Fratrem veſtrum, G. de Louvan. ut per ipſum nobis ſcire faciatis quod nobis auxilium in hoc negotio noſtro facturi ſitis, quia jam diu vobis peparcimus, ſicut bene ſcitis; vobis etiam nuper bene providimus poſt adventum Comitis Boloniæ in Angliam; quia ſuſtinere nolumus quod in aliquo, de jure veſtro alienati eſſetis vel elongati.

Alia Littera Duci Lovaniæ.

A.D. 1212.
A. 14. *Joh.*
Clauſ. 14. *Johan. m.* 8. *d.*

REX Henrico Duci Lovan. &c. & ſinceram dilectionem.

Rogamus vos, quatenus permittatis, quod Milites & ſervientes terræ veſtræ veniant ad dilectum & fidelem noſtrum Comitem Boloniæ, in ſervitium noſtrum; & ad hoc tale conſilium & auxilium præſtetis, ſi placet, quod vobis grates ſcire debeamus; quia, quod ſuper hoc ei feceritis, nobis factum eſſe non dubitetis.

Littera Seneſcallo Lovaniæ.

A.D. 1212.
A. 14. *Joh.*
Clauſ. 14. *Johan. m.* 8. *d.*

REX Ern. de Rotel. Seneſcallo Duc. Lovan. &c.

Mandamus vobis rogantes quatenus ad nos, ſine dilatione, veniatis in Angliam, bene parati cum equis & armis; ita quod vobis grates ſcire debeamus.

De his qui a partibus tranſmarinis veniunt in ſervitium Regis in Angliam.

A.D. 1212.
A. 14. *Joh.*
Pat. 14. *Johannis, m.* 4.

REX omnibus illis, qui veniunt de partibus tranſmarinis ad ſervitium ſuum in Angliam, Salutem.

Mandamus vobis quod faciatis ea quæ dilecti & fideles noſtri Hubertus de Burgo Seneſcallus noſter Pictaviæ, & Philippus de Albiniaco, vel alter eorum vobis dixerit, ex parte noſtra, de veniendo ad nos.

Et in hujus, &c. vobis inde mittimus. Teſte meipſo apud Odiham. 24. die Maii. Anno Regni noſtri 14.

Litteræ Comiti Flandriæ.

A.D. 1212.
A. 14. *Joh.*
Clauſ. 14. *Johan. m.* 7. *d.*

REX amico ſuo cariſſimo F. Comiti Flandr. ſalutem & dilectionem.

Grates vobis referimus ex hoc quod virum probum & diſcretum Walterum de Haubergecurt ad nos miſiſtis, & ex hiis quæ per eum nobis ſignificaſtis, ad quæ perficienda, ad honorem & commodum utriuſque noſtrum, parati ſumus venire uſque Doveriam à die Sanctæ Mariæ Magdalen. in 15. dies in occurſum veſtrum; & ideo ad vos mittimus dilectum & fidelem noſtrum Jacobum de Caleto, Rogantes quatinus per ipſum, vel aliquem de familiaribus veſtris nobis ſignificetis ſi ad terminum illum ad nos illuc venire poſſitis.

A.D. 1212. Miſimus enim illuc Comitem Sarum fratrem noſtrum, qui vobis literas noſtras patentes de ſalvo conductu veſtro, & literas ejuſdem Comitis, & literas Domini Winton. Epiſcopi, & Galfr. filii Petri juſticiarii noſtri, & Comitis Arundell. & Comitis de Ferar. habere faciet. Vos autem ſuper hoc nos quam tempeſtivè poteritis certificetis. A.D. 1212.

Teſte meipſo apud Wodeſtock. viceſimo die Julii.

Littera qua ordine narratur quam male ſe geſſerat Willielmus de Breoſa.

A.D. 1212. An. 14. Joh. L.B. fol. 419. penes Camerar. Scaccar.

Johannes, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, univerſis hoc præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem.

Ut univerſitati veſtræ notum fiat qua de cauſa, & pro quo foriſfactus Willielmus de Breoſa de terra noſtra receſſerit, ſciatis quod idem Willielmus debuit nobis in ultimo receſſu noſtro de Normannia quinque millia Marcarum pro terra noſtra Momoniæ in Hibernia, quam ei dimiſeramus, nec infra quinquennium aliquid nobis inde reddidit, & cum multos inde terminos cepiſſet, nullum terminum tenuit.

Et præterea debuit nobis firmam Civitatis noſtræ de Limeric de quinquenio tunc præterito, & de toto prædicto debito nichil nobis reddidit præter centum libr. quas nobis accommodaverat apud Rothomag. unde nos poſtea rogavit quod illas ei computaremus in firma de Limeric, & id ei conceſſimus.

De debito autem, quod nobis debuit pro Momonia termini ei fuerant aſſignati, ſet omnes præteriit, & de pluribus terminis, quos inde poſtulaverat, nullum tenuit.

Poſt quinquennium ſunt completum, ſecundum conſuetudinem Regni noſtri, & per legem Scaccarii noſtri conſideratum fuit quod diſtringeretur, per Catalla ſua Angliæ, ad debita noſtra nobis ſolvenda; ſet ipſe omnia Catalla ſua ita ſummoverat, quod inveniri non potuerunt. Et mandavimus Ballivo noſtro de partibus Walliæ, ſcilicet, Gerard. de Athiis ut ipſum diſtringeret per Catalla ſua Walliæ propter eadem debita.

Et tunc venit ad nos Matildis de Heya uxor ſua, & W. Comes de Ferar. nepos ſuus, & Adam de Porter, qui ſororem ſuam habuit in uxorem, & multi alii amici ſui apud Glouceſtr. & rogaverunt nos ut prædictus Willielmus ad nos venire poſſet ad loquendum nobiſcum, & nobis ſatisfaciendum de debitis noſtris, & de terminis præteritis, & id eis conceſſimus.

A.D. 1212. Et interea acceſſimus Hereford. & ibi venit ad nos prædictus Willielmus & tradidit nobis tria Caſtra ſua Walliæ, ſcilicet, Hayam, Brechenum & Radenour. in tenentiam reddendi nobis prædicta debita noſtra, & ſatisfaciendi nobis de tranſgreſſione ſuâ infra terminum quem ad petitionem ſuam ei poſuimus.

Et inſuper totam terram ſuam Angliæ & Walliæ nobis in plegio poſuerit incurrendam, niſi terminum illum ſervaverat; & hoc modo ea recepimus.

Et præterea ipſe nobis liberavit in obſides, duos filios Willielmi de Braoſa junioris, & unum filium Reginal. de Braoſa, & quatuor filios hominum ſuorum; ſet nec propter hoc terminum illum magis quam terminos prædictos obſervare curavit.

Poſt modicum vero temporis, cum Gerardus de Athiis, cui caſtra illa commiſeramus, mandaſſet Conſtabulariis eorum quod venirent ad pacationes ſuas recipiendas, quæ eis fieri ſolebant de menſe in menſem, prædictus Willielmus, audiens quod Conſtabular. illi abſentes fuerunt, ipſe, & Willielmus junior, & Reginald. filii ſui collegerunt magnam multitudinem Gentis, & invaſerunt prædicta tria Caſtra, & omnia una die obſederunt; ſet, cum ibi proficere non poſſent, diverterunt ad quandam Villam ſcilicet Liminſtre, quæ cella eſt Abbatiæ de Rading, de libera Elemoſina noſtra, & medietatem Villæ illius combuſſerunt, & de Baliſtariis & ſervientibus noſtris ibi inventis, & de alia Gente noſtra quoſdam interfecerunt, & quoſdam vulneraverunt.

Gerardus verò de Athiis, hoc audiens, adunavit de Gente noſtra quot potuit, ut ſubveniret partibus illis quas illi invaſerant.

Willielmus vero, de loco ad locum ſe retrahens, fugit in Hiberniam cum prædictis filiis ſuis, & cum uxore ſua, & cum familiis eorum, & ibi a Comite Willielmo Mareſchall. & Waltero de Lacy, & Hugone de Lacy fuit receptus, & contra nos receptatus. Et nos eis mandavimus

davimus quod, deſicut ipſi homines noſtri ligii fuerunt, in fide, quâ nobis tenebantur, non receptarent inimicos noſtros, qui nobis foriſfecerant, & propter foriſfactum ſuum terram noſtram Angliæ reliquerant; ſet nichil, propter hoc mandatum noſtrum, inde fecerunt.

Mandaverunt tamen nobis quod manuceperunt pro eodem Willielmo, quod veniret ad nos infra certum terminum, quem litteris ſuis nominaverunt, ad ſatisfaciend. nobis de prædictis exceſſibus ſuis; & quod niſi infra terminum illum hoc faceret, ipſi eum de cætero non receptarent, nec in ſocietate ſua haberent, ſet de Hibernia ejicerent; & hoc conceſſimus, ſet nec illi, nec ille terminum illum vel promiſſum ſuum ſervaverunt.

Nos igitur tot & tantos omnium illorum exceſſus amplius ſuſtinere non potuimus, & exercitum adunavimus ad eundum in Hibernia; Et, dum præparavimus iter noſtrum, idem Willielmus venit ad Ballivos noſtros Hiberniæ, & petiit ab eis conductum ut ad nos venire poſſet ad quærendum pacem noſtram; & aſſenſerunt Ballivi noſtri, & ſacramentum ab eo receperunt quod nulla parte diverteret, ſet recto tramite ad nos iret; ſet, cum veniſſet in Balliva *Herefordiæ* dimiſsâ in Hibernia familiâ ſuâ, nos non reſpexit, ſet attraxit ad ſe quos potuit de inimicis noſtris, & nobis malum quærere cepit quod potuit.

Et, cum interim veniſſemus uſque Penbrok. cum exercitu noſtro ſuper mare Hiberniæ, acceſſit ad nos Willielmus Comes de Ferrariis nepos ejus, & rogavit nos ut liceret ei ire ad ipſum Willielmum, ad inquirendum animum ejus; & hoc ei conceſſimus & miſimus cum eo unum militem de domo noſtra, ſcilicet, Robertum de Burgate; & ipſi, revertentes, rogaverunt nos, ut idem Willielmus propiùs poſſet accedere ad loquendum nobiſcum per Internuncios; & hoc eis conceſſimus.

Et, cum veniſſet uſque ad aquam de Penbroc. obtulit nobis per Internuncios quadraginta millia Marcarum, pro habenda pace & benevolentia noſtra, pro omnibus debitis ſuis prædictis, & caſtris, & terris ſuis Angliæ & Walliæ: Et nos ei reſpondimus quòd benè novimus quòd non erat omnino in poteſtate ſua, ſet magis in poteſtate uxoris ſuæ quæ fuit in Hibernia.

Et mandavimus ei quod ituri fuimus in Hiberniam, & quod veniret nobiſcum in ſalvo conductu noſtro uſque in Hiberniam ad loquendum cum uxore ſua & amicis ſuis de fine quem optulit, & ad firmandum ibi Conventiones quæ inde inter nos fierent; Et, ſi ibi inter nos convenire non poſſet, ipſum ad eundem locum in Walliâ ſalvò remitteremus in eodem ſtatu quo tunc fuit. Ipſe autem hoc facere recuſavit & remanſit in Wallia; & poſtquam transfretavimus in Hiberniam, ipſe nobis malum fecit quod potuit, & unum Molendinum, & tres Bordell. combuſſit.

Interea Matildis de Haya, audiens adventum noſtrum in Hibernia, fugit verſus Scotiam, cum Willielmo & Regin. filiis ſuis, & cum privata familia ſua, per mare in ſocietate Hugonis de Lacy, qui ſimiliter, propter adventum noſtrum, fugerat.

Et, cum eſſemus apud Cracfergus, rapto jam Caſtro illo, mandavit nobis quidam amicus & conſanguineus noſter de Galweya, ſcilicet, Dunecanus de Karyc, quod ceperat prædictam Matildem, & filiam ſuam uxorem filii Rogeri de Mortimer, & prædictum Willielmum Juniorem, & uxorem ſuam, & duos filios ſuos; ſet Hugo de Lacy & Regeinal. de Braoſa evaſerant.

Et miſimus propter eos Johannem de Curey & Godefrid. de Cracumbe cum Baliſtar. & ſervientibus, & duabus gabiis; qui, cum adducti erant ad nos, ipſa Matildis cepit loqui de fine faciendo nobiſcum, & optulit nobis quadraginta millia Marcas pro vita & membris viri ſui, & ſuis, & ſuorum; ita quod vir ſuus omnia Caſtra ſua, & totam terram ſuam nobis quietam clamaret; & ſic convenit tunc inter nos; poſt triduum vero pœnituit illam finis illius, & dixit quod finem illum tenere non potuit.

Poſt hæc, cum recederemus de Cracfergus reverſuri in Angliam, duximus illam & ſuos nobiſcum ſub cuſtodia; & ipſa iterum optulit nobis quadraginta millia Marcarum, & inſuper decem millia Marcarum, quòd a primâ Conventione reſilierat: Et aſſenſimus hoc pacto, quod, quotiens ipſa a Conventione illa reſiliret, decem millia Marcarum fini ſuo adderet, pacanda in prima pacatione ſua.

Et hæc Conventio ſcripta fuit inter nos, & ipſam & ſuos, & ſacramento & ſigillis eorum, & ſigillis Comitum & Baronum noſtrorum, qui aderant, confirmata; & termini pacationum in ſcripto illo fuerunt aſſignati, & ipſa, cum ſuis prænominatis, ſub cuſtodia teneri debuit donec univerſum debitum prædictum nobis eſſet perſolutum.

Præter hæc quando prædictus Willielmus, ſtatim poſt transfretationem noſtram in Hibernia, incepit malè facere

&

A.D. 1212.

& terram noſtram comburere, ut prædictum eſt, Vicecomes Herefordiæ, in cujus Balliva hoc fecerat, demandari fecit eum in Comitatu ſuo tanquam malefactorem; &, cum utlagari debet ſecundum conſuetudinem Angliæ, nos, propter finem quem prædicta Matill. nobiſcum fecerat, mandavimus eidem Vicecomiti quod hoc differret donec in Anglia veniremus.

Poſt reverſionem vero noſtram in Anglia, cum ipſa Matill. & ſui eſſent apud Briſtoll. in cuſtodia, petiit quod licentiam daremus viro ſuo veniendi, & loquendi cum ea privatim, & conceſſimus ea; poſt hæc, venit ad nos idem Willielmus, & conceſſit finem illum, quem uxor ſua nobiſcum fecerat, & promiſit ſe paratum eſſe libenter ad ſolvend. Et, cum ire deberet ad perquirendum pecuniam illam, liberavimus ei, ad petitionem ſuam unum ſervientem Galfridi filii Petri Juſticiarii noſtri, qui cum eo eſſet, & ipſum conduceret, ne fortè alicubi impediretur eo quod totiens demandatus fuerat ad Comitatus tanquam malefactor.

Et, cum dies primæ pacationis appropinquaret, ipſe, relicto prædicto ſerviente, de terra noſtra Angliæ clam aufugit, nec aliquid nobis de prædicta pecunia noſtra reddidit.

Et cum dies primæ pacationis adveniſſet, miſimus ad prædictam Matildem Galfridum filium Petri Juſtic. noſtrum, & Comitem Sar. fratrem noſtrum, & S. Comitem Winton. & alios de magnatibus noſtris, ut ſciremus quid ſuper hoc eſſet factura; & illa præciſe reſpondit quod nichil nobis ſolveret, & quod non habuit plus pecuniæ ad finem illum niſi viginti quatuor Marc. Argenti, & viginti quatuor Biſantia, & quindecim Uncias auri; & ſic nec tunc, nec poſtea, nec vir ſuus, nec ipſa, nec aliquis pro illis aliquid inde nobis ſolvit.

Cum igitur audiſſemus quod prædictus Willielmus ita receſſerat de terra noſtra, & quod nichil nobis de pecunia noſtra ſolveret, præcepimus quod conſideratio Regni noſtri de eo fieret; & ſic de Comitatu in Comitatum, &, non comparens, tandem, ſecundum legem & conſuetudinem Angl. eſt utlagatus.

Ut igitur de veritate hujus rei certiores efficiamini, nos, & Comites noſtri ſubſcripti huic ſcripto ſigilla noſtra appoſuimus in teſtimonium veritatis, ſcilicet,

W. Comes Surr. frater noſter,
Galfr. filius Petri Com. Eſſex,
S. Comes Winton,
Ricardus Comes de Clare,
Henricus Comes Hereford,
Willielmus Comes de Ferrariis,
Robertus filius Walteri,
Willielmus Briwer,
Hugo de Nevill,
Willielmus de Albiniaco,
Ada de Poit,
H. de Gurnac. &
Willielmus de Moubray, & alii.

Litteræ Vicecomiti Toarcii.

A.D. 1212. *An. 14. Joh.* *Clauſ. 14. Johannis, m. 4. d.*

REX Vicecomiti Tuwarc. &c. Grates vobis multas referimus ex hoc quod firmiter & fideliter in fide & ſervitio noſtro perſeveretis, & vos rogamus quatenus a bono incepto veſtro non deſiſtatis, ſed ad honorem noſtrum & veſtrum tuendum viriliter vos geratis, & alios fideles noſtros confortetis & commoveatis, ſcituri quod, quam citius oportunitas temporis affuerit, potenter & efficaciter vobis & partibus veſtris ſubveniemus, ad quod, gratia Dei, potentes ſumus, & animum pronum & deſiderantem habemus, & talem vobis ſuccurſum providebimus quem non crederetis, niſi illum videretis.

Alia autem vobis mandamus per fideles noſtros quos in partes veſtras deſtinamus.

Teſte meipſo apud Windleſ. ſecundo die Novembris.

Litteræ Othoni Imperatori de pecunia ſolvenda.

A.D. 1213. *A. 14. Joh.* *Clauſ. 14. Johannis, m. 2. d.*

KARISSIMO nepoti ſuo Othoni, Dei gratia, illuſtri Roman. Imperatori & ſemper Auguſto, Johannes eadem gratia Rex Angl. &c. Et tàm ſinceræ quàm debitæ dilectionis integritatem.

Miſiſtis nobis nuper litteras veſtras Patentes, ſcilicet duo paria, quibus mandaſtis ut de denar. quos vobis dedimus, liberari faceremus fidelibus veſtris Gerard. de Rodes & Conrado de Wilre Seneſcallo

veſtro

A.D. 1213. veſtro octo mill. & quingent. Marc. vobis deportandas, & Simoni Saphir quingent. Marc. quas vobis accommodavit; nos igitur incontinenti fieri fecimus.

Similiter duo paria quibus mandavimus Magiſtro Milit. Templi in Angl. qui pecuniam illam habuit in cuſtodia ſua, ut, ſine dilatione, pecuniam illam liberaret, ſicut mandaſtis, juxta formam literarum veſtrarum quas ſimiliter ei miſimus.

Miſiſtis etiam ad nos Magiſtrum Ywan. Clericum veſtrum cum literis veſtris de credentia, qui nobis dixit ex parte veſtra quod miſſuri eſtis ad nos fratrem veſtrum dilectum nepotem noſtrum Comitem Palatin. & R. Comitem Bolon. & W. Com. de Holand. ſuper quo vobis mandamus quod cum venerint, bene venerint.

Nos vero, in receſſu latoris præſent. fuimus in partibus borealibus Angl. quibus ordinatis & aſſecuratis, prout viderimus melius expedire, verſus partes auſtrales in occurſum prædictorum Nunciorum veſtrorum feſtinanter revertemus. A.D. 1213.

Præterea ad hoc, quod nobis mandaſtis de Comite Bolon. & Simone fratre ſuo, ut eis de denar. veſtris habere faceremus; vobis reſpondemus quod, cum prædicti fideles veſtri Gerardus & Conradus ſaiſiti fuerint de denar. veſtris, faciant de hiis quæ voluerint; quia denar. veſtros expendere nolumus nec debemus poſtquam eos liberavimus quibus mandaſtis.

Teſte meipſo apud Bamburic. viceſimo octavo die Januarii.

Innocentius tertius De Negotio Archiepiſcopi Cantuarienſis.

A.D. 1213. A. 14 Joh. JOhanni illuſtri Regi Angliæ, ſpiritum conſilii ſanioris.

Auditis verbis Nunciorum tuorum, qui ad noſtram præſentiam pervenerunt, etſi non illa nobis ex parte tua ſufficienter obtulerint quæ ſunt ad ſatisfactionem ſufficientia competentem, ſuper multis & magnis injuriis & jacturis, quas longo jam tempore intuliſti Eccleſiæ Anglicanæ, contra divini nominis gloriam & Apoſtolicæ Sedis honorem, in periculum animæ ac diſpendium famæ tuæ; adhuc tamen experiri volentes utrum te revocare poſſimus ab errore ad veritatem, ecce tibi benedictionem & maledictionem proponimus, ejus exemplo qui per Moyſem, famulum ſuum, benedictiones & maledictiones propoſuit filiis Iſrael, ut eligas quam malueris; vel benedictionem, ſi ſatisfeceris ad ſalutem; vel maledictionem, ſi contempſeris, ad ruinam.

Licet enim quaſdam nobis litteras deſtinaveris, quibus aſſeruiſti habiturum te ratum quicquid Abbas de Belloloco, & frater A. Martel, & alii quatuor Nuncii tui ſuper negotio Cantuarienſis Eccleſiæ agerent coram nobis; quia tamen, ex iis, non niſi tres ad noſtram pervenêre præſentiam, ii, ſine aliis, nihil facere poterant ſecundum earumdem continentiam litterarum.

Prætereà, non agitur tantum de negotio Cantuarienſis Eccleſiæ, ſed totius Eccleſiæ Anglicanæ; quam impie perſequendo niteris ancillare, propter quod anathematis meruiſti vinculo innodari.

Ii vero tres Nuncii nobis ad ultimum obtulerunt quod ſecundum illam formam ſatisfacere promittebas, quam per dilectos filios Pandulphum Subdiaconum, & fratrem Durandum, familiares noſtros, tibi curavimus deſtinare. A.D. 1213.

Verum cum per te ſteterit quominus ſecundum eandem formam pax fuerit reformata, & poſtea pejora prioribus attentaveris, nos ad eam, quæ, pro majori parte, gratiam continebat, minime jam tenemur, cum ipſa gratia reddideris te indignum.

Ut autem vincamus in bono malum & omnem tibi excuſationis materiam auferamus, adhuc eam parati ſumus ſervare, ſi uſque ad Kalendas Junii, proxime venturas, per juramenta quatuor Baronum tuorum jurantium, te præſente ac mandante, in animam tuam, & per patentes tuas litteras repromiſeris quod eam fideliter & efficaciter adimplebis, ſecundum expoſitiones & explanationes, quas ad omnis dubitationis ſcrupulum removendum duximus adhibendas, & infra eundem terminum hoc totum ſignificaveris per tuas patentes litteras venerabili fratri noſtro Stephano Cantuarienſi Archiepiſcopo, &, qui cum eo ſunt, Epiſcopis ſuis: Alioquin, ejus exemplo, qui populum ſuum de ſervitute Pharaonis, in manu valida, liberavit, Anglicanam Eccleſiam in forti brachio de ſervitute tua ſtudebimus liberare; prædicentes nunc tibi veraciter & conſtanter quod, ſi pacem recipere cum vales non vis, cum volueris non valebis, eritque inutilis pœnitentia poſt ruinam; ſicut per eorum exempla potes cognoſcere qui diebus iſtis ſimilia præſumpſerunt.

Formam verò, quam præfatis Nunciis noſtris injunximus, præſentibus tibi litteris mittimus intercluſam.

Pacis & Reconciliationis leges.

EXpoſitiones autem & explanationes, ſunt iſtæ.

In primis itaque ſolemniter & abſolute jurabis ſtare mandatis noſtris coram Legato, vel Delegato noſtro ſuper omnibus, pro quibus à nobis excommunicatus exiſtis, & veram pacem ac plenam ſecuritatem præſtabis venerabilibus fratribus Stephano Cantuarienſi Archiepiſcopo, Willelmo Londonienſi, Euſtachio Elienſi, Ægidio Herefordenſi, Jocelino Bathonienſi & Huberto Lincolnienſi, Epiſcopis; ac dilectis filiis Priori & Monachis Cantuarienſibus, Roberto quoque filio Walteri, & Euſtachio de Veſcy; necnon cæteris Clericis & Laicis, hoc negotium contingentibus; præſtando ſimul coram eodem Legato, vel Delegato noſtro publice juramentum quod ipſos, cum ſuis, nec lædes, nec lædi facies aut permittes in perſonis & rebus, eiſque omnem indignationem dimittes, & in gratiam tuam eoſdem recipies, ac bona fide tenebis; quodque præfatos Archiepiſcopum & Epiſcopos non impedies, nec permittes, aut facies impediri quo minus ipſi libere ſuum exequantur officium, & plena ſuæ juriſdictionis auctoritate, prout debent, utantur: & ſuper iis tàm nobis, quàm ipſi Archiepiſcopo, & ſingulis Epiſcopis, tuas patentes litteras exhibebis, faciens ab Epiſcopis, & Comitibus, ac Baronibus tuis, quot & quos præfati Archiepiſcopus & Epiſcopi poſtulaverint, juramenta & Patentes eorum litteras exhiberi quod ipſi bona fide ſtudebunt, ut hæc pax & ſecuritas firmiter obſervetur.

Et, ſi forte, quod Deus avertat, per te ipſum vel alios contraveneris, ipſi pro Eccleſia contra violatores ſecuritatis & pacis mandatis apoſtolicis inhærebunt, tuque perpetuo cuſtodiam vacantium Eccleſiarum amittes.

Quod, ſi forte nequiveris eos ad hanc ultimam juramenti partem inducere, videlicet, quod ſi, per teipſum, vel alios contraveneris, ipſi, pro Eccleſiâ, contra violatores ſecuritatis & pacis, mandatis Apoſtolicis inhærebunt, tu, propter hoc, nobis, ac Romanæ Eccleſiæ, per tuas Patentes litteras, obligabis omne jus patronatûs, quod habes in Eccleſiis Anglicanis.

Omnes autem litteras, quæ pro ſecuritate prædictorum ſunt exhibendæ, præfatis Archiepiſcopo, & Epiſcopis ante ſuum ingreſſum in Angliam deſtinabis.

Si vero tibi placuerit, ſæpefati Archiepiſcopus & Epiſcopi præſtabunt, ſalvo honore Dei & Eccleſiæ, juratoriam & litteratoriam cautionem, quod ipſi nec per ſe, nec per alios contra perſonam vel coronam tuam aliquid attentabunt, te illis ſecuritatem & pacem illibatam ſervante.

De ablatis autem plenam reſtitutionem, & de damnis recompenſationem ſufficientem omnibus impendes tàm Clericis, quàm Laicis univerſis, ad hoc negotium pertinentibus, non ſolum rerum, verum etiam libertatum, eiſque libertates redditas conſervabis; Archiepiſcopo quidem, & Epiſcopo Lincolnienſi à tempore ſuo confirmationis, aliis autem à tempore diſcordiæ inchoatæ.

Nec obſtabit aliqua pactio, vel promiſſio, ſeu conceſſio quo minus & damna recompenſentur, & reſtituantur ablata tàm vivorum, quàm etiam defunctorum.

Nec de ablatis aliquid retinebis, prætextu ſervitii quod tibi debuerit impendi; ſed poſtea tibi debita pro ſervitio recompenſatio tribuetur, ſtatimque facies omnes, quos detines, Clericos abſolute dimitti, ac reſtitui propriæ libertati, & etiam Laicos qui occaſione hujus negotii detinentur.

Incontinenti poſt adventum illius, qui te debebit abſolvere, facies, de parte reſtitutionis ablatorum, octo Millia librarum legalium Sterlingorum, pro perſolvendis debitis & faciendis expenſis, Nunciis prædictorum Archiepiſcopi, & Epiſcoporum, ac Monachorum Cantuarienſium, aſſignari, ſine impedimento quolibet, per tuam poteſtatem, eos liberè deferenda, ut expediti revertantur in Angliam honorifice revocati; videlicet Stephano Cantuarienſi Archiepiſcopo duo Millia & quingentas libras; Willelmo Londonienſi Epiſcopo, ſeptingentas & quinquaginta libras; Euſtachio Elienſi ſeptingentas & quinquaginta libras; Ægidio Herefordenſi ſeptingentas & quinquaginta libras; Jocelino Bathonienſi ſeptingentas & quinquaginta libras; Huberto Lincolnienſi ſeptingentas & quinquaginta libras; Priori & Monachis Cantuarienſibus Mille libras.

Sed protinus, abſque mora, poſtquam pacem iſtam duxeris acceptandam, reſignari facies Archiepiſcopo, & Epiſcopis, & Clericis, ac Eccleſiis univerſis in manibus Nunciorum vel Procuratorum ipſorum omnia immobilia cum adminiſtratione libera eorumdem, & in pace dimitti.

Inter-

Interdictum etiam, vulgariter utlagatio nuncupatum, quod proponi feciſti contra perſonas Eccleſiaſticas, publice revocabis, proteſtando per tuas Patentes litteras, Archiepiſcopo tribuendas, id ad te de perſonis Eccleſiaſticis nullatenus pertinere; quodque illud de cætero contra perſonas Eccleſiaſticas non facies promulgari.

Revocabis præterea utlagationem laicorum, ad hoc negotium pertinentium, & remittes hominia quæ, poſt interdictum, ab Eccleſiarum hominibus recepiſti, præter Regni conſuetudinem & Eccleſiaſticam libertatem.

Si vero ſuper damnis, vel ablatis, aut eorum quantitate, vel æſtimatione, quæſtio fuerit de facto ſuborta, per Legatum, aut Delegatum noſtrum, receptis probationibus publice, terminetur.

Super cæteris autem Capitulis, ſiquæ fuerint dubitationes ſubortæ, de quibus merito valeat dubitari, niſi per Legatum vel Deputatum noſtrum de partium fuerint voluntate ſopitæ, ad noſtrum referantur arbitrium, ut, quod ſuper iis decrevimus, obſervetur.

Remittimus igitur ad tuam regalem præſentiam præfatum Subdiaconum & familiarem noſtrum Pandulphum, nobis & fratribus noſtris merito ſuæ probitatis acceptum, fideliter conſulentes ut his, quæ tibi, ex parte noſtra, ſuggeſſerit, omni dubitatione poſtpoſitâ, benevolum impertiaris aſſenſum.

Datum Laterani Kal. Martii, Pontificatûs noſtri Anno 15.

Inſtructiones Legato traditæ.

Dilectis filiis Pandulpho Subdiacono & fratri Durando familiaribus noſtris.

Illam gerimus de veſtra diſcretione fiduciam ut ſecure vobis ardua negotia committamus, pro certo ſperantes quod ea, ſecundum Deum, ad honorem & profectum Apoſtolicæ ſedis, curabitis promoveri.

Quo circa diſcretioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo, mandamus quatenus proficiſcientes in Angliam, una cum venerabili Fratre noſtro Wintonienſi Epiſcopo, & dilecto filio Priore Coventrenſi, vel eorum altero (ſi forſan ambo intereſſe non poſſent) Regis præſentiam adeatis, monentes & exhortantes eundem efficaciter & prudenter ut Deo & Eccleſiæ ſatisfaciat ſecundum formam ſubſcriptam inter nos & Nuncios ſuos multimoda deliberatione proviſam. Ipſe quidem, cum ſuas Patentes litteras vobis tradiderit, & vos noſtras patentes litteras ſibi tradatis ſecundum capitularis tenorem, quod ei pridem direximus ſub alphabeto diſtinctum, vobiſque tradimus ad cautelam.

Sed ſi Rex maluerit ut nec ipſe tradat hujuſmodi litteras ſuas vobis, nec vos tradatis hujuſmodi litteras noſtras ſibi, acquieſcatis eidem; & ſic, cum prædictis Epiſcopo & Priore, vel eorum altero, recepto ab eo publice juramento quod ſuper iis pro quibus de mandato noſtro excommunicatus exiſtit, noſtris mandatis abſolute parebit, tu, fili ſubdiacone, beneficium ei abſolutionis impendas, reconcilians eum Eccleſiaſticæ unitati.

Ac deinde, recipientes ab ipſo, tàm pro venerabili Fratre noſtro Cantuarienſi Archiepiſcopo, quàm pro Coepiſcopis ejus, & Monachis Cantuarienſibus, ac omnibus aliis, ad hoc negotium pertinentibus, plenam ſecuritatem ac idoneam cautionem, per honorabiles Nuncios faciatis eos in Angliam revocari; quibus idem Rex omnem rancorem & indignationem remittat, ac, recepto a præfato Archiepiſcopo juramento, quod a ſuis Prædeceſſoribus conſuevit illius Progenitoribus exhiberi, univerſa ei concedat & tradat, & faciat ab eo pacifice poſſideri, quæ ad ipſum pertinere noſcuntur; ita quod ſuper ablatorum reſtitutione, ac recompenſatione damnorum ſatisfactionem plenariam, tàm ipſi, quam aliis univerſis faciat exhiberi; & ſic tu relaxes ſententiam interdicti.

Si vero circa horum aliquid, de quo merito valeat dubitari, quicquam emerſerit quæſtionis, noſtro reſervetur mandato: Injungendo ſuper hoc ipſi Regi, ex debito præſtiti juramenti, ne, propter hujuſmodi dubium, relaxatio interdicti nimium differatur.

Teſtes autem, qui ſuper eo fuerint nominati, ſi de gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, quo minus perhibeant teſtimonium veritati, ad hoc per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compellas; quatenus, inquiſitâ & cognitâ veritate, ſi quid, ſuper ablatorum reſtitutione, vel recompenſatione damnorum, propter quæſtionem ſubortam, remanſerit imperfectum, per apoſtolicum tamen mandatum conſultius impleatur.

Quod, ſi forte præfatus Rex, infra menſem præſcriptam formam non duxerit acceptandam, ſed in ſua maluerit duritia perdurare, vos extunc recedentes ab ipſo, ſignificetis, ex parte noſtra prædictis Archiepiſcopo, & Epiſcopis ut negotium Eccleſiæ, prout melius poterunt, proſequantur, voſque non differatis ulterius ad noſtram præſentiam remeare.

Inno-

Innocentius Papa iniqua Pacta denunciat irrita.

STephano Cantuarienſi Archiepiſcopo S. R. E. Cardinali, Willelmo Londonienſi, Euſtachio Elienſi, Ægidio Herefordenſi & Huberto Lincolnienſi Epiſcopis.

Ea, quæ illicite præſumuntur contra honeſtatem canonicam, aut Eccleſiæ libertatem, merito debet per auctoritatem Apoſtolicam irritari; ne forte tranſeant præſumptoribus in exemplum.

Quocirca fraternitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta, mandamus quatenus conceſſiones, pactiones, ſive promiſſiones, quas Clerici ſeu Religioſi viri, cujuſcunque profeſſionis vel ordinis, Johanni Regi Angliæ, ſuper ablatis vel extortis, poſt interdictum fecerunt, denuncietis irritas & inanes: Auctores etiam & Procuratores illarum, niſi moniti ſatisfecerint, excommunicationis vinculo innodetis.

Si qui vero prædictorum noluerint ablata vel extorta repetere, detentores eorum nihilominus ipſa reſtituere compellatis, in Terræ ſanctæ Subſidium juxta mandatum apoſtolicum reſervanda. Quod ſi non omnes, &c. tres aut duo veſtrum, appellatione remota, &c.

Eiſdem ſuper eodem.

SÆpe contingit, ut dum hoſtilis malignitas ſe reperit coartatam, pacem in dolo diſſimulet, dolumque poſt pacem attentet, ut eos fraudibus circumveniat quibus non potuit viribus prævalere.

Volentes itaque contra doloſitates hujuſmodi diligenti providere cautela, præſentium vobis auctoritate concedimus quod, ſi Johannes Rex Angliæ violaverit pacem, poſtquam inter ipſum & Eccleſiam Anglicanam proviſione fuerit Apoſtolicâ reformata, niſi Rex ipſe legitime monitus ſatisfecerit competenter, conſulto interim Romano Pontifice, Regem ipſum & Regnum ejus, in eum ſtatum interdicti & excommunicationis, in quo ante reformationem pacis fuerunt, auctoritate apoſtolica reducatis. Quod ſi non omnes, &c.

Eiſdem adhuc ſuper Eodem.

QUia nonnunquam malignorum perverſitas, per Succeſſionem Sanguinis, a parentibus in filios derivatur, ſicut evidenter apparet ex eo quod olim Rex Anglorum Henricus beatum Thomam Cantuarienſem Archiepiſcopum, juſtitiam & libertatem eccleſiaſticam defendentem, longo fuit tempore perſecutus interemptum tandem gladiis impiorum; & Johannes Rex Angliæ natus ejus, propter eandem cauſam vos, ac dilectos filios Monachos Cantuarienſes cum multis aliis, a multo jam tempore inique perſequitur, cogens vos bonis omnibus ſpoliatos miſerabiliter exulare; nos Eccleſiaſticæ libertatis zelo Succenſi, per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, & diſtricte præcipimus quatenus, ſi dictus Rex violaverit pacem, quæ inter ipſum & Eccleſiam Anglicanam proviſione fuerit apoſtolica reformata, vos aut quilibet alii nullum de hæredibus ſuis ungere vel coronare præſumatis in Regem; Salvo ſemper in omnibus apoſtolicæ ſedis mandato.

Conventio Willilemi Comitis Holland. de Homagio & ſervitio ſuo, pro Feodo 400 Marcar. per An.

A.D. 1213. I.
An. 14. *Joh.*
Cart. 14. *Johannis, m.* 1.

A.D. 1213.

OMnibus Chriſti fidelibus, hanc paginam inſpecturis, Willielmus Comes Holland. Salutem.

Noverit Univerſitas veſtra quod ego Willielmus Comes Holland. promiſi Domino Regi Angliæ Johanni, quod ſi gentes extraneæ in Angliam ad eam expugnandam venerint, veniam ad ipſum in Anglia, cum toto poſſe meo, quatenus potero, bona fide, ſine malo ingenio, poſtquam ſummonitionem ſuam habuerimus, vel neceſſitatem ſuam audierimus, ad defendendam terram ſuam, pro poſſe meo, ad denarios ſuos; & hoc non *dimittam* pro aliqua re, niſi exercitus apparens ſuper terram meam venerit.

2. Et, quando voluerit habere ſervitium meum, quod ei debeo, viginti &

quinque

A.D. 1213. quinque milites *ei mittam de terra* mea uſque in Angliam ad cuſtum meum; & a die, quo applicuerint in Angliam, ſervient Domino Regi, ad denarios ipſius, per tres quadragenas in Anglia, & cum corpore ipſius ibunt quocumque ipſe voluerit, & quando eos remittet, ad cuſtum ſuum remittet eos uſque in terram meam.

3. Præterea, ſi de terra mea ſervientes habere voluerit ad ſervitium ſuum, mittet in terram meam aliquem de ſuis ad ducendum eos in Angliam, & faciam ei habere quingentos, vel mille ſervientes, vel eo amplius, ſi neceſſe fuerit; & inveniam eis naves ad transfretandum in Angliam ad denarium ipſius Regis; & a die, quo *a portu receſſerint* in Angliam transfretantes, erunt ad liberationes ipſius Regis, dum fuerint in ſervitio ſuo: Et ego manucapio quod milites & ſervientes, quos ei *mittam, bene & fideliter* ei ſervient, dum in ſervitio ſuo fuerint.

4. Ego vero Domino meo Regi Johanni homagium feci, & de fide ei ſervanda, & de prædictis ei firmiter tenendis *ſacramentum ſibi præſtiti* in fide bona.

5. Et ipſe, pro homagio & ſervitio meo prædicto, dabit mihi & Hæredibus meis per annum, in feodum, quadringentas Marcas (ad Marcam ———) ad Paſcha percipiendas ad Scaccarium ſuum London. A.D. 1213

6. Et ego ligius homo deveni ipſius, de prædicto feodo, contra omnes mortales, ad terram ſuam Angliæ defendendam, & aliam *terram ſuam, perquirendam*; nec ab homagio ſuo vel fidelitate ſua in aliqua re, vel pro aliquo alio homine recedam.

Teſtibus,

Domino P. Winton. Epiſcopo,
H. Comite Palatin. Rhen.
R. Comite Boloniæ,
G. filio Petri, Comite Eſſex, juſticiario Angliæ,
W. Comite Warennæ,
W. Comite Arundell.
S. Comite Winton.
Willielmo Briwerr.
Petro filio Herberti,
Thoma de Furnes,
Bald. de Harleke,
Florenſ. de Word.
Simone de Dano.
Martin. de Conrado de Wilr.
Gerard. de Rodes.

Dat. London. viceſimo nono die Martii.

Publicatio Conventionis prædictæ per Regem Angliæ.

A.D. 1213.
An. 14. Joh.
Ibidem.

JOhannes, Dei gratia, Rex Angliæ, omnibus Chriſti fidelibus, præſentem Cartam inſpecturis, ſalutem.

Sciatis quod Willielmus Comes Holland. in hoc nobis tenetur, per homagium, & Sacramentum, & Cartam ſuam, quod, ſi Gentes in Angliam ad eam expugnandam venerint, ipſe veniet ad nos in Angliam, cum toto poſſe ſuo quam citiùs poterit, in bona fide, & ſine malo ingenio, poſtquam ſummonitionem noſtram habuerit, vel neceſſitatem noſtram audierit, ad defendendam terram noſtram cum poſſe ſuo, & hoc non dimittet, pro aliqua re, niſi exercitus apparens ſuper terram ſuam *venerit*.

Et, quando voluerimus habere ſervitium quod nobis debet ſuum, ſcilicet viginti quinque Milites, mittet eos nobis in Angliam ad cuſtum ſuum, & a die quo applicuerint in Angliam ſervient *nobis* ad cuſtum noſtrum per tres quadragenas dierum, ubicunque voluerimus in Anglia, & cum corpore noſtro ibunt quocumque ire voluerimus; & inde remittemus eos ad cuſtum *noſtrum* in terram ſuam.

Præterea, ſi de terra ipſius ſervientes habere voluerimus ad ſervitium noſtrum, A.D. 1213. mittemus ad ipſum aliquem de noſtris ad eos ducendum ad nos, in Angliam, & *mittet nobis* quingentos, vel mille ſervientes, vel eo amplius, ſi neceſſe fuerit; & inveniet eis naves ad transfretandum in Angliam ad denarios noſtros; *& a die, quo* a portu receſſerint transfretantes in Angliam, erunt ad liberationes noſtras dum fuerint in ſervitio noſtro; & ipſe manucepit quod milites & ſervientes, quos mittet, bene & fideliter nobis ſervient, dum fuerint in ſervitio noſtro.

Ipſe vero nobis homagium fecit, & de fide nobis ſervanda, & de prædictis nobis firmiter tenendis *ſacramentum* nobis præſtitit in bona fide.

Et nos, pro homagio & ſervitio ſuo prædicto, dedimus ei & Hæredibus ſuis, per annum, in feodum, quadringentas Marcas (ad Marcam ———) ad Paſcha percipiendas ad Scaccarium noſtrum London.

Et ipſe ligius homo noſter deveniet, de prædicto feodo, contra omnes mortales, ad terram noſtram Angliæ defen-

A.D. 1213. dendam, & aliam terram noſtram perquirendam; nec ab homagio vel fidelitate noſtra pro aliqua re, vel pro aliquo alio homine recedet.

Teſtibus ut proximò ſupra.

Dat. per manus Cancellarii noſtri, apud Novum Templum London. viceſimo nono die Martii, anno Regni noſtri decimo quarto. A.D. 1213.

Forma Pacis inter Regem & Sacerdotium.

A.D. 1213. An. 15. Joh. Johannes, Dei gratiâ, Rex Angliæ, omnibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem.

Per has patentes litteras, ſigillo noſtro munitas, volumus eſſe notum quòd, nobis præſentibus, hi quatuor Barones, Willielmus, ſcilicet, Comes Saresberiæ frater noſter, & Willielmus Comes Boloniæ, Willielmus Comes Warennæ, & Willielmus Comes de Ferrariis, juraverunt in animam noſtram quod nos ſubſcriptam pacis formam bona fide per omnia curabimus obſervare.

In primis itaque ſolenniter & abſolute juravimus ſtare mandatis Domini Papæ, coram ejus Legato aut Nuncio ſuper omnibus, pro quibus excommunicati ſumus ab ipſo, & veram pacem & plenam ſecuritatem præſtabimus venerabilibus viris Stephano Archiepiſcopo Cantuarienſi, Willielmo Londonienſi, Euſtachio Elienſi, Ægidio Herefordenſi, Jocelino Bathonienſi & Huberto Lincolnienſi Epiſcopis, Priori quoque & Monachis Cantuarienſibus, & Roberto filio Walteri, & Euſtachio de Veſci, nec non & cæteris Clericis & Laicis ad hoc negotium contingentibus: præſtando ſimul coram eodem Legato vel Delegato publicè juramentum, quod ipſos cum ſuis nec lædemus, nec lædi faciemus, nec permittemus, in perſonis, vel rebus, illiſque dimittemus omnem indignationem & in gratiam noſtram eoſdem recipiemus, ac tenebimus bona fide: quodque præfatos Archiepiſcopum & Epiſcopos non impediemus nec faciemus vel permittemus aliquatenus impediri, quo minus ipſi libere ſuum exequantur officium & plenæ juriſdictionis ſuæ authoritate prout debent utantur.

Et ſuper his tàm Domino Papæ, quàm ipſi Archiepiſcopo, & ſingulis Epiſcopis noſtras patentes litteras exhibebimus; facientes ab Epiſcopis, & Comitibus, & Baronibus noſtris, quot & quos præfati Archiepiſcopus & Epiſcopi poſtulant, juramenta & eorum litteras patentes exhiberi, quod ipſi bonâ fide ſtudebunt ut hæc pax & ſecuritas firmiter obſervetur.

Et, ſi forte, quod Deus avertat, per nos ipſos, vel alios contravenerimus, ipſi, pro Eccleſia, contra violatores ſecuritatis & pacis mandatis Apoſtolicis inhærebunt, noſque perpetuo vacantium Eccleſiarum cuſtodias amittamus. A.D. 1213.

Quod, ſi forte nequiverimus ad hanc ultimam partem juramenti eos inducere, videlicet, *quod ſi per noſmet ipſos, vel alios contravenerimus, ipſi, pro Eccleſia, contra violatores pacis & ſecuritatis mandatis Apoſtolicis inhærebunt:* Nos, propter hoc, Domino Papæ ac Eccleſiæ Romanæ, per noſtras patentes litteras, obligavimus omne jus patronatus quod habemus in Eccleſiis Anglicanis: Et ſic omnes litteras, quæ pro ſecuritate prædictorum ſunt exhibendæ, præfatis Archiepiſcopo & Epiſcopis ante ſuum ingreſſum in Angliam tranſmittemus.

Si vero nobis placuerit ſæpefatus Archiepiſcopus & Epiſcopi præſtabunt, ſalvo honore Dei & Eccleſiæ, juratoriam cautionem & literatoriam, quod ipſi, nec per ſe, nec per alium, contra perſonam noſtram vel coronam noſtram aliquid attemptabunt, nobis prædictam eis pacem & ſecuritatem ſervantibus illibatam.

De ablatis autem plenam reſtitutionem, & de damnis recompenſationem ſufficientem omnibus impendemus, tàm Clericis, quàm Laicis, ad hoc negotium pertingentibus, non ſolum rerum, ſet omnium libertatum: & reſtitutas conſervabimus libertates, Archiepiſcopo quidem & Epiſcopo Lincolnienſi a tempore ſuæ conſecrationis, aliis autem a tempore diſcordiæ inchoatæ.

Non obſtabit aliqua pactio, vel promiſſio, ſeu conceſſio quo minus & damna recompenſentur, & reſtituantur ablata tàm vivorum quàm & defunctorum; nec aliquid retinebimus prætextu ſervitii quod nobis debuerat impendi, ſed poſtea nobis debita pro ſervitio recompenſatio tribuetur.

Statimque omnes, quos detinemus, Clericos faciemus abſolutos dimitti, ac reſtitui propriæ libertati, cum Laicis, qui hujus occaſione negotii detinentur.

Incontinenter quoque poſt adventum illius, qui nos debet abſolvere, faciemus de parte reſtitutionis ablatorum octo millia librarum legalium eſterlingorum

pro

A.D. 1213. pro ſolvendis debitis, & faciendis expenſis Nunciis prædictorum Archiepiſcopi, & Epiſcoporum, & Monachorum Cantuarienſium aſſignari, ſine impedimento quolibet, per poteſtatem noſtram, ad eos libere deferendorum, ut expediti veniant in Angliam, honorifice revocati; videlicet, Stephano Cantuarienſi Archiepiſcopo, duo millia & quingentas libras: Willielmo Londonienſi ſeptingentas & quinquaginta libras: Euſtachio Elyenſi ſeptingentas & quinquaginta libras: Jocelino Bathonienſi ſeptingentas & quinquaginta libras: Huberto Lincolnienſi ſeptingentas & quinquaginta libras: Priori & Monachis Cantuarienſibus mille libras.

Et protinus, poſtquam pacem illam duxerimus acceptandam, aſſignari faciemus, abſque mora, Archiepiſcopo, & Epiſcopis, Clericis, ac Eccleſiis univerſis in manibus Nunciorum vel Procuratorum ipſorum, mobilia omnia cum adminiſtratione libera eorumdem, & in pace dimitti.

Interdictum vero, utlagatio vulgariter nuncupatum, quod proponi fecimus contra Eccleſiaſticas perſonas, publice revocavimus, proteſtando per noſtras patentes literas, Archiepiſcopo tribuendas, id ad nos nullatenus pertinere; quodque illud de cætero contra Eccleſiaſticas perſonas nullatenus faciemus proponi: revocantes prætereà utlagationem Laicorum ad hoc negotium pertinentium, & remittentes omnia quæ poſt interdictum recepimus ab hominibus Eccleſiaſticis, præter Regni conſuetudinem & Eccleſiæ libertatem. A.D. 1213.

Si vero ſuper damnis vel ablatis, aut eorum quantitate vel æſtimatione, quæſtio fuerit de facto ſuborta; per Legatum vel Delegatum Domini Papæ receptis probationibus terminetur.

Et, his omnibus ritè peractis, relaxabitur ſententia interdicti; ſuper cæteris autem capitulis, ſi quæ fuerint dubitationes ſubortæ de quibus merito debeat dubitari, niſi per Legatum vel Delegatum Domini Papæ de partium fuerint voluntate Sopitæ, ad ipſius referantur arbitrium, ut ſuper his quæ ipſe decreverit obſerventur.

Teſte meipſo apud Doveriam decimo tertio die Maii, anno Regni noſtri decimo quinto.

De Pace Archiepiſcopo Cantuarienſi per Johannem Regem conceſſa, necnon libertate ſecure in Angliam una cum ſuis veniendi.

A.D. 1213. An. 15. Joh. Pat. 15. Johannis, n. 48.

REX Stephano, Dei gratia Cantuar. Archiepiſcopo, totius Angliæ Primati, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, ſalutem.

Sciatis quod ſecundum formam mandati Domini & venerabilis patris noſtri Innocentii, Dei gratia, ſummi Pontificis veram pacem ac plenam ſecuritatem vobis præſtamus; necnon cæteris, tàm Clericis, quàm Laicis, hoc negotium, quod inter nos & Eccleſiam Anglicanam verſatum eſt, contingentibus; nec vos, nec veſtros lædemus, vel lædi faciemus aut permittemus in perſonis vel rebus: vobiſque dimittimus omnem indignationem, & in gratiam noſtram vos recipimus, & tenebimus bona fide: & quod vos non impediemus, nec faciemus aut permittimus aliquatenus impediri, quominus veſtrum libere exequamini officium, & plena juriſdictionis veſtræ auctoritate, prout debetis, utamini.

Et ſuper hiis vobis juramenta & litteras patentes fidelium noſtrorum venerabilium patrum Domini H. Dublinenſis Archiepiſcopi, Petri Wintonienſis, Johannis Norwicenſis Epiſcoporum; A.D. 1213.

Et præterea duodec. Baronum noſtrorum, ſcilicet, Galfridi filii Petri Comitis Eſſex, Juſticiarii noſtri, Reginaldi Comitis Boloniæ, Ranulphi Comitis Ceſtriæ, Willielmi Comitis Mareſcalli, Comitis Penbrociæ, Will. Comitis Warennæ, Will. Comitis Arundell. Will. Comitis de Ferrariis, Willielmi Briwer, Roberti de Ros, Gileberti filii Reunfry, Rogeri de Mortuo Mari, & Petri filii Herberti: Fecimus exiberi quod ipſi bona fide ſtudebunt ut hæc pax & ſecuritas firmiter obſervetur.

Et ſi forte, quod Deus avertat, per nos ipſos, vel alios contravenerimus, ipſi, pro Eccleſia, contra violatores ſecuritatis & pacis mandatis Apoſtolicis inhærebunt, noſque perpetuò Eccleſiarum vacantium cuſtodiam amittamus.

Et ideo vos rogamus quod ad nos, ſecurè & ſine dilatione in Angliam venire feſtinetis. Si quid vero in hoc ſcripto omiſſum fuerit, vel minus plene factum, cum in Angliam veneritis, id,

ſecundum

A.D. 1213. ſecundum formam mandati apoſtolici, perficietur.

Et in hujus rei teſtimonium, &c.

Teſtibus,

H. Dublin. Archiepiſcopo,
Petro Winton. Epiſcopo,
Galfrido filio Petri.
Willielmo Mareſcallo, Comite Penbroc. A.D. 1213.

Apud Templum de Ewell 24. die Maii, anno Regni noſtri 15.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Epiſcopis ultra mare exiſtentibus cum Archiepiſcopo, ſcil. Londonenſi, Herefordenſi, Elienſi, Bathonenſi, Lincolnienſi Epiſcopis; & Priori & Monachis Cantuarienſibus. Teſtibus iiſdem.

De Securitate per Regem data pro prædicta pace obſervanda.

A.D. 1213. *Pat. 15. Johannis n. 1. d.*

Venerabili in Chriſto Patri S. Dei gratia Cantuar. Archiepiſcopo totius Angliæ Primati & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, Galfridus filius Petri Comes Eſſex, Reginaldus Comes Boloniæ, Ranulphus Comes Ceſtriæ, Willielmus Mareſcallus Comes Penbroc. Willielmus Comes Warennæ, Willielmus Comes Arundell, Willielmus Comes de Ferrariis, Willielmus Briwer, Robertus de Ros, Gilebertus filius Reunfry, Rogerus de Mortuo Mari, & Petrus filius Hereberti, Salutem & debitam reverentiam.

Sciatis quod bonâ fide ſtudebimus quod Dominus noſter Johannes Rex Angliæ pacem & ſecuritatem vobis & aliis, tam Clericis, quàm Laicis, negotium, quod inter Anglicanam Eccleſiam & ipſum Regem verſatum eſt, contingentibus firmiter obſervabit ſecundum formam pacis, a Domino Papa ei tranſmiſſam, & ab eo acceptatam.

Et, ſi forte, quod Deus avertat, Rex ipſe, vel aliquis alius ex parte ſuâ contravenerit, nos, pro Eccleſia, contra violatores ſecuritatis & pacis mandatis apoſtolicis inhærebimus, & ipſe perpetuò vacantium Eccleſiarum cuſtodiam amittat. A.D. 1213.

Præterea promittimus quod ſi quid omiſſum eſt, vel minus plenè factum circa hoc negotium, in hoc ſcripto, propter accelerationem adventûs veſtri in Angliam, id poſt adventum veſtrum ſecundum formam prædictam perficietur. Et in hujus rei teſtimonium, &c. Valete in Domino.

Hæc autem omnia ſupradicta nos firmiter obſervaturos, noveritis nos, de mandatis Domini Regis, tactis Sacroſanctis, ſpontaneâ voluntate, corporali Sacramento firmaſſe.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Epiſcopis cum Archiepiſcopo exiſtentibus. Scilicet, Londonenſi, Herefordenſi, Elienſi, Bathonenſi, & Lincolnienſi, & Priori & Monachis Cantuarienſibus.

Litteræ Ferando Comiti Flandriæ, de Credentia.

A.D. 1213. *An. 15. Joh. Pat. 15. Johannis, m. 12.*

Rex dilecto amico ſuo F. Comiti Flandr. & Hannoniæ Salutem.

Suſcepimus litteras veſtras, quas nobis per Baldewinum de Newport Militem miſiſtis, & illas vobis remittimus, ut videatis mandatum noſtrum; &, ſi prius ad nos miſiſſetis, majorem ſuccurſum vobis feciſſemus.

Mittimus autem ad vos fideles noſtros dilectum fratrem noſtrum, W. Comitem Sarr. R. Comitem Bonon. Hugonem de Boues, Henricum filium Comitis & Brien de Inſula, mandantes quod fidem habeatis eis, ſuper hiis quæ vobis dicent, ex parte noſtra, de negotio noſtro & veſtro, quia ratum habebimus quicquid vobiſcum fecerint ad commodum utriuſque noſtrûm. A.D. 1213.

Et, ſi forte omnes ad vos non pervenerint, nichilominus tribus vel quatuor eorum credatis de eodem.

Et in hujus rei teſtimonium has litteras noſtras Patentes vobis mittimus,

Teſtibus,

Domino H. Dublin Archiepiſcopo,
P. Winton. Epiſcopo,
R. Waterford Epiſcopo,
G. filio Petri Com. Eſſex Juſticiario noſtro,
Comite W. Mareſcallo,

W.

A.D. 1213.

W. Comite Warenn.
W. Comite de Ferrar,
S. Comite Winton.
R. Comite de Clara,
W. Comite Arundell.
H. Comite Hereford.
Roberto de Ros.

Apud Templ. de Ewell. 25. die Maii Anno 15.

Littera per Johannem Regem Angliæ, Petro Regi Aragon.

A.D. 1213. *An. 15. Joh. Clauſ. 15. Johannis, p. 2. m. 8. d.*

REX P. eadem gratiâ, Regi Aragon, &c.

Grates vobis multas referimus de privato verbo, quod nobis mandaſtis per fidelem veſtrum Willielmum de Werrer. ſet, quia nullam ſuper eo habuimus certitudinem, niſi ex dictis ipſius Willielmi, tranſmittimus ad vos dilectos & fideles noſtros G. de Nevill Camerarium noſtrum, & Philippum de Albiniaco, ut per illos nos plenius certificetis.

Et vos rogamus quatinus ſuper hoc diligentius habeatis tractatum & negotium illud in omnibus ita affirmare curetis, ut citius, quod incepimus, expediatur: Et nos, per eoſdem, de voluntate veſtra in omnibus reddatis certiores.

Voluntas enim noſtra eſt, ut rebus inter nos & vos ad invicem pleniùs affirmatis, negotium noſtrum, de aſſenſu & authoritate Domini Papæ, ſine difficultate, ad optatum perducatur effectum.

Quod Interdictum contra Perſonas Eccleſiaſticas per Regem factum, ut iniquum revocetur.

A.D. 1213. *An. 15. Joh. Pat. 15. Johannis, m. 11.*

REX omnibus, &c. Sciatis quòd interdictum, quod vulgariter utlagatio nuncupatur, quod proponi fecimus contra perſonas Eccleſiaſticas, publicè revocavimus & revocamus: Proteſtantes, per has litteras noſtras Patentes, id ad nos de perſonis Eccleſiaſticis minimè pertinere; nec illud de cætero contra perſonas Eccleſiaſticas faciemus ullatenùs promulgari.

Teſte meipſo apud Bellum 13. die Junii. Anno 15.

Litteræ de Credentia, Comiti Flandriæ.

A.D. 1213. *An. 15. Joh. Pat. 15. Johannis, m. 37.*

REX dilecto amico ſuo F. Comiti Flandriæ & Hannoniæ, &c.

Mittimus ad vos dilectos & fideles noſtros W. Comitem Sarr. Fratrem noſtrum, & W. de Gray Cancellarium noſtrum pro negotio noſtro & veſtro.

Et ſciatis quod, quicquid fidelis noſter R. Comes Bononiæ, & prædicti, Comes frater noſter, & W. Cancellarius noſter, & Johannes filius Hugonis, & Falkeſius de Breante vobiſcum inde fecerint ad honorem & commodum noſtrum, id ratum habebimus & tenebimus.

Et in hujus rei teſtimonium has litteras noſtras patentes vobis mittimus.

Teſte meipſo apud Beram. 26. die Junii, Anno Regni noſtri 15.

De Pecunia, in Cuſtodia Magiſtri Militiæ Templi poſita, quibuſdam ad mandatum Regis tradenda.

A.D. 1213. *An. 15. Joh. Pat. 15. Johannis, m. 38.*

REX dilecto ſibi Fratri A. Magiſtro Militiæ Templi in Anglia, Salutem.

Mandamus vobis quod liberari faciatis fidelibus noſtris W. Comiti Sarr. fratri noſtro, & Johanni filio Hugonis, & Falkeſio de Breante per certum Nuncium illorum viginti millia Marcarum, quas vobis commiſimus cuſtodiendas per manus Roberti de Veteri Ponte. Et illas eis per partes mittatis, ſicut vobis mandabunt per litteras ſuas patentes.

Et in hujus rei teſtimonium has litteras noſtras patentes vobis mittimus.

Teſte meipſo apud Corf. 22. die Junii, Anno Regni noſtri 15.

A.D. 1213. A.D. 1213.

De Pace inter Angliæ & Franciæ Reges reformanda.

A.D. 1213. *An.* 15. *Joh.* INnocentius 3. illuſtri Regi Francorum. Cum, pro reconciliatione Regis ac Regni, venerabilem Fratrem noſtrum Epiſcopum Tuſculanum, virum Deo gratum, & acceptum hominibus, quem, inter alios fratres noſtros, merito ſuæ religionis & honeſtatis, ſpeciali diligimus caritate, in Angliam deſtinemus, & expedire credamus quod inter te & Regem Angliæ pacis fœdera reformentur.

Serenitatem tuam rogandam duximus & monendam quatenus ſuper hoc intendas humiliter monitis & conſiliis ejuſdem Legati, ut preces & monitiones apoſtolicas, ſicut hactenus feciſſe dinoſceris, nunc etiam admittere comproberis; ita quod devotio tua ſemper ad ſedem apoſtolicam devotior approbetur. A.D. 1213.

Datum Laterani 3. Non. Julii, Pontificatûs noſtri anno 16.

Littera Innocentii Papæ Baronibus Angliæ; de Legato in Angliam miſſo.

A.D. 1213. *An.* 15. *Joh.* COmitibus, Baronibus, aliiſque Magnatibus, per Angliam conſtitutis.

Quanto ſpecialiùs Regnum Angliæ ad Romanam Eccleſiam dinoſcitur pertinere, tanto ferventius aſpiramus ut per noſtræ ſollicitudinis ſtudium grata proſperitate lætetur.

Cum igitur ad reconciliationem Regis ac Regni venerabilem Fratrem noſtrum Tuſculanum Epiſcopum apoſtolicæ ſedis Legatum, quaſi pacis & ſalutis angelum deſtinemus, virum utique gratum Deo, & acceptum hominibus, quem inter alios Fratres noſtros, merito ſuæ religionis & honeſtatis, ſpeciali diligimus caritate; univerſitatem veſtram rogandam duximus & monendam, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes quatenus eum recipiatis benigne, ac honeſte tractetis, ipſius monitis & mandatis humiliter intendentes, ut bonum pacis, tam Regno, quam Sacerdotio maxime neceſſarium, feliciter conſummetur. A.D. 1213.

Scientes quod cum per eum illuſtris Rex veſter, juxta mandatum noſtrum, fuerit abſolutus, omnimodam ei gratiam, & plenum intendimus exhibere favorem.

Unde volumus & mandamus ut vos ei fidelitatem devotam & fidelem devotionem exhibere curetis, ad defenſionem & exaltationem ipſius Regni prudenter & patenter aſſiſtentes eidem.

Datum Lateran. 11. Non. Julii, Pontificatûs noſtri anno 16.

De Obſidibus Regis Scotiæ veniendis ad Regem.

A.D. 1213. *An.* 15. *Joh.* *Clauſ.* 15. *Johan. p.* 1. *m.* 4. REX S. Comiti Winton, &c. Mandamus vobis quod ſtatim, viſis litteris iſtis, faciatis venire ad nos, per bonos & ſalvos Nuncios, Regin. filium veſtrum & filium Willielmi de Veteri Ponte, Obſides Regis Scotiæ, qui ſunt in cuſtodia veſtra per præceptum noſtrum: Ita quod ſint ad nos apud Porteſm. in Vigilia inſtantis Feſti Sancti Johannis Baptiſtæ. A.D. 1213.

Teſte meipſo apud Bellum 13. die Junii.

Littera Othoni Imperatori, de Credentia.

A.D. 1213. *Clauſ.* 15. *Johannis, p.* 2. *m.* 8. *d.* KAriſſimo Nepoti ſuo Othoni Dei gratia, illuſtri Roman. Imperatori & ſemper Auguſto, Johannes, eadem gratiâ Rex Angl. &c. Mittimus ad vos Fideles noſtros Dominum Epiſcopum Norwicenſem, & W. Comitem Sarr. Fratrem noſtrum, & Willielmum Briwer, rogantes quatenus eis fidem habeatis ſuper hiis, quæ vobis dicent, ex parte noſtra, ad commodum utriuſque noſtrûm. A.D. 1213.

T. meipſo apud Corff. 25 die Julii.

Litteræ

Litteræ Johannis Regis Angliæ Comiti Tholous.

A.D. 1213.
A. 15. Joh.
Clauſ. 15. Johannis, p. 2. m. 8. d.

REX dilecto ſibi Raymondo Duci Nerbon. & Comiti Tholous, &c.

Mittimus ad vos dilectos & fideles noſtros G. de Nevill Camerarium noſtrum, & Philippum de Albiniaco, qui vos de ſtatu noſtro & eſſe noſtro plenius certificabunt, quibus præcipimus quòd vobis & agendis veſtris congruum & efficax auxilium de noſtro faciant, dummodo vos conſtanter & fideliter, prout decet, ſecundum verba inter nos prælocuta, erga nos habuiſtis.

Vos autem rogamus, quatinùs agendis noſtris, quæ veſtra reputamus, ità ſtrenuè & viriliter intendatis quod vos indè commodum & nos honorem conſequi valeamus.

A.D. 1213.

Sciatis igitur nos, poſt feſtum Pentecoſtes, moram feciſſe in partibus marinis Angliæ, parati cum poſſe noſtro & navigio magno ad veniendum ad vos, ad conſulendum & auxiliandum vobis, & aliis amicis & fidelibus noſtris.

Set per magnam venti quantitatem in Angliâ moram facimus hac yheme, & nullo modo omittemus quin ad vos in novitate temporis futuri, cum toto poſſe & auxilio, per gratiam Dei, veniamus, undè vos & cæteri amici noſtri gaudium habebitis.

Teſte meipſo apud Luteg. 17 die Auguſti.

De reconciliatione cum Savarico de Malo Leone.

A.D. 1213.
An. 15. Joh.
Pat. 15. Joh. m. 10. dorſ.

REX Savarico de Malo-Leone.

Sciatis quod miſimus in partes Pictaviæ dilectos & fideles noſtros G. de Nevill Camerarium noſtrum, & Philippum de Albiniaco, ad negotia noſtra expedienda.

Et, quoniam audivimus quod pœnitet vos a ſervitio noſtro, per conſilium non ſanum, & ſuggeſtionem ſiniſtram, receſſiſſe, unde plurimum gaviſi ſumus, eoſdem ad vos mittimus, ut vobiſcum ſuper agendis noſtris & veſtris, & ſuper hiis, quæ nos & vos adinvicem contingunt, pleniùs tractatum habeant.

A.D. 1213.

Ratum quoque eſſe volumus & ſtabile, & firmiter tenebimus in omnibus, quæcumque prædicti Fideles noſtri, per conſilium proborum hominum noſtrorum de Rupella, vobiſcum fecerint.

Et, in hujus rei teſtimonium, has litteras noſtras Patentes vobis mittimus.

Teſte Rege apud Cler. 22. Auguſti, Anno 15.

Litteræ Joh. Regis Comiti Guidoni de Alvernia miſſæ, quibus quam citius poterit, ei auxilium & ſuccurſum promittit.

A.D. 1213.
An. 15. Joh.
Clauſ. 15. Johannis, p. 2. m. 8. d.

REX Comiti Guidoni de Alvernia, &c.

Grates vobis multas referimus de bono & fideli ſervitio veſtro, & de diligentia & ſolicitudine, quam expeditioni commodi & honoris noſtri ſemper, veſtri gratia, impendiſtis.

Et ſciatis quod in Feſto Pentecoſtes moram fecimus ſuper marinam, parati & totum poſſe noſtrum apponentes ad transfretandum in partes veſtras, ſicut Alelinus miles veſter, qui præſens aderat, plenius vobis dicere poterit.

Set tandem, cum nec voluntati Dei, nec venti quantitati poſſumus contraire, oportet nos in inſtanti yheme, nobis & invitis, in Angl. morari; & modis omnibus per Dei gratiam, propoſuimus in novitate temporis futuri, cùm ad præſens non poſſumus, ad vos venire in auxilium & ſuccurſum veſtri, & aliorum fidelium noſtrorum, & defenſionem terræ veſtræ.

A.D. 1213.

Et præmittimus ad vos dilectos & fideles noſtros G. de Nevill Camerarium noſtrum, & Philippum de Albiniaco, per quos vobis mittimus de pecunia noſtra, cum plus inde proceſſu temporis mittemus, quia vobis nec poſſumus nec debemus deficere.

Et vos rogamus quatinus ad talem locum accedatis, ubi prædicti fideles noſtri vobiſcum poſſint colloquium habere;

quædam

A.D. 1213.

dam enim ſecreta verba vobis per eos mandamus, quæ litteris commendare nolumus; & vos fidem habeatis hiis quæ vobis dicent ex parte noſtra ad fidem, commodum & honorem *veſtrum*.

Negotiis vero & agendis noſtris fideliter & viriliter, ſicut hactenus noſtri gratiâ feciſtis, ſemper de bono in melius intendatis; & voluntatem veſtram in omnibus, & ſtatum veſtrum nobis crebrò ſignificetis.

A.D. 1113.

Teſte meipſo apud Luteg. decimo ſeptimo die Auguſti.

Litteræ Ferando Comiti Flandriæ.

A.D. 1213.
A. 15. Joh.
Clauſ. 15. Johannis, p. 2. m. 7. d.

REX Ferando Comiti Flandr. &c.

Sciatis quod Nuncii veſtri ſcilicet Ern. de Landa, & Præpoſitus de Sancto Audomar. venerunt ad nos in remotis partibus Regni noſtri, ſcilicet, apud Dunholm. &, audito Nuncio eorum, ſtatim miſimus ad providendum negotium veſtrum, & nos ipſi ad illud expediend. feſtinamus verſus London; ita quod frater noſter, Comes Sarum, verſus vos iter arripiet, unà cum Nunciis veſtris, Dominica, ſcilicet, in feſto Sancti Michaelis, cum denariis, gente, & aliis.

Et vos rogamus quatinus interim ita viriliter vos habeatis, quod probitas & ſollicitudo veſtra a Deo & hominibus meritò debeant commendari: pro certo habentes quod talem vobis ſuccurſum faciemus, quod pro defectu *noſtri* nichil amittemus.

A.D. 1213.

Et ſciatis quod de prædictis Nunciis veſtris multum vos laudamus, quia decenter & diſcretè noſtrum & veſtrum negotium nobis propoſuerunt.

Teſte meipſo apud Stretton. viceſimo primo die Septembris.

Eodem modo ſcribitur Johannæ Comitiſſæ Flandr. & R. Comiti Bolon.

Reſignatio Johannis Regis facta Innocentio Papæ.

A.D. 1213.
An. 15. Joh.
In Biblioth. Cotton. Nero. C. 2.

JOhannes, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegavenſis, omnibus Chriſti fidelibus hanc Cartam inſpecturis, ſalutem in Domino.

Univerſitati veſtræ per præſentem Cartam aureâ bullâ noſtrâ munitam, volumus eſſe notum quod cum Deum, & matrem noſtram ſanctam Eccleſiam offenderimus in multis, & proinde divina miſericordia plurimum indigere noſcamur, nec quicquam quod digne offerre poſſimus pro ſatisfactione Deo & Eccleſiæ faciendâ debitâ niſi nos ipſos habeamus, & Regna noſtra.

Volentes nos ipſos humiliare pro illo, qui ſe pro nobis humiliavit uſque ad mortem, gratiâ Spiritûs Sancti inſpirante, non vi inducti, nec timore coacti, ſed noſtrâ bonâ ſpontaneâque voluntate, ac communi conſilio Baronum noſtrorum offerimus, & libere concedimus Deo, & ſanctis Apoſtolis ejus Petro & Paulo, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Matri noſtræ, ac Domino noſtro Papæ Innocentio tertio, ejuſque catholicis ſucceſſoribus totum Regnum Angliæ, & totum Regnum Hiberniæ, cum omni jure ac pertinentiis ſuis, pro remiſſione omnium peccatorum noſtrorum & totius generis noſtri, tàm pro vivis, quàm pro defunctis.

A.D. 1213.

Et, amodò illa a Deo, & ab Eccleſia Romana, tanquam feodarius, recipientes & tenentes, in præſentia venerabilis patris noſtri Domini Nicholai Tuſculani Epiſcopi, Apoſtolicæ Sedis Legati, & Pandulphi Domini Papæ Subdiaconi & Familiaris, fidelitatem exinde Domino noſtro Papæ Innocentio ejuſque catholicis ſucceſſoribus, ac Eccleſiæ Romanæ, ſecundum ſubſcriptam formam, fecimus & juravimus.

Et homagium etiam ligium, pro prædictis Regnis Deo & Sanctis Apoſtolis Petro & Paulo, & Eccleſiæ Romanæ, & eidem Domino noſtro Papæ Innocentio, per manus prædicti Legati, loco & vice ipſius Domini Papæ recipientis, publice fecimus; Succeſſores & Hæredes noſtros de uxore noſtra in perpetuum obligantes, ut ſimili modo Summo Pontifici, qui pro tempore fuerit, & Eccleſiæ Romanæ, ſine contradictione debeant fidelitatem præſtare, & homagium recognoſcere.

Ad indicium autem hujus noſtræ perpetuæ obligationis & conceſſionis, volumus & ſtabilimus ut, de propriis & ſpecia-

A.D. 1213. ſpecialibus redditibus prædictorum Regnorum noſtrorum, pro omni ſervitio & conſuetudine, quod pro ipſis facere debemus (ſalvis per omnia denariis Petri) Eccleſia Romana mille Marcas Sterlingorum percipiat annuatim; ſcilicet, in feſto Sancti Michaelis quingentas Marcas, & in Paſcha quingentas Marcas: Septingentas Marcas, ſcilicet, pro Regno Angliæ, & trecentas pro Regno Hiberniæ; ſalvis nobis & Hæredibus noſtris juſtitiis, Libertatibus & Regalibus noſtris.

Quæ omnia, ſicut ſupradicta ſunt, rata eſſe volentes perpetuo atque firma, obligamus nos & Succeſſores noſtros contra non venire.

Et ſi nos, vel aliquis Succeſſorum noſtrorum hoc attemptare præſumpſerit, quicunque fuerit ille, niſi rite commonitus reſipuerit, cadat a jure Regni, & hæc Carta obligationis & conceſſionis noſtræ ſemper firma permaneat.

Forma Juramenti per Johannem Regem de ſupradictis præſtiti.

EGO Johannes, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, ab hac horâ in antea, fidelis ero Deo & beatro Petro & Eccleſiæ Romanæ, ac Domino meo Papæ Domino Innocentio III. ejuſque ſucceſſoribus catholice intrantibus.

Non ero in facto, in dicto, conſenſu vel conſilio ut vitam perdant, vel membrum, vel mala captione capiantur.

Eorum dampnum ſi ſcivero, impediam, & removere faciam ſi potero; alioquin eis, quam citius potero, intimabo, vel tali perſonæ dicam quam eis credam pro certo dicturam: conſilium, quod mihi crediderint per ſe, vel per Nuncios, ſeu litteras ſuas, ſecretum tenebo, & ad eorum dampnum nulli pandam me ſciente. A.D. 1213

Patrimonium beati Petri, & ſpecialiter Regnum Angliæ, & Regnum Hiberniæ adjutor eis ero ad tenendum & defendendum contra omnes homines, pro poſſe meo; ſic Deus me adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia.

De quibus, ne poſſit in poſterum aliquid dubitari, ad majorem ſecuritatem prædictæ obligationis & conceſſionis noſtræ, præſentem Cartam fieri fecimus, & aurea bulla noſtra ſignari; ac, pro Cenſu hujus præſentis & primi anni, mille Marcas ſterlingorum, per manum prædicti Legati, Eccleſiæ Romanæ perſolvimus.

Teſtibus,

Domino S. Cantuarienſi Archiepiſcopo.
W. Londonienſi,
P. Wintonienſi,
E. Elienſi, } *Epiſcopis.*
H. Lincolnienſi,

W. ae Gray Cancellario noſtro,
W. de Longa Spada Comite Sareſberienſi fratre noſtro,
R. Comite Ceſtriæ,
W. Mareſcallo Comite Penbroc.
Roberto de Roſſe,
W. Comite de Ferrariis,
S. Comite Winton,
Guillielmo Briwere,
Petro filio Hereberti,
Mathæo filio Hereberti,
Briano de Inſula, Dapifero noſtro.

Datum per manus Magiſtri Riccardi de Mariſco, Archidiaconi Richmundiæ & Northumbr. apud Sanctum Paulum Londonienſem, tertiâ die Octobris, Anno ab Incarnatione MCCXIII. Regni vero noſtri, Anno Decimo quinto.

Littera Innocentii Papæ; ne quis pace, inter Eccleſiam & Johannem Regem facta, abutatur ad gravamen ejuſdem Regis.

A.D. 1213. An. 15. Joh. DUblinenſi Archiepiſcopo; & Norwicenſi, & Wintonienſi Epiſcopis; & Nobilibus viris Guillelmo Sareſberienſi, Galfrido filio Petri Eſſexiæ, R. Boloniæ, Ranulpho Ceſtriæ, W. Waranniæ, Willielmo Mareſcallo Pembrociæ, Rogero Bigot Norfolciæ, Willielmo Arundelli, Guillelmo de Ferraria, & Sahero Wintoniæ Comitibus, & R. filio Rogeri, W. Briwere, R. de Ros, G. filio Ranfredi, R. de Mortuo Mari, P. filio Hereberti, W. de Albiniaco. A.D. 1213.

In forma concordiæ, quâ, cum multa deliberatione, providimus pro reformanda pace inter cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Johannem Anglorum Regem illuſtrem, & Eccleſiam Anglicanam, hoc inter cætera continetur expreſſum, quod idem Rex veram pacem & plenam

A.D. 1213. ſecuritatem præſtabat venerabilibus patribus Stephano Cantuarienſi Archiepiſcopo, Willelmo Londonienſi, Euſtachio Elienſi, Ægidio Herefordenſi, Joſcelino Bathonienſi, & Huberto Lincolnienſi Epiſcopis; Priori quoque ac Monachis Cantuarienſibus; & Roberto filio Walteri, ac Euſtachio de Veſci; necnon cæteris Clericis & Laicis hoc negotium contingentibus, præſtando ſimul coram Legato vel Delegato noſtro publice juramentum quod ipſos, cum ſuis, nec lædet, nec lædi faciet vel permittet in perſonis, vel rebus, eiſque omnem indignationem dimittet, & in gratiam ſuam eoſdem recipiet ac bona fide tenebit; quodque præfatos Archiepiſcopum, & Epiſcopos non impediet, nec faciet aut permittet aliquatenus impediri quo minus ipſi liberè ſuum exequantur officium, & plena ſuæ juriſdictionis auctoritate prout debent, utantur.

Et ſuper hiis tàm nobis, quàm ipſi Archiepiſcopo, & ſingulis Epiſcopis, ſuas patentes litteras exhibebit; faciens ab Epiſcopis & Comitibus ac Baronibus ſuis, quot & quos præfati Archiepiſcopus & Epiſcopi poſtulaverint, juramenta & eorum patentes litteras exhiberi quod ipſi, bona fide, ſtudebunt ut hæc pax & ſecuritas firmiter obſervetur; &, ſi forte, quod Deus avertat, idem Rex per ſeipſum, vel alios contravenerit, ipſi pro eccleſia contra violatores ſecuritatis & pacis mandatis apoſtolicis inhærebunt, ac dictus Rex perpetuo cuſtodiam vacantium eccleſiarum amittat.

Sane intelleximus vos pro præſcriptâ ſecuritate ac pace juraſſe, veſtraſque patentes litteras tradidiſſe; unde per apoſtolica vobis ſcripta mandamus quatenus, ad conſummandam & conſervandam formam ejuſdem ſecuritatis & pacis diligens ſtudium impendatis & operam efficacem.

Ne quis autem ex hujus vinculo cautionis occaſionem aſſumat contra præfatum Regem aliquam turbationis materiam ſuſcitandi, cum per eam ſic illis ad neceſſariam ſecuritatem & pacem velimus eſſe proviſum, quod illi ad gravamen indebitum vel incommodum non redundet, præſentium vobis auctoritate præcipimus quatenus, ſi quid forſan emerſerit, quod contra præſcriptam ſecuritatem & pacem facere proponatur, non ante, cujuſquam inſtinctu, adverſus eundem Regem aliquatenus moveamini quam, conſulto Romano Pontifice, ipſius recipiatis cum reſponſo mandatum, qui omnia conſuevit æquo libramine moderari; cum hoc ipſum in prædicta forma contineatur expreſſum, quòd vos pro eccleſia contra violatores ſecuritatis & pacis debetis mandatis apoſtolicis inhærere.

Datum Laterani 11 Kal. Novembris, Pontificatus noſtri anno decimo ſexto.

Littera Innocentii Papæ; de fidelitate Regi præſtanda.

A.D. 1213.
An. 15. Joh.

ARchiepiſcopo & Epiſcopis & nobilibus viris Baronibus, Militibus, necnon & univerſis populis per Angliam & Walliam conſtitutis.

Cum per ipſius gratiam, qui diſcordantes parietes in ſe angulari lapide copulavit, vera pax & plena concordia ſit inter Regnum & Sacerdotium in Anglia reformata, nos, qui tenemur curam & ſollicitudinem gerere ſpecialem de cariſſimo in Chriſto filio noſtro Johanne illuſtri Rege Anglorum ac ejus Regno, quod ad Romanam Eccleſiam per domum ipſius ſpeciali jure noſcitur pertinere, ſibi & hæredibus ſuis providere volentes, per apoſtolica vobis ſcripta mandamus atque præcipimus quatenus in fidelitate ipſius Regis, ac hæredum ſuorum prompto animo & corde ſincero perſeverare curetis; tale vos, circa devotionem ipſius, per omnia exhibentes quod tàm a nobis, quàm ipſo debeatis merito commendari; ſcientes pro certo quod nos ad ipſius commodum & honorem efficaciter aſpiramus.

Datum Lateran. 5 Kal. Novembris, Pontificatus noſtri anno decimo ſexto.

In eundem modum Willelmo illuſtri Regi Scotiæ, & nobili viro Alexandro filio ejus.

Bulla quod Prælati, nobiles & populus Hibernicus perſeverent in fidelitate Regis Angliæ & Hæredum ſuorum.

A.D. 1213. A. 15. Joh. Ex Orig. A.D. 1213.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiſcopis & Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, & cæteris eccleſiarum Prælatis, & nobilibus viris Principibus, Comitibus, Baronibus, & univerſis Militibus & populis per Yberniam conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm, per ipſius gratiam, qui diſcordantes parietes in ſe angulari lapide copulavit, vera pax & plena concordia ſit inter *Regnum & Sacerdotium* in Angliâ reformata, nos, qui tenemur curam & ſollicitudinem gerere ſpecialem de cariſſimo in Chriſto filio noſtro Johanne illuſtri Anglorum Rege, ac ejus Regno, quod ad Romanam Eccleſiam, per donum ipſius, ſpeciali jure noſcitur pertinere, ſibi & hæredibus ſuis providere volentes, per apoſtolica vobis ſcripta mandamus atque præcipimus, quatinùs in fidelitate ipſius Regis ac Hæredum ſuorum prompto animo & corde ſincero perſeverare curetis; tales vos, circa devotionem ipſius, per omnia exhibentes, quòd tàm a vobis quàm ipſo debeatis merito commendari; ſcientes pro certo quòd nos ad ipſius commodum & honorem efficaciter aſpiramus.

Dat. Lateran. 5 Kal. Novembr. Pontificatus noſtri anno ſextodecimo.

Sigillo pendente a filo canabeo.

Litteræ Innocentii Papæ miſſæ Johanni Regi Angliæ, de ſubmiſſione vel reſignatione ſua.

A.D. 1213. A. 15. Joh. A.D. 1213.

JOhanni illuſtri Anglorum Regi.

Sicut in Arcâ fœderis Domini cum tabulis teſtamenti virga continebatur & manna, ſic in pectore ſummi Pontificis cum ſcientia legis divinæ rigor diſtinctionis & favor dulcedinis continetur. Unde ſemper hanc conſuevit moderantiam obſervare, ut verbera patris & ubera matris habens, ſic in rebelles & induratos ſeveritatem exerceat, quod benignitatem exhibeat erga humiles & correctos, ejus exemplo qui vinum ſuperinfudit & oleum vulneribus ſauciati.

Gaudemus autem in Domino & in potentia virtutis ipſius quod adeo tibi noſtra medicamina profecerunt, ut tua per illa ſanaſſe vulnera videamur; & qui medico fuiſti moleſtus, cum aſperitatem medicaminis ſentiebas, jam gratus exiſtis, ex quo percepiſti gratiam ſanitatis; plane gratus, qui, ut perfecte ſatisfaceres de commiſſis, te ipſum & tua Deo & Eccleſiæ obtuliſti.

Et ecce qui te jam quaſi dejecerit, ſubito te erexit, humiliando ſublimem, & humilem ſublimando; quinetiam adeo te firmavit, ſuper illam petram ſtabiliens pedes tuos, de qua ipſa veritas inquit ad Petrum, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam; quod ſi non retraxeris pedes ab illa, nullum oportebit te caſum aliquatinus formidare.

Venientes igitur ad apoſtolicam ſedem venerabilem fratrem noſtrum Johannem Norwicenſem Epiſcopum, & dilectos filios H. Abbatem Belliloci, & fratrem A. Martel, & nobiles viros H. de Bova, & P. de Maulay, nuncios tuos, paterna benignitate ſuſcepimus, & petitiones tuas per ipſos nobis prudenter expoſitas, quantum cum honeſtate potuimus, curavimus exaudire; firmum gerentes in animo propoſitum ea ſemper efficere quæ ad tuum commodum & honorem debeant pervenire; cum pro certo ſperemus quod & tu in devotione ac obedientia Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, matris tuæ, non ſolum perſiſtere, ſed & proficere pura intentione ſtudebis; quod utique tibi & ſpiritualiter & temporaliter ad magnum proficiet incrementum.

Serenitatem itaque regiam rogamus attentius & monemus quatenus ſanctam Eccleſiam ſponſam Chriſti ſemper in Regno tuo ſtudeas honorare, faciens eam debita libertate gaudere, ut verè ſpecialis Eccleſiæ filius comproberis; quia tunc tibi regalis dignitas integra conſervabitur, cum eccleſiaſticam libertatem integram conſervabis; diligenter attendens quod Principes illi pene penitus defece-

A.D. 1213. runt qui Eccleſiaſticam præſumpſerunt infringere liberatem; ii vero ſemper de bono profecerunt in melius qui jura ſtuduerunt Eccleſiaſtica confovere.

Illud autem tuæ regali prudentiæ conſulimus ad cautelam, ut cum Archiepiſcopis & Epiſcopis Regni tui contentioſe non agas; maxime ſuper negotiis ſpiritualibus & Eccleſiaſtico jure cum ad nos poſſis habere recurſum; per quos multa poteris honeſte perficere, quæ honeſte non poſſes efficere per te ipſum; pro certo confidens quod nos petitiones & preces tuas, quantum honeſtas permiſerit, intendimus efficaciter exaudire.

Quid denique prædictis Nunciis reſponderimus ſuper tua non excommunicanda perſona, neque tua interdicenda Capella niſi de mandato ſedis apoſtolicæ ſpeciali; aliiſque nonnullis, de quibus cum eis ſtudioſe contulimus; ipſi tanquam viri providi & fideles tuæ poterunt excellentiæ viva voce referre; quos merito ſuæ probitatis & fidei tibi reddimus commendatos.

Datum Lateran. 11. Kal. Novembris Pontificatus noſtri anno 16.

Littera Innocentii; de comburendis Literis contra Regem Angliæ impetratis.

A.D. 1213.
A. 15. Joh.

Nicholao Tuſculano Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato.

Cum de cariſſimo in Chriſto filio noſtro Johanne illuſtri Anglorum Rege ac ejus Regno, quod ad Romanam Eccleſiam ex ejus dono jure pertinet ſpeciali, oporteat nos curam & ſollicitudinem gerere diligentem, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus, poſtquam relaxatum fuerit interdictum, venerabilibus fratribus noſtris Stephano Cantuarienſi Archiepiſcopo S. R. E. Cardinali, & Coepiſcopis ejus, ex parte noſtrâ, diſtricte præcipias quatenus omnes litteras, tam priores quam poſteriores, impetratas a nobis contra eundem Regem, ſi formam pacis non duceret admittendam, illaſque præſertim quæ ſic incipiunt, *expectantes hactenus quæ expectavimus*, per Regnum Franciæ, Angliam, Scotiam & Hiberniam, ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos, necnon Leodienſem & Trajectenſem Pontifices deſtinandas, tibi, ſine diminutione aliqua, repræſentent, eaſque protinus facias minutatim incidi vel igne comburi; ne contra eum, ipſarum occaſione, quicquam ſiniſtri valeat attentari; ipſos ad hoc, ſi neceſſe fuerit, diſtrictione qua convenit compellendo.

Datum Laterani 11 Kal. Novembris, Pontificatus noſtri anno 16.

Eidem; irritæ redduntur quæcunque Conjurationes ratione prædictæ diſcordiæ ortæ.

A.D. 1213.
An. 15. Joh.

Fraternitati tuæ præſentium auctoritate mandamus quatenus poſtquam interdictum Angliæ fuerit relaxatum, omnes conjurationes & factiones, ſi quæ occaſione diſcordiæ inter Regnum & Sacerdotium factæ ſunt, denunties auctoritate noſtra irritas & inanes; cum cauſa ceſſante ceſſare debeat & effectus.

Datum Laterani 11. Kal. Novembris, Pontificatus noſtri anno 16.

Mandata Regia quod Naves promptæ & paratæ ſint ire in ſervitium Regis.

A.D. 1213.
A. 15. Joh.
Clauſ. 15. Johannis, p. 1. m. 3. d.

Rex Ballivis portuum maris in Comitatu Eſſex, &c. Præcipimus vobis quòd, ſicut nos & honorem noſtrum diligitis, venire faciatis uſque Portſm. omnes Naves Ballivæ veſtræ quæ octo vel plures equos ferre poſſint, itâ quòd ibi ſint, omni occaſione poſtpoſitâ, in craſtino Sancti Hillarii inſtanti, niſi citius venire poſſint, promtæ & paratæ ad eundum in ſervitium noſtrum.

Et, ſiqua hujuſmodi navis carcata fuerit, A.D. 1213. rit, ſtatim diſcarketur, ut ſimul cum aliis ad prædictos diem & locum veniat, quia a die quâ iter arripuerint a portu ſuo ad eundum ad locum prædictum, niſi interim per pigritiam moram fecerint, liberationes ſuas eis pacari faciemus.

De pontibus autem & cleiis ſingulis navibus provideri faciatis prout melius fieri poſſit, & nos cuſtum ad hoc appoſitum, cum illuc venerint, eis reddi faciemus.

A.D. 1213. Vos autem ſitis apud Porteſm. ad prædictam diem benè inſtructi ad exprimendum nobis numerum navium illarum, & quæ venerint, & quæ non; & hoc faciatis, unà cum Vicecomite Eſſex cui idem mandavimus.

Teſte meipſo apud Turrim London. 28. die Decembr. Per W. Archidiaconum Tanton.

Johannes Rex transfretaturus Cuſtodiam Regni Papæ, & ejuſdem Pacem Epiſcopo Winton. mandat.

A.D. 1214. *A. 15. Joh. Pat. 15. Johannis, m. 4.*

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, & omnibus fidelibus ſuis, has litteras inſpecturis, &c.

Sciatis quod, pro magnis negotiis noſtris, ad præſens transfretamus in Pictaviam, & Regnum noſtrum Angliæ in cuſtodiam & protectionem Dei, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domini Papæ, & Domini N. Tuſcul. Epiſcopi Apoſtolicæ ſedis Legati commiſimus.

A.D. 1214. Et, loco noſtro, ad pacem Regni noſtri tuendam, venerabilem patrem noſtrum Dominum P. Winton. Epiſcopum conſtituimus.

Et ideò vobis mandamus quod ei, ad defenſionem Regni & conſervationem Pacis, auxiliantes ſitis & intendentes.

Et in hujus rei teſtimonium, &c. vobis mittimus.

Teſte meipſo apud Porteſm. 1. die Februarii, anno Regni noſtri 15.

P. Epiſc. Winton. conſtituitur Juſticiarius Angliæ.

A.D. 1214. *An. 15. Joh. Pat. 15. Johannis, m. 12.*

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, &c.

Sciatis quod conſtituimus Juſticiarium noſtrum Angliæ Venerabilem patrem noſtrum Dominum P. Winton. Epiſcopum, quam diu nobis placuerit, ad cuſtodiendum loco noſtro terram noſtram Angliæ & pacem Regni noſtri. A.D. 1214.

Et ideo vobis mandamus quod ei, tanquam Juſticiario noſtro Angliæ, intendentes ſitis & reſpondentes.

Et in hujus rei teſtimonium, &c. vobis mittimus.

Teſte meipſo apud Porteſm. 1. die Februarii, anno Regni noſtri 15.

Litteræ Regiæ Comiti Mareſcallo de progreſſu ſuo in Pictavia, & de forma interdicti relaxandi in Angliam Epiſcopo Wintonienſi miſſa.

A.D. 1214. *An. 15. Joh. Clauſ. 15. Johannis, p. 1. m. 1. dorſo.*

REX dilecto & fideli ſuo W. Comiti Mareſcallo Salutem.

Sciatis quòd ſani, Dei gratia, & incolumes apud Rupellam applicuimus die Sabbati, proximo poſt capud jejunii, cum magnâ parte gentis noſtræ.

Et ſtatim, ex quo advenimus, tum reddita nobis fuerint, tum relicta viginti ſex Caſtra & fortaliciæ. A.D. 1214.

Et, poſt paucos dies, proceſſimus ad Caſtrum Mileſcu obſidend. &, cum Caſtrum illud cepiſſemus, venit ad voluntatem & miſericordiam noſtram Johannes Porcelinus.

Et, continuò poſt illum, venit ſimiliter ad voluntatem & miſericordiam noſtram Savaricus de Malo-Leone, quem, A.D. 1214. conſilio Domini Burdegal. Archiepiſcopi, & aliorum fidelium noſtrorum, in pacem noſtram admiſimus.

Die autem Martis proximo ante mediam quadrageſimam, dùm adhuc moram feciſſemus circa caſtrum illud funditùs proſternendum, venit ad nos, a Curia Romana, frater Willielmus de Sancto Audoeno, afferens nobis litteras Domini Papæ, de formâ interdicti relaxandi in Angliâ, quas venerabili patri noſtro Domino Petro Winton. Epiſcopo deſtinavimus; undè vobis mandamus, rogantes quatenus, ad negotium illud exequendum, ad honorem Dei, & noſtrum & veſtrum, conſilium & auxilium efficax impendatis: Et faciatis, ſuper negotio iſto, id quod Dominus Winton. Epiſcopus, juſticiarius noſter vobis dicet ad fidem & commodum noſtrum; ut honorem inde habeamus, & Regni noſtri ſtatus in melius commutetur; unde meritò vobis ad perpetuas teneamur gratiarum actiones.

Teſte meipſo apud Rupellam, octavo die Martii.

Eodem modo ſcribitur omnibus Comitibus, Baronibus, & Magnatibus Angliæ, data eadem.

Litteræ Regiæ ejuſdem cum prædictis formæ. Et de præſtito faciendo.

A.D. 1214.
An. 15. Joh. Pat. 15. Johannis, m. 3.

REX probis hominibus ſuis Cantuar. ſalutem. Sciatis nos & fideles noſtros, quas nobiſcum adduximus, in Pictavia ſanos eſſe & incolumes; & jam in gaudium & lætitiam amicorum, & confuſionem inimicorum noſtrorum negotia noſtra, gratiâ Dei, incepimus expedire.

Die autem Dominica proximo ante mediam quadrageſimam obſedimus caſtrum de Mileſcu quod Porteclinus de Mauſy contra nos munierat; & nos die Martis ſequenti caſtrum illud vi cepimus, & ibi ſuſcepimus, per manum fratris Willielmi de Sancto Audoeno, litteras Domini Papæ, de forma relaxationis interdicti Angliæ, quas deſtinavimus venerabili patri noſtro Domino P. Winton. Epiſcopo juſticiario noſtro.

Et vos rogamus attentius quatenus ſecundum quod idem Epiſcopus vobis ſcire faciet ad interdictum illud relaxand. in præſtito nobis ſubſidium efficaciter impendatis, ita quod dilectionem veſtram merito commendare debeamus. Sciturі quod præſtitum, quod nobis ad hoc feceritis, plene vobis reddi faciemus cum gratiarum actione. Et in hujus rei, &c. vobis mittimus.

Teſte meipſo apud Rupellam, octavo die Martii, anno decimo quinto

Eodem etiam modo ſcribitur omnibus Burgis & Dominicis Domini Regis. Teſte eodem.

Littera Innocentii Papæ, de denariis beati Petri in Anglia.

A.D. 1214.
A. 15. Joh.

NIcholao Tuſculano Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato, & Pandulpho Subdiacono & familiari noſtro.

Cùm, ſicut veſtra diſcretio plene novit, ſingulæ domus totius Angliæ ſingulos denarios pro cenſu beati Petri annuatim nobis ſolvere teneantur, Prælati Angliæ, qui eum noſtro nomine collegerunt, rem invito Domino contrectantes, majorem ſibi exinde partem non ſunt veriti retinere, cum non niſi trecentas marcas nobis perſolverint, & ſibi mille vel amplius uſurparint.

Ut igitur jus Eccleſiæ Romanæ ſervetur illæſum, diſcretioni veſtræ præſentium auctoritate diſtricte præcipiendo mandamus quatenus, prius recipientes ab eis denarium ipſum, prout hactenus exſolverunt, & eos ad id, ſi neceſſe fuerit, per Cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellentes, firmiter poſtmodum ex parte noſtra, injungatis eiſdem, ut reſiduum cum integritate perſolvant.

Non enim videmus quo jure valeant ſe tueri, cum nec conceſſionem poſſint oſtendere a ſede apoſtolica ſibi factam, nec centenariam contra Romanam Eccleſiam præſcriptionem probare; maxime ſi tempora ſchiſmatum ſubducantur.

Si tamen de jure voluerint experiri, præfigatis eis terminum competentem quo per reſponſales idoneos noſtro ſe conſpectui repræſentent, quicquid juris ſuper hiis habuerint oſtenſuri;

A.D. 1214. ſuri; proteſtatione præmiſſa, quod, ſi judicio duxerint contendendum, nos quicquid hactenus eſt ſubtractum, in ipſo judicio reputemus.

Datum Laterani quinto Kalend. Februarii, Pontificatus noſtri anno decimo ſexto. A.D. 1214.

Quod Rex vel Capella ſua interdici vel excommunicari non poſſit, ſine mandato ſedis apoſtolicæ ſpeciali.

A.D. 1214.
An. 16. *Joh.*
Ex Orig.

INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Johanni illuſtri Regi Anglorum, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Apoſtolicæ ſedis ampla benignitas ſincerè obſequentium vota fidelium favore benevolo proſequi conſuevit, & illuſtrium virorum perſonas, quas in devotione ſuâ promptas invenerit & ferventes, quibuſdam titulis decentiùs decorare: Ut igitur ex ſpeciali devotione, quam ad Eccleſiam Romanam & perſonam noſtram habere dignoſceris, apoſtolicum tibi ſentias accreviſſe favorem; ſtatuimus nè a quoquam tua poſſit excommunicari perſona, vel interdici capella ſine mandato ſedis apoſtolicæ ſpeciali

Tu ergo, nè indè naſcantur injuriæ undè jura naſcuntur, talem te ſuper hiis ſatagas exhibere, nè per abuſum, quod abſit, privari hujuſmodi beneficio me — pria juxta —— cea — ſanctiones privilegium — re — tur ammittere, qui permiſsâ ſibi abutitur poteſtate. A.D. 1214.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum.

Dat. Rom. apud S. Petrum 17 Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno decimo ſeptimo.

Sigillo avulſo.

De treuga cum Rege Franciæ ineunda.

A.D. 1214.
An. 16. *Joh.*
Pat. 16. *Johan. m.* 17. *d.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, kariſſimo in Chriſto filio Johanni illuſtri Regi Anglorum, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cum ex guerra, quæ vertitur inter te, & kariſſimum in Chriſto filium noſtrum Philippum Francorum Regem illuſtrem, impediatur Terræ Sanctæ ſuccurſus, ad quem pro ſalute populi chriſtiani, ardentiſſimè aſpiramus, aliaque innumera timeantur ex eâ pericula proventura; nos, apoſtolicæ ſervitutis debito provocati, ad reformationem pacis intendimus interponere partes noſtras; unde conſulitur nobis a viris prudentibus & honeſtis, quatenus tibi, ac præfato Francorum Regi firmiter injungamus, per cenſuram Eccleſiaſticam vos, ſi neceſſe fuerit, compellendo, ut, pro tot & tantis periculis evitandis, treugas ineatis, & obſervetis ad invicem, ſaltem uſque poſt generale conſilium, in proximo celebrandum; rebus in eo ſtatu manentibus, in quo erunt cum ipſæ treugæ a partibus firmabuntur. A.D. 1214.

Et duo mediatores pacis abſque malitia eligantur, qui fideliter interim tractent de concordia reformanda: Quæ, ſi forte provenire non poſſet, noſtro vos arbitrio committatis, præſtitis ſuper hiis cautionibus, quæ tanto ac tali negotio fuerint opportunæ, ut extunc ad tam periculoſam diſcordiam ſopiendam nos ipſi perſonaliter intendamus.

Quocirca ſerenitatem Regiam rogamus, monemus & exhortamur in Domino, quatinus habitâ ſuper his deliberatione prudenti, nobis non differas per idoneum nuncium reſpondere.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum 10 Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno decimo ſeptimo.

Litteræ

Litteræ, credentiales nuncupatæ, Philippo Regi Franciæ.

A.D. 1214.
An. 16. *Joh. Clauſ.* 16. *Johan. m.* 3. *dorſo.*

KAriſſimo ſuo, ſi placet, Philippo Dei gratia Francorum Regi, Johannes, eadem gratia, &c.

Mittimus ad vos venerabilem patrem noſtrum H. Epiſcopum Imeloc. & fratrem Rogerum Elemoſinarium noſtrum, rogantes quatenus fidem eis habere velitis de hiis, quæ vobis dicent ex parte noſtra. A.D. 1214.

Teſte apud Cared. viceſimo ſexto die Aprilis.

De obſidibus Regis Scotiæ.

A.D. 1214.
An. 16. *Joh. Pat.* 16. *Johannis, n.* 20.

REX omnibus ſalutem.

Sciatis nos recepiſſe, per manum dilecti & fidelis noſtri Willielmi de Harecurt, apud Corf. die Lunæ in craſtino Clauſ. Paſchæ, anno Regni noſtri decimo ſexto, Gwyotum & Reymundum obſides Gwidonis Flemeng.

Et Thomam de Colevill & Gervaſium Auenel obſides Regis Scotiæ.

Et Willielmum Oiſelur. Nicholaum Vigilem, & Walterum Priſones, qui fuerunt in cuſtodia ejuſdem Willielmi. A.D. 1214.

Et Gaufridum Sancmell. & Wilekinum filium Adæ, obſidem ipſius Adæ Dulaieuz. qui ſimiliter fuerunt in cuſtodia ejuſdem Will. de Harecurt per præceptum noſtrum.

Ipſumque Willielmum de eiſdem obſidibus & priſonibus omnino quietavimus; & in hujus, &c.

Apud Corff. viceſimo octavo die Aprilis, anno Regni noſtri decimo ſexto.

De Salvo conducto pro oratore Regis Franciæ.

A.D. 1114.
An. 16. *Joh. Pat.* 16. *Johannis, m.* 4.

KAriſſimo Domino ſuo Philippo, Dei gratia, Regi Franc. J. eadem gratia, Rex, &c.

Sciatis quod, ſi Petrus de Joiny ad nos venire voluerit in Angliam nobiſcum locuturus, conceſſimus ei ſalvum & ſecurum conductum in eundo & redeundo. A.D. 1214

Et, in hujus, &c. vobis mittimus.

Teſte meipſo apud Rading. ſecundo die Maii, anno Regni Regis decimo ſexto.

W. Maucleri Littera Regi de negotio Baronum.

A.D. 1214.
An. 16. *Joh. Ex Orig. In Turre London.*

REverendo Domino ſuo Johanni, Dei gratia, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, Duci Normanniæ & Aquitaniæ, & Comiti Andegaviæ, ſuus W. Mauclere ſemper valere, fidelis & devotus Clericus ſalutem, & cum debita ſubjectione ſemper fidele ſervitium.

Noverit excellentia veſtra, Domine reverende, quod, quamvis magna infirmitate in itinere eſſem detentus, tandem Dei gratia ſecurus & incolumis, die Martis, proximo ante feſtum beati Mathiæ Apoſtoli Romam veni, & inveni Dominum Papam apud Lateranum.

Et eodem die acceſſi ad eum, & eum, ex parte veſtra, cum debita reverentia ſalutavi, & litteras veſtras porrexi; quas ipſe benigne ſuſcipiens, & diligenter inquiſivit de ſtatu veſtro, ac de pace Regni veſtri: Cum autem per reſponſionem meam intelligeret, quod omnia circa perſonam veſtram bene haberent, multum gaviſus eſt, gratias inde referens altiſſimo. A.D. 1214

Set poſtea, ſcilicet die Sabbati, proximo ante diem cinerum, venerunt ad curiam Johannes de Rorcby Clericus, Euſtachius de Veſcy, & quidam Capellanus dictus de Paris, Johannes Sancti Osberti nomine, deferentes litteras magnatum Angliæ; ſuper litteras illas in receſſu latoris præſentium Dominus Papa nondum audivit, & quid in litteris contineatur nondum plene mihi conſtiterat.

Set hoc ſcio pro vero, ſicut didici ex relatione Domini Johannis de Calumpna fide-

A.D. 1214. na fideliſſimi amici veſtri, & relatione aliorum amicorum veſtrorum, quod magnates Angliæ, ſcilicet Boreales, &, ut prædicti Nuncii dicunt Papæ, omnes Barones totius Angliæ inſtanter Domino Papæ ſupplicant, quod, cum ipſe ſit Dominus Angliæ, vos diligenter admoneret, &, ſi neceſſe fuerit, compellat antiquas libertates ſuas, per Cartas Anteceſſorum veſtrorum & proprio juramento veſtro confirmatas, eis illæſas conſervare.

Dicunt autem prædicti Nuncii, quod cum vos a prædictis Baronibus inde requiſiti fueritis in Epiphania Domini apud London, ſpreto proprio ſacramento veſtro, non tantum libertates ſuas antiquas & conſuetas eis concedere contemſiſtis, immo voluiſtis quod ipſi vobis permitterent, & etiam per Cartas ſuas darent, quod nunquam de cætero tales libertates a vobis vel ſucceſſoribus veſtris exigerent; quod omnes Barones, præter Dominum Wynthon. & Comitem Ceſtriæ, & Willielmum Briwer hoc facere renuerent.

Supplicant autem Domino Papæ, quod ſuper hiis eis provideret, cum ſatis conſtet ei, quod ipſi audacter pro libertate Eccleſiæ ad mandatum ſuum ſe vobis opponerent, & quod vos annuum redditum Domino Papæ & Eccleſiæ Romanæ conceſſiſtis, & alios honores quos ei & Romanæ Eccleſiæ exhibuiſtis, non ſponte, nec ex devotione, imo ex timore, & per eos coactus feciſtis.

Doleo autem Domine, quod tales rumores oportet me excellentiæ veſtræ ſignificare; ſet quia credo, quod expedit honori veſtro, quod vobis ſuper hoc caute quam citius poteritis provideatis, nullo modo auſus fui tacere.

Præterea ſciatis Domine quod multum deſiderant amici veſtri Dominus Camerarius, & Dominus Johannes de Calumpna, quod vos Domino Imperatori nepoti veſtro efficax conſilium impendatis. A.D. 1214.

Dicitur autem in curia, quod in bono ſtatu eſſet ſi haberet pecuniam, quia multi de Magnatibus Imperii, ad fidelitatem ejus redeunt. Et ut nobis quantum ———————— ipſe Dominus Monguntinus ———————— Fredericus vero G. pacem fecit cum Imperatore & eſt de familia ipſius, ut dicitur in curia.

Præterea ſciatis Domine ———— treugarum querelæ ———————— quod pro reverentia veſtra, tantam inveni gratiam tam in conſpectu Domini Papæ, quam in oculis omnium Cardinalium quod dicitur in curia, quod non fuerit aliquis, &c. omnes Cardinales qui ——— uberius ———————— ———————— veſtra gratiam inveniret ———————————————— qui & ———————— gratiam invenis — ——— Domino Ph. de Colet, & fidelitatis ———————— pro amore veſtro fecerunt: Et ſciatis quod Dominus Papa & omnes Cardinales doluerunt, quod non potui negotium meum, quod dicto Ph. de Colet per veſtras oſtenditur —— ———————————————— Et ſciatis ——— quod non habui adverſarium in curia, ſed quod potius in ———————— benigne Dominus Papa.

Scribatur autem Domino Papæ judicibus quod Magiſter W ———————— ———————————————— ———————————————— ———————————— Miratur Dominus Papa & amici veſtri in curia quod nuncii veſtri ad curiam non venerunt, & conſilio quantum audio, quod niſi ———————————————— ———————————————— ———————————————— ———————————————— ———————————————— ———————————————— ————————————————

De treugis inter Regem & Barones ſuos.

A.D. 1214.
An. 16. *Joh.*
Pat. 16. *Johannis*, *n.* 10.

REX Gaufrido de Barteny ſalutem.

Mandamus vobis quod, ſi venerabilis pater Stephanus Cantuarienſis Archiepiſcopus vobis mandaverit, per literas ſuas patentes, quod treugas ceperit inter nos, & Barones nobis adverſantes, uſque ad diem Jovis proximam poſt feſtum Sancti Dunſtani vel ulterius, tunc treugas illas teneatis. Et in hujus rei, &c. vobis inde mittimus. A.D. 1214.

Teſte meipſo apud Merleberg. decimo ſexto die Maii, anno Regni noſtri 16.

Eodem modo ſcribitur Johanni de Baſingeburn, Falkeſio de Breant. Hugoni de Boueſ. & Hugoni de Balliol. T. ut ſupra.

A.D. 1214.

Litteræ Roberti de Corcun. Apoſtol. ſedis Legati, Johanni Regi Angliæ miſſæ, de conſilio convocando apud Burdegaliam.

A.D. 1214. *A. 16. Joh. Clauſ. 16 Johan. m. 24. d.*

JOhanni, Dei gratia, Regi Angliæ, Duci Normanniæ, Comiti Andegaviæ & Aquitaniæ, Domino Hiberniæ, Robertus ſervus crucis Chriſti, divina miſeratione, Titl. Sancti Stephani in Monte Celio Presbiter Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legatus, ſalutem temporalem & æternam.

Quanto veſtrum in omnibus & veſtrorum commodum deſideramus, novit Deus, & honorem, tanto diligentius ea quæ vobis, & veſtris, & Regno veſtro credimus expedire, ſatagamus procurare; nec curavimus hactenus, vel curamus aliquid in veſtrum præjudicium per ſuggeſtionem aliquorum attemptare; ſet jus veſtrum & honorem ſecundum Deum & juſtitiam, pro poſſe noſtro, illæſum conſervare.

Et, cum ad partes iſtas, cum magnis laboribus, omnibus aliis arduis negotiis omiſſis, acceſſerimus ut vobis quædam ſecretius, ad utilitatem veſtram & pacem terræ veſtræ, proponamus, de pace vel treugis faciendis pariter tractaturi, regiam veſtram excellentiam rogamus & monemus quatinus apud civitatem Burdeg. nobis, in craſtino Johannis Baptiſtæ, perſonaliter occurratis, vel nobis ſignificetis ubi poſſumus & debeamus vobis occurrere; volumus cum conſilio veſtro & aliorum prudentium, qui ibidem intererunt, ea quæ ſunt pacis vel treugarum ordinare, & ea, quæ fuerint corrigenda, prout juſtum fuerit, corrigere competenter.

Et, cum ad conſervand. honorem veſtrum & veſtros, quia ſedis apoſtolicæ vos feciſtis filios ſpeciales, Regnum veſtrum protectioni Domini Papæ ſupponentes; & ad diligendum vos naturaliter, quia de terra veſtra ſumus nati, obligati ſumus & aſtricti, non poſſumus nec volumus aliquid contra vos minus injuſte attemptare; ſet, quantum ad nos ſpectat, jus veſtrum per omnia defenſare.

Et, quia ſecurum conductum, eundo & redeundo, omnibus ad conſilium convocatis, Principes & Barones tenentur exhibere, ſicut in aliis conſiliis noſtris exhibuerunt, ita volumus eundem conductum a vobis & veſtris exhiberi.

A.D. 1214.

Statuta in Concilio apud Burdegaliam ordinata.

Hæc ſunt Statuta quæ venerabilis pater Magiſter Rob. de Corcun. Sacro-Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Tit. Sancti Stephani in Monte Celio Præsbiter Cardinalis ſtatuit authoritate Legationis ſuæ in Concilio celebrato apud Burdegal. cum aliis quæ in Franc. ſtatuit.

A.D. 1214. *A. 16. Joh. Pat. 16 Johannis, m. 15. dorſ.*

SIcut præcipit Dominus Papa in litteris ſuis de Judeis, ita fiat; ut, ſcilicet, Barones & omnes qui tenent Judeos, compellant ipſos ad remittend. uſuras crucifignatis: Et, ſi ipſi hoc efficere contempnant, compellantur omnes Mercatores, per cenſuram Eccleſiaſticam, ne aliquam communionem eis, aut in contractibus, aut in mercimoniis impendant, aut in aliis quibuſlibet; ſi autem Barones ſuper hoc incorrigibiles inveniantur, cenſura ſimili percellantur.

Item, ſi Barones vel quicunque alii per quadraginta dies, vel eo amplius excommunicationem in eos latam ſuſtinuerint, eorum ſubditi ab eorum fidelitate abſolvantur, & eorum terræ interdicto ſupponantur; & nichilominus per eorum Dominos & Prælatos & *Communias* totius Provinciæ contra eos directas puniantur, eorum *Principe* prius convento; feoda vero & terræ excommunicatorum in poteſtate Dominorum ſuorum conſiſtant, quouſque injuriam paſſis & Eccleſiæ ab eiſdem ſatisfactum fuerit competenter.

Item non compellantur inviti, viduæ vel alii per Principes ad matrimonia contrahenda.

Item nos autem innovamus, auctoritate Legationis noſtræ, excommunicationis ſententiam in concilio Lateran. contra Ruptarios, Hæreticos, & Murtrarios latam; eos & eorum omnes receptatores, fautores, tutores & defenſores excommunicantes, ſub pœnâ excommunicationis præcipientes ut per majores Principes ad ſatisfactionem condignam cogantur. Et, auctoritate legationis noſtræ, omnibus qui contra tales impugnandos cum armis inſurrexerint, pro qualibet die, a tempore a quo iter aſſumpſerunt, 60 dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Item de laicis, detentoribus decimarum, in ſuarum periculum animarum, ſtatuta Canonum renovamus, eos omnes

excom-

A.D. 1214. excommunicationi ſupponentes donec eas reſtituerint in manus prælatorum ſuorum: Si autem voluerint ad ſinum eccleſiæ ſuæ redire & ſatisfacere, concedimus prælatis ut poſſint cum eis diſpenſare, ut, ſi in ſervitiis Eccleſiæ devoti inveniantur, aut parati in ſuccurſum terræ ſanctæ, remittant. ſufficienter *vero* caveant quod ſtatim, poſt deceſſum eorum, jam dictæ decimæ ad eccleſiam revertantur; & cum Dominus dicat *per Malachiam prophetam* Omnem decimationem inferte in horreum meum, & in Evangelio, Hoc oportet facere & illud non omittere, ſtatuimus ut omnes Decimæ Minores & Majores plenarie perſolvantur, ſublata illa maligna conſuetudine qua dicunt ſe abſolvi, ſi perſolverint undecimam vel duodecimam, & illa ſublata qua dicunt ſe non debere decimare antequam meſſores vel bipertitores vel terragitores partes ſuas non decimatas receperint.

Item ſtatuimus ne aliqui religioſi vel alii aſſocient ſibi principes, & eos faciant ſibi decimarum ſuarum participes, ut ſic, per ſecularem poteſtatem, faciant eos obtinere decimas, ab his ſubtractas per alios potentiores. A.D. 1214.

Addimus etiam ut nullæ eccleſiæ conventuales, vel matrices, vel aliqui religioſi recipiant decimas a detentoribus decimarum ſine conſenſu Epiſcopi.

Attendentes autem devotionem & obedientiam kariſſimi noſtri Johannis illuſtris Regis Angliæ, Domini Hiberniæ, Ducis Normanniæ, Aquitanniæ, & Comitis Andegaviæ, nolumus quod, per hæc ſtatuta noſtra, vel alia, quæ fecerimus vice legationis in Regno Franciæ, aliquid juris ſui vel hæredum ſuorum depereat; ſet potius jura ſua volumus per omnia conſervari.

Et, in hujus rei teſtimonium, hæc ſtatuta noſtra eidem Domino, ſigillo noſtro ſignata, habenda conceſſimus; Ita ſcilicet quod non noceant ſibi vel hæredibus ſuis.

De Solutione 12000 *Marcar. ſingulis Annis per Regem facienda, donec reſtitutio facta fuerit Archiepiſcopo, &c.*

A.D. 1214.

An. 16. *Joh. Cart.* 16. *Johannis, n.* 67.

EGO Johannes, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ, & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, præſtito Juramento promitto quod tantam pecuniam in manus venerabilium patrum Stephani Cantuarienſis Archiepiſcopi, & Gulielmi Londinenſis, Hugonis Lincolnienſis, ac Euſtachii Elyenſis Epiſcoporum, vel eorum, quos ad hoc duxerint deputandos, reſtituam iis quibus facienda eſt reſtitutio, computatis illis quæ perſolvi eidem Archiepiſcopo, & Epiſcopis aut aliis hoc negotium contingentibus, de ipſius conſilio vel mandato quoad ſummam quadraginta Millium marcarum complebo.

Quibus ſolutis, & cautione præſtitâ inferius annotata, nec non relaxata ſententia Interdicti, deinde ſingulis annis duodecim millia marcarum in duobus terminis, Commemoratione, videlicet, Omnium ſanctorum ſex millia, & totidem in feſto Aſcenſionis, apud Eccleſiam Sancti Pauli Londoniæ eiſdem faciam exhiberi, donec tota ſumma fuerit perſoluta, quæ, taxante ſummo pontifice, declarabitur per Inquiſitionem de mandato ejus proinde faciendam.

Et, ad hoc fideliter exequendum, obligo me per proprium Juramentum, ac per patentes litteras ſigillo meo munitas, necnon per fidejuſſionem venerabilium patrum Petri Wintonienſis, & Johannis Norwicenſis Epiſcoporum, ac Nobilium virorum Ceſtrenſis & Wintonienſis Comitum, & Willielmi Briwerr, & Willielmi Mareſcalli Comitis de Pembroc, ſi fuerit præſens in Anglia, vel Comitis de Ferrariis, ſeu Comitis Arundell, ſi dictus Willielmus Mareſcallus forſitan abſens fuerit, eorum Juramentis & litteris roboratam; Ità quod tam hæredes mei, quam ſucceſſores eorum pari obligatione teneantur aſtricti. A.D. 1214.

Et, ſi forſitan, quiſquam de ſucceſſoribus eorumdem vel nequiverint, vel noluerint ad hanc obligationem induci, ego alium idoneum Fidejuſſorem conſtituam ſecundum formam inferius annotatam.

Actum autem eſt hoc apud Andegavum 17 die Junii Anno Regni noſtri 16. coram Magiſtro Pandulfo Domini Papæ ſubdiacono & familiari, ad hoc ſpecialiter deſtinato, in præſentia Venerabilum patrum,

Johannis Norwicenſis &
W. Andegavenſis, } *Epiſcoporum.*
Radulphi Comitis Ceſtriæ,
Willielmi Comitis de Ferrariis,
Magiſtri Alani &
Walteri, } *Clericorum Domini Cantuar. Archiepiſcopi.*
Reginaldi de pontibus Senioris,
Pegani de Rupeforti, &
Thomæ de Erdinton.

Willielmus Comes de Ferrariis ſe conſtituit unum Fidejuſſorum pro Rege.

A.D. 1214.
A. 16. Joh. Pat. 16. Johan. m. 17. d.

Willielmus, Comes de Ferrariis, omnibus, præſens ſcriptum viſuris, ſalutem in Domino.

Noveritis quod, cum dominus meus Johannes Rex illuſtris Anglorum, ſingulis annis, poſt relaxationem Interdicti, duodecim millia marcarum, in duobus terminis, Commemoratione, videlicet, omnium Sanctorum ſex millia marc. & totidem in aſcenſione domini, in manus venerabilium patrum Stephani Cantuar. Archiep. Londonienſis, Elienſis ac Lincolnienſis Epiſcoporum, vel eorum, quos ipſi ad hoc duxerint deputandos, in Eccleſia Sancti Pauli London teneatur ſolvere, donec tota ſumma fuerit perſoluta quæ, taxante ſummo Pontifice, declarabitur per inquiſitionem de mandato ejus proinde faciendam; ego una cum aliis quinque confidejuſſoribus, conſtitui me fidejuſſorem in ſolido pro ipſo Rege, & hæredibus ſuis, per ſolempnem ſtipulationem promittens quod, ſi ipſe, aut hæres ſuus, quod abſit, in ſolutione antedictâ ceſſaverit, ego, infra quatuor menſes poſtquam fuero ammonitus vel requiſitus, ſine dilatione & difficultate qualibet, inde ſatisfaciam eiſdem.

Pro quo obſervando obligavi me & omnia bona mea; renuncians in hoc privilegio fori & novæ conſtitutionis beneficio, omnique alii exemptioni mihi competenti vel competituræ.

Inſuper, tactis Sacroſanctis Evangeliis, juravi in præſentia Domini Pandulfi domini Papæ Subdiaconi, & ejus familiaris ad hoc deſtinati, & J. Norwic, Epiſcopi, Thomæ de Erdinton, & Magiſtri Alani, & Walteri Clericorum Domini Cantuarienſis Archiepiſcopi, me bonâ fide & ſine fraude obſervaturum hæc omnia ante dicta.

Et, in hujus rei teſtimonium, huic ſcripto ſigillum meum appoſui.

Actum apud Rupem fortem. 16 die Junii, Anno Regni Regis Johannis ſextodecimo.

Notificatio Legati Romani quod Johannes Rex Angl. ſtaret mandato Papæ de Caſtris in Agenn. & Caturcen.

A.D. 1214.
A. 16. Joh. Pat. 16. Joh. m. 17. dorſ.

Robertus ſervus crucis, &c.

Noverit univerſitas veſtra Johannem, illuſtrem Regem Angliæ, nobis nuncios fideliſſimos, S. Epiſcopum Petragoric, & G. de Nevill Camerarium, & alios ſuos fideles cum litteris ſuis deſtinaſſe, nobis per eoſdem ſignificantem quod paratus erat in omnibus ſtare mandato Domini Papæ, & Conſilio Eccleſiæ de omnibus Caſtris & Villis ad eum pertinentibus in Agenn. & Caturcen. Dioc.

Et in hujus rei teſtimonium ipſis Nunciis dedimus litteras noſtras patentes.

Dat. Burdeg. 6 Kal. Julii.

Litteræ Regis Baronibus quod in Pictaviam, in auxilium ſuum, venirent.

A.D. 1214.
An. 16. Joh. Pat. 16. Joh. m. 15. n. 7.

REX Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus fidelibus ſuis, per Regnum Angliæ conſtitutis, ſalutem.

Sciatis quod ſani ſumus & incolumes, cunctáque, gratiâ Dei, apud nos proſpera ſint & jocunda.

Grates autem vobis referimus multiplices, qui Milites veſtros nobiſcum miſiſtis in ſervitium noſtrum ad jura noſtra tuenda & conquirenda.

Et rogamus attentiſſime vos, qui nobiſcum non transfretaſtis, quatinùs, ſicut honorem noſtrum diligitis, ſine dilatione, ad nos veniatis in auxilium terræ noſtræ conquirendæ (exceptis illis qui de Concilio venerabilium patrum noſtrorum P. Winton. Epiſcopi, S.

A.D. 1214. Norwic. Epiſcopi, & Magiſtri R. de Mareſc. & W. Briwer, & aliorum Fidelium noſtrorum, qui in Anglia moram ſunt facturi) tantum inde facientes ut ad perpetuas vobis inde grates teneamur.

Siquis vero veſtrûm eſtimaverit quod indignationem erga eum habuerimus, per adventum ſuum poterit emendari.

Et in hujus rei teſtimonium, &c.

Teſte meipſo apud Rupellam 15 die Julii, Anno regni noſtri 16.

Litteræ Juſticiariis Angliæ de ſucceſſibus ſuis in Pictavia.

A.D. 1214. *A. 15. Joh.* JOhannes Dei gratia, &c.

Sciatis quod, cum inſtaret terminus treugarum, quas conceſſeramus Comitibus Marchiæ, & de Augi, nec inveniſſemus in eis pacem nobis expedientem, tranſtulimus in die veneris, proxima ante pentecoſten, cum exercitu noſtro uſque Mierevent Caſtrum Gaufridi de Lezinan: &, licet crederemus quod capi non poſſit per inſultum, in craſtino tamen, in vigilia Sanctæ Pentecoſtis ſolo inſultu a mane uſque ad horam primam illud cepimus violenter.

Die vero Pentecoſtes, obſedimus aliud caſtrum ipſius Gaufridi, quod Novent dicitur; incluſo in eo ipſo Gaufrido cum duobus filiis ſuis: Et cum jam per tres dies uſi fuiſſemus continua petrariarum noſtrarum verberatione, in tantum ut immineret nobis opportunitas captionis ipſius caſtri, venit ad nos Comes de Marchia, efficiens quod dictus Gaufridus ſe reddidit in miſericordiam noſtram, cum duobus filiis ſuis, & Caſtro ſuo, & omnibus quæ in eo erant

Et, dum adhuc ibi fuimus, nunciatum fuit nobis quod filius Regis Franciæ Lodowicus, quoddam caſtellum ipſius Gaufridi obſiderat, quod Muneuntur dicitur. Quibus auditis, nos ſtatim verſus partes illas divertimus, ut ei occurreremus: Ita quod in die Sanctæ Trinitatis fuimus apud Parthenai; ubi Comes de Marchia, & Comes de Augi ad nos venerunt cum dicto Gaufrido de Lezinan, facientes nobis homagium & fidelitatem.

Et quia prius tractatum erat inter nos & Comitem Marchiæ, de filia noſtra Johanna, filio ſuo danda in Uxorem, id ei conceſſimus; licet Rex Francorum eam ad opus filii ſui peteret, ſed fraudulenter, memores enim fuimus neptis noſtræ, Lodovico filio Franciæ Regis datæ; & illius rei eventus: Sed utinam det nobis Deus majorem de hoc maritagio proventum, quam de illo fuimus conſecuti.

Nunc autem, gratia Dei, data eſt nobis opportunitas, ut extra Pictaviam in capitalem inimicum noſtrum Regem Francorum inſurgamus; & hæc vobis mandamus, ut de ſucceſſibus noſtris gaudeatis.

Teſte meipſo apud Parthenai, anno Regni noſtri decimo ſexto.

Johannes Rex in protectionem ſuam ſuſcipit Kathel Regem Connoth in Hybernia.

A.D. 1214. *An. 16. Joh. Pat. 16. Joh. m. 13. n. 2.* REX juſticiario ſuo Hiberniæ, & omnibus ballivis & fidelibus ſuis, &c.

Mandamus vobis quod manuteneatis, & protegatis, & defendatis dilectum noſtrum Kathel Regem Connoth & omnes res & poſſeſſiones ſuas in partibus veſtris; nec ei, vel ſuis inferatis, vel inferri permittatis injuriam, moleſtiam vel gravamen; nec aliquid ſiniſtrum de eo credatis ex ſuggeſtione inimicorum ſuorum, quamdiù nobis fideliter exiſtet.

Quia ipſum, & omnia ſua in protectionem & defenſionem noſtram ſuſcepimus quamdiu nobis fideliter ſervierit.

Et in hujus rei teſtimonium, &c.

Teſte meipſo apud Sanctum Maxent. viceſimo tertio die Auguſti, anno Regni noſtri decimo ſexto.

Mandatum eſt H. Dublin. Archiepiſcopo quod emat Eſcarlettas quantum viderit expedire ad robas dandas Regibus Hiberniæ & aliis fidelibus Domini Regis.

Per Amfrm. de Den.

De treugis per quindecim dies Franciæ Regi conceſſis.

A.D. 1214.
An. 16. *Joh.*
Clauſ. 16. *Johannis*, *m.* 21. *dorſo.*

VEnerabili patri & amico in Chriſto kariſſimo, Magiſtro Roberto Titl. Sancti Stephani in Celio Monte Presbitero Cardinali & Apoſtolicæ ſedis Legato, Johannes eadem gratia, &c.

Requiſiti a Baronibus noſtris, ad inſtantiam veſtram, ut treugas concedamus per novem dies, infra quos malum vel dampnum terræ Regis Franciæ per nos vel noſtros inferretur, ut liberius interim præſentiam Regis Franciæ adire poſſitis ad tractand. de pace inter nos & ipſum reformanda, habito cum Baronibus noſtris colloquio, de eorum conſilio treugas illas concedimus a die Dominica proximo poſt decollationem Sancti Johannis Baptiſtæ, anno Regni noſtri decimo ſexto, uſque in quindecem dies duraturas, hoc modo.

A.D. 1214.

Quod ſecuros nos faciatis, per litteras veſtras patentes, quod, infra hos quindecem dies nullum malum vel dampnum nobis, vel impriſiis noſtris eveniet per Regem Franciæ vel ſuos: Et, ſi quod forte dampnum nobis vel noſtris impriſiis evenerit interim per ipſum vel ſuos, vos ſufficienter id nobis emendari facietis.

Et, inſuper, impetretis nobis, ſi poſſitis, litteras Buchard. de Marly patentes, & idem teſtificantes. veruntamen, ſi illas habere non poſſitis, contenti erimus ſolummodo litteris veſtris prædictis.

Teſte meipſo apud Parten. 31 die Auguſti.

De colloquio inter Reges Angliæ & Franciæ habendo.

A.D. 1214.
An. 16. *Joh.*
Clauſ. 16. *Johan.* *m.* 21. *d.*

REX Domino Legato Franciæ. Mittimus ad vos dilectum Clericum noſtrum Walterum Maueleric. rogantes quatenus fidem adhibeatis his, quæ vobis dixerit ex parte noſtra, ſuper verbis ſecretis habitis inter vos & nos, & de treugis, & Com. de Enevers, & de colloquio habendo inter nos & Regem Francorum.

A.D. 1214.

Teſte meipſo apud Parten. 31 die Auguſti.

De Comite Enevers.

Ibidem.

REX Domino Legato, &c. Rogamus vos affectuoſe quatenus, pro amore noſtro, pacem habere faciatis Comiti de Enevers; ita quod Rex Franciæ *non illum dampnat*; cauſam defenſionis prætendentes in hoc quod cruce ſignatus eſt.

A.D. 1214.

Si vero idem Rex, ob hanc cauſam, deſiſtere noluerit, & idem Comes coram vobis confeſſus fuerit quod impriſius noſter ſit, ipſum infra treugas noſtras, ſi quo modo fieri poſſit, recipi faciatis.

Teſte ut ſupra.

De conventione facta inter Dominum Regem & Comitiſſam Engoliſm.

A.D. 1214.
An. 16. *Joh.*
Pat. 16. *Johannis*, *m.* 12.

REX dilecto & fideli ſuo Petro de Maulay, &c. Sciatis quod convenit inter nos, & Comitiſſam Engoliſm. quod dabimus ei, per annum, quingentas libras Pictavienſes, pro dote ſua quæ eam contingit de Com. Engoliſm; ita quod denarios, quos inde percipere debet infra quinque annos ſequentes, ſcilicet, duo millia & quingentas libras Pictavienſes, præ manibus ſolvi faciemus fratri Gerardo Brochard, reddendas eidem Comitiſſæ infra quinque annos, ſcilicet, quolibet anno quingentas libras.

A.D. 1214.

Et ideo vobis mandamus quod illa duo millia & quingentas libras Pictavienſes eidem fratri Gerardo Brochard, ſine dilatione, A.D. 1214. latione, pacari faciatis, in valore ſterlingorum.

Inſpiciatis etiam ſcriptum, ſignatum ſigillis Magiſtri R. de Mariſco, & majoris Rupellæ, de pecunia liberata fratri Boes Præceptori domus Militiæ Templi Rupellæ, quam Comes Augi percipere debet pro Comitatu Augi; &, ſi contineatur in ſcripto illo quod prædictus frater Boes receperit, in valore ſterlingorum triginta millia librarum Pictavienſium, quas dictus Comes percipere debet pro Comitatu illo infra quinque annos, ſcilicet, quolibet anno ſex Millia librarum ſuſtineatur ita; ſi vero ſumma illa prædicto fratri Boes perſoluta non fuerit, quod ei inde reſtat reddendum, eidem ſine dilatione perſolvi faciatis, & ſcriptum illud ſub ſigillo veſtro nobis deſtinetis.

Recipiatis etiam ab eodem fratre Boes litteras ſuas patentes, teſtificantes quod prædicta duo millia Marcarum, & quingentas libr. Pictavienſes, ſolvend. dictæ Comitiſſæ in valore ſterlingorum, receperit; in quibus etiam confiteatur quod, ſi forte præfata Comitiſſa in fata conceſſerit, infra dictos quinque annos, ipſe de prædicta pecunia illa, quam dicta Comitiſſa non perceperit, nobis reſpondebit.

Teſte meipſo apud Sanctum Maxent. ſexto die ſeptembris.

De excambio faciendo inter Will. Comitem Sareſberienſem in Francia captivum, & Robertum filium Roberti Comitis de Driwes in carcere detentum a Rege Angliæ.

A.D. 1214. *An.* 16. *Joh.* *Pat.* 16. *Johan. m.* 3. *dorſo.*

Venerabilibus in Chriſto patribus Domino N. Dei gratia, Tuſcul. Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato, Domino Steph. Cantuar. Archiepiſcopo totius Angliæ Primati, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, Domino Petro Winton. Epiſcopo juſticiario Angliæ, cæteriſque Angliæ Epiſcopis, Comitibus ſimul & Baronibus ſuis Johannes, eadem gratia, Rex Angliæ, &c.

Significavit nobis dilectus frater noſter W. Comes Sarr. detentus in vinculis a Rege Franciæ, quod penitus liberabitur ab incarceratione, & liber regredietur, ſi Robertum filium Roberti Comitis de Driwes, quem nos captum tenemus, pro eo liberum abire promiſerimus.

Et, quoniam idem Robertus conſanguineus eſt dicti Regis Franciæ, ipſum nullatenus, abſque conſiliis veſtris, noluimus, nec volumus liberare: maximè cum detur nobis intelligi quod, ſi idem Robertus, liberatus vinculis, ad partes ſuas remeaſſet, Comes Boloniæ morti traderetur, & Comes Flandriæ nunquam a priſona exiret, quod nobis nullatenus ad commodum cederet vel honorem.

Mandamus igitur vobis quatinus ſuper hiis conſilium nobis fideliter impendatis.

Sciatis autem quod tractatum eſt nobiſcum, de prædictis Comite Sarr. & Roberto de Driwes, dimittendis per obſides uſque ad terminum competentem; infra quem revertentur in priſonam in quâ fuerunt prius: Set de liberatione eorum certa nichil faciemus donec veſtrum inde habuerimus conſilium; quod eo citius nobis, per latorem præſentium Oliverum filium noſtrum, ſignificare velitis per litteras veſtras patentes.

Teſte meipſo apud Sanctum Maxent. ſexto die Septembris.

Quod Johannes Rex ratas habebit treugas, cum Rege Franciæ capiendas.

A.D. 1214. *An.* 16. *Joh.* *Pat.* 16. *Johan. m.* 13. *d.*

Rex omnibus, &c.

Sciatis quod id, quod Abbas Weſtmon. frater Will. Cadel. Magiſter Militiæ Templi, frater Gerard. Brochard, R. Comes Ceſtr. frater Alanus Martell, Hubertus de Burgo Seneſcallus Pictaviæ, Regin. de Pontibus, Eymericus de Rupe-forti facient de firmis treugis capiendis inter Regem Franciæ & nos, ratum & gratum habebimus.

Teſte meipſo apud Partiniac. decimo tertio die Septembris, anno Regni noſtri decimo ſexto.

Charta

Charta Philippi Regis, de treugis cum Joanne Rege Angliæ factis.

A.D. 1214. *An. 16. Joh.*

1. PHilippus, Dei gratia, Francorum Rex, omnibus ad quos litteræ præſentes pervenerint. Noveritis quòd nos Joanni Regi Angliæ & hominibus, & impriſiis ſuis, qui apertè guerraverunt pro ipſo de hac ultima guerra, uſque ad diem Jovis proximam poſt exaltationem Sanctæ Crucis in Septembre dedimus rectas treugas de nobis & hominibus, & impriſiis noſtris, qui apertè guerraverunt uſque ad inſtans Paſcha, quod erit anno Domini MCCXV. Et ab eodem Paſcha in quinque annos continuos & completos.

2. Salvis tamen nobis priſonibus noſtris, quos penes nos habemus: Et ſalvo juramento quod Villæ Flandriæ & Haynoniæ, & milites & alii homines Flandriæ & Haynoniæ nobis fecerunt: Et ſalvis ſimiliter priſonibus quos Joannes Rex Angliæ habet penes ſe.

3. Nos autem, & homines noſtri, & impriſii erimus in eadem tenetura, in qua eramus prædicta die Jovis, in qua data eſt iſta treuga.

4. Et Joannes Rex Angliæ, & homines & impriſii ſui ſimiliter erunt in eadem tenetura in qua erant prædicta die Jovis, uſque ad prædictos quinque annos completos.

5. Nullus Multrarius, aut aliquis, qui fuerit forbannitus à nobis à tempore alterius Treugæ, inter nos & prædictum Regem Angliæ dudum factæ, poterit intrare in terram noſtram, infra prædictum terminum, niſi de voluntate noſtra.

6. Neque ſimiliter Multrarius, aut aliquis Forbannitus ab ipſo Rege Angliæ poterit intrare terram ſuam, infra prædictum terminum, niſi de voluntate ipſius Regis Angliæ.

7. Si autem aliquis, cujus terram habemus in manu noſtra, venerit in terram noſtram pro ſuo negotio, per eam poterit tranſire, ſed in ea morari non poterit, niſi habet rectum eſſonium, præterquàm ad portum maris, ubi licitè poterit ventum expectare per tempus competens.

8. Si quis de Comitatu Andegaviæ vel Britanniæ, qui dicta die Jovis datæ treugæ adhæreret Joanni Regi Angliæ, faciendo guerram apertè contra nos, & ipſum manifeſtè juvando, voluerit intrare Comitatum Andegaviæ vel Britanniæ, & ibi morari infra terminum treugæ prætaxatum; ſi ſit de Comitatu Andegaviæ, Seneſcallo Andegaviæ, ſi ſit de Comitatu Britanniæ, Comiti Britanniæ faciet competentem ſecuritatem, quòd nullum malum ipſis, vel terris eorum per eum eveniet.

A.D. 1214.

9. Et ſi aliquis de Pictav. qui prædicta die Jovis adhæreret nobis, faciendo guerram apertè contra Joannem Regem Angliæ, & juvando nos apertè contra ipſum, vellet intrare terram ipſius Joannis Regis Angliæ in Pictav. ipſe faciet competentem ſecuritatem Seneſcallo Pictaviæ quod nullum malum Joanni Regi Angliæ & terræ ſuæ de Pictavia per eum eveniet.

10. Iſti ſunt dictatores & emendatores hujus treugæ inter nos & Joannem Regem Angliæ, *Hubertus de Bore Seneſcallus Pictavenſis*, *Reginaldus de Pontibus*, *Abbas Sancti Joannis Angeliac.* & *Decanus Xantonenſis*, ex parte Regis Angliæ.

11. Ex parte verò noſtra, *Petrus Savarici*, *Guido Turpini*, *Abbas majoris Monaſterii*, & *Gaufridus Archidiaconus Turonenſis*.

12. Et omnes iſti juraverunt, bonâ fide, quòd, ſi contingeret aliquem ex eis decedere, aut infirmari, aut à nobis, vel à Joanne Rege Angliæ revocari infra prædictum terminum; ipſi bonâ fide eligent, & ponent alium in loco illius ad hoc idoneum.

13. Quicquid autem quinque, aut plures ex prædictis dictatoribus de interceptionibus, hinc indè factis, per ſacramentum ſuum dixerint & ordinaverint, tàm nos quàm prædictus Rex Angliæ tenebimus.

14. Et, ſi per ipſos dictatores treugæ emendari non poterint, nos illud bona fide emendari faciemus infra ſexaginta dies, poſtquam dicti dictatores dictum ſuum dixerint, & illud nobis ſignificaverint.

15. Iſti autem dictatores hujus treugæ, pro diſcordiis & interceptionibus emendandis, quæ fortè orientur in Pictavia, in Comitatu Andegaviæ, vel Britanniæ, & in Turonia, convenient apud Abbatiam Monialium de Fulcheroſis juxta Paſſavant; & pro aliis interceptionibus, quæ fient in Bitureſio, in Alvernia, in Comitatu Marchiæ, & in Lemovicio, inter Agurandas & Cuſon caſtrum Com. Marchiæ.

A.D. 1214.

16. De Malatolta, quam Joannes Rex Angliæ & ſui impoſuerunt, & capiunt, ſic erit; ſi Joannes Rex Angliæ & ſui voluerint eam quittare & dimittere, nos eam ſimiliter quittabimus & dimittemus: Quantum autem Joannes Rex Angliæ & ſui de ipſa Malatolta levaverint & ceperint, nos ſimiliter & noſtri tantundem de illa levabimus & capiemus.

17. Fredericus Rex Romanorum & Siciliæ erit in iſta noſtra treuga ſi voluerit, & Rex Otho ſimiliter erit in treuga Regis Angliæ ſi voluerit: Et, ſi alter illorum noluerit eſſe in treuga, nos poterimus juvare Fredericum in Imperio, & Rex Angliæ Othonem in Imperio ſimiliter, abſque meſfacere, & abſque faciendo guerram inter Joannem Regem Angliæ & nos de terris noſtris.

18. Hanc autem treugam bona fide tenendam juraverunt Urſio Cambellanus in animam noſtram, & omnes alii qui ſubſcribuntur, pro ſe unuſquiſque de mandato noſtro: Scilicet,

Gaulcherus Comes Sancti Pauli,
Robertus Comes de Alenzon,
Guido de Dampetra,
Guillelmus de Barris,
Guillelmus de Calviniaco,
Theobaldus de Blazon,
Buchardus de Marliaco,
Jobellus de Meduana,
Hugo de Bauceio,
Guido Seneſbaldus,
Americus de Credona,
Giraldus Belois.

Actum apud Chinonem anno Domini MCCXIV. menſe Septembris, die Jovis proxima ſequenti poſt exaltationem Sanctæ Crucis.

Pat. 16. Johan. m. 11. d.

Die Jovis proxima ante feſtum omnium Sanctorum, anno Regni noſtri 16. liberatum fuit Domino Wintonienſi Epiſcopo ſcriptum treugarum, captarum inter Dominum Regem & Regem Franciæ, & ſigillatum eſt ſigillo Regis Franciæ.

Conventio facta inter Johannem Regem Angliæ, & H. Comitem Marchiæ & alios, per quam prædictus Rex tenetur tradere Johannam filiam ſuam Galfrido filio dicti Comitis in Uxorem.

A.D. 1214.

A. 16. Joh. Cart. 16. Johan. m. 11.

1. HÆC eſt concordia facta inter Dominum Regem Angliæ Johannem, & H. Comitem Marchiæ, & R. Comitem Augi, & Galfridum de Lyſignan, ſcilicet, quod Dominus Rex dedit Johannam filiam ſuam, genitam de Yſabella uxore ſua, filiâ Comitis Engoliſ. Galfrido de Lyſignan filio H. Comitis Marchiæ in uxorem; & eam tradidit cuſtodiendam in cuſtodia Comitis Marchiæ & Hugonis de Lyſignan filii ſui.

2. Dedit autem idem Dominus Rex eidem Hugoni duo millia libratarum terræ Pictavienſium, aſſignanda ei in Pictavia, Andegavia & Toroniâ in maritagium cum prædicta filia ſua.

3. Quouſque autem aſſignata fuerint ei prædicta duo millia librat. terræ, habebit idem Hugo interim de Balliva Domini Regis Xancton cum pertinentiis, & Olerim cum pertinentiis; exceptis Baronibus & Homagiis eorumdem, & omnibus quæ ad Barones pertinent.

4. Et, cum Dominus Rex perquiſierit terram in prædictis locis, & eis aſſignaverit in maritagium prædictum, tantum revertetur ad Dominum Regem de terra Xancton & Olerim, quantum ei aſſignaverit modo prædicto.

5. Si vero contigerit quod Hugo de Lyſignan moriatur antequam prædicta Johanna, filia Domini Regis, hæredem habeat ab eodem Hugone, prædicta filia, cum terris præaſſignatis, reddetur Domino Regi, vel hæredi ſuo: Et, ſi prædicta filia moriatur ſine hærede, ſimili modo revertantur prædictæ terræ Domino Regi vel hæredi ſuo.

6. Et de hoc fecerunt H. Comes Marchiæ & G. filius ſuus Dominum Regem ſecurum per *R. Comitem Augi, & A. Vicecomitem Towarc.* & per alios de ſuis quos Dominus Rex habere voluerit.

Hugoni verò Bruno, Comiti Marchiæ, remanebit totus Comitatus Marchiæ & hæredibus ſuis integrè cum omnibus pertinentiis ſuis, & inde homagium fecit Domino Regi.

7. Dominus autem Rex reddidit Comiti Augi Caſtrum de Haſting & Tykhill cum pertinentiis, & totum jus Aliciæ uxoris ſuæ, filiæ Comitis Augi; &, pro terra ſuâ Normanniæ, quam Rex Franc. ei abſtulit, tradet in manus fratrum Militiæ Templi de pecunia ſuâ, ad reddend. prædicto Comiti Augi, per terminos,

A.D. 1214. quantum prædicta terra valet per annum, per æſtimationem prædicti Comitis Augi, & Ceſtr. & Ferrar. Comitum, & Vicecomitis Towarc. & Hugonis de Gornaco, donec Dominus Rex terram ipſius perquiſierit, cum auxilio prædictorum Comitum Marchiæ & Augi, & illam ei reddiderit.

8. Dominus etiam Rex reddidit Galfrido de Lyſignan totam terram ſuam in Comitatu Pictaviæ, & omnes milites, tam ex parte Domini Regis, quam ex parte prædictorum Comitum recuperabunt omnes terras ſuas quas amiſerunt per guerram, unde ſeiſiti fuerunt tempore quo guerra incepit.

9. Et ſiquis dixerit quod ſeiſitus fuit de terra aliqua in initio guerræ, & per probos homines convictus fuerit quod inde ſeiſitus non fuerit, jus inde habebit in Curia Domini Regis; exceptis illis de quibus convenit inter Dominum Regem & Comitem Augi, & excepto Willielmo Maingod de jure quod petit in Vovent, unde Galfr. de Lyſignan dabit excambium ad valentiam illius terræ in Zuchi & Cygome, ſi prædictus Willielmus voluerit, & Dominus Rex dabit prædicto Galfrido excambium ad valentiam illius terræ.

10. Et, ſi voluerit, treugæ erunt inter ipſum, & G. de Lyſinnam, uſque ad feſtum Sancti Michaelis, anno Regni ejuſdem Domini Regis 16. Et, poſt illud feſtum, jus ſit inter ipſos, in Curia Domini Regis, pro quanto jus habere debent.

11. Domino vero Regi remanebit totus Comitatus Engoliſm. integre cum Caſtro de Toure; &, pro duobus Caſtris de Butevill & Caſtro novo, dabit Dominus Rex excambium, in terrâ vel pecuniâ, Comiti Marchiæ per conſilium Comitis Augi & Vicecomitis Towarc. qui Dominum Burdegalenſem Archiepiſcopum ad hoc vocabunt.

12. Et terras, quas idem Dominus Rex, & anteceſſores ſui dederint prædictis Comitibus Marchiæ, & Augi, & G. de Lyſinnam, idem Dominus Rex eis warrantizabit.

13. Ad majorem autem hujus rei ſecuritatem iſti ſubſcripti, ex parte Domini Regis, juraverunt quod conventionem prædictam fideliter tenebunt, & bona fide, & pro poſſe ſuo Dominum Regem facient tenere, ſine ipſo guerrando, Scilicet. R. Comes Ceſtr. W. Comes de Ferrar. A. Vicecomes Thoarc. S. de Malo-Leone, Hugo de Thoarc. A. de Rupe-forti, Hugo de Gournay, Galfridus de Tannay, Regin. de Pont Senior, Kalo de Rupe-forti, A. de Rupe Eſchiward, Thebbald Creſpin, & Hubert de Burgo.

Ex parte vero Comitis iſti ſubſcripti juraverunt quod conventionem iſtam fideliter tenebunt & bona fide, & ipſos Comites fideliter pro poſſe eam tenere facient ſine ipſis guerrando, Scilicet, A. Vicecomes Thoarc. R. Comes Augi, G. de Liſignan, A. de Rupe Eſchiward, A. Brunus, S. de Sunalis, E. de la Verne, W. de Meyri, H. Miche, Petrus Fernecart, Willielmus de Pychemum, Hugo de Naiſe, Petrus de Menterol, Americus de Cuſac.

Literæ Regis ſorori ſuæ Reginæ Berengariæ.

A.D. 1214. *An. 16. Joh. Clauſ. 16. Johan. m. 12. d.*

REX ſorori ſuæ illuſtri Reginæ B. Salutem.

Suſcepimus Nuncios veſtros, præſentium latores, per quos voluntatem noſtram vobis ſignificamus ſuper hiis quæ nobis ſignificaſtis; a quibus etiam ſecuritatem cepimus quod ea, quæ prolocuta ſunt inter nos & ipſos, nulli revelabuntur niſi vobis; acceptâ etiam ſecuritate à nobis quod nulli alii per nos revelabuntur ſi ea non acceptaveritis.

Formam autem rei, prolocutæ inter nos & ipſos, ſcriptam, & Sigillo noſtro Sigillatam, per manus eorundem Nunciorum & veſtram, in cuſtodiam Templar. commiſimus apud Havering 1. die Novembris.

Ne

Ne propter diſcordiam, jam tandem inter Regem & Barones ſopitam, dictus Rex aliquid incommodi patiatur.

A.D. 1214.
An. 16. Joh.
In Turri London.
Ex Orig.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio nobili viro Euſtachio de Veſci ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cum per illius gratiam, qui fecit utraque unum, diſcordantes parietes copulans in ſe lapide angulari, ſit omnino ſopita diſcordia quæ olim inter *Regnum* & *Sacerdotium* in Anglia vertebatur, occaſione cujus confœderationes & conjurationes contractæ fuiſſe dicuntur, quia pace reddita & concordia reformata, cum cauſâ ceſſare debet effectus; Comitibus, Baronibus & aliis Nobilibus per Angliam conſtitutis dediſſe meminimus in mandatis, ut in fidelitate chariſſimi in Chriſto filii noſtri Johannis illuſtris Regis Anglorum & hæredum ejus, ſincero corde & puro animo perſeverare deberent, tales ſe circa devotionem ipſius per omnia exhibendo, quod tam a nobis quam ab ipſo poſſent merito commendari.

Ut igitur mandatum illud majoris roboris conſequatur effectum, Nobilitati tuæ per Apoſtolica Scripta mandamus quatenus, prætextu confœderationum & conjurationum illarum, in ſolicitudine Regia nullius difficultatis opponas obſtaculum; Juſticiarios & alios officiales Regis ejuſdem, nec per teipſum impediens, nec patiens, quantum in te fuerit, per alios impediri, quo minus commiſſa ipſis officia efficaciter exequantur.

Dat. Lateran. Nonis Novembris, Pontificatus noſtri anno 17.

De Hæreticis in Vaſconia extirpandis.

A.D. 1214.
An. 16. Joh.
Pat. 16. Johan. m. 10.

REX, &c. R. de Pontibus, Seneſcallo Waſconiæ, Salutem.

Audivimus quòd de novo in terra noſtra, cepit, in partibus Waſconiæ, deteſtanda hæreticorum quorundam pullulare perfidia; quæ, cum fidelibus ſit omnibus odibilis & inimica, nobis tamen, ad præſens, reſtat a finibus noſtris & noſtrorum præ cæteris extirpanda; ne in Terra noſtra & Dominio noſtro malitiæ recipiatur alicujus exordium, per quod in poſterum poſſit univerſitati fidelium provenire diſpendium.

Vobis igitur in fide, qua nobis tenemini, mandamus, ſicut nos diligitis, & ne pro defectu veſtri dampnum, quod abſit, aliquatenus incurramus, ne ipſorum etiam hæreticorum nequitiæ videamur ſequaces & participes, quatenus cum omni poſſe veſtro, qualibet occaſione & dilatione poſtpoſitis, qui ſint, vel per quos hujuſmodi malitia fuerit de novo ſuborta, efficaciter & diligentiſſime inquiratis, eoſque, cum ipſorum deteſtabili nequitia, funditus confundendo, penitus extirpare curetis.

Mandavimus etiam per litteras noſtras Magiſtro P. de Bevenent, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali & Apoſtolicæ ſedis Legato, attentius exorantes, quod nobis, ob reverentiam Dei, & dilectionis noſtræ obtentu, ad hujuſmodi negotii conſummationem efficaciter conſulat, & ſit in auxilium, &, ad ipſorum nequitias viriliter eradicandas, ſollicitudinem adhibere ſtudeat efficacem.

Teſte meipſo apud Novum Templum London. 20 die Novembris.

Quod obſides Lewlini, ad Petitionem Uxoris ſuæ, filiæ Nothæ Regis, reddantur Nuncio ſuo.

A.D. 1214.
Pat. 16. Johannis, m. 9.

REX Engel. de Cygon. Salutem.

Sciatis quod ad petitionem filiæ noſtræ, uxoris Lewlini, reddidimus eidem Lewlino Keuvret, Bleum. Thegwaret, & Merwyth, Obſides ipſius Lewlini.

Et ideo vobis mandamus quod illos certo ejus Nuncio, has litteras noſtras Patentes deferenti, liberetis.

Teſte meipſo apud Munem. 18 die Decembris.

Littera Regis Lewelino Principi Walliæ.

A.D. 1215. *An.* 16. *Joh. Clauſ.* 16. *Johan. m.* 7. *d.* A.D. 1215.

REX dilecto filio ſuo Lewelino Salutem.

Mittimus ad vos venerabilem Patrem Dominum W. Coventr. Epiſcopum, & fideles noſtros Gilebertum filium Reinfr. Ph. de Ozeb. Juſtic. Ceſtr. & Henr. de Erdington Clericum, rogantes quatenus ad diem, quem vobis ſcire facient, occurratis eis apud Ruth, vel apud Crucem Griffin. locuturi cum eiſdem, quibus fidem adhibeatis ſuper hiis, quæ vobis dixerint ex parte noſtra, ad fidem, commodum & honorem noſtrum.

Sciatis autem quod, niſi per vos ſteterit, nos & vos boni amici erimus ad invicem.

Et in hujus, &c. Teſte apud Turrim London. 2 die Martii.

Littera Innocentii Papæ Cantuarienſi Archiepiſcopo & cæteris Angliæ Epiſcopis, de reformanda inter Regem & Barones diſcordia; necnon de caſſando quaſcunque Conjurationes & Conſpirationes.

A.D. 1215. *An.* 16. *Joh. Pat.* 16. *Johannis, par.* 1. *m.* 1. *d.* A.D. 1215.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus S. Cantuarienſi Archiepiſcopo, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, & Suffraganeis ejus Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Mirari cogimur & moveri, grave gerentes plurimum & moleſtum, quod cum inter vos & kariſſimum in Chriſto filium noſtrum Johannem Regem Angliæ illuſtrem, pax ad honorem Dei & Eccleſiæ ſit feliciter reformata, diſſenſiones inter ipſum & quoſdam Magnates atque Barones, necnon complices eorundem diſſimulaſtis hactenus, & conniventibus oculis pertranſitis, ad ſopiendum illas non curantes interponere partes veſtras; quamvis nullatenus ignoretis, quod, niſi celeriter fuerint prudenti conſilio ac ſtudio diligenti ſopitæ, tantum & tale ſcandalum, eorum occaſione, poſſit accidere toti Regno, quod forte nequiret abſque multo diſpendio ac magno labore ſedari: nonnullis ſuſpicantibus & dicentibus quod ſuper quæſtionibus, contra ipſum Regem noviter ſuſcitatis, vos illis præbetis auxilium & favorem; cum temporibus claræ memoriæ Patris & Fratris ſui, necnon ipſius, uſque poſt pacem inter vos & ipſum, veſtra ſollicitudine reformatam, hujuſmodi quæſtiones non fuerint ſuſcitatæ.

Illud autem reprobamus omnino, ſi, quemadmodum a multis aſſeritur, conſpirationes aut conjurationes fecerint auſu temerario contra ipſum; quodque cum armis irreverenter & indevote repetere præſumpſerunt, quæ cum humilitate ac devotione, ſi opus eſſet, repetere debuiſſent.

Ne igitur ipſius bonum propoſitum hujuſmodi occaſionibus volueritis impediri, fraternitatem veſtram rogamus & exhortamur in Domino, per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandantes, quatinus ad reformandam inter utroſque concordiam diligens ſtudium impendatis, & operam efficacem; omnes conjurationes & conſpirationes, præſumptas à tempore ſubortæ diſcordiæ inter Regnum & Sacerdotium, Apoſtolica denunciantes auctoritate caſſatas; &, per excommunicationis ſententiam, inhibentes ne talia de cætero præſumantur: Præfatos Nobiles monendo prudenter, & efficaciter injungendo, per manifeſta devotionis & humilitatis indicia, ipſum Regem ſibi placare ac reconciliare procurent, exhibentes ei ſervitia conſueta, quæ ipſi & prædeceſſores eorum ſibi & ſuis prædeceſſoribus impenderunt.

Ac deinde, ſi quid ab eo duxerint poſtulandum, non inſolenter, ſet reverenter implorent, Regalem ei conſervantes honorem, ut ſic, quod intenderint, valeant facilius optinere.

Nos enim eundem Regem rogamus, & obſecramus in Domino, in remiſſionem ſibi peccaminum injungentes, quatinus prædictos Nobiles benigne pertractet, & juſtas petitiones eorum clementer admittat; ut & ipſi congaudentes cognoſcant eum, divina gratia faciente, in meliorem ſtatum eſſe mutatum; ac per hoc ipſi & hæredes eorum, ſibi & ſucceſſoribus ſuis promptius & devotius debeant famulari.

Dat. Laterani, 14. Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno octodecimo.

Alia Magnatibus Angliæ ad eundem effectum.

A.D. 1215. An. 16. Joh. Pat. 16. Johannis, m. 1. d.

INnocentius, &c. dilectis filiis Magnatibus & Baronibus Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Grave gerimus & moleſtum quod, ſicut accepimus, inter kariſſimum in Chriſto filium noſtrum Johannem Regem Anglorum illuſtrem, & quoſdam veſtrûm, propter quæſtiones noviter ſuſcitatas, diſſenſio eſt ſuborta, grave diſpendium paritura, niſi celeriter fuerint prudenti conſilio ac ſtudio diligenti ſopitæ.

Iſtud autem reprobamus omnino, ſi, quemadmodum a multis aſſeritur, conſpirationes aut conjurationes feceritis auſu temerario contra ipſum, quodque cum armis irreverenter & indevote repetere præſumpſiſtis, quæ cum humilitate ad devotionem, ſi opus eſſet, vos repetere debebatis.

Ne igitur ipſius bonum propoſitum hujuſmodi occaſionibus volueritis impediri, nos omnes conſpirationes & conjurationes, præſumptas a tempore ſubortæ diſcordiæ inter Regnum & Sacerdotium, Apoſtolica denunciamus auctoritate caſſatas, & per excommunicationis ſententiam inhibemus, ne tales de cætero præſumantur; vos monendo, prudenter & efficaciter inducendo, ut, per manifeſta devotionis & humilitatis indicia, ipſum Regem vobis placare & reconciliare curetis, exhibentes ei ſervitia conſueta, quæ vos & prædeceſſores veſtri ſibi & ſuis prædeceſſoribus impendiſtis.

A.D. 1215.

Ac deinde ſi quid ab eo duxeritis poſtulandum, non inſolenter, ſet cum reverentia imploretis, regalem ei conſervantes honorem; ut ſic, quod intenderitis, valeatis facilius optinere.

Nos eundem Regem rogamus & obſecramus in Domino, in remiſſionem ei peccaminum injungentes ut vos benigne pertractet, & juſtas petitiones veſtras clementer admittat; ſic & vos ipſi congaudendo, cognoſcatis eum, divina gratia auxiliante, in meliorem ſtatum eſſe mutatum, ac per hoc vos & hæredes veſtri ſibi, & ſucceſſoribus ſuis debeatis promptius & devotius famulari.

Quocirca nobilitatem veſtram rogandam duximus & monendam, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes quatinus tales in hoc vos exhibere curetis, quod Regnum Angliæ optata pace lætetur, & nos in neceſſitatibus veſtris, cum opus fuerit neceſſarium, vobis impendere debeamus auxilium & favorem.

Datum Lateran. 14 Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno decimo octavo.

De electione libera univerſis & ſingulis Eccleſiis conceſſa.

A.D. 1215. An. 16. Joh. Ex Orig.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus & dilectis filiis univerſis Eccleſiarum Prælatis, per Angliam conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dignis laudibus attollimus magnificentiam creatoris quod, poſtquam idem, qui eſt mirabilis & terribilis in conſiliis ſuper filios hominum, aliquamdiu toleravit ut, perflando diſcurreret per Areolam horti ſui ſpiritus tempeſtatis, quaſi ludens taliter in orbe terrarum, ut ſic oſtenderet infirmitatem & inſufficientiam noſtram nobis, ſtatim, cum voluit, Aquiloni dixit ſta, & Auſtro noli, prohibere, imperanſque ventis & mari, ſtatuit procellam in auram, ut nautæ portum quietis inveniant peroptatum.

Cum enim inter *Regnum* & *Sacerdotium* Anglicanum, non ſine magno periculo, atque dampno, ſuper electionibus Prælatorum gravis fuerit controverſia diutius agitata, illo tandem, cui nichil eſt impoſſibile, quique, ubi vult, ſpirat mirabiliter, ex mera & ſpontanea voluntate, de conſenſu communi ſuorum Baronum, pro ſalute animæ ſuæ, ac prædeceſſorum, & ſucceſſorum ſuorum, vobis conceſſit, & ſuis litteris confirmavit ut de cætero in univerſis & ſingulis Eccleſiis, ac Monaſteriis Cathedralibus, & Conventualibus totius Regni Angliæ in perpetuum libere fiant electiones quorumcumque Prælatorum, majorum etiam & minorum.

A.D. 1215.

Nos igitur, hoc gratum & ratum habentes, conceſſionem hujuſmodi vobis, & per vos Eccleſiis & ſucceſſoribus veſtris, prout in ejuſdem Regis litteris perſpeximus contineri, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Ad majorem autem firmitatem & perpetuam memoriam hujus rei præfatas

Regis litteras, ſuper hoc confectas, præſentibus inſeri fecimus; quarum tenor eſt talis.

Johannes, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Militibus, Ballivis, & omnibus, has litteras viſuris, ſalutem.

Quoniam inter nos, & venerabiles patres noſtros Stephanum Cantuarienſem Archiepiſcopum totius Angliæ Primatem, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, Willielmum Londonienſem, Euſtachium Elyenſem, Egidium Herefordenſem, Jocelinum Bathonienſem & Glaſtonienſem, & Hugonem Lincolnienſem, Epiſcopos, ſuper dampnis & ablatis eorum, tempore interdicti, per Dei gratiam, de mera & libera voluntate utriuſque partis, plene convenit, volumus non ſolum eis quantum ſecundum Deum poſſumus ſatisfacere, verum etiam toti Eccleſiæ Anglicanæ ſalubriter & utiliter in perpetuum providere.

Inde eſt quod, qualiſcunque conſuetudo temporibus noſtris & prædeceſſorum noſtrorum hactenus in Eccleſia Anglicana fuerit obſervata, & quicquid juris nobis hactenus vendicaverimus in electionibus quorumcumque Prælatorum, nos, ad ipſorum petitionem, pro ſalute animæ noſtræ, & prædeceſſorum, ac ſucceſſorum noſtrorum Regum Angliæ, liberaliter, mera & ſpontanea voluntate, de communi aſſenſu Baronum noſtrorum, conceſſimus & conſtituimus, & hac præſenti Carta noſtra confirmavimus ut de cætero, univerſis & ſingulis Eccleſiis, Monaſteriis, Cathedralibus, & Conventualibus, totius Regni noſtri Angliæ, liberæ ſint in perpetuum electiones quorumcunque Prælatorum majorum & minorum; ſalva nobis & Hæredibus noſtris cuſtodia Eccleſiarum & Monaſteriorum vacantium, quæ ad nos pertinent.

Promittimus etiam quod nec impediemus, nec impediri permittemus per noſtros, nec procurabimus quin, in ſingulis & univerſis Eccleſiis & Monaſteriis memoratis, poſtquam vacaverint Prælaturæ, quemcunque voluerint libere ſibi præficiant electores paſtorem; petitâ tamen prius a nobis & hæredibus noſtris licentiâ eligendi, quam non denegabimus nec differemus.

Et, ſi forte, quod abſit, denegaremus vel differremus, nichilominus procedent electores ad electionem canonicam faciendam; & ſimiliter poſt celebratam electionem noſter requiratur aſſenſus, quem non denegabimus niſi aliquid rationabile propoſuerimus, & legitime probaverimus propter quod non debeamus conſentire.

Quare volumus & firmiter jubemus nequis, vacantibus Eccleſiis vel Monaſteriis, contra hanc noſtram conceſſionem & conſtitutionem in aliquo veniat, vel venire præſumat: Siquis vero contra hoc aliquo unquam tempore venerit, maledictionem omnipotentis Dei, & noſtram incurrat.

Teſtibus,

P. Wintonienſi Epiſcopo,
W. Comite Warennæ,
R. Comite Ceſtriæ,
S. Comite Wintoniæ,
G. de Mandevilla Comite Glouceſtriæ & Eſſexiæ,
W. Comite de Ferrariis,
W. Briwer,
W. filio Geroldi,
W. de Cantilupo,
H. de Neivillis,
Roberto de Vere,
W. de Hunteingefeld.

Datum per manus Magiſtri Ricardi de Mariſcis Cancellarii noſtri, decimo quinto die Januarii, apud Novum Templum London, anno Regni noſtri decimo ſexto.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſiquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lateran. tertio Kalend. Aprilis, Pontificatus noſtri anno decimo octavo.

Sub plumbeo ſigillo pend. a filis ſericis flavi rubeique coloris.

Quod Magnates Angliæ ſolitum ab antiquo Scutagium redderent Johanni Regi.

A.D. 1215. *An.* 16. *Joh.* *Pat.* 16. *Joh. m.* 15. *dorſ.* INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis nobilibus viris, Magnatibus, Baronibus & Militibus, per Angliam conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Significavit nobis cariſſimus in Chriſto filius noſter Johannes Rex Anglorum illuſtris, quod; cùm prædeceſſores veſtri Scutagium de Baroniis, quas tenetis ab eo, Regibus Angliæ reddere conſueverint ab antiquo, ac etiam vos ipſi, uſque ad proxima tempora, ſibi noſcimini reddidiſſe, nunc Scutagium, ipſi debitum pro exercitu, quem anno prædicto in Pictaviam duxit, eidem pro veſtræ voluntatis arbitrio reddere denegatis.

A.D. 1215. Ne igitur pium ipſius Regis propoſitum occaſione hujuſmodi retardetur, devotionem veſtram monendam duximus attentius, & hortandam, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes quatenus dictum Scutagium eidem, prout tenemini, ſine difficultate reddatis; præſertim cum poſſeſſione ſæpedicti Scutagii, quam prædeceſſores ſui ac ipſe hactenus habuiſſe dicuntur, non ſit abſque judicio ſpoliandus; quandoquidem ipſe, in ejus poſſeſſione perſiſtens, paratus ſit poſtulantibus juſtitiam exhibere.

Dat. Lateran. Kal. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno decimo octavo.

De damnis, contra treugas cum Francia illatis, utrinque emendandis.

A.D. 1215. *A.* 17. *Joh.* *Pat.* 17. *Joh. m.* 2. *n.* 1. REX emendatoribus & pacificatoribus treugarum, captarum inter Regem & ipſum, & procuratoribus ejuſdem Regis Franciæ, ſalutem.

Quoniam in propriâ perſonâ, coram vobis apud Fulcenos, quartâ feria poſt Octabas Pentecoſtes, *venire* non poſſumus, dilectos & fideles noſtros, Hugonem Comitem Marchiæ, Radulphum Comitem Augy, Magiſtrum Richardum de Mariſco Cancellarium noſtrum, Hugonem de Leſinnac, Gaufridum de Tannay, & Magiſtrum Willielmum de Elemoſinario, procuratores noſtros conſtituimus ad petendum, loco noſtro, dampna nobis & hominibus de poteſtate noſtra, per homines de poteſtate dicti Regis Franciæ, illata infra prædictas treugas.

A.D. 1215. Et ad reſtitutionem faciendam hominibus de poteſtate Regis Franciæ de dampnis, per nos & noſtros, illatis; & ad pacificandum, componendum, tranſigendum, coram vobis de eiſdem dampnis utrinque, tàm ad hunc diem, quàm ad alios dies, quos eis ſuper præmiſſis aſſignaveritis.

Ratum etiam & gratum habebimus quicquid prædicti procuratores noſtri, vel ſaltim duo, vel unus eorum coram vobis fecerint ſuper prædictis, tàm in pacificando, quàm in componendo & tranſigendo.

Et in hujus, &c. fieri fecimus.

Teſte meipſo apud Dour. viceſimo octavo die Aprilis, anno Regni noſtri decimo ſeptimo.

Johannes Rex Angl. petit jacturam quingentarum millium Marcarum emendari per Regem Franciæ.

A.D. 1215. *A.* 17. *Joh.* *Pat. ut ſupra.* REX dictatoribus & emendatoribus treugæ, captæ inter eum & Regem Franciæ, ſalutem.

Sciatis quod nos treugam, juratam inter Regem Franciæ & nos, quantum in nobis eſt, illæſam obſervavimus, obſervamus & obſervabimus; nolentes juramento, quod de ea obſervanda præſtitimus, aliquatinus obviare.

A.D. 1215. Unde nuper, præteritis diebus, coram nunciis Regis Franciæ, Præpoſito; ſcilicet, Sancti Johannis Ambianenſis, & quodam Monacho Ciſtercienſis ordinis, ad nos deſtinatis pro interceptionibus in terra noſtra factis ſuper treuga illa, Mercatoribus, de poteſtate ejuſdem Regis Franc. ſuper hiis conquerentibus, reddi fecimus ſummam 66. marcarum de Camera noſtra de

A.D. 1215. hiis quæ clara eſſe vidimus, *ut etiam* omnia, quæ clara fuerint, eis per totam poteſtatem noſtram reddi præcepimus indilate: Super hiis vero, quæ clara non fuerint, faciemus quicquid vos videritis juxta rationem eſſe faciendum.

Petimus igitur ea, quæ erga nos, in treuga illa, ſunt intercepta, nobis per vos, ut decet, emendari, videlicet jacturam Quingentarum millium Marcarum & eo amplius; quam, per ipſum Regem & ſuos, nos & noſtros, de regno Angliæ, conquerimur incurriſſe: quod evidentiam habebimus, ſecundum quod vos decreveritis, nos hoc fore monſtraturos.

A.D. 1215. Interceptiones etiam & dampna facta gentibus noſtris Pictaviæ, & partium illarum, contra formam prædictæ Treugæ, eis, prout tenemini, corrigi faciatis ſecundum quod Seneſcallus Pictaviæ & hii, qui de interceptionibus & dampnis illis conqueruntur, ea vobis plenius declarabunt, unà cùm Procuratoribus noſtris, quos, loco noſtro, per litteras noſtras Patentes, conſtituimus.

Et in hujus, &c. vobis inde mittimus.

Teſte meipſo apud Dour. 28 die Aprilis, anno Regni noſtri 17.

Litteræ Johannis Regis, Papæ Innocentio, quibus quæ ſit Baronum contumacia narrat, necnon quod, propter hanc cauſam iter in Terram ſanctam ſuſcipere nequit.

A.D. 1215.
A. 17. Joh.
Clauſ. 17. Johan. m. 24. d.

Domino Papæ Salutem, & debitam tanto patri ac Domino cum devotione reverentiam.

Sanctitati veſtræ grates referimus multiplices de litteris veſtris, pro nobis a paternitate veſtra Domino Cantuarienſi Archiepiſcopo & ejus ſuffraganeis porrectis; necnon Magnatibus & Baronibus terræ noſtræ, pro certo ſcituri quod Barones noſtri litteras veſtras in nullo exaudierunt; Dominus vero Cantuarienſis Archiepiſcopus, & ejus Suffraganei mandatum veſtrum executioni demandare ſuperſederunt.

Nos verò, attendentes præmiſſa, aſſerebamus noſtris quod terra noſtra Patrimonium erat beati Petri; & eam de beato Petro, & Eccleſia Romana, & de vobis tenebamus.

Adjecimus etiam quod cruceſignati eramus, & petebamus beneficium privilegii cruceſignatorum, ne turbaretur terra noſtra, ne conſumeretur in malos uſus quod in ſubſidium terræ ſanctæ expendere propoſueramus; & appellaverimus per W. Mareſcall. Comitem Pembr. & W. Comitem Warenn. contra perturbatores pacis terræ noſtræ.

Verùm, quia cruceſignati fuimus, volentes in omnibus cum humilitate & manſuetudine procedere, ſalvâ appellatione noſtrâ, optulimus Baronibus illis quod omnes malas conſuetudines, ſuſcitatas & per quemcunque introductas temporibus noſtris penitus aboleremus: Necnon & malas conſuetudines, tempore Regis Ricardi fratris noſtri ſubortas, extirparemus: De conſuetudinibus autem tempore patris noſtri ſuſcitatis, ſi quæ eſſent quæ eos gravarent, per conſilium fidelium noſtrorum operaremur; ſet, nec hiis, nec aliis ſupradictis contenti, omnia præmiſſa recuſarunt.

A.D. 1215. Videntes igitur quod ipſi manifeſtè nitebantur ad turbationem Regni noſtri, rogavimus Dominum Cantuarienſem Archiepiſcopum & ejus Suffraganeos quod exequerentur mandatum veſtrum, ſcilicet, quod ſecundum Tenorem litterarum veſtrarum conſueta nobis exhiberent ſervitia: Et poſteà, ſi quæ a nobis petere vellent, cum humilitate & ſine armis ea à nobis peterent; denunciantes eos excommunicatos qui, poſt prædicta eis oblata, pacem Regni noſtri perturbarent: Et videbatur Epiſcopo Exonienſi & Magiſtro Pandulfo, qui præſentes erant, quod de jure per ſententiam excommunicationis eos compeſcere debebant.

Set Archiepiſcopus reſpondens, ait quod Sententiam excommunicationis in eos nullo modo proferret, quia bene ſciebat mentem veſtram (& videbatur nobis ſimiliter quod ità facere debebat, quia mandavimus gentem copioſam de terris extraneorum ad ſuccurſum terræ noſtræ) & promiſit nobis quod, ſi eos revocare vellemus, non ſolum ſententiam excommunicationis in eos inferret, verùm etiàm, in quantum poſſet, eos reſiſteret; unde gentem noſtram revocavimus.

Poſtmodum autem optulimus eis, per litteras noſtras Patentes, per Dominum Cantuarienſem Archiepiſcopum, & duos, vel tres Suffraganeos ejus eis delatas, quod nos eligeremus ex parte noſtra quatuor, & ipſi ex parte ſua quatuor, ita quod vos ſuperiores conſtitueremini de omni-

A.D. 1215. omnibus querelis libertatum, quas ipſi proponerent; & ad ſuas nos reſponderemus, quod quicquid vos, una cum illis octo, ſtatueritis ſuper omnibus, quæ ipſi peterent a nobis, nos gratum haberemus & teneremus.

Et, quamvis ſe humiliare noluerunt verſus nos, ſicut debuerunt, nos tamen, pro ſervitio Dei, & ſuccurſu terræ Sanctæ, in tantum nos humiliavimus quod hæc prædicta eis optulimus; & præterea eis optulimus quod, de omnibus petitionibus ſuis, per conſiderationem Parium ſuorum, juſtitiæ plenitudinem eis exhiberemus; quod ipſi recuſarunt.

Ad hæc Domine, die Veneris, in Craſtino Aſcenſionis, venit ad nos Frater Willielmus de Camera veſtra, veſter familiaris, deferens nobis litteras veſtras, continentes quod, diſpoſito peregrinationis noſtræ itinere, Sanctitatis veſtræ pedibus aliquem de noſtris in Concilio repreſentaremus, paternitatem veſtram de proceſſu noſtro & itineris noſtri expeditione certificantes.

Super quo piè paternitati veſtræ taliter reſpondemus, quod, cùm perverſis Baronum prædictorum inquietationibus, ut ex præmiſſis vobis innotuit, affligamur, nec poſſumus in eis bonum pacis invenire, quo ſaltem concordes efficiamur, ut ſic facilius propoſito inſiſteremus, vos de itinere noſtro certos efficere non poſſumus: Unum pro certo Scientes, quòd multi cruce ſignatorum, qui ad terræ Sanctæ ſuccurſum ſe accinxerunt de partibus longinquis viri magni & nobiles, ut, in conſortio noſtro eos reciperemus, benigne per litteras ſuas & Nuncios poſtulaverunt; quos, pro prædictis incommodis, ſuper mandatis ſuis adhuc certificare non potuimus. A.D. 1215.

Præterea, pater reverende, in præſentia prædicti fratris Willielmi veſtri familiaris, necnon & venerabilium patrum Wigornienſis & Coventrenſis Epiſcoporum, optulimus prædictis Baronibus, quod de omnibus petitionibus ſuis, quas à nobis exigunt, in vos benigniſſime compromitteremus, ut vos, qui plenitudine gaudetis poteſtatis, quod juſtum foret ſtatueretis; & hæc omnia efficere renuunt.

Igitur, pie pater, dominationi veſtræ præſentia duximus declaranda, ut, de conſueta benignitate veſtrâ, quod nobis videritis expedire, inde ſtatuatis.

Teſte meipſo apud Odiham 29. die Maii.

Conventio facta inter Johannem Regem Angliæ, & Barones ejuſdem Regni.

A.D. 1215.
At. 17. Joh.
Clauſ. 17. Johan. m. 21. d.

HÆC eſt Conventio inter Dominum Johannem Regem Angliæ ex unâ parte, & Robertum filium Walteri Mareſcallum Dei & Sanctæ Eccleſiæ in Anglia, & Richardum Comitem de Clare, Galfridum Comitem Eſſexiæ & Glouceſtriæ, Rogerum Bigod Comitem Norfolch & Suffolch, Saherum Comitem Wintoniæ, Robertum Comitem Oxoniæ, Henricum Comitem Hereford, & Barones ſubſcriptos, ſcilicet, W. Mariſcallum Juniorem, Euſtachium de Veſcy, Willielmum de Mobray, Johannem filium Roberti, Rogerum de Monte Begon. Will. de Launalay, & alios Comites, & Barones, & liberos homines totius Regni ex alterâ parte, videlicet.

Quod ipſi Comites, & Barones, & alii præſcripti tenebunt Civitatem London de baillio Domini Regis (ſalvis interim Domino Regi firmis, redditibus, & claris debitis ſuis) uſque ad aſſumptionem beatæ Mariæ anno Regni ſui decimo ſeptimo.

2. Et Dominus Cantuarienſis tenebit ſimiliter de ballio Domini Regis Turrim London uſque ad prædictum terminum; ſalvis Civitati London libertatibus ſuis & liberis conſuetudinibus ſuis; & ſalvo cuilibet jure ſuo in cuſtodia Turris London. A.D. 1215.

3. Et ita quod interim non ponat Dominus Rex munitionem, vel vires alias in Civitate prædictâ, vel in Turri London.

4. Fiant etiam, infra prædictum terminum, Sacramenta per totam Angliam viginti quinque Baronibus, ſicut continetur in Carta de libertatibus & ſecuritate Regno conceſſis; vel Attornatis 25 Baronum, ſicut continetur in litteris de 12 militibus eligendis ad delend. malas conſuetudines de Foreſtis & aliis.

5. Et præterea, infra eundem terminum, omnia, quæ Comites, & Barones, & alii liberi homines petunt a Domino Rege, quæ ipſe dixerit eſſe reddenda, vel quæ per 25 Barones, aut per majorem partem eorum judicata fuerint eſſe

reddenda,

A.D. 1215. reddenda, reddantur ſecundum formam prædictæ Cartæ.

6. Et, ſi hæc facta fuerint, vel per Dominum Regem non ſteterit quo minus iſta facta fuerint infra prædictum terminum, tunc Civitas & Turris London, ad eundem terminum, ſtatim reddantur Domino Regi; ſalvis prædictæ Civitati libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, ſicut præſcriptum eſt.

A.D. 1215. 7. Et, ſi hæc facta non fuerint, & per Dominum Regem ſteterit quod iſta non fiant infra prædictum terminum, Barones tenebunt Civitatem prædictam, & Dominus Archiepiſcopus Turrim London, donec prædicta compleantur; & interim omnes, ex utraque parte, recuperabunt terras, Caſtra & Villas, quas habuerunt in initio guerræ, ortæ inter Dominum Regem & Barones.

Litteræ Joh. Regis Stephano Harengod, de pace facta inter ipſum & Barones ſuos.

A.D. 1215.
A. 17. Joh.
Pat. 17. Johannis, m.23. n. 111.

REX Stephano Harengod, &c.

Sciatis quod firma pax facta eſt, per Dei gratiam, inter nos, & Barones noſtros, die Veneris proximo poſt feſtum Sanctæ Trinitatis, apud Runemed prope Stanes, ita quòd eorum homagia eodem die ibidem cepimus.

Unde vobis mandamus firmiter præcipientes, quod, ſicut nos, & honorem noſtrum diligitis, & pacem Regni noſtri, ne ulterius turbetur, quod nullum malum de cætero faciatis Baronibus noſtris, vel aliis, vel fieri permittatis, occaſione diſcordiæ, priùs ortæ inter nos, & eos.

Mandamus etiam vobis quod, de finibus & cenſeriis, vobis factis occaſione illius diſcordiæ, ſi quid ſupereſt reddendum ultra prædictum diem veneris, nichil capiatis: Et, ſiquid poſt illum diem Veneris cepiſtis, illud ſtatim reddatis. A.D. 1215.

Et corpora priſonum, & obſidum captorum & detentorum, occaſione hujus guerræ, vel finium, vel cenſeriarum prædictarum, ſine dilatione deliberetis.

Hæc omnia prædicta, ſicut corpus noſtrum diligitis, faciatis.

Et in hujus, &c.

Teſte meipſo apud Runemed. 18 die Junii, Anno Regni noſtri 17.

Johannes Rex Angliæ Nuncios ſuos Papæ mittit opem & præſidium ejus petituros.

A.D. 1215.
A. 17. Joh.
Pat. 17. Johan. m. 15. d.

DOmino Papæ, &c. In conſpectu paternitatis veſtræ nos humiliamus, ad grates multiplices, prout melius ſcimus & poſſumus, exhibendas pro cura & ſollicitudine, quam, ad defenſionem noſtram & Regni noſtri Angliæ, paterna veſtra benevolentia indeſinenter apponit, licet duritia Prælatorum Angliæ, atque inobedientia malitioſe impediant piæ veſtræ proviſionis effectum.

Nos tamen pro affectu ſincero, quem ad nos geritis, clementiæ veſtræ devotius inclinamus; qui, etſi ad præſens a ſuperbis & a malevolis ad incipientiam ſibi cenſeatur inefficax, nobis erit, Domino concedente, ad tuitionem & pacem; & inimicis noſtris confuſionem & terrorem inducet.

Et licet Dominus Pandulphus, fidelis Subdiaconus veſter, Norwicenſis Electus, nobis prænecceſſarius eſſet in Anglia, utpote qui honorem Eccleſiæ Romanæ ac veſtrum, & totius Regni noſtri fideliter & devote procurat; quia tamen nullo modo de ſtatu noſtro & Regni paternitas veſtra certificari poterit melius, quam per ipſum, ad pedes veſtros eundem deſtinamus invitum; devotius ſupplicantes quatinus, per ipſum ſpecialiter, & per alios fideles noſtros, illatæ vobis in perſona noſtra injuriæ veritate compertâ, ad regimen Regni noſtri & noſtræ obſervandum dignitatis paternæ manum ſollicitudinis apponatis, prout excellens veſtra diſcretio viderit expedire, quod per Dei gratiam laudabiliter facitis & feciſtis. A.D. 1215.

Pro certo habentes, quod, poſt Deum, perſonam veſtram & auctoritatem Apoſtolicæ ſedis habemus unicum & ſingulare præſidium, & ſub veſtri confidentia patrocinii reſpiramus. Teſte, &c.

Alexander Rex Scotiæ Oratores ſuos mittit Johanni Regi Angliæ.

A.D. 1215.
A. 17. Joh. Pat. 17. Joh. m. 19. n. 74.

KAriſſimo Domino ſuo Johanni, dei gratiâ, Regi Angliæ &c. Alexander eadem gratiâ Rex. Mittimus ad excellentiam veſtram dilectos, & fideles, & familiares noſtros venerabilem in Chriſto patrem noſtrum W. Epiſcopum Sancti Andreæ, & Phil. de Mubray, & Robertum de Sancto Germano, & Walterum de Lindeſ. & Ingel. de Baillol. & Johannem de Mauniwell, propter negotia noſtra quæ habemus 'erga' vos, & in Curia veſtra agenda; ratum habituri quicquid idem fideles noſtri vel eorum aliqui, ſi omnes intereſſe non poterunt, in eiſdem negotiis noſtris ex parte noſtra facient.

Et in hujus, &c. vobis mittimus.

Teſte Rege ipſo apud Calth. 7 die Julii.

Littera Philippo Regi Franciæ.

A.D. 1215.
An. 17. Joh. Clauſ. 17. Johannis, m. 22.

KAriſſimo Domino ſuo Philippo, dei gratiâ, Regi Franciæ illuſtri, Johannes, eadem gratiâ, Rex Angliæ, &c.

Sciatis nos præcepiſſe Majori & Vicecomitibus London, quod permittant Mercatores, de terra veſtra, res & catalla ſua a London abducere, ſine omni impedimento, ad faciend. inde voluntatem ſuam.

Quod ſi non fecerint, vos poteritis, ſi placet, homines illius villæ gravare & moleſtare in poteſtate veſtra, nec non reputabimus Treugas ex parte veſtrâ fractas fuiſſe.

Teſto meipſo apud Oxon. 21 die Julii.

De Compoſitione inter Regem & Barones per Innocentium Papam damnata.

A.D. 1215.
An. 16. Joh.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Univerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Etſi chariſſimus in Chriſto filius noſter Johannes Rex Anglorum illuſtris, Deum & Eccleſiam vehementer offenderit; unde nos eum vinculo excommunications innodavimus, & Regnum ejus eccleſiaſtico ſubjecimus interdicto; ipſe tamen (illo miſericorditer inſpirante qui non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat) tandem converſus ad cor, Deo & Eccleſiæ humiliter ſatisfecit; in tantum, quòd non ſolùm recompenſationem pro damnis, & reſtitutionem exhibuit pro ablatis, verum etiam plenariam libertatem contulit Eccleſiæ Anglicanæ.

Quinimo utraque ſententiâ relaxatâ, regnum ſuum tam Angliæ quam Hyberniæ, beato Petro & Eccleſiæ Romanæ conceſſit: Recipiens illud a nobis in feudum ſub annuo cenſu mille marcarum, fidelitatis nobis inde præſtito juramento, ſicut per privilegium ejus apparet aurea bulla munitum.

Adhuc etiam, omnipotenti Deo amplius placere deſiderans, ſignum vivificæ crucis reverenter accepit, profecturus in ſubſidium Terræ Sanctæ; ad quod ſe magnificè præparabat: ſed humani generis inimicus, qui ſemper conſuerit bonis actibus invidere, ſuis callidis artibus adverſus eum Barones Angliæ concitavit; ita ut ordine perverſo in illum inſurgerent, poſtquam converſus Eccleſiæ ſatisfecit, qui aſſiſtebant eidem quando Eccleſiam offendebat.

Ortâ ſiquidem inter eos diſſenſionis materiâ, cum plures dies ſtatuti fuiſſent ad tractandum de pace; utrumque interim ſolennes nuncii ad noſtram fuerunt præſentiam deſtinati. Cum quibus habito diligenti tractatu, poſt plenam deliberationem ſcripſimus per eoſdem Stephano Cantuarienſi Archiepiſcopo & Epiſcopis Anglicanis; præcipiendo mandantes, ut ad reformandam inter utroſque veram & plenam concordiam

diligens

diligens impenderent ſtudium & operam efficacem, omnes conjurationes & conſpirationes, ſi quæ fuerant fortè præſumptæ a tempore ſubortæ diſcordiæ inter Regnum & Sacerdotium, Apoſtolica denunciantes auctoritate caſſatas; & per Excommunicationis ſententiam inhibentes, ne talia de cætero præſumerentur a quoquam. Magnates & Nobiles Angliæ monendo prudenter, & efficaciter injungendo; ut per manifeſta devotionis & humilitatis indicia, ipſum Regem ſibi placare ſtuderent: Ac deinde ſiquid ab eo ducerent poſtulandum, non inſolenter ſed humiliter implorarent; regalem conſervantes ei honorem, & exhibentes ſervitia conſueta, quæ ipſi & prædeceſſores eorum ſibi & prædeceſſoribus ſuis impenderunt, cum ab eis ipſe Rex non debeat abſque Judicio ſpoliari, ut ſic quod intenderent, poſſent facilius obtinere.

Nos enim eundem Regem per litteras noſtras rogavimus & monuimus, & per præfatos Archiepiſcopum & Epiſcopos nihilominus rogari & moneri mandavimus, in remiſſionem ſib peccaminum injungentes; quatenus prædictos magnates & nobiles benigne tractaret, & juſtas eorum petitiones clementer admitteret, ut & ipſi congaudendo cognoſcerent, eum in meliorem ſtatum divina gratia eſſe mutatum, ac per hoc ipſi & hæredes eorum ſibi & Hæredibus ſuis deberent promptius & devotius famulari: plena eis in veniendo, morando & recedendo ſecuritate conceſſa; ita quod ſi forte nequiret inter eos concordia provenire, in curia ſua per Pares eorum ſecundum leges & conſuetudines regni ſuborta diſſenſio ſopiretur.

Verum antequam nuncii cum hoc provido & juſto mandato rediiſſent, illi juramento fidelitatis omnino contempto (cum, etſi Rex eos injuſte gravaſſet, ipſi tamen non debuiſſent ſic agere contra eum: ut in cauſa ſua iidem judices & executores exiſterent) vaſſalli contra Dominum, & milites contra Regem publice conjurantes, non ſolum cum aliis, ſed cum ejus manifeſtiſſimis inimicis præſumpſerunt contra eum arma movere; occupantes & devaſtantes terras illius; ita quoque quod Civitatem Londinenſem, quæ ſedes eſt Regni, proditione ſibi traditam invaſerunt.

Interim autem præfatis Nunciis revertentibus, Rex obtulit eis ſecundum formam mandati noſtri juſtitiæ plenitudinem exhibere; quam ipſi omnino ſpernentes, cæperunt manus extendere ad pejora. Unde Rex ipſe ad audientiam noſtram appellans eis exhibere juſtitiam coram nobis, ad quem hujus cauſæ judicium ratione Dominii pertinebat: quod ipſi ſunt penitus aſpernati.

Deinde obtulit illis ut tam ab ipſo, quam ab illis quatuor viri eligerentur prudentes, qui unà nobiſcum ſubortam inter eos diſcordiam terminarent; promittens quod ante omnia revocaret univerſos abuſus, quicunque fuiſſent in Anglia ſuo tempore introducti: ſed nec hoc illi dignati ſunt acceptare.

Tandem illis Rex propoſuit, quod cum Regni Dominium ad Romanam Eccleſiam pertineret, ipſe non poterat nec debebat, abſque noſtro ſpeciali mandato, quicquam de illo in noſtrum præjudicium immutare: Unde rurſus ad noſtram audientiam appellavit; ſeipſum ac Regnum cum omni honore ac jure ſuo Apoſtolicæ protectioni ſupponens.

Sed, cum nullo modo proficeret, poſtulavit ab Archiepiſcopo & Epiſcopis, ut noſtrum exequerentur mandatum: Jus Eccleſiæ Romanæ defenderent; ac tuerentur eundem ſecundum formam privilegii Cruce ſignatis indulti.

Porro cum ipſi nihil horum facere voluiſſent, videns ſe omni auxilio & conſilio deſtitutum; quicquid illi auſi ſunt petere, non eſt auſus ipſe negare. Unde compulſus eſt per vim & metum, qui cadere poterat in virum etiam conſtantiſſimum, compoſitionem inire cum ipſis, non ſolum vilem & turpem, verum etiam illicitam & iniquam; in nimiam derogationem ac diminutionem ſui juris pariter & honoris.

Quia vero nobis a domino dictum eſt in Propheta, Conſtitui te ſuper gentes & regna, ut evellas & deſtruas, ædifices & plantes: Itemque per alium Prophetam, Diſſolve colligationes impietatis, ſolve faſciculos deprimentes: Nos, tantæ malignitatis audaciam diſſimulare nolentes, in Apoſtolicæ ſedis contemptum, Regalis juris diſpendium, Anglicanæ gentis opprobrium, & grave periculum totius negotii Crucifixi (quod utique immineret, niſi per authoritatem noſtram revocarentur omnia quæ a tanto principe Cruce ſignato taliter ſunt extorta, & ipſo volente ea ſervare) ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, authoritate quoque Apoſtolorum ejus Petri & Pauli, ac noſtra, de communi fratrum noſtrorum conſilio, compoſitionem hujuſmodi reprobamus penitus & damnamus; ſub interminatione Anathematis prohibentes, ne dictus

Rex

A.D. 1215.

Rex eam obſervare præſumat, aut Barones cum complicibus ſuis ipſam exigant obſervari; tam chartam, quam obligationes, ſeu cautiones, quæcunque pro ipſa, vel de ipſa ſunt factæ, irritantes penitus & caſſantes; ut nullo unquam tempore aliquam habeant firmitatem.

Datum Anagniæ, nono Calendas Septembris, Pontificatûs noſtri decimo octavo.

Litteræ Papæ, Baronibus Angliæ, quibus hortatur eos renunciare compoſitioni inter ipſos & Johannem Regem factæ.

A.D. 1215.
A. 17. Joh.
Clauſ. 17. Johannis, m. 19. dorſo.

INnocentius, &c. Nobilibus viris Baronibus Angliæ ſpiritum conſilii ſanioris.

Utinam in perſecutione, quam temere commoviſtis adverſus Dominum veſtrum Regem, attendiſſetis prudentius fidelitatis præſtitæ juramentum, jus Apoſtolicæ ſedis, noſtræ proviſionis mandatum, & privilegium cruce ſignatis indultum; quia, procul dubio, non ſic proceſſiſſetis ad factum, quod omnes pene, qui illud audiunt, quaſi facinus deteſtantur.

Præſertim cum in cauſa ipſa vos judices & executores feceritis; eodem Rege parato, in curia ſua, vobis, per pares veſtros, ſecundum conſuetudines & leges Regni, juſtitiæ plenitudinem exhibere: vel coram nobis ad quos hujus cauſæ judicium, ratione Dominii, pertinebat; aut etiam coram arbitris eligendis hinc inde, unà nobiſcum in ipſo negotio proceſſuris.

Undè, cum nichil horum dignati fueritis acceptare, ad noſtram audientiam appellavit, ſeipſum ac Regnum, cum omni honore ac jure ſuo, Apoſtolicæ protectioni ſupponens; publicè proteſtando quod, cum ejuſdem Regni Dominium ad Romanam Eccleſiam pertineret, ipſe nec poterat, nec debebat quicquam de illo in noſtrum præjudicium immutare.

Cum illa igitur compoſitio qualis qualis, ad quam per vim & metum induxiſtis eundem, non ſolum ſit vilis & turpis, verùm etiàm illicita & iniqua, ut merito ſit ab omnibus reprobanda, maxime propter modum; nos, qui tàm Regi, quàm Regno tenemur & ſpiritualiter & temporaliter providere, per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandamus, & recta fide conſulimus quatinus, facientes de neceſſitate virtutem, renuncietis compoſitioni hujuſmodi per vos ipſos, & ſatisfaciatis eidem Regi ac ſuis de dampnis & injuriis irrogatis; ut idem Rex, per manifeſta devotionis & humilitatis indicia placatus à vobis, per ſeipſum benignè concedat quicquid de jure fuerit concedendum; ad quod etiam nos ipſum efficaciter inducemus.

Quoniam, ſicut nolumus quod ipſe Rex ſuo jure privetur, ita volumus ut ipſe a gravamine veſtro deſiſtat; ne, per conſuetudines pravas, aut exactiones iniquas, ſub noſtro Dominio Regnum Angliæ opprimatur; eritque firmum & ſtabile imperpetuum quod tali modo fuerit ordinatum.

Inſpiret igitur vobis ille, qui neminem vult perire, ut acquieſcatis humiliter noſtris ſalubribus conſiliis & mandatis; Ne, ſi ſecus egeritis, in eum incidatis neceſſitatis articulum, quem tandem evadere ſine multo gravamine non poſſitis.

Quoniam, ut de cæteris taceamus, nulla ratione diſſimulare poſſemus grave periculum totius negotii crucefixi; quod utique immineret, niſi per auctoritatem noſtram revocarentur omnino quæ a tanto Principe cruce ſignato taliter ſunt extorta, etiam ipſo nolente ſervari.

Quare dum, apud nos, Archiepiſcopi, & Epiſcopi Angliæ præſentes extiterint in concilio generali, (quod ad expediendum crucis negotium principaliùs intendimus celebrare) procuratores idoneos ad noſtram præſentiam deſtinetis, ſecure vos noſtro beneplacito committentes; quia nos ea, favente Domino, ſtatuemus, per quæ, gravaminibus & abuſionibus de Regno Angliæ prorſus excluſis, Rex ſuo ſit jure ac honore contentus, & tam clerus quam populus univerſus debita pace & libertate lætetur.

Dat. Anagniæ octavo Kal. Septembr. Pontificatûs noſtri anno decimo octavo.

De ſervitio Gileberti filii Reymfr.

A.D. 1215.
An. 17. Joh.
Carta 17. Johan. m. 2. d.

OMnibus Chriſti fidelibus, præſentem Cartam inſpecturis, Gilebertus filius Reymfr. ſalutem.

Sciatis me ſpontanea voluntate mea, & ad petitionem meam propriam pepigiſſe Domino meo Johanni illuſtri Regi Angliæ, quod omnibus diebus vitæ meæ ei & hæredibus ſuis, de Domina Iſabella Regina Angliæ genitis, fideliter ſerviam, nec in aliquo tempore contra eos ero.

Et, ſi quod ſacramentum inimicis ſuis fecerim, illud non tenebo, nec adhærebo in aliquo Cartæ, quam idem Rex communiter fecit Baronibus Angliæ de libertatibus, quam quidem Dominus Papa caſſavit.

Et ſi forte, quod abſit, contigerit me reſilire ab hac pactione, contra eundem Dominum meum Regem vel hæredes ſuos, perpetuam exhæredationem incurremus ego & Hæredes mei de tota terra mea, quæ in uſus Domini Regis & Hæredum ſuorum perpetuis cedet temporibus.

Et, in majorem fidelis ſervitii mei ſecuritatem, dedi ipſi Domino meo Regi in obſides, Benedictum filium & hæredem Henrici Redonian, filium primogenitum Rogeri de Kirkeby, quem idem Rogerus habet de filia mea, filium & hæredem Willielmi de Windleſorum, quem habet de nepte mea, filium vel filiam Radulphi de Dyencurt, filium vel filiam hæredem Rogeri de Burton, filium & hæredem Adæ de Yeland, filium & filiam Hæredem Thomæ de Buechun, filium vel filiam Hæredem Walteri de Strikeland, filiam Richardi de Copland, filium Gileberti de Lancaſtr. Et, ſi aliquis, vel aliqua de prædictis obſidibus deceſſerit caſu fortuito, ego faciam habere Domino meo Regi, ſi ei placuerit, filios vel filias prædictorum militum, vel aliorum, loco meo in obſides, dum idem Dominus Rex pro pacato ſe tenebit.

Et præterea tradidi eidem Domino meo Regi, in tenentiam, caſtra mea de Hirhull & de Kirkeby, ad faciendum de eis voluntatem ſuam.

Teſtibus,

R. Comite Ceſtriæ,
W. Comite de Ferariis,
Rogero de Monte Bogano,
Willielmo de Cantilupo.

De ſervitio Johannis Ceſtriæ Conſtabularii.

A.D. 1215.
A. 17. Joh.
Ex. Origine. penes Camerar. Scaccar. tertio Bund. n. 4.

OMnibus Chriſti fidelibus, præſentem Cartam inſpecturis, Johannes Conſtabularius Ceſtriæ, ſalutem.

Sciatis me ſpontanea voluntate mea, ad petitionem meam propriam, pepigiſſe Domino meo Johanni Regi Angliæ, quod omnibus diebus vitæ meæ ei & hæredibus ſuis, de Domina Iſabella Regina Angliæ genitis, fideliter ſerviam, nec aliquo tempore contra eos ero.

Et, ſi quod ſacramentum inimicis ſuis fecerim, illud non tenebo, nec adhærebo in aliquo Cartæ, quam idem Dominus Rex communiter fecit Baronibus Angliæ de libertatibus, quam quidem Dominus Papa caſſavit.

Et, ſi forte, quod abſit, contigerit me reſilire ab hac pactione in aliquo erga Dominum meum Regem, vel hæredes ſuos, perpetuam exhæredationem incurremus ego & hæredes mei de tota terra noſtra, quæ in uſus Domini Regis & hæredum ſuorum perpetuis cedet temporibus.

Et, in majorem fidelis ſervitii mei ſecuritatem, dedi ipſi Domino meo Regi, in obſidem, Rogerum, fratrem meum, tenendum quamdiu ei placuerit.

Teſtibus,

R. Comite Ceſtriæ,
Galfrido de Nevill,
Hugone Diſpenſatore.

Litteræ Philippo Regi Franciæ de credentia.

A.D. 1215. An. 17. Joh. Pat. 17. Johan. n. 56. m. 16.

KAriſſimo Domino ſuo Philippo Regi Franciæ illuſtri, Johannes eadem gratia Rex Angliæ, &c.

Mittimus ad vos dilectos & fideles noſtros Abbatem de Bardenay, & fratrem Willielmum Hoſpitalarium, quibus fidem habeatis, ſi placet, ſuper hiis, quæ vobis dixerint ex parte noſtra; & in hujus, &c. vobis mittimus.

Teſte meipſo apud Douram decimo tertio die Septembris, anno Regni noſtri decimo ſeptimo.

A.D. 1215. Ibidem.

EIdem, Rex Angliæ, &c. Sciatis quod volumus & concedimus quod Mercatores terræ veſtræ libere & ſine impedimento veniant per poteſtatem noſtram, & ibi negotientur cum rebus & mercandiſis ſuis, & inde ſalvo & ſecure redeant, faciendo rectas & debitas conſuetudines Regni noſtri, ita quod nulla mala capiemus, nec per nos capi faciemus. Et in hujus, &c. eis inde fieri fecimus.

Teſte meipſo apud Douram decimo tertio die Septembris, anno Regni noſtri decimo ſeptimo.

Littera Ludovico filio Regis Franciæ.

A.D. 1215. An. 17. Joh. Pat. 17. Johannis, n. 8.

REX Lodovico primogenito filio Regis Franciæ ſalutem.

Mittimus ad vos Priorem Coventr. & N. Camerarium Rading. per quos vobis ſignificavimus quod, ſi quid erga vos foriſfecimus, id vobis emendari faciemus.

A.D. 1215.

Litteræ Regis Papæ miſſæ, quibus queritur quod Barones, ante ſubjectionem Regni, ei factam, devoti, jam tandem in ipſum violenter inſurgunt.

A.D. 1215. An. 17. Joh. Pat. 17. Johan. m. 16. d.

REverendo Domino ſuo & Patri ſanctiſſimo Innocentio, Dei gratia, ſummo Pontifici, Johannes, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem, & debitam tanto Domino & patri reverentiam.

Cum Comites & Barones nobis devoti eſſent antequam nos & noſtram terram Dominio veſtro ſubjicere curâſſemus, extunc in nos, ſpecialiter ob hoc ſicut publicè dicunt, violenter inſurgunt.

Nos vero, poſt Deum, vos ſpecialem Dominum & patronum habentes, defenſionem noſtram, & totius Regni, quod veſtrum eſt, eſſe credimus veſtræ paternitati commiſſam; & nos, quantum in nobis eſt, curam & ſollicitudinem iſtam veſtræ reſervamus dominationi, devotiùs ſupplicantes quatenus in negotiis noſtris, quæ veſtra ſunt, conſilium & auxilium efficax apponatis prout meliùs videritis expedire, latores præſentium venerabiles patres, W. Burdegal. & H. Dublin. Archiepiſcopos, Magiſtrum R. Cancellarium noſtrum, Abbatem Belli-loci, Magiſtrum P. Eborum Præcentorem, & H. Archidiaconum, & Magiſtrum R. de Arenis Canonicum Eborum, & nobiles viros R. Mareſcallum, & G. Luterel, fideles noſtros, quos propter hoc ad pedes veſtros tranſmittimus, benignius exaudientes.

A.D. 1215.

Nos enim ſuper omnibus, quæ ad nos & Regnum noſtrum pertinent, vices noſtras & auctoritatem ſanctitati veſtræ committimus, ratum habituri & firmum quicquid inde, cum concilio nunciorum noſtrorum, duxeritis ordinandum.

Teſte meipſo apud Dour. decimo tertio die Septembris.

Excommunicatio generalis Baronum Angliæ.

A.D. 1215. *An. 17. Joh.*

INnocentius Epiſcopus, &c. P. Wintonienſi Epiſcopo, Abbati de Redinge & Pandulpho Eccleſiæ Romanæ Subdiacono, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Miramur plurimum & movemur quod cum chariſſimus in Chriſto filius noſter, Johannes illuſtris Rex Angliæ, ſupra ſpem Domino & Eccleſiæ ſatisfecerit; & præſertim fratri noſtro Stephano Cantuarienſi Archiepiſcopo, & Epiſcopis ejus, quidam eorum, minus quam oportuerit & decuerit, ad ſanctæ crucis negotium, Apoſtolicæ ſedis mandatum & fidelitatis præſtitæ juramentum debitum, imo nullum habentes reſpectum; ei contra perturbatores Regni, quod ad Romanam Eccleſiam ratione Dominii pertinere dinoſcitur, auxilium non præſtiterint vel favorem, quaſi conſcii, ne dicamus ſocii conjurationis iniquæ: quia non caret ſcrupulo ſocietatis iniquæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare.

Ecce qualiter patrimonium Romanæ Eccleſiæ Pontifices præfati defendunt? Qualiter cruceſignatos tuentur? imo qualiter ſe opponunt his, qui deſtruere moliuntur negotium crucifixi? Pejores proculdubio Saracenis exiſtentes; cum illum conantur a Regno depellere, de quo potius ſperabatur quod deberet ſuccurrere Terræ ſanctæ.

Unde ne talium inſolentia, non ſolum in periculum Regni Angliæ, verum etiam in perniciem aliorum Regnorum, & maxime in ſubverſionem totius negotii crucifixi valeat prævalere: nos ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, authoritate quoque Apoſtolorum ejus Petri & Pauli, ac noſtra, omnes hujuſmodi perturbatores Regis ac Regni Angliæ, cum complicibus & fautoribus ſuis, excommuniſcationis vinculo innodamus, & terras eorum Eccleſiaſtico ſubjicimus interdicto. A.D. 1215.

Præfato Archiepiſcopo & Coepiſcopis ſuis in virtute obedientiæ diſtrictiſſime injungentes, quatenus noſtram ſententiam ſingulis diebus dominicis & feſtivis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, ſolenniter per totam Angliam publicare procurent; donec ſatisfecerint Domino Regi de damnis & injuriis irrogatis, & ad ejus obſequium fideliter revertantur.

Univerſis inſuper ejuſdem Regis Vaſallis in remiſſionem peccatorum ex parte noſtra injungentes, ut contra perverſores hujuſmodi, præfato Regi tribuant conſilium & juvamen.

Si quis autem Epiſcoporum hoc noſtrum præceptum neglexerit adimplere, ſciat ſe ab Epiſcopali officio ſuſpenſum, & ſubjectorum obedientiam eſſe ſubtractam: quia juſtum eſt ut eis inferiores non obediant, qui ſuo ſuperiori obedire contemnunt.

Ne igitur mandatum alicujus tergiverſatione valeat impediri, excommunicationis cauſam prædictorum, cum cæteris quæ ad hoc negotium pertinuerint, volbis duximns committendam: per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus protinus omni appellatione poſtpoſita, procedatis ſicut videritis expedire.

Conventio, olim facta, nunc renovata de dote ſolvenda Berengariæ quondam Angliæ Reginæ.

A.D. 1215. *An. 17. Joh.* *Clauſ. 17. Johannis, m. 19. dorſo.*

BErengaria Dei gratiâ, quondam humilis Angliæ Regina, omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis ita conveniſſe inter Dominum Angliæ Johannem illuſtrem, & nos de dote noſtra quam petebamus, & de quadam compoſitione quæ quondam inter ipſum & nos facta fuerat ſuper eadem dote, de quâ mille Marc. de ipſo recipere debebamus annuatim, videlicet, quod ipſe, ad præſens, dat nobis duo mill. Marc. pro omnibus arreragiis, & pro ſolutione anni præſentis, & de cætero dabit nobis annuatim mille libr. bonorum & legalium Sterlingorum, ſcilicet, quingentas libr. in feſto omnium Sanctorum: Et quingentas libr. in feſto Aſcenſionis. Hanc pecuniam ſolvet in domo novi Templi apud London. A.D. 1215.

Licebit autem repetere dotalicium noſtrum ab omni detentore extra Regnum Angliæ, præterquam ab ipſo, vel a ſucceſſoribus ſuis; & ipſe, de hoc, non erit contra nos, niſi teneatur de jure illud warrantizare: Et neque ipſe, neque Succeſſores ejus poterunt capere in manum ſuam res

A.D. 1215. illas, ſuper quibus nos in cauſam traxerimus detentores; Poterimus autem finem facere, ad noſtram voluntatem, cum eiſdem detentoribus, ſalvo ei & hæredibus ſuis poſt noſtrum obitum jure ſuo.

Conceſſit etiam ipſe Rex quod, tàm nos, quàm homines de familiâ noſtrâ, liberum habeamus omni tempore introitum in terram ſuam, & exitum ab eadem, poſſumuſque ibidem morari quamdiu voluerimus; & tàm nos, quàm omnes res noſtras in ſalvum conductum ſuum recepit & ſuam ſecuritatem in veniendo, morando, redeundo; præſtito Sacramento quòd, per nos, malum ſibi non eveniet, nec Regno.

Conceſſit etiam quod in omnibus portubus maris liberum habeamus tranſitum, quandocumque voluerimus; prohibendo quod nullus hominum, vel ballivorum ſuorum nos, vel homines de familia noſtrâ impediat, vel conſuetudinem recipiat ab eiſdem.

Compoſitionem autem iſtam fecit tàm pro ſe, quàm pro hæredibus ſuis; ſtatuendo quod, ſi forte, quod abſit, ipſe vel aliquis Succeſſorum ejus ipſam compoſitionem infringeret, quod facere non poſſunt ſalva fide, & infra viginti dies commoniti ipſe, vel Juſtic. ejus, ſi ipſe extra Regnum fuerit, id non emendaverint, dotalitium noſtrum integre teneatur reſtituere nobis, omni dilatione & occaſione remotâ.

Præterea fecit jurare in animam ſuam Galfridum Luterell Militem ſuum, quod omnia, quæ in Cartâ illâ continentur, obſervabit illibata, &, ad majorem ſecuritatem, ea omnia a Domino Papa confirmari impetrabit. A.D. 1215.

Rogat etiam Dominum Papam, & humiliter petit ut præſenti compoſitioni addat ſecuritates, quas viderit expedire, & ipſe ratum habebit quicquid inde ſtatuerit; vult enim quod omnia fideliter obſerventur, & non vult quod nos poſſumus, ſuper hoc, ab aliquo in poſterum moleſtari.

Et ſciendum eſt quod in hoc feſto omnium Sanctorum, anno Regni ejus 17. ſolvet nobis primas quingentas libras de ſupradictis mille libr. nobis annuatim ſolvendis.

Hiis Teſtibus,

H. de Tuſeio, Seneſcallo tunc temporis Reginæ,
Herberto de Marchia,
Gervaſio de Prinſiac.
Paulin. Boterii,
Roberto de Landa longâ,
Ph. de Suſa,
Ph. de Planchis Militibus.

Dat. Cenom. Anno Dominicæ Incarnationis 1215. 7 Kalend. Octobr.

De Confirmatione prædictæ Conventionis per Innocentium Papam.

A.D. 1215. An. 17. Joh. Pat. 17. Johan. m. 16. d.

REverendo Domino ſuo & Patri in Christo ſanctiſſimo Innocentio, Dei gratia, ſummo Pontifici, Johannes eadem gratiâ Angliæ, &c. & debitam tanto Domino & patri cum devotione reverentiam.

Mittimus vobis, Pater ſanctiſſime, tranſcriptum Conventionis factæ inter nos & Reginam Berengariam de verbo in verbum, cujus tenor talis eſt.

Johannes, Dei gratia, Rex Anglorum, &c. Omnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit ſalutem.

Sciatis ita conveniſſe inter nos, & Dominam Reginam Berengariam, quondam uxorem Domini Ricardi Regis, Fratris noſtri, de dote ſua, quam petebat, & de quadam compoſitione quæ quondam inter nos, & ipſam facta fuit ſuper eadem dote, de qua mille Marcas de nobis recipere debeat annuatim; videlicet, quod nos modo ad præſens, damus ei duo millia Marcarum pro omnibus arreragiis & pro ſolutione præſentis anni, & de cætero dabimus ei annuatim mille libras bonorum & legalium ſterlingorum; ſcilicet, quingentas libras in feſto omnium Sanctorum, & quingentas libras in feſto Aſcenſionis: Hanc autem pecuniam ſolvemus ei in domo novi Templi apud London. A.D. 1215.

Licebit autem Dominæ Reginæ repetere Dotalicium ſuum ab omni detentore, extra Regnum Angliæ, præterquam a nobis & ſucceſſoribus noſtris; & nos, de hoc, non erimus contra eam, niſi nos teneamur de jure illud ei warrantizare: Et neque nos, neque ſucceſſores noſtri poterimus capere in manum noſtram res illas, ſuper quibus ipſa in cauſam traxerit detentores: poterit autem ipſa Regina finem facere ad ſuam voluntatem cum eiſdem detentoribus ſalvo nobis & hæredibus noſtris poſt ejus obitum jure noſtro.

A.D. 1215.

Concedimus etiam quod ipſa Regina, & homines de familia ejus, liberum habeant omni tempore introitum in terram noſtram & exitum ab eadem; poſſintque ibi morari quamdiu voluerint; & tàm eos, quàm omnes res eorum in ſalvum conductum noſtrum & fidelem ſecuritatem noſtram recipiemus in veniendo, in redeundo, & morando; præſtito Sacramento quod, per eos, nobis malum non eveniet, aut Regno.

Concedimus etiam quod in omnibus portubus maris liberum habeant tranſitum, quandocunque voluerint; prohibentes quod nullus Ballivorum vel hominum noſtrorum ipſos impediat, vel conſuetudinem recipiat ab eiſdem.

Compoſitionem autem iſtam facimus tàm pro nobis, quam pro hæredibus noſtris; ſtatuentes quod, ſi forte, quod abſit, nos vel aliquis ſucceſſorum noſtrorum ipſam conventionem infringeremus, quod facere non poſſumus ſalva fide, & infra 40 dies commoniti nos, vel Juſticiarius noſter, ſi extra Regnum fuerimus, id non emendaverimus, dotalicium ſuum integre reſtituere teneamur eidem, omni dilatione & occaſione remota.

Præterea fecimus jurare in animam noſtram Gaufridum Luterell Militem noſtrum, quod omnia quæ in Carta iſta continentur obſervabimus illibata; &, ad majorem ſecuritatem, ea omnia a Domino Papa confirmari impetrabimus.

Rogamus etiam Dominum Papam, & humiliter petimus, ut præſenti compoſitioni addat ſecuritates, quas viderit expedire, & nos ratum habebimus quicquid inde ſtatuerit: Volumus enim quod omnia fideliter obſerventur, & nolumus quod prædicta Regina poſſit ſuper hoc ab aliquo in poſterum moleſtari.

A.D. 1215.

Et ſciendum eſt quod, in hoc feſto omnium Sanctorum, anno Regni noſtri 17. ſolvemus dictæ Dominæ Reginæ primas quingentas libras de ſupradictis mille libris, ſibi annuatim ſolvendis.

Hiis Teſtibus Dominis,

P. Winton, &
S. Exon. Epiſcopis,
Magiſtro Pand. Norwitenſi Electo,
H. Abbate de Bello-loco,
Fratre Alano Martell,
Magiſtro P. Archidiacono Surr.

Datum per manum Magiſtri Ricardi de Mar. Cancellarii noſtri apud Dour. 2. die Septembris anno Regni noſtri 17.

Cum igitur, Pater reverende, volumus hanc Conventionem ſedis Apoſtolicæ munimen optinere, preces Sanctitati veſtræ effundere decrevimus, ſupplicantes quatenus, in majorem hujus Conventionis ſecuritatem, eidem Conventioni, quas videritis expedire ſecuritates, apponi jubeatis; facientes, ſi placet, eandem perpetuo ſedis Apoſtolicæ munimine gaudere.

Teſte meipſo apud Dour. 4. die Septembris, anno Regni noſtri 17.

Litteræ Innocentio Papæ miſſæ, de Confirmatione alterius Conventionis, inter prædictum Regem & Berengariam Reginam habitæ.

A.D. 1215.

An. 17. *Joh.*
Pat. 17. *Johan. m.* 16. *d.*

KAriſſimo Domino ſuo, & patri in Chriſto ſanctiſſimo, Innocentio, Dei gratiâ, ſummo Pontifici, Johannes, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c.

Mittimus vobis, pater reverende, tranſcriptum cujuſdam conventionis factæ inter nos, & Dominam Berengariam, cujus de verbo in verbum tenor talis eſt.

Johannes Dei gratia, &c.
Omnibus, &c.

1. Notum vobis facimus nos conceſſiſſe Dominæ Berengariæ, quondam Angliæ Reginæ, uxori Regis Ricardi fratris noſtri, quod, ſi forte per pacem cum Rege Franciæ, vel aliquo modo Civitatem Cenomann. recuperare poterimus, ipſam habeat in tota vita ſua & poſſideat, cum tota *quinta* libere, & in pace, & quiete.

A.D. 1215.

2. Concedimus etiam quod, ſi Caſtra de Segreio & de Mairenent ad manum noſtram devenerint in vita ipſius Reginæ, nos ei, ſine dilatione, Caſtra illa reſtituemus, habenda quamdiu vixerit, tanquam partem dotalitii ſui.

3. Et, ut contra Compoſitionem, nos vel Hæredes noſtri venire aliquo modo non poſſimus, fecimus Gaufridum Luterel Militem noſtrum jurare in animam noſtram.

4. Et omnibus illis obligationibus in hac Carta nos eidem Reginæ obligavimus quibus ſumus ei obligati in alia

A.D. 1215. Carta, in qua ei aſſignavimus mille Libras ſterlingorum annuatim.

5. Supplicamus etiam Domino Papæ quod Cartam iſtam confirmet ſicut & aliam; & addat etiam ſecuritates quas viderit expedire, & ratum habebimus quicquid inde ſtatuerit.

Teſtibus Dominis,

P. Winton. &
S. Exon. } *Epiſcopis.*
Magiſtro Pandulpho Norwicenſi Electo,

Abbate de Bello-Loco,
Alano Martell,
Hugone de Burgo Juſticiario noſtro. A.D. 1215.

Dat. per manum Magiſtri Ricardi de Mar. Cancellarii noſtri apud Doura. 4 die Septembris, anno Regni noſtri 17.

Petimus igitur, ſanctiſſime Pater, ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Conventionem iſtam munimine roborari, & ſecuritates, quas videritis expedire, addi eidem; quia, quicquid inde veſtra ſtatuere providentia decreverit, nos ratum habebimus.

Teſte meipſo apud Douram, 4. die Septembris, anno regni noſtri 17.

Johannes Rex Angliæ procuratores ſuos in Curia Romana conſtituit.

A.D. 1215. A. 17. Joh. Pat. 17. Johan. m. 15. d.

DOmino Papæ, &c. Erga ſedem Apoſtolicam habentes multa proponere, &, per Dei gratiam, & veſtram, plurima impetrare, coram vobis in propriâ perſonâ noſtrâ ſummo deſiderio deſideravimus intereſſe; quia tamen juxta hujus voluntatis noſtræ deſiderium, impediente locorum difficultate pariter & viarum, necnon perturbatione Regni noſtri, quam ex inopinato patimur, coram præſentia veſtræ Sanctitatis in propria perſona noſtra comparere non poſſumus, idcirco venerabiles Patres noſtros, Burdegalenſem, & H. Dublinenſem, Archiepiſcopos. Magiſtrum R. de Mar. Cancellarium noſtrum, & Nobiles Viros, J. Mareſcal, & G. Luterell, præſentium portitores, ad ſedem Apoſtolicam deſtinamus; quos ita Procuratores conſtituimus in Cauſis & negotiis, quæ ſive de Anglia, ſive aliunde haberemus, ſive habuerimus in Curia Romana expedienda, ſive in agendo, ſive defendendo, ac ſi ſingula ſingulariter expreſſa fuiſſent, non tantum illis generalem, ſed adminiſtrationem liberam in omnibus concedentes, ratum habituri & gratum quicquid per jam dictos Procuratores, aut tres, aut ſaltem duos eorum, in veſtra præſentia factum erit: Promittimus etiam pro eis judicatum ſolvi, ſi opus fuerit. A.D. 1215.

Hæc ita Sanctitati veſtræ ſignificanda duximus, ut eadem adverſariis noſtris, ſi qui in præſentia veſtra apparuerint, intimentur. Teſte, &c.

Excommunicatio ſpecialis in Barones Angliæ.

A.D. 1215. An. 17. Joh.

INnocentius Epiſcopus, &c. Abbati de Albendune, Archidiacono Pictavienſi, & Magiſtro Roberto Officiali Norwicenſis Eccleſiæ, ſalutem.

Ad veſtram volumus pervenire notitiam, quod nos, nuper in generali Concilio conſtituti, excommunicavimus & anathematiſavimus ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, authoritate quoque beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ac noſtra, Barones Angliæ cum adjutoribus & fautoribus ſuis, qui Johannem illuſtrem Regem Anglorum cruce ſignatum & Vaſſallum Romanæ Eccleſiæ perſequuntur; molientes ei regnum auferre, quod ad Romanam Eccleſiam dignoſcitur pertinere.

A.D. 1215. Inſuper excommunicamus & anathematiſamus omnes illos, qui ad occupandum vel invadendum regnum ipſum, aut impediendum euntes in ejuſdem Regis ſuccurſum, operam vel opem impenderunt.

Et terras eorundem Baronum eccleſiaſtico ſubjicimus interdicto.

Aggravamus etiam in eoſdem fortius manus noſtras, ſi nec ſic a ſuo deſtiterint iniquo propoſito, cum in hac parte pejores ſint Saracenis: Decernentes, ut ſi quis Clericus cujuſcunque dignitatis aut ordinis, prædictas excommunicationis aut interdicti ſententias violare præſumpſerit, anathematis ſe ſciat mucrone percuſſum: Et ni quantocius reſipuerit,

A.D. 1215.

ſipuerit, ab omni officio & beneficio deponendum.

Quocirca diſcretioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo, mandamus quatenus per totam Angliam publicare faciatis præſcripta: eademque faciatis authoritate noſtra, ſublato cujuſlibet conditionis & appellationis obſtaculo, inviolabiliter obſervari.

Volumus etiam nihilominus & mandamus, ut quoſdam Barones Angliæ, quos venerabilis frater noſter Wintonienſis Epiſcopus, & dilecti filii Abbas de Reding, & Magiſter Pandulphus Subdiaconus & familiaris noſter, delegati a nobis, excommunicatos perſonaliter nominaverunt, quia ipſos in præſcriptis culpabiles invenerunt, videlicet, cives illos Londinenſes, qui fuerunt principales prænominatæ perverſitatis auctores; & Robertum filium Walteri, S. Comitem Wintonienſem, R. filium ejus, G. de Mandevilla, & Willielmum fratrem ejus, Comitem de Clare, & G. filium ejus, H. Comitem de Hereford, R. de Percy, E. de Veſci, J. Conſtabularium Ceſtriæ, Willielmum de Mumbray, Willielmum de Albineto, W. filium ejus, R. de Ros, & W. filium ejus, P. de Brus, R. de Creſci, Joannem filium ejus, Ranulphum filium Roberti, R. Comitem Bigod, H. filium ejus, R. de Ver, Fulconem filium Warini, W. Malet, W. de Monte acuto, W. filium Mareſcalli, W. de Bello campo, S. de Kime, R. de Monte Begonis, Nicolaum de Stutevilla: necnon & alios, in prædictorum judicum ſententia nominatim expreſſos, cum complicibus & fautoribus eorundem, auctoritate Apoſtolica excommunicatos per totam Angliam publice denunciari faciatis: & ab omnibus arctiùs evitari, ſingulis diebus Dominicis & feſtivis ſolenniter innovari hujuſmodi ſententiam facientes ac denunciantes inviolabiliter obſervari: civitatemque Londinenſem Eccleſiaſtico ſuppoſitam interdicto; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo.

A.D. 1215.

Magiſtrum etiam Gervaſium Londinenſem Cancellarium, qui ſicut a judicibus præfatis accepimus, dicti Regis & ſuorum manifeſtiſſimus extitit perſecutor, excommunicatum publice denuncietis ac ſuſpenſum, graviori etiam pœna, niſi congrue ſatisfecerit, puniendum.

Quod ſi vos omnes, &c.

Datum Laterani decimo ſeptimo Calendas Januarii, Pontificatûs noſtri anno decimo octavo.

De Comite Loſſenſi ad fidem Othonis Imperatoris revocando.

A.D. 1216.
An. 18. *Joh.*
Pat. 18. *Johan. m.* 6. *d.*

KAriſſimo nepoti ſuo Othoni, Dei gratia, Romanorum Imperatori, & ſemper auguſto, Johannes eadem gratia Rex Angliæ, &c. ſpiritum conſilii & fortitudinis.

Significavimus nobili viro Comiti de Los quod, cum devotione & humilitate, ad fidem & ſervitium veſtrum revertatur; unde, cum hoc commodo & honori veſtro & noſtro plurimum credimus expedire, ſi ad fidem veſtram redeat, magnitudini veſtræ bona fide conſulendum duximus & movendum, rogantes quatenus, reſpicientes perſecutionem & turbationem veſtram & noſtram, quibus undique vallamur, ipſum ad fidem veſtram revocare, & in gratiam veſtram recipere ſtudeatis.

A.D. 1216.

Quoniam, ſi litteras veſtras patentes nobis tranſmiſeritis, quod nos manucapiamus quod eidem jura ſua reddetis, tam de Comitatu Holland. quam aliis, quæ eum juſte contingunt, credimus ipſum ad fidem & ſervitium veſtrum de facili fore reverſurum; & nos, per litteras noſtras patentes, manucapiemus quod jura ſua ei reddetis.

Bene autem nobis videtur quod, ſuper jure ſuo de Comitatu Holland. exaudire tanto libentius tenemini, quanto Comes Wilekinus cum Lodowico, inimico Dei & Eccleſiæ, ad perpetuam exhæredationem noſtram, Regnum noſtrum Angliæ præſumptuoſius ſit ingreſſus.

Conſilium vero noſtrum, & aliorum fidelium noſtrorum, & Walteri Bertrand. ſuper hoc credatis, quando illud credimus vobis fore profuturum.

Teſte, &c.

De Comite Loſſenſi, ut ſupra.

A.D. 1216.
An. 18. Joh.
Pat. 18. Joh. m. 6. dorſ.

Omnibus, &c. Walterus Bertrandus, ſalutem.

Sciatis quod litteras Domini mei Johannis Regis Angliæ patentes ſuſcepi, directas W. Comiti de Los; per quas rogavit ipſum Comitem, & conſuluit in bona fide quod ad fidem & ſervitium Domini Imperatoris nepotis ſui redeat; & manucepit ipſe Rex, per eaſdem, quod jura ſua, tàm de Comitatu Hollandiæ, quàm aliis, liberaliter & benigne Dominus Imperator ei reddet: Promiſit etiam idem Dominus Rex per eaſdem quod, ſi Dominus Imperator prædicta ei non teneret; ipſe Dominus Rex diligenter operam apponet verſus ipſum Dominum Imperatorem per conſilium ipſius Comitis de Los, & aliorum fidelium ſuorum, quod Dominus Imperator prædicta omnia ei tenebit.

Cùm autem Dominus Imperator jura ſua dicto Comiti de Los reddiderit, tàm de Comitatu Hollandiæ, quàm de aliis, & homagium ejus receperit, tunc primò litteras prædictas dicto W. Comiti de Los liberabo, & non antea.

Et in hujus, &c.

Littera Berengariæ ſæpius dictæ, de ſolutione pecuniæ reſpectanda.

A.D. 1216.
An. 18. Joh.
Pat. 18. Johannis, m. 7. dorſo.

Rex dilectæ ſorori ſuæ Berengariæ, quondam Reginæ Angliæ, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cùm, inſtigante humani generis inimico, & procurantibus Baronibus noſtris, quos idem erga nos concitavit, Regnum noſtrum Angliæ jamdudum turbatum fuerit, & nunc magis ex adventu Lodowici primogeniti Regis Franciæ (qui, nec Deum metuens offendere, nec Eccleſiam, Regnum noſtrum nobis auferre molitur) maximam partem pecuniæ, quam ad Terram ſanctam de manibus inimicorum crucis eripiendam expendere decrevimus, jam effuderimus, & ſingulis diebus magis ac magis effundere nos oporteat.

Dilectionem veſtram, de qua fidem gerimus, attentius duximus exorandam, rogantes quatinus, in hujuſmodi adverſitatis tempore nobis compatientes, de ſolutione pecuniæ, quâ vobis tenemur, ad præſens patienter ſuſtinere velitis; donec eo mediante, qui animam, prout vult, diſponit, nubes obſcura nobiſcum ſerenetur, & Regnum noſtrum plena tranquillitate lætetur; noſque, de pecunia nobis vobis debita, cum ſumma gratiarum actione, ad plenum vobis reſpondebimus.

Teſte, &c. apud Diviſas 8 die Junii.

De impetranda abſolutione a Gualone, pro Walt. de Bello-Champo.

A.D. 1216.
An. 18. Joh.
Pat. 18. Johan. m. 48.

Rex Willielmo de Cantilupo ſalutem.

Sciatis quod commiſimus Waltero de Laſcy, Hugoni de Mortuo Mari, Waltero de Clyfford, & Johanni Monem. Caſtrum Walteri de Bello-Campo de Almeleg. cuſtodiendum, cum omnibus terris & tenementis ipſius Walteri, quæ ſunt in cuſtodia veſtra, uſque ad diem Martis proximum poſt feſtum Sancti Laurentii, anno, &c. decimo octavo.

Ut interim ire poſſit ad Dominum Gualonem ſedis Apoſtolicæ Legatum, ad impetrandum ab eo beneficium abſolutionis, & ad nos abſolutus redire.

Et vobis mandamus quod eiſdem Waltero, Hugoni, Waltero, & Johanni Caſtrum prædictum, cum omnibus terris & tenementis prædicti Walteri de Bello-Campo, ſine dilatione liberetis cuſtodiendum, ſicut prædictum eſt.

Teſte, &c. apud Album Monaſterium octavo die Auguſti.

Pro Johanne Mareſcallo, quod non ponat ſe in Caſtro Wigorn. ſi obſideretur a Ludovico.

A.D. 1216. *An.* 18. *Joh.* *Pat.* 18. *Johannis*, *n.* 39.

REX omnibus, &c. Sciatis quod licentiam dedimus Johanni Mareſcallo quod, ſi Lodowicus cum exercitu ſuo, vel exercitus ſuus ſine eo venerit Wigorniam ad obſidendum Caſtrum Wigorniæ (ita quod obſeſſio illa ſine exercitu non poſſit amoveri) quod non ponat corpus ſuum in Caſtro illo Wigorniæ; dum tamen talem in eo dimittat gentem, quæ ad honorem & indempnitatem Caſtrum illud cuſtodiat.

Et in hujus, &c.

Teſte meipſo apud Berkel. decimo nono die Auguſti.

Walterus de Laſcy habet ſimiles litteras de Caſtro de Hereford in omnibus ut ſuperius.

Teſte ut ſupra.

Pro adhærentibus ſibi, non obſtante juramento Lod. Regis Franciæ filio præſtito.

A.D. 1216. *An.* 18. *Joh.* *Pat.* 18. *Johannis*, *n.* 27.

REX omnibus illis, qui ad invicem jurati ſunt, de Comitatibus Suſſexiæ, Kantiæ, Surriæ & Suhamtoniæ, confoederati ad fidem & ſervitium ſuum, ſalutem.

Grates multas vobis referimus de hoc, quod adinvicem ad fidem & ſervitium noſtrum eſtis confoederati, & adinvicem reverſi; & vos rogamus quatenus in ſervitio noſtro & fide conſtanter perſeveretis & fideliter nobis adhæreatis, non obſtante juramento a vobis, licet invitis, Lodowico filio Regis Franciæ præſtito: Quoniam, occaſione illius juramenti, nullum erga vos concepimus animi rancorem vel iram; &, ſi quam concepimus, illam vobis omnino remittimus.

Cum igitur non inſtet tempus quo nobis ſuccurſum facere poteſtis, vobis mandamus rogantes quatinus prompti ſitis & parati ad veniendum, ad mandatum noſtrum, quo vobis mandaverimus; pro certo ſcituri quod talibus beneficiis tantiſque remunerationibus vos recipiemus, & priſtinas libertates veſtras ita ſervabimus, & ſervatas ita augmentabimus, quod nobis ad perpetuas tenebimini gratiarum actiones; & quod, exemplo remunerationis noſtræ, & ampliationis libertatum veſtrarum, cæteri ad obſequium noſtrum fortius & libentius conſpirabunt. A.D. 1216.

In cujus, &c. Teſte apud Oxon. tertio die Septembris.

Illos autem, qui nulla gaudent libertate, tantis ditabimus libertatibus & honoribus, quod nobis ad perpetuas tenebuntur gratiarum actiones. T. ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur illis, qui conjurabunt ſe ad ſervitium noſtrum, in eiſdem verbis.

Littera Henrici Regis, de morte Patris & Coronatione ſua.

A.D. 1216.
An. 1. H. 3.
Clauſ. 1. H. 3. m. 25. dorſ.

REX G. de Mar. juſticiario ſuo Hiberniæ ſalutem.

Multiplices vobis referimus gratiarum actiones de bono & fideli ſervitio veſtro, fælicis memoriæ Johanni, quondam Regi Angliæ, patri noſtro exhibito, nobiſque exhibendo; & de hiis, quæ per fidelem noſtrum Radulphum de Norwico Clericum nobis ſignificâſtis.

Cum igitur, jubente ipſo cujus famulantur imperio mors & vita, Dominus & pater noſter ex hac luce fæliciter migraverit (cujus anima in cæleſtibus collocetur) vos ſcire volumus quod, celebratis ſolempniter ex more debito regalibus exequiis in Eccleſia beatæ Mariæ Wigornienſi, convenerunt apud Glouceſtriam plures Regni noſtri Magnates, Epiſcopi, Abbates, Comites & Barones, qui patri noſtro viventi ſemper *conſtiterant* fideliter & devote, & alii quamplurimi; ubi, in feſto Apoſtolorum Simonis & Judæ, in Eccleſia beati Petri Glouceſtriæ, applaudentibus clero & populo, per manus Domini Gualonis, titulo Sancti Martini Preſbyteri Cardinalis, & Apoſtolicæ ſedis Legati in Anglia, & Epiſcoporum tunc præſentium, invocatâ Spiritus Sancti gratia, publice fuimus* in Regem Angliæ inuncti & coronati, fidelitate & homagio omnium illorum nobis exhibitis; quod vobis, ut fideli noſtro, duximus intimandum, ut de honore & ſucceſſu noſtro fælici gloriemini.

Sane cum audierimus indignationem, quondam inter memoratum Dominum Patrem noſtrum, & quoſdam Nobiles Regni noſtri exortam, utrum cum causâ vel ſine causâ nos neſcimus, ſic agitatam extitiſſe, & illam volumus imperpetuum aboleri & obliviſci, quod nunquam menti noſtræ adhæreat; & ut, ceſſante causâ, ceſſet effectus, quicquid extiterit erga ipſum conceptæ indignationis, parati ſumus & volumus pro viribus noſtris expiare; ſingulis præbendo quod ratio dictaverit cum ſubditorum conſilio; &, deletis de Regno pravis conſuetudinibus, in libertatum & liberarum conſuetudinum innovatione, dies nobilium patrum noſtrorum reformare gratioſos; unicuique tribuendo, quod ſibi debebit cum ratione competere.

A.D. 1216.

Ad hoc ſciatis, quod celebrato nuper concilio apud Briſtoll, ubi convenerunt univerſi Angliæ Prælati, tàm Epiſcopi, & Abbates, quàm Priores, & multi, tàm Comites quàm Barones, qui, etiam univerſaliter fidelitatem nobis publice facientes, conceſſis eis libertatibus & liberis conſuetudinibus ab eis prius poſtulatis, & ipſis approbatis, prompti & proni ad mandatum noſtrum in partes ſuas cum gaudio ſunt reverſi.

Speramus quidem & in Domino confidimus, quod Regni noſtri ſtatus, divina favente clementia, in melius commutabitur.

De Domina Regina matre noſtra, vel fratre noſtro mittendis in Hiberniam, vobis reſpondemus; quod, habito conſilio fidelium noſtrorum & aſſenſu, quod nobis & commodo noſtro & Regni noſtri expedire viderimus, faciemus.

Rogamus igitur dilectionem veſtram quatinus, etſi bonæ memoriæ Johanni patri noſtro fideles extiteritis & devoti, tanto nobis fideliores exiſtere curetis, quanto ſcitis nos auxilio & conſilio veſtro in hac teneritate noſtra plurimum indigere; capientes fidelitatem de ſingulis Hiberniæ Magnatibus, & aliis qui nobis ipſam facere tenentur.

Retinuimus adhuc nobiſcum Radulphum de Norwico, ut de hiis & aliis per ipſum voluntatem noſtram plenius vobis ſignificemus; volentes ut eiſdem vos & cæteri fideles noſtri Hiberniæ gaudeatis libertatibus, quas fidelibus noſtris de Regno Angliæ conceſſimus; & illas vobis concedemus & confirmabimus.

Teſte, &c.

Epiſtola hortatoria per Hen. Regem, quod omnes homines de Pictavia in Fidelitate ſua perſeverarent.

A.D. 1216. An. 1. H. 3. Pat. 1. H. 3. m. 15. d.

REX dilectis & fidelibus ſuis, A. Vicecomiti Thoarc. H. Comiti March. R. Comiti Augi, Hugon de Lezenneiaco Vicecomiti Lemovicenſi, Hugoni de Thoarc. G. de Tannaco, Eymerico de Rupeforti, Willielmo Meyngo, Emerico de Rupe Eſchiward, Hugoni Larcevesk, Regin. de Malo Leporar, Eymerico de Rupe, & cæteris Militibus, Civibus, & aliis de Pictavia Salutem.

De bono & fideli ſervitio veſtro, bonæ memoriæ Domino Johanni Regi, patri noſtro exhibito, & adhuc nobis exhibendo, innumeras vobis exſolvimus gratiarum actiones; & vos rogamus attentius, quatinus in hoc quod ipſi patri noſtro bene & fideliter ſemper feciſtis, erga nos perſeverare velitis.

Mittimus igitur ad vos dilectum & fidelem noſtrum G. de Doe, qui de ſtatu noſtro & regni noſtri vos efficiet certiores; rogantes quatinus eidem G. fidem habeatis in hiis quæ vobis dicet ex parte noſtra, ad fidem, commodum & honorem noſtrum.

Et quoniam, &c.

Teſte Comite apud Glouceſtr. 22. die Decembr.

Per eundem Comitem.

Eodem modo ſcribitur Archiepiſcopo Burdegal. Regin. de Pontibus Seneſcallo Pictaviæ & Vaſconiæ R. de Podio Seneſcallo Engoliſm.

Eodem modo ſcribitur majoribus & probis hominibus de Rupell. de Niort. de Sancto Johanne Angeliac. de Regula, de Baion, de Burdegal. de Caſtro & Civitate Lemovic. & de Engoliſm. Teſte eodem.

De abſolutione eorum qui ad Fidem Regis revertunt.

A.D. 1216. An. 1. H. 3. Pat. 1. H. 3. m. 12. d.

WIllielmus Mareſcallus Comes Pembrociæ, Walterus de Laſcy, W. de Cantilupo, & Falkeſius de Breant. Nobilibus viris & amicis cariſſimis W. Comiti Sarreſberienſi, & Willielmo Mareſcallo juniori ſalutem.

Noveritis quod nos, tactis Sacroſanctis, juravimus quod conventionem, prolocutam inter Dominum noſtrum Henricum Regem Angliæ illuſtrem, & vos, pro poſſe noſtro, firmiter & abſque malo ingenio, teneri faciemus.

Et ideo vobis mandamus quod ſecure, & ſine dilatione aliqua, ad nos venire feſtinetis; &, cum ad nos veneritis, faciemus vos abſolvi à Domino Ciceſtr. Epiſcopo, cui à Domino Papa & Domino Legato plenaria poteſtas commiſſa eſt abſolvendi ad fidem & ſervitium Domini Regis revertentes.

Et in hujus rei teſtimonium has litteras noſtras Patentes vobis mittimus. Valete.

De Cuſtodia Vaſconiæ & Pictaviæ Archiepiſcopo Burdegalenſi commiſſa.

A.D. 1217. An. 1. H. 3. Pat. 3. H. 3. m. 9.

REX omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, & aliis omnibus fidelibus ſuis Pictaviæ & Gaſconiæ ſalutem.

Sciatis quod, de communi conſilio omnium fidelium noſtrorum Regni noſtri Angliæ, commiſimus venerabili patri noſtro Domino W. Burdegal. Archiepiſcopo totam Seneſcalciam, & cuſtodiam terræ noſtræ Pictaviæ & Gaſconiæ, quamdiu nobis placuerit.

Et ideo vobis mandamus quod ipſi Archiepiſcopo ſitis in omnibus, quæ ad nos pertinent, intendentes & reſpondentes.

Et, quoniam ſigillum nondum habemus, has litteras noſtras Patentes, ſigillatas

A.D. 1217. Hen. 3.

latas ſigillo fidelis noſtri Comitis Willielmi Mareſcalli, &c. eidem Archiepiſcopo fieri fecimus in teſtimonium.

Teſte eodem Comite, apud Winton. 28. die Martii. Anno regni noſtri primo.

Eodem modo ſcribitur omnibus Civitatibus, Caſtris, Burgis, & Villis Pictaviæ & Gaſconiæ.

Teſte ipſo Comite apud Winton. 28. Martii.

Mandatum Regium, Reginaldo de Pontibus, quod prædictam Terram dicto Archiepiſcopo liberaret.

A.D. 1217. An. 1. H. 3. Ibidem.

REX dilecto & fideli ſuo Reginaldo de Pontibus Seneſcallo Pictaviæ & Gaſconiæ, ſalutem.

Grates vobis referimus multiplices de bono & fideli ſervitio veſtro, Domino Regi patri noſtro & nobis exhibito; unde, cum velitis, ſicut nobis ſignificaſtis, votum peregrinationis veſtræ inſtanter executioni dare, nos, nolentes illud impedire, de communi omnium fidelium noſtrorum conſilio, terram noſtram Pictaviæ & Gaſconiæ commiſimus venerabili patri noſtro Domino W. Burdegalenſi Archiepiſcopo, quamdiu nobis placuerit, cuſtodiendam.

Et ideo tibi præcipimus quod terram prædictam, cum omnibus pertinentiis ſuis, ipſi Archiepiſcopo liberetis.

Et, in hujus rei teſtimonium, has litteras noſtras Patentes Sigill. &c.

Teſte eodem, ut ſupra.

De Treuga cum Comite Warennæ.

A.D. 1217. An. 1. H. 3. Pat. 1. H. 3. m. 8. d.

REX W. Comiti Warennæ Recta ſapere & noviſſima providere.

Sciatis quod nos ratam habemus & gratam Treugam inter nos & Concilium noſtrum ex una parte, & vos ex alia parte, duraturam à die Lunæ, proximo poſt feſtum Sanctorum Tyburtii & Valer. anno Regni noſtri primo, in octo dies proximo ſequentes; quæ quidem treuga capta fuit & prælocuta coram Domino Legato, & quibuſdam Magnatibus de Concilio noſtro apud Ciceſtriam.

Et in hujus rei teſtimonium, &c. has literas fieri fecimus.

Teſte Comite apud Winton. 16. die Aprilis.

De Liberando Willielmum de Lancaſter ad inſtantiam Comitis Ceſtriæ.

A.D. 1217. An. 1. H. 3. Clauſ. 1. H. 3. d. 21.

GUalo, miſeratione divina titulo Sancti Martini Presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legatus, H. Dublinenſis, W. Eborum Archiepiſcopi; P. Wintonienſis, J. Bathonienſis, & Glaſtonienſis, & S. Wigornienſis Epiſcopi; W. de Laſcy, L. de Monemat, & H. de Mortuo mari, Nobili viro Petro de Maulay, ſalutem.

Cum nobilis vir R. Comes Ceſtriæ Cruceſignatus, qui ſemper bene & fideliter ſervivit & ſervit Dominis ſuis Regibus Angliæ, votum peregrinationis ſuæ inſtanter adimplere decreviſſet exeundo a regno, Regem & regnum ipſum ſic deſolatum volens relinquere, motus maxime & ad hoc inductus, quod Will. de Lancaſter, quem ei præcepit liberari, pridem & ſæpius Dominus H. Rex Angliæ illuſtris, habere non potuit: Ipſe tamen, ad maximam inſtantiam noſtram, & preces multiplices, ad præſens a peregrinatione illa ſubſiſtit; aſſumpta jam cruce in pectore ad proſequendum hoſtes Dei & Eccleſiæ, adverſarios Domini ſui Regis Angliæ.

Unde, cum ipſius obſequium, tam laudabile, Domino Regi & regno plurimum ſit expediens, vobis mandamus, quatinus, ſicut honorem ipſius Domini Regis, & regni utilitatem diligitis, ipſum Willielmum ſtatim, & ſine omni occaſione & difficultate, ſub ſalvo conductu mittatis uſque Glouceſtriam, & eum ibi liberari

A.D. 1217. Hen. 3. berari faciatis Radulpho Muſard Vicecomiti Glouceſtriæ; Scientes pro certo quod, niſi iſtud quam citiùs feceritis, poterit inde, quod Deus avertat, Domino Regi & regno magnum dampnum accidere; quod totum non immerito vobis poterit imputari. Valete. A.D. 1217. Hen. 3.

Quod Archiepiſcopus Dublinienſis redeat in Hiberniam.

A.D. 1217. A. 1. H. 3. Pat. 1. H. 3. m. 8.

REX dilectis & fidelibus ſuis Baronibus Hiberniæ, ſalutem.

Licet præſentiam venerabilis patris noſtri Domini Henrici Dublin. Archiepiſcopi in partibus Angliæ nobis & regno noſtro ſcierimus extitiſſe perneceſſariam, ipſiuſque conſilio vix carere valeamus, ipſum tamen ad partes Hiberniæ deſtinamus, ut Eccleſiam ſuam, ejus abſentia jampridem deſolatam, viſitet & conſoletur, ſtatuſque terræ noſtræ Hiberniæ emendationi, & agendorum noſtrorum in partibus veſtris expeditioni per veſtrum conſilium & juvamen intendat: Unde vobis mandamus, quod ei in omnibus, quæ ad nos ſpectant, ordinandis & diſponendis, ſitis intendentes, una cum dilecto & fideli noſtro G. de Mariſco Juſticiario noſtro Hiberniæ. A.D. 1217.

Volumus etiam & præcipimus, quod omnia, ad nos ſpectantia, per ipſius Domini Archiepiſcopi diſpoſitionem, una cum Juſticiarii noſtri & veſtro juvamine & conſilio ordinentur.

Et in hujus rei teſtimonium has literas noſtras patentes, &c. vobis mittimus.

Teſte Comite apud Wintoniam, 16. die Aprilis, anno regni noſtri 1.

Contra Canonicos Carleolenſes Regi Scotiæ adhærentes.

A.D. 1217. An. 1. H. 3. Pat. 1. H. 3. m. 3. d.

REverendo Domino ac Patri in Chriſto Kariſſimo Honorio, dei gratia ſummo Pontifici, Henricus eadem gratia Rex Angliæ, &c. ſalutem, & debitam cum omni honore & ſubjectione reverentiam.

Noverit ſancta Paternitas veſtra quod Canonici Carleolenſis Eccleſiæ, faventes & adhærentes Regi Scotiæ, & aliis adverſariis & inimicis veſtris, & noſtris, procurantes, quantum in ipſis eſt, exhæredationem noſtram, ſpretâ penitùs auctoritate veſtrâ, & ſedis Apoſtolicæ Legati in locis interdictis præſentibus etiam Inimicis veſtris interdictis & excommunicatis irreverenter, & impudenter, & contumaciter divina celebrare non verentur.

Prædicto etiam Regi Scotiæ, inimico Romanæ Eccleſiæ, & noſtro, interdicto & excommunicato, urbem Carleolenſem hoſtiliter occupanti, ſe ſubdiderunt, & ipſum in Patronum & Dominum receperunt, & fidelitatem ei fecerunt; ita etiam quod, in præjudicium juris noſtri, & Eccleſiæ Eboracenſis, ad inſtantiam dicti Regis Scotiæ inimici noſtri, quendam Clericum ſuum interdictum & excommunicatum eligerunt ſibi in Epiſcopum & Paſtorem.

Cùm etiam prædicta Eccleſia Carleolenſis ſita ſit in confinio Regni Scotiæ, maxime expediret tranquilitati & paci noſtræ, & Regni noſtri, quod tale ibi conſtitueretur capud & talia membra, per quæ nobis & Regno noſtro utiliter & efficaciter provideri, & adverſariis noſtris facultas nocendi poſſit recludi. A.D. 1217.

Paternitati veſtræ devote ſupplicamus, quatinus conſulentes nobis & Regno noſtro, ſtatum Eccleſiæ prædictæ in melius commutare velitis; amoventes, ſi placet, funditùs ab eâdem prædictos ſciſmaticos & excommunicatos.

Cum enim ipſi in multis habundent, Epiſcopus eorum ita hactenus egeſtate afflictus eſt & inopia, quod vix habet ubi capud ſuum reclinet; & non invenitur aliquis, qui in aliquo nobis utilis eſſe poterit aut neceſſarius, qui Epiſcopatum illum recipere voluerit.

Scientes pro certo, quod non poterit nobis melius provideri in partibus illis, prout de conſilio fidelium & Magnatum noſtrorum evidenter intelleximus, quam ſi prædicti ſciſmatici & excommunicati penitùs amoveantur; &, loco eorum, qui dicuntur Regulares, (cum ſint prorſus irregulares, & Eccleſiæ Romanæ inimici & inobedientes) conſtituantur Præbendarii; qui Romanæ Eccleſiæ obedientes, & nobis in Conſilio ſint prudentes, & in auxilio efficaces, ut eorum pœna a conſimili delicto alios deterreat.

Et ſuper hiis voluntatem veſtram Kariſſimo Amico noſtro Domino Legato ſignificare velitis.

Et,

A.D. 1217. Hen. 3. Et, quia nondum habuimus ſigillum, has litteras ſigillo Comitis Willielmi Mareſcalli, Rectoris noſtri & Regni noſtri, ſigillavimus.

Teſte eodem Comite apud Winton. 26. die Aprilis. A.D. 1217. Hen. 3.

De ſalvo conductu pro Oratoribus Ludovici.

A.D. 1217. A. 1. H. 3. Pat. 1. H. 3. m. 6. REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.

Sciatis quod ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum quatuor Magnates de conſilio Domini Lodovici, cum viginti equitibus, ad veniendum inter Breynford & Hundeſlowe, & loquendum cum quatuor Magnatibus, de conſilio noſtro, & viginti equitibus, quos ſecum duxerint.

Et durat conductus iſte per totum iſtum diem Lunæ, proximum poſt feſtum Sancti Barnabæ Apoſtoli, anno Regni noſtri primo.

Et ideo vobis mandamus quod prædictis quatuor Magnatibus, cum viginti equitibus nullum malum faciatis, aut fieri permittatis in eundo, morando, vel redeundo per totum diem Lunæ prædictum.

Et in hujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Comite, apud Certes. duodecimo die Junii, anno eodem.

De Treugis cum Ludovico emendandis.

A.D. 1217. A. 1. H. 3. Pat. 1. H. 3. m. 12. d. NObili viro Lodovico primogenito Regis Franciæ, Willielmus Mareſcallus Comes Penbrociæ, & Conſilium Domini Regis Angliæ, recta ſapere, & noviſſima providere.

Noveritis quod, ad diem, quem ſtatuiſtis apud Roffam, die Jovis in Craſtino Sancti Petri, fuerunt Hubertus de Burgo Juſticiarius Angliæ, & Emendatores noſtri, ad emendationes capiendas & faciendas de interceptionibus, factis in prima treugâ & ſecundâ, & ad treugam faciendam obſervari & teneri.

Ubi venit ad eos ſolus frater Iſenbardus, Capellanus veſter, cum litteris veſtris per quas ſignificaſtis quod ei fides adhiberetur indubitata ſuper hiis, quæ diceret ex parte veſtra, qui dixit quod treugam teneretis, & citavit nos ex parte veſtra, & per ſacramenta noſtra quod treugam teneremus.

A.D. 1217. Et ideo hoc vobis ſignificamus, quia volumus quod ſciatis quod treugam libenter volumus tenere; & citamus omnes illos per ſacramenta ſua, qui treugam ex parte noſtra juraverunt, quod treugam teneant.

Capiatur autem dies & locus competens ad emendationes capiendas & faciendas ex utraque parte; & mittatis nobis litteras veſtras de conductu eorum qui, ad diem & locum, ex parte noſtrâ ad emendationes capiendas & faciendas ſalvo venire poſſint, & ibi ſalvo morari, & ibidem ſalvo reverti.

Has autem litteras ſigillo prædicti Comitis Willielmi Mareſcalli decrevimus ſigillari.

Idem mandatum eſt Engeramo de Cuſcy, & Comiti Niveriens & Conſilio Lodovici.

Bulla Honorii Papæ de ordinando circa Canonicos Carleolenſes.

A.D. 1217. A. 1. H. 3. Ex Autogr. HOnorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Gualoni titulo ſancti Martini Presbytero Cardinali, apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

A.D. 1217. Tam cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Anglorum illuſtris, quam venerabiles fratres noſtri Dublinenſis & Eboracenſis Archiepiſcopi, ac Londonienſis, Wintonienſis, Bathonienſis & Wigornienſis, Epiſcopi ſuis nobis litteris intimarunt, quod Canonici Carleolenſes, contra excommunicationis & interdicti ſententias, tam a nobis, quàm a te in perſecutores & turbatores Regis & Regni, eorum exigente malitiâ, promulgatas, temere venientes, ipſius Regis Capitalibus inimicis, excommunicationis vinculo innodatis,

publicè

A.D. 1217. Hen. 3.

publicè communicare præſumunt, & in locis interdictis divina eis officia celebrare.

Ad hæc Regi Scotiæ, ipſum Regem Anglorum Dominum ſuum nequiter impugnanti, ac propter hoc excommunicationis vinculo innodato, ſe voluntate ſpontaneâ ſubdiderunt, &, ad ejus inſtantiam, quendam clericum ejus, excommunicationis vinculo innodatum, ſibi præſumpſerunt eligere in Epiſcopum & paſtorem, hiis & aliis modis contrà Romanam Eccleſiam multipliciter excedere non verentes.

Quare dicti Rex, Archiepiſcopi, & Epiſcopi nobis ſuggerere ſtuduerunt, ut eoſdem Canonicos, qui ſunt ſolo nomine regulares, ab ipſâ eccleſiâ faceremus penitus amoveri; eiſq; per alias regulares eccleſias collocatis; ac electione, attemptatâ de prædicto excommunicato, irritâ nuntiatâ; eccleſiam ipſam de perſonis Regi fidelibus, & eccleſiæ Romanæ devotis ordinari faceremus, tam in capite, quam in membris; poſſeſſionibus ac redditibus ejuſdem eccleſiæ inter epiſcopum, & canonicos ordinandos ibidem portione congruâ diſtributis: aſſerentes id tranquilitati Regis & Regni maxime profuturum, cum eccleſia ſæpedicta, in Angliæ ac Scotiæ ſita limitibus, eiſdem Regi & Regno multum prodeſſe valeat, ſi devota extiterit; & obeſſe, ſi fuerit indevota.

A.D. 1217. Hen. 3.

Cum igitur tibi poſſit conſtare melius de prædictis, id providentiæ tuæ duximus committendum, per apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatinus, univerſis hujuſmodi negotium contingentibus ſollicite indagatis, ſuper hiis, ſublato cujuſlibet contradictionis & appellationis impedimento, diſponas tam de capite, quam de membris quod, ſecundum datam tibi a Deo prudentiam, videris expedire.

Dat. Anagniæ. iii. Id. Julii. Pontificatus noſtri Anno Primo.

Plumbeo ſigillo, pendente a filo canabeo.

Litteræ per Henricum Regem miſſæ Baronibus Pictaviæ, quod Matrem ſuam honorifice excipiant.

A.D. 1217. *A. 1. H. 3. Pat. 1. H. 3. m. 5. d.*

REX dilectis & fidelibus ſuis Comitibus, Baronibus, & aliis Pictaviæ, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.

De bono & fideli ſervitio veſtro, non ſolum ab hominibus, verum etiam a Deo commendando, felicis recordationis Domino Johanni patri noſtro exhibito, nobiſq; ſi placet, exhibendo, quantaſcumq; poſſumus univerſitati veſtræ exſolvimus gratiarum actiones. Rogantes quatenus id, quod bene ſemper feciſtis, & laudabiliter, fine concludatis meliori; ut vobis merito ad perpetuas gratiarum teneamur actiones, & fidem veſtram digna mercede reſpicere debeamus.

Cum autem ſit ſummum & præcipuum Dominæ Reginæ matris noſtræ deſiderium natale ſolum, hactenus ab eâ non viſitatum, velle reſpicere; nec poſſimus, idem nolumus, quod moleſte ferimus, propoſitum & affectum in partes ſuas ſe transferendi impedire, vel voluntati ſuæ indecenter obviare, cui in omnibus ad honorem ſuum & noſtrum parati ſumus & erimus, receſſus quamvis ſuus a nobis faſtidium nobis pariat & dolorem; univerſitati veſtræ, de qua fidem habemus indubitatam, devote duximus ſupplicandum, rogantes quatinus, ob amorem quem erga patrem noſtrum habuiſtis, & quem erga nos habetis, ipſam, cum ad vos venerit, prout deceat ſponſam & Reginam tanti & talis Principis patris noſtri, honorifice recipiatis, & benigne, ac amicabiliter ſicut diligitis nos, pertractetis, ac dote ſua in partibus veſtris per auxilium noſtrum gaudere permittatis; ut ſic, mediante diligentia & ſollicitudine veſtra, ſuo gaviſa dotalicio, ab ipſo, qui unicuique reddit ſecundum opera ſua, dignam mercedem recipere mereamini; & a nobis, pro loco & tempore, digna retributione reſpici debeatis, cum uberrima gratiarum actione.

A.D. 1217.

Quoniam, &c.

Teſte eodem Comite apud Oxon. 24 die Julii.

Eodem modo ſcriptum eſt Archiepiſcopo Burdegal.

Eodem modo ſcriptum eſt Majoribus & probis hominibus de Rupella, & de Niho. & de Sancto Johanne.

Forma Pacis inter Henricum Regem Angliæ, & Lodovicum primogenitum filium Philippi Regis Franciæ.

A.D. 1217. An. 1. H. 3. 1. NOtum ſit, tàm præſentibus, quam futuris, quod hæc eſt forma pacis facta inter Dominum Regem Angliæ illuſtrem, & Dominum Lodovicum, Domini Regis Franciæ primogenitum. In primis, quod omnes homines & impriſii Domini Lodovici, & coadjutores ſui Anglici, & alii, qui terram tenuerunt, in principio gwerræ, in Regno Angliæ, habeant terras ſuas & ſaiſinas ſuas, quas habuerunt in initio guerræ, & rectas conſuetudines, & libertates Regni Angliæ; &, ſi emendationes inde factæ fuerint, communes ſint tàm illis, quàm aliis.

2. Similiter, Dominus Henricus Rex Angliæ, & omnes homines & impriſii ſui, qui terram tenuerunt in initio guerræ in Regno Angliæ.

3. Item, Civitas Londonienſis, & omnes aliæ Civitates, & Burgenſes habeant ſuas rectas conſuetudines & libertates.

4. Item, omnes priſones, qui capti fuerunt ex utraque parte, poſtquam Dominus Lodovicus applicavit in Anglia, deliberentur: De aliis vero, qui capti fuerunt ante primum ejus adventum in Anglia, ſic erit; quod conſilium Domini Regis Angliæ eliget tres de conſilio Domini Lodovici, per quorum ſacramentum fiat inquiſitio qui fuerint homines vel impriſii Domini Lodovici die quo capti fuerint, & per ſacramentum prædictorum deliberentur.

5. Item, de omnibus priſonibus ſic erit; quod omne, quod ſolutum eſt de redemptionibus illorum, ſolutum ſit; & id quod ſolutum non eſt, unde termini tranſierunt, ſolvatur; & redemptionum reſiduum quietum ſit: &, ſi contentio fiat, & dicatur quod termini de redemptionibus priſonum præteriti ſint, conſilium Domini Lodovici eligat tres de conſilio Domini Regis Angliæ, per quorum ſacramentum declarentur ſi termini de redemptionibus tranſierunt necne.

6. Et ſi a die Martis, proxima ante feſtum exaltationis ſanctæ crucis, aliqua deſtructio fieret priſonibus & de ſolutione redemptionum facienda, inde quieti ſint.

7. Omnes priſones & alii, de Regno Angliæ, qui contra Dominum Regem Johannem, quondam Regem Angliæ, fuerint, faciant, per homagium, ſecuritatem Domino H. Regi Angliæ, ſecundum legem & conſuetudinem Regni Angliæ, & per ſacramenta & cartas ſuas.

8. Item, Dominus Lodovicus reddet omnes obſides illis, a quibus eos habuit, qui traditi fuerint pro pecunia, unde termini tranſierunt; & ſolutâ pecuniâ liberabit.

9. Item, reddentur Domino Regi Angliæ & ſuis, omnes Civitates, Burgi, & Caſtra, & Terræ, quæ occupatæ ſunt per guerram iſtam in quocunque loco Regni Angliæ ſint.

10. Item, de Inſulis ſic fiet; Dominus Lodovicus mittet litteras ſuas patentes fratribus Euſtachii Monachi, præcipiens quod illas reddant Domino Henrico Regi Angliæ; &, niſi illas reddiderint, diſtringet illos Dominus Ludovicus, pro legale poſſe ſuo, per feoda, & per terras eorum, quæ de feodo ſuo movent, ad illas reddendas; &, ſi hæc facere noluerint, ſint extra pacem iſtam.

11. De Rege Scotorum ſic fiat; Dominus Ludovicus mandet ei formam pacis, factæ inter Dominum Regem Angliæ & ipſum; & quod ſi voluerit eſſe in pace illa, reddat Domino Regi Angliæ, omnia caſtra & priſones, & terras quas occupavit occaſione hujus guerræ.

12. Idem faciet Dominus Rex Angliæ dicto Regi Scotorum

13. Eodem modo mandabit Dominus prædictus D. Lewellino & aliis Walenſibus.

14. Item, Dominus Ludovicus adquietabit omnes Barones & homines de Regno Angliæ ab omnibus homagiis, fidelitatibus, confœderationibus, & impriſiis; & de cætero nullam inibit confœderationem, unde malum vel damnum poſſit aliquo tempore evenire Domino Henrico Regi Angliæ, vel hæredibus ſuis de Regno Angliæ occaſione hujus guerræ.

15. Item, facient juramentum Barones Angliæ Domino Henrico Regi Angliæ, quod nullam facient prædicto Domino Ludovico, vel alicui alii confœderationem, homagium, fidelitatem, vel impriſiam, contra Dominum ſuum Henricum Regem Angliæ, vel hæredes ſuos.

16. Item, Dominus Ludovicus faciet juramentum corporale, & ſui cum eo, & Cartas ſuas facient ſinguli, quos conſilium Domini Regis voluerit, quod pacem præſcriptam firmiter & fideliter tenebunt;

A.D. 1217. Hen. 3.

nebunt; & ad impetrandum, ſuper hoc, confirmationem Domini Papæ & Domini Legati, apponet *Legale* poſſe ſuum per preces.

17. Item, de debitis ſic fiat; quod omnia debita, quæ debentur Domino Ludovico, unde termini ttanſierunt, ei reddantur.

18. Item, notandum eſt quod, in primo Capitulo, ubi legitur *de impriſiis Domini Ludovici*, intelligitur de Laicis tantum; Clerici tamen Anglici, qui laica feoda habuerunt, habeant terras & ſaſinas ſuas, quas habuerunt in initio guerræ.

Ut omnia prædicta perpetuam obtineant firmitatem,

Dominus Gwalo, Titulo Sancti Martini Presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legatus,
Dominus Henricus Rex Angliæ,
Willielmus Mareſcallus, Comes Penbroc.
Hubertus de Burgo, Juſticiarius Angliæ,
Ranulphus, Comes de Ceſtria,
Willielmus, Comes Sareſberii,
Willielmus, Comes de Warenne,
Willielmus, Comes de Arondel,
Willielmus Aubenii,
Willielmus Briwere,
Willielmus Mareſchallus Juvenis,
Falcaſius de Breante,
Radulphus de Mortuo-mari,
L. de Erdivert,
Robertus de Veteri-Ponte,
Gaufridus de Nova-villa,
Brian de Inſula,
Philippus de Aubiniaco,
Ricardus filius Regis,
Huic ſcripto ſigilla ſua appoſuerunt.

A.D. 1217. Hen. 3.

Datum apud Lameth, anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo decimo ſeptimo, die undecimo Septembris, anno Domini Henrici Regis Angliæ tertii primo.

De pace, & ſalvo conductu Domini Lodovici.

A.D. 1217. An. 1. H. 3. Pat. 1. H. 3. n. 8. m. 3.

REX Majori & Baronibus London. ſalutem.

Cum jam, cooperante Domino, plena pax inter nos, & Dominum Ludovicum, Domini Regis Franciæ primogenitum, cognatum noſtrum fuerit reformata.

Vobis mandamus firmiter præcipientes quatinus, ſicut nos, & honorem noſtrum, & corpora veſtra, & omnia quæ in Dominio noſtro habetis, diligitis, dictum Dominum Ludovicum & omnes ſuos cuſtodiatis & defendatis tanquam corpus noſtrum & noſtros.

A.D. 1217.

Nec ei, vel ſuis, aliquam inferatis, vel ab aliquo inferri permittatis, pro poſſe veſtro, moleſtiam vel injuriam; cum quicquid ei, vel ſuis factum fuerit a vobis, nobis & noſtris factum reputemus & reputabimus.

Et in hujus rei teſtimonium, &c. vobis mittimus.

Teſte Comite apud Kingeſton 14 die Septembris.

De non moleſtando Gentem Domini Lodovici.

A.D. 1217. An. 1. H. 3. Pat. 1. H. 3. m. 3.

REX G. Conſtabulario de Meuton, Radulpho de Bray, Olivero filio Reginaldi, & Ricardo filio Hugonis, ſalutem.

Sciatis quod pax firma facta eſt inter nos, & Dominum Ludovicum Domini Regis Franciæ primogenitum.

A.D. 1217

Et ideo vobis mandamus quod nulli in partibus Norfolciæ, Suffolciæ, Eſſexiæ, & Hertford. dampnum aliquod faciatis, vel fieri permittatis, vel impedimentum.

Et in hujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Comite apud Mereton. decimo nono die Septembris, anno Regni primo.

De

De Fœdere cum Haquino Rege Norwegiæ ineundo.

A.D. 1217.
An. 1. H. 3.
Clauſ. 1. H. 3. n. 5. d.

HEnricus Dei gratia, &c. H. eadem gratia Regi Norwegiæ Salutem.

Immenſas Nobilitati veſtræ referimus gratiarum actiones de hiis, quæ per litteras veſtras, & prudentem virum, Abbatem de Lyſa, nobis ſignificaſtis, volentes & deſiderantes fœdus pacis & dilectionis libenter nobiſcum inire, & nobis confœderari.

Bene autem placet & placebit nobis quod terræ noſtræ communes ſint; ut Mercatores & homines, qui ſunt de poteſtate veſtrâ, liberè & ſine impedimento terram noſtram adire poſſint, & homines & Mercatores noſtri ſimiliter veſtram; dum tamen litteras veſtras Patentes ſuper hoc nobis deſtinetis, & nos vobis noſtras tranſmittemus.

Interim autem bene volumus, & concedimus quod Mercatores, tàm de terra noſtra, quam veſtra, eant, veniant & redeant per terras noſtras: Et, ſi quid veſtræ ſederit voluntati, quod facere valeamus, id ſecure nobis ſignificetis; retinuimus autem adhuc Abbatem prædictum, ut de Navi veſtra & rebus in ea contentis, pro poſſe noſtro, reſtitutionem de cæteris Negotiis noſtris, fieri faciamus; per quem de ſtatu noſtro & Regni noſtri vos certificare curabimus. Quoniam, &c.

Teſte ipſo Comite apud Lamh. 10. die Octobris.

Eodem modo ſcribitur S. Duci Norwege ibidem & eodem die.

A.D. 1217.

De conductu pro quibuſdam venientibus ad fidem Regis.

A.D. 1217.
An. 1. H. 3.
Pat. 1. H. 3. n. 2.

REX Gileberto filio Reinfridi, Rogero de Monte Begon. Richardo de Percy, & Adæ de Stafleg. ſpiritum conſilii ſanioris.

Mandamus vobis quod ſecure veniatis ad fidem & ſervitium noſtrum, & ſciatis quod ſuſcepimus vos; & omnes illos qui vobiſcum venient, in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum in veniendo ad dilectum & fidelem noſtrum Willielmum Mareſcallum Comitem Penbrokiæ, Rectorem noſtrum & Regni noſtri, & cum eo loquendo de pace noſtra.

Duret autem conductus iſte ad feſtum Apoſtolorum Simonis & Judæ anno Regni noſtri ſeundo.

Et in hujus rei, &c.

Teſte ipſo Comite apud Lameh. 10. die Octobris, anno Regni noſtri primo.

A.D. 1217.

De Osberto, filio Nigelli liberando.

A.D. 1217.
A. 1. H. 3.
Pat. 1. H. 3. n. 4. m. 2.

REX Falkeſio de Breante ſalutem.

Mandamus vobis quod ſine dilatione deliberetis Osbertum, filium Nigelli, quem captum tenetis, ſecundum formam pacis, inter nos & Dominum Ludovicum, Domini Regis Franciæ primogenitum, reformatam, & per nos & alios juratam.

Et, in hujus rei teſtimonium, has litteras noſtras Patentes, &c. vobis mittimus.

Teſte Comite apud Lameth. 2. die Octobris, anno Regni noſtri primo.

A.D. 1217.

Pro Alexandro Rege Scotorum.

A.D. 1217. *An.* 2. *H.* 3. *Pat.* 2. *H.* 3. *p.* 2. *n.* 7. *m.* 8.

ALexander Rex Scotiæ habet litteras de conductu, in veniendo ad Comitem Willielmum Mareſcallum, duraturo uſque Purificationem beatæ Mariæ, anno Regni Domini Regis ſecundo.

Teſte Comite apud Weſtm. 3. die Novembris. A.D. 1217.

Eodem modo ſcribitur pro Roberto de Ros.

De Conductu Regis Scotiæ.

A.D. 1217. *An.* 2. *H.* 3. *Pat.* 2. *H.* 3. *m.* 8.

REX Conſtabulario Ceſtriæ ſalutem.

Mandamus vobis quod, die Sancti Andreæ anno Regni noſtri ſecundo, occurratis Regi Scotorum apud Berewic, ad conducendum eum & ſuos, quos ſecum duxerit, una cum Roberto de Ros, ad nos, ad loquendum nobiſcum, & ad faciend. nobis quod facere debet. Et in hujus rei teſtimonium has litteras noſtras Patentes, ſigillatas ſigillo Comitis Mareſcalli Rectoris noſtri & Regni noſtri (eo quod nondum Sigillum habuimus) vobis inde mittimus. A.D. 1217.

Teſte Comite apud London. 7. die Novembris.

De Conductu pro Lewelino Principe Walliæ.

A.D. 1217. *An.* 2. *H.* 3. *Clauſ.* 2. *H.* 3. *m.* 8. *d.*

REX H. de Mortuo Mari ſalutem.

Mandamus vobis rogantes quatenus, ſi Lewelinus, & alii Magnates Walliæ, qui venerunt apud Hereford. hac die Sabbati, in octabis Sancti Martini, abſoluti fuerint, per venerabiles patres H. Herefordenſem, & Dominum W. Coventr. Epiſcopos, à ſententia excommunicationis, in eos lata, eo quod fuerint contra Dominum Johannem Regem Patrem noſtrum. Tunc præfatos Lewelinum cum Magnatibus Walliæ conducatis ad nos, uſque ad Norhamton. ad homagia ſua facienda: Simul cum conductu fidelium noſtrorum Walteri de Laſcy, Walteri & Rogeri de Cliffort, & Walteri de Bellocampo; quibus ſcripſimus de prædicto conductu, faciendo ſimul cum conductu veſtro. A.D. 1217.

Quia vero, &c.

Apud Glouceſtr. 18. die Novembris.

Pro Rege Inſularum.

A.D. 1218. *An.* 2. *H.* 3. *Pat.* 2. *H.* 3. *p.* 1. *n.* 9.

REX Inſularum habet litteras de conductu, veniendo ad Regem, ad faciendum ei homagium, & ad emendandum exceſſus factos hominibus Domini Regis, tàm in Anglia, quàm in Hibernia, ab hominibus terræ ſuæ, & in morando, & in recedendo.

Et durabit conductus ille uſque in 15. dies poſt Paſcha, anno Regni Henrici Regis ſecundo.

Teſte Comite apud Winton. 16. die Januarii. A.D. 1218.

Et mandatum eſt Juſticiario Hiberniæ quod interim non inferat, vel inferri permittat moleſtiam aliquam, injuriam, aut gravamen dicto Regi, vel hominibus, vel terris ipſius Regis Inſularum.

A.D. 1218. Hen. 3.

De Homagio Lewellini Principis.

A.D. 1218. Hen. 3.

A.D. 1218. A. 2. H. 3. Clauſ. 2. H. 3. m. 8. d.

REX Lewelino, Principi Norwalliæ, ſalutem, & amorem.

De conſilio Domini Legati, & Comitis Willielmi Mareſcalli, Rectoris noſtri & Regni noſtri, & aliorum fidelium noſtrorum Magnatum Angliæ, proviſum eſt quod vos cum impriſiis veſtris de Wallia, ſecundâ Dominicâ poſt diem cinerum, veniatis Wigorniam in occurſum noſtrum, & prædicti Domini Legati, & Concilii noſtri; qui tunc vobis ibidem occurremus ad recipiendum homagium veſtrum.

Et ideo vobis mandamus rogantes, omni occaſione poſtpoſitâ, ſitis ibidem, cum impriſiis veſtris, ad eundem diem homagium nobis facturi, ſicut prædictum eſt.

Quia, ut ſecurius veniatis, mittimus vobis litteras noſtras Patentes de conductu.

A.D. 1218.

Et inſuper mandavimus venerabilibus patribus noſtris, W. Ceſtr. & H. Hereford. Epiſcopis; & fidelibus noſtris, R. Comiti Ceſtriæ, Waltero de Laſcy, Hugoni de Mortuo Mari, Johanni filio Alani, Waltero de Clifford, & Rogero de Clifford, ut eant in occurſum veſtrum, ad conducendum vos, & veſtros, qui vobiſcum venient, uſque Wigorniam, & inde ſalvo reducendum ad partes veſtras.

Quia, &c.

Teſte Comite apud Exon. 12 die Februarii.

De nonnullis promiſſis Regi factis per Principem Norwalliæ.

A.D. 1218. A. 2. H. 3. Clauſ. 2. H. 3. m. 4. d.

UNiverſis, tam præſentibus, quam futuris, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, Lewelinus Princeps Norwalliæ ſalutem in Domino.

Noveritis nos, coram Domino Gualone, &c. & coram Domino P. Winton. R. de Sancto Aſafp. W. Coventr. S. Wygorn. H. Hereford. R. Ciceſtr. Epiſcopis: Et W. Mareſcallo Comite de Pembr. R. Comite Ceſtr. & Lincoln. S. Comite Winton. W. de Laſcy, H. de Mortuo Mari, W. de Cantilupo, G. de Nevill Camerar. Falkeſio de Breant, Briano de Inſula, Phil. de Vletot, & aliis magnatibus, & fidelibus Domini Henrici illuſtris Regis Angliæ, tactis ſacroſanctis, apud Wigorniam juraſſe quod totum poſſe noſtrum, in bona fide, & ſine malo ingenio, apponemus ut Caſtra de Kaermerdin & Kaerdigan, cum terris, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, Domino Legato prædicto, ad opus Domini Regis prædicti, reddantur; & omnes terræ & caſtra occupata ſuper Harnes, & impriſiis Domini Regis in Suwallia, ſicut ſunt vel ſtantia vel proſtrata, reddantur eidem Domino Legato; ſalvo quolibet jure.

A.D. 1218.

Ad hæc ſciant omnes, nos bona fide prædicto Domino Henrico Regi promiſiſſe per Sacramentum, quod ei fecimus, quod fideliter & potenter laborabimus ut omnes Magnates totius Walliæ ad Dominum Regem venient ad certum diem & locum, & faciant eidem Domino Regi, ſicut Domino ſuo ligio, homagium & fidelitatem, ſicut ipſi, vel Anteceſſores ſui plenius facere ſolebant patri prædicti Domini Regis, & Anteceſſoribus ſuis.

Præterea, nullum inimicum Domini Regis receptabimus in Wallia, aut receptari permittemus; immo ipſius inimicum, tanquam noſtrum modis omnibus perſequemur, & omnes injurias, eidem Domino Regi & ſuis illatas, pro poſſe noſtro vendicabimus, vel emendari faciemus, tanquam nobis vel noſtris illatas.

Et in hujus rei, &c.

A.D. 1218. Hen. 3.

A.D. 1218 Hen. 3.

Cuſtodia Terrarum, quas quondam Wenhunwen in Wallia poſſidebat, mandatur Curæ Lewilini Principis Norwalliæ.

A.D. 1218. *A.* 2. *H.* 3. *Clauſ.* 2. *H.* 3. *m.* 5. *dorſ.*

UNiverſis, tàm præſentibus, quàm futuris, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, Lewelinus, Princeps Norwalliæ, ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra nos cepiſſe a Domino Gualone Titulo Sancti Martini, &c. & a Domino Rege Angliæ Henrico illuſtri, coram Dominis P. Winton, R. de Sancto Aſaph. W. Coventr. S. Wigorn. H. Hereford & R. Ciceſtr. Epiſcopis: & W. Mareſcallo Comite de Pembr. R. Comite Ceſtr. & Lincoln, S. Comite Winton. W. de Laſcy, H. de Mortuo-Mari, W. de Cantilupo, G. de Nevill Camerario, Falkeſio de Breant, Briano de Inſula, Philippo de Uletot & aliis Magnatibus & fidelibus Domini Henrici illuſtris Regis Angliæ

In cuſtodia & defenſione totam terram, quæ fuit Wenhunwen in Wallia & in Mungumer. unde per nos & inpriſios noſtros, causâ guerræ inter bonæ memoriæ Johannem quondam Regem Angliæ, & Barones ſuos ortæ diſſaiſitus fuit, Tenendam uſque ad ætatem hæredum prædicti Wenhunwen; Ita quod hæredes ipſius Wenhunwen, poſtquam homagia ſua Domino Regi fecerint, recipient homagia de omnibus terræ prædicti Wenhunwen qui eis homagium facere voluerint & debuerint.

A.D. 1218.

Inveniemus autem prædictis hæredibus prædicti Wenhunwen, ſive cuſtodiantur & nutriantur in Wallia, ſive in Anglia, de exitibus dictæ terræ, rationabilem ſuſtentationem ſuam, per conſilium Domini Legati & parentum eorum; ſalva M. quondam Uxori ipſius Wenhunwenni, rationabili dote ſua; & ſalvo jure cuilibet.

Et, causâ hujus cuſtodiæ, in dictis terris nichil nobis juris accreſcet, nec in eis jus noſtrum in *aliquo* munietur.

Ut autem hæc omnia fideliter & firmiter obſerventur, tactis ſacroſanctis, coram Magnatibus juravimus.

Et in hujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum noſtrum apponi fecimus.

De Conductu Magnatum Walliæ ad fidelitatem faciendam.

A.D. 1218. *A.* 2. *H.* 3. *Pat.* 2. *H.* 3. *m.* 6.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ſalutem.

Sciatis quod dedimus ſalvum & ſecurum conductum noſtrum Magnatibus tàm de Norwallia, quàm de Suwallia, qui ad nos venturi ſunt uſque Wigorniam ad faciendum nobis homagium ſuum & fidelitatem, ad inſtans clauſum paſchæ, anno Regni noſtri ſecundo, in veniendo ad nos, & nobiſcum morando, & inde redeundo.

A.D. 1218.

Et ideo vobis mandamus quod prædictis Magnatibus nullum in veniendo, morando, vel redeundo faciatis, vel fieri permittatis dampnum vel impedimentum.

Et in hujus, &c.

Teſte Comite apud Wigorn. 15 die Martii. Anno Regni noſtri ſecundo.

Petrus Comes Britanniæ quibuſdam Terris renunciavit.

A.D. 1218. *A.* 2. *H.* 3. *Pat.* 2. *H.* 3. *m.* 6. *d.*

OMnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, Petrus Comes Britanniæ.

Sciatis me conceſſiſſe, & fideliter pepigiſſe quod ego, occaſione baillii, quod Conſilium Domini Henrici Regis Angliæ mihi fecit de terris & ſervitiis feodorum pertinentium ad honorem Britanniæ citra Humbrum

A.D. 1218.

Nichil clamabo, vel clamare potero in prædictis terris vel ſervitiis, niſi tantummodo partem illam, quam Conſilium prædictum mihi inde aſſignabit, in prædictâ Curiâ Domini Regis, ſecundum inquiſitionem quæ fiet, per præceptum

HONORIUS EPS SERUUS SERUORUM DEI. CARISSIMO IN XPO FILIO ALEXANDRO ILLUSTRI SCOTTORUM REGI EIUSQ. SUCCESSORIBUS IN PPM.

nem omnipotentis dei. et beatorum Petri et Pauli aplorum eius se nouerit incursurum. AMEN. AMEN. AMEN.

Perfice gressus meos in semitis tuis ut non moueantur vestigia mea

Scs Petrus Scs Paulus Honorius PP. III.

Ego Honorius catholice eccle eps.

Ego Leo tt. sce crucis in Ierlm presbr card.

Ego Stephs basilice duodecim aplor pbr card.

Ego Ugo tt. sce Anastasie pbr card.

Ego Thomas tt. sce Sabine pbr card.

Ego Guido Prenestinus eps.

Ego Petrus Sabinen eps.

Ego Guido sci Nycolai in carcere Tull. diac cardinal.

Ego Octauian scor Sergii et Bachi diacon card.

Ego Gregorius sci Theodori diac card.

Ego Stephanus sci Adriani diaconus card.

Ego Aldebrandinus sci Eustachii diaconus card.

Ego Egidius scor Cosme et Damiani diac card.

Dat Lateran per manum Ranerii sce Romane eccle vicecancellarii. xi. kl Decemb. Indictione vii. Incarnationis dominice anno M. CC. XVIII. Pontificatus uo domni Honorii pp. tertii nem omipotentis dei. et beatorum petri et pauli aplorum eius se nouerit incursurum. AMEN. AMEN. AMEN.

Scs Petrus Scs Paulus Honorius pp iii.
Perfice gressus meos in semitis tuis.

Ego Honorius catholice eccle eps. SS.

Ego Leo tt. sce crucis in Ierlm presbr card.
Ego Stephs basilice duodecim aplorum pbr card.
Ego Ugo tt. sce Anastasie pbr card.
Ego Thomas tt. sce Sabine pbr card.

Ego Guido Prenestinus eps.
Ego Petrus Sabinen eps.

Ego Guido sci Nicolai in carcere tull. diac cardinal.
Ego Octauianus scorum Sergii et Bachi diacon card.
Ego Gregorius sci Theodori diac card.

Ego Stephanus sci Adriani diaconus cardin.
Ego Aldebrandinus sci Eustachii diaconus cardin.
Ego Egidius scorum Cosme et Damiani diac card.

Dat. Lateran. per manum Ranerii sce Romane eccle Vicecancellarii. xi. kl. Decemb. Indictione. vii. Incarnationis dominice anno. m. cc. xviii. Pontificatus uero domni HONORII pp. tertii anno tertio



Honorius eps ſeruus ſeruorum dei: Cariſſi

A.D. 1218. Hen. 3.

A.D. 1218. Hen. 3.

ceptum Domini Regis, de Dominicis honoris Britanniæ, & ſervitiis feodorum pertinentium ad prædictum honorem; ita quod idem Dominus Rex voluntatem ſuam faciat de reſiduo terrarum & feodorum prædictorum.

Et in hujus rei teſtimonium has litteras meas patentes eidem Domino Regi fieri feci, valete.

Actum, apud Weſtmonaſterium, 6 die Maii, anno regni Domini Henrici Regis ſecundo.

De Walenſibus in ſervitium Regis veniendis.

A.D. 1218. An. 2. H. 3. Claſ. 2. H. 3. m. 6.

A.D. 1218.

REX Lewelino Principi Norwalliæ ſalutem.

Sciatis quod Maddoc. filius Griffini Coſwall. Oeni Botho. & Bledh. filius Oeni de Porkintun. venerunt ad fidem & ſervitium noſtrum.

Et ideo vobis mandamus quatenus eis jura & Liberates ſuas habere faciatis; & ſi vos, vel aliqui Walenſium jura eorum teneatis, ea eis ſine dilatione reddi faciatis.

Illos autem Wallenſium, qui nondum venerunt ad fidem & ſervitium noſtrum, ad nos ſine dilatione venire faciatis, ad faciendum nobis id quod facere debent, ſecundum quod conventio inde inter nos facta fuit.

Quia, &c.

Teſte Comite apud Wudeſtok 25 die Maii.

Pro Lewelino Principe Walliæ.

A.D. 1218. n. 2. H. 3. Claſ. 2. H. 3.

A.D. 1218.

Mandatum eſt Vicecomiti Warwic. quod plenam ſeiſinam habere faciat Leulino, Principi Norwalliæ, de villa de Budiford cum pertinentiis ſuis

Quam Dominus Johannes Rex pater Domini H. Regis in hoc Regno dedit ei in maritagio, cum Johannâ, ſorore Domini Henrici Regis, uxore ipſius Lewelini.

Teſte Comite apud Weſtm. 10 die Octobris.

Collatio Libertatum Regis Scotiæ per Honorium Papam.

A.D. 1218. An. 3. H. 3. Ex Autogr.

A.D. 1218.

Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Alexandro illuſtri Scotorum Regi, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Cum univerſi fideles apud ſedem Apoſtolicam patrocinium invenire debeant & favorem, illos tamen ſpecialiùs convenit ejus protectionis munimine confoveri, quorum fidem ac devotionem in pluribus eſt experta, ut ad ipſius dilectionis fervorem tanto ampliùs provocentur, & ejus reverentiæ, devotiore affectione ſubdantur, quanto benevolentiæ ipſius & gratiæ pignus ſe noverint certius aſſecutos.

Ea propter, cariſſime in Chriſto fili, reverentiam ac devotionem, quam ad Romanam Eccleſiam, a longis retro temporibus, te ac prædeceſſores tuos habuiſſe cognovimus, attendentes, præſentis ſcripti pagina, ad exemplar felicis recordationis Celeſtini & Innocentii, prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, diſtrictius inhibemus ut, cum Scoticana Eccleſia ſedi Apoſtolicæ, ſicut filia ſpecialis, nullo medio ſit ſubjecta, in quâ hæ ſedes Epiſcopales eſſe noſcuntur; *Eccleſia* videlicet *Sancti Andreæ, Dumblenen, Eccleſia Glaſcuen, Dumkelden, Brachien, Eccleſia Aberden, Eccleſia Mureven, Eccleſia Roſen, & Eccleſia Katen,* nemini liceat, niſi Romano Pontifici, vel Legato ab ipſius latere deſtinato, in Regnum Scotiæ interdicti vel excommunicationis ſententiam promulgare; &, ſi promulgata fuerit, decernimus non valere.

Adicimus etiam ut nulli de cætero, qui de Scotiæ Regno non fuerit, niſi quem Apoſtolica ſedes propter hoc de corpore ſuo ſpecialiter deſtinaverit, licitum ſit in eo legationis officium exercere.

Prohibemus autem ut controverſiæ, quæ fuerint in Regno ipſo de poſſeſſionibus ejus exortæ, ad examen extra Regnum poſitorum judicum non trahantur; niſi ad Romanam fuerit Eccleſiam appellatum.

A.D. 1218.
Hen. 3.

Siqua verò ſcripta, contra hujus libertatis ſtatutum, apparuerint impetrata; vel in poſterum, iſtius conceſſionis mentione non habitâ, contigerit impetrari, nullum tibi, tuiſve ſucceſſoribus, vel ipſi Regno circa hujus prærogativæ conceſſionem præjudicium generetur.

Præterea libertates & immunitates, tàm tibi quàm Regno tuo, & Eccleſiis in eodem Regno conſtitutis, ab Eccleſiâ Romanâ conceſſas, & hactenus obſervatas, ratas habemus, & eas futuris temporibus illibatas manere ſancimus; ſalva tamen ſedis Apoſtolicæ auctoritate.

A.D. 1218.
Hen. 3.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, prohibitionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Amen, Amen, Amen, &c.

De judicio ignis & aquæ.

A.D. 1219.
An. 3. H. 3.
Pat. 3. H. 3. m. 5.

REX dilectis & fidelibus ſuis Philippo de Ulletot, & ſociis ſuis Juſticiariis, itinerantibus in Comitatibus Cumberland. Weſtmerland. & Lancaſtriæ, ſalutem.

Quia dubitatum fuit & non determinatum, ante inceptionem itineris veſtri, quo judicio deducendi ſunt illi qui rectati ſunt de latrocinio, murdro, incendio & hiis ſimilibus, cum prohibitum ſit per Eccleſiam Romanam judicium ignis & aquæ, proviſum eſt a concilio noſtro, ad præſens, ut, in hoc itinere veſtro, ſic fiet de rectatis de hujuſmodi exceſſibus.

Videlicet, quod illi, qui rectati ſunt de criminibus prædictis majoribus, & de eis habeatur ſuſpicio quod culpabiles ſint de eo unde rectati ſunt, de quibus etiam, licet Regnum noſtrum abjurarent, adhuc ſuſpicio eſſet quòd poſteà malefacerent, teneantur in priſonâ noſtrâ & ſalvò cuſtodiantur; ita quod non incurrant periculum vitæ vel membrorum occaſione perſonæ noſtræ.

Illi vero, qui mediis criminibus rectati fuerint, & quibus competeret judicium ignis vel aquæ, ſi non eſſet prohibitum, & de quibus, ſi Regnum noſtrum abjurent, nulla fuerit poſtea male faciendi ſuſpicio, Regnum noſtrum abjurent.

Illi vero, qui minoribus rectati fuerint criminibus, nec de eis fuerit mali ſuſpicio, ſalvos & ſecuros plegios inveniant de fidelitate & pace noſtra conſervanda, & ſic dimittantur in terra noſtra.

A.D. 1219.

Cum igitur nichil certius providerit in hac parte concilium noſtrum ad præſens, relinquimus diſcretioni veſtræ hunc ordinem prædictum obſervandum in hoc itinere veſtro, ut, qui perſonas hominum, formam delicti, & ipſarum rerum veritatem meliùs cognoſcere poteritis, hoc ordine, ſecundum diſcretiones & conſcientias veſtras, in hujuſmodi procedatis.

Et in hujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Domino P. Winton. apud Weſtm. viceſimo ſexto die Januarii, anno Regni noſtri tertio.

Per eundem & H. de Burgo Juſticiarium.

Eodem modo ſcribitur Domino Batonienſi & Glaſtonienſi Epiſcopo, & ſociis ſuis Juſticiariis, itinerantibus in Comitatibus Somerſetiæ, & Dorſetiæ; & Juſticiariis itinerantibus in Comitatu Oxonii; & Juſticiariis itinerantibus in Comitatu Kantii; & Juſticiariis itinerantibus in Comitatibus Eſſexiæ & Hertfordiæ; & Juſticiariis itinerantibus in Comitatu Eborum; & Juſticiariis itinerantibus in Comitatibus Bedfordiæ, & Buckinghamiæ; & Domino H. Lincoln. & ſociis ſuis Juſticiariis itinerantibus.

De Controverſiis cum Alexandro Rege Scotiæ.

A.D. 1219.
An. 3. H. 3.
Pat. 3. H. 3. m. 3.

VEnerabili Patri in Chriſto Pandulpho, Dei gratia Norwicenſi electo Domini Papæ, &c. Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem in Authore Salutis.

Noverit paternitas veſtra quod procuratores conſtituimus Magiſtrum Alanum de Lenn Archidiaconum Northumbriæ, Magiſtrum Thomam de Lichfeld, & Stephanum de Segraue Militem ad controverſias & cauſas, quæ verti debent inter nos, & Alexandrum Regem Scotiæ coram vobis in craſtino Sancti Petri ad vincula apud Norham: Ut, ſi non admittantur, tanquam veri procuratores, de auctoritate conſilii noſtri, eoſdem admitti volumus ut actores.

A.D. 1219.

Ita quod, ſi omnes controverſiis & cauſis illis intereſſe non poſſint, duo vel

unus

A.D. 1219. Hen. 3.

un[illegible] mi[illegible]

[illegible] p[illegible], [illegible] eorum [illegible] ſuper præmiſſis fuerit ordinatum [illegible] diem illum; judicatum [illegible] tam [illegible] neceſſe fuerit, promittimus, & hoc ipſum parti adverſæ ſignificamus.

Teſte Huberto de Burgo Juſticiario noſtro apud Weſtm. [illegible] die Julii.

Idem. REX eidem Domino Legato Salutem.

Noverit paternitas veſtra quod procuratorem conſtituimus Stephanum de Segrave Militem ad controverſias & cauſas, quæ verti debent inter nos, & Alexandrum Regem Scotiæ coram vobis in craſtino Sancti Petri ad vincula apud Norham, ut, ſi non adm[illegible] [illegible]quam [illegible] procurator, de auctoritate conſilii noſtri, eundem admitti volumus in actorem.

Ratum & gratum habituri quicquid per eum, ſub auctoritate veſtra, ſuper præmiſſis fuerit ordinatum, ad diem illum; judicatum ſolvi, ſi neceſſe fuerit, promittimus, & idem parti adverſæ ſignificamus.

Teſte ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur ipſi Legato de Magiſtro Thoma de Lichf. Magiſtro Alano de Lenn.

Littera Legato Apoſtolicæ ſedis, ſuper Albigenſibus Crucesignatis.

A.D. 1219. An. 3. H. 3. Clauſ. 3. H. 3. m. 6. d.

REX B. Titul. Sanctorum Johannis & Pauli Preſbytero Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato ſalutem.

Quanta nobis exhibuerit beneficia, a quantis nos eripuerit tribulationibus & anguſtiis, quanto forti brachio & potenti nos ſuſtentaverit Sancta & veneranda Sedes illa apoſtolica, Veſtræ benignitati non poſſumus paucis retexere; quia, quicquid poteſt humanitatis & benignitatis à pio patre filio tenero & nutricio exhiberi, non negavit nobis fons ille paterni pectoris inexhauſtus, miſericordiâ repletus & pietate; qui, quos ſemel intra ſinum ſuæ dulcedinis ſuſceperit amandos, fovere non laſſatur.

Attendentes igitur quod velit palmes vitis via procedere, quod velint frondes fructus a flore facere, quod velit cum capite membrum incepta peragere, item Paternitati veſtræ duximus devotis precibus ſupplicandum; rogantes in Domino quatinus, cum, de immenſâ ſuâ benignitate, pius Pater & Dominus noſter, ſummus Pontifex, vobis, per litteras ſuas, dederit in mandatis, ut, ſi quos inveneritis illorum, qui ſuper Albigenſibus ſunt ſignati, qui genti noſtræ, vel terræ noſtro Dominio ſubditæ velint injuriari, dampna aliqua eis inferendo, vel eas à dominatione noſtra ſubtrahendo, ejus ſuffulti auctoritate, compeſcatis; velitis, ſi placet, juxta injunctum vobis mandatum, taliter & tam potenter erga nos in hac parte veſtræ dilectionis plenitudinem exhibere, ut ipſius, de quâ non diffidimus, ſentiamus ex operis exhibitione probationem manifeſtam.

Et ſancta ſedes illa apoſtolica, quæ nos & noſtra ſub ſua ſuſcepit protectione, gaudeat ſe ex veſtra diligentia fructum uberiorem recepiſſe, quam quidem ſedem ex noſtra incommoditate non credimus commodum reportare.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro apud Weſtmonaſterium, 24 die Julii.

Littera Papæ; de ſtatu Regis & perfidia Epiſcopi Elienſis in Franciam fugientis.

A.D. 1219. An. 3. H. 3. Clauſ. 3. H. 3. m. 13. d.

SAnctiſſimo patri, ac ſpeciali Domino ſuo Honorio, Dei gratia, ſummo Pontifici, devotus filius ejus Henricus, ſuus, per Dominum, gratia Rex Angliæ, &c. ſalutem, recommendationem, & devota pedum oſcula.

Incipiens reſpirare, unà cum Regno noſtro, Majeſtatis veſtræ & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ patrocinio poſt tot anguſtias et preſſuras quæ claræ memoriæ patrem meum & me poſtmodum invenerunt, & ereptus, per Dei gratiam &

A.D. 1218. Hen. 3.

Siqua verò ſcripta, contra hujus libertatis ſtatutum, apparuerint impetrata; vel in poſterum, iſtius conceſſionis mentione non habitâ, contigerit impetrari, nullum tibi, tuiſve ſucceſſoribus, vel ipſi Regno circa hujus prærogativæ conceſſionem præjudicium generetur.

Præterea libertates & immunitates, tàm tibi quàm Regno tuo, & Eccleſiis in eodem Regno conſtitutis, ab Eccleſiâ Romanâ conceſſas, & hactenus obſervatas, ratas habemus, & eas futuris temporibus illibatas manere ſancimus; ſalva tamen ſedis Apoſtolicæ auctoritate.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, prohibitionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Amen, Amen, Amen, &c.

De judicio ignis & aquæ.

A.D. 1219. *An.* 3. *H.* 3. *Pat.* 3. *H.* 3. *m.* 5.

REX dilectis & fidelibus ſuis Philippo de Ulletot, & ſociis ſuis Juſticiariis, itinerantibus in Comitatibus Cumberland. Weſtmerland. & Lancaſtriæ, ſalutem.

Quia dubitatum fuit & non determinatum, ante inceptionem itineris veſtri, quo judicio deducendi ſunt illi qui rectati ſunt de latrocinio, murdro, incendio & hiis ſimilibus, cum prohibitum ſit per Eccleſiam Romanam judicium ignis & aquæ, proviſum eſt a concilio noſtro, ad præſens, ut, in hoc itinere veſtro, ſic fiet de rectatis de hujuſmodi exceſſibus.

Videlicet, quod illi, qui rectati ſunt de criminibus prædictis majoribus, & de eis habeatur ſuſpicio quod culpabiles ſint de eo unde rectati ſunt, de quibus etiam, licet Regnum noſtrum abjurarent, adhuc ſuſpicio eſſet quòd poſteà malefacerent, teneantur in priſonâ noſtrâ & ſalvò cuſtodiantur; ita quod non incurrant periculum vitæ vel membrorum occaſione perſonæ noſtræ.

Illi vero, qui mediis criminibus rectati fuerint, & quibus competeret judicium ignis vel aquæ, ſi non eſſet prohibitum, & de quibus, ſi Regnum noſtrum abjurent, nulla fuerit poſtea male faciendi ſuſpicio, Regnum noſtrum abjurent.

Illi vero, qui minoribus rectati fuerint criminibus, nec de eis fuerit mali ſuſpicio, ſalvos & ſecuros plegios inveniant de fidelitate & pace noſtra conſervanda, & ſic dimittantur in terra noſtra.

Cum igitur nichil certius providerit in hac parte concilium noſtrum ad præſens, relinquimus diſcretioni veſtræ hunc ordinem prædictum obſervandum in hoc itinere veſtro, ut, qui perſonas hominum, formam delicti, & ipſarum rerum veritatem meliùs cognoſcere poteritis, hoc ordine, ſecundum diſcretiones & conſcientias veſtras, in hujuſmodi procedatis.

Et in hujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Domino P. Winton. apud Weſtm. viceſimo ſexto die Januarii, anno Regni noſtri tertio.

Per eundem & H. de Burgo Juſticiarium.

Eodem modo ſcribitur Domino Batonienſi & Glaſtonienſi Epiſcopo, & ſociis ſuis Juſticiariis, itinerantibus in Comitatibus Somerſetiæ, & Dorſetiæ; & Juſticiariis itinerantibus in Comitatu Oxonii; & Juſticiariis itinerantibus in Comitatu Kantii; & Juſticiariis itinerantibus in Comitatibus Eſſexiæ & Hertfordiæ; & Juſticiariis itinerantibus in Comitatu Eborum; & Juſticiariis itinerantibus in Comitatibus Bedfordiæ, & Buckinghamiæ; & Domino H. Lincoln. & ſociis ſuis Juſticiariis itinerantibus.

De Controverſiis cum Alexandro Rege Scotiæ.

A.D. 1219. *An.* 3. *H.* 3. *Pat.* 3. *H.* 3. *m.* 3.

VEnerabili Patri in Chriſto Pandulpho, Dei gratia Norwicenſi electo Domini Papæ, &c. Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem in Authore Salutis.

Noverit paternitas veſtra quod procuratores conſtituimus Magiſtrum Alanum de Lenn Archidiaconum Northumbriæ, Magiſtrum Thomam de Lichfeld, & Stephanum de Segraue Militem ad controverſias & cauſas, quæ verti debent inter nos, & Alexandrum Regem Scotiæ coram vobis in craſtino Sancti Petri ad vincula apud Norham: Ut, ſi non admittantur, tanquam veri procuratores, de auctoritate conſilii noſtri, eoſdem admitti volumus ut actores.

Ita quod, ſi omnes controverſiis & cauſis illis intereſſe non poſſint, duo vel

unus

A.D. 1219. Hen. 3. unus eorum procurationem illam nichilominus exequatur.

Ratum & gratum habituri quicquid per eos, vel duos, aut unum eorum, ſub auctoritate veſtra ſuper præmiſſis fuerit ordinatum, ad diem illum; judicatum etiam ſolvi, ſi neceſſe fuerit, promittimus, & hoc idem parti adverſæ ſignificamus.

T. Huberto de Burgo Juſticiario noſtro apud Weſtm. 21 die Julii.

Ibidem. REX eidem Domino Legato Salutem.

Noverit paternitas veſtra quod procuratorem conſtituimus Stephanum de Segrave Militem ad controverſias & cauſas, quæ verti debent inter nos, & Alexandrum Regem Scotiæ coram vobis in craſtino Sancti Petri ad vincula apud Norham. ut, ſi non admittatur, tanquam verus procurator, de auctoritate conſilii noſtri, eundem admitti volumus ut actorem. A.D. 1219. Hen. 3.

Ratum & gratum habituri quicquid per eum, ſub auctoritate veſtra, ſuper præmiſſis fuerit ordinatum, ad diem illum; judicatum etiam ſolvi, ſi neceſſe fuerit, promittimus, & idem parti adverſæ ſignificamus.

Teſte ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur ipſi Legato de Magiſtro Thoma de Lichf. Magiſtro Alano de Lenn.

Littera Legato Apoſtolicæ ſedis, ſuper Albigenſibus Cruceſignatis.

A.D. 1219. A. 3. H. 3. Clauſ. 3. H. 3. m. 6. d.

REX B. Titul. Sanctorum Johannis & Pauli Presbytero Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato ſalutem.

Quanta nobis exhibuerit beneficia, a quantis nos eripuerit tribulationibus & anguſtiis, quam forti brachio & potenti nos ſuſtentaverit Sancta & veneranda Sedes illa apoſtolica, veſtræ benignitati non poſſumus paucis reſerare; quia, quicquid poteſt humanitatis & benignitatis à pio pater filio tenero & nutricio exhiberi, non negavit nobis fons ille paterni pectoris inexhauſtus, miſericordiâ repletus & pietate; qui, quos ſemel intra ſinum ſuæ dulcedinis ſuſceperit amandos, fovere non laſſatur.

Attendentes igitur quod velit palmes vitis via procedere, quod velint frondes fructus a flore facere, quod velit cum capite membrum incepta peragere, item Paternitati veſtræ duximus devotis precibus ſupplicandum; rogantes in Domino quatinus, cum, de immenſâ ſuâ benignitate, pius Pater & Dominus noſter, ſummus Pontifex, vobis, per litteras ſuas, dederit in mandatis, ut, ſi quos inveneritis illorum, qui ſuper Albigenſibus ſunt ſignati, qui genti noſtræ, vel terræ noſtro Dominio ſubditæ velint injuriari, dampna aliqua eis inferendo, vel eas à dominatione noſtra ſubtrahendo, ejus ſuffulti auctoritate, compeſcatis; velitis, ſi placet, juxta injunctum vobis mandatum, taliter & tam potenter erga nos in hac parte veſtræ dilectionis plenitudinem exhibere, ut ipſius, de quâ non diffidimus, ſentiamus ex operis exhibitione probationem manifeſtam. A.D. 1219.

Et ſancta ſedes illa apoſtolica, quæ nos & noſtra ſub ſua ſuſcepit protectione, gaudeat ſe ex veſtra diligentia fructum uberiorem recepiſſe; quam quidem ſedem ex noſtra incommoditate non credimus commodum reportare.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro apud Weſtmonaſterium, 24 die Julii.

Littera Papæ; de ſtatu Regis & perfidia Epiſcopi Elienſis in Franciam fugientis.

A.D. 1219. An. 3. H. 3. Clauſ. 3. H. 3. m. 13. d.

SAnctiſſimo patri, ac ſpeciali Domino ſuo, Honorio, Dei gratia, ſummo Pontifici, devotus filius ejus Henricus, ſua, poſt Dominum, gratia Rex Angliæ, &c. ſalutem, recommendationem, & devota pedum oſcula.

Incipiens reſpirare, unà cum Regno noſtro, Majeſtatis veſtræ & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ patrocinio poſt tot anguſtias & preſſuras, quæ claræ memoriæ patrem meum, & me poſtmodum invenerunt; & ereptus, per Dei gratiam & A.D. 1219.

A.D. 1219. *Hen.* 3.

veſtræ paternitatis ſolicitudinem, ab ipſo laqueo venantium vitam meam, cum tàm ætas mea quàm ſtatus, & tranquilitas Regni noſtri in teneritate concordent, nec, ut ita dicam, ſint in ætate perfecti, ſub tegmine alarum veſtrarum, inenarabili mihi clementia aſſiſtenti, de die in diem, gratia Dei, & veſtri gratia, recipio incrementum: Et, ne tenellam mei plantationem manus inimica avellet, tanto confidentiùs ea, quæ circa hoc pertimeſco, veſtræ ſignifico Sanctitati, quanto ſpecialius ſubditus veſter & creatura exiſto.

Noveritis igitur Pater ſancte quòd nuper (cùm ſit puerilis ætatis ut tales de facili infirmentur) eſſem, prout Deo placuit, infirmitate oppreſſus, Robertus, qui ſe gerit pro Elienſi Electo, non oblitus antiquam ſuæ mentis & fellitam malitiam, quam contra Patrem meum, & me, ac Dominationem veſtram, ut dicam verius, exercuit, manifeſte excommunicatis veſtris & meis perſecutoribus adhærendo, ſtatim, quoſcunque potuit contra me excitans, cucurrit in Franciam, ibi, unà cum ſequentibus ſuis, me mortuum prædicando; unde multi contra me ſuperbiæ cornua & nocendi audaciam aſſumpſerunt: Dei quidem & veſtri gratia reſtitutus ſum ſanitati.

Hæc tamen Sanctitati veſtræ ſignifico, ſupplicando, ne me permittatis redire ad leonis fauces, nec reincidere inter malleum & incudem.

Certum eſt enim quod Civitas Elyenſis eſt optima munitio Regni noſtri; & quod dictus Robertus ibi extitit præintruſus, ut, ſicut res ſe habuit, reciperetur ibi Dominus Lodovicus.

Dignemini igitur, pater ſancte, michi & Regno noſtro miſericorditer præcavere, ne talis unquam occupet talem locum; præſertim cum & infideli, juxta verbum Evangelicum, id quod videtur habere, auferri debeat.

Et Majeſtas veſtra multo competentius poſſit Eccleſiæ illi de Paſtore idoneo providere. Valeat in Domino ſanctitas veſtra.

Eodem modo ſcribitur Cardinalibus.

Littera Majori & Communi Conſilio Burdegaliæ.

A.D. 1219. *A.* 3. *H.* 3. *Clauſ.* 3. *H.* 3. *m.* 6. *d.*

REX Majori & Communi Conſilio Burdegaliæ ſalutem. De commendabili ſervitio veſtro, genitori noſtro & nobis ſemper exhibito, & de cura, & expenſis, & laboribus, quos ſubire non negligitis ad villam veſtram claudendam & muniendam, *ſicut præſentium latorum, ſet & aliorum relatu didiſcimus*, grates ſtrenuitati veſtræ copioſas referimus, rogantes & monentes ut de hac ſtrenuitate & fidelitate conſtantes & fixi permaneatis.

Rogamus etiam univerſitatem veſtram, de qua fiduciam ſpecialem gerimus, quatinus in mutuo mille marcarum, ad quas fideles noſtri major & univerſitas London ſe obligaverunt, ſi neceſſitate inſtante eas commodaveritis, nobis ſubvenire non omittatis.

Quas committatis fratri G. Brokard, & Abbati de Silva, vel eorum alteri, ſi ambo præſentes non fuerint, liberandas ubi præcepimus ad defenſionem villæ veſtræ, & partium veſtrarum ſi neceſſe fuerit, contra eorum incurſum, quos timetis, ſicut nobis nunc, & aliàs ſignificaſtis; qui tamen, per Dei gratiam, nobis timendi non ſunt, cum dominus Papa nos, & terras, & feoda noſtra ſub ſpeciali protectionis ſuæ brachio defendenda ſuſceperit & favenda.

Verumptamen ex alia parte vobis providimus, & curam defenſionis partium veſtrarum talibus commiſimus, qui indempnes vos conſervabunt, cum auxilio Domini, ſi forte neceſſitas emerſerit, quam non putamus.

Et ſecuri ſitis quod de prædicto mutuo mille marcarum, cum liberatæ fuerint & poſitæ in defenſionem terræ noſtræ, ſi neceſſe fuerit, vobis ſatisfacient prædicti fideles noſtri London ad diem, quem eis ad hoc ſtatuetis per litteras veſtras Patentès cum teſtimonio prædictorum fratris G. & Abbatis de Silva, vel alterius eorum, de receptione ſua.

Quibus mandavimus quod, pro eiſdem millibus marcarum receptis, & poſitis in defenſionem terræ noſtræ, ſi neceſſe fuerit, litteras ſuas Patentes receptionem ſuam teſtificantes, vobis exhibeant, Majori & Univerſitati London tranſmittendas, erga quos nos obligavimus per litteras noſtras Patentes; & ſimili modo ſe obligaverunt venerabilis pater Petrus Wintonienſis, & Hubertus de Burgo Juſticiarius noſter, quod ſuper obligatione ſua, quam ſe vobis obligaverunt, ad ſatisfactionem mille marcarum expendarum in ſervitio noſtro, ſi neceſſe fuerit, eos indempnes conſervabimus & acquietabimus.

Mandamus autem, ad inſtantiam Nunciorum veſtrorum, per litteras noſtras, quas vobis mittimus, illis, qui turres firmare

A.D. 1219.
Hen. 3.

mare debent in Villa Burdegaliæ, & Kayas facere ſive clauſturas, quod eas facere non differant, ſicut tenentur: ne, ſi ad hæc minus perfectè manus appoſuerint, dampnum inde incurramus & jacturam; & ob hoc merito ad terras & catalla eorum manum apponere debeamus graviorem.

Mandamus ſimiliter Seneſcallo noſtro, ad inſtantiam nunciorum veſtrorum,quod non permittat milites, qui vicini ſunt villæ veſtræ, terras vel redditus ſuos vendere, ſive invadiare, quominus ſufficiant ad ſervitium nobis debitum reddendum, & ad defenſionem partium veſtrarum cum neceſſitas emerſerit.

Et quod clamari faciat & obſervari ne Judæi, de die, emant vel vendant res mobiles (præterquam victualia vel vadia recipiant) abſque teſtimonio virorum fidelium chriſtianorum; & quod ipſi nunquam recipiant pannos ſive ornamenta Eccleſiaſtica, ſive pannos madidos, vel ſanguine conſperſos, vel alia unde mali ſuſpitio haberi poſſit, ſecundum quod obſervari ſolet temporibus Henrici Regis avi noſtri, & Ricardi Regis avunculi noſtri.

A.D. 1219.
Hen. 3.

Plura alia dicent latores præſentium de ſtatu & agendis noſtris, quæ ſcriptis non juſſimus commendari.

Teſte H. de Burgo, Juſticiario noſtro, apud Weſtm. viceſimo quarto die Julii.

Littera Willielmo Mayngo, quod auxilium impendat Hugoni de Lezinnan.

A.D. 1219.
An. 3. H. 3.
Clauſ 3. H. 3.
m. 7. d.

REX Willielmo Mayngo juniori, ſalutem.

Conſtantem fidem & fidelem conſtantiam veſtram, præteritis diebus & præſentibus multipliciter probatam, digno favore proſequentes, tanto amplius devotis obſequiis veſtris promittimus nos digna mercede reſpondere, quanto magis ſi hiis, quæ feliciter incepiſtis, finem laudabilem curaveritis imponere.

Quia vero, quod fideles noſtri, partium veſtrarum, ſibi timebant de multitudine gentis quæ profecta eſt ſuper Albig. (licet nos inde minime, per Dei gratiam, timeamus, ſicut nec oportet, cum nos & terram noſtram ſedes Apoſtolica non ſinat indefenſam) vocavimus vobis in auxilium dilectum & fidelem noſtrum Hugonem de Lezinnan, cujus nos commiſimus conſilio ut ipſe, a quo præcipuum in partibus illis ſperamus ſubſidium terræ noſtræ, faciat conſilium & auxilium, quod ad honorem noſtrum vobis viderit convenire.

A.D. 1219.

Et ideo vobis mandamus, rogantes quatenus in fide, qua nobis tenemini, ſicut honorem noſtrum diligitis, eidem Hugoni ad terræ noſtræ defenſionem, prout neceſſitas popoſcerit, conſilium, quod poteritis, & auxilium, ſicut de vobis confidimus, efficaciter impendatis; ut ex ſtrenuitate veſtra & virilitate vobis honor accreſcat, & nobis inde commodum augeatur.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro, apud Weſtm. viceſimo quarto die Julii.

Litteræ Comiti Marchiæ de Gratiarum actione.

A.D. 1219.
An. 3. H. 3.
Clauſ. 3. H. 3.
m. 5. d.

REX Hugoni de Lezinnan ſalutem.

Gaudemus quamplurimum & grates vobis copioſas exolvimus, eo quod in honorem & commodum noſtrum, & defenſionem terræ noſtræ vobis, gratia Dei, ſufficiunt vires & voluntas,qui jampridem noſtris invigilaſtis commodis, & præcipuè diebus iſtis, in quibus, quanto major imminet neceſſitas, tanto fortius & virilius amplexata eſt ſerenitas veſtra ea quæ ad indempnitatem terræ noſtræ, & nobis cedere debeant ad profectum.

In quo nobis palam oſtenſum eſt quod vinculum fidelitatis debitæ, quà nobis tenemini, corroborat & confirmat affectio fraterna, quam erga nos geritis; adeo ut ſupra omnes alios, ſicut dignum & juſtum eſt, emineat dilectio veſtra; & nos, de duplici nobis confirmato fœdere, ſicut prædictum eſt, majorem, immo maximam ſpem debeamus reportare.

A.D. 1219.

Confiſi igitur de tanta dilectione veſtrà præcipimus vobis liberari ad defenſionem terræ noſtræ, ſi urgens neceſſitas, de quà timetur, emerſerit, a majore & probis hominibus de Rupella mille Marc. per manum fratris G.

A.D. 1219. Hen. 3.

Brokard, & Abbatis Sancti Johannis *Angel.* vel alterius eorum; & a majore & probis hominibus de Burdeg. mille Marc. per manus ejuſdem fratris G. & Abbatis de Silva vel alterius eorum. preces enim fecimus prædictis majoribus & probis hominibus de mutuo hujuſmodi pecuniæ nobis faciendo, ſi neceſſe fuerit.

Ad cujus ſolutionem, ut ad hoc facilius inducantur, obligaverunt ſe Major & Univerſitas London, per litteras ſuas patentes; & nos, per litteras noſtras patentes, eiſdem Majori & Univerſitati London, nos obligavimus: Et ſimili modo ſe obligaverunt venerabilis pater P. Winton. Epiſcopus, & H. de Burgo Juſtic. noſter, quod ſuper obligatione ſua prædictâ nos indempnes conſervabimus & aquietabimus.

Mandamus etiam hominibus noſtris de Rupella, & de Burdeg. & aliarum Villarum, & ſimiliter Magnatibus partium illarum quod vobis, tanquam illi de quo præ aliis confidimus, conſilium & auxilium impendant, adhærentes vobis & obedientes in omnibus agendis noſtris; idemque mandavimus Seneſcallo noſtro; volentes ut idem Seneſcallus, ſicut & cæteri fideles noſtri, vobis obediat, & veſtro in omnibus fruatur conſilio, quod, veſtri gratia, jam nobis profuit & longe uberius credimus profuturum.

Quod igitur ſtrenuitas veſtra cepit amplexari circa commodum & honorem noſtrum conſulto pectore, & manu valida proſequi velitis; & contra incurſum inimicorum noſtrorum, ſi neceſſitas emerſerit manifeſta, ope pecuniæ prædictæ ſuffulti, & tam propriis quam advocatis circumquaque freti viribus ſic muniatis & protegatis bonas villas noſtras & terram noſtram, ut ex confuſione inimicorum noſtrorum, qui proculdubio veſtri ſunt inimici, augeatur & multiplicetur honor veſter ſicut deſideramus, & terra noſtra ſub conſilio & auxilio veſtro indempnis permaneat & illæſa.

Et noveritis quod terras, quæ fuerint Comitis Augi avunculi veſtri in Anglia, tradi fecimus Comiti Waren. & eis, qui prius fuerint Ballivi ejuſdem Comitis, ſalvo cuſtodiendas ad opus Comitiſſæ Augi, & puerorum ſuorum nepotum veſtrorum, ſicut ab ipſa Comitiſſa petitum fuit; de terris illis & aliis acturi pro conſilio & voluntate veſtra.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro, apud Weſtmonaſterium viceſimo quarto die Julii.

Littera Franciæ Regi, de Treuga inter ipſos renovanda.

A.D. 1219. *An.* 3. *H.* 3. *Clauſ.* 3. *H.* 3. *m.* 6. *d.*

Venerabili Domino ſuo, ſi placet, Philippo, Dei gratia, illuſtri Regi Franciæ, devotus conſanguineus ſuus Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Ex hoc quod parata eſt ſerenitas veſtra, ſicut in litteris veſtris audivimus contineri, treugas pridem captas inter vos, & Johannem quondam Regem Angliæ patrem noſtrum, uſque in quadriennium prorogare, optentu precum Domini Papæ, grates vobis referimus: & parati ſumus, cum conſilio noſtro, id quod mandaſtis ſuper hoc, ex parte noſtra, gratanter effectui mancipare; facturi vobis ſecuritatem, de treugis illis obſervandis, per Archiepiſcopos, Epiſcopos, Comites & Barones noſtros, & conſilium noſtrum: Ita quod vos, ex parte veſtra ſi placet, ſimilem ſecuritatem fieri faciatis.

Verum quia incertum eſt in quibus partibus inventurus ſit Regem Scotiæ frater Guill. de Aquila, per quem reſponſum noſtrum inde vobis renunciari mandaſtis; & tutius eſſet, dum citra inſtantem hyemem tranquiliora ſunt tempora, huc vel illuc tranſmeare, & bonum eſſet, ratione ſecurioris tranſitûs, rem iſtam maturari.

Unde, ſi placuerit vobis, nuncios veſtros cum litteris veſtris, tales qui ſecuritatem prædictam recipiant, ob hoc citius mittere in Angliam ad nos; & per venerabilem patrem P. Winton. Epiſcopum, & dilectum & fidelem noſtrum Hubertum de Burgo, Juſticiarium noſtrum mitti faciemus in occurſum eorum, ſalvum conductum, ad diem & locum quos mandabitis:

Ut coram eiſdem primò, ex parte noſtra, dicta fiat ſecuritas; & poſtea, nunciis transfretantibus ſub conductu veſtro, ſimiliter fiat ſecuritas coram eis ex parte veſtra.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro apud Weſtm. 24 die Julii.

De conductu pro Nunciis Franciæ Regis.

A.D. 1219. A. 3. H. 3. Pat. 3. H. 3. m. 2.

NUncii Regis Franciæ habent litteras patentes de conductu, duraturas uſque in unum menſem, a die nativitatis beatæ Mariæ, anno, &c. tertio, ad tractandum cum conſilio Domini Regis de treugis prorogandis, & ad ſecuritatem capiendam de treugis illis obſervandis ex parte Domini Regis.

Teſte H. de Burgo Juſticiario, apud Norwic. ſecundo die Septembris.

De Caſtro de Merpiis una cum obſidibus Regi Angliæ tradendis.

A.D. 1219. An. 3. H. 3. Ex Orig. In Turre Londin.

HOnorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Engoliſmenſi, & dilectis filiis Abbati de Naucolio Pictavienſis Diocæſis, & Decano Burdegalenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quanto libentius hactenus venerabili fratri noſtro Epiſcopo Canutonenſi detulimus & deferre intendimus de gratia ſpeciali, tanto ab hiis ſe accuratius convenit abſtinere per quæ, nobis diſplicens, reputari poſſit ingratus: Quin potius ita debet ſe noſtris beneplacitis coaptare, quod de gratia in gratiam provehi mereatur.

Kariſſimus ſiquidem in Chriſto filius noſter Henricus Rex Angliæ illuſtris ſuam ad nos querimoniam deſtinavit, quod cum, claræ memoriæ, Johannes pater ejus Caſtrum ſuum de Merpiis cuſtodiæ nobilis viri R. de Ponte Senioris, Germani Epiſcopi ſupradicti, fiducialiter commiſiſſet; nunc, prænominato Johanne viam univerſæ carnis ingreſſo, prædictus R. Caſtrum ipſum, & obſidem ipſum, & obſides eidem Regi reddere denegavit pluries requiſitus.

Quinetiam, ad ſuæ infidelitatis nequitiam palliandam, ad partes tranſmarinas (vel potius, ut dicitur, in Hiſpaniam) ſimulatâ devotione ſe transferens, doloſe intendit prædictos obſides liberare; tanquam per ipſius affectatam negligentiam, quæ utique aperta eſt malitia, evaſuros.

Et ut, qualem fidelitatis affectum erga Regem habebat, exhibebat in effectu, tales in ipſo Caſtro dimiſit, qui non ſolum præfato Regi Caſtrum & obſides reddere aſpernantur, verum etiam proditorie rebellantes, ipſius homines hoſtiliter perſequuntur; & (quod vix credere poſſumus) hoc perpetrant non ſine ipſius Epiſcopi conſilio & aſſenſu; cum a prædicto fratre ſuo diſpoſitioni ejuſdem credantur eſſe commiſſi: Quod ex eo ſiquidem præſumitur probabiliter, quia, cum illi ſint in ſua Diocæſi conſtituti, eos non ſolum non reprimit, verum etiam fovere favorabiliter non deſiſtit.

A.D. 1219.

Cum igitur cauſam prædicti Regis pupilli, cruceſignati, & cuſtodiæ ſedis Apoſtolicæ derelicti, omnibus modis defendere teneamur; eidem Epiſcopo per ſcripta noſtra firmiter dedimus in præceptis, ut ſæpedicto Regi Caſtrum ſuum & obſides reddi procuret; detentores eorum ſpirituali & temporali diſtrictione compellens; ita quod non ſolum nulla ex hoc contra ſe poſſit ſuſpitio exoriri, verum etiam ſua exinde poſſit circumſpectio commendari.

Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus detentores Caſtri & obſidum prædictorum ad reſtitutionem eorum præfato Regi debitam faciendam, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellatis.

Et ſuper hiis inquiratis diligentius veritatem, & quæ inveneritis, ad nos fideliter remittetis, ut per veſtram relationem inſtructi, procedamus ſuper hiis ———— & juſtitiam viderimus expedire. Quod ſi non omnes, &c. tu ea (frater Epiſcope) cum eorum altero, &c.

Dat. Rom. apud Sanctum Petrum —— Pontificatûs noſtri anno tertio.

A.D. 1219. *Hen.* 3.

Brokard, & Abbatis Sancti Johannis *Angel.* vel alterius eorum; & a majore & probis hominibus de Burdeg. mille Marc. per manus ejuſdem fratris G. & Abbatis de Silva vel alterius eorum. preces enim fecimus prædictis majoribus & probis hominibus de mutuo hujuſmodi pecuniæ nobis faciendo, ſi neceſſe fuerit.

Ad cujus ſolutionem, ut ad hoc facilius inducantur, obligaverunt ſe Major & Univerſitas London, per litteras ſuas patentes; & nos, per litteras noſtras patentes, eiſdem Majori & Univerſitati London, nos obligavimus: Et ſimili modo ſe obligaverunt venerabilis pater P. Winton. Epiſcopus, & H. de Burgo Juſtic. noſter, quod ſuper obligatione ſua prædictâ nos indempnes conſervabimus & aquietabimus.

Mandamus etiam hominibus noſtris de Rupella, & de Burdeg. & aliarum Villarum, & ſimiliter Magnatibus partium illarum quod vobis, tanquam illi de quo præ aliis confidimus, conſilium & auxilium impendant, adhærentes vobis & obedientes in omnibus agendis noſtris; idemque mandavimus Seneſcallo noſtro; volentes ut idem Seneſcallus, ſicut & cæteri fideles noſtri, vobis obediat, & veſtro in omnibus fruatur conſilio, quod, veſtri gratia, jam nobis profuit & longe uberius credimus profuturum.

A.D. 1219. *Hen.* 3.

Quod igitur ſtrenuitas veſtra cepit amplexari circa commodum & honorem noſtrum conſulto pectore, & manu valida proſequi velitis; & contra incurſum inimicorum noſtrorum, ſi neceſſitas emerſerit manifeſta, ope pecuniæ prædictæ ſuffulti, & tam propriis quam advocatis circumquaque freti viribus ſic muniatis & protegatis bonas villas noſtras & terram noſtram, ut ex confuſione inimicorum noſtrorum, qui proculdubio veſtri ſunt inimici, augeatur & multiplicetur honor veſter ſicut deſideramus, & terra noſtra ſub conſilio & auxilio veſtro indempnis permaneat & illæſa.

Et noveritis quod terras, quæ fuerint Comitis Augi avunculi veſtri in Anglia, tradi fecimus Comiti Waren. & eis, qui prius fuerint Ballivi ejuſdem Comitis, ſalvo cuſtodiendas ad opus Comitiſſæ Augi, & puerorum ſuorum nepotum veſtrorum, ſicut ab ipſa Comitiſſa petitum fuit; de terris illis & aliis acturi pro conſilio & voluntate veſtra.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro, apud Weſtmonaſterium viceſimo quarto die Julii.

Littera Franciæ Regi, de Treuga inter ipſos renovanda.

A.D. 1219. *An.* 3. *H.* 3. *Clauſ.* 3. *H.* 3. *m.* 6. *d.*

VEnerabili Domino ſuo, ſi placet, Philippo, Dei gratia, illuſtri Regi Franciæ, devotus conſanguineus ſuus Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Ex hoc quod parata eſt ſerenitas veſtra, ſicut in litteris veſtris audivimus contineri, treugas pridem captas inter vos, & Johannem quondam Regem Angliæ patrem noſtrum, uſque in quadriennium prorogare, optentu precum Domini Papæ, grates vobis referimus: & parati ſumus, cum conſilio noſtro, id quod mandaſtis ſuper hoc, ex parte noſtra, gratanter effectui mancipare; facturi vobis ſecuritatem, de treugis illis obſervandis, per Archiepiſcopos, Epiſcopos, Comites & Barones noſtros, & conſilium noſtrum: Ita quod vos, ex parte veſtra ſi placet, ſimilem ſecuritatem fieri faciatis.

Verum quia incertum eſt in quibus partibus inventurus ſit Regem Scotiæ frater Guill. de Aquila, per quem reſponſum noſtrum inde vobis renunciari mandaſtis; & tutius eſſet, dum citra inſtantem hyemem tranquiliora ſunt tempora, huc vel illuc tranſmeare, & bonum eſſet, ratione ſecurioris tranſitûs, rem iſtam maturari.

A.D. 1219.

Unde, ſi placuerit vobis, nuncios veſtros cum litteris veſtris, tales qui ſecuritatem prædictam recipiant, ob hoc citius mittere in Angliam ad nos; & per venerabilem patrem P. Winton. Epiſcopum, & dilectum & fidelem noſtrum Hubertum de Burgo, Juſticiarium noſtrum mitti faciemus in occurſum eorum, ſalvum conductum, ad diem & locum quos mandabitis:

Ut coram eiſdem primò, ex parte noſtra, dicta fiat ſecuritas; & poſtea, nunciis tranſfretantibus ſub conductu veſtro, ſimiliter fiat ſecuritas coram eis ex parte veſtra.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro apud Weſtm. 24 die Julii.

De conductu pro Nunciis Franciæ Regis.

A.D. 1219.
A. 3. H. 3.
Pat. 3. H. 3. m. 2.

NUncii Regis Franciæ habent litteras patentes de conductu, duraturas uſque in unum menſem, a die nativitatis beatæ Mariæ, anno, &c. tertio, ad tractandum cum conſilio Domini Regis de treugis prorogandis, & ad ſecuritatem capiendam de treugis illis obſervandis ex parte Domini Regis.

Teſte H. de Burgo Juſticiario, apud Norwic. ſecundo die Septembris.

De Caſtro de Merpiis una cum obſidibus Regi Angliæ tradendis.

A.D. 1219.
An. 3. H. 3.
Ex Orig. In Turre Londin.

HOnorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Engoliſmenſi, & dilectis filiis Abbati de Naucolio Pictavienſis Diocæſis, & Decano Burdegalenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quanto libentius hactenus venerabili fratri noſtro Epiſcopo Canutonenſi detulimus & deferre intendimus de gratia ſpeciali, tanto ab hiis ſe accuratius convenit abſtinere per quæ, nobis diſplicens, reputari poſſit ingratus: Quin potius ita debet ſe noſtris beneplacitis coaptare, quod de gratia in gratiam provehi mereatur.

Kariſſimus ſiquidem in Chriſto filius noſter Henricus Rex Angliæ illuſtris ſuam ad nos querimoniam deſtinavit, quod cum, claræ memoriæ, Johannes pater ejus Caſtrum ſuum de Merpiis cuſtodiæ nobilis viri R. de Ponte Senioris, Germani Epiſcopi ſupradicti, fiducialiter commiſiſſet; nunc, prænominato Johanne viam univerſæ carnis ingreſſo, prædictus R. Caſtrum ipſum, & obſidem ipſum, & obſides eidem Regi reddere denegavit pluries requiſitus.

Quinetiam, ad ſuæ infidelitatis nequitiam palliandam, ad partes tranſmarinas (vel potius, ut dicitur, in Hiſpaniam) ſimulatâ devotione ſe transferens, doloſe intendit prædictos obſides liberare; tanquam per ipſius affectatam negligentiam, quæ utique aperta eſt malitia, evaſuros.

Et ut, qualem fidelitatis affectum erga Regem habebat, exhibebat in effectu, tales in ipſo Caſtro dimiſit, qui non ſolum præfato Regi Caſtrum & obſides reddere aſpernantur, verum etiam proditorie rebellantes, ipſius homines hoſtiliter perſequuntur; & (quod vix credere poſſumus) hoc perpetrant non ſine ipſius Epiſcopi conſilio & aſſenſu; cum a prædicto fratre ſuo diſpoſitioni ejuſdem credantur eſſe commiſſi: Quod ex eo ſiquidem præſumitur probabiliter, quia, cum illi ſint in ſua Diocæſi conſtituti, eos non ſolum non reprimit, verum etiam fovere favorabiliter non deſiſtit. A.D. 1219.

Cum igitur cauſam prædicti Regis pupilli, cruceſignati, & cuſtodiæ ſedis Apoſtolicæ derelicti, omnibus modis defendere teneamur; eidem Epiſcopo per ſcripta noſtra firmiter dedimus in præceptis, ut ſæpedicto Regi Caſtrum ſuum & obſides reddi procuret; detentores eorum ſpirituali & temporali diſtrictione compellens; ita quod non ſolum nulla ex hoc contra ſe poſſit ſuſpitio exoriri, verum etiam ſua exinde poſſit circumſpectio commendari.

Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus detentores Caſtri & obſidum prædictorum ad reſtitutionem eorum præfato Regi debitam faciendam, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellatis.

Et ſuper hiis inquiratis diligentius veritatem, & quæ inveneritis, ad nos fideliter remittetis, ut per veſtram relationem inſtructi, procedamus ſuper hiis ——— & juſtitiam viderimus expedire. Quod ſi non omnes, &c. tu ea (frater Epiſcope) cum eorum altero, &c.

Dat. Rom. apud Sanctum Petrum ——Pontificatûs noſtri anno tertio.

Reginaldus Rex Manniæ devenit Vaſſallus Papæ.

A.D. 1219. An. 3. H. 3.

SAnctiſſimo Patri & Domino Honorio, Dei gratia, ſummo Pontifici, Reginaldus Rex Inſularum commendationem cum oſculo pedum.

Noverit ſancta paternitas veſtra, quod nos, ut participes ſimus bonorum quæ fiunt in Eccleſia Romana, ad monitionem & exhortationem dilecti patris Domini Pandulphi Norwicenſis electi, Camerarii & Legati veſtri, dedimus & obtulimus, nomine Eccleſiæ Romanæ & veſtro, & Catholicorum veſtrorum ſucceſſorum, Inſulam noſtram de Man, quæ ad nos jure hæreditario pertinet, & de qua nulli tenemur aliquod ſervitium facere; & deinceps nos & Hæredes noſtri in perpetuum tenebimus in feudum dictam Inſulam ab Eccleſia Romana, & faciemus ei per hoc, homagium, & fidelitatem. Et, in recognitionem Dominii, nomine cenſus, nos & hæredes noſtri, in perpetuum, annuatim ſolvemus Eccleſiæ Romanæ duodecim Marcas ſterlingorum in Anglia apud Abbatiam de Furnis Ciſtercienſis ordinis, in feſto Purificationis beatæ Mariæ.

Et ſi non eſſet ibi aliquis ex parte veſtra, vel ſucceſſorum veſtrorum, deponentur dictæ duodecim Marcæ per nos & hæredes noſtros penes Abbatem & Conventum Eccleſiæ Romanæ nomine.

Hanc donationem & oblationem dictus Dominus Legatus recepit ad voluntatem & beneplacitum veſtrum; & poſt receptionem factam ab eo, ſic ipſe Dominus Legatus dictam Inſulam dedit, mihi & hæredibus meis in feudum perpetuo poſſidendam & tenendam nomine Eccleſiæ Romanæ, & me inde per annulum aureum inveſtivit, &c.

Actum London. in Domo Militiæ Templi 11 Kal. Octob. Anno Domini milleſimo ducenteſimo decimo nono.

Et, ne ſuper his aliquando poſſit dubitari, has literas fieri fecimus patentes, & ſigillo noſtro muniri.

De conductu pro Reginaldo Rege de Man.

A.D. 1219. An. 3. H. 3. Pat. 3. H. 3. m. 1.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, has litteras inſpecturis, ſalutem.

Sciatis nos ſuſcepiſſe in ſalvum & ſecurum conductum dilectum & fidelem noſtrum Reginaldum Regem de Man, & homines ſuos, quos ſecum duxerit, per totam poteſtatem noſtram, in eundo verſus terram ſuam de Man.

Et ideo vobis mandamus, firmiter præcipientes, quod nec eidem Reginaldo Regi de Man, nec ſuis malum, dampnum, aut impedimentum aliquid faciatis, aut fieri permittatis.

Durabit autem conductus iſte uſque ad inſtans natale Domini, anno Regni noſtri quarto.

Et in hujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Domino Petro Wintonienſi Epiſcopo, apud Novum Templum London, viceſimo quarto die Septembris, anno, &c. tertio.

Pro Rege de Man.

Ibidem.

REX omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod dilectus & fidelis noſter Reginaldus Rex de Man venit ad fidem & ſervitium noſtrum, & nobis homagium ſuum fecit.

Et ideo vobis mandamus quod in terram ipſius Reginaldi Regis de Man ſalvo & ſecure veniatis, & negotia veſtra ibidem expediatis, quamdiu fuerit ad fidem & ſervitium noſtrum.

Et in hujus, &c.

Teſte ut ſupra, anno, &c. tertio.

Ibidem.

Reginaldus Rex de Man habet litteras Domini Regis de protectione directas Juſticiario Hiberniæ & Baronibus & aliis, fiedelibus Regis Hiberniæ; ſet in fine litterarum illarum appoſita fuit hæc clauſula.

A.D. 1219. Hen. 3.

A.D. 1219. Hen. 3.

Si vero inimici noſtri & ſui inſurrexerint in nos & in ipſum, ad dampnum terræ noſtræ & ſuæ, tunc ei viriliter ſitis auxiliantes ad terræ noſtræ & ſuæ defenſionem, ad fidem & commodum noſtrum, quamdiu fideliter ſe habebit erga nos.

Et in hujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Bulla de Conventionibus inter Angl. & Scotiæ Reges confirmandis vel infirmandis.

A.D. 1219. *A. 4. H. 3.* *Ex Autogr.*

A.D. 1219.

Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Pandulpho Norwicen. Electo, Camerario noſtro, Apoſtolicæ ſedis Legato, Salutem & apoſtolicam benedictionem.

Cariſſimus in Chriſto Filius noſter, Rex Scotorum illuſtris, nobis fecit humiliter ſupplicari ut compoſitionem, quæ inter claræ memoriæ Willielmum patrem ſuum, & inclitæ recordationis Johannem Regem Angliæ olim pro bono pacis ſuper diverſis articulis intervenit, prout in ejuſdem Regis Angliæ litteris plenius continetur, quarum tranſcriptum, ſub ſigillis venerabilium fratrum noſtrorum Sancti Andreæ, Dunkelden. & Catanen. Epiſcoporum, nobis extitit præſentatum, confirmare vel infirmare, ſicut eſſet— faciendum de jure, auctoritate apoſtolica dignaremur.

Quia igitur, in tanto negotio, non niſi maturo eſt conſilio procedendum, nos de circumſpectione tua plenam in domino fiduciam optinentes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prædictæ compoſitionis tenorem & circumſtantias———inſpiciens diligenter, eam auctoritate noſtra, ſublato appellationis obſtaculo, confirmare vel infirmare procures, ſicut de jure videris expedire.

Dat. Lateran. 4 Id. Novembris. pontificatûs noſtri anno tertio.

ſub filo canabeo.

Littera Pandulphi certificatoria de negotio cum Rege Scotiæ.

A.D. 1219. *An. 4. H. 3.* *Ex Bund. Litterarum in Turre London.*

A.D. 1219.

In Craſtino ſancti Petri ad vincula, diebus continuandis, comparuerit coram nobis Dominus Alexander Rex Scotorum pro parte ſua, & S. de Segrave Miles, ex parte Domini Henrici Regis Angliæ, Procurator Domini Regis apud Norham, ſuper cauſa, quæ verti ſperabatur coram nobis ex ſpeciali mandato Domini Papæ, de compoſitionibus habitis inter bonæ memoriæ Johannem Regem Angliæ, & Willielmum Regem Scotorum, parentes ipſorum.

Et tunc, de conſenſu dicti Regis Scotorum, & S. procuratoris dicti Regis Angliæ, datus eſt dies, in craſtino Animarum poſt feſtum omnium ſanctorum, ad tractandum de pace coram nobis, ubicunque fuerimus, inter dictos Reges.

Et, ſi pax tunc non poterit provenire, procedetur in cauſa, ſicut de jure fuerit procedend.

Ejuſdem alia Littera de re eadem Epiſcopo Wintonienſi.

A.D. 1219. *A. 4. H. 3.* *Ex Bundel. Litterarum in Turre London.*

A.D. 1219.

Venerabili in Chriſto patri Petro, Dei gratiâ, Winton. Epiſcopo Pandulfus, eadem gratiâ, Norwicenſis Electus, Domini Papæ Camerarius, Apoſtolicæ ſedis Legatus, ſalutem in Domino.

Diſcretioni veſtræ dignum duximus intimandum quod, per gratiam Dei, negotiis Domini noſtri Regis cum Rege Scotiæ laudabiliter expeditis, ad præſens, ſicut prudentes viri, S. de Segrave, & Magiſter Robertus de Aren. vobis referre poterunt viva voce, ad vos feſtinamus redire, ut ſuper hiis & aliis, ad Dominum Regem ſpectantibus, cum veſtro conſilio procedamus ſicut videbitur expedire.

Monemus autem diſcretionem veſtram attentius & mandamus quatinus, circa negotia ipſius Domini Regis, more ſolito,

A.D. 1219. *Hen.* 3.

lito, ſolliciti exiſtentes, ſic ea procuretis viriliter & prudenter, quod ad honorem & utilitatem dicti Domini Regis cedat, & veſtra proinde valeat prudentia recommendari.

De forma Treugæ Regi Franciæ mittenda.

A.D. 1220. *An.* 4. *H.* 3.

In Bundela Litterarum in Turre Lond.

PAndulphus, Dei gratia, Norwicenſis Electus, Domini Papæ Camerarius, Apoſtolicæ ſedis Legatus, Nobili viro & amico cariſſimo Huberto de Burgo, Juſticiario Angliæ, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Utinam quod ſinguli & univerſi, qui ſciunt, & poſſunt Regis & Regni prodeſſe negotiis, ea ad promovenda darent operam efficacem (ſicut tenentur) neceſſitate temporis exigente.

Nos enim (teſte Deo) ad ea facienda, quæ Regi expedire videntur & regno, fideliter intendimus & libenter, nec pepercimus nobis adhuc in laboribus vel expenſis.

Verum, quia difficile nobis eſſet (maxime tempore iſto) venire verſus partes London, & exinde verſus Wigorniam laborare, ubi præfixus eſt dies Lewelino & aliis de Marchia in Octavis Purificationis, non miremini ſi, ad præſens, ſecundum quod ſcripſiſtis, non accedimus ad partes ipſas.

Unum autem vellemus, & hoc conſulimus & mandamus inſtanter, ut, ſecundum formam quam vobis mittimus interclusſam, vel aliam meliorem, (ſi videritis) fiant litteræ ex parte Domini Regis ad Regem Franciæ, pro Treugarum prorogatione requirenda, ſecundum formam quam tranſmiſit, ſi habere nequiverimus meliorem; & mittas ipſam, ſine mora, per aliquem virum religioſum, quem ad hoc videritis opportunum, proviſuri ut (ſi unquam eſſe poterit) apud Wigorniam prædicto termino veniatis

Interim ad factum Scaccarii detis operam efficacem, ſicut Regi & Regno cognoſcatis expedire. Hiis nos ſcribimus.

Winton. Epiſcopo &
Domino W. Briwer.

Dat. Bathon. 4 Idus Januarii.

Pandulphi Littera Huberto de Burgo; quod Philippus de Huletot indiſcreto uſus eſſet conſilio.

A.D. 1220. *An.* 4. *H.* 3.

Bundela Brevi[illegible] Turre London.

PAndulphus, Dei gratiâ, Norwicenſis Electus, Domini Papæ Camerarius, Apoſtolicæ ſedis Legatus, Nobili Viro & Amico ſuo Huberto de Burgo juſticiario Angliæ, ſalutem in Domino.

Viſis & intellectis univerſis litteris quas P. de Huletot ſuper facto Rog. Bertran. miſit, & vos nobis ſuper eodem deſtinatis; dolemus plurimum & movemur quod, indiſcreto uſus conſilio, Domini Regis ac noſtrum mandatum exequi non curavit, occaſiones frivolas præponendo.

Et, quia propoſiti noſtri eſt exceſſum hujuſmodi non dimittere impunitum, & hæc offenſa tangere noſcitur totum regnum, abſque veſtro & aliorum Regis fidelium conſilio procedere nolumus in hoc facto; ne forte temerarium diceretur ab æmulis, vel minus providum, etiamſi eſſet ſatis bonum ſolum conſilium noſtrum.

In proximo enim cum ſimul erimus circa partes Wigorniæ, ubi vos & omnes alios volumus, & rogamus habere præſentes, de hiis & aliis pluribus, quæ imminent, taliter, auctore Domino, cum deliberatione provida diſponemus, quod ad honorem Domini Regis, & infidelium confuſionem cedet, & ſtatuta noſtra debitam firmitatem tenebunt.

Si enim ſuper hiis veſtrum & aliorum, qui ſunt in Scaccario, expreſſiſſetis conſilium, proceſſiſſemus forſitan adhibito conſilio veſtro.

Dat. apud Malmesb. 8 Kal. Februarii.

[illegible] *ario A*[illegible]

J[illegible] *lian*[illegible]

Arnulphus, Dei gra[illegible] censis Electu[illegible] & amico suo [illegible] go, [illegible] rio A[illegible] [illegible] A.D. 1140.

[illegible]

[illegible] *n Franciæ de T*[illegible]

[illegible] R[illegible] [illegible] vestram, [illegible] A.D. 1143.

[illegible] od E[illegible] vestræ [illegible] pro[illegible] rum pro[illegible] inter vos, & [illegible] patrem [illegible] bis in[illegible] xit ut, ad [illegible] stra ad pr[illegible] [illegible] mitteremus. [illegible] & mandatis o[illegible] pientes habe[illegible]

[illegible] propter ho[illegible] tiu[illegible] Celsitudin[illegible] cundu[illegible] ut [illegible]

[illegible] Franciæ [illegible] dum [illegible] discre[illegible]

[illegible] & l[illegible] em treu[illegible]

A.D. 1219. *Hen.* 3.

lito, ſolliciti exiſtentes, ſic ea procuretis viriliter & prudenter, quod ad honorem & utilitatem dicti Domini Regis cedat, & veſtra proinde valeat prudentia recommendari.

A.D 1219. *Hen.* 3.

De forma Treugæ Regi Franciæ mittenda.

A.D. 1220. *An.* 4. *H.* 3. *In Bundela Litterarum in Turre Lond.*

PAndulphus, Dei gratia, Norwicenſis Electus, Domini Papæ Camerarius, Apoſtolicæ ſedis Legatus, Nobili viro & amico cariſſimo Huberto de Burgo, Juſticiario Angliæ, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Utinam quod ſinguli & univerſi, qui ſciunt, & poſſunt Regis & Regni prodeſſe negotiis, ea ad promovenda darent operam efficacem (ſicut tenentur) neceſſitate temporis exigente.

Nos enim (teſte Deo) ad ea facienda, quæ Regi expedire videntur & regno, fideliter intendimus & libenter, nec pepercimus nobis adhuc in laboribus vel expenſis.

Verum, quia difficile nobis eſſet (maxime tempore iſto) venire verſus partes London, & exinde verſus Wigorniam laborare, ubi præfixus eſt dies Lewelino & aliis de Marchia in Octavis Purificationis, non miremini ſi, ad præſens, ſecundum quod ſcripſiſtis, non accedimus ad partes ipſas.

Unum autem vellemus, & hoc conſulimus & mandamus inſtanter, ut, ſecundum formam quam vobis mittimus interclusam, vel aliam meliorem, (ſi videritis) fiant litteræ ex parte Domini Regis ad Regem Franciæ, pro Treugarum prorogatione requirenda, ſecundum formam quam tranſmiſit, ſi habere nequiverimus meliorem; & mittas ipſam, ſine mora, per aliquem virum religioſum, quem ad hoc videritis opportunum, proviſuri ut (ſi unquam eſſe poterit) apud Wigorniam prædicto termino veniatis

Interim ad factum Scaccarii detis operam efficacem, ſicut Regi & Regno cognoſcatis expedire. Hiis nos ſcribimus.

Winton. Epiſcopo &
Domino W. Briwer.

Dat. Bathon. 4 Idus Januarii.

A.D. 1220.

Pandulphi Littera Huberto de Burgo; quod Philippus de Huletot indiſcreto uſus eſſet conſilio.

A.D. 1220. *An.* 4. *H.* 3. *Bundela Brevi Turre London.*

PAndulphus, Dei gratiâ, Norwicenſis Electus, Domini Papæ Camerarius, Apoſtolicæ ſedis Legatus, Nobili Viro & Amico ſuo Huberto de Burgo juſticiario Angliæ, ſalutem in Domino.

Viſis & intellectis univerſis litteris quas P. de Huletot ſuper facto Rog. Bertran. miſit, & vos nobis ſuper eodem deſtinatis; dolemus plurimum & movemur quod, indiſcreto uſus conſilio, Domini Regis ac noſtrum mandatum exequi non curavit, occaſiones frivolas præponendo.

Et, quia propoſiti noſtri eſt exceſſum hujuſmodi non dimittere impunitum, & hæc offenſa tangere noſcitur totum regnum, abſque veſtro & aliorum Regis fidelium conſilio procedere nolumus in hoc facto; ne forte temerarium diceretur ab æmulis, vel minus providum, etiamſi eſſet ſatis bonum ſolum conſilium noſtrum.

In proximo enim cum ſimul erimus circa partes Wigorniæ, ubi vos & omnes alios volumus, & rogamus habere præſentes, de hiis & aliis pluribus, quæ imminent, taliter, auctore Domino, cum deliberatione provida diſponemus, quod ad honorem Domini Regis, & infidelium confuſionem cedet, & ſtatuta noſtra debitam firmitatem tenebunt.

Si enim ſuper hiis veſtrum & aliorum, qui ſunt in Scaccario, expreſſiſſetis conſilium, proceſſiſſemus forſitan adhibito conſilio veſtro.

Dat. apud Malmesb. 8 Kal. Februarii.

A.D. 1220.

Littera

Litera Pandulphi Huberto Juſticiario Angliæ; de itinere ſuo verſus Walliam.

A.D. 1220. An. 4. H. 3. In Bundela litterarum in Turre London.

PAndulphus, Dei gratia, Norwicenſis Electus, &c. Nobili viro & amico ſuo Huberto de Burgo, Juſticiario Angliæ, ſalutem in domino.

Quod verſus partes Walliæ appropinquavimus, non pro utilitate fecimus ſpeciali, ſed quia honori Domini Regis & ſuorum fidelium ſic videmus expedire.

Et licet grave ſit nobis plurimum & moleſtum (non peracto negotio quod incepimus, quod erat jam ad perficiendum paratum) diſcedere a partibus illis; tamen, quia non venimus facere voluntatem noſtram, ſed quæ honori Eccleſiæ, & utilitati Regis & Regni expedire noſcuntur, mutato propoſito, juxta veſtri conſilii inſtantiam, pro certis & multis neceſſitatibus, quæ (ſicut dicitis) occurrerunt de novo, verſus London direximus iter noſtrum; & ſumus (ducente nos Domino) in veniendo.

Utinam veſtrum conſilium utilitatem contineat, & noſter ſit labor utilis & fructuoſus!

Datum apud Cirenceſtr. 3 Kalend. Februarii.

Rex Henricus ad Regem Franciæ de Treuga proroganda.

A.D. 1220. An. 4. H. 3. In Bundela litterarum in Turre Lond.

ILluſtri Regi Francorum.

Venerabilis pater & Dominus noſter ſummus Pontifex nuper, & ſæpius nobis, per litteras ſuas, intimavit, quod Excellentiæ veſtræ ſua ſcripta direxerat pro treugarum prorogatione, quæ captæ fuerunt inter vos, & bonæ memoriæ Johannem patrem noſtrum.

Verumptamen nobis injunxit ut, ad hoc efficiendum ex parte noſtra ad præſentiam veſtram nuncios mitteremus.

Et nos, ſuis monitis & mandatis obedire volentes, & cupientes habere pacem & gratiam veſtram, litteras & nuncios noſtros propter hoc jam ſæpius miſimus, & adhuc latores præſentium mittimus ad præſentiam veſtram, Celſitudinem veſtram rogantes ut, ſecundum mandatum Apoſtolicum, & prout nobis veſtris litteris intimaſtis, Treugas ipſas prorogare velitis.

Nos enim parati ſumus per Prælatos, Comites & Barones Regni noſtri treugas ipſas aſſecurare, cum veſtros duxeritis propter hoc Nuntios tranſmittendos.

A.D. 1220.

Ejuſdem Litteræ Petro de Collomedio de eodem negotio.

A.D. 1220. An. 4. H. 3. Ibidem.

MAgiſtro Petro de Collomedio, Domini Papæ Capellano, dilecto Clerico & Amico ſuo.

Intellectis ſtudio & diligentia tua, quæ circa negotia noſtra apud Dominum Regem Franciæ fideliter adhibuiſti, prudentiæ tuæ gratiarum referimus actiones, fidem & devotionem tuam dignis in Domino laudibus commendantes.

Verum, quia, juxta mandatum Domini Papæ, per te & latorem præſentium, prorogationem treugarum a Domino Rege Franciæ duximus requirendam, monemus diſcretionem tuam & rogamus ut, una cum ipſo, ad ipſius præſentiam accedentes, ei noſtras litteras præſentetis, & procedatis in facto ſecundum quod videritis expedire.

Iſtis formis addatis & ſubtrahatis quicquid vobis viſum fuerit, & injungatis Nuncio ut ſtatim, habito reſponſo Regis, nobis ſtudeat intimare; nec recedat de Francia donec recipiat reſponſum noſtrum.

A.D. 1220.

De Prorogatione Treugarum cum Francia.

A.D. 1220. *An.* 4. *H.* 3. *Clauſ.* 4. *H.* 3. *m.* 15. *d.*

REgi Franciæ Henricus Rex, &c. ſalutem.

Pro eo quod placuit Regiæ Serenitati veſtræ tam affabili & benigno mandato veſtro teneritatem noſtram conſolando reſpicere, tamque gratanter admiſſis honorifice Nunciis noſtris dignati eſtis in prorogationem treugarum conſentire, eamque acceptare, ſicut Regalis magnificentiæ veſtræ apex nobis aperuit, grates ſublimitati veſtræ referimus, & copioſas refundimus gratiarum actiones.

Ipſamque treugam ſicut in tranſmiſſo nobis ſcripto veſtro continebatur, per eos qui nominati fuerant, fecimus ex parte noſtra bona fide affirmari; remittentes ad dominationem veſtram dilectos nobis Philippum de Albiniaco Militem, & Magiſtrum Humfridum Clericum noſtrum; & ſupplicantes humiliter ut treugam illam, ſicut eam fecimus firmari ex parte noſtra, ita dignemini, ſi placet, ex parte veſtra, per illos quos vobis nominabunt prædicti Nuncii noſtri, firmare eandem.

Teſte Huberto, &c. apud Weſtm. 7 die Martii.

De Treuga capta inter Reges Angliæ & Franciæ, per Comitem Warennæ jurata.

A.D. 1220. *An.* 4. *H.* 3. *In Bundela litterarum in Turre Lond.*

OMnibus Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis vel audituris, W. Comes Warennæ ſalutem.

Noveritis nos juraſſe, tactis ſacroſanctis Evangeliis, in præſentia venerabilis patris noſtri Domini Pandulphi, Dei gratiâ Norwicenſis Electi, Domini Papæ Camerarii, & Apoſtolicæ ſedis Legati, Domino noſtro Henrico Rege Angliæ præſente & mandante; & præſentibus etiam Nunciis Domini Philippi Regis Franciæ, videl.

Magiſtro Simone de Domibus Clerico, & Domino Willielmo de Valle Oloris,

Quod toto poſſe noſtro & bona fide obſervabimus & obſervari faciemus Treugas, captas inter Dominum Philippum Regem Franciæ, & Dominum noſtrum Henricum Regem Angliæ, ſicut in litteris Domini Philippi Regis Franciæ, & Domini H. Regis Angliæ ſuper eiſdem Treugis confectis continetur.

Quod ut firmum ſit & ſtabile, præſens ſcriptum Sigilli noſtri munimine roboravimus.

Actum anno ab incarnatione Domini 1219. menſe Martio.

Littera Regis Comiti Marchiæ.

A.D. 1220. *An.* 4. *H.* 3. *Clauſ.* 4. *H.* 3. *m.* 14. *d.*

REX H. de Lezinnan Comiti Marchiæ ſalutem.

Grates vobis copioſas referimus de fide & conſtantia veſtra, quæ vos laudabiles nobis per omnia reddunt & amandos.

Super promiſſione autem, vobis factâ a Domino Johanne Rege patre noſtro, de terris vobis ampliandis, ſicut latores præſentium Nuncii veſtri, quos benigne recepimus ſicut decuit, nobis intimarunt, locuti ſumus cum quibuſdam ex illis qui promiſſioni illi interfuerunt, qui & teſtantur quod dictus Pater noſter Xancton, & Xanctanum, & Olerim vobis aſſignavit tenendas donec promiſſio terrarum prædictarum vobis perficeretur.

Ad quod effectum mancipand. diligentiam & operam apponemus conſilio & auxilio veſtro, & aliorum fidelium noſtrorum, gratia & auxilio Domini præventi, ut tàm nobis, quàm vobis inde debeat honor provenire.

Ex hoc quidem, quod oblatam vobis a Rege Franciæ baroniam de Exodon. recuſaſtis, ſicut audivimus per eoſdem Nuncios veſtros, gratiarum actiones vobis multiplicamus; qui feciſtis, in hac parte, quod fieri decuit, & quod tam in noſtrum, quam veſtrum ceſſit honorem.

Et

A.D. 1220. Hen. 3. Et ad plenum certi ſumus, reſpicientes tam animi veſtri nobilitatem, quam initum inter nos fœdus, quod confirmamus in amorem perpetuum, propitiante Domino, quod inde facietis quod probum virum per omnia decebit.

Mandamus autem Comitiſſæ Augi quod nullatenus vos moleſtet, exigendo a vobis Caſtra ab avunculo veſtro vobis tradita; cum vobis bene competat eorum cuſtodia, ſecundum honorem tam ipſius Comitiſſæ, quam filii ſui nepotis veſtri, quam veſtrum.

Circa illud vero, quod rogaſtis de feodis promiſſis G. Vicecomiti, Hugoni Groſſin, & Elyæ de Verign. a prædicto patre noſtro, dilectionem veſtram ſcire volumus, quod nos non ſufficimus ad omnia quæ pollicitus eſt genitor noſter; Veruntamen militibus veſtris de promiſſis eis feodis ſatisfacere curabimus, intuitu veſtri, ut tam a vobis, quam eis grates mereamur.

Et, ſicut dilectio veſtra petiit, ſcripſimus Dominæ Reginæ matri noſtræ deprecatorias litteras pro Willielmo de Butevill Clerico noſtro; parati ſemper precibus & voluntati veſtræ condeſcendere juxta poſſe noſtrum.

Cum autem prædicti Nuncii veſtri præſentes eſſent nobis, qui cæteris agendis noſtris interfuerint, intimarunt quod octies viginti Marcas dilecto & fideli noſtro G. de Nevill, ad expedienda negotia noſtra, commodaſtis, remotus fuit a nobis idem G. agens in partibus Scotiæ; ſet cum, in proximo, cum eo locuti fuerimus ad nos reverſo, per conſilium ipſius ſatisfiet vobis inde per gratiam Dei competenter.

Et, ſicut conſuliſtis, mittemus in partes veſtras, in brevi elapſo tempore, virum talem, qui, de veſtro, de quo plenius confidimus, & aliorum fidelium noſtrorum fretus auxilio, partium illarum tranquilitati & commodo, juvante Domino, providebit.

Scripſimus etiam Domino Papæ, juxta preces veſtras ſupplicantes ut, in cauſis & agendis veſtris, det vobis judices non ſuſpectos, & in loco tam competenti, quam tuto, ad quos acceſſus haberi poſſit, ſine corporum diſpendio & rerum jactura.

Teſte Huberto de Burgo Juſticiario noſtro apud Weſtmonaſterium 10 die Martii.

De Salvo conductu pro Principe Walliæ.

A.D. 1220. An. 4. H. 3. Pat. 4. H. 3. m. 6. d.

REX Lewelino Principi Norwalliæ ſalutem.

Sciatis quod nos, una cum Domino Legato & Domino Cantuarienſi Archiepiſcopo, & Domino Wintonienſi Epiſcopo, & Huberto de Burgo Juſticiario noſtro, ſumus in veniendo verſus Salopeſbiriam; ita quod ibi erimus, per Dei gratiam, inſtanti die Lunæ, proximo videlicet ante aſcenſionem domini, ut ibidem vobiſcum colloquium habeamus.

Præmittimus igitur, ad vos conducendos, dilectum & fidelem noſtrum Falkeſium de Breant; rogantes ut, ſub conductu ejus, ad partes Salopeſbiriæ accedatis in occurſum noſtrum, & cum partibus illis appropinquaveritis.

Et, volueritis forte majorem conductum vobis fieri ad veniend. Salopeſbir. mittemus vobis, in majorem conductum, Dominum Cantuarienſem Archiepiſcopum, & alios ſufficientes.

Verumtamen ſub ſolo conductu prædicti Falkeſii, ſi placet, Salopeſbir. venire poteritis ſecure.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Huberto de Burgo Juſticiario noſtro apud Campeden. 1 die Maii.

David Filius Principis Walliæ ſub protectione Regis ſuſcipitur.

A.D. 1220. An. 4. H. 3. Clauſ. 4. H. 3. m. 8. d.

REX Hoel filio Griffini ſalutem.

Sciatis nos ſuſcepiſſe in manum, cuſtodiam & protectionem noſtram kariſſimum nepotem noſtrum David, filium Lewelini Principis Norwalliæ, natum de Johanna uxore ſua, & ſorore noſtra, & omnes poſſeſſiones & tenementa ipſius.

Unde vobis mandantes præcipimus quatinus ipſum David, & omnes homines, res & poſſeſſiones ipſius, manuteneatis, protegatis & defendatis tanquam hæredis ipſius Lewelini; eidem, ſicut & patri ſuo, contra omnes homines,

ſalva

A.D. 1220. Hen. 3.

ſalva fide nobis debita, adhærentes.

Et, ſi quis eum gravare, vel impugnare præſumpſerit, vos, pro fideli poſſe veſtro, eum defenſare curetis, ita quod vobis ad grates teneamur.

Teſte Huberto, &c.

Apud Salop. 5 die Maii.

De Coronatione & Regali Domini Regis.

A.D. 1220. *An.* 4. *H.* 3. *Clauſ.* 4. *H.* 3. *m.* 11.

MAndatum eſt Petro de Malo Lacu quod, omni occaſione & excuſatione remotis, veniat London ad coronationem Domini Regis; ita quod ibi ſit hac inſtanti vigilia Pentecoſtes, & quod adducat ſecum Ricardum fratrem Domini Regis, & ſecum afferat Regale Domini Regis quod penes ipſum eſt apud Corff.

Teſte Huberto, &c. apud Salopesbir.

Septimo die Maii.

Quod in Anglia nemo plura quam duo Caſtra in Cuſtodia ſua habeat.

A.D. 1220. *An.* 4. *H.* 3. *Ex Autogr.*

HOnorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Pandulpho Norwicenſi electo, Camerario noſtro, apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Præſentium tibi auctoritate mandamus, quatinus neminem de Regno Angliæ, quantumcumque fidelis aut familiaris exiſtat kariſſimo in Chriſto filio noſtro Henrico Regi Anglorum illuſtri, plus quam duo de Caſtris Regiis in ſua tenere cuſtodia patiaris; cum id credamus Regis ejuſdem utilitatibus expedire,

Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſt-poſita, compeſcendo.

Dat. Viterbii 5 Kal. Junii Pontificatus noſtri anno quarto.

Sigil. Plumbeo pendent. a filo Canabeo.

De Sorore Regis, Alexandro Scotiæ Regi tradenda in Uxorem.

A.D. 1220. *An.* 4. *H.* 3. *Pat.* 4. *H.* 3. *m.* 5.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, & libere tenentibus, & omnibus fidelibus ſuis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem.

Ad univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire, quod nos dabimus dilecto & fideli noſtro Alexandro illuſtri Regi Scotiæ Johannam, primogenitam ſororem noſtram, in uxorem, ad feſtum Sancti Michaelis, anno ab incarnatione Domini MCCXX. ſi eam habere poterimus; & nos & concilium noſtrum fideliter laborabimus ad eam habendam: Et, ſi forte eam habere non poterimus, dabimus ei, in uxorem, Iſabellam juniorem ſororem noſtram, infra 15 dies proximos ſequentes poſt prædictum terminum.

Maritabimus etiam Margaretam & Iſabellam, ſorores ipſius A. Regis Scotiæ, a feſto Sancti Dioniſii, anno ab incarnatione Domini MCCXX. in unum annum, in terrâ noſtrâ ad honorem noſtrum, & ipſius Regis Scotiæ; vel, ſi eas non maritaverimus infra prædictum terminum, reddemus eas dicto Alexandro Regi Scotiæ ſalvo & libere in terram ſuam, infra menſem proximum poſt terminum prædictum.

Dominus W. autem Eborum Archiepiſcopus, P. Winton, R. Dunelm. & Cancellarius noſter, H. Carleol. Epiſcopi; & S. Abbas Reding, promiſerunt, in verbo veritatis, quod bona fide laborabunt, quod omnia prædicta compleantur, & quod compellent contradictores (ſinguli ſcilicet in parochiis ſuis) per cenſuram Eccleſiaſticam quod prædicta obſerventur: Et ſuper hoc Cartas ſuas dederunt eidem A. Regi Scotiæ.

Hubertus etiam de Burgo Juſticiarius noſter Angliæ, W. Comes Warennæ, W. Comes Albemarliæ, Robertus de Ros, Falkeſius de Breant, Willielmus de Cantilupo,

A.D. 1220. Hen. 3.

tilupo, Willielmus de Lancaſtria, Galfridus de Nevill, Radulphus de Trublevill, Robertus de Vallibus, Philippus de Albiniaco, Hugo de Bolebet, Rogerus Bertram, Osbertus Giffard, Johannes Ruſſel juraverunt ſe obſervaturos bona fide hoc idem, quod Archiepiſcopus & Epiſcopi promiſerunt in verbo veritatis; & inde ſimiliter dicto A. Regi Scotiæ cartas ſuas fecerunt.

Et nos ad majorem rei hujus ſecuritatem hanc Cartam eidem A. Regi Scotiæ fieri fecimus, ſigillo noſtro ſigillatam.

Data apud Eborum in præſentia Domini Pandulfi Norwicenſis Electi, Domini Papæ Camerarii, & Apoſtolicæ ſedis Legati, 15 die Junii, anno Regni noſtri quarto.

De Maritagio Alexandri Scotiæ Regis, cum ſorore Regis Angliæ.

A.D. 1220. An. 4. H. 3. Ex Orig. in Turre Lond.

Alexander, Dei gratiâ, Rex Scotiæ omnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris, vel audituris ſalutem.

Noverit Univerſitas veſtra nos juraſſe in animam noſtram, ſine fraude & malo ingenio, quod Johannam primogenitam ſororem Domini Henrici Regis Angliæ ducemus in uxorem, ad feſtum Sancti Michaelis, Anno Domini MCCXX. Si idem Dominus Rex Angliæ eam habere poterit, & eam nobis dederit; vel antea ſi fieri poteſt.

Et, ſi eam forte habere non poterit, juramus quod ducemus in uxorem, Yſabellam, ſororem juniorem ipſius Domini Henrici Regis Angliæ, infra 15 dies proximo ſequentes; vel antea ſi fieri poteſt.

Et quod interim aliam non ducemus, nec tractatum habebimus de aliâ ducenda; & ſuper hoc hanc cartam noſtram fieri fecimus prædicto Domino Regi Angliæ.

Et Epiſcopi Sancti Andreæ & Glaſguen. & Will. de Boſch. Cancellarius noſter promiſerunt, in verbo veritatis, quod laborabunt bona fide, quod hæc bona fide compleantur, & ſuper hoc cartam ſuam dederunt.

Et Comes de Buchhan, & Alanus de Galweya Conſtabularius, & alii Barones noſtri, ſcilicet, Philippus de Mobray & Walterus Elifend, & Dunecan. de Carric. & Henr. de Baill. & Thomas Hoſtiarius, & Johannes de Maccuſwell, & David ——eſcallus, & Walter Cumin, & Rand. de Bor-- vl, & Heruic. Mareſcallus, juraverunt ſe obſervaturos bona fide hoc idem, quod prædicti Epiſcopi promiſerunt in verbo veritatis, & Cartam ſuam inde fecerunt.

Actum apud Eboracum in præſentia Domini Pandulphi, Norwicenſis Electi, Domini Papæ Camerarii, & apoſtolicæ ſedis Legati, 15 die Junii, anno Regni noſtri 6.

Litteræ Papæ de compellendo Comitem Marchiæ quod reſtituat Johannam ſororem Regis.

A.D. 1220. An. 4. H. 3. Claus. 4. H. 3. m. 8 d.

Rex Domino Papæ ſalutem, & ſe totum ſemper tàm devotum, quàm fidelem.

Cum a ſedis apoſtolicæ gratia dependeant ſi quæ ſunt circa nos ſerena, ſi quæ proſpera; neceſſe habemus veſtræ dominationi proponere quæ in diſpendium nobis veniunt & gravamen.

Dominus autem Johannes Rex genitor noſter, agens quondam in partibus Pictaviæ, Johannam filiam ſuam, ſororem noſtram, nuptui Hugoni de Lezinnan filio Comitis de Marchia conceſſit.

Qui, licet eam de manibus ipſius patris noſtri Regis accepiſſet, & juraſſet quod eam in uxorem duceret, non obſervata tamen juramenti religione, ſpretâque ſorore noſtrâ, Matrem noſtram Reginam maritali ſibi fœdere copulavit.

Quam quidem ſororem noſtram nichilominus nobis reddere contradicit; immo, eam detinendo contra mandatum noſtrum, ad ipſius redemptionem nos intemptat cohercere.

Hanc igitur injuriam paſſi ſub veſtra protectione, ſanctiſſimæ paternitati veſtræ ſupplicamus, quatinus ſcribere velitis Domino Xanctonienſi & Domino Lemovicenſi Epiſcopis, & Decano Burdega-

A.D. 1220.
Hen. 3.

ſalva fide nobis debita, adhærentes.

Et, ſi quis eum gravare, vel impugnare præſumpſerit, vos, pro fideli poſſe veſtro, eum defenſare curetis, ita quod vobis ad grates teneamur.

Teſte Huberto, &c.

Apud Salop. 5 die Maii.

A.D. 1220.
Hen. 3.

De Coronatione & Regali Domini Regis.

A.D. 1220.
An. 4. *H.* 3.
Clauſ. 4. *H.* 3. *m.* 11.

MAndatum eſt Petro de Malo Lacu quod, omni occaſione & excuſatione remotis, veniat London ad coronationem Domini Regis; ita quod ibi ſit hac inſtanti vigilia Pentecoſtes, & quod adducat ſecum Ricardum fratrem Domini Regis, & ſecum afferat Regale Domini Regis quod penes ipſum eſt apud Corff.

Teſte Huberto, &c. apud Salopesbir.

Septimo die Maii.

A.D. 1220.

Quod in Anglia nemo plura quam duo Caſtra in Cuſtodia ſua habeat.

A.D. 1220.
An. 4. *H.* 3.
Ex Autogr.

HOnorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Pandulpho Norwicenſi electo, Camerario noſtro, apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Præſentium tibi auctoritate mandamus, quatinus neminem de Regno Angliæ, quantumcumque fidelis aut familiaris exiſtat kariſſimo in Chriſto filio noſtro Henrico Regi Anglorum illuſtri, plus quam duo de Caſtris Regiis in ſua tenere cuſtodia patiaris; cum id credamus Regis ejuſdem utilitatibus expedire,

Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſt-poſita, compeſcendo.

Dat. Viterbii 5 Kal. Junii Pontificatus noſtri anno quarto.

Sigil. Plumbeo pendent. a filo Canabeo.

A.D. 1220.

De Sorore Regis, Alexandro Scotiæ Regi tradenda in Uxorem.

A.D. 1220.
An. 4. *H.* 3.
Pat. 4. *H.* 3. *m.* 5.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, & libere tenentibus, & omnibus fidelibus ſuis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem.

Ad univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire, quod nos dabimus dilecto & fideli noſtro Alexandro illuſtri Regi Scotiæ Johannam, primogenitam ſororem noſtram, in uxorem, ad feſtum Sancti Michaelis, anno ab incarnatione Domini MCCXX. ſi eam habere poterimus; & nos & concilium noſtrum fideliter laborabimus ad eam habendam: Et, ſi forte eam habere non poterimus, dabimus ei, in uxorem, Iſabellam juniorem ſororem noſtram, infra 15 dies proximos ſequentes poſt prædictum terminum.

Maritabimus etiam Margaretam & Iſabellam, ſorores ipſius A. Regis Scotiæ, a feſto Sancti Dioniſii, anno ab incarnatione Domini MCCXX. in unum annum, in terrâ noſtrâ ad honorem noſtrum, & ipſius Regis Scotiæ; vel, ſi eas non maritaverimus infra prædictum terminum, reddemus eas dicto Alexandro Regi Scotiæ ſalvo & libere in terram ſuam, infra menſem proximum poſt terminum prædictum.

Dominus W. autem Eborum Archiepiſcopus, P. Winton, R. Dunelm. & Cancellarius noſter, H. Carleol. Epiſcopi; & S. Abbas Reding, promiſerunt, in verbo veritatis, quod bona fide laborabunt, quod omnia prædicta compleantur, & quod compellent contradictores (ſinguli ſcilicet in parochiis ſuis) per cenſuram Eccleſiaſticam quod prædicta obſerventur: Et ſuper hoc Cartas ſuas dederunt eidem A. Regi Scotiæ.

Hubertus etiam de Burgo Juſticiarius noſter Angliæ, W. Comes Warennæ, W. Comes Albemarliæ, Robertus de Ros, Falkeſius de Breant, Willielmus de Cantilupo,

A.D. 1220.

A.D. 1220. Hen. 3.

tilupo, Willielmus de Lancaſtria, Galfridus de Nevill, Radulphus de Trublevill, Robertus de Vallibus, Philippus de Albiniaco, Hugo de Bolebet, Rogerus Bertram, Osbertus Giffard, Johannes Ruſſel juraverunt ſe obſervaturos bona fide hoc idem, quod Archiepiſcopus & Epiſcopi promiſerunt in verbo veritatis; & inde ſimiliter dicto A. Regi Scotiæ cartas ſuas fecerunt.

A.D. 1220. Hen. 3.

Et nos ad majorem rei hujus ſecuritatem hanc Cartam eidem A. Regi Scotiæ fieri fecimus, ſigillo noſtro ſigillatam.

Data apud Eborum in præſentia Domini Pandulfi Norwicenſis Electi, Domini Papæ Camerarii, & Apoſtolicæ ſedis Legati, 15 die Junii, anno Regni noſtri quarto.

De Maritagio Alexandri Scotiæ Regis, cum ſorore Regis Angliæ.

A.D. 1220. An. 4. H. 3. Ex Orig. in Turre Lond.

ALexander, Dei gratià, Rex Scotiæ omnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris, vel audituris ſalutem.

Noverit Univerſitas veſtra nos juraſſe in animam noſtram, ſine fraude & malo ingenio, quod Johannam primogenitam ſororem Domini Henrici Regis Angliæ ducemus in uxorem, ad feſtum Sancti Michaelis, Anno Domini MCCXX. Si idem Dominus Rex Angliæ eam habere poterit, & eam nobis dederit; vel antea ſi fieri poteſt.

Et, ſi eam forte habere non poterit, juramus quod ducemus in uxorem, Yſabellam, ſororem juniorem ipſius Domini Henrici Regis Angliæ, infra 15 dies proximo ſequentes; vel antea ſi fieri poteſt.

Et quod interim aliam non ducemus, nec tractatum habebimus de alià ducenda; & ſuper hoc hanc cartam noſtram fieri fecimus prædicto Domino Regi Angliæ.

A.D. 1220.

Et Epiſcopi Sancti Andreæ & Glaſguen. & Will. de Boſch. Cancellarius noſter promiſerunt, in verbo veritatis, quod laborabunt bona fide, quod hæc bona fide compleantur, & ſuper hoc cartam ſuam dederunt.

Et Comes de Buchhan, & Alanus de Galweya Conſtabularius, & alii Barones noſtri, ſcilicet, Philippus de Mobray & Walterus Elifend, & Dunecan. de Carric. & Henr. de Baill. & Thomas Hoſtiarius, & Johannes de Maccuſwell, & David ——eſcallus, & Walter Cumin, & Rand. de Bor— yl, & Heruic. Mareſcallus, juraverunt ſe obſervaturos bona fide hoc idem, quod prædicti Epiſcopi promiſerunt in verbo veritatis, & Cartam ſuam inde fecerunt.

Actum apud Eboracum in præſentia Domini Pandulphi, Norwicenſis Electi, Domini Papæ Camerarii, & apoſtolicæ ſedis Legati, 15 die Junii, anno Regni noſtri 6.

Litteræ Papæ de compellendo Comitem Marchiæ quod reſtituat Johannam ſororem Regis.

A.D. 1220. An. 4. H. 3. Claus. 4. H. 3. m. 8. d.

REX Domino Papæ ſalutem, & ſe totum ſemper tàm devotum, quàm fidelem.

Cum a ſedis apoſtolicæ gratia dependeant ſi quæ ſunt circa nos ſerena, ſi quæ proſpera; neceſſe habemus veſtræ dominationi proponere quæ in dispendium nobis veniunt & gravamen.

Dominus autem Johannes Rex genitor noſter, agens quondam in partibus Pictaviæ, Johannam filiam ſuam, ſororem noſtram, nuptui Hugoni de Lezinnan filio Comitis de Marchia conceſſit.

Qui, licet eam de manibus ipſius patris noſtri Regis accepiſſet, & juraſſet quod eam in uxorem duceret, non obſervatà tamen juramenti religione, ſpretâque ſorore noſtrà, Matrem noſtram Reginam maritali ſibi fœdere copulavit.

A.D. 1220.

Quam quidem ſororem noſtram nichilominus nobis reddere contradicit; immo, eam detinendo contra mandatum noſtrum, ad ipſius redemptionem nos intemptat cohercere.

Hanc igitur injuriam paſſi ſub veſtra protectione, ſanctiſſimæ paternitati veſtræ ſupplicamus, quatinus ſcribere velitis Domino Xanctonienſi & Domino Lemovicenſi Epiſcopis, & Decano Burdega-

A.D. 1220. *Hen.* 3.

lenſi ut, monitione præmiſſa, niſi condeſcenderit ad reſtituendam nobis dictam ſororem noſtram, ſpirituali gladio Hugonem compellant memoratum.

Mittimus quidem ad pedes ſanctitatis veſtræ dilectum Clericum noſtrum Magiſtrum W. de Sancto Albino (quem Procuratorem conſtituimus, ad impetrandum pro nobis, & contrahendum in omnibus negotiis noſtris & noſtrorum, quæ contra nos & noſtros fuerint propoſita in Curia veſtra) ſupplicantes tota devotione mentis ut, in hiis, & aliis, quæ nos contingunt, benignas ei velitis aures accommodare, manum auxiliarem eatenus porrigentes teneritudini noſtræ, ut, de pleniore reſpiratione noſtra, Eccleſiæ Romanæ cumulus accedat laudis & honoris.

Teſte Huberto, &c. apud Notingham. viceſimo die Junii.

A.D. 1220. *Hen.* 3.

Littera univerſis Cardinalibus, de Johanna ſorore reſtituenda.

A.D. 1220. *An.* 4. *H.* 3. *Pat.* 4. *H.* 3. *m.* 5. *d.*

VEnerabilibus in Chriſto patribus, & amicis kariſſimis, univerſis Epiſcopis, Presbiteris, & Diaconis Sacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinalibus, Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, &c. Eo ampliorem de dilectione veſtra gerentes fiduciam in noſtris, & noſtrorum promovend. negotiis, novimus prudentiam veſtram circa eà fidelius elaboraſſe,

Mittimus ad vos dilectum noſtrum Magiſtrum Willielmum de Sancto Albino (Procuratorem noſtrum, ad impetrandum & contradicendum in omnibus noſtris & noſtrorum negotiis, quæ contra nos & noſtros fuerunt propoſita in Curia Romana) rogantes attentius ſinceritatem veſtram ut, cum fueritis ſuper hiis ab eo, ex parte noſtra, requiſiti, de ſolita clementia veſtra, velitis ea, quæ honoris noſtri ſunt, conſueta diligentia procurare.

De negotio autem noſtro, quod exponit vobis idem plenius, de Johanna primogenita ſorore noſtra, Hugoni de Lezinnan per Dominum Johannem patrem noſtrum pridem commiſſa, de qua traducenda fidei præſtitit ſacramentum, vos duximus exorandos, quatinus laborare velitis, ſi placet, pleno effectu erga Dominum Papam, ut ipſa ſoror noſtra nobis reſtituatur, quam ipſe, ſpretâ fidei religione, ſuperinductâ matre noſtra, nobis reddere contradicit; volens nos per ipſius detentionem, ad ejus redemptionem invitos compellere.

Et rogamus vos ut ſcribatur ſuper hoc Xantonienſi & Limovicenſi Epiſcopis, & Decano Burdegalenſi, ut, niſi monitione præmiſſa, illam nobis curaverit reſtituere, ad id per cenſuram Eccleſiaſticam rite compellatur.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro apud Notingham. viceſimo die Junii.

A.D. 1220.

Pro Regina Berengaria de penſione ſua continuanda.

A.D. 1220. *An.* 4. *H.* 3. *Pat.* 4. *H.* 3. *m.* 3.

REX omnibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem. Univerſitati veſtræ notum facimus quod, cum pater noſter Johannes, Rex Angliæ bonæ memoriæ, quandam compoſitionem fecerit cum Domina Berengaria, quondam illuſtri Angliæ Regina, relicta Regis Ricardi, patrui noſtri, claræ memoriæ, ſuper ejus dotalitio in Anglia, quod ab ipſo eadem repetebat; ita quod, ſecundum tenorem ejuſdem compoſitionis, quam nos ratam habuimus & habemus, a dicto patre noſtro, pro ſe & hæredibus ſuis, factæ, & in animam ſuam juratæ, dicta Domina Berengaria ab eodem, & ſuis hæredibus, in Domo Novi Templi London, mille libras bonorum & legalium ſterlingorum deberet recipere annuatim, prout hoc cum quibuſdam aliis articulis in cartâ patris noſtri plenius continetur; & ipſa Regina compoſitionem eandem ſibi peteret obſervari, & quatuor mill. & quingentas libr. ſterlingorum pro arreragiis ſuis ei ſolvi, ea videlicet ratione quod per tantum temporis ceſſatum fuit a ſolutione prædictarum mille librarum; ſuper præmiſſis taliter, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris convenimus cum eadem, ſcilicet.

Quod, de prædicta ſumma arreragiorum, mille Marcas ei reddidimus in præſenti, & ipſa Regina, de præmiſſa ſumma, nobis remiſit quingentas libras; & de reſiduo arreragiorum reddemus ei, quolibet anno, quingentas Marcas, donec tota ſumma eorumdem arreragiorum plenarie ſit ſoluta.

A.D. 1220.

Nichilo-

Nichilominus reddemus ei annis ſingulis mille libras bonorum & legalium ſterlingorum, ſibi debitas ex compoſitione præmiſſa; & ita quolibet anno recipiet duo millia Marcarum pro compoſitione & arreragiis.

Propter quæ eidem aſſignavimus ſtannarias noſtras de Cornubia & Devonia, cum omnibus exitibus qui ex eis provenient, & exitus Cambii Monetæ noſtræ.

Et eam poſuimus in corporalem poſſeſſionem earumdem, ex quarum proventibus ſolutiones ſuas recipiet, ſicut ſuperius eſt præmiſſum.

Si autem contigerit quod aliquid, ultra duo millia Marc. ex prædictis redditibus provenerit, nobis remanebit.

Si ad ſolutionem præmiſſam non ſufficerent, ſupplebimus ei de redditibus noſtris London.

Et, ſi illud etiam non ſufficeret, reddemus ei reſiduum ad Scaccarium noſtrum London.

Prædictos autem redditus percipiet, & tenebit abſque noſtrâ, vel noſtrorum contradictione, vel impedimento, ſicut prædictum eſt.

Set nos aſſignabimus, nomine Reginæ, ad prædictos redditus colligendos, & reddendos eidem Reginæ, viros fideles & diſcretos, qui jurabunt quod fideliter de omnibus exitibus Dominæ Reginæ, vel Attornatis ſuis reſpondebunt, in Domo Novi Templi, uſque ad prætaxatam ſummam duarum millium Marcarum, ſcilicet, mille Marc. in feſto Omnium Sanctorum, & mille Marc. in feſto Aſcenſionis Domini.

Finitâ autem ſolutione arreragiorum Domina Regina in prædictis redditibus, & prædicto loco recipiet, ut ſuperius dictum eſt, ſingulis annis mille libras tantum bonorum & legalium ſterlingorum, ex compoſitione ſibi debitas prædicta.

Poterit autem ipſa Regina diſponere de prædictis arreragiis ad voluntatem ſuam, quandocumque ſibi placuerit, ſive in vita, ſive in morte; & nos ei, vel eis, quibus ipſa conceſſerit, eodem modo tenebimur ſicut & ipſi.

Si autem contingeret, aliquo modo, quod Domina Regina prædictam ſolutionem, ſicut ſupradictum eſt, non reciperet (quod, ſalvo ſacramento noſtro, non poſſet fieri) ſit totum negotium in eo ſtatu in quo erat quando præſens carta fuit confecta: Et quingentæ libræ, quas nobis remiſit, ſint pro non remiſſis; compoſitione præmiſſa a patre noſtro cum eadem Regina facta, & omnibus aliis reſcriptis Apoſtolicis in ſuo robore permanentibns.

Et tenebimur reddere eidem Reginæ omnes expenſas rationabiles, & moderatas, & honeſtas, quas in proſecutione iſtius negotii, fecerit pro defectu noſtri.

Nos autem, de conſilio Domini Pandulphi Domini Papæ Camerarii, Norwicenſis electi, Apoſtolicæ ſedis Legati, & Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Baronum noſtrorum, aſſerentium nobis & terræ noſtræ hoc expedire, promiſimus dictæ Dominæ Reginæ, & in animam noſtram Johannem Ruſſel Seneſcallum noſtrum jurare fecimus, quod omnia prædicta & ſubſequentia ei obſervabimus illibata, bona fide, & warantizabimus & defendemus contra omnem hominem, ſeu fæminam toto tempore vitæ noſtræ, & in pacifica poſſeſſione prædictorum eam conſervabimus, pro poſſe noſtro, bona fide.

Et, ad majorem etiam ſecuritatem hujus rei, ad mandatum noſtrum juraverunt Archiepiſcopi, Epiſcopi, Barones, & alii Clerici, & Laici, quod, pro poſſe ſuo, modis omnibus facient, procurabunt & dabunt operam efficacem quod omnia, ſicut ſcripta ſunt, plenarie obſerventur, & nullo modo contra fiet.

Et, de hoc faciendo & conſervando, quilibet eorum dedit litteras ſuas patentes eidem Reginæ.

Et, ſi aliqui de prædictis juratis deceſſerint, ſucceſſores eorum loco eorum, faciemus hoc idem jurare, & alios, quos Domina Regina cauſæ ſuæ viderit neceſſarios, & litteris eorumdem patentibus confirmare.

Volentes igitur Dominæ Reginæ ſuper prædictis plene cavere, ſupplicamus Domino Papæ fideliter quod omnia iſta confirmet, & apponat omnes ſecuritates, quas viderit expedire, & nos eas ratas habebimus.

Actum London anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo, menſe Julii, anno Regni noſtri quarto.

Pro Rege Scotiæ.

A.D. 1220. *An.* 4. *H.* 3. *Pat.* 4. *H.* 3. *m.* 4. A.D. 1220.

ALexander Rex Scotiæ habet litteras de conductu, duraturas uſque in Octabas Sancti Martini, anno, &c. quinto, ad veniendum ad Dominum Regem, apud Ebor. ad loquendum cum eo, & tractandum de negotiis ſuis.

Teſte Huberto, &c. apud London 13 die Auguſti, anno, &c. quarto.

Conventio inter Regem, & Gaufridum de Mariſco Juſticiarium Hiberniæ.

A.D. 1220. *An.* 4. *H.* 3. *Pat.* 4. *H.* 3. *m.* 3. *d.* A.D. 1220.

ITA convenit inter Dominum Henricum Regem Angliæ illuſtrem, & Gaufridum de Mariſco Juſticiarium Hiberniæ, apud Oxon. die Martis, proximo ante feſtum aſſumptionis beatæ Mariæ, anno regni prædicti Domini Henrici Regis quarto; præſentibus Domino Pandulpho Norwicenſi electo, Domini Papæ Camerario, & ſedis Apoſtolicæ Legato; & Dominis H. Dublinenſi Archiepiſcopo, Petro Winton. Epiſcopo, Huberto de Burgo Juſticiario Angliæ, W. Comite Sarum, Willielmo Briwer, Falkeſio de Breant, Waltero de Laſcy, Reginaldo de Braoſa, Johanne Mareſcallo, Roberto de Curteney, Waltero de Clifford, Stephano de Segrave, Rogero Bertram, Henrico de Tracy, Galfrido de Coſtentin, Rogero Waſpaill. quod, de cætero, debet reſponderi Domino Regi, ad Scaccarium ſuum Dublinenſe, de Eſcaetis, Wardis, Finibus, Donis, Tallagiis, Releviis, & Auxiliis provenientibus de terra Hiberniæ; & proventus omnium prædictorum, cum ad Scaccarium de eis fuerit reſponſum, reddantur Domino Regi ad mandatum ejus.

De redditu autem aſſiſo Hiberniæ, & de rationabilibus perquiſitis, præter prædicta, dictus Galfridus de Mariſco Juſticiarius ſuſtentabit cuſtodiam terræ & Caſtrorum Domini Regis Hiberniæ; quæ cuſtodia Caſtrorum amenſurabitur, per conſilium dicti Domini. H. Dublin. Archiepiſcopi, Thomæ filii Adæ & Ricardi de Burgo, ſecundum ſtatum locorum & temporum, tàm in expenſis, quàm in aliis: Et, quod de perquiſitis, vel redditibus ſuperfuerit, per viſum ſupradictorum, reſpondeatur inde ad Scaccarium Dublinenſe; habebunt autem Clerici Domini Regis quos ad hoc aſſignaverit controrotulatorem de omnibus prædictis.

Conſtituet autem prædictus Juſticiarius Hiberniæ Conſtabularios, ad Caſtra Domini Regis cuſtodienda, viros fideles, & ſervitio Domini Regis idoneos, de poteſtate Domini Regis: tales, ſcilicet, qui jurabunt Domino Regi quod Caſtra Domini Regis fideliter & ſalvò cuſtodient, ad opus Domini Regis; ita, ſcilicet, quod, ſi humanitus de prædicto Juſticiario Hiberniæ contingeret, vel per captionem corporis ſui, ſive per malitiam ea a poſſeſſione Domini Regis ſubtrahere vellet, Caſtra illa Domino Regi, vel aliis ad mandatum Domini Regis, reddent ſine difficultate & contradictione ipſius Juſticiarii, vel ipſorum Conſtabulariorum.

Et inſuper dabunt in obſides, filios ſuos vel filias, in manus Domini Dublin. Archiepiſcopi & Comitis Willielmi Mareſcalli tradendos: &, ſi filios, vel filias non habuerint, parentes propinquiores dabunt, & Cartas ſuas facient Domino Regi de fideli ſervitio ſuo, & de omnibus prædictis fideliter obſervandis; quas dictus Dominus Dublin. Archiepiſcopus recipiet ad Dominum Regem in Anglia mittendas.

Ad majorem autem omnium prædictorum ſecuritatem, idem Juſticiarius Hiberniæ liberavit Domino Regi Walterum filium ſuum in obſidem, quem Comes Willielmus Mareſcallus habet in cuſtodia ſua, pro Domino Rege de Ballio ſuo, donec filius ſuus Thomas, qui fuit in cuſtodia Domini Dublin. Archiepiſcopi, ad Dominum Regem venerit; qui cum eo morabitur quamdiu Domino Regi placuerit.

Et Comes Willielmus Mareſcallus poſuit ſe plegium de fideli ſervitio ipſius Juſticiarii Hiberniæ; & de omnibus prædictis fideliter obſervandis; & quod erit obediens mandatis & præceptis Domini Regis; & quod neuter filiorum ſuorum prædictorum a cuſtodiâ Domini Regis recedet, ſine licentiâ ipſius Domini Regis, & Juſticiarii Angliæ, & Conſilii Domini Regis, ſecundum quod prædictum eſt.

A.D. 1220. Hen. 3.

Et inſuper Juſticiarius Hiberniæ poſuit Domino Regi totam terram ſuam in plegium, de omnibus prædictis obſervandis; ita quod, ſi contravenerit, tota terra, quam de Domino Rege tenet, incurratur Domino Regi; & tota terra, quam de Mareſcallo tenet, incurratur ipſi Mareſcallo.

Idem vero Juſticiarius Hiberniæ juravit omnia prædicta fideliter obſervanda, & ſubjecit ſe juriſdictioni prænominati Domini Dublinenſis Archiepiſcopi, ut, omni appellatione ceſſante, perſonam ejus ſententia excommunicationis includat, & terram ejus interdicto ſupponat, niſi omnia prædicta fideliter & firmiter obſervaverit; &, monitus per ſæpenominatum Dominum Archiepiſcopum, factum ſuum, ſi interceperit, corrigere voluerit.

A.D. 1220. Hen. 3.

Et quoniam idem Juſticiarius ſigillum ſuum ſecum non habuit in Anglia; eò quod illud dimiſerat in Hibernia in receſſu ſuo a partibus illis pro juſtitia facienda, appoſita fuerunt, ad petitionem ejus, huic ſcripto ſigilla dicti Domini H. Dublinenſis Archiepiſcopi, & Willielmi de Mariſco fratris ipſius Juſticiarii, donec proprium ſigillum ſuum eidem ſcripto appoſuerit.

Teſtibus ſupradictis & aliis.

De torneamentis per Legatum Papæ inhibendis.

A.D. 1220. An. 4. H. 3. Bundela brevium in Turri London. An. 4. H. 3.

Pandulphus, Dei gratia, Norwicenſis electus, Domini Papæ Camerarius, Apoſtolicæ ſedis Legatus, nobili viro & amico ſuo Huberto de Burgo Juſticiario Angliæ ſalutem in Domino.

Litteras, quas nobis miſit Philippus de Uletot, vobis mittimus præſentibus intercluſas; monentes diſcretionem veſtram & mandantes quatenus provideatis terræ illi quæ per defectum conſilii Regis videtur manifeſte perire.

Nos enim nullam fiduciam habuimus de Philippo de Uletot ut illuc ire deberet; quamvis vos videremini eſſe valde certi in negotio ipſo, ambulando ſemper ſuper maria & montes, & quærendo illa quæ non poſſunt haberi; dilatum eſt uſque adhuc non abſque multo rubore, & valde timemus ne dampnum veniat inde grave.

A.D. 1220.

Præterea, ſicut noſtis, inhibuimus, hoc anno, torneamenta, & excommunicavimus publice torneatores, & de communi conſilio fuit ſtatutum ut, ſi nec ſic deſiſterent a torneando, eorum bona confiſcarentur.

Unde, cum nunc, ſicut dicitur, congregentur ad torneandum, monemus & mandamus ut, eis per literas regias inhiberi facientes, terras eorum præcipiatis capi in manus Domini Regis, qui mandata Regis nolunt obedire.

Expectavimus enim ut veniretis verſus partes Dorceſtriæ, in quibus nunc ſumus, ut de facto Cornubiæ tractaremus, & miramur quod non veniſtis.

Datum apud Cery. octavo Kal. Septembris.

Petri Winton. Epiſcopi Littera Pandulpho Norwic. Electo, ſuper negotio Pictaven. & de torneatoribus excludendis.

A.D. 1220. An. 4. H. 3. Bundela brevium in Turre London. An. 4. H. 3.

Reverendo in Chriſto patri Pandulpho, Dei gratiâ Norwicenſi Electo, Domini Papæ Camerario, Apoſtolicæ ſedis Legato, P. divina miſeratione, Wintonienſis Eccleſiæ miniſter humilis, ſalutem, & paratum ſemper cum devotione obſequium.

Super hoc quod nobis mandatis, ut pro negotio Pictavienſi ſolliciti eſſemus, ſciatis quod, propter hoc, Deo volente, hac inſtanti die Dominica poſt decollationem Sancti Johannis Baptiſtæ Wintoniam veniemus; ubi cum Domino Juſticiario inde tractatum habebimus, & circa idem negotium omnem, quam poterimus, curabimus diligentiam adhibere, & ibi, ſi poſſet fieri, præſentia veſtra eſſet neceſſaria.

A.D. 1220.

Hac de cauſa etiam virum venerabilem Decanum Pictav. qui nuper venit ad nos, detinemus nobiſcum, eo quod ipſum idoneum, & utilem eſſe credamus, pro mandato hujuſmodi exequendo, ad treugas videlicet impetrandas, vel ad negotium alio modo, prout melius poterit, procurandum.

Cum autem de proceſſu negotii hujus, juxta quod proviſum fuit, certi eſſe poterimus, veſtræ Sanctitati curabimus

intimare;

A.D. 1220. Hen. 3.

intimare; præfatum etiam Decanum retinebimus, quouſque ſuſcepimus mandatum veſtrum.

De torneatoribus, noverit veſtra paternitas, quod nullum eorum recepimus, vel recipiemus ſcienter in domo noſtrâ, qui ad ultimum fuerit torneamentum; ſed nec aliquis de noſtris Militibus ibi fuit; &, ſi ſciremus aliquem de noſtris ibi fuiſſe, à familiaritate noſtra perpetuo eſſet excluſus, nec de cætero, ſine mandato veſtro, apud nos gratiam inveniret.

Per totam quoque Diocæſin noſtram terras eorum, qui ibi fuiſſe noverimus, ſubjiciemus interdicto, quouſque nobis conſtiterit, quid de ipſis veſtræ placuerit ſanctitati.

A.D. 1220. Hen. 3.

Nepotes quidem noſtros, & quoſdam alios de militibus noſtris hac conſideratione ad partes noſtras remiſimus, ne in Anglia ferrent Arma.

Pro negotio Domini Rob. Diac. Cardinalis, qui pro fidelitate & ſervitio Domini Regis dampna plurima, & injurias graves ſuſtinuit, veſtræ paternitati humiliter ſupplicamus, quatinus & taliter providere velitis ad honorem Dei, & ſanctæ Eccleſiæ, & Domini Regis, at alii exemplum inde capiant, ne veſtram de cætero audeant offendere ſanctitatem.

Valeat ſanctitas veſtra ſemper in Domino.

De Comitatu Cornubiæ, tanquam jure ſuo, petito per A. filium A. Vicecomitis quondam Lemovicenſis.

A.D. 1220. An. 4. H. 3. Clauſ. 4. H. 3. m. 4. d.

REX A. filio A. Vicecomiti quondam Lemovicen. ſalutem.

Gratiarum actiones vobis referimus multiplices ſuper hoc, quod nobis, & noſtris exponere voluiſtis duo caſtella veſtra, ſicut in litteris veſtris, nobis tranſmiſſis, continebatur: & ſuper hoc ſimiliter, quod nobis ſignificaſtis, quod ad nos venire voluiſtis in Angliam, ſi nobis placeret; ſet, cum nos, Dei gratia, ſani ſumus & incolumes, & terra noſtra Angliæ pacis gaudeat tranquilitate, non eſt opus, ad præſens, quod onus laboris iſtius ſubeatis veniendi ad nos in Angliam.

De Comitatu autem Cornubiæ, quem, per litteras veſtras, vobis reddi petîſtis, tamquam jus veſtrum, & de dote matris noſtræ, ei inde reddenda per Robertum de Caerdinan. ſciatis quod cùm Dominus Gualo, Titul. Sancti Martini Preſbiter Cardinalis, Legatus eſſet in Anglia, juratum fuit, in præſentia ipſius, per

A.D. 1220.

Dominum Wintonienſem Epiſcopum & Cancellarium noſtrum, & Hubertum de Burgo Juſticiarium noſtrum, necnon & per commune conſilium noſtrum, quod ipſi nos cuſtodient, & tenebunt in ſaiſina omnium terrarum, quæ fuerunt in manu Domini Johannis Regis patris noſtri die, qua guerra primo mota fuit inter ipſum & Barones ſuos Angliæ; & quod nec aliquid fiet, de terrâ aliquâ conferendâ vel alienandâ, quamdiù infra ætatem fuerimus, quod cedere poſſit alicui ad perpetuitatem.

Unde vobis mandamus quòd, ad præſens de petitione veſtra nichil facere poſſumus; ſet, cum ad ætatem pervenerimus, nos vobis libenter faciemus id, quod de jure dilecto cognato noſtro facere debebimus, audito jure veſtro quod in præfato Comitatu clamare volueritis.

Teſte Huberto, &c. apud Exon. tertio die Septembris.

De cuſtodia Vaſconiæ Philippo de Uletot commiſſa.

A.D. 1220. A. 4. H. 3. Pat. 4. H. 3. m. 2.

REX Willielmo Gauler, & omnibus aliis fidelibus ſuis Waſconiæ ſalutem.

Sciatis quod commiſimus dilecto & fideli noſtro Philippo de Uletot totam terram noſtram Waſconiæ, cum omnibus pertinentiis ſuis quæ nos contingunt, quamdiu nobis placuerit, cuſtodiendam.

Et ideo vobis mandamus, præcipientes quatenus de omnibus exitibus,

A.D. 1220.

provenientibus de tota terra noſtra Waſconiæ, poſt ultimum receſſum Galfridi de Nevil, quondam Seneſcalli noſtri de eadem terra, ipſi Philippo reſpondeatis, & quæ inde recepiſtis ei reddatis.

Et in hujus &c.

Teſte Huberto de Burgo Juſticiario noſtro apud Winton. 16 die Septembris, anno regni noſtri quarto.

A.D. 1220. Hen. 3. *Eodem modo ſcribitur Pannoc. Archer, & Ballivis ſuis de Rupella, & aliis omnibus Ballivis ſuis Pictaviæ, ad reſpondend. eidem Philippo de exitibus provenientibus de villa Rupellæ, & aliis omnibus villis Pictaviæ, & de tota terra illa.* A.D. 1220. Hen. 3.

Teſte ut ſupra.

Mandatum Regis ſuper negotio prædicto.

A.D. 1220. An. 4. H. 3. Ibidem. REX probis hominibus Burdegaliæ ſalutem.

Mandamus vobis, præcipientes quod de Teloniis, pagiis, & aliis Conſuetudinibus villæ noſtræ, reſpondeatis Philippo de Uletot, tanquam Seneſcallo noſtro, ſicut reſpondere & intendere conſueviſtis Seneſcallis noſtris qui ante eum erant, & ei inde ſitis intendentes, A.D. 1220.

Et in hujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Eidem commiſſa eſt Cuſtodia Totius Pictaviæ & Vaſconiæ.

A.D. 1220. An. 4. H. 3. Ibidem. REX Cuſtodi de Herbeſaure ſalutem.

Sciatis quòd commiſimus dilecto & fideli noſtro Philippo de Uletot totam terram noſtram Pictaviæ & Waſconiæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ ad nos pertinent, cuſtodiendam quamdiu nobis placuerit.

Et ideo vobis mandamus quod Caſtrum noſtrum de Herbeſaure, cum pertinentiis ſuis, quod eſt in cuſtodia veſtra, eidem Philippo liberetis; & eidem Philippo, tanquam Seneſcallo noſtro, ſitis in omnibus, quæ ad nos pertinent, intendentes & reſpondentes.

Voſque rogamus quatinus in fide, qua nobis tenemini, eidem Philippo conſilium & auxilium, quod poteritis, ad honorem noſtrum, & conſervationem & defenſionem terræ noſtræ, faciatis; Ita quod ad grates vobis inde referendas teneamur, & fidem veſtram magis habeamus commendatam.

Teſte ut ſupra. A.D. 1220.

Eodem modo ſcribitur,

Cuſtodi Caſtri de Rothelans de eodem Caſtro liberando eidem Philippo.
Majori & probis hominibus de Baion. de Caſtro ipſo eidem liberando.
Præpoſito de Belis de Caſtro de Belis eidem Philippo liberando.
Majori & probis hominibus de Rupella, de Turri de Rupella eidem Philippo liberanda.
Cuſtodi Caſtri de Pudhois, de eodem Caſtro eidem liberando.
Cuſtodi Caſtri de Ferma, de eodem Caſtro eidem Philippo liberando.
Majori & probis hominibus de Regula, de Turri de Regula.
Majori & probis hominibus de Niorto, de Turri eidem liberanda.
Probis hominibus de Burdeg. de Turri & Caſtro Burdeg. eidem liberando.

Hominibus Pictav. de re eadem.

Ibidem. REX probis hominibus de Poitiers ſalutem.

Sciatis quod commiſimus dilecto & fideli noſtro Philippo de Uletot totam terram noſtram de Pictavia, &c.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Philippo, tanquam Seneſcallo noſtro, ſitis in omnibus, quæ ad nos pertinent, intendentes & reſpondentes.

Voſque rogamus quatenus in fide, quâ nobis tenemini, eidem Philippo, *&c. ut in proximo brevi quod ſuperius ſcriptum eſt.* A.D. 1220.

Eodem modo Scribitur

Probis hominibus de Civitate Petragor.
Majori & probis hominibus Baion.
Probis hominibus & Conſilio Burdeg.
Probis hominibus de Regula.
Probis hominibus de ſancto Emiliano.
Majori & Communæ de Niorto.
Majori & Communæ de Rupella.

A.D.1220.
Hen. 3.

Majori & Conſolatui Lemovic.
Civibus de Beſaz.
Militibus Civibus & Magnatibus de honore de Eis.
Baronibus & Militibus de Xancton.
Probis hominibus de ſancto Leonardo.
Baronibus & probis hominibus de Petragor.
Præpoſito & probis hominibus de Ruſaz.
Majori & Communæ ſancti Johannis Angel.
Militibus & Probis hominibus de pugel.
Dominis de Malemort.
Probis hominibus de Coniac.

Eodem modo Scribitur omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Militibus & liberè tenentibus, & omnibus aliis de Comitatibus Pictaviæ & Waſconiæ.

A.D.1220.
Hen. 3.

Comiti Marchiæ & Ingoliſmi, de ſorore Regis liberanda.

A.D.1220.
An. 4. *H.* 3.
Pat. 4. *H.* 3.
m. 2.

REX, &c. Fideli & kariſſimo patri Hugoni Comiti Marchiæ & Ingoliſmi ſalutem.

Mandavimus vobis alias quod, ſicut honorem noſtrum diligitis, mitteretis nobis dilectam ſororem noſtram, quam habetis in cuſtodia, & illam in manum venerabilis patris Xantonenſis Epiſcopi, in villa noſtra Rupellæ, redderetis.

Adhuc autem vobis mandamus, rogantes in fide, qua nobis tenemini, & ſicut honorem noſtrum perpetuum diligitis, ut præfatam ſororem noſtram (niſi eam in manum prædicti Epiſcopi reſtitueretis,) ſine ulteriori dilatione & occaſione liberetis dilectis & fidelibus noſtris Philippo de Uletot (cui terram noſtram Pictaviæ & Waſconiæ cuſtodiendam commiſimus) & Decano Pictav. in villa noſtra Rupellæ.

Nec in hoc vos exhibeatis difficiles, cum ipſius longior detentio vobis non cedat ad honorem; & nos inde poſſemus graviter dampnificari.

Et in hujus, &c.

Teſte Huberto, &c. apud Winton. 16 die Septembris, anno regni noſtri quarto.

A.D.1220.

De Archiepiſcopo Burdegaliæ eligendo.

A.D.1220.
An. 4. *H.* 3.
Ex Orig. Bundela Brevium in Turre London.

PEtrus Dei gratiâ Wintonienſis Epiſcopus, amico in Chriſto cariſſimo Domino Huberto de Burgo Juſticiario Angliæ, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Innotuit nobis per Dominum G. de Nevil Camerarium, quod Archiepiſcopus Burdegalenſis ingreſſus eſt viam carnis univerſæ; Unde expedire credimus, & conſulimus, quod vos faciatis ſcribi, ſub ſigillo Domini Regis, Decano & Capitulo Burdegalenſi, quod ipſi provideant de tali paſtore, qui non ſit ſuſpectus Domino Regi & Conſilio ipſius; immo qui velit & diligit honorem & utilitatem Domini Regis & Regni; præſertim cum Dominus Rex ſit ſub cuſtodia & protectione Eccleſiæ Romanæ.

Faciatis etiam ſcribi Domino Alano de Monte Morelli, quod Caſtra, quæ tenet ex præcepto prædicti Archiepiſcopi, ſalvò cuſtodiat ad commodum & fidelitatem Domini Regis; & litteras, quas mittimus Decano & Capitulo Burdegalen. ſi placet, ſimul cum Literis Domini Regis eis faciatis deferri. Vale.

A.D.1220.

Lewlino Principi Norwalliæ, quod injuſte Regem ſuorum facinorum Auctorem vocaverit.

A.D.1220.
An. 4. *H.* 3.
Pat. 4. *H.* 3.
m. 1.

REX omnibus Militibus & liberè tenentibus de Comitatu Penbr. ſalutem.

Sciatis quod non advocamus factum Leulini Principis Norwalliæ, quod fecit cum ultimò ingrederetur terram Domini veſtri Willielmi Comitis Mareſcalli, dampna nobis & injurias inferendo, & terras noſtras vaſtando & deſtruendo, & prædas abducendo, unde, ut audivimus, nos vocavit auctorem.

Et ideo vobis mandamus quod dicto Domino veſtro Comiti Willielmo Mareſcallo in omnibus ſitis intendentes, ſicut prius eratis antequam præfatus Leulinus terram ſuam ultimò ingrederetur;

A.D.1220.

non

A.D. 1220. Hen. 3.

non obſtante conventione, quam cum eo feciſtis, remanendi in manu noſtra, & cuſtodia ipſius Leulini, quouſque aliud a nobis ſuſciperetis mandatum.

Nec eidem Leulino reſpondeatis de Centum libris de Cenſariâ, quas ei ſolvere conventionaſtis infra Octabas omnium ſanctorum proximo inſtantes, niſi nos vos inde acquietare vellemus.

Mandamus etiam vobis quod eidem Domino veſtro ſitis viriliter in auxilium ad reparanda Caſtra ſua de Nereberd & de Wiz, quæ præfatus Leulinus proſterni fecit; non obſtante conventione cum eo facta quod nullatenus repararentur, niſi de aſſenſu & voluntate noſtrâ.

Et in hujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Huberto, &c. apud Weſtm. 5 die Octobris Anno, &c. quarto.

Per eundem & Concilium Domini Regis.

Littera Lewelino Principi Walliæ, de damnis & Injuriis illatis Comiti Willielmo Mareſcallo & Baronibus Marchiæ, reparandis.

A.D. 1220. An 4. H. 3. Clauſ. 4. H. 3. m. 2.

REX Lewelino Principi Norwalliæ ſalutem.

Satis recolimus, quod vos recolere debetis, quod, in præſentia noſtra, cum ultimò fuiſſemus apud Salopiam, motis querelis & contentionibus variis inter vos, & dilectum & fidelem noſtrum Willielmum Comitem Mareſcallum, & quoſdam alios ex Baronibus Marchiæ, de præcepto noſtro & aſſenſu Domini Legati & concilii noſtri, capta fuit treuga & conceſſa, inter vos, & dictum Comitem, & dictos Marchiones uſque in Craſtinum ſancti Michaelis duratura.

Et præfixus fuit vobis dies in præſentia noſtra comparendi, videlicet in Craſtino ſancti Petri ad vincula, apud Oxon. ut ibidem tàm vobis, quàm dicto Comiti Mareſcallo & aliis, tàm de Marchia quàm Anglia contentioſe vobiſcum agentibus, in Curia noſtra juſtitia exhiberetur.

Ad quem tamen diem nec veniſtis, nec ſufficientem miſiſtis reſponſalem, cæteris comparentibus coram nobis, & tàm juſtitiam offerentibus, quàm petentibus.

Unde diem alium vobis aſſignavimus, per litteras noſtras mandantes ut, in Craſtino ſancti Michaelis, coram nobis, apud London, veniretis ſuppleturi quod minus actum fuit alias in hac parte.

Set, infra diem iſtum, ſicut certo relatu didicimus, in, & cum multitudine armatorum, terram præfati Comitis ingreſſi eſtis, vaſtando eam incendio & deprædatione; capientes duo Caſtra ſua & ſubvertentes ſolo tenus; homines ſuos in eis inventos perimentes; &, ut crudelius ageretur, prædam maximam, quæ cum facilitate abduci non poterat, incendio tradidiſtis; homines partium illarum ad cenſariam Centum librarum coegiſtis, accepta ab eis ſecuritate quod nobis, vel vobis ſi præceperimus, dictarum Centum librarum fiet ſolutio infra 15 dies inſtantis feſtivitatis omnium ſanctorum.

A.D. 1220.

Inſuper autem jurare compuliſtis eoſdem, quod dicto Comiti in nullo de cætero erunt intendentes vel reſpondentes; &, quod moleſtius graviuſque ferimus, nobis inponitis & dicto Legato quod hoc de præcepto noſtro & auctoritate Domini Legati feciſtis dicto Comiti, quem nos in nullo ſcimus, vel credimus offendiſſe.

Præſertim, cum alias vobis ſcripſerimus, ſignificantes nos plurimùm injuriari quod hujuſmodi, in ipſum & terram ſuam attemptaſtis occaſione promiſſionis noſtræ, & conventionis vobiſcum factæ, videlicet quod terras, occupatas à Wallenſibus ſuper Barones Angliæ & Marchiæ, tempore guerræ, ad manus veſtras revocaretis per poſſe veſtrum: Cui ſufficientiam majorem adhiberemus, ſi fortè minus ſufficiens eſſe noſceretur; nec credebamus quod occaſione mandati noſtri terram ipſius Comitis ingredi debuiſſetis vel velletis.

Mandamus igitur vobis in fide, qua nobis tenemini, firmiter injungentes, quatenus ab exactione prædictarum Centum librarum, quas nomine cenſariæ ab hominibus dicti Comitis exigitis, deſiſtatis; reſtituentes eidem, quæcumque poteritis, rapta, vel inde abducta a terra ſua; non impedientes aliquatenus per vos, vel veſtros, ſive obſtantes quo minus caſtra ſua prædicta erigere valeat & reparare; vel quo minus homines ſui ſibi intendant & reſpondeant ſicut prius, & ad caſtra illa erigenda, ſive ad alia quæcumque

A.D. 1220. Hen. 3.

cumque agenda ſua conſuetum & debitum auxilium impendant.

Diem etiam vobis præfigimus in octabis beati Andreæ, ut tunc, apud Wigorn. coram nobis compareatis, ſuper exceſſu tanto nobis reſponſuri, & juri parituri.

Mandamus etiam vobis quatinus omnes terras, occupatas prius a Wallenſibus, quas ad manum veſtram per poſſe veſtrum revocaſtis, omni dilatione & occaſione poſtpoſita, committatis, ex parte veſtra, venerabili patri W. London. Epiſcopo, & Radulpho Pincernæ: Quibus terras illas commiſimus, quamdiu nobis placuerit cuſtodiendas; quibus mandavimus quod eas a vobis recipiant & ſalvo cuſtodiant, donec aliud inde eis præceperimus.

A.D. 1220. Hen. 3.

Volumus etiam & firmiter præcipimus quod firma pax ſervetur inter vos, & ipſum Comitem, & homines ſuos, & Magnates de Marchia, uſque ad Octabas Sancti Andreæ; ita quod nullum dampnum per vos vel veſtros eidem Comiti, vel ſuis, vel Magnatibus Marchiæ, vel ſuis interim inferatur.

Eidem enim Comiti præcipimus quod firma pax, uſque ad eundem terminum, ex parte ſuâ ſervetur vobis & omnibus veſtris: & hoc nobis conventionavit pro ſe & hominibus ſuis.

Mandavimus etiam prædictis Magnatibus Marchiæ, quod hoc idem ex parte ſua fiat.

Teſte Huberto, &c. apud Weſtm. 5 die Octobris anno, &c. quarto.

Conventus Sancti Patricii de Duno Manſiunculam petunt in Anglia.

A.D. 1220. *An. 4. H. 3.*

Ex Orig. Bundela Brevium in Turre London. An. 4. H. 3.

VEnerabili Domino ſuo Henrico, Dei gratiâ, illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, Duci Normanniæ, Comiti Andegaviæ & Aquitaniæ, Prior & Conventus Eccleſiæ Sancti Patricii de Duno, ſalutem & orationes in Chriſto.

Excellentiæ veſtræ tranſmittimus Monachum noſtrum cum feretro patronorum Hiberniæ Patricii, Columbæ, & Brigidæ, & eorum reliquiis; quatinus pro eorum reverentia, & pro promiſſo, quod Dominus noſter Pater veſter promiſit, ſcilicet, ſe benefacturum Eccleſiæ noſtræ, & pro vobis qui Dominus eſtis totius terræ patronorum Hiberniæ & patronus, aliquam manſiunculam in Anglia, ubi cum opus fuerit, poterimus Hoſpitari, nobis caritativè detis.

A.D. 1220.

Domus vero Sancti Patricii ſæpe per Werram diſſolutæ ſunt & combuſtæ, cum Eccleſia quæ de novo incipit reædificari; unde auxilio veſtro quamplurimum indigemus. Valete.

De Treuga violata per Barones de quinque Portubus.

A.D. 1220. *An. 5. H. 3.*

Clauſ. 5. H. 3. m. 18. d.

REX Baronibus de Rumenel ſalutem.

Multiplicata nobis querimonia communitatis de Kaleys, & iterata ſuper eiſdem querelis Domini Regis Franciæ de emendatione facienda, nos efficiunt de hiis emendandis magis ſollicitos, quanto, ſi non fuerint digne emendata, poterimus majoris diſcriminis, cum honoris veſtri diſpendio, materiam vobis ſuſcitare.

Verum licet, ad mandatum ipſius Regis Franciæ, juſtitiam & emendationem, de querelis illis, per dilectum & fidelem noſtrum Robertum de Nereford, Conſtabularium Douriæ aliis fieri præceperimus, nichil tamen adhuc actum eſt quo minus conquerentes a ſuo clamore deſiſtant.

Cum igitur communis conquerentium querimonia plures ex vobis tangat, & quoſdam de partibus veſtris de Dour. quoſdam de Wincheles, de Rya, & de Rumenel, certum diem præfixi, præcipimus conquerentibus, apud Shipweie, tertium decimum diem Natalis Domini, proximo inſtantis, ut ibidem, eadem die, juſticia & emendationes eiſdem conquerentibus, de illis omnibus, de quibus conqueruntur, per conſiderationem veſtram, & aliorum omnium Baronum noſtrorum de quinque portubus exhibeantur.

A.D. 1220.

Et ideo vobis mandamus, firmiter in fide qua nobis tenemini, præcipientes, quatenus habeatis, dictis die & loco, coram prædicto Roberto de Nereford Ailwin. Colebrand. ad reſpondend. & ad ſatisfaciend. dictis hominibus de Caleys, de dampnis & injuriis a prædicto Ailwino

eis

A.D. 1220. Hen. 3.

eis illatis; providentes, ſicut honorem noſtrum diligitis, quod, de communi conſilio, & conſideratione omnium veſtrum, & aliorum omnium Baronum noſtrorum de quinque portubus, quos ad diem illum & locum vocari fecimus, ita eiſdem conquerentibus, ſecundum conſuetudinem regni noſtri, juſtitia & emendationes exhibeantur, quod non relinquatur eis juſta materia querimonias ſuas iterandi, &, conſervato nobis honore noſtro, idem vobis & veſtris mereamur effici in poteſtate & terra Domini Regis Franciæ, ſi fuerit vobis & veſtris aliquo tempore ſimili modo injuriata.

A.D. 1220. Hen. 3.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro, apud Cantuar. ſecundo die Decembris.

Per eundem & Conſilium Domini Regis.

Eodem modo ſcribitur Baronibus Dour. Winchel. Sandwic. Haſtings.

H. de Viven. conſtituitur Cuſtos Pictaviæ, Aquitaniæ, & Vaſconiæ.

A.D. 1220. An. 5. H. 3. Pat. 5. H. 3. m. 7. d.

H. De Viven. omnibus, has litteras viſuris, ſalutem.

Ad univerſitatis veſtræ notitiam volo pervenire quod Dominus noſter Henricus Rex Angliæ, primogenitus Regis Johannis Angliæ, commiſit mihi, tanquam Seneſcallo ſuo, totam terram ſuam Pictaviæ, Aquitanniæ & Waſconiæ, cuſtodiendam quamdiu ei placuerit, cum omnibus pertinentiis ſuis quæ ad ipſum Dominum Regem pertinent.

Et ego, tactis ſacroſanctis, juravi coram venerabili Patre Domino Pandulpho Norwicenſi Electo, Domini Papæ Camerario, & Apoſtolicæ ſedis Legato, Domino Petro Winton. Epiſcopo, Huberto de Burgo Juſticiario Angliæ, Willielmo Briwer, & aliis de conſilio Domini Regis tunc præſentibus, quod ego bona fide, & ſine malo ingenio illam cuſtodiam & defendam pro poſſe meo, & jura ejus cuſtodiam, & ea quæ diſperſa ſunt perquiram, &, de exitibus prædictarum terrarum, proficuum ipſius Domini noſtri Regis, faciam ad fidem, & commodum, & honorem ipſius Domini noſtri Regis.

A.D. 1220.

Et, ad majorem ſecuritatem, Hugonem Nepotem meum in obſidem ei liberavi.

Hugo Lincoln. Epiſcopus Sanctorum catalogo aſcribitur.

A.D. 1221. An. 5. H. 3. Ex Orig. in Turre Lond.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis univerſis Chriſti fidelibus, præſentium paginam inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Divinæ dignatio pietatis, ſanctos & electos ſuos, in Cæleſtis Regni fælicitate locatos, adhuc in terra miraculorum coruſcatione clarificat; ut fidelium per hoc excitata devotio, eorum ſuffragia digna veneratione depoſcat.

Cum igitur Sanctæ recordationis Hugonem Lincolnienſem Epiſcopum, quem ſicut nobis plenarie conſtat, divini muneris largitas, tàm in vita, quàm etiam poſt veſtem mortalitatis exutam, inſignium miraculorum multitudine illuſtravit, Sanctorum catalogo aſſcripſimus; univerſitatem veſtram monemus, & exhortamur in Domino, quatenus ejus apud Deum patrocinia devote imploretis: Ad hæc ſtatuentes, ut die depoſitionis ipſius, ejuſdem feſtivitas annis ſingulis devote de cætero celebretur.

A.D. 1221.

Data Viterbii, 13 Kalend. Martii, Pontificatus noſtri anno quarto.

De Dote conceſſa a Rege Scotiæ ſponſæ ſuæ Johannæ ſorori Regis Angliæ.

A.D. 1221. An. 5. H. 3. Pat. 5. H. 3. m. 5. d.

ALexander, Dei gratia, Rex Scotiæ, omnibus præſentem cartam inſpecturis, ſalutem.

Noveritis quod Johannæ primogenitæ ſorori Domini Regis Angliæ, ſponſæ noſtræ dilectæ, conceſſimus in dotarium, has Terras ſubſcriptas pro millibus libratis terræ, ſcilicet,

Jeddewurth, cum pertinentiis ſuis. &
Halſtaneſdon, cum pertinentiis ſuis &
Leſſedwin, cum pertinentiis ſuis
Et Kymgor, in Scotiâ, cum pertinentiis ſuis.
Et Carel. cum pertinentiis ſuis.

Et, ſi forte hæ terræ præſcriptæ ad ſummam prædictarum millium libratarum attingere non poſſint, quod inde ei deerit in terris illis, ei ſuppleri faciemus alibi in loco competenti.

Si vero contingat quod Domina Regina mater noſtra, poſt deceſſum noſtrum, ipſâ ſuperſtite non velit ut terræ de Kyngor. & de Carel, quas ipſa tenet, prædictæ ſponſæ noſtræ in dotarium conferantur, eidem ſponſæ noſtræ, quod ei deerit de prædictis mille libratis terræ, perficient hæredes noſtri in Caſtello & Caſtellaria de Ar. &
In Caſtello & Caſtellaria de Rutherglеya, &
In Caſtello & Caſtellaria de Lanarc.
Et in Com. de Valle de Clud. donec prædictæ terræ de Kyngor. & de Carel. vacaverint, matre noſtra decedente, & prædictæ ſponſæ noſtræ conferri poſſint in dotarium.

A.D. 1221.

In hujus autem rei teſtimonium has litteras noſtras Patentes ei inde fieri fecimus.

Et, ad hæc fideliter & bona fide obſervanda, per præſentes litteras noſtras, hæredes noſtros obligamus.

Teſtibus,

Willielmo Epiſcopo Sancti Andreæ,
Waltero Epiſcopo Glaſcuen.
Willielmo de Boſch. Cancellario.
Th. Priore de Coldingham.
Comite Patric,
Willielmo Cumin Comite de Buch. Juſtic. Scotiæ,
Roberto de Lond.
Waltero filio Alani Seneſcallo,
Roberto de Brus,
Waltero Olifard Juſtic. Laodon.
Engel. de Baill.
Philippo de Mobray,
Henr. de Baill.
Johanne de Maccuſwell.

Actum apud Eborum, anno gratiæ milleſimo ducenteſimo viceſimo primo, 18 die Junii.

Littera Duci Auſtriæ; de Nunciis hinc inde tranſmiſſis.

A.D. 1221. An. 6. H. 3. Clauſ. 6. H. 3. m. 17. d.

REX Duci Auſtriæ ſalutem.

Sincero affectu ſerenitatem veſtram amplexati de bona voluntate, quam erga nos concepiſtis, ſicut ex relatu diſcreti viri Magiſtri B. Archidiaconi March. intelleximus, grates dilectioni veſtræ copioſe referimus; cupientes ut, inter nos, mutua concepta voluntas, ad honorem noſtrum & veſtrum effectum mancipetur. Verum, idem Archidiaconus laudabiliter & diſcrete nobis & conſilio noſtro, ex parte veſtra locutus eſt: ſet, quia in formâ, quam nobis expoſuit, res nequit effectum pertingere, & nondum nobis pleniſſime rei modus innotuit, prudentem virum & dilectum nobis A. Canonicum, unà cum dicto Archidiacono veſtræ duximus præſentiæ tranſmittendum; ut, per ipſum, ſi placet, in ſerenum nobis veniant nubila quæque & obſcura.

A.D. 1221.

Ipſius autem dilecti nobis Canonici quædam ori commiſimus reſeranda prudentiæ veſtræ, quæ præſentibus non ſunt litteris interſerta.

Teſte, &c. apud Turrim London 15 die Decembris.

De terris Domine Iſabellæ Reginæ, ei redditis.

A.D. 1222. An. 6. H. 3. Pat. 6. H. 3. m. 3.

REX probis hominibus de Bercameſtede ſalutem.

Sciatis quod reddidimus Hugoni Comiti Marchiæ & Iſabellæ, uxori ſuæ, matri noſtræ totam terram, quam dicti Comes Marchiæ, & Iſabella uxor ſua habuerint in Anglia, nomine dotis ipſius Iſabellæ Reginæ, matris noſtræ.

Et ideo vobis mandamus quatinus Guidoni Peverell, militi dicti Hugonis Comitis Marchiæ, loco prædictorum Comitis Marchiæ & Iſabellæ uxoris ſuæ, tàm de firma Villæ veſtræ, quàm de aliis, ſitis in omnibus intendentes & reſpondentes, ſicut prius eis intendentes fuiſtis & reſpondentes, antequam terram prædictam Ricardo de Ripariis commiſerimus cuſtodiendam.

Et in hujus, &c.

Teſte Huberto de Burgo Juſticiario noſtro, apud Weſtm. 16 die Aprilis, anno, &c. ſexto.

A.D. 1222.

Eodem modo ſcribitur,

Probis hominibus de Ivelceſtr.
Probis hominibus de Wilton.
Cuſtodibus Hethæ Reginæ London.
Probis hominibus Ciceſtr.
Probis hominibus de Rockingeham,
Abbati Malmesbir.
Probis hominibus de Quentun.
Probis hominibus Exon.
Abbati de Waltham.

Et mandatum eſt Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, & libere tenentibus de Comitatu Rotelandæ, quod in omnibus, quæ ad Comitem pertinent, eis intendentes ſint & reſpondentes ſicut prius, &c. ut ſupra. *Ibidem.*

Mandatum Regis Ricardo de Ripariis ſuper re eadem.

A.D. 1222. An. 6. H. 3. Ibidem.

REX Ricardo de Ripariis ſalutem.

Sciatis quod reddidimus Hugoni Comiti Marchiæ & Iſabellæ uxori ſuæ, matri noſtræ, omnes terras & tenementa, quæ habuerunt in Anglia, unà cum Caſtro de Bercamſtede, nomine dotis ipſius I. Reginæ matris noſtræ.

Et ideo vobis mandamus quatinus Caſtrum de Bercameſtede, quod vobis commiſimus, cuſtodiendum quamdiu nobis placuerit, per vos, ſi præſentiam veſtram illuc exhibere poteritis; aut per aliquem de militibus veſtris, de quo bene confidatis tanquam de corpore veſtro, prædictum Caſtrum de Bercameſtede liberetis Guidoni Peverell, militi dictorum Hugonis Comitis Marchiæ & Iſabellæ uxoris ſuæ, loco eorundem.

A.D. 1222.

Alioquin ad dilectum & fidelem noſtrum Hubertum de Burgo Juſticiarium noſtrum, & Concilium noſtrum, omni dilatione & occaſione poſtpoſitis, veniatis in propria perſona veſtra, audituri ibidem præceptum noſtrum de prædicto Caſtro & pertinentiis ſuis, liberandis prædicto Guidoni ad opus eorundem, ſicut prædictum eſt.

Et in hujus, &c.

Teſte ut ſupra, anno regni noſtri ſexto.

Per eundem & Concilium Domini Regis.

De Treugis inter Leulinum & Willielmum Comitem Mareſcallum prorogandis.

A.D. 1222. An. 6. H. 3. Pat. 6. H. 3. m. 3.

REX Leulino Principi Norwalliæ ſalutem.

Sciatis quod, præſente David Clerico veſtro, tractatum habuimus cum concilio noſtro de hiis, quæ nobis per eundem Divid ſignificaſtis ſuper treugis, captis inter vos & Willielmum Comitem Mareſcallum, & Reginaldum de Breows, & contentionibus inter vos, & eos ſubortis.

A.D. 1222.

Invenimuſque in Concilio noſtro, quod neceſſe eſt quod treugæ illæ progentur uſque ad proximum Paſcha, anno regni noſtri ſeptimo.

A.D. 1222. Hen. 3.

Unde volumus, rogamus, mandamus, & firmiter vobis injungimus in fide, qua nobis tenemini, quatinus treugas illas prorogetis uſque ad prædictum terminum, & eas ex parte veſtra firmiter teneatis, verſus prædictos Comitem Mareſcallum, & Reginaldum, & alios in forma, qua treugæ illæ captæ fuerunt, apud Salopesbiriam, coram nobis, & Domino Pandulpho Norwicenſi Electo, tunc Legato.

Mittimus autem ad vos dilectos nobis Abbates de Salopesbiria & de Hagenam, mandantes quod coram eis faciatis ſecuritatem de treugis prædictis, uſque ad prædictum terminum tenendis, ſicut fecerunt Comes Mareſcallus & Reginaldus de Braoſa, qui eas, ex parte ſua fideliter tenendas, in præſentia noſtra affidaverunt.

A.D. 1222. Hen. 3.

Interim igitur provideatis diem & locum, competentem ad interceptiones treugarum emendandas; & diem & locum illum nobis tam tempeſtive faciatis ſcire, ut nos in propria perſona interceptionibus illis emendandis poſſimus intereſſe, vel tales ex parte noſtra mittamus, qui ad emendandum interceptiones ſciant, & poſſint ſufficere.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro, apud Weſtm. 30 die Aprilis, anno, &c. ſexto.

Bulla de Guardis & Eſcheatis ad manus Regis revocandis.

A.D. 1222. An. 6. H. 3.

Ex Orig. In Turre London.

A.D. 122

Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Wintonienſi Epiſcopo, & dilectis filiis nobilibuſque viris Huberto de Burgo Juſticiario, R. Comiti Ceſtriæ, Willielmo Briguere, ac aliis conſiliariis chariſſimi in Chriſto filii noſtri Henrici Regis Anglorum illuſtris, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus, Rex Anglorum illuſtris, cruceſignatus & orphanus, ſub ſpeciali ſedis Apoſtolicæ protectione conſiſtat, indignum eſt penitus & abſurdum, nobiſque poſſet non immerito imputari, ſi eum, qui propter ætatis defectum ſe defendere nequit, fraudari ſuis juribus pateremur.

Cum igitur, ſicut ex parte ipſius noſtris eſt auribus intimatum, Guardæ & Eſcheatæ, pertinentes ad Regem, detineantur a pluribus occupatæ, qui eas, Domino invito, contrectant; univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ipſas ad manus Regis ejuſdem revocare curetis, contradictores poteſtate vobis traditâ, ſublato appellationis obſtaculo, compeſcendo; nullius literis obſtantibus a ſede Apoſtolica impetratis; cum non ſit veriſimile nos, in Regis præjudicium, aliquas litteras de certa ſcientia conceſſiſſe.

Dat. Lateran. 3 Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno quinto.

Bulla de pace reformanda, necnon perturbatoribus Regni compeſcendis.

A.D. 1222. An. 6. H. 3.

Ex Orig.

A.D. 122

Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Eboracenſi, & ſuffraganeis ejus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Etſi appetenda ſit pax ſuæ dulcedinis ratione, in qua cultores ejus ſuaviter delectantur; ex eo tamen diligentius debet quæri, & habita cariùs cuſtodiri quò, eadem neglecta, contraria pacis, obrepens diſcordia, non ſolum corporibus, ſed etiam animabus amaritudines ingerit & dolores; ſicut plus quam exprimi valeat, à multis multotiens eſt expertum.

Unde cum, ſicut audivimus & dolemus, gravis guerra in Regno Angliæ incipiat pullulare, quæ niſi fuerit repreſſa celeriter in totius Regni poterit excreſcere detrimentum: ne ſero medicina paretur, ſi per moras convaluerit longiores, fraternitatem veſtram monemus & hortamur attentè, per Apoſtolica vobis ſcripta firmiter præcipiendo, mandantes quatinus ſinguli, tanquam propriam cauſam agentes, ad præcidendam guerrarum materiam, & pacis fœdera reformanda omne ſtudium & diligentiam impendatis.

A.D. 1222. Hen. 3.

Et cum aliena ſint compeſcendi virtute, qui ſuo ſunt vitio inquieti turbatores pacis, ſpirituali & temporali diſtrictione compeſcere ſtudeatis; ita quod, vel inviti, dediſcant communi quieti tàm improbè reluctari; & populus ſedeat in pulcritudine pacis, & requie opulenta. A.D. 1222. Hen. 3.

Dat. Laterani, tertio Kal. Maii, Pontificatus noſtri anno quinto.

Communita ſigillo pendente a filo canabeo.

De petitione Raynerii Cardinalis pro penſione.

A.D. 1222. *An.* 6. *H.* 3. *In Bundela Litterarum, &c. An.* 6. *H.* 3. *in Turre Lond.*

MAgnifico & ſublimi Principi amico kariſſimo Domino Henrico Dei gratia Regi Anglorum illuſtri, Raynerius miſeratione divina, ſanctæ Mariæ in Coſmedia Diaconus Cardinalis, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Si regia circumſpectio ſuæ ſerenitatis inflecteret oculos, ut ſuorum merita reſpiceret amicorum, nos forte cenſeret collato nobis beneficio Regio non indignos.

Si enim ſciretis plenius, & retineretis memoriter labores multiplices, anxietates & ſollicitudines, quas nos olim pro claræ memoriæ Domino Johanne patre veſtro, & vobis, non ſine ſudore vultus noſtri & vigiliis multis, pertulimus, nullo modo dubitare poſſemus, quin devotionis noſtræ haberetis diligentiam cariorem.

Sane cum in minore dudum conſtituti officio, notariæ gerentes exercitium, pro negotiis Regiis, frequenter nobis commiſſis, cum omni ſtudio & diligentia laboravimus die noctuque, cum id ſumma neceſſitas poſtularet, quæ ſe ſubſequentibus caſibus ingerebat; ipſe Dominus Rex pater veſter, hoc audito a pluribus nunciis ſuis, (qui, quod viderant, fideliter retulerunt) annuum redditum viginti Marcarum nobis liberaliter contulit; promittens nobis in uberiori beneficio, prout Regiam deceret munificentiam, & recipientis ſtatus exigeret, providere.

Cum autem poſtmodum nos Dominus in gradum provexit altiorem, eodem patre veſtro (ſicut Domino placuit) ſublato a medio, ſinceræ devotionis affectum, quem ad ipſum habuimus, ad vos extendimus ſucceſſive; pro vobis utique (ſicut feceramus pro ipſo) quotiens expedire vidimus, indefeſſa laborare ſollicitudine non ceſſantes; ſicut Nuncii veſtri, qui pro vobis frequenter ad ſedem venerunt Apoſtolicam, vobis potuerunt (ſi voluerint) plenius declarare. A.D. 1222.

Unde non immerito credimus & ſperamus, ut & vos, paternis veſtigiis inhærentes, dilectionem illam, quam erga nos Dominus Rex pater veſter habuerat, habere velitis, & erga nos ſuæ liberalitatis propoſitum impleatis.

Veruntamen vehementer cogimur, non ſine cauſa, mirari quod, jam per ſex annos, noſtrum nobis non fuerit beneficium perſolutum.

Quare celſitudinem Regiam affectione, qua poſſumus, exoramus, quatinus redditus noſtros totius temporis præcedentis venerabili patri Domino Pandulpho Norwicenſi Epiſcopo, vel ei quem ipſe ad hoc procuratorem noſtrum conſtituerit, facientes (ſi placet) cum integritate perſolvi; nobis in antea, in aliquo uberiori beneficio, (aſſignando in aliquo certo loco) juxta quod veſtræ liberalitatis munificentiam deceat, providere velitis; ſcituri pro certo, quod nos vobis omni tempore (quantum cum Deo & honeſtate noſtra poterimus) de bono in melius cupimus & diſponimus totis viribus complacere.

Littera Duvenaldo Tomundiæ Regi, de Terra a Rege tenenda.

A.D. 1222. *An.* 6. *H.* 3. *Pat.* 6. *H.* 3. *n.* 3.

REX Duvenaldo Regi Tiſmund. ſalutem.

Conceſſimus vobis terram Tiſmund. quam prius tenuiſtis per firmam centum & triginta Marcarum, tenendam de nobis quamdiù nobis bene & fideliter ſervieritis, uſque ad ætatem noſtram, per firmam centum librarum per annum, & per finem ducentarum Marcarum, quem inde feciſtis cum venerabili A.D. 1222.

A.D. 1222. Hen. 3. rabili patre Henrico Dublinenſi Archiepiſcopo, & Juſticiario noſtro Hiberniæ, ſicut ipſe nobis ſignificavit.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Huberto, &c. apud Turrim London. 18 die Julii, anno regni noſtri ſexto, per eundem.

Conductus pro Rege Scotorum.

A.D. 1222. An. 6. H. 3. Pat. 6. H. 3. m. 2.

Alexander Rex Scotorum habet litteras de conductu, ſine termino, in peregre proficiſcendo verſus Cantuar. & in veniendo ad Dominum Regem ad loquendum cum eo, & in morando, & in redeundo.

Teſte Huberto, &c.

Apud Turrim London. 13 die Aug. anno ſexto, per eundem.

Littera Comiti Marchiæ, de concordia inter ipſum & Regem firmanda.

A.D. 1222. An. 6. H. 3. Clauſ. 6. H. 3. m. 4. d.

Rex Comiti Marchiæ & Engoliſm. ſalutem.

Uberes ſtrenuitati veſtræ referimus gratiarum actiones de hiis quæ nobis ſignificaſtis per litteras veſtras, & per fidelem noſtrum B. de Podio; qui litteras veſtras nobis detulit.

Nos autem, audito beneplacito veſtro & cognita circa nos affectione veſtra, qua, ſicuti feciſtis nobis proponi, deſideratis & affectatis nobis veraciter & fideliter uniri, & obſequio noſtro adhærere, ac conſtanter inſiſtere, gaviſi ſumus non modicum; obſequium veſtrum & benivolentiam non minus ex parte noſtra affectantes, quàm vos affectetis noſtræ devotioni & voluntati eſſe ſubmiſſos.

Quod quidem deſcenſuri eratis verſus partes Sancti Machuti, occurrendo venerabili patri Petro Wintonienſi Epiſcopo, & fideli noſtro nobili viro Ranulpho Comiti Ceſtr. & Lincoln. quos vobis debuimus in occurſum tranſmittere, grates vobis impendimus multiplices.

Set, quoniam idem Comes, in adventu prædicti B. ſicut vobis plenius oſtendet, in remotioribus partibus agebat, ubi tunc extitit cum equis & armis, & plures Comitum, Baronum & Magnatum noſtrorum cum eo in partibus Walliæ, pro quibuſdam inimicis ſuis, qui ſe pauliſper erexerant contra eum, ut dicebatur, non potuit ita feſtinanter ad mandatum noſtrum vobis occurrere, ut ſic ad præſens vobis obviam incideret, miſſuri ſumus, in proximo, ad vos ipſum venerabilem patrem Petrum Wintonienſem Epiſcopum, & alios de Magnatibus noſtris cum eo tot & tales qui ſecure & ſalvo ad nos vos conducent, ad faciendum nobis quod de jure facere debebitis.

Præmittemus etiam ad vos dilectum & fidelem noſtrum Philippum de Albiniaco, qui vos ſalvo ducet uſque in Inſulas de Gerneſ. & faciet vos ibi honorifice ſuſcipi.

Per quem vobis tranſmittimus litteras noſtras de conductu, & litteras venerabilium patrum Domini Cantuarienſis Archiepiſcopi, Londonenſis, Wintonienſis, Saresbirienſis & Ciceſtrienſis Epiſcoporum, & quorundam aliorum fidelium noſtrorum Comitum & Baronum: Rogantes dilectionem veſtram attentiùs quatinus ad Inſulas illas de Gerneſ. venire velitis; ubi, ſicut prædiximus, in occurſum veſtrum habebitis prædictum Dominum Wintonienſem, & alios Nobiles & Magnates, qui vos honeſte ſuſcipient, & ſalvo & ſecure ad nos conducent.

Si vero ad Inſulas illas non ſedeat vobis venire (quod erit nobis ingratum) tunc, ſi placet, expectare velitis in partibus Sancti Machuti, donec ad vos venerint prædictus Dominus Wintonienſis, & alii, qui vos in conductum ſuſcipient; & cum illis ad præſentiam noſtram accedatis, nobiſcum, ſicut deſideramus, locuturi, & facturi nobis quod de jure facere debebitis.

Speramus enim per Dei gratiam, & certi ſumus quod cum fuerimus adinvicem locuti, ita, cum honore noſtro & veſtro, procurabitur per Dei adjutorium quod dilectio vera, & fidei firmitas, ac conſtantia inter nos firmabitur, & erimus cum jocunditate & gaudio, in ſincera dilectione uniti; ut ſic, fortiores effecti, fortiùs reſiſtamus hiis qui nos

A.D. 1222. Hen. 3.

nos infeſtare molirentur, ſi eſſemus ab invicem, quod Deus avertat, diſcordia ſejuncti.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro, apud Havering 27 die Auguſti.

Per eundem.

A.D. 1222. Hen. 3.

De ſententia contra Comitem Marchiæ in ſuſpenſo tenenda.

A.D. 1222. *An.* 7. *H.* 3. *Pat.* 7. *H.* 3. *m.* 7. *d.*

REX venerabilibus in Chriſto patribus Xantonenſi & Lemovicenſi Epiſcopis, & Decano Burdegaliæ ſalutem.

Mittimus ad Comitem Marchiæ dilectos & fideles noſtros Abbatem de Boxle, & Philippum de Albiniaco tractaturos cum eo de pace & dilectione, inter nos, & ipſum, reformandis; quibus injunximus quod, ſi de devotione ipſius erga nos ſpem bonam concipiant, terminum ei conſtituant, videlicet, ad feſtum ſancti Johannis Baptiſtæ, vel ad feſtum beati Petri ad vincula, ſicut expedire viderint; infra quem faciat nobis quod facere debebit:

Juriſdictione vobis, a Domino Papa commiſſa, in ſuo robore manente, videlicet, quod ſi infra terminum illum nos ſibi non pacificaverit, extunc procedatur ea ſententia, quam in ipſum, juxta mandatum apoſtolicum, a feſto Sancti Andreæ ferre tenemini.

Si ſic igitur actum fuerit cum eo per eoſdem, dictam velitis ſententiam in ſuſpenſo tenere uſque ad alterum terminorum, quem ſibi duxerint dicti fideles noſtri, ſub ſpe pacis reformandæ, concedendum.

A.D. 1222.

Si tamen ſufficientem cautionem præſtiterit, fidejuſſoriam, videlicet, & juratoriam, & per cartam, & modis aliis, quibus expedire videritis, quod ſe veſtræ juriſdictioni ſubjiciet abſque impedimento, eadem ſententia, ſi neceſſe fuerit, modo prædicto percellendus.

De quo quidem diſcretio veſtra ſic diſponere velit, unà cum conſilio fidelium noſtrorum prædictorum, ut merito nobis obnoxiores effecti ad crebras teneamur gratiarum actiones.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro, apud Weſtm. 9 die Novembris, anno 7.

Per Eundem & Conſilium Domini Regis.

Littera Comiti Marchiæ de pace reformanda.

A.D. 1222. *An.* 7. *H.* 3. *Pat.* 7. *H.* 3. *m.* 7. *d.*

REX Hugoni Comiti Marchiæ & Ingoliſmi ſalutem.

Mittimus ad partes veſtras dilectos & fideles noſtros Abbatem de Boxle, & Philippum de Albiniaco, ad tractandum vobiſcum de pace & dilectione inter nos & vos reformanda, quod plurimum ex parte noſtra affectamus.

Rogantes diſcretionem veſtram attentius quatenus, nullam quærentes ex parte veſtra occaſionem vel cavillationem, quo minus inter nos & vos pax plena reformetur & dilectio, ipſis Nunciis noſtris fidem habeatis ſuper hiis, quæ vobis dixerint, ex parte noſtra, ad amorem & pacem inter nos, & vos formandam.

Certiſſimi quod per nos & Conſilium noſtrum non ſtabit, dum vos velitis, quin plena pax firma & dilectio firmetur & perſeveret.

T. Huberto, &c. apud Weſtm. 9 die Novembris, anno 7.

A.D. 1222. *An.* 7. *H.* 3. *Ibidem.*

Mandatum eſt Dominæ Reginæ id quod ſcriptum eſt prædicto Comiti Marchiæ; & mandatum eſt ſimiliter in eiſdem litteris, Dominæ Reginæ miſſis.

Quod, ſicut Dominus Rex de pietate ſua confidit, ut eo libentius huic operi velit operam impendere, quo ipſa ſcit, ſi fuerint unanimes, ipſum poſſe virilius agendis Domini Regis intendere, ipſam Reginam duxit, in uberibus piæ matris, affectuoſiſſime exorandam, quatinus ipſum Comitem, Dominum ſuum, ad pacem & amorem inter eos reformandam ſollicite inducat, & ad hoc pleno affectu laboret, fidem habens hiis, quæ Nuncii Domini Regis memorati ei dixerint, ex parte Domini Regis, de pace & dilectione inter Dominum Regem, & dictum Comitem formanda.

Teſte ut ſupra per eoſdem.

A.D. 1223.
Hen. 3.

A.D. 1223.
Hen.

De ſalvo Conductu pro Leulino Principe Norwalliæ.

A.D. 1223.
An. 7. H. 3.
Pat. 7. H. 3. m. 4. d.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis nos ſuſcepiſſe in ſalvum conductum noſtrum dilectum & fidelem noſtrum Lewlinum Principem Norwalliæ, & ſuos quos ſecum adducet, in veniendo ad nos apud Wigorn. a die Lunæ, proximo poſt inſtans feſtum ſancti Johannis Baptiſtæ, anno, &c. 7. in octo dies, & ibi morando, & inde redeundo.

Duret autem conductus iſte ab hoc termino, videlicet, a die Lunæ, proximo poſt octavas Sancti Johannis Baptiſtæ, uſque in 15 dies.

A.D. 1223.

Et ſi ſederit Leulino, & amicis ſuis, cum Wigorn. venerit, quod conductus ille elongetur, de voluntate ipſius Leulini, & amicorum ſuorum, & conſilio fidelium noſtrorum tunc elongabitur, ſi neceſſe fuerit.

In cujus, &c.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro, apud Wudeſtock. 22 die Junii, Anno eodem.

Per eundem & conſilium Domini Regis.

Bulla de Inſolentia Templariorum reprimenda.

A.D. 1223.
An. 7. H. 3.
Ex Orig.

HOnorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, de Gratia Dei, & ſancti Leonardi de Calmis, & de Rupella Abbatibus, Xantonenſis Dioceſis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Cariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus, Rex Anglorum illuſtris, ſuâ nobis petitione monſtravit quòd, cum claræ memoriæ Henricus Avus, & Ricardus patruus ejus Reges Angliæ, in villâ ſuâ de Rupellâ fratribus Militiæ Templi Xantonenſis Dioceſis, quaſdam domos piâ liberalitate donârint, illi factâ ſibi gratia perperam abutentes, quaſcumque domos, ſive poſſeſſiones, aut homines poſſunt circumquaque infra proprietatem regiam, apprehendere, ſibi ſea, in præjudicium ejus, uſurpant; & ſtatim imponentes ſigna ſua taliter uſurpatis, non permittunt exinde Regi debita & conſueta ſervitia provenire.

A.D. 1223.

Adhæc, cum de antiqua ipſius villæ conſuetudine ſit hactenus obſervatum, ut quicunq; advena, ſine Domino, per annum & diem ibi moratur, ſtatim efficitur homo Regis, iidem Templarii, ſe, ſuper hoc, Regi prædicto indebitè opponentes, contra hujuſmodi conſuetudinem, multos ſibi uſurpare præſumunt; ac Balivos & fideles regios coram certis judicibus, quos, in terra inimicorum Regis, auctoritate noſtra ſe habere proponunt, trahunt frequenter in cauſam; aliàs ipſos, immo Regem, occaſione hujuſmodi, multipliciter moleſtando.

Nolentes igitur eidem in ſuo jure deeſſe, cui potius, ex pluribus cauſis, favorabiliter adeſſe tenemur, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, inquiſita ſuper hiis, & cognita veritate, cauſam, ſi de partium voluntate proceſſerit, concordia vel judicio terminetis, alioquin, quæ inveneritis ſub ſigillis veſtris nobis fideliter reſcribatis, ut procedamus exinde prout ſecundum Deum viderimus procedendum.

Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eccleſiaſticam, ceſſante appellatione, cogatis veritati teſtimonium perhibere.

Quod, ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrûm ea nichilominus exequantur.

Dat. Laterani ix Kal. Julii, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Plumbeo ſigillo, penden. a filo Canabeo

Bulla

Bulla minatoria, de Dote & Caſtris per Comitem Marchiæ Regi reddendis.

A.D. 1223. An. 7. H. 3. Ex Orig. in Turre Lond.

Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Nobili viro Hugoni de Leziniaco, Comiti Marchiæ, & Iſabellæ uxori ejus, Pictavenſis Dioceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Intelleximus ex relatione venerabilis fratris noſtri Pandulphi, Epiſcopi Norwicenſis, quod, tempore treugæ initæ, inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Regem Anglorum illuſtrem, ex parte unâ, & vos ex altera, mediante prædicto Epiſcopo tunc electo, vos, juxta intentionem Epiſcopi memorati, pro vobis & complicibus veſtris, mandatis noſtris ſtare juraſtis ſuper hiis, pro quibus in perſonas veſtras, & fautorum veſtrorum, ac complicum excommunicationis, & in terras veſtras & ipſorum interdicti fuerant, per venerabiles fratres noſtros, Xantonenſem, & Lemovicenſem Epiſcopos, & dilectum filium Decanum Burdegalen. ſententiæ authoritate apoſtolicâ promulgatæ.

Pro eo videlicet, quod dotem ſororis ejuſdem, tu fili Comes, eâ rejectâ, reddere contempnebas; & quia Caſtrum de Campniaco, quo tu filia, priuſquam invicem copularemini, ſpoliares Regem & fideles ipſius, detinebatis indebite occupatum; &, poſt inhibitionem noſtram ne Regem infeſtares eundem, Caſtrum ſuum Merpiſii, tu Comes obſederas & occupaveras violenter.

Verum, quia pati nec volumus, nec debemus ut mandata noſtra vel per alienam eludantur aſtutiam, vel per proterviam contempnantur, nec vos decet abuti gratiâ in relaxatione prædictarum ſententiarum vobis exhibita, cum potius expediat ut vos noſtris & Regis ejuſdem beneplacitis coaptetis, nobilitatem veſtram monemus attentè per Apoſtolica vobis ſcripta, ſub debito præſtiti juramenti, præcipiendo mandantes, quatenus, infra feſtum Sancti Andreæ futurum proximo, dotem & Caſtra prædicta cum fructibus inde perceptis, & aliis;

A.D. 1223.

Necnon & Caſtrum Merpiſii præfato Regi, vel cui mandaverit ipſe, ſublato cujuſlibet difficultatis & appellationis objectu, reddatis; de dampnis & injuriis irrogatis ſibi & ejus fidelibus, nihilominus ſatisfacientes eidem.

Alioquin prædictis Epiſcopis & Decano noſtris damus literis firmiter in præceptis, ut, vos & complices veſtros, & veſtras & ipſorum terras in priſtinas ſententias reducentes, ex tunc vos excommunicatos denuncient & perjuros; & ſententias ipſas, pulſatis campanis, & accenſis candelis, ſingulis diebus Dominicis & feſtivis publicari ſolempniter faciant, & uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Prælatos, quoque ac Clericos, ſi qui, vobis in hac parte faventes, ſententias non ſervaverint memoratas, ad præſentiam noſtram cum ſuis teſtimonialibus literis ſuſpenſo, venire compellant.

Nos quoque contra vos ſeverius ſpiritualiter & temporaliter procedemus.

Dat. Laterani 7 Kalend. Julii, Pontificatus noſtri anno ſexto.

De Archiepiſcopum Pictavienſem Excommunicatum denuntiando, niſi ſatisfaciat Regi Anglorum de dampnis & injuriis.

A.D. 1223. An. 7. H. 3. Ex Origin.

Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio, nobili viro Willielmo dicto Archiepiſcopo Pictavenſis dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cariſſimus in Chriſto filius noſter, Henricus Rex Anglorum illuſtris, tranſmiſsâ nobis petitione, monſtravit quod, cum dilecti filii Talemunden. & Sancti Michaelis de Heremo Abbates, & Decanus Pictavienſis, de noſtro ſpeciali mandato in te ac tuos complices & fautores excommunicationis, & in tuum & ipſorum terras interdicti ſententias promulgaſſent, pro eo quod ipſum Regem, cujus homo ligius eſſe debes, manifeſtis exceſſibus multipliciter infeſtâras, ac etiam eaſdem ſententias incurriſſes, eo quod nobili viro Hugoni de Leziniaco dicto Comiti Marchiæ, unà cum fautoribus ſuis, auctoritate noſtra, ſimilibus ſententiis

A.D. 1223.

A.D. 1223. Hen. 3. tentiis involuto, contra eundem Regem Dominum tuum, non abſque infidelitatis nota, temerè aſſiſtebas.

Quia venerabilis frater noſter Pandulphus Norwicenſis Epiſcopus, tunc Electus, tempore quo, mediante ipſo, treuga fuit inita inter prædictum Regem, & fideles ejus in parte unâ, & memoratum Hugonem, & complices ejus ex alterâ, prædictæ ſententiæ fuerunt ab ipſo Epiſcopo relaxatæ; tu, aſſerens te de complicibus eſſe Comitis memorati, tam de ſpecialibus ſententiis, quam de generalibus in te latis, pro abſoluto te gerens, nullam prorſus ſatisfactionem ipſi Regi, vel ejus fidelibus impendiſti, mandatis, quæ ſuper hoc tibi direximus, obauditis; quin immo poſtmodum graves eis injurias diceris irrogaſſe;

Quocirca nobilitatem tuam iteratò monemus & hortamur attente, per apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandantes, quatinus, infra feſtum ſancti Andreæ proximum, ſæpedicto Regi, vel cuì mandaverit ſuper hiis, pro quibus in te ac terram tuam prædictæ fuerunt ſententiæ promulgatæ, ſublato cujuſlibet difficultatis, & appellationis objectu, ſatiſfacere non omittas; de dampnis, & injuriis poſtmodum ipſi & ejus fidelibus nichilominus ſatisfaciendo eidem; A.D. 1223. Hen. 3.

Alioquin prædictis Abbatibus & Decano noſtris damus litteris firmiter in præceptis, ut, non obſtante abſolutione prædictâ, te ac compliccs tuos, & tuam, & eorum terras denuntient excommunicationis & interdicti ſententiis ſubjacere.

Ac ſententias ipſas, pulſatis campanis, & candelis accenſis, ſingulis diebus dominicis, & feſtivis per eccleſias dioceſûm, in quibus tu & iidem complices tui fueritis, publicari ſollempniter faciant, & uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Prælatos quoque ac clericos, ſiqui tibi in hac parte faventes ſententias non ſervaverint memoratas, ad præſentiam noſtram cum ſuis teſtimonialibus litteris ſuſpenſos venire compellant.

Dat. Laterani 3 Non. Julii, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Sub filo Canabi.

De gravando Principem Walliæ.

A.D. 1223. An. 7. H. 3. Clauſ. 7. H. 3. m. 7. d.

REX Vicecomiti Devoniæ ſalutem.

Præcipimus tibi, firmiter injungentes, quod per omnes portus Maris Ballivæ tuæ diſtrictè prohiberi facias quod nullus, ſicut ſe & ſua diligit, victualia aliqua, ſive res alias venales ducat in terram Leulini, ſive in terram Walenſium, ſibi adhærentium.

Set omnes cum victualibus, & rebus aliis venalibus, ſecure veniant in Suwalliam, ad exercitum noſtrum in terram, videlicet, noſtram de Kaermerdin, & de Kaerdigan, & in terram Comitis W. Mareſcalli. A.D. 1223.

Teſte apud Wigorn. 11 die Julii.

Baronibus Normanniæ quod ad ſervitium Regis redeant.

A.D. 1223. An. 7. H. 3. Pat. 7. H. 3. m. 4. d.

REX Baronibus, Militibus, & probis hominibus de Normannia, ad quos, &c. ſalutem.

Rogamus vos quatinus ad fidem & ſervitium noſtrum redeatis, cum jam vobis opportunitas affuerit; ſcituri pro certo, ſi ad fidem & ſervitium noſtrum redieritis, reddemus vobis, juxta quod unicuique competit, terras veſtras in Anglia, quas amiſiſtis quando Dominus Johannes Rex, pater noſter Normanniam amiſit. A.D. 1223.

Inſuper facturi vobis in hiis & aliis, unde nobis merito grates ſcietis, & quod veſtris ſervitiis condignum fuerit

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro, apud Crikelad. 23 die Julii.

De Conductu pro Nunciis Lewelini.

A.D. 1223. An. 7. H. 3. Pat. 7. H. 3. m. 2.

OStricius Clericus Lewelini, & Helyn, Nuncii Lewelini habent litteras de conductu in redeundo verſus partes ſuas, duraturas a die Martis, in feſto Decollationis Sancti Johannis Baptiſtæ, in 15 dies ſequentes.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro, apud Weſtm. 29 die Auguſti, anno, &c. 7.

Per Eundem.

Forma litterarum Exercitus Summoniti apud Glouceſtr.

A.D. 1223. An. 7. H. 3. Clauſ. 7. H. 3. m. 2. d.

REX Viceecomiti Norff. & Suff. ſalutem.

Scias nos audiviſſe, pro certo, quod Leulinus caſtrum de Buelt, quod eſt Reginaldi de Braos, obſedit cum multitudine armatorum;

Et ideo tibi præcipimus quod ſtatim, viſis litteris iſtis, ſine omni dilatione, ſummoneri facias, per totam Ballivam tuam, Archiepiſcopos, Abbates, Priores, Comites, Barones, Milites, & omnes alios, qui de nobis tenent in capite per ſervitium militare:

Quod prædicti Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & Priores, ſub omni feſtinatione, Milites ſuos ad nos mittant verſus partes Glouceſtriæ, ad quas in propriâ perſonâ noſtra tendimus, equis & armis bene paratos.

Et quod Comites, Barones, Milites, & alii prædicti ſimiliter ad nos veniant, ſub omni feſtinatione, verſus partes illas, ita parati equis & armis quod eis grates ſcire debeamus.

Teſte Huberto de Burgo, &c. apud Weſtm. 12 die Septembris.

Eodem modo ſcribitur omnibus Vicecomitibus Angliæ, exceptis Comitatibus Staffordiæ, & Salopiæ, Wigorniæ, Glouceſtriæ, & Herefordiæ.

Forma qua Barones ſummoniti fuerunt.

A.D. 1223. An. 7. H. 3. Ibidem.

REX Ricardo de Percy ſalutem.

Sciatis nos audiviſſe, pro certo, quod Leulinus Caſtrum de Buelt, quod eſt Reginaldi de Braos, obſedit cum multitudine armatorum;

Et ideo vobis mandamus, rogantes quatenus in fide, qua nobis tenemini, ſub omni feſtinatione, verſus partes Glouceſtriæ, ad quas in propria perſonâ noſtrâ, ſine morâ, tendimus, ad nos accedatis, cum gente veſtrâ, ita parati equis & armis quod grates vobis ſcire debeamus.

Teſte ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur Comitibus, Baronibus, Militibus, qui tenent de Domino Rege.

Tranſcripta Cartarum quas Leulinus, & Wallenſes fecerunt de ſatisfactione facienda Domino Regi & ſuis.

A.D. 1223. An. 7. H. 3. Pat. 7. H. 3. m. 2. d.

OMnibus, ad quos præſens Carta pervenerit, Leuelinus Princeps Norwalliæ ſalutem.

Noveritis me, tactis ſacroſanctis, juraſſe quod ſatisfaciam Domino meo Henrico, illuſtri Regi Angliæ, & ſuis, infra terminos rationabiles, quos mihi præfiget Dominus Cantuar. Archiepiſcopus, & in loco competenti, de dampnis eidem Regi & ſuis illatis per me, & meos, a die captionis Caſtri de Kinardeſl. uſque ad diem abſolutionis meæ, diem, videlicet, Sabbati in craſtino octavarum Sancti Michaelis, anno Regni ipſius Regis ſeptimo.

A.D. 1223, Hen. 3.

In cujus rei teſtimonium huic Cartæ ſigillum meum appoſui,

Hiis Teſtibus,

Domino Stephano Cantuar. Archiepiſcopo,
Domino Petro Wintonienſi,
Domino H. Hereford,
Domino R. de Sancto Aſaph, Epiſcopis.

H. de Burgo Juſticiario Angliæ,
Ranulpho Comite Ceſtr. & Lincoln.
Willielmo Comite Sarr.
Willielmo Comite Warenn.
Willielmo Comite de Ferrariis,
Roberto filio Walteri,
Petro filio Hereberti,
Willielmo de Albiniaco,
Johanne de Monemue,
Hugone de Mortuo Mari,
Waltero de Clifford,
Johanne filio Alani,
Rogero de Clifford,
Willielmo de Stutevill.
Philippo de Albiniaco,
Ricardo de River,
Radulpho de Trublevill. & aliis.

Omnibus ad quos præſens Carta pervenerit Mereduc. filius Roberti ſalutem.

Sciatis nos manucepiſſe, &, tactis ſacroſanctis, juraſſe, ad preces Leulini Principis Norwalliæ, quod, niſi ſatisfecerit ſecundum judicium Eccleſiæ, Domino Henrico Regi Angliæ, & ſuis, de dampnis, eis illatis per ipſum Leulinum, & ſuos, a die captionis Kinardeſl. uſque ad diem abſolutionis ipſius Lewlini, ſcilicet uſque ad diem Sabbati, proximam poſt Octabas Sancti Michaelis, anno Regni ipſius Domini Regis ſeptimo.

Ego eis inde ſatisfaciam ad terminos rationabiles, quos mihi præfiget Dominus Cantuar. Archiepiſcopus; ad quod faciend. me, & chriſtianitatem meam obligavi.

A.D. 1222, Hen. 3.

Et in hujus rei teſtimonium, &c.

Teſtibus prædictis.

Eodem modo fecerunt Cartas ſuas Mailgon. filius Reſ. & Rob. filius Maddoc. Reſ. Crek. Maddoc. filius Griffin. de Bromfeld, Elyſſe filius Maddoc. ſet nondum receperat Dominus Rex, prædicta die Dominica, Cartas Reſ. Crek. Maddoc. fil. Griffin. & Elyſſe.

Omnibus ad quos præſens Carta pervenerit Mereduc. filius Rob. Rob. filius Maddoc. Mailgan. filius Reſ. ſalutem.

Sciatis nos manucepiſſe pro Maddoc. filio Griffini de Bromfeld. & Elyſſe filio Maddoc. quod idem ſacramentum, & eandem obligationem facient, infra terminum quem Dominus Cantuarienſis Archiepiſcopus eis præfiget, quatinus nos fecimus, per litteras noſtras patentes, de ſatisfaciendo Domino Henrico Regi Angliæ, & ſuis, de dampnis, eis illatis per Leulinum & ſuos, a die captionis Caſtri de Kinardeſl. uſque ad diem abſolutionis ipſius Leulini, videlicet, uſque ad diem Sabbati, proximam poſt Octabas Sancti Michaelis, anno Regni ipſius Henrici Regis ſeptimo, niſi præfatus Leulinus inde ſatisfecerit.

Teſtibus prædictis.

Eodem modo fecit Cartam ſuam per ſe Reſus Crek. quam Cartam, ſimul cum Carta ejuſdem de proxima ſupradicta obligatione, recepturus erat Decanus Hereford, Domino Regi reddendas.

Principi Walliæ, de obſidibus.

A.D. 1223. An. 8. H. 3. Clauſ. 8. H. 3. m. 18.

REX Leulino Principi Nowalliæ ſalutem.

Mandamus vobis quod, ad diem vobis ſtatutum, coram Domino Cantuarienſi Archiepiſcopo, ad reſtitutiones faciendas de dampnis, nobis & noſtris per vos & veſtros illatis, videlicet, in craſtino purificationis beatæ Mariæ, habeatis coram nobis omnes obſides, quos cepiſtis de hominibus noſtris de Suwallia, quando recepiſtis cuſtodiam, poſt pacem, factam inter nos, & Barones noſtros, de Caſtris noſtris de Kaerdigan. & de Kaermerdin.

A.D. 1223.

Teſte Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro, apud Weſtmonaſterium, octavo die Novembris, anno Regni noſtri octavo.

Littera Papæ de ſtatu Regni.

A.D. 1223. An. 8. H. 3. Clauſ. 8. H. 3. m. 15. d.

DOmino Papæ ſalutem.

De beneficiis immenſæ pietatis veſtræ multimodis, quibus ſuffragantibus de nubilo reducimur in ſerenum ſupra Regna conſtituti, quæ merito veſtra ſunt, ſet & ex hoc maxime, quod, tranſmiſſis in Angliam ſanctitatis veſtræ litteris, liberam nos adminiſtrationem Caſtrorum & rerum noſtrarum habere voluiſſis, paternitati veſtræ, quas & quales poſſumus, ad effuſas ſurgimus gratiarum actiones, eidem quæ de nobis & ſtatu Regni noſtri ſemper ſollicita eſt, pro certo referentes quod, poſtquam de pace, nobis & terræ noſtræ reddita, gaviſi ſumus, nunquam majorem ſpem concepimus de proſperitate & melioratione ſtatus noſtri & Regni noſtri; quem venerabilis & dilectus nobis in Chriſto pater Cantuarienſis Archiepiſcopus, unà cum Dunelmenſi Epiſcopo Cancellario noſtro, & Coepiſcopis ſuis & cæteris Angliæ Prælatis (adhibita circa nos & agenda noſtra vigilanti cura) aſſiſtente ſemper lateri noſtro potenter & patenter in omni fidelitate dilectiſſimo nobis Huberto de Burgo, Juſticiario noſtro, cum cæteris fidelibus noſtris, quos inferiùs nominabimus, proſperum effecit & tranquillum.

Set, cum non dormiat ille, qui pacifica ſemper corda turbare nititur, ſi qua, ex parte quorundam ex Magnatibus noſtris, ſimulantium ſe velle negotia noſtra promovere, ſicut vobis poterunt, ſi placet, præſentium bajuli plenius enarrare, vobis fortè ſuggeſta fuerint, nimis audacter, hiis contraria, inania & fide minus digna reputare velitis; quoniam, cum multorum diverſa ſit plerumque voluntas, non omnibus omnia, quæ circa nos verſantur ſunt accepta.

Si quid autem contradictionis emerſum fuerit, quod abſit, in Regno noſtro facile ſedare poterimus, propitiante Domino, ex memorati Domini Cantuarienſis Archiepiſcopi, Coepiſcoporumque ejus, necnon Juſticiarii noſtri, & aliorum nobis aſſiſtentium conſilio & auxilio.

Petimus igitur a ſancta paternitate veſtra quatinus Nuncios noſtros, videlicet dilectos & fideles noſtros, Magiſtrum Stephanum de Luſcy, & G. de Crancumb. qui vos plenius inſtruere poterunt de ſtatu noſtro & Regni noſtri, benigne audiatis, & negotia noſtra, quæ ipſi vobis exponent, expedire velitis, diligentiam Domini Cantuarienſis & Coepiſcoporum ejus, agendis noſtris expediendis appoſitam, propenſius habentes commendatam, dantes eis in mandatis ut nobis aſſiſtant, rebelleſque nobis & adverſantes per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remotâ, compeſcant.

A.D. 1223.

Scribere etiam velitis Huberto de Burgo Juſticiario noſtro, & W. Comiti Saresb. W. Comiti Mareſcallo, Comiti Warenn. Comiti de Ferrar. Comiti W. de Maundevill. Comiti H. le Bigod, Comiti H. de Warrewic. Comiti Hereford. Comiti Arundell. Roberto filio Walteri, Roberto de Ros, Galfrido de Sap. W. de Bello Campo. W. de Albiniaco, Waltero de Clifford, Rogero de Cliff, Thomæ de Muleton. H. de Vincin. firmiter injungentes, ut agenda noſtra ſolita diligentiâ promoveant, & nobis ſemper viriliter aſſiſtant; quos etiam de inceptis diligentiæ & fidelitatis ſuæ laudabilibus commendare velitis.

Scribere etiam velitis certis perſonis, a Nunciis noſtris vobis nominandis, quod, ſi quid in animo conceperint contra nos, vel Juſticiarium noſtrum, vel alios de noſtris, qui nobis aſſiſtunt, a propoſito tali reſiliant, & nobis firmiter adhæreant, alioquin juxta providentiam veſtram compeſcantur.

Ut autem hiis, quæ vobis ſcribimus, major fides adhibeatur, paternitati veſtræ notum facimus, quod litteræ præſentes a voluntate & præcepto noſtro emanarunt, & in præſentia noſtra confectæ & ſigillatæ fuerunt.

Plura autem poſuimus in ore dictorum Nunciorum, vobis exponenda, quæ, ſi placet, ſolita benignitate velitis exaudire, quæ quidem, propter viarum pericula, ſcripto noluimus commendare.

Teſte meipſo apud London. decimo nono die Decembris, coram Huberto de Burgo Juſticiario, & Bathon. & Sarr. Epiſcopis.

A.D. 1223. Hen. 3.

A.D. 1223. Hen. 3.

Ejuſmodi Littera Domino Gualoni.

A.D. 1223. An. 8. H. 3. Ibidem.

A.D. 1223.

Domino Gualoni ſalutem.

De multiplici & ſolito ſuffragio veſtro, quo de nubilo reducimur in ſerenum, in multis promoti, quas & quales poſſumus vobis effundimus gratiarum actiones, dilectioni veſtræ pro certo referentes quod, poſtquam de pace, nobis & terræ noſtræ reddita, gaviſi ſumus, nunquam majorem ſpem concepimus de tranquilitate & melioratione ſtatus noſtri & Regni noſtri, quem venerabilis & dilectus nobis in Chriſto pater Cantuarienſis Archiepiſcopus, unà cum Dunolmenſi Epiſcopo & Cancellario noſtro, & Coepiſcopis ſuis, & cæteris Angliæ Prælatis; aſſiſtente ſemper lateri noſtro potenter & patenter in omni fidelitate Huberto de Burgo Juſticiario noſtro cum cæteris fidelibus noſtris, proſperum effecit & tranquillum.

Set, cum non dormiat ille, qui pacifica corda turbare nititur, ſupplicavimus Domino Papæ ut, ſi qua, ex parte quorundam ex Magnatibus noſtris, ſimulantium ſe velle negotia noſtra promovere, ſicut præſentium bajuli ſibi poterunt & vobis, ſi placet, plenius enarrare, auribus Domini Papæ ſuggeſta fuerint hiis contraria, inania & fide minus digna velit reputare; quoniam cum multorum diverſa ſit plerumque voluntas, non omnibus omnia, quæ circa nos geruntur, ſunt accepta.

Si quid autem contradictionis emerſum fuerit, quod abſit, in Regno noſtro, facile ſedare poterimus, propitiante Domino, ex memorati Domini Cantuar. Archiepiſcopi, Coepiſcoporumque ejus, necnon Juſticiarii noſtri, & aliorum fidelium noſtrorum, conſilio & auxilio.

Petimus igitur a dilectione veſtra ut Nuncios noſtros, videlicet dilectos & fideles noſtros Magiſtrum Stephanum de Lucy, & G. de Crancumb. qui vos plenius inſtruere poterunt de ſtatu noſtro & Regni noſtri, benigne audire, &, in conſpectu Domini Papæ, ſolita pro nobis facta interceſſione, reddere velitis expeditos; efficientes, ſi placet, quod diligentiam Domini Cantuarienſis, & Coepiſcoporum ejus, Juſticiarii etiam, & fidelium noſtrorum, ſpecialius nobis aſſiſtentium, quos vobis expreſſius nominabunt præſentes Nuncii, circa nos appoſitam ut prædiximus, habeat Dominus Papa commendatam; & ſcribat illis ut ſpirituali gladio rebelles nobis, appellatione remota, compeſcant, illis ut, ſecundum vires temporales, nobis fideliter & potenter obſequendo, laudabilibus inceptis ſuis firmiter inſiſtant.

Scribi etiam impetretis a Domino Papa certis Perſonis, a Nunciis noſtris vobis nominandis, quod, ſi quid in animo conceperint contra nos, vel Juſticiarium noſtrum, vel alios de noſtris, qui nobis aſſiſtunt, a propoſito tali reſiliant, & nobis firmiter adhæreant, alioquin juxta providentiam Domini Papæ & veſtram compeſcantur.

Ut autem hiis, quæ vobis ſcribimus, major fides adhibeatur, paternitati veſtræ nobis dilectæ notum facimus quod tàm præſentes litteræ, quàm aliæ litteræ noſtræ, Domino Papæ directæ, a conſcientia & præcepto noſtro emanarunt, & in præſentia noſtrâ confectæ & ſigillatæ fuerunt.

Teſte ut ſupra coram eiſdem.

Littera quorundam Magnatum Honorio Papæ, ne proditores in partibus ejuſdem Papæ remanentes, in Regnum Angliæ revertantur.

A.D. 1223. An. 8. H. 3. Ex Orig. in Turre Lond.

A.D. 1223.

Sanctiſſimo Patri ac Domino Honorio, Dei gratia ſummo Pontifici, devoti ſui Hubertus de Burgo Juſticiarius Angliæ, R. Comes Ceſtriæ, Falcaſius de Breante, Philippus de Aubigny, Willielmus de Cantilupo, Galfridus de Nevill, Brian. de Inſula, Engelardus de Cigogny, Hugo de Nivona, fideles Domini Regis Angliæ, ſeipſos ad oſcula pedum beatorum.

Paternitati veſtræ quaſcunque poſſumus gratiarum referimus actiones, eo quod, circa devotiſſimum veſtrum, Dominum noſtrum Henricum Regem Anglorum illuſtrem, tam per veſtram, quam per Domini Pandulphi Norwicenſis Electi, Legati veſtri, ſollicitudinem, manum invictam & curam vigilantem, in omnium ſuorum promotione bonorum, dignatur veſtra ſanctitas exercere, univerſa

A.D. 1223. Hen. 3. verſa ejuſdem Domini noſtri negotia, pluſquam poſſimus dicere, laudabiliter promovendo.

Verum cum, juxta verbum ſapientis, non ſit major virtus quærere, quam parta tueri, dominationem veſtram non deſinimus pia ſollicitare inſtantia, ut, conſiderantes infinitas anguſtias & labores graves quas veſtra ſanctitas, ſibi non parcens ut nobis poſſet proficere, per ſe ac ſuos, in defenſione Domini noſtri & totius Regni, non recuſavit nec timuit ſuſtinere, incrementum adeo boni nominis, & cum tanta difficultate exculti conſervetis ab inimici hominis conculcatione maligna; ne perdatur per aliquorum nequitiam id, quod, per tantam providentiam, veſtri gratia, in Domino noſtro condidiſtis ac nobis.

Sicut enim ex quorundam provida ſignificatione didicimus, quidam, perſuaſionibus ſuis ſanctitatem veſtram circumvenire intenti illos, qui pro ſuæ immenſitate malitiæ, & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ contemptu, ac læſæ Majeſtatis Regiæ vitio, & totius Regni turbatione, per veſtram, & Apoſtolicæ ſedis deliberationem a toto Regno ſententialiter ſunt excluſi, ad Regnum revocare, & in ipſo promovere nituntur; ac etiam ſuper ipſum Dominum Regem & Regnum, poteſtatem ſuam & Dominium ampliare.

Cumque nulli ſit dubium, quin univerſa Domini Regis & Regni detrimenta valeant pullulare, ſi tales ſciſmaticos & perverſos ad Regnum, quod abſit, revocari; aut ipſos, aut fautores ipſorum in Regno promoveri, vel exaltari contingat; paternitatem veſtram exoramus attentius ut, cum Dominum Regem ac Regnum tanto diligentius vos oporteat conſervare, quanto ſpecialius veſtræ ſumus dominationi ſubjecti, placeat ſanctitati veſtræ proditis ſciſmaticis taliter claudere viam reverſionis ad Regnum, ne de cætero nos præſumat quiſquam ſuper hoc infeſtare; nec liceat illis aut eorum fautoribus nos, qui pro fidelitate Domini noſtri & veſtra, ac ſedis Apoſtolicæ devotione, parati ſumus & fuimus quælibet incurrere detrimenta, ad effuſionem noſtri ſanguinis, & turbationem quietis & pacis noſtræ ulterius provocare. A.D. 1223. Hen. 3.

Ut autem ſuper hoc ſanctitati veſtræ noſtra intentio penitus declaretur, pro certo teneat veſtra paternitas, quod in nullius neceſſitatis articulo a devotione ſedis Apoſtolicæ, & fidelitate Regia aliquatinus recedamus.

Unde ut in hiis firmi & ſtabiles perſiſtamus, præcavere volentes cuilibet eventui ſive facto, per quod poſſet noſtro propoſito præjudicium generari, nullatenus volumus, vel permittemus aliqua ratione ut hii (qui in partibus veſtris malorum omnium initium extiterunt, qui ſacroſanctam Romanam Eccleſiam contempnentes, Domini noſtri majeſtatem nitentes honore Regio ſpoliare, & gloriantes ſe cauſam dediſſe mortis claræ memoriæ Johanni Regi Angliæ, Domini noſtri filii ſui, ac noſtrorum omnium fidelium ejus ſanguinem ſitiebant) ad Regnum aliquatinus revertantur, vel ipſi, vel aliqui, qui eis conſenſum præſtiterant aut favorem, Regno præficiantur; aut ulterius promoveantur in ipſo.

Non enim decet ut aliqui ſuper Domini Regis & noſtra capita dominentur, de quibus conſtet nos mortali fuiſſe odio perſecutos.

Paternitas igitur veſtra circa iſta conſideret, & attendat ea quæ honori ſuo expediant, & ad Domini Regis & Regni pertineant tranquilitatem & pacem.

De pace & ſecuritate datis Mercatoribus Franciæ.

A.D. 1224. An. 8. H. 3. Pat. 8. H. 3. m. 9.

HEnricus Dei gratia Rex Angliæ, &c. omnibus fidelibus & Ballivis ſuis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.

Sciatis quod dedimus & conceſſimus pacem & ſecuritatem omnibus Mercatoribus de poteſtate Regis Franciæ venturis, & moraturis, & receſſuris per poſſe noſtrum, & mercandiſis ipſorum, a Paſcha, proximo poſt obitum Philippi Regis Francorum, uſque in quindecim dies a feſto ſancti Johannis Baptiſtæ proximo ſequente; faciendo inde rectas & debitas conſuetudines. A.D. 1224.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras patentes eis fieri fecimus.

Teſte meipſo apud Sanctum Albanum, anno Regni noſtri octavo.

A.D. 1224. Hen. 3.

De Anglis damnificatis contra Treugam cum Francia.

A.D. 1224. An. 8. H. 3. Clauſ. 8. H. 3. m. 11. d.

REX Conſtabulario Dour. ſalutem.

Mandamus tibi quod denuncies Baronibus noſtris de Quinque-portubus, & Mercatoribus terræ noſtræ frequentibus inter ipſos, ut ſeipſos certificent in quibus, & in quantis, & per quos, de poſſe Regis Franciæ dampnificati fuerint contra hanc ultimam treugam quatuor annorum, captam inter nos & Philippum quondam Regem Franciæ; quæ ſcilicet treuga duratura eſt uſque ad inſtans Paſcha.

Et provideant ipſi Barones & Mercatores ut de omnibus prædictis ſciant certificare Nuncios noſtros, quos mittemus apud Sanctum Ademar. in occurſum Nunciorum Regis Franciæ, ad Dominicam proximam ante Paſcha Floridum, pro talibus interpriſis communiter emendandis.

Et quod contra terminum illum probationes ſuas paratas habeant, & illi prompti ſint ad proſequendum & ad reſpondendum aliis de Regno Franciæ, ſi quos offenderint contra treugam prædictam.

Teſte E. London Epiſcopo apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Februarii.

A.D. 1224.

Eodem modo ſcribitur,

Majori & Vicecomitibus London.
Majori & Ballivis Lenn.
Ballivis de Jernemue & de Dunewich.

Simili modo ſcribitur,

Conſtabulario Briſtoll.
Majori & probis hominibus Winton.
Ballivis Suhamton.

Hoc mutato quod certificandi ſunt Nuncii Domini Regis, quos mittet in Marchiis Pictaviæ & Andegaviæ, circa inſtans Paſcha.

De damnis, illatis contra Treugam Mercatoribus Franciæ, emendandis.

A.D. 1224. An. 8. H. 3. Pat. 8. H. 3. m. 5. d.

REX omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Noveritis nos conceſſiſſe, & firmiter creantaſſe quod ea omnia, quæ quatuor attornati, duo videlicet ex parte Domini Regis Francorum, & duo ex parte noſtra, vel tres eorum, per ſacramentum ſuum dixerint perſolvenda ſuper debitis, dampnis, & deperditis Mercatorum, & aliorum hominum Domini Regis Francorum, factis infra hanc ultimam Treugam, bona fide in integrum perſolvemus.

Et, ſi non potuerint concordare ipſi quatuor, vel tres ex eis, per ſacramentum ſuum eligent quintum dicti quatuor; & quod ille quintus cum duobus illorum quatuor de prædictis dixerint perſolvendum, plenarie ſimiliter perſolvemus.

A.D. 1224.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium viceſimo quinto die Martii, anno &c. octavo.

Coram Domino Cantuarienſi Archiepiſcopo, Huberto de Burgo Juſticiario, & Bathonienſi & Sareſberienſi Epiſcopis.

De obligatione Archiepiſcopi Cantuar. Comiti Marchiæ.

A.D. 1224. An. 8. H. 3. Pat. 8. H. 3. n. 9.

REX, &c. omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint ſalutem. Noveritis quod S. Cantuarienſis Archiepiſcopus, H. Comiti March. & Iſabellæ Reginæ uxori ſuæ matri noſtræ obligavit ſe pro nobis ad petitionem noſtram in hunc modum.

A.D. 1224.

Nobili viro & amico kariſſimo H. Comiti March. & Ingol. & ſereniſſimæ Dominæ

A.D. 1224. Hen. 3. Dominæ ſuæ Iſabellæ Reginæ Angliæ Comitiſſæ March. & Ingol. S. permiſſione divina Cantuarienſis Eccleſiæ Miniſter humilis, totius Angliæ primas, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, ſalutem, cum dilectione ſincera. Nobilitati veſtræ notificamus quod nos manucapimus bona fide quod Dominus Rex conventiones, quas per litteras ſuas patentes promittit ſe obſervaturum vobis a feſto Pentecoſtes proximo venturo, quod erit anno gratiæ milleſimo ducenteſimo viceſimo quarto, in quatuor annos, fideliter obſervabit, & de hoc vobis tenemur per has litteras noſtras patentes. valete. A.D. 1224. Hen. 3.

Nos igitur eidem Archiepiſcopo promiſimus quod ſuper hac obligatione ſua ipſum conſervabimus indempnem. In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras patentes ei fieri fecimus.

Teſte Rege apud Weſtm. viceſimo ſeptimo die Martii, anno &c. octavo, coram Huberto de Burgo Juſticiario, & R. & J. Sarum & Bathonienſi Epiſcopis.

De Emendis Walliæ prorogandis.

A.D. 1224. An. 8. H. 3. Clauſ. 8. H. 3. m. 5. d. REX Lewelino Principi Norwalliæ ſalutem.

Sciatis quod, propter magna & ardua negotia noſtra & Regni noſtri, quibus ad præſens intendere nos oportet, non poterimus eſſe apud Salopesbiriam ad diem inter nos & vos conſtitutum, videlicet, in die Dominica proxima poſt inventionem ſanctæ crucis, anno Regni noſtri octavo, pro emendis faciendis de dampnis, ſicut proviſum fuit, a die captionis Caſtri de Kinardeſl.

Et ideo de conſilio Magnatum & fidelium noſtrorum diem illum prorogamus uſque in octo dies poſt prædictam diem Dominicam, videlicet in unum menſem a Paſcha, proximo præterito, anno eodem, ad quem diem per Dei gratiam procul dubio una cum Domino Cantuar. Archiepiſcopo & cum conſilio noſtro erimus; ita quod omnia interim, rem iſtam tangentia, in tali ſtatu ſint, quo nunc ſunt, tàm in treugis, quàm aliis; unde volumus & mandamus quod ſic fiat per omnia. A.D. 1224.

Et quod vos interim treugas inter vos & inpriſios veſtros, & Comitem Willielmum Mareſcallum & inpriſios ſuos ex parte veſtra & veſtrorum faciatis firmiter obſervari; quia eidem Comiti, in præſentia noſtra conſtituto, præcepimus & firmiter injunximus quod treugas illas interim vobis & inpriſiis veſtris firmiter obſervari faciat ex parte ſua & ſuorum.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 24 die Aprilis.

Bulla quo Fredbericus Imperator aſſumpſit iter eundi in Terram ſanctam, & exhortatio Regi Henrico ad crucem & ſubſidium dictæ Terræ.

A.D. 1224. An. 8. H. 3. Ex Orig. HOnorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Juſtus Dominus in omnibus viis ſuis, qui unicuique, pro meritis, condigna retributione reſpondet, circa negotium terræ ſanctæ ſpem populi Chriſtiani fovit aliquando proſperis, & interdum debilitavit adverſis.

O, quantum chriſticolis videbatur arridere proſperitas! O, quantum illuxiſſe credebatur fidelibus felicium aurora ſucceſſuum! quando cruceſignatorum exercitus, Egyptum aggrediens, poſt turrim captam, poſt tranſitum fluminis, poſt hoſtes exterritos, in adverſariorum ſtationibus caſtra fixit, & Damiatam, quæ robur cenſebatur Egypti, duris obſidionis anguſtiis coartavit. A.D. 1224.

Res quidem agebatur miraculi; cum Dominus qui elegit infirma mundi ut confundant fortia, civitatem, expugnationi difficilem, eo tempore tradidit gerentibus bellum ejus, quo invaluerat multum partis adverſæ potentia, & abreviatus erat non modicum noſtrorum numerus bellatorum.

Habebat autem in hiis univerſitas Chriſtiana, unde protendent quaſi certæ ſpei fiduciam in futurum; verum ſuccedentibus proſperis, victores obliti nominis Domini, poſt triumphum, dato virtutibus

libello

A.D. 1224.
Hen. 3.

libello repudii, ſic contraxere cum vitiis, quod detrahebatur fidei ubi convertendi fuerant infideles, & major erat peccatorum commiſſio, ubi major remiſſio ſperabatur.

Quapropter provocatus Dominus dexteram in ſiniſtram, & gratiam mutavit in iram, cytharam nobis vertit in luctum, & gaudium tranſtulit in mærorem, cum noſtris in manu hoſtili concluſis, & perdita Damiata brevi dierum numero, ſic exinaniti ſunt ipſis longi labores, quod non ſolum blaſfemorum injuriis nomen eſt expoſitum chriſtianum, verum etiam, quoad aliquos, qui alioquin communicaverant fidei, contemptui datus eſt ipſe Chriſtus.

Veruntamen facta eſt durior poſt proſperitatem adverſitas; & eo minus habuit conſolationis afflictio, quo minus argumenta proſperitatis præteritæ, ſubſecutæ jacturæ pati poterant conjecturam.

Set, licet iniquitates noſtræ quandoque diviſerint inter nos & Deum noſtrum, non eſt tamen aggravata ejus auris ut non exaudiat, nec abbreviata manus ejus ut ſalvare non poſſit; miſericordiam quippe non continebit in ira, quin ſaltem, propter nomen ſuum, ne ulterius blaſfemetur in Gentibus, potenter exurgens, judicet & cauſam ſuam, &, exaltans humiles in ſalutem, iniquos abigat & conſternat elatos.

Ecce! ipſius inſpiratione, ut firmiter credimus, cariſſimus in Chriſto filius noſter Fredericus illuſtris Romanorum Imperator, ſemper auguſtus, & Rex Siciliæ, omiſſis multis arduiſque negotiis, quorum onus honorem imperialis celſitudinis ſequebatur, venit ad nos in Campaniam, nobiſcum de prædictæ terræ ſubſidio tractaturus.

Ibique præſentibus venerabili fratre noſtro Patriarcha, & cariſſimo in Chriſto filio noſtro Johanne illuſtri Rege Jerlitan. Bethlemetan. Epiſcopo Magiſtro Hoſpital. Præceptore Templi, & Magiſtro Domus Theotonicorum, ac aliis, quos, ad tractatus hujuſmodi, diverſis mundi partibus vidimus adhibendos, ſingulis, quæ natura negotii requirebat, diligenti meditatione penſatis, idem Imperator, ad noſtrum beneplacitum, & conſilium prædictorum, transfretandi terminum in Feſto Sancti Johannis Baptiſtæ, poſt biennium proximo ſecuturo, prompta voluntate ſuſcepit, corporale ſuper hoc exhibens ſpontaneus juramentum.

Denique, ut ad id plenius manifeſtaret affectum, & plus fidei daretur negotio, ac omnino ſuſpitionis contrariæ ſcrupulus tolleretur, ad inſtantiam Patriarchæ prædicti, & aliorum orientalium, in noſtra, & fratrum noſtrorum præſentia, & multitudinis hominum, qui ad colloquium venerant, ſe ducturum in uxorem legitimam Filiam Regis ejuſdem jurisjurandi religione firmavit.

A.D. 1224.
Hen. 3.

Sane probabili præſumptione tenemus quod a Domino factum eſt iſtud; &, ut votis fidelium obtatæ rei ſucceſſus exolvat quod præconceptæ ſpei præludia promiſerunt, ad ſui reſtaurationem negotii tuum & aliorum Regum, ac Principum animos ipſe Filius ſummi Regis accendet; qui, de ſecreto patris, in publicum egreſſus, ad ſervos ad ima deſcendit, ut ſubditis ad ſumma pararet aſcenſum, ſub teſta noſtræ mortalitatis figulus in terris viſus, & cum hominibus converſatus.

Tuum proculdubio expetit & expectat auxilium cauſa Chriſti, & probatam domus tuæ potentiam deſiderat Terra Sancta; ſenſit enim quis, qualis, & quantus ei fuerit illuſtris memoriæ Rex Ricardus, cujus nomen ſic in terrorem hoſtium fidei creverat, quod exclamatio ejus in prælio nonnunquam ſufficiebat ad ſtragem; & fortè non deeſt quod hoſtes adhuc in proximo ſanguinis metuant, dummodo reſurgat patrui dextera in nepote.

Illud etiam non duximus omittendum, quod, cum in thronum Regni cruceſignato ſucceſſeris, decet ut & in crucis obſequium te votivum exhibeas ſucceſſorem; quia, ſi patris debita legitimus hæres exolves, expedit non minus cæleſti, quam terreno ſatisfieri creditori: præſertim cum favor crucis perſonæ tuæ, per Dei gratiam, ſatisfuerit fructuoſus.

Certe ad id gens tibi ſubjecta plenis deſideriis & totis viribus debet aſſurgere; quia non, ſine notâ, in peculiari bello Dei filii ſolvat militiæ cingulum, arma relinquat rubigini, animum neget victoriæ; cum corona non deſit victoribus per gratiam & meritum in præſenti, per gloriam & præmium in futuro.

Hinc eſt quod excellentiam tuam affectuoſe rogamus, obſecrantes, per patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, per ſanguinem Jehu Chriſti, ut exurgas in adjutorium Chriſti tui, qui, quodammodo in ſe prodigus, & parcus in ſervis, temporali morti ſe tradidit, ut te a faucibus mortis eriperet ſempiternæ.

Exurgas & liberes terram illam, in qua ſalutem humani generis operatus eſt perſonaliter ipſe ſalvator: Exurgas ad contritionem nationis pravæ atque perverſæ, quæ, *ubi ſit Deus Chriſtianorum?* impro-

A.D. 1224. Hen. 3.

improperat, & multis inſultat opprobriis nomini Chriſtiano.

Et quidem illatas ſubditis tuis offenſas ulciſceris, & Dei tui non vindicabis injurias tam atroces? Ad hæreditates tuorum manus invaſorum extendi non pateris, & patieris hæreditatis dominicæ tanto tempore detentores? Ne igitur in Deo periculoſe diſſimules, quod juſte non tolerares in homine.

Pungat cor tuum tui contumelia creatoris, accendat te zelus fidei chriſtianæ; ut ſic in forti manu & extento brachio terræ memoratæ ſubvenias, quod, inſinuato nobis ſubventionis tuæ propoſito, ante faciem aliorum te fructuoſe ponamus exemplar, in tuis laudibus gloriantes; tibique accreſcat cumulus meritorum, non ſolum ex hiis quæ feceris per teipſum, ſed ex aliis etiam, quæ facti tui ſimilitudine ſubſequentur.

Dat. Lateran. v. Kal. Maii, Pontificatus noſtri anno Septimo.

Sub filo canabeo.

Litteræ a Communitate Baionenſi Regi de Rupella Regi Franciæ tradita.

A.D. 1224. An. 8. H. 3. Ex Orig. infra Turrim London.

ILluſtriſſimo Henrico, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, Duci Normanniæ & Aquitaniæ, & Comiti Andegaviæ, Excellenti & dilectiſſimo Domino ſuo, Major & Duodecem totumque Concilium Baionenſe, ſalutem; ſeipſos in omnibus ad ipſius beneplaciti voluntatem.

Sublimitati veſtræ, ut credimus, aliàs ſatis innotuit quali factione Villa veſtra Rochell. tradita fuerit Regi Franciæ; quæ tamen, ut dicitur, defendi poterat, ſi Dominus S. de Malo leone & Burgenſes ipſius Villæ vellent erga vos, qualem debebant, fidelitatis conſtantiam exhibere.

Erant autem ibi ex noſtris Concivibus bene quadringenti armati, qui eis gratis quodcumque poterant ſubſidium fideliter conferebant; ſicut vobis poterit per veſtros venerabiles viros, qui ibidem aderant, innoteſci.

Eramus præterea miſſuri eis, in proximo, de melioribus villæ noſtræ, cum navibus & galeis, quas magnis expenſis faciebamus & fecimus apparari: Ipſi vero Burgenſes Rochell. poſuerant in ſtatione & munitione illos Concives noſtros apud debiliorem partem ipſius villæ; qui tamen, cum Burgenſes Rochell. homines Regis Franciæ in villam, ipſis ignorantibus, admiſiſſent, ſtatim navigio aufugerunt; & pars eorum ad nos quarta feria ante feſtum ſancti Laurentii pervenerunt.

Nos tamen nichilominus fecimus Naves noſtras & ſex galeas refici, & fieri, & muniri; cum quibus proponimus, favore Dei præambulo, inimicos veſtros moleſtare, quantumque & ubicumque poterimus gravare, & veſtris fidelibus pro poſſe fideliter ſubvenire.

A.D. 1224.

Speramus autem firmiter in eo, qui in ſe confidentibus facit in omni temptatione proventum, quia jus noſtrum quandoque reſpiciat, & adhuc det nobis veſtris Hoſtibus prævalere.

De nobis autem noveritis quod nullo fortunæ turbine ſumus a fidelitatis vobis exhibendæ conſtantia receſſuri; &, ſi quid oportuerit nos omittere de eis, quæ facere proponimus & debemus, nunquam in nobis infidelitas, ſet impotentia poterit denotari.

Cum vero fuerimus olim nimis gravati guerris aſſiduis illuſtris Regis Caſtellæ & fautorum ſuorum, & demum urbis noſtræ incendio, & etiam jactura multarum navium, quæ hiis temporibus ſunt paſſæ naufragium & confractæ, noſtræ ſubſtantiæ ſunt admodum, & ultra ſit credibile, minoratæ in tantum quod expenſas, quas oporteat nos facere in munitione & paratu galearum, in quarum præparatione bene expendimus mille Marcas vel amplius, per nos non poſſumus ſuſtinere.

Ad hoc vobis ſignificandum duximus quod, ſicut nobis eſt intimatum, Rex Navarræ, cujus ira nobis eſt magna, confœderatus eſt cum Rege Franciæ propter Comitem Campaniæ nepotem ſuum, & intendit, ſicut nobis dicitur, nos gravare.

Villa autem noſtra, ex parte Navarræ, eſt valde debilis, & ad claudendam ipſam, prout neceſſe eſſet, ſufficere non valeamus; ea propter Dominium veſtrum intentius deprecamur quatinus, ſi vobis placeat, ſuccurſum veſtræ pecuniæ nullatenus nobis tranſmittere differatis, ut urbem noſtram

A.D. 1224. Hen. 3.

poſſimus munire & claudere, nos & ipſam vobis fideliter conſervare eo (quod ſperamus & proponimus) quod geſtus noſtros ad effectum perducere valeamus.

Valeat in Domino Celſitudo veſtra.

A.D. 1224. Hen. 3.

Quod non extorqueantur Pedagia a cruce-ſignatis in Anglia.

A.D. 1224. An. 8. H. 3. Ex Origin.

A.D. 1224.

Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Henrico illuſtri Regi Angliæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ſit non ſolum Impium, ſet etiam abuſurum illis auferri pedagia, qui ei, cujus pedibus omnia ſunt ſubjecta, fideliter obſequi affectantes, ad vindicandam injuriam crucis ejus, & Terram, quæ Funiculus eſt Hæreditatis ipſius, ab hoſtibus vendicandam, cognatis, & notis, ac poſſeſſionibus derelictis, laudabiliter accinguntur; Excellentiam tuam rogamus, & hortamur in Domino quatinus a Cruceſignatis, in Terræ ſanctæ ſubſidium profecturis, ſive ab illis, qui neceſſaria deferent eorumdem, in Regno tuo extorqueri pedagia non permittas, ab extorſione hujuſmodi præſumptores, poteſtate tibi tradita, compeſcendo.

Cæterum, quia generali Domino generalis debet exhiberi ſubventio, eo quod ſicut nullus beneficiorum ejus eſt expers, ſic & nullus ſe poteſt ab ejus obſequiis excuſare, inter alios ſubventionis modos in Regno Angliæ ſerenitas Regia ſtatuat, ut quælibet Domus, ſingulis menſibus, uſque ad Triennium ſaltem, unum Turonenſem, vel æquivalentem monetam exolvat; quoniam ex collecta contributione hujuſmodi, ſine cujuſquam gravamine aggregatâ, provideri poterit terræ ſanctæ ſubſidium opportunum.

Hæc etiam ab aliis Regibus & Principibus Chriſtianis expoſcimus; non erubeſcentes pro illo apud alios fieri petitores, qui parati ſumus de hiis, quæ habet Eccleſia, & aliis, quæ ad ſuccurſum Terræ prædictæ provenerint, libenter & liberaliter ſubvenire.

Dat. Laterani v. Kal. Maii, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Sub plumbeo ſigillo pendente a filo Canab.

Littera Franciæ Regi de Treugis capiendis.

A.D. 1224. An. 8. H. 3. Pat. 8. H. 3. m. 3. d.

A.D. 1224.

Domino ſuo, quando ei placuerit, Lodowico, Dei gratia illuſtri Regi Francorum, Henricus eadem gratia, &c. ſalutem & dilectionem.

Mittimus ad vos dilectos nobis in Chriſto fratrem Alanum Martel, Magiſtrum Militiæ Templi in Anglia, & Priorem de Lenton. & Magiſtrum H. Cancellarium London, quibus fidem habere velitis ſuper hiis quæ vobis dixerint, ex parte noſtra, de treugis inter vos & nos prorogandis uſque ad quadriennium, a Paſcha Anno gratiæ Milleſimo ducenteſimo viceſimo quarto. Scituri quod ratum & gratum habebimus quicquid ipſi inde fecerint ex parte noſtra.

In cujus, &c.

Teſte meipſo apud Novum Templum London, 28 die Aprilis, Anno, &c. 8.

Coram Domino Cantuar. Archiepiſcopo, Huberto de Burgo Juſticiario, & J. Bath. & R. Sarum Epiſcopis.

Conſimiles factæ fuerunt litteræ, in quibus appoſitum fuit, quibus fidem habere velitis, vel duobus illorum, ſi omnes ad hoc intereſſe non poſſint.

De Treugis cum Francia prorogandis.

A.D. 1224. An. 8. H. 3. Clauſ. 8. H. 3. m. 8. dorſ.

A.D. 1224.

REX Venerabilibus viris & Amicis in Chriſto chariſſimis, Epiſcopo Senonenſi & Epiſcopo Silvanectenſi ſalutem.

Grates Paternitati veſtræ referimus de hiis, quæ, de Mandato Domini Papæ, nobis duxiſtis, per Litteras veſtras, intimanda de Treugis inter Dominum Regem Franciæ & nos prorogandis.

Et vobis ſignificamus, quod nuncios noſtros, per Dei gratiam, ad concilium Pariſienſe, ad tres ſeptimanas Paſchæ,

A.D. 1224. Hen. 3.

chæ, mittemus ad audiendum inde per vos voluntatem & reſponſum ipſius Regis Franciæ.

Noveritis autem quod nos non interim intercipiemus erga ipſum Regem vel ſuos in Treugis, niſi ex parte ſua prius fuerit interceptum.

A.D. 1224. Hen. 3.

Nos autem, ex parte Domini Papæ, mandatum accepimus per Literas ſuas, de Treugis proprogandis uſque ad quadriennium, ſicut ipſe recepit.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium viceſimo octavo die Aprilis.

De diſpenſatione Papali pro Rege, ſuper matrimonio contrahendo cum Filia Comitis Britaniæ.

A.D. 1224. *An.* 8. *H.* 3.

Bundela Lit. infra Turrim London.

VEnerabili in Chriſto Patri R. Dei gratia Ciceſtren. Epiſcopo, A. ejuſdem miſeratione Lichfield. Eccleſiæ Miniſter humilis & ſuus collega, ſalutem in Domino.

Diſcretionem veſtram latere noluimus, quod cum pro negotio nobis injuncto laboraverimus (ſi fas eſt dicere, ultra quam fas ſit credere) tandem, (concedente Domino) quod petivimus, obtinuimus in principali: licet litteras ſuas ſuper hoc ad præſens nolit Dominus Papa concedere; ſed de mandato ſuo ſpeciali litteras ſuas nobis dirigunt (quas etiam coram ſe legi fecit Dominus Papa) ſubſcripti Cardinales.

Litteras autem, licet habebamus eas deputatas, non duximus præſentibus Nunciis propter marium pericula committere: tenor autem earum hic eſt.

Egregio & magnifico Viro, Domino Henrico Dei gratia, Regi Angliæ illuſtri, P. miſeratione Divina Epiſcopus Albanenſis, G. titulo Sancti Martini, S. Baſilicæ duodecim Apoſtolorum, & I. titulo Sanctæ Praxedis, Præsbyteri Cardinales, ſalutem in eo, qui Regibus dat ſalutem.

Pro obtinenda diſpenſatione Matrimonii inter vos & filiam nobilis Viri Comitis Britaniæ contrahendi, cum venerabili patre Epiſcopo Coventrenſi, apud Dominum Papam diligenter inſtitimus, & frequenter fidelitatem & dilectionem veſtram & Regni veſtri ſtudioſius exponentes: Qui, licet ſinceritatem dilectionis, quam erga vos & Regnum veſtrum habet, ſatis nobis expreſſerit, & ſæpius inculcaverit, quare non facit Rex Angliæ factum ſuum? adjiciens placere ſibi quod efficaciter in negotio proceſſiſſetis eodem, literas tamen ſuas nobis ad præſens ſuper hoc concedere recuſavit; ſed placuit ei, quod de conſcientia ſua noſtras vobis litteras mitteremus.

Nos igitur, de certa ejus conſcientia, ſerenitati Regiæ duximus conſulendum, quatinus ſecurè ad hujuſmodi conſummandum negotium procedatis & indubitanter. Et, ut credimus, Dominus Papa gratiam vobis in hoc factam minime ſubtrahet; ſed in hoc, & in aliis vobis, tanquam ſpeciali & devoto filio, præſtabit conſilium & favorem.

A.D. 1224.

Nos igitur de conſilio dictorum Cardinalium conſulimus Domino Regi, quod ſecurè procedat ad hujus negotii conſummationem; quia nihil oportebit vos timere, quoad Deum vel homines, ut ſæpius inculcaverunt nobis prædicti Cardinales. Et etiam Dominus Hoſtienſis, qui, quia tunc præſens non fuit quando ſignatæ ſunt literæ memoratæ, ſigillum ſuum non oppoſuit, cum aliis, non minus ipſis propter hoc laboravit. Alia vero negotia——— — ———quia conſilio Cardinalium conceſſæ fuerunt (ut dicit) Domini Papæ literæ directæ Pictavienſibus, & de conſilio eorundem ſuſpenſæ, non potuit Dominus Papa ſuſpenſionem revocare, quia non conſentiunt fratres, ſed habebimus literas memoratas ad omnes Vaſſallos Domini Regis, continentes invectionem contra reſilientes & recedentes a fide veri Domini ſui, ut fidelitatem Domini ſui vigoroſius reſumant & conſervent.

Præterea petivimus, quod amoverentur Gallici, qui ſunt in partibus Albigenſium, de terris quæ ſunt de feodo Domini Regis, ſi quas forſan invaſerint; ſed quia neſcivimus ſuper hoc certum petere, nec ipſi reſpondere; ſed cum ſciverint, quæ ſunt terræ (ſi quæ fuerunt) quod ſuum erit, volenter exequentur; præſertim cum prohibitum fuerit Regi Franciæ, ne aliquid in partibus illis attemptaret in præjudicium Imperatoris vel veſtrûm, vel aliorum fidelium.

Comes autem Tholoſanus juvari non poterit, niſi mittat ad curiam nuncios ſpeciales. Ad quid autem expediat ei mittere, prout poterimus, inquiremus; veruntamen bene placet ſaniori parti curiæ, quod ſuos hoſtes viriliter & proſequatur, &c.

Putredine cætera perierunt.

Finita treuga cum Francia notificatur Baronibus quinque Portuum.

A.D. 1224.
An. 8. *H.* 3.
Pat. 8. *H.* 3. *m.* 6. *d.*

REX omnibus Ballivis & Baronibus quinque Portuum ſalutem.

Sciatis quod ad Paſcha proximo præteritum, anno regni noſtri octavo, terminatæ fuerunt treugæ pridem inter nos, & Regem Franciæ; ita quod treugas cum ipſo non habemus.

Et ideo vobis mandamus firmiter præcipientes quatenus, ſicut nos & omnia veſtra diligitis, omnes naves portuum veſtrorum in portubus veſtris retineatis, præparantes eas ad ſervitium noſtrum; ita quod promptas & paratas eas invenire poſſimus quandocumque voluerimus.

Nec permittatis quod aliqua navis, cum mercandiſis vel aliis, à portubus noſtris exeat, ſine ſpeciali præcepto noſtro; ſet omnes naves undecumque ſint, & omnes homines extraneos, à portibus tranſmarinis ad portus veſtros venientes, ibidem areſtari faciatis, donec aliud inde præceperimus.

Teſte,
R. Sarum Epiſcopo apud Weſtmonaſterium, 15 die Maii.

Eodem modo Ballivis & probis hominibus,
Porteſmue,
Sorham,
Suhamton.
Safford,
De la Pole,
Exon.
Briſtol.
Dertmue,
Norwic.
Gernemue,
Oreforf.
Dunewic.
Gipewic.
Lenne,
Erewell,
Eremuth.

A.D. 1224.

Set in litteris, quæ miſſæ fuerunt Ballivis & probis hominibus Dertem. Briſtol. & Exon. appoſitum fuit in fine brevis

Ita quod Mercatores, vel alii nichil de ſuo ſint perdentes.

Et Vicecomitibus Cornubiæ & Devoniæ mandatum fuit eodem modo, hoc ſolum mutato quod ubi dicitur, *omnes naves portuum veſtrorum,* dicitur *omnes Naves inventas in portubus Ballivæ tuæ retineas.*

Scribitur etiam eodem modo Ballivis & probis hominibus,
Dour,
Rumenel,
Rya,
Kingeſton. &
Eya,
Haſting,
Pageham,
Peuenes.

Appoſita in hiis litteris hæc clauſula,

Mittimus autem ad vos dilectum & fidelem noſtrum Philippum de Albiniaco pro agendis noſtris, quibus intendatis, & ea faciatis quæ vobis dixerit, ex parte noſtra, ad fidem, commodum & honorem noſtrum de Navibus præparandis, congregandis & areſtandis; &, per ipſum, nos certificetis de ſtatu veſtro, videlicet de præparatione Navium & aliis.

Coventrenſis Epiſcopi Littera Regi de Falkaſio de Breant.

A.D. 1224.
An. 8. *H.* 3.
Bundela brevium & litterarum in Turre Lond.

REverendiſſimo Domino ſuo Henrico, Dei gratiâ, Regi Angliæ, &c. devotus & fidelis ſuus A. divina permiſſione Coventrenſis Eccleſiæ Miniſter humilis, ſalutem, &c.

Noverit excellentia veſtra quod, cum eſſemus apud Coventriam, dictum eſt nobis quod Falkaſius de Breant moratur per tria miliaria ultra Ceſtriam; quo audito nos, cum venerabili fratre noſtro Exonienſi Epiſcopo, ſolempniter eum, cum omnibus fautoribus ſuis, & complicibus, &, ejus favore, vos fictius juvantibus, pulſatis Campanis, & Candelis accenſis excommunicavimus.

A.D. 1224.

Quoniam autem ad partes illas tendimus, proponimus cum ipſo habere colloquium, de honore & utilitate veſtra, per Dei gratiam (niſi propoſitum noſtrum per mandatum veſtrum mutaveritis) diligentiſſima circumſpectione adhibita tractaturi.

Quia vero non ſolum armis, ſed etiam blanditiis turbationes & ſeditiones ſedare oportet, Dominationi veſtræ bona fide conſulimus, quod Lewlino ſcribatis amicabiliter, eum rogantes & arctius inhibentes, ne dictum turbatorem in terra ſua receptet.

A.D. 1224. Hen. 3.

Nos autem, ſi Clementiæ veſtræ placuerit, bene procurabimus, qualiter ad ipſum mandatum veſtrum competenter perveniat.

Credimus autem firmiter & ſperamus, quod non oportebit malitiam Falkaſii in partibus iſtis timeri; dummodo de præcepto veſtro ſint contra ipſum Ballivi veſtri omnes præmuniti.

Super hiis igitur & aliis, quæ de veſtræ fuerint beneplacito voluntatis, nobis, ſi placet, reſcribatis; quia affectuoſe procurabimus quod nobis duxeritis injungendum.

De Falkeſio de Breant. ſuper ſatisfactione Regi facienda.

A.D. 1224. An. 8. H. 3. Clauſ. 8. H. 3. m. 17. d.

Omnibus Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis Falkeſius de Breant. ſalutem.

Ad univerſitatis veſtræ notitiam volo pervenire quod, cum excommunicatus eſſem pro detentione Henrici de Braybroc Juſticiarii Domini Regis, & incarceratione ipſius in Caſtro Bedeford, & pro detentione ejuſdem Caſtri contra Dominum Regem, & alia turbatione Regni, ego poſtmodum, ad cor revertens, abſolutionis beneficium petii humiliter ac devote, &, in primis, totam ſummam pecuniæ, quam tunc temporis habui, Domino Regi conceſſi & dedi pro parte ſatisfactionis ad faciendum voluntatem ſuam.

Et, quoniam mihi gratia facta eſt in eo, quod abſolutus fui antequam pro poſſe meo ſatisfeciſſem, omnino conſenſum adhibui quod, ſi caſtra de Plymton. & de Stokeſcurcy, quæ reddidi Domino Regi, ei reſtituta non fuerint infra 15 dies, ego in priſtinam ſententiam recidam, appellatione remota.

Juravi etiam ſuper ſancta Evangelia quod nichil amplius, quod ſcirem, habui die conceptionis litterarum iſtarum in vaſis vel pecunia, auro vel argento, armis vel equis, in Anglia vel alibi; &, ſi in hoc falſum dixero, volo quod nichil mihi proſit abſolutio, ſet excommunicatus ſim, appellatione remota, ſicut prius.

Et, ſi occurrerit poſtmodum memoriæ meæ quod aliquid amplius habeam, & non tranſmiſero illud ſtatim Domino Regi, volo quod ſtatim, appellatione remota, recidam in ſententiam memoratam.

Idem etiam fiat ſi, aliquo tempore, per me, vel per alium, movero Domino Regi guerram aliquam vel turbationem, vel aliquid machinatus fuero contra ipſum; & hæc omnia ad inſtantiam meam, & preces, & de voluntate mea & ſpontanea proceſſerunt.

In cujus rei teſtimonium has litteras meas patentes ſigillo meo ſignavi.

Actum London. anno Domini 1224. in Craſtinum beati Bartholmei Apoſtoli.

Littera Procuratorum Regis miſſa a Romana Curia.

A.D. 1224. An. 8. H. 3. Ex Bundela Litterarum in Turre London.

Cariſſimo Domino ſuo Henrico Dei gratia Regi Anglorum illuſtri, Domino Hiberniæ, Duci Normanniæ & Aquitaniæ, Comiti Andegaviæ, fideles ſui G. de Crancumb & S. de Lucis, devotam in omnibus reverentiam.

Noverit dominatio veſtra quod, die Lunæ, proxima poſt feſtum omnium ſanctorum, applicuimus ad portum quendam juxta Wiclow.

Et inde, per Franciam aliaſque terras medias ſalvò tranſeuntes, die Dominica, proxima poſt feſtum beati Nicholai, venimus Viterbium; fratrem Johannem Briſepet, qui quaſdam literas veſtras detulit, ibidem per tres dies expectantes; & Magiſtros Reinerum & Egidium Cardinales in eadem villa morantes; Dominumque Gualonem, qui interim ibidem advenit, ſuper agendis noſtris conſulentes, eo diligentius quod tunc ibi adierant Dalatham & de Noun. Epiſcopi, Guido de Monteforti, & quidam alumnus Regis Franciæ; qui, frequentem tractatum cum dictis Cardinalibus habentes, multa falſa ſuggeſſerunt eiſdem, tum de hoc facto Pictaviæ, Regem Franciæ malitioſe excuſantes, tum Prædeceſſores veſtros de terris ciſmarinis aſſerentes fuiſſe privatos exigente juſtitia. Per nos & Dominum Petrum Saracen. qui fideliter nobis in omnibus quæ vos contingunt aſſiſtit, ſibi vero ———————— magnam fidem, ſicut nobis frequenter videbatur, dictis Gallicis habuerunt.

Sanè accedente ad nos interim dicto fratre Johanne, inſimul cum Domino

A.D. 1224. Hen. 3. Gualon. Romam venimus die Jovis proxima ſequente; quem quidem valde commotum invenimus & turbatum multipliciter, ſtuduimus, pro poſſe noſtro, reducere ad temperanciam.

Dominum Papam quidem & Cardinales non ſolum commotos circa ſtatum veſtrum & Regni veſtri perpendimus, verum penitus ſe deſperatos unanimiter fatebantur.

Nam Rex Jeroſol. & dicti Gallici prædicabant omnibus, quod Majores Angliæ obſides offerebant uſque ad —————— ——— de reddendo ſibi terram, cum primo venire curaret ad illam; adjicientes, ſi aliquid in Curia Romana contra voluntatem Regis Franciæ attemptaretur, incontinenter Rex transfretaret in Angliam; &, præter illos alii forſan de terra ————, qui aliquandiu ſteterunt pro vobis ——————————

Etſi alia ſiniſtra (ſicut audivimus) inſinuare nitebantur, ita quod in narrationibus & petitionibus veſtris plures nobis adverſabantur, & multa objiciebantur, reſponſio tamen ad illa non fuit difficilis, cum veritas nos non lateret, & eadem nos turbatos liberaret; licet hoc ſolum grave nobis eſſet, quod vix potuerunt induci quidam ut aliquam fidem adhiberent veritati.

Porro cum ſingulos Cardinales viſitâſſemus, & ſuper ſtatu veſtro terrarumque veſtrarum Angliæ, Walliæ, Hiberniæ, & de facto Bedefordiæ & Pictaviæ, & aliis Articulis nobis injunctis inſtruxiſſemus diligenter; habitoque poſtmodum colloquio cum Papa, in ſecreto, die Mercurii, proxima ante feſtum Sancti Thomæ Apoſtoli; coram Papa & fratribus cauſam adventûs noſtri plenè expoſuimus, petitiones veſtras tunc ibi Domino Papæ committentes. A.D. 1224. Hen. 3.

Veruntamen, quia Nuncii Comitis Tholoſani, Epiſcopi, Milites & Clerici poſt feſtum Sancti Michaelis in Curia uniformiter ſteterant, & Papa cum fratribus jam permultos dies ſuper facto illo, licet nondum plene, deliberaverant, diſtulerunt uſque poſt natale de veſtris negotiis providere; & ſperabatur quod dictus Comes competens reſponſum eſſet accepturus, licet Rex, & Gallici prædicti ſibi fortiter reſiſterent.

Die Jovis proxima recepit Papa literas Portuenſis Epiſcopi, Legati Alemannici, quod idem Portuenſis tractatum habitum inter Reges Alemanniæ & Franciæ, ſuper Matrimonio de quo ſcitis, impedivit; dixit tamen nobis Papa, quod Rex Franciæ pro eodem facto Nuncios ſuos ad Imperatorem iterum tranſmiſit; ſed quid egerunt adhuc neſcivimus.

De Falkaſio de Brealth, dicebatur nobis, circa Principium adventus Domini, quod erat in veniendo Romam; attamen die Dominica, proxima ante Natale Domini, quando recederet lator præſentium, percepimus, quod non ille erat, de quo cavebatur ille die ————————— quia —————————— die Dominica detinet eum quod captus erat in Francia & detentus.

Valeat Dominus noſter, & quicquid Papa diſponendum de facto veſtro duxerit, Dominus nichilominus dirigat actus & voluntates veſtros & noſtros.

Si placet, vigiletis caveatiſque vobis.

Littera Legati Papæ monitoria, quod ægre fert Rex Angliæ miſſionem papalem in negotio Falkaſii de Breant.

A.D. 1224. *An. 9. H. 3.* *Bundela litterarum in Turre Lond.*

Domino Papæ. Sanctitati veſtræ duxi tenore præſentium intimandum quod, antequam ad me literæ veſtræ, quas mihi miſiſtis pro facto Falkaſii perveniſſent, idem in Burgundia captus erat.

Quibus devote receptis, & quæ continebantur in eis intellectis, ſtatim illis perſonis ſcribere diligentius procuravi, per quas ipſum credebam debere reſtitui libertati.

Recepi poſtmodum literas & Nuncios ex parte Regis Angliæ illuſtris; quibus intellexi, quod tam ipſe Rex quam fere totum Regnum Angliæ pro miſſione ejuſdem Falcaſii quam faciatis, turbati ſunt plurimum & commoti, & ipſius inimici, deriſionem ejuſdem in hac parte percipientes, elati ſunt in ſuperbiam. A.D. 1224.

Unde videtur per hoc, quod negotium pacis vel treugarum inter eundem & Regem Francorum illuſtrem, pro quo tantum (Deus novit) laboravi, non poſſit effectum mancipari; & ſic, per conſequens, negotium Albigenſium patet (ſicut credimus) retardari.

Cum itaque diebus iſtis, propter malitias hominum, & Regum & Regnorum ſint ſcandala evitanda, cum totus mundus fere ſit poſitus in maligno, (plus etiam quam creditis) ſi placet, ſanctitas veſtra provideat quid ſit exinde faciendum.

Ejuſmodi Littera cuidam Magiſtro T.

A.D. 1224. An. 9. H. 3. In Bundela litterarum in Turri Lond.

MAgiſtro T. Paternitati veſtræ tenore præſentium intimamus, quod antequam literæ Domini Papæ perveniſſent, quas nobis pro facto Falkaſii deſtinavit, idem F. in Burgundia captus erat.

Sed ſtatim, poſt receptionem Literarum ipſarum, illis perſonis ſcripſimus, per quas credebamus ipſum debere reſtitui libertati.

Recepimus poſtmodum Nuntios & literas, ex parte Regis Anglorum illuſtris, quibus intelleximus evidenter, quod tàm ipſe, quam fere totum Regnum Angliæ valde turbati ſunt, plurimùm & commoti, pro miſſione, quam Dominus Papa facit in Angliam ſuper Negotiis Falkaſii memorati.

Unde videtur per hoc quod negotium pacis vel treugarum inter duos Reges, pro quo tantum (Deus novit) laboravimus, non poſſit effectum mancipari; & ſic per conſequens negotium Albigenſe, prout credimus, ſit quaſi penitus exſufflatum.

A.D. 1224.

Cum itaque diebus iſtis, propter hominum malitias, Regum & Regnorum ſint ſcandala evitanda, cum totus mundus fere in maligno ſit poſitus, plus etiam quàm creditis vos & alii: Qui, cum eſtis in cameris veſtris, non cogitatis hujuſmodi; ſet, ut videtur, Eccleſiæ Dei parantes excidium, Reges & Regna non ad devotionem Eccleſiæ, ſet potius ad ſcandalum & diſcordias provocatis.

Sciatis quod plurimum admiramur, & multi alii commoventur, quod cum Regnum Angliæ nunc in bono ſtatu conſiſtat, quare Dominus Papa & vos, ad vocem unius, ad inquirendum de facto Regum Angliæ, (quod antea de hiis, quæ Regiam contingant poteſtatem, fieri non conſuevit) & de ſtatu ipſius Regni, & Prælatorum ejuſdem, mandatis.

Et ideo (ſi placet) provide in hac parte utentes conſilio (ſicut decet) procedatis in ipſo negotio, (Deum ſolum habentes præ oculis) prout melius videritis expedire.

Litteræ Duci Auſtriæ & Archiepiſcopo Colon. Credentiales & de maritagio cum filia Ducis.

A.D. 1225. An. 9. H. 3. Pat. 9. H. 3. m. 9. d.

REX nobili viro, & amico cariſſimo Duci Auſtriæ ſalutem, cum ſincera dilectione.

Mittimus ad vos venerabilem Patrem W. Carleolenſem Epiſcopum, & dilectos nobis in Chriſto fratres, fratrem A. Magiſtrum Militiæ Templi in Anglia, & fratrem R. priorem Hoſpitalis Jeruſalem in Anglia, & Magiſtrum H. Cancellarium London. & Nicholaum de Molis, ad tractandum vobiſcum de negotiis noſtris; quibus fidem habere velitis ſuper hiis quæ vobis dixerint de eiſdem negotiis.

Nos enim rata habebimus & grata ea, quæ vobis dixerint, ex parte noſtra, & fecerint, ſecundum formam ſcripti ſuper eiſdem conficiendi, cui eorum ſigilla fuerint appenſa.

Teſte Domino Cantuarienſi Archiepiſcopo, apud Weſtmonaſterium 3 die Januarii.

Ibidem.

REX Domino Colonienſi Archiepiſcopo ſalutem, cum ſincera dilectione.

A.D. 1225.

Mittimus ad vos venerabilem patrem W. Carleolenſem Epiſcopum, & fratrem A. &c. ad tractandum vobiſcum de negotiis noſtris, ſicut nobis per litteras veſtras ſignificaſtis; quibus fidem, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium 3 die Januarii.

Ibidem.

REX Nobili viro, & amico kariſſimo Duci Auſtriæ ſalutem.

Bene recolit magnificentia veſtra qualiter miſiſtis ad nos jamdudum Nuncios veſtros pro maritagio inter nos, & filiam veſtram; propter quod mittimus ad vos dilectos & familiares noſtros, Magiſtrum Henricum Cancellarium London, & Nicholaum de Molis Militem, ad audiendum inde plenam voluntatem veſtram, & remittendam éam venerabili Patri W. Carleolenſi Epiſcopo, & dilectis fratribus, fratri A. Magiſtro Militiæ Templi in Anglia, & fratri R. Priori Hoſpitalis Jeruſalem in Anglia, quos miſimus ad partes Alemanniæ, quibus plenius expoſuimus inde voluntatem noſtram.

Cauſas

A.D. 1225. Hen. 3.

Cauſas autem, propter quas dilatum fuit certum reſponſum noſtrum ſuper hoc negotio, prædicti Henricus & Nicholaus plenius vobis exponent.

Teſte Domino Cantuarienſi Archiepiſcopo apud London. 3 die Januarii.

Coram Magnatibus de Concilio noſtro.

A.D. 1225. Hen. 3.

Quod Rex Angliæ prudenter ſe habeat erga ſuos Vaſſallos.

A.D. 1225. *An.* 9. *H.* 3. *Ex Orig.*

Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Cariſſimo in Chriſto filio Henrico Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Gaudemus in Domino, & ei actiones exolvimus gratiarum, quod, ſicut dilecti filii Magiſter Stephanus de Lucis, & nobilis vir G. de Crancumb, nuntii tui, viri utique providi & fideles, nobis & fratribus noſtris voce conſonâ retulerunt, te in omnibus laudabiliter geris, ita ut flos adoleſcentiæ tuæ gratos & acceptabiles fructus indubitanter promittere videatur; ſuper quo tanto ampliori alacritate perfundimur, quanto perſonam tuam & regnum ſincerioris caritatis brachiis amplexamur.

Quia verò, ſicut facies ita & animi hominum ſunt diverſi, juxta illud Poeticum,

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus,
Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.

Expedit ut, ſicut univerſorum hominum ipſius regni communis es Dominus, ita morem gerere ſtudeas communiter univerſis, exhibendo te ſingulis favorabilem & benignum; & ſi quando incidit controverſia inter eos, prout in tantâ multitudine accidere conſuevit, non declinare in partem alterutram, ſed utramque pari affectu, pari diligentiâ, pari ſtudio corrigere, regere, gubernare: Ita ut eorum quilibet, in te rectitudinem regiæ dignitatis agnoſcens, non metuat in ſinu tuo ponere cauſam ſuam; ſed de te, ſicut fidelis vaſſallus de benigno Domino, & ſicut humilis filius de pio patre, confidat.

A.D. 1225.

Rogamus igitur tuæ ſerenitatis induſtriam, quatinus hæc ſcribas in tabulis cordis tui, &, reponens in tuæ mentis arcana, producas, cum opus fuerit, in effectum, non declinando in partem aliquam; ſed te, ſicut Regem decet, communem omnibus exhibendo, & tuas etiam diſſimulando injurias, cum expedire videbitur pro ſcandalo evitando.

Illud autem nominatim tuæ ſuggerimus Celſitudini & conſulimus bonâ fide, ut cum Vaſſallis tuis non ponas hoc tempore rationem, nec eos ſuper reſtitutione tuorum reddituum ſcandalizes; ſed hæc & alia, quæ poſſunt ſcandalum generare, prudenter in tempus differas oportunum: Sciens quod præfati nuntii tui, quos tibi de multâ fidelitate ac ſollicitudine reddimus commendatos, nobis petitiones tuas, ſuper articulis prænotatis & aliis, porrexerunt, & ad promotionem illarum laboraverunt ſollicitè ac inſtanter.

Ex quibus quaſdam admiſimus, quaſdam verò, de fratrum noſtrorum conſilio, ad præſens duximus ſuſpendendas, quia ſic vidimus expedire; illas & alias, quas nobis duxeris porrigendas, exaudituri tempore oportuno: Cum te, tanquam Eccleſiæ Romanæ ſpecialiſſimum filium, pleniſſimo diligamus affectu, & tranquilitatem tuam & Regni tui, intus & extra, hactenus ſollicitè procuraverimus, etiam non rogati; & procurare diſponamus vigilanti ſtudio in futurum; tibique apoſtolicæ ſedis favorem & gratiam, conſilium & auxilium, in quibuſcunque decuerit, exhibere.

Dat. Lateran. 2 Id. Martii, Pontific. noſtri anno octavo.

Sigillo plumbeo pendente a Filo Canabeo.

Ricardus frater Regis in ſuccurſum Vaſconiæ mittitur.

A.D. 1225. An. 9. H. 3. Pat. 9. H. 3. m. 4.

REX omnibus, &c. & fidelibus ſuis de partibus Vaſconiæ, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Mittimus vobis in ſuccurſum Ricardum, fratrem noſtrum dilectiſſimum, cum dilectis & fidelibus noſtris Willielmo Comite Sarresberiæ avunculo noſtro, & Philippo de Albiniaco, & aliis de fidelibus noſtris, ad defenſionem veſtram & partium noſtrarum.

Et ideo vobis mandamus quod eidem fratri noſtro intendentes ſitis, & pro eo facientes, tanquam pro corpore noſtro, ſi vobiſcum præſentes eſſemus.

A.D. 1225.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras patentes fieri fecimus.

Teſte Rege apud Suwic. viceſimo tertio die Martii.

Coram Juſticiario & Sarum Epiſcopo.

Eodem modo ſcribitur omnibus fidelibus ſuis de partibus Pictaviæ.

De fœdere cum Baldwino (verone an ficto) Comite Flandriæ ineundo.

A.D. 1225. An. 9. H. 3. Claus. 9. H. 3. m. 17. d.

REX kariſſimo amico ſuo B. illuſtri Comiti Flandr. & Hano. ſalutem, & ſinceram in Domino dilectionem.

Audivimus quod, omnipotenti Domino vobiſcum miſericorditer agente, a captivitate liberati in terram veſtram veniſtis; ubi confluentes ad vos homines veſtri vos in Dominum receperunt ut decebat.

Lætati ſumus gaudio magno, optantes & volentes ut eadem fœderis obligatio, quâ confœderati fuiſſe noſcuntur anteceſſores veſtri nobiſcum, mutuo & indiſſolubili nos & vos habeat amoris vinculo fœderatos, quod & vos ex parte veſtra velitis.

A.D. 1225.

Sane ſatis eſt induſtriæ veſtræ notorium quod Rex Franciæ utrumque noſtrum exhæreditavit, & optamus rogantes quatenus, pro loco & tempore, nobis in auxilio & conſilio velitis aſſiſtere contra ipſum, qui parati ſumus manum auxiliarem vobis pro viribus extendere.

Mittere autem velitis ad nos aliquem de veſtris, de quo confidatis, qui de ſtatu veſtro, & de voluntate veſtra circa præmiſſa nos poterit certificare.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, undecimo die Aprilis.

De die cum Lewelino Principe Norwalliæ ulterius prorogato.

A.D. 1225. An. 9. H. 3. Pat. 9. H. 3. m. 17. d.

REX Lewelino Principi Norwalliæ ſalutem.

Sciatis quod, propter magna & ardua negotia noſtra & Regni noſtri, quibus ad præſens nos intendere oportet, & præcipue pro adventu cujuſdam Legati, a latere Domini Papæ ad Regem Franciæ deſtinati, pro pace inter nos & ipſum reformandâ, ſicut David Clericus veſter fideliùs vobis viva voce reſerabit, non poterimus eſſe apud Salopsberiam ad diem inter nos & vos ſtatutum, videlicet a die Paſchæ proximo præterito in unum menſem, pro emendis faciendis inter vos, & Comitem Willielmum Mareſcall. & inpriſios veſtros & ſuos, a die captionis Caſtri de Kinardeſl.

A.D. 1225.

Et ideo de conſilio Magnatum noſtrorum diem illum prorogavimus uſque in quindecim dies, a die Sancti Johannis Baptiſtæ, anno, &c. nono; ad quem diem, per Dei gratiam, unà cum Domino Cancellario, & Concilio noſtro erimus; ita quod omnia interim, rem iſtam tangentia, in tali ſtatu ſint, quo nunc ſunt, tàm in treugis, quàm aliis; unde volumus & mandamus quod ſic fiat per omnia.

A.D. 1225. Hen. 3.

Et quod vos interim treugas inter vos & impriſios veſtros, & Comitem Willielmum Mareſcallum & impriſios ſuos, ex parte veſtra & veſtrorum, faciatis firmiter obſervari; quia eidem Comiti, in præſentia noſtra conſtituto, præcepimus & injunximus quod treugas illas interim vobis & impriſiis veſtris firmiter obſervari faciat ex parte ſua & ſuorum.

Et vobis mandamus quod nullatenus omittatis quin ad diem *prædictum* apud Wigorniam ſitis in occurſum noſtrum; ubi & nos, per Dei gratiam, cum dicto Domino Cantuarienſi & concilio noſtro, tunc erimus, ut pax & vera concordia, abſque placito, inter vos, & dictum Mareſcallum reformentur; ubi etiam, de conſilio noſtro, ordinabimus de hiis, quæ ad nos pertinent ex parte veſtra, quod tam in noſtrum quam veſtrum cedere debeat honorem.

Sciturí quod, ſi perſonaliter illuc accedere volueritis, convenient ibidem Vobiſcum Dominus Cantuarienſis & cæteri Magnates de Regno noſtro, qui illuc forte non accederent niſi in propriâ perſonâ veſtrâ illuc acceſſeritis; maxime propter ægritudinem & debilitatem Domini Cantuarienſis; nec nos, abſque gravi diſpendio, non longe a partibus maritimis poſſumus recedere, pro Nunciis noſtris, in partes tranſmarinas miſſis, contra adventum dicti Legati, pro negotiis noſtris.

A.D. 1225. Hen. 3.

Ad hæc noveritis nos petitionem veſtram benigne conceſſiſſe, quam nobis feciſtis, per dictum Clericum veſtrum, pro Mailgone filio Reſi; ſic videlicet quod quinque viri diſcreti eligantur ex parte veſtrâ, & quinque ex parte dicti Mareſcalli, quos dictus Clericus veſter vobis nominabit, de terra partienda inter ipſum Mailgonem, & nepotes ſuos.

Qui quidem convenient, apud pontem Kediaul. die veneris, proxima ante aſcenſionem Domini inſtantem, ad partitionem illam faciendam; ita quod nepotes ſui habeant inde id, quod habere debebunt, & eidem Mailgoni remaneat id, quod ei inde remanere debeat.

Ita quod dictum Mailgonem, ad prædictum diem, ſcilicet in quindecim dies a prædicto die Sancti Johannis Baptiſtæ, apud Wigorniam vobiſcum adducatis, ad faciendum nobis id quod de jure nobis facere debet.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 14 die Aprilis.

De maritagio filii Comitis Norfol. cum filia Regis Scotorum.

A.D. 1225. An. 9. H. 3. Pat. 9. H. 3. m. 3.

MAndatum eſt W. Eborum Archiepiſcopo, & R. Dunelmenſi Epiſcopo, & J. Conſtabulario Ceſtriæ, quod, ex quo matrimonium fuerit celebratum inter Rogerum filium & hæredem H. Comitis le Bigod, & Iſabellam ſororem Alexandri Regis Scottorum, liberari faciatis eundem Rogerum ipſi Regi, iturum cum eo in Scotiam, ad morandum ibidem cum prædicta Uxore ſua per aliquantum tempus.

A.D. 1225.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. decimo quarto die Maii.

Littera Archiepiſcopi Burdegalenſis Regi, qua fidelitatem ſuam maxime laudat.

A.D. 1225. An. 9. H. 3. Bundela Litterarum in Turre London.

ILluſtriſſimo & ſereniſſimo viro Henrico, Dei gratia, Regi Angliæ, &c. Willielmus, eadem gratia, Burdegalenſis Archiepiſcopus, ſalutem, & de hoſtibus ſuis deſideratam victoriam poſſe cum gloria obtinere.

Majeſtati veſtræ per literas noſtras ſignificaſſe meminimus quod, cum olim nobilis vir Johannes de Beumont, pro Rege Francorum, contra terram veſtram, cum maxima multitudine militum, adveniſſet, nobis, ex parte Regis Franciæ, idem Johannes maximam obtulit pecuniæ quantitatem, eandem perſonaliter deferendo.

A.D. 1225.

Promiſit etiam nobis Johannes prædictus quod, ſi partem Regis Franciæ ſuſtinere vellemus, pariter & fovere, nobis aſſignaret & conferret redditus competentes nobis & ſucceſſoribus noſtris imperpetuum poſſidendos: parentes noſtros & homines mihi gratioſos ſublimaret; &, ſi forte aliquid de redditibus noſtris, vel aliud alicubi amitteremus,

A.D. 1225. Hen. 3.

omnia deperdita nobis Rex Franciæ reſarciret.

Et ſuper hoc ſuas patentes literas nobis daret, & bene faceret nos ſecuros; nos vero pro vobis & fratre veſtro omnia reſpuimus, & nihil recipere voluimus ullo modo.

Die vero ſequenti nobis quaſdam literas Francigenæ detulerunt, in quibus (ſicut vobis meminimus nos ſcripſiſſe) Rex Franciæ nobis diſtrictius prohibebat, ne terram ſuam aliquatenus intraremus, & ne in terra ſua nos auderet aliquis receptare.

Et, cum ipſe ſibi jam fere totam noſtram Provinciam ſubjugaſſet, multa incommoda paſſi ſumus, & adhuc etiam ſuſtinemus; quia Caſtra, Civitates, & Villas, quas Francigenæ detinent ſubjugatas, intrare ullatenus non audemus.

Redditus etiam noſtros apud Rupellam detinent ſuperatos, quos nobis nunquam reſtituere voluerunt; ſuper multis aliis exiſtentes nobis injurioſi graviter & moleſti.

Cumque, propter hæc, Romanam Curiam adiremus, a Francigenis, in Alverniâ ad captionem fugati fuimus vel ad mortem; &, ſicut per Clericos veſtros, qui præſentes erant in Romana Curia, potuiſtis plenius edoceri, multum laboravimus pro veſtris, & fratris veſtri negotiis promovendis; præter expenſas, quas fere ultra quingentas Marcas fecimus in Curia ſupradicta, in eundo etiam, & redeundo.

Et, cum de eadem Eccleſia rediremus, cum nobis in pluribus locis inſidias Francigenæ præparâſſent, cum quodam ſolo Clerico fere per totum iter uſque ad terram veſtram venimus, &, quaſi ſimplex Clericus incedentes, noſtram poſt nos manticam ferebamus; literas etiam de ſecuritate, propter cauſam quæ eſt inter nos & Bituricenſem Archiepiſcopum, non niſi per duos menſes, ſcilicet uſque ad Octabas nativitatis Domini proximo præteritas, Rex Franciæ, ſublatus de vitæ medio, voluit nobis dare.

Inter cætera quidem incommoda & injurias, quas pro vobis & fratre veſtro multipliciter ſuſtinemus, gentes fratris veſtri, cum convenimus Torciæ, & poſtmodum ex quo venimus, Eccleſiæ Dei, & nobis & noſtris hominibus dampna plurima intulerunt; de quibus, prout dicunt, ſi poſſent, ſatisfactionem nobis facerent competentem.

Quia vero veſtros Nuncios ad Barones tantum mittere tardaviſtis, admonitione quanta poſſumus admonemus; quoniam, ſi ſuper amorem & dilectionem veſtram ad partem Regis Franciæ tranſtulerint ſe Barones, & propter hoc contingat vos & fratrem veſtrum (quod abſit) amittere terram veſtram, vobis debebit proculdubio imputari.

A.D. 1225. Hen. 3.

Inde eſt quod nobilitatem veſtram, monendam duximus & attentius exorandam, quatinus in facto veſtro, & fratris veſtri, & noſtro feſtinanter conſilium & auxilium apponatis erga nos, qui cruceſignati ſumus, & parati ſumus ad proſequendum negotium Jeſu Chriſti: Taliter vos habentes, ut nos, qui vobis & veſtris tenemur, vobis & veſtris magis obnoxii teneamur; & in facto veſtro, & fratris veſtri tale conſilium & auxilium apponere, mora qualibet poſtpoſita, ſtudeatis, quod vobis, & fratri veſtro cedat ad gloriam & honorem.

Ut ſciatis quod cum a nobis Nuncius iſte receſſit, nos cum fratre veſtro (mirum eſt quia tam audacter audet committere ſe fortunæ) apud—————— circa quem & ejuſdem negotia aſſiſtendo, expenſis non parcimus aut labori.

Expectabimus enim ibidem Nuncios de colloquio, quod apud Thoarchum Barones incipi fecerant, inde cum Rege Franciæ loquuturi; quod tunc in illo colloquio fuerit ordinatum nihil, cum à nobis receſſit lator præſentium, quod cognovimus.

Scituri pro certo quod, niſi illa ſincera dilectio reflexiſſet, qua quondam dileximus patrem veſtrum, eadem vos & fratrem veſtrum ſinceritate diligentes, in ipſum fratrem veſtrum, & ſuos, & terram, quam vos in votum habetis, *interdicti* propter dampna & injurias, quas gentes ſuæ Eccleſiæ Dei, nobis, & noſtris hominibus intulerunt, *ſententiam* tuliſſemus; nec vivit aliquis hodie, cui nos, niſi vobis, aut fratri veſtro, parcere curaſſemus.

Noveritis inſuper, quod frater veſter gaudet gratia populi & favore; tamen interdum contra Deum & Eccleſiam facere cogitur, cum ſibi expenſarum copia ſubtrahatur.

Statum vero veſtrum, quem, ſicut proprium, deſideramus proſperum & jucundum, & voluntatem veſtram ſuper præmiſſis, nobis, quam cito poteritis, reſcribatis. Valete, &c.

Adhuc dies cum Lewelino Principe Norwalliæ prorogatur.

A.D. 1225. An. 9. H. 3. Clauſ. 9. H. 3. m. 17. d.

REX Lewelino Principi Norwalliæ ſalutem.

Cum Nuncios noſtros ſolempnes ad Legatum Franciæ nuper miſerimus, pro tractatu pacis inter nos, & Regem Franciæ reformandæ, quos quidem ad nos reverſos, ſimul cum aliis, neceſſe habemus in Franciam, pro dicto negotio, in brevi remittere, inſtet quia nobis proviſio facienda de gente, & pecunià pro Ricardo fratre noſtro, in Waſconiam profecto, & ſic oporteat nos, ad præſens, partibus maritimis inſiſtere, ut de prædictis una cum fidelibus noſtris diſponamus, non poterimus eſſe apud Wigorniam ad diem inter nos & vos ſtatutum, videlicet a die Sancti Johannis Baptiſtæ in quindecim dies.

Et deinceps per omnia ſicut ſuperius de die prorogando uſque ad aſſumptionem beatæ Mariæ, uſque ad hanc clauſulam nec nos abſque gravi diſpendio, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 30 die Junii.

A.D. 1225.

Littera Regis ad Papam de Archiepiſcopo Auxitano.

A.D. 1225. An. 9. H. 3. Ex Bundel. Litterarum in Turre London.

SAnctiſſimo in Chriſto patri, Domino ſuo kariſſimo, Domino Honorio, Dei gratia, ſummo Pontifici, Henricus, eadem & ſui gratia, &c.

Cum, in meis & meorum negotiis, in vobis & ſacroſancta Romana Eccleſia ſpes mea conſiſtat & fiducia, pro hiis, quando neceſſitas imminet, ad auxilium gratiæ veſtræ recurro humiliter & devote.

Hinc eſt quod ad pedes ſanctitatis veſtræ, latorem præſentium, Magiſtrum Johannem, fidelem noſtrum, Nuncium Civium Baionenſium, fidelium noſtrorum, (quos Auxitanus Archiepiſcopus, adverſarius & inimicus noſter capitalis, aggravat in odium noſtrum multipliciter & moleſtat) tranſmittens;

Omni, qua poſſum, paternitati veſtræ ſupplico devotione quatenus, ipſum benigne recipientes, ſuper hiis, quæ a ſanctitate veſtra pro defenſione fidelium noſtrorum juſte petierit, conſilium & auxilium veſtrum impendatis, ſecundum quod veſtra pietas viderit expedire.

Ita quod nos a noſtris æmulis non confundemur, ſet de protectione ſedis Apoſtolicæ gloriemur.

Fere in eundem modum Cardinalibus univerſis.

A.D. 1225.

De inſtructionibus & pecunia miſſis ad Nuncios Regios in longinquis partibus agentes.

A.D. 1225. An. 9. H. 3. Clauſ. 9. H. 3. m. 9. dorſ.

REX venerabili patri in Chriſto W. Carleolenſi Epiſcopo, & dilecto & fideli Nicholao de Molis ſalutem.

Grates vobis multiplices referimus de expenſis, laboribus & anguſtiis, quos ſubire non deſiſtitis, pro negotiis noſtris, in partibus longinquis; & nobis mandamus rogantes quatinus illis immorari non omittatis, negotia noſtra in ſtatu tenentes, & expectantes reſponſa Domini Imperatoris, & Ducis Auſtriæ.

Et, ſi acceptis eorum reſponſis, audieritis quod non ſe capient dicta negotia noſtra, dicatis quod moleſte feramus rem effectum non mancipatam; nec tamen a partibus illis recedatis, donec qualiter ad dicta negotia reſponſum fuerit nobis ſignificaveritis, & noſtram inde vobis reſcripſerimus voluntatem.

Cum enim hæc mora veſtra magnas requirat expenſas, Johannes de Woburn. Civis quidam Londonienſis, vobis, Epiſcope, ſexaginta Marcas, & tibi, Nicholae, 30 Marcas habere faciet, de præcepto noſtro, apud Gaunt, ad expenſas veſtras.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 7 die Julii.

A.D. 1225.

De negotio Conſœderationis inter Regem & Comitem Tholoſiæ.

A.D. 1225. An. 9. H. 3. Clauſ. 9. H. 3. m. 5. d.

REX conſanguineo ſuo R. Duci Narbonenſi, Comiti Tholoſiæ, & Marchioni Provinciæ, ſalutem, & ſinceræ dilectionis plenitudinem.

In quantum pro vobis laboraverint Nuncii noſtri in Curiâ Romanâ, per Nuncios veſtros qui interfuerint, & in quantum etiam Nuncii noſtri, ultimo miſſi ad Legatum Franciæ, pro commoditate veſtra laboraverint, per Nuncios veſtros ibidem præſentes ſatis poterit vobis eſſe manifeſtum.

Cum autem ſatis vobis conſtet, & conſtare debeat quâ diligentiâ, & quibus viribus Francigenæ præſumpſerint anteceſſores noſtros & veſtros infeſtare & deprimere, immo & nos & voſmet ipſos, iſtud ſemper ante oculos reducentes vobis præcaveatis, ne unquam vos contingat eorum circumveniri deceptionibus & aſtutiis, ne ad nos & vos ſeparandos, quos fortiſſimo dilectionis vinculo convinctos tenere debet debitum ſanguinis, unquam prævaleant fraudulenter.

Hoc autem ut confirmet & corroboret nexus fortior, mandavimus dilectis & fidelibus noſtris Ricardo Comiti Pictaviæ & fratri noſtro, Willielmo Comiti Sarum, & Philippo de Albiniaco; ut hii ſimul, vel dictus Philippus de Albiniaco, ſi reliquos duos ſpatioſa loci disjunctio, vel periculum impedierit, ad vos accedentes, unà cum præſentibus Nunciis, dilectis & fidelibus noſtris, Alexandro de Baſſingburn. & Magiſtro Willielmo de Tornour. ſcriptum confœderationis & obligationis noſtræ, quod penes ſe pridem habuerunt, vobis non differant liberare, recipientes a vobis ſimile ſcriptum obligationis.

A.D. 1225.

Quæ tamen duo ſcripta in loco religioſorum, tuto & ſecuro, quaſi ſub communi cuſtodiâ, noſtra & veſtra, reponantur, oportuno, ſi placet, tempore exponenda, & mutuo reddenda; quoniam, ſi hoc tempore, ut credimus, publicarentur, poſſet vobis inde forſan diſpendium, nullo nobis emergente commodo, ſuboriri.

Vel, ſi ad hoc aſpiraveritis quod ſcriptum noſtrum ſtatim vobis tradatur, ſatiſfiat voluntati veſtræ; & remaneat nobis ſcriptum veſtrum; & noſtrum vobis remaneat, per manus prædictorum fidelium noſtrorum.

Conſulimus quidem bona fide dilectioni veſtræ, quod tota affectione totiſque viribus, ad optinendam Eccleſiaſticæ pacis gratiam, efficaciſſime laboretis, & nos, per Dei gratiam, in quantum poterimus, in veſtrum aſſurgemus & auxilium & honorem.

Quod autem ſolempniores ad vos Nuncios ad hæc complenda non miſimus ad præſens, ſoli viarum periculo decernatis imputandum.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, 14 die Auguſti.

De poteſtate exhibendi & recipiendi ſcripta prædicta.

A.D. 1225. An. 9. H. 3. Ibidem.

REX Ricardo Comiti Pictaviæ fratri ſuo, Willielmo Comiti Saresberiæ, & Philippo de Albiniaco, ſalutem.

Cum de negotio confœderationis & obligationis, inter nos, & kariſſimum conſanguineum noſtrum R. Comitem Tholoſ. faciendæ, nondum completæ, poſſit nobis, quod abſit, diſpendium imminere per aſtutias Francorum, qui ipſum a nobis avertere nituntur, vobis mandamus ut omnes ſimul, niſi diſtantia loci grandis impedierit, vel ſaltem tu, Philippe, unà cum Nunciis noſtris præſentibus Alexandro, *&c. ut ſupra.* Præſentiam dicti conſanguinei noſtri adeatis, ad exhibendum ei ſcriptum obligationis noſtræ, quod pridem recepiſtis (niſi prius illud exhibueritis) & recipiatis ab eo obligationis ſuæ ſcriptum conſimile.

A.D. 1225.

Quæ tamen duo ſcripta in loco religioſorum, tuto & ſecuro, quaſi ſub communi cuſtodiâ, noſtra & ſua, reponantur ſuo tempore publicanda; quia, ſi publicarentur, hoc, ut credimus, tempore poſſet inde ſibi diſpendium, nullo nobis optento commodo, ſuboriri.

Vel, ſi idem Comes Tholoſ. ad hoc aſpiraverit quod ſcriptum noſtrum ei ſtatim tradatur, ſatisfiat voluntati ſuæ, & rema-

A.D. 1225. Hen. 3. neat ſibi ſcriptum noſtrum; & ſuum, penes vos, ad opus noſtrum retineatis; ne occaſionem habere poſſit obligationem illam differendi.

Ex habundanti vero mittimus vobis obligationis noſtræ ſcriptum aliud in eiſdem verbis. A.D. 1225. Hen. 3.

Teſte ut ſupra.

Ultimæ inſtructiones miſſæ Epiſcopo Carleolenſi, alteri Nunciorum ſupradictorum.

A.D. 1225. An. 9. H. 3. Clauſ. 9. H. 3. m. 8. d.

REX Epiſcopo Carleolenſi ſalutem.

De ſollicitudine continua & laudabili, cui vigilanter inſiſtitis ad honorem noſtrum procurandum, in partibus longinquis moram facientes, in labore, & tædio, in ſumptibus non modicis, dilectionem veſtram affectuoſe proſequimur cum gratiarum actione; cum autem, ex tranſmiſſis nobis Domini Colonienſis, & H. de Zadentorp. litteris, acceperimus, quod & nobis ſatis eſt manifeſtum, quod ipſius Domini Colonienſis, ſicut & multorum de partibus illis, gratiam optinueritis ad agenda noſtra efficacius & facilius expedienda, vobis mandamus rogantes quatenus partibus illis adhuc immorari non omittatis. Inquirentes tamen, uſque ad Feſtum Sancti Michaelis, tàm diligenter, quàm prudenter, ſi cum bona voluntate, & aſſenſu ipſius Domini Colonienſis, & maxime ne ex receſſu veſtro injunctum vobis negotium rumpi contingat, a partibus illis recedere poſſitis. A.D. 1225.

Et ſi ad receſſum veſtrum forte cucurrit bona voluntas & aſſenſus ipſius Domini Colonienſis, cum ſpe negotii noſtri promovendi, nos ſuper his omnibus, ſimul cum conſilio noſtro, reddatis inſtructos; ut extunc quid, in hac parte, nobis placeat ſimul & expediat, diſcretioni veſtræ reſeribamus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 27 die Auguſti.

Bulla de Lewelyno Walliæ Principe excommunicando, & terris ſuis interdicendis, pro guerra quam fecit Regi Angliæ.

A.D. 1225. An. 9. H. 3. Ex Origin.

HOnorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Eboracenſi & Suffraganeis ſuis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Frequens, ſicut intelleximus, nobilis viri Lewellini, dicti Principis Norwalliæ, prævaricatio nil ei aliud, quam dampnationem & confuſionem adducit; cum ita levis factus ſit fidei, ut credi ei, ſicut ſalutis & famæ prodigo, jam non poſſit.

Sanè inter alia kariſſimus in Chriſto filius noſter, Henricus illuſtris Rex Angliæ nuper nobis expoſuit, quod nobilis ipſe qui ejus homo ligius eſſe debet, a primis diebus, quibus dominari cœpit in terrâ prædictâ, claræ memoriæ, Johanni Regi Angliæ, patri ſuo, non timuit rebellare.

Qui, ad cor tandem reverſus, & majores terræ ſuæ juramento firmarunt, quod prædicto Regi, tanquam Domino, obedirent; ſed dictus nobilis, contra præſtitum veniens juramentum, præfatum Regem & Regnum turbavit ipſius. A.D. 1225.

Demum vero, mediante dilecto filio noſtro, Gualone tituli Sancti Martini Preſbytero Cardinale, tunc in partibus illis Apoſtolicæ ſedis Legato, prænominatus nobilis, a tanto revocatus exceſſu, facta præfato Regi fidelitate & homagio, ſecundò juravit ſe Regem & Regnum nullatenus de cætero turbaturum.

Quem idem Rex, ut fortiùs ſibi alligaret, ejus commiſit cuſtodiæ quædam Caſtra, quæ ille ſe fideliter ſervaturum tertio juramento firmavit.

Recepit etiam de manu Regis ipſius Caſtra quædam, ad Hæredes cujuſdam nobilis pertinentia; quæ ſe redditurum ipſis Hæredibus quarto præſtito juramento promiſit.

Cum autem, tempore Legationis venerabilis fratris noſtri Pandulphi, nunc Epiſcopi, tunc verò Electi Norwicenſis, multa de his rurſus infregerit, ad

A.D. 1225. Hen. 3.

ultimum, coram eodem, & omnibus ferè Prælatis, & Principibus Angliæ, cum ipſo Rege componens, quinta vice juravit ſe deinceps contra fidelitatem eidem Regi debitam non venturum; & per nos tandem obtinuit compoſitionem hujuſmodi confirmari.

Nunc verò idem, tanquam homo prævaricationi aſſuetus, & facilis ad fallendum, ſe ſimul, & famam, & promiſſa confundens, Regi obedire recuſat, & Caſtra, ſibi ab eo commiſſa, diruens, arma contra ipſum Regem erexit; & ei, & ejus fidelibus, præcipuè nobili viro Willielmo Comiti Pembrocenſi, Ballivo Regio, guerram movet: a quibus, & aliis nequitiis ſuis deſiſtere noluit, licet ab ipſo Rege fuerit a venerabili fratre noſtro Stephano Cantuarienſi Archiepiſcopo, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, Metropolitano loci, & omnibus ferè Prælatis & Principibus vicinis attentè monitus & rogatus.

Quare, tot & tantis exigentibus culpis notoriis, & manifeſtis ejus offenſis, unà cum Complicibus & Fautoribus ſuis, per præfatum Metropolitan. & quoſdam ejus Suffraganeos, quibus injunxeramus ut omnes perturbatores prædicti Regis & Regni ſui ſpiritualiter & temporaliter cohercerent, auctoritate Apoſtolica denuntiatus extitit excommunicationis ſententiæ ſubjacere, ac terræ ipſorum Eccleſiaſtico fuerint interdicto concluſæ: Undè Rex ipſe humiliter poſtulavit, ut, juxta ſupplicationem ex parte ſua nobis exhibitam, obviare tantæ illius inſolentiæ, ac ſibi & Regno ſuo, ſuper hoc, conſulere dignaremur.

Nos igitur, Regis & Regni tranquillitatem zelantes, & [illegible] & multiplicem tranſgreſſionem fidei nobilis ſupradicta merito deteſtantes, cum in conſuetudinem duxiſſe noſcatur fidem frangere, ſeque ad fallendum facilem exhibere, fraternitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo, mandamus quatinus ſententias quibus præfatus nobilis & fautores ſui per antedictos Metropolitanum & Suffraganeos ejus nuntiati ſunt auctoritate Apoſtolica ſubjacere, per omnes Cathedrales, & alias Civitatum & Diocæſum veſtrarum Eccleſias, pulſatis campanis, & accenſis candelis, ſingulis diebus Dominicis & Feſtivis, ſublato cujuſlibet appellationis & contradictionis objectu, ſolempniter innovantes, terras ipſorum interdicto artiſſimo concludatis; ita quod, præter Baptiſma, pænitentiam & viaticum in extremis, omnia ibi ſacramenta Eccleſiaſtica denegentur, ut nec corpora decedentium Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradantur.

Prælatos quoque ac Clericos, qui eaſdem ſententias non ſervaverint, ad noſtram faciatis præſentiam, officiis & beneficiis, cum veſtris teſtimonialibus litteris venire ſuſpenſos.

Quod ſi vexatio adhuc eidem non tribuerit intellectum, ut Regi ſuper hiis ſatisfactionem congruam non impendat, vos, poſt ſex menſes a tempore talis interdicti, & innovatione ſententiarum ipſarum, ab homagio & fidelitate ipſius denuncietis ejus ſubditos abſolutos; exponendis bonis ſuis & ſuorum, & tantæ iniquitatis auctoribus non, niſi perſonaliter ad ſedem Apoſtolicam veniant, abſolvendis.

Dat. Anagniæ tertio Non. Octobris, Pontificatus noſtri anno octavo.

Sigillo plumbeo pendente a filo canabeo.

De matrimonio Regis cum filia Ducis Britanniæ, & confœderatione inde facta.

A.D. 1225. An. 10. H. 3. Pat. 11. H. 3 p. 1. m. 11. dorso.

REX omnibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem.

Ad univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire quod juravimus, manu propriâ, tactis ſacroſanctis, quod ducemus in uxorem Jolentam, filiam Petri, Ducis Britanniæ, & Comitis Richemundiæ, quamcito poterimus diſpenſationem impetrare a Domino Papa, & quod legale poſſe noſtrum apponemus ad diſpenſationem illam impetrandam.

Conceſſimus etiam eidem Petro, Duci Britanniæ, ſub prædicto juramento, quod, ſi prædictam Jolentam, filiam ipſius Ducis, duxerimus in uxorem, erimus eidem Duci conſulentes & adjuvantes, cum poſſe noſtro, ad jura ſua defendenda & perquirenda, & quod cum

A.D. 1225.
Hen. 3.

cum nullo de inimicis noſtris, & ipſius Ducis, in partibus tranſmarinis pacem faciemus, vel treugas capiemus ſine aſſenſu ipſius Ducis.

Manucapimus etiam pro Richardo fratre noſtro, Comite Pictaviæ, quod cum nullo de inimicis noſtris, & ipſius Ducis, in partibus tranſmarinis, pacem faciet, vel treugas capiet ſine aſſenſu ipſius Ducis: & quod idem Richardus, frater noſter, erit ei conſulens & adjuvans, bona fide, ad jura ſua defendenda & perquirenda.

Conceſſimus etiam, ſub prædicto juramento, quod, cum facta fuerit iſta confœderatio, ſicut prædictum eſt, ſi dictus Dux terram ſuam amiſerit, quam habet in Francia, occaſione iſtius Confœderationis, nos ei totum honorem de Richmundia in Angliâ, quicumque terras teneat, habere faciemus.

Conceſſimus etiam eidem Duci, ſub prædicto juramento, quod, ſi prædictam Jolentam duxerimus in uxorem, nos bona fide committemus nos fideli conſilio ipſius Ducis, tàm de corpore noſtro, quàm de terra noſtra, & pecunia noſtra.

Conceſſimus etiam eidem Duci, ſub prædicto juramento, quod, ſi prædicta Jolenta ſupervixerit Johannem fratrem ſuum, poſtquam eam duxerimus in uxorem, idem Dux, totâ vitâ ſuâ, nichilominus poſſideat totam terram & hæreditatem, quæ ad dictam Jolentam debet deſcendere ubique; ita tamen quod ad nos & hæredes noſtros, provenientes de ipsâ Jolentâ, poſt mortem ipſius Ducis, revertatur.

A.D. 1225.
Hen. 3.

Conceſſimus etiam eidem Duci, ſub prædicto juramento, quod omnibus Britonibus & inpriſiis ſuis, qui cum eo, vel per ipſum ad ſervitium noſtrum venerint, & nos bona fide juvaverint ad jura noſtra perquirenda, nos, de hæreditatibus ſuis eis reddendis, per fidele conſilium ipſius Ducis operabimur.

Conceſſimus etiam eidem Duci, ſub prædicto juramento, quod conventionem, dudum inter nos, & Comitem Marchiæ prolocutam, antequam recederet a nobis ad ſervitium Regis Franciæ, bona fide ei tenebimus.

Conceſſimus etiam eidem Duci quod, ſub prædicto juramento, ſecundum quod idem Dux viderit tempus oportunum & locum, nos, ad conſilium ſuum, tranſfretabimus.

In cujus, &c. fieri fecimus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 19 die Octobris, anno &c. decimo.

Redditæ fuerunt.

Littera Papæ objurgatoria Galfrido de Liziniaco, de fidelitate qua tenetur Regi, violata.

A.D. 1226.
An. 10. *H.* 3.
Ex Orig. in Turre Lond.

Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Nobili Viro Galfrido de Liziniaco, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Fidelitatis vinculum, quo Vaſſallus tenetur Domino, eſt adeo celebre apud omnes, ut etiam religione juramenti, qua vallari aſſolet, circumſcripta, ipſum per ſe vinculum quaſi pro ſacro ubique terrarum & gentium habeatur; nec æſtimetur levem notam incurrere quicumque illius extiterit violator, unde, qui veteres revolvere volet hiſtorias, inveniet multos, pro illo ſervando, inhumanis cibis, urgente obſidionis anguſtia, eſſe uſos; & illis quoque deficientibus elegiſſe potius fame deficere, quam ipſum fidelitatis vinculum violare.

Tu vero, (ſicut, chariſſimo in Chriſto filio noſtro Henrico illuſtri Rege Anglorum conquerente, didicimus) hæc nequaquam, prout te decuiſſet, attendens, fidelitatem, qua ipſe Regi tenebaris aſtrictus, & adhuc quoque teneris (cum ab ea, [illegible]ditur, te nequaquam abſolveret) nulla famis, nullave obſidionis coactus anguſtia violaſti, contra juramentum, quo te ad illam ſervandam aſtrixeras, famæ ac ſalutis tuæ prodigus, veniendo.

A.D. 1226.

Cum igitur totiens pecces, quotiens facis contra fidelitatis juramentum præſtitum dicto Regi, nos, qui ex debito paſtoralis officii tenemur Deo de anima tua reddere rationem, tam manifeſtum ipſius animæ tuæ periculum ſine noſtro diſſimulare periculo non valentes, prudentiam tuam ſollicitandam duximus & monendam, per Apoſtolica tibi ſcripta firmiter injungendo mandantes, quatenus famæ tuæ providens & ſaluti, ad fidelitatem ipſius Regis, occaſione ac excuſatione ceſſantibus, redeas, ut teneris, ſerveſque ſibi inviolabiliter præſtitum juramentum, juramento contrario non obſtante, ſi quod forſitan præſtitiſti, cum illicitum

A.D. 1226. Hen. 3.

illicitum fuerit, & ideo non ſervandum; ſalubres monitiones noſtras taliter auditurus, quod, reconciliatus terreno, Cæleſti quoque reconciliari Domino merearis.

Sciens nos venerabilibus fratribus noſtris Aquen. & Vaſaten. Epiſcopis, & dilecto filio Archidiac. Vaſaten. per noſtras Litteras mandaviſſe, ut, niſi curaveris infra menſem, poſt receptionem præſentium, noſtrum in hoc adimplere mandatum, ipſi te ad id per cenſuram Eccleſiaſticam, ſublato appellationis impedimento, compellant.

Tu ergo, ſicut vir providus, potius eligas errorem tuum humiliter ſatisficiendo corrigere, quam, illi pertinaciter inſiſtendo, inducere temetipſum in ejus neceſſitatis articulum, de quo non facile te valeas expedire.

Dat. Reat. Quint. Idus Januarii, Pontificatus noſtri anno decimo.

De pecunia pro expenſis Regis colligenda.

A.D. 1226. An. 10. H. 3. Pat. 10. H. 3. m. 3. d.

HOnorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis; & dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, & aliis Prælatis, ac Rectoribus Eccleſiarum, in Hibernia conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Non læditur libertas Eccleſiaſtica, ſet defenditur, ſi inde defenſori ejus, ſtatu rerum & temporum exigente, ſubſidium liberaliter exhibetur.

Cum igitur kariſſimo in Chriſto filio noſtro, Henrico Regi Angliæ illuſtri, multa immineant neceſſariarum onera expenſarum, ac propter hoc ſibi mandaverimus a Clero Angliæ ſubſidium exhiberi, Univerſitatem veſtram ſollicitandam duximus & hortandam, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes quatenus, cum Regnum Hiberniæ ad ipſum pertinere noſcatur, ac per hoc eidem incumbat defendere Eccleſiarum veſtrarum libertatem [illegible], voſque deceat, ſibi cum ex[illegible] videtur neceſſitas, liberaliter ſubvenire, collectam, penſatis ſingularum Eccleſiarum facultatibus, faciatis ad expenſarum ipſius Regis onera ſupportanda: Cum conſilio venerabilis fratris noſtri Archiepiſcopi Dublin. aliquos veſtros, voce prudentiæ ac probatæ fidei, eligentes, qui pecuniam recipiant, pro ſubventione hujuſmodi colligendam; eamque aſſignent ipſi Archiepiſcopo & duobus aliis, qui ad hoc idonei videbuntur; per eos ad expenſas ipſius Regis, quæ videbuntur ei & regno ſuo magis neceſſariæ, miniſtrandam.

A.D. 1226.

Mandatum noſtrum taliter impleturi, quod ipſum Regem ad veſtrum & Eccleſiarum veſtrarum favorem per hoc ſpecialiter inclinetis, gratamque viciſſitudinem ab eo expectare poſſitis tempore oportuno.

Nolumus autem quod exhibitio ſubventionis hujuſmodi trahatur ad conſequentiam, vel præjudicium generet Eccleſiaſticæ libertati.

Datum 4 Kal. Februarii, Pontificatus noſtri anno decimo.

De Tractatu Pacis cum Rege Franciæ reſumendo.

A.D. 1226. An. 10. H. 3. Pat. 10. H. 3. m. 6. d.

REX venerabili viro, & amico in Chriſto Romano, Titulo Sancti Angeli Diacono Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem.

Litteras veſtras nobis a dilectione veſtra tranſmiſſas per Abbatem Ciſtercienſem recepimus; per quas nobis ſignificaſtis quod, licet tractatus pacis & treugarum, inter nos, & Regem Franciæ, vobis mediantibus, hoc anno habitus, effectum aliquem non habuerit, expedire creditis quod reſumeretur tractatus ſuper treugis aliquibus ineundis; ut, eis habitis, interim de pacis reformatione competentiùs & meliùs tractaretur.

A.D. 1226.

Mittimus quidem ad vos dilectum nobis in Chriſto Abbatem Belli-loci, rogantes quatinus, ſub qua forma expedit nobis treugas inire cum dicto Rege Franciæ, & cujuſmodi utilitas nobis & poſteris poſſit inde provenire, nos certos efficere velitis.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, 22 die Martii.

Littera Hen. Regis prædicto Legato.

A.D. 1226. *An.* 10. *H.* 3. *Clauſ.* 10. *H.* 3. *m.* 11. *d.*

REX Legato Franciæ ſalutem.

Mittimus ad vos dilectum nobis in Chriſto fratrem Wilielmum Monachum ordinis Ciſtercienſis; qui, ſuper mandato Domini Papæ, per Curſores ſuos nobis nuper deſtinato, & quid ſuper eodem mandato fecerimus, vos plenius poterit certificare.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 3 die Julii.

A.D. 1226.

De Nunciis Regum Angliæ & Bohemiæ hinc inde miſſis.

A.D. 1226. *An.* 10. *H.* 3. *Clauſ.* 10. *H.* 3. *m.* 10. *d.*

REgi Boemiæ ſalutem.

Redierunt ad nos, ad vos miſſi ex parte noſtra, dilecti & fideles noſtri *tales*, cum quibus fidelis veſter *talis*, præſentium lator, venit; qui, porrectis nobis litteris veſtris, continentibus ut fidem haberemus ei ſuper negotio, de quo tractaverunt vobiſcum prædicti Nuncii noſtri, voluntatem veſtram nobis expoſuit, una cum prædictis Nunciis noſtris, evidenter & diſcrete.

Ad ea autem, quæ nobis expoſuit, reſponſum accepit ſicut decuit; de quo & ipſe ſerenitatem veſtram plenius certificare poterit vivâ voce.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 3 die Julii.

A.D. 1226.

Littera W. Mareſcallo Comiti Pembroc.

A.D. 1226. *An.* 10. *H.* 3. *Pat.* 10. *H.* 3. *m.* 2. *d.*

REX W. Mareſcallo Comiti Penbr. ſalutem.

Bene recolimus, & vos ſatis recolitis, ut credimus, verba quæ dicta fuerunt apud Winton. in præſentia noſtra, cum ibidem coram nobis ultimo fuiſſetis.

Bene etiam recolimus quod dixiſtis nobis ibidem, vos nullo modo poſſe omittere quin iter peregrinationis verſus Sanctum Andream inſtanter arriperetis, utpote voto ad hoc aſtricti.

Set cum veniſtis Coventriam, & ibi audiſſetis, ſicut nobis ſcripſiſtis, vobis ſuggeſtum fuiſſe quod, propter malum, iter illud aggredi velletis, ab illo vos retraxiſtis (quod moleſte ferimus) & vultis, omiſſo dicto itinere in Hiberniam tranſire.

Moleſte etiam ferremus ſi crederetis nos ſuſpicionem malam habere de vobis, quia de vobis tanquam de probo homine noſtro confidimus; maximè cui ſororem noſtram dedimus in uxorem, ut a vobis obſequia, conſilia pariter & auxilia haberemus potiora, quæ cum omni fiducia de vobis ſperamus.

A.D. 1226.

Non igitur ſuſpicionem malam de vobis habemus; & ſi haberemus, non eam vobis celaſſemus, immo ſtatim eam vobis palam oſtendiſſemus.

Si vero re vera jam à propoſito dicti itineris redi[illegible] in Hiberniam tranſire, ſicut n[illegible]ſtis, diſponitis, volumus & [illegible] quod prius ad nos veniatis, ad reddendum nobis Caſtra noſtra de Kaermerdin, & de Kardigan.

Vel, ſi forte nullo modo ad nos venire poſſitis, mittatis ad nos talem de veſtris, qui poteſtatem habeat caſtra prædicta nobis liberandi.

Tendimus autem verſus partes Eborum pro quibuſdam agendis noſtris; &, inde revertentes, ad partes March. Walliæ declinare propoſuimus.

Teſte Rege apud Hunted. decimo die Julii.

De

De Conductu pro Principe Walliæ.

A.D. 1226. An. 10. H. 3. Pat. 10. H. 3. m. 1.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum fidelem noſtrum, & dilectum fratrem Leweſinum Principem Norwalliæ, & uxorem ſuam ſororem noſtram, & filium ſuum nepotem noſtrum, & omnes ſuos, quos ſecum ducerent in veniendo ad nos apud Salopiam, ad loquendum nobiſcum, & morando, & recedendo, ſine omni occaſione & placito.

A.D. 1226.

In cujus, &c. Fieri fecimus, duraturas uſque ad Feſtum Sancti Michaelis, anno, &c. decimo.

Teſte Rege apud Wigorn. 28 die Julii.

De Seneſcalcia Vaſconiæ.

A.D. 1226. An. 11. H. 3. Pat. 11. H. 3. m. 1.

REX Majori & Juratis, & cæteris probis hominibus ſuis Burdegaliæ ſalutem.

Mittimus ad vos dilectum & fidelem noſtrum, Henricum de Trublevill. cui commiſimus Seneſcalciam terræ noſtræ Waſconiæ, habendam quamdiu nobis placuerit, rogantes quatinus eidem Henrico, in agendis noſtris, prout commodo & honori noſtro videritis expedire, auxiliantes ſitis & conſulentes.

De Malâ verò Toltâ, quam dilecto fratri noſtro Ricardo Comiti Pictaviæ & Cornubiæ conceſſiſtis, noſtri gratiâ, eidem Henrico intendentes ſitis & reſpondentes.

Et quia, ut ab eodem Henrico accepimus, quingentas Marcas, quas Willielmus Reymund. Columi, filius Amanei Columi recepit in Anglia, pro debito quod vobis debuit idem [illegible]ter, prius recepiſtis de eadem [illegible], vobis mandamus quod præd[illegible]ngentas Marcas, cum toto reſiduo, quod poſtea de ipſa Mala Tolta provenit, eidem Henrico reddatis ad negotia noſtra expedienda, ſecundum quod ei injunximus.

A.D. 1226.

Grates ſiquidem fidelitati veſtræ multiplices referentes de ſuccurſu per prædictam Malam Toltam, prædicto fratri noſtro impenſo, vos rogamus attentius quatenus adhuc de conſuetudine illa, ad Caſtra noſtra munienda & firmanda, gratiam facere velitis, ſaltem a Feſto Omnium Sanctorum, anno *Regni noſtri* duodecimo, uſque in unum annum plenè completum ipſam concedere velletis; indubitanter ſcituri, & pro certo habituri quod, ultra terminum illum, conſuetudinem illam a vobis non requiremus nec requiri faciemus.

Et, quod in poſterum inde quietos vos eſſe ſciatis, literas noſtras Acquietationis illius conſuetudinis vobis tranſmittimus.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, 19 die Octobris.

Quod naves vinis & blado repletæ in Angliam veniant de Francia, non obſtante mandato.

A.D. 1226. An. 11. H. 3. Clauſ. 11. H. 3. m. 26. d.

REX Ballivis Portûs de Sandwic. ſalutem.

Sciatis quod, non obſtante mandato noſtro, quod fecimus, quod nullus Mercator, de poteſtate Regis Francorum, moram faceret in Anglia ultra quinque ſeptimanas a die Sancti Michaelis, anno Regni noſtri decimo, conceſſimus quod naves, de poteſtate ejuſdem Regis, carcatæ blado, vinis & victualibus, ſalvo & ſecure veniant in Angliam.

A.D. 1226.

Et ideo vobis mandamus quod, ſi hujuſmodi navis, de poteſtate prædicta, blado, vinis & victualibus carcata, ad portum veſtrum venerit, illis, qui eam ducent, nullum faciatis, vel fieri permittatis in portu veſtro dampnum, gravamen vel impedimentum; permittentes eos ſalvo illuc venire, & ſalvo ibidem morari, & ſalvo inde recedere, faciendo rectas & debitas conſuetudines.

Teſte

A.D. 1226. Hen. 3.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, quinto die Novembris, anno, &c. undecimo.

Eodem modo ſcribitur Ballivis Portuum,

Dour.
Heath.
Haſting.
Orewell.
Gernemue.
Briſtoll.
Oreford.
Lenn.
Wodering.
Kingeſton.
Porteſmue.
Rya.
Safford.
Winchelſ.
Rumenal.
Peveneſ.
Sorham.
Dunewich.
Gipewich.
Hoiem.

Majori & Præpoſitis,

Lincoln. *Eborum.*

Et Saliero de Sutton, Ballivo Portus de Hulmo,
Vicecomiti Lincoln.

De Dote Reginæ Iſabellæ.

A.D. 1226. An. 11. H. 3. Pat. 11. H 3. p. 1. m. 11.

REX omnibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod volumus, & per juramentum noſtrum corporaliter præſtitum firmavimus, reddere kariſſimæ matri noſtræ, Iſabellæ Reginæ, & Comitiſſæ Engoliſmi, totam dotem ſuam, quam habuit, & habere debet in Anglia, ſicut aſſignata fuit Allienoræ quondam Aviæ noſtræ, & ſicut Carta Domini Johannis patris noſtri teſtatur.

Conceſſimus etiam eidem, ſub eodem juramento, facere ei rationabile eſcambium dotis, quam habere debuit in Normannia, Andegavia, & Pictavia, per rationabilem viſum proborum & legalium virorum, qui ad hoc tàm ex parte noſtra, quam ex parte ipſius, eligentur, quouſque prædictam dotem ei deliberavimus: Et quod de eſcambio illo decidat, ſicut poterimus partes illius dotis ad opus noſtrum & ſuum conquirere.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras patentes fieri fecimus.

Teſtibus venerabilibus patribus,

S. Cantuar. Archiepiſcopo,
E. London.
P. Winton.
J. Bath.
H. Lincoln.
R. Sarum.
R. Ciceſtr. & Cancellario noſtro,
W. Carleol. Epiſcopis.

Th. Norwic. Electo,
H. de Burgo Juſticiario noſtro,
R. Comite Ceſtr. & Lincoln.
G. Com. Glouceſtr. & Hertford.
Philippo de Albiniaco,
Radulpho filio Nicholai Seneſcallo noſtro,
Hugone Diſpenſer.

Data per manum prædicti Ciceſtr. Epiſcopi Cancellarii noſtri, apud Weſtm. decimo, [illegible] die Decembris, anno undecimo. [illegible] fuerunt.]

De multimodis conceſſionibus Comiti Marchiæ factis.

A.D. 1226. An. 11. H. 3. Pat. 11. H. 3. m. 3.

REX omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod dedimus & conceſſimus dilecto & fideli noſtro Hugoni de Lyzinnan, Comiti Marchiæ & Engoliſmi, pro homagio & fideli ſervitio ſuo, & hæredibus ſuis de matre noſtra Iſabella deſcenſuris, in feodo & hæreditate, Civitatem de Xantonge, & Xantingiam, & Pontem Albæ cum Foreſta de Baconeys, quantum ad nos pertinet, & Inſulam de Olerim tenendam de nobis & hæredibus noſtris; ſalvis nobis & hæredibus noſtris fidelitate Epiſcopi Xanctonienſis, homagiis, ſervitiis & eſcaetis, ac cuſtodiis Baronum noſtrorum de Xanctingia.

Conceſſimus inſuper præfato Hugoni, Comiti Marchiæ & Engoliſmi, & hæredibus ſuis præfatis, totum jus & hæreditatem, quæ nos contingere poſſent jure hæreditario, in Civitate & in Com. Engoliſmi, qui ad nos deſcendere debuit poſt obitum matris noſtræ; &, cum præmiſſis, conceſſimus præfato Hugoni, & hæredibus ſuis præfatis, Caſtra de Merpin. & de Coynac. cum pertinentiis, de nobis & hæredibus noſtris tenenda.

Conceſſimus

A.D. 1226. Hen. 3. Conceſſimus eidem Hugoni, & Hæredibus, ſuis præfatis, feodum, quod Ichier de Maynac de nobis tenuit, apud Muntmorillum, cum homagio & ſervitio prædicti Ichier.

Conceſſimus etiam eidem Hugoni, & Hæredibus ſuis præfatis, quod moneta ſua de Engoliſmo, & de Marchia, ſi æqualis pretii & valoris monetæ noſtræ fuerit, cum moneta noſtra Pictaviæ currat, ita quod in Pictavia inter monetam noſtram non refutetur.

Conceſſimus etiam eidem Hugoni, Comiti Marchiæ & Engoliſmi, quod poſſit ſibi acquirere terras & feoda, de hominibus noſtris in Pictavia, quæ per legalem emptionem perquirere poterit; ſalvo per omnia jure noſtro; & ſalvis nobis, & Hæredibus noſtris ſervitiis, quæ debebantur Anteceſſoribus noſtris de terris & feodis prædictis.

Volumus etiam & præcipimus, ut ſæpedictus Hugo, & Hæredes ſui præfati, pro homagio & fideli ſervitio, omnia ſupradicta habeant & teneant, bene & in pace de nobis, & Hæredibus noſtris; & ea ipſis præſenti carta confirmavimus valitura, non obſtante eo quod, tempore iſtius conceſſionis ſibi factæ, minoris fuimus ætatis. A.D. 1226. Hen. 3.

In cujus rei teſtimonium huic ſcripto ſigillum noſtrum appoſuimus.

Teſtibus venerabilibus fratribus,

S. Cantuar. Archiepiſcopo,
E. London.
P. Winton.
J. Bath.
H. Lincoln.
R. Sarr.
R. Cyceſtr. & Cancellario noſtro,
W. Carleol. Epiſcopis.
Thoma Norwic. Electo,
H. de Burgo Juſticiario noſtro,
R. Comite Ceſtr. & Lincoln.
G. Comite Glouceſtr. & Hertford.
Phil. de Albiniaco,
Radulpho filio Nicholai Seneſcallo noſtro,
Hugone Deſpenſer.

Data per manum prædicti Cyceſtr. Epiſcopi Cancellarii noſtri, apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Decembris, anno undecimo.

Conventiones cum Vicecomite Thoarcii.

A.D. 1226. An. 11. H. 3. Pat. 11. H. 3. m. 3.

REX dilecto & fideli ſuo Hugoni Vicecomiti Thoarc. ſalutem.

Sciatis quod, de conſilio fidelium noſtrorum promittimus & concedimus vobis quod, ſi Rex Franciæ guerram nobis fecerit in Pictavia, propter quam oporteat nos Villas noſtras, vel Baronum noſtrorum munire contra ipſum, tenebimus vobis ad cuſtum noſtrum apud Thoarcum centum milites, & ducentos ſervientes equites, & 25 Baliſtarios equites, pro plana guerra facienda quamdiu opus nobis & vobis fuerit.

Et, ſi Rex Francorum, in propria perſona, vel poſſe ſuum, propter quod oporteat vos Villam Thoarc. munire, Ligerim tranſeat, verſus Pictaviam, ad guerram faciendam, tenebimus vobis ducentos milites, & treſcentos ſervientes equites, & 50 Baliſtarios equites ad cuſtum noſtrum apud Thoarcum, dum opus nobis fuerit & vobis.

Promittimus etiam vobis, & firmiter concedimus quod, ſi milites Marchiæ & terræ noſtræ, per guerram noſtram, terras ſuas, per poteſtatem Regis Franciæ, amiſerint, nos, per legale conſilium fidelis noſtri Hugonis Comitis Marchiæ, & veſtrum, de prædictis dampnis rationabile returnum eis faciemus. A.D. 1226.

Promittimus etiam vobis firmiter quod militibus veſtris annua feoda, quæ bonæ memoriæ Johannes pater noſter Rex Angliæ, per cartas ſuas eis conceſſit & ſolvit, eiſdem, dum bene & fideliter nobis ſervierint, plene perſolvemus.

Et hæc, pro fideli ſervitio veſtro, & hominum veſtrorum habendo, promittimus, & per juramentum, corporaliter præſtitum, firmamus, eo non obſtante valitura quod, tempore hujus promiſſionis, minoris fuimus ætatis.

Promittimus vobis quod, cum ad ſervitium noſtrum veneritis, & homagium nobis feceritis, dabimus vobis mille Marcas, de denariis noſtris, pro bono adventu veſtro; niſi, per conſilium Comitum Marchiæ & Britanniæ, poſſit ad minorem ſummam amenſurari.

Et in hujus rei teſtimonium, has litteras noſtras inde fieri fecimus patentes.

Teſtibus venerabilibus fratribus,

S. Cantuar. Archiepiſcopo,
E. London,
P. Winton.

A.D. 1226. *Hen. 3.*

J. Bath.
H. Lincoln.
R. Sarum.
R. Ciceſtr. & Cancellario noſtro,
W. Carleol. Epiſcopis.

Th. Norwic. Electo,
H. de Burgo Juſticiario noſtro,
R. Comite Ceſtr. & Lincoln.
G. Com. Glouceſtr. & Hertford.
Philippo de Albiniaco,
Radulpho filio Nicholai Seneſcallo noſtro,
Hugone Deſpenſer.

A.D. 1226. *Hen. 3.*

Data per manum prædicti Ciceſtr. Epiſcopi Cancellarii noſtri, apud Weſtm. decimo octavo die Decembris, anno undecimo.

De quibuſdam Conceſſionibus prædicto Comiti factis.

A.D. 1226. *An.* 11. *H.* 3. *Ibidem.*

REX omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint ſalutem.

Sciatis nos dediſſe & conceſſiſſe dilecto & fideli noſtro Hugoni Vicecomiti Thoarc. & hæredibus ſuis de ipſo deſcenſuris, pro homagio & fideli ſervitio ſuo, Caſtrum de Lodun. cum pertinentiis de nobis & hæredibus noſtris tenendum; &, pro eodem Caſtro, quingentas Marcas per annum, de camera noſtra in Anglia, quoad uſque prædictum Caſtrum, cum concilio & fideli auxilio ipſius Hugonis & generis ſui, & amicorum ſuorum, poſſimus de manibus Regis Franciæ rehabere ad opus dicti Hugonis; ita quod extunc a ſolutione quingentarum marcarum ceſſare debeamus.

Concedimus etiam præfato Hugoni, & hæredibus ſuis præfatis, reddere annuatim unum equum de pretio, quale prædeceſſores ſui, Vicecomites Thoarc. percipere conſueverunt, ſingulis annis, de Nundinis de Aungers, quoad uſque equum illum de Burgenſibus de Aungers, qui illum reddere conſueverunt, poſſit recuperare; ita tamen quod nobis, & hæredibus noſtris reddet, ſingulis annis, quod deberet Andegavenſibus pro equo reddere per annum.

A.D. 1226.

Conceſſimus etiam eidem, & hæredibus ſuis præfatis, quod habeat, & fieri faciat monetam ſuam apud Thoarc. æqualem monetæ Pictaviæ; & quod æqualiter currat in Pictavia cum noſtra.

Et, ut præmiſſa libere habeat, & teneat de nobis, & hæredibus noſtris, ſibi & hæredibus ſuis, ſicut præſcriptum eſt, ea præſenti Carta confirmamus valitura, non obſtante eo quod, tempore hujus conceſſionis & donationis factæ, minoris fuimus ætatis.

In cujus, &c. ut ſupra.

Teſtibus & Data ut ſupra.

De ſecuritate pro prædictis Conventionibus obſervandis.

A.D. 1226. *An.* 11. *H.* 3. *Pat.* 11. *H.* 3. *p.* 1. *m.* 11. *dorſo.*

S. Cantuar. totius Angliæ Primas, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, E. London. P. Winton. J. Bathon. H. Lincoln. R. Sarum. R. Ciceſtr. Domini Regis Cancellarius, W. Carleol. B. Elyen. & Thomas Norwic. Dei gratia electus, omnibus Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.

Univerſitati veſtræ notum facimus, nos, ad inſtantiam Domini noſtri Henrici tertii, illuſtris Regis Angliæ, in verbo Dei firmiter promiſiſſe quod, bona fide, laborabimus erga ipſum Dominum Regem, ut conventiones & conceſſiones firmatæ per Cartas, litteras patentes, & juramenta inter prædictum Dominum noſtrum Henricum & Hugonem de Lezynan. Comitem March. & Engol. & Iſabellam Reginam uxorem ejus, H. Vic. Thoarc. & Willielmum le Arceveske, qui ad ſervitium ipſius Regis Angliæ, per prædictas conventiones & conceſſiones, reverſi ſunt, firmiter & ſine fraude obſerventur.

A.D. 1226.

In cujus rei teſtimonium huic ſcripto ſigilla noſtra apponi fecimus.

Act. apud London in vigilia beati Thomæ Apoſtoli, anno regni ipſius Domini Regis 11.

Duplicatæ ſunt.

A.D. 1227. Hen. 3.

.1227. 3.

Littera Petro Comiti Britanniæ.

.1227. 11. H. 3. .11. H. 22. d.

REX dilecto & fideli suo P. Comiti Britan. salutem & amorem.

Noveritis quod de negotiis illis, de quibus nobis significastis per nuncios nostros & vestros, fecimus quicquid nobis consuluistis; super hiis & aliis consilia vestra credituri.

Rogamus autem dilectionem vestram quatenus, cum concilio vestro penitus nos exposuerimus, sic vos intromittatis de agendis nostris, ut ad honorem Dei & ad honorem nostrum & vestrum procedant. A.D. 1227.

Teste Rege apud Rading. 13 die Januarii.

De negotiis complendis cum Comite Marchiæ.

.1227. 11. H. 3. .11. H. .11. d.

REX Hugoni, Comiti Marchiæ & Ingolism. salutem.

Mittimus ad vos venerabiles patres W. Eborum Archiepiscopum, W. Carleolensem Episcopum, & dilectum & fidelem nostrum Philippum de Albiniaco ad complendum negotia illa, de quibus tractatus est inter nos, & vos, per nuncios nostros, & vestros. A.D. 1227.

Teste Rege apud Rading. 13 die Januarii.

Eodem modo scribitur Hugoni Vicecomiti Thoarc. & Willielmo le Arceveske.

Littera Ricardo Com. Pictaviæ fratri Regis.

.1227. 11. H. 3.

REX R. Comiti Pictaviæ salutem.

Misimus venerabiles patres supra nominatos ad Comitem Marchiæ, & Vicecomitem Thoarcii, & alios Magnates partium illarum, & vobis mandamus quod omnem, quam poteritis, adhibeatis diligentiam ad loquendum cum ipsis; & habito colloquio cum eis, super agendis nostris juxta consilium illorum operemini. A.D. 1227.

Teste Rege apud Radyng. 13 die Januarii.

Bulla Honorii, de exemptione a Commissionibus.

A.D. 1227. .11. H. 3. Orig.

HOnorius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Priori sanctæ Trinitatis Londoniensis salutem, & apostolicam benedictionem.

A nobis humiliter postulasti ut, cum non habeas juris peritiam, & propter judiciorum strepitum contingat sanctæ contemplationis in te otium impediri, eximere te a commissionum nostrarum sollicitudine dignaremur.

Nos ergo, tuis supplicationibus annuentes, auctoritate tibi præsentium indulgemus ut, terminatis causis ab apostolica tibi sede commissis, per Commissiones nostras, quas de cetero ad te impetrari contigerit, non tenearis procedere, nisi de indulgentia hujusmodi fecerit mentionem. A.D. 1227.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. Lateran. 10 Kal. Martii, Pontific. nostri anno decimo.

De

De auxilio pro Johanna ſorore Regis, Domina Norwalliæ.

A.D. 1227.
An. 11. H. 3.
Pat. 11. H. 3. n. 7.

REX probis hominibus de maneriis de Ralegh & de Cunedour ſalutem.

Quia omnes Civitates noſtras, Burgos, & Dominica noſtra talliari facimus; conceſſimus dilectæ ſorori noſtræ Joannæ Dominæ Norwalliæ, cui commiſimus dicta Maneria noſtra de Ralegh & de Cunedour, quamdiu nobis placuerit, quod loco tallagii prædicti, quod de vobis caperemus, rationabile auxilium ei faciatis.

Et ideo vobis mandamus quod benigne & gratanter hoc facere velitis.

Teſte Rege apud Weſtm. 18 die Martii.

De fœdere cum Duce Bavariæ.

A.D. 1227.
An. 11. H. 3.
Clauſ. 11. H. 3. m. 13. d.

AEnricus Dei gratia, &c. Amico in Chriſto dilecto & illuſtri viro L. Duci Bawariæ ſalutem, cum ſincera dilectione.

Tranſmiſſum ad nos, ex parte Romanorum Regis illuſtris & veſtra, Magiſtrum Conradum Præpoſitum Spirenſem cum gaudio ſuſcepimus, & audivimus diligenter; & ecce! dilectionem veſtram, quæ de fœderatione inter Imperium & nos jungenda laborare voluit, gratiarum actione proſequimur.

Cupientes igitur Regi, & Imperio, ac Nobilitati veſtræ, cui jam junctos & fœderatos nos cernimus per conſanguineam noſtram, quam filius veſter in uxorem duxit, in amicitia & fœdere mutuo ſpecialius adjungi, dilectos nobis, & ſpeciales Magiſtrum Henr. & Bernardum Clericos noſtros, ut dicti Regis & veſtram plenius & evidentius ſuper hiis audiant voluntatem, ad vos duximus tranſmittendos, rogantes quatenus ad condignum & laudabilem pertrahere velitis effectum laudabiliter inchoata.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 13 die Aprilis, anno Regni noſtri 11.

De fœdere cum Imperatore.

A.D. 1227.
An. 11. H. 3.
Clauſ. 11. H. 3. m. 13. d.

EXcellentiſſimo viro, & dilecto in Chriſto amico Henrico, Dei gratia illuſtri Romanorum Regi, & ſemper Auguſto, Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem & ſinceram dilectionem.

Tranſmiſſum ad nos, ex parte veſtra, virum providum & diſcretum Magiſtrum Conradum, Præpoſitum Spirenſem, cum gaudio ſuſcepimus & diligenter audivimus.

Et ecce! Nobilitatem veſtram, quæ, ſicut accepimus ab ipſo, ſincera erga nos affectione concepta, nos ſibi in amicitia & mutuo fœdere jungi voluit, gratiarum multiplici proſequimur actione.

Cupientes igitur, ex pleniſſimo fonte deſiderii, tanto Principi fœderari, Magiſtrum Henricum, & Bernardum, Clericos noſtros ſpeciales, nobis & dilectos, ad vos tranſmittimus, ut ſuper hiis plenius & evidentius audiant voluntatem veſtram; cui parere prompti ſumus, prout honori regio hic inde, ac utriuſque regno noſcitur expedire.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 13 die Aprilis, anno Regni noſtri 11.

De Fœdere cum Principibus Imperii; & filia Regis Bohemiæ in Uxorem ducenda.

A.D. 1227. An. 11. H. 3. Clauſ. 11. H. 3. m. 13. d.

ARchiepiſcopo Colonienſi Rex, &c. Salutem.

Quod confœderationem, inter Dominum R. Alemanniæ, & Principes Imperii, & nos, iniri deſideratis, parati ad id conſilium efficax apponere, ut ex litteris, a ſinceritate veſtra nobis tranſmiſſis, manifeſte perpendimus, paternitati veſtræ uberes exolvimus gratiarum actiones, tantò vobis obnixiores, quantò citra merita noſtra affectionem veſtram, circa nos, ſenſimus ſinceriorem.

Gratulamur ſiquidem, & admodum nobis eſſet jocundum, præfatum Dominum Regem, Principem adeo potentem, & illuſtrem, cum Principibus Imperii, & nos mutuo confœderationis vinculo aſtringi; quo, alternâ conſilii & auxilii viciſſitudine interveniente, adinvicem pleniori gauderemus tranquilitate.

Cum autem adhuc ſoluti ſumus, nec cum aliqua matrimonium contraxerimus, vel in aliqua parte obligemur alicui, paternitati veſtræ duximus ſignificandum quod, ſuper filia illuſtris Regis Boemiæ ducenda in uxorem, ſicut ſcribentes nobis bona fide conſuluiſtis, vel alia nobis idonea copula matrimoniali conjungenda, parati ſumus veſtro parere conſilio, ſi commodum & honorem noſtrum in hoc conſideretis, & nobis & Regno noſtro expedire videamus.

Vos igitur, ſi placet, tàm ſuper hoc, quàm aliis, voluntatis veſtræ beneplacitum, per præſentium latorem, quem ad vos deſtinamus, ſub feſtinatione nobis ſignificare velitis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 13 die Aprilis, anno Regni noſtri 11.

A.D. 1227.

Bulla de non proferendo Sententiam interdicti aut Excommunicationis in perſonam Regis aut Richardi fratris ſui.

A.D. 1227. An. 11. H. 3. Ex Orig.

HOnorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Henrico illuſtri Regi Angliæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Volentes, in quibus ſecundum Deum poſſumus, tuæ ſublimitati deferre, mandavimus dilecto filio noſtro Romano, Sancti Angeli Diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato, ut, contra tuam, vel Nobilis viri Ricardi Comitis Pictaviæ, fratris tui, perſonam, ad denunciationem, ſeu prolationem generalis, aut ſpecialis ſententiæ excommunicationis, per ſe, vel per alium non procedat, niſi ſuper hoc mandatum à nobis reciperet ſpeciale.

Tu ergo provideas ne a te, vel ab ipſo fratre tuo aliquid attemptetur, propter quod nos oporteret ſuper hoc ſpeciale mandatum eidem dirigere Cardinali.

Dat. Lateran. Id. Maii. Pontificatus noſtri anno 10.

Sub filo Canabi.

A.D. 1227.

Bulla quod neque Rex, nec Ricardus frater excommunicentur.

A.D. 1227. An. 11. H. 3. Pat. 11. H. 3. m. 12. d.

HOnorius Epiſcopus, &c. dilecto & fideli Romano, Sancti Angeli Diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Diſcretioni tuæ, auctoritate præſentium, mandamus quatinus contra kariſſimi in Chriſto filii noſtri, illuſtris Regis Angliæ, vel Nobilis viri Ricardi Comitis Pictaviæ, fratris ejus, perſonam, ad denunciationem, vel prolationem generalis, vel ſpecialis ſententiæ excommunicationis per te, vel per alium non procedas; niſi ſuper hoc mundatum noſtrum ſuſceperis ſpeciale.

Data Lateran. Id. Maii, Pontificat. &c. 10.

A.D. 1227.

Bulla de Exemptione.

A.D. 1227. An. 11. H. 3. Ex Origine.

HOnorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Abbati de Begham, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

A nobis humiliter poſtulaſti ut, cum non habeas juris peritiam, & per judiciorum ſtrepitum contingat ſanctæ in te contemplationis otium impediri, eximere te a commiſſionum noſtrarum ſollicitudine dignaremur. Nos ergo, tuis ſupplicationibus annuentes, devotioni tuæ auctoritate præſentium indulgemus, nè per commiſſiones noſtras, quas de cætero ad te impetrari contigerit, procedere tenearis, ſi de indulgentia hujuſmodi non fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Lateran. 3 Kal. Junii, Pontificatus noſtri anno decimo.

Filis Sericiis flavi rubeique coloris.

De Conductu Comitis de Giſnes.

A.D. 1227. An. 11. H. 3. Pat. 11. H. 3. m. 5.

BAldewinus Comes de Giſnes habet litteras Domini Regis de Conductu in veniendo ad Dominum Regem in Angliam, ad loquendum cum eo, & ibidem morando, & inde redeundo, uſque ad feſtum beati Petri ad vincula, anno, &c. 11.

Et mandatum eſt omnibus Ballivis & fidelibus, &c.

De Treugis cum Rege Franciæ.

A.D. 1227. An. 11. H. 3. Clauſ. 11. H. 3. m. 7. d.

REX R. Comiti Ceſtriæ & Lincolniæ ſalutem.

Sciatis quod Venerabilis Pater W. Carleol. Epiſcopus, & dilectus & fidelis noſter Philippus de Albiniaco, qui nuper fuerunt in Francia, reverſi ſunt, nunciantes nobis quod initæ ſunt Treugæ inter nos, & Regem Franciæ, uſque ad feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ proximo venturum, ut interim tractetur de pace inter nos, & ipſum reformanda.

Super quo retulerunt nobis prædicti verba bona, quæ nolumus ad præſens ſcripto commendare, & quæ vobis complacebunt cum ea audieritis: Et nos, hac occaſione, paſſagium noſtrum in reſpectum poſuimus, nec veniemus ad præſens Wintoniam, ſicut vobis mandaverimus.

Grates igitur vobis multiplices referentes de bona voluntate veſtra, & de paratu veſtro, facto ad transfretandum nobiſcum, ut audivimus, vos de prædictis duximus præmuniendos; ſignificantes quod ad veniend. Winton. in occurſum noſtrum, in craſtino beati Petri ad vincula, ad præſens non oportet vos laborare.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 17 die Julii.

Ejuſmodi Litteræ de iiſdem Treugis.

A.D. 1227. An. 11. H. 3. Clauſ. 11. H. 3. m. 7. d.

REX Vicecomiti Lincoln. ſalutem.

Scias quod initæ ſunt treugæ inter Nos, & Regem Franciæ uſque ad feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ, anno *Regni noſtri* 12. ut interim tractetur de pace firma inter nos, & ipſum reformanda; pro quo non poſſumus, ſicut propoſueramus, ad hoc inſtans feſtum Sancti Petri ad vincula, in Waſconia, transfretare.

Et ideo tibi præcipimus quod, per totam ballivam tuam, clamari facias, quod omnes, qui per ſummonitionem noſtram uſque Wintoniam erant venturi, ad præfatum terminum illuc, ea occaſione, non veniant.

Litteras autem noſtras, quas tibi mittimus, certis perſonis de Comitatu tuo directas, hiis, quibus diriguntur, cum ſumma feſtinatione mittas.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, 17 die Julii.

Notificatio Treugarum cum Rege Franciæ.

A.D. 1227. An. 11. H. 3. Pat. 11. H. 3. m. 4.

REX univerſis, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra quod nos cum Lodovico Rege Franciæ & ſuis treugas inivimus pro nobis & noſtris, tàm per mare, quàm per terram, uſque ad Feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ proximo venturum duraturas tali modo.

Quod ſi in treuga fuerit interceptum, de interceptione emendanda ſic erit; poſt commonitionem factam per Seneſcallum noſtrum Waſconiæ, vel per Ballivum ejus, & per bonos & idoneos viros, ſibi aſſiſtentes, malefactori in propria perſona, ſi inventus fuerit, vel apud Hoſpitium ſuum, vel apud ejus vicinos, vel alicui de familia ſua, ſi inveniri non poterit, emendare plenarie noluerit, infra quadraginta dies poſtquam commonitio facta fuerit, ille, cui fuerit foriſfactum, poterit currere ſuper malefactorem, donec plenarie fuerit emendatum; & nos, ſine meſfacere, poterimus juvare noſtrum hominem contra eum, qui foriſfactum emendare noluerit, donec fuerit emendatum; & Rex Franciæ ſimiliter facere poterit.

A.D. 1227.

Et ſciendum quod Maiſiacum non eſt in treuga; nec Banaoni in hiis treugis poterit inforciari.

Præterea, ſi aliqua fortericia, vel aliquod Caſtrum, vel perſona alicujus nobilis, durantibus treugis, caperetur, vel furtive ſubtraheretur, ſtatim nos, vel per nos, vel per gentes noſtras, ſine meſfacere, de hiis poterimus nos juvare; & Rex Franciæ ſimiliter facere poterit.

Nos autem has treugas, fideliter & bona fide obſervandas à nobis & noſtris, conceſſimus, & jurari fecimus in animam noſtram a venerabili patre W. Carleol. Epiſcopo, & dilecto & fideli noſtro Philippo de Albiniaco Milite noſtro.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, 19 die Julii.

Littera Legati Papalis Regi.

A.D. 1227. An. 11. H. 3. Ex nova Bundela in Turre Lond.

HEnrico Regi Anglorum illuſtri Romanus miſeratione divina, Sancti Angeli Diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legatus, ſalutem in eo, qui Regibus dat ſalutem.

Excellentiæ veſtræ literas, & Nuncios veſtros, quos ad nos miſiſtis, honore debito recipientes, tàm ipſarum tenorem, quàm ea, quæ nobis ex parte veſtra ore tenus retulerunt, intelleximus diligenter.

Cupientes, quantum cum Deo poſſumus, honorem veſtrum diligere, ac perſonam veſtram ſincera tractare in Domino charitate; ſicut quod plurimum volumus quæ ad honorem veſtrum & commodum ſpectare videntur, & cupimus procurare; ſicut prædicti Nuncii veſtri veſtræ ſerenitati referre poterunt viva voce.

A.D. 1227.

Ipſi enim in omnibus vos poterunt reddere certiores; quos pro ſua ſollicitudine & labore velitis habere—— commendatos.

Dat. Paris 9 Kal. Aug.

Dorſo *H. Regi Anglorum illuſtri.*

Litteræ Credentiales Principibus Imperii.

A.D. 1227. An. 11. H. 3. Pat. 11. H. 3. m. 3. d.

REX nobilibus viris, & amicis in Chriſto kariſſimis, Prælatis & Principibus Imperii, qui venerint uſque Aunvers in occurſu Prælatorum & Magnatum noſtrorum, ſalutem & ſinceram in Domino dilectionem.

Ad præſentiam nobilitatis veſtræ deſtinamus venerabiles patres W. Eborum Archiepiſcopum Angliæ Primatem, A. Coventr. & Th. Norwic. Epiſcopos: & dilectos & fideles noſtros W. Comitem de Penbr. Mareſcallum Angliæ, G. Comitem Glouceſtr. & Hertford. W. Comitem Albemarl. J. Conſtabularium Ceſtr. & Radulfum filium Nicholai Dapiferum noſtrum, ad tractandum vobiſcum de confœderatione facienda inter

A.D. 1227.

A.D. 1227. Hen. 3.

illuſtrem Regem Alemanniæ & Imperium, & nos & Regnum, juxta quod locutus eſt nobiſcum vir diſcretus Conradus, Præpoſitus Spirenſ. ex parte dicti Regis & Imperii ad nos miſſus.

Quibus Prælatis & Magnatibus noſtris prædictis fidem adhibere velitis, ſuper hiis omnibus quæ vobis dixerint & fecerint ex parte noſtra.

Teſte meipſo apud Windleſ. quarto die Septembris.

De confirmatione Feodi pro Comite Flandriæ.

A.D. 1227. An. 11. H. 3. Pat. 11. H. 3. n. 2.

REX amico ſuo kariſſimo F. Comiti Flandriæ & Hanoiæ ſalutem.

Sciatis quod concedimus vobis, pro homagio & ſervitio veſtro, tale feodum habendum de nobis, quale Dominus Johannes pater noſter vobis conceſſit tempore ſuo pro homagio & ſervitio veſtro.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras patentes vobis mittimus.

Teſte meipſo apud Windleſor. decimo ſexto die Decembris, anno Regni noſtri undecimo.

Idem Comes habet Litteras de conductu pro ſe & ſuis quos ſecum ducet in veniendo in Angliam ad loquendum cum Domino Rege, & ibidem morando, & inde redeundo; & durent litteræ iſtæ uſque ad Feſtum Sancti Martini, anno duodecimo.

Teſte ut ſupra.

De interceptionibus cum Francia emendandis.

A.D. 1227. An. 11. H. 3. Clauſ. 11. H. 3. m. 2. d.

DOmino ſuo & conſanguineo Ludovico, Dei gratia Regi Franciæ illuſtri, Henricus eadem gratia Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Serenitati veſtræ ſignificamus quod, poſtquam initæ fuerunt treugæ inter nos, & vos, uſque ad feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ proximo futurum, eas per totam poteſtatem noſtram, pro poſſe noſtro, firmiter fecimus obſervari; & omnibus, de poteſtate veſtra de quacunque interceptione, eis infra treugas facta, conqueſtis, vel conqueri volentibus, ſecundum formam earumdem treugarum, & modum querelæ, plenam juſtitiam exhibuimus, & exhiberi faciemus.

Dilectus vero & fidelis noſter Savaricus de Malo-Leone, qui unus erat inpriſiorum noſtrorum tempore quo treugæ præmemoratæ initæ fuerunt, ſicut veſtra non ignorat ſerenitas, ad nos venit, oſtendens nobis & conquerens quod Ballivi veſtri eum ſpoliaverunt quibuſdam terris, redditibus & poſſeſſionibus, quas pacifice tenuit ante treugas præmemoratas; ſicut plenius vobis poterint intimare dilecti & fideles noſtri Magiſtri Umfridus de Milliar. & Willielmus Gauler, quos, propter hoc, ad veſtram duximus præſentiam tranſmittendos.

Serenitatem igitur veſtram rogamus attentius, quatinus interceptiones, ipſi Savarico, & aliis inpriſiis noſtris factas, emendari faciatis; ſicut vultis quod id, quod contra inpriſios veſtros fuerit in poteſtate noſtra interceptum, emendemus; & ſicut, tàm ex parte noſtra, quàm veſtra, fuerit juratum.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, decimo die Octobris, anno, &c. undecimo.

Littera Soldano Dammaſci.

A.D. 1227. An. 12. H. 3. Clauſ. 12. H. 3. m. 12. d.

REX Coradino illuſtri Soldano Dammaſci ſalutem.

De tranſmiſſis nobis a nobilitate veſtra muneribus, per Juſelinum de Jenue Mallonn. Soldani, gratiarum vobis rependimus actiones, prompti & parati de hiis quæ licet, veſtræ placere voluntati.

Hoc quidem a ſerenitate veſtra pro ampliori petimus munere ut, ſi quos terræ veſtræ chriſtianos captivatos tenetis, eos liberos & expeditos reddere, & in-

tuitu

A.D. 1227. Hen. 3.

tuitu noſtri nobis mittere velitis, certis datis indiciis quod, ad eorum liberationem, noſter eis profuit interventus; quo intellecto ad condignam viciſſitudinem ſerenitati veſtræ merito teneamur.

Teſte apud Weſtmonaſterium, &c.

A.D. 1227. Hen. 3.

Bulla de obſervando & celebrando Feſto beati Edwardi.

A.D. 1227. An. 12. H. 3. *Ex Origin.*

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis Eccleſiarum Prælatis, per Angliam conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ut notam faciat filiis hominum potentiam ſuam Dominus & gloriam magnificentiæ Regni ſui, nonnunquam electos ſuos, quos in hac vita juſtificat & coronat, in patria ſignanter honorat, dans eos miraculis corruſcare, dum, omni perfidiâ confutatâ, roboratur fides catholica, ſpes erigitur, & caritas dilatatur.

Quare Chriſti fideles quos taliter ipſe clarificat, pio complectentes amore, devotione debent celebri venerari, ut, in ſanctis ſanctificantem ſuppliciter honorantes, illius propitiationem & iſtorum ſuffragia ſalubriter mereantur.

Ex literis ſiquidem fælicis recordationis Alexandri Papæ, prædeceſſoris noſtri, nobis exhibitis extitit declaratum, quod, tàm claræ memoriæ Henrico Anglorum Rege, quàm omnibus Prælatis Angliæ, qui tunc erant, ei ſupplicantibus humiliter & inſtanter ut beatum Edwardum, glorioſum quondam Regem Anglorum, aſcriberet ſanctorum cathalago in Eccleſia militanti, quem, atteſtantibus miraculorum ſuorum inſignibus, in triumphanti regnare minime dubitant, ipſe, diligenti cum fratribus deliberatione præhabita, & libro miraculorum inſpecto, quibus ipſum in mortali carne viventem, & exutum ab ea Dominus multipliciter illuſtrarat, viſis quoque literis Innocentii Papæ, cui idem ſucceſſerat, & receptis teſtimoniis ſupplicantium, quamvis negotium tàm arduum non frequenter ſoleat, niſi forte in ſollempnibus conciliis, de more concedi, de fratrum tamen conſilio, juxta votum & deſiderium petentium, prædictum ſanctum inter beatos confeſſores cenſuit numerandum, dirigens univerſis eccleſiarum Prælatis Angliæ monita & mandata, ut veneratione debita prædictum colerent confeſſorem.

Nuper autem venerabilis frater noſter —— Cantuarienſis Archiepiſcopus ſuis nobis literis humiliter ſupplicavit, ut, ſupplentes quod a prædicto prædeceſſore noſtro omiſſum videtur, mandaremus Feſtum ejus ſollempniter celebrari, quem glorioſus Deus in ſanctis ſuis adhuc miraculis clarificat glorioſis.

Ne igitur videatur quodammodo ipſius gloriæ derogari, quem digne glorificare poſſibilitas humana non ſufficit, cum reputandum ſit in canonizatione Feſti celebratio fore conceſſa, univerſitatem veſtram monemus attente, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatinus, ipſius ſancti Feſtum annuâ celebritate colentes, pro nobis & vobis ejus apud Deum ſuffragia ſuppliciter imploretis.

Dat. Laterani 5 Id. Novembr. Pontificatus noſtri anno primo.

Filis Sericis flavi rubeique coloris.

Bulla Gregorii pro Abbate & Conventu Monaſterii de Quarraria.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. *Ex Orig.*

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Abbati Monaſterii de Tychefeld, Præmonſtratenſis ordinis, Wintonienſis Dioceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Sua nobis, dilecti filii Abbas & Conventus Monaſterii de Quarraria, Ciſtercienſis ordinis, Wintonienſis Dioceſis, petitione monſtrarunt, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorſus ignorant, decimas, cenſus, redditus & alia jura, quæ ipſi Monaſterio præſtare tenentur, necnon poſſeſſiones, terras, prata, paſcua & quædam alia bona, ad Monaſterium ipſum ſpectantia, occultarunt malitioſè, & occultè detinere præſumunt, non curantes ea *dictis* Abbati & Conventui

A.D. 1228. Hen. 3.

ventui exhibere; ſuper quo provideri ſibi & eidem Monaſterio humiliter poſtularunt:

Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus omnes hujuſmodi occultos detentores decimarum, cenſuum & bonorum prædictorum publicè in Eccleſiis, coram populo, per te, vel per alium, aut alios moneas ut infra competentem terminum, a te præfigendum, eiſdem decimas & alia ſupradicta a ſe debita manifeſtent, & plenam ac debitam de hiis ſatisfactionem impendant; necnon poſſeſſiones & alia bona prædicta reſtituant Abbati & Conventui memoratis: alioquin extunc in eos, niſi infra alium congruum terminum peremptorium, quem ad hoc præfigas eiſdem, tuæ monitioni paruerint in hac parte, generalem excommunicationis ſententiam proferas, faciens eam, ubi & quando *neceſſarium* videtur, uſque ad ſatisfactionem condignam, ſollempniter publicari.

Dat. Lateran. 2 Id. Febr. Pontificatûs noſtri anno primo.

Sigillo avulſo.

Ut fratres Militiæ Templi poſſint produci in teſtimonium in cauſis domus.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. *Ex Orig.*

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Magiſtro & fratribus domûs Militiæ Templi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ non a rationis tramite diſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, ad exemplar felicis recordationis Alexandri Papæ, prædeceſſoris noſtri, auctoritate vobis præſentium indulgemus ut, in cauſis veſtris, fratres veſtros poſſitis in teſtimonium ferendum producere; nec pro eo, quod fratres veſtri ſunt, ſi alia cauſa rationabilis & manifeſta non obſtat, a ferendo teſtimonio repellantur, dummodo, ſicut cenſura canonum & legum ſancit auctoritas, velint teſtimonium perhibere.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Lateran. 2 Id. Februarii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sigillo plumbeo, pendente a filis ſericis flavi rubeique coloris.

De Falkeſio de Breant.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. *Pat.* 12. *H.* 3. *m.* 6. *d.*

REX H. Cantori Tretenſi ſalutem.

Ut certi ſitis de quieta clamantia quam Falkeſius de Breant nobis fecit per Cartam ſuam, ſignatam ſigillo ſuo, poſtquam nos & Regnum noſtrum malitioſe turbare præſumpſit, ejuſdem Cartæ tranſcriptum vobis mittimus in hæc verba.

Omnibus Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, Falkeſius de Breant ſalutem in Domino.

Ad univerſitatis veſtræ notitiam pervenire volumus quod cum excommunicatus eſſem, &c. *ut ſupra, in anno octavo Regni dicti Regis, uſque ad hæc verba, viz.*

Rogamus etiam diſcretionem veſtram quatinus contra dilectam nobis Margaretam, quondam uxorem ipſius Falkeſii, quæ auctoritate litterarum Domini Papæ convenit, coram vobis non procedatis; maxime cum juſtas habeatis ſuperſedendi rationes, eo quod ad Judicatorium trahitur in Regno alieno, ſibi manifeſta ratione ſuſpectum: & cum nil habeat in manibus de bonis ipſius; ſet & idem Falkeſius per Judicium Curiæ noſtræ, propter ipſius proditionem manifeſtam, omnibus bonis, quæ habuerat poſtmodum, fuit abjudicatus, unde nichil habuit in Regno noſtro quod poſſet poſtmodum obligare.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, 18 die Februarii, anno, &c. duodecimo.

Littera Regis Papæ de recipiendo Imperatorem ad pacem.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. Clauſ. 12. H. 3. m. 12. dorſo.

DOmino Papæ.

Sanctitatis veſtræ litteras devotione, qua decuit, recepimus continentes, narratione brevi, defectum ſuccurſus Terræ Sanctæ, quem in præſenti ſperabatis, per miniſterium Imperatoris, ordinatum fuiſſe.

Sane dolorem veſtrum, quem brevem eſſe decet, non audivimus ſine dolore maximo; cum in ſalute veſtra, & Eccleſiæ ſtatu pacifico, regnantium pax conſiſtit & Regnorum.

Recepimus autem poſtmodum litteras Imperatoris; qui, de multis gravaminibus & injuriis ei, ut dicebat, præter ſuorum exigentiam meritorum illatis conquerendo, in eiſdem litteris notum fecit nobis, ſicut & in aliis Regnis publicâſſe ſe dicit, quod in medio inſtantis Maii proponit nihilominus transfretare.

A.D. 1228.

Litteras eaſdem oſtendimus Clerico veſtro Magiſtro Stephano, tunc præſenti nobiſcum, de cujus conſilio Imperatori reſcripſimus, conſulendo ut, a debita vobis & Eccleſiæ devotione, nullius temeritatis auſu, recedens, humiliter obediat & obſequatur.

Vobis ſiquidem, ut patri & Domino, cui in totius fidelitatis & obſequii plenitudine adeſſe volumus, & tenemur, conſulimus in Domino, pro negotio Terræ Sanctæ, cujus liberationem mundus deſiderare debet ardenter, quatinus eundem, ſi cum humilitate debita ad cor reverti voluerit, veſtriſque parere mandatis, miſericorditer recipere velitis ad pacem.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Februarii.

Rex ſuadet Imperatori ad reconciliationem cum Papa.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. Clauſ. 12. H. 3. m. 12. dorſo.

IMperatori, &c. ſalutem, Eccleſiaſticâ pace gaudere, & de inimicis crucis Chriſti triumphum.

Venientem ad nos Imperialis aulæ Nuncium, præſentium latorem, militem veſtrum affectu, quo decuit, recepimus, &, porrectis nobis litteris Celſitudinis veſtræ, audivimus & intelleximus diligenter quæ fuerant in eiſdem contenta ſuper ſtatu veſtro, & aliis quæ circa perſonam veſtram nuper acta dicuntur: De quibus, ante ſuſceptionem Nuncii & litterarum veſtrarum, Dominus Papa, per litteras ſuas, nos fecerat certiores; pro quo, ſi placet, animus veſter nihil indignationis concipiat, ſi vobis uſquequaque non ſcribimus ad præſens ut deceret, licet ad vos & honorem nominis veſtri ſincerum nichilominus habeamus affectum.

Condolemus quidem & compatimur, quatenus poſſumus, Majeſtati veſtræ, parati pro viribus offenſæ veſtræ mederi, & Imperiali Celſitudini ſubvenire, honoris Eccleſiaſtici ſemper integritate ſervatâ.

Attendentes quidem quantum diſcrimen immineat negotio crucifixi in odii & diſcordiæ ſeminario, quod humani generis inimicus inter Eccleſiam Romanam & vos nititur excitare, quantum etiam periculum orbis terrarum expectare poſſit ex eodem: Sperantes etiam, in parte alia, quod Dominus Papa ſalubribus conſiliis & precibus noſtris & monitis (utpote qui ei, inter cæteros mundi Principes, magnâ & ſpeciali devotione quadam ſumus aſtricti) facilem & favorabilem præbere debeat auditum.

A.D. 1228.

Scripſimus eidem, cum multo precum & conſilii conatu, quatinus, humanæ mentis motu domi recluſo, ad liberationem Terræ Sanctæ dirigat intuitum interioris hominis & affectum; injuriarum obliviſcens hiis diebus, quas, alio forte tempore, poſcente juſtitia, cogeretur ulciſci; ut etiam vos, ſine cujus miniſterio liberationem Terræ præfatæ mundus neſcit indicare, ad manum ſuam, & Eccleſiæ pacem modis omnibus ſatagat revocare.

Sane, quia non nocet admiſſo ſubdere calcar equo, currentem decrevimus monere; dum vobis conſulimus, & facere ſuademus quod, præter conſilium noſtrum, facturi eſtis etiam non rogati.

Conſilium igitur noſtrum eſt ut, non contempnentes Eccleſiæ manum, quam in perſonam veſtram extendit, relaxationem ſententiæ ſuæ petatis inſtanter; nichilominus inſiſtentes propoſito quod, pro liberatione patrimonii Jheſu Chriſti, a primævo tempore veſtro laudabiliter conce-

A.D. 1228. Hen. 3.

concepiſtis; ne, quod abſit, hoc tempore, quo tradidit omnipotens Deus in manibus veſtris vires mundi, tepeſcere videamini a conſummatione laboris, quem vobis fœlix fortuna commendavit.

A.D. 1228. Hen. 3.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Februarii.

Bulla ne fratres Militiæ Templi aggraventur contra privilegia ſua.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. *Ex Origine.*

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ex ſuſceptæ amminiſtrationis officio debeatis viros religioſos a pravorum magnanimitate defendere, & ipſos a gravaminibus relevare, nequaquam ipſis graves eſſe debetis, nec exactiones novas imponere, nec aliquas injurias irrogare.

Pervenit autem ad nos quod dilectos filios, fratres Militiæ Templi, contra tenorem privilegiorum, eis a ſede Apoſtolicâ indultorum, crebris procurationibus, & aliis exactionibus gravitèr moleſtatis: bona ipſorum, quæ ad defenſionem orientalis terræ neceſſaria plurimum eſſe noſcuntur, pro veſtræ voluntatis arbitrio minuentes; & eorum capellanis, pro illicitis talliis & exactionibus aliis, divina officia prohibere minimè dubitatis.

A.D. 1228.

Quapropter fraternitatem veſtram attentiùs duximus ammonendam, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandantes, quatinùs fratres ipſos contra privilegia, eis ab Apoſtolica ſede indulta, de cætero nullatenus aggravetis; nec eorum capellanos, propter memoratas cauſas, prohibeatis de cætero divina officia celebrare.

Verum ipſos a præſumptione malignantium, in eorum bona præſumentium debacchari, quotiens ad vos querela pervenerit, taliter defendatis, & ſuam faciatis juſtitiam obtinere, quòd ex hoc vobis a Deo præmium augeatur, & ipſi liberius valeant inimicis crucis Chriſti reſiſtere, & etiam illis reſiſtentibus grata ſubſidia miniſtrare.

Dat. Laterani, octavo Kal. Martii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filis ſericis rubei flavique coloris.

De Rege non excommunicando.

A.D. 1228. An. 12. H. 3.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio, illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad exhibendum tibi ſpecialem gratiam & favorem, eò fortiùs inducimur quò perſona & Regnum tuum ſpecialius ad nos pertinere noſcuntur, & te, ſicut cariſſimum filium, ad quem exuberat noſtræ dilectionis effectus, ſinceriori amplectimur caritate.

Eapropter, cariſſime in Chriſto fili, ſerenitatis tuæ precibus inclinati, præſentium tibi auctoritate de ſpeciali gratia indulgemus, ut nullus tuam & uxoris, ac filiorum tuorum perſonas excommunicare, aut capellam tuam interdicere valeat abſque mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali.

A.D. 1228.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Laterani, tertio Kal. Martii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filis ſericis flavi rubeique coloris.

Bulla contra torneamenta, in quibus fuerunt conventiculæ & conſpirationes contra Dominum Regem.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. Ex Orig. A.D. 1228.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus Fratribus Norwicen. & —— Karleolen. Epiſcopis, & dilecto Filio —— Archid. Salopesberiæ, Coventren. dioceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad noſtram audientiam noveritis perveniſſe, quod quidam Magnates & Barones Angliæ, ſub occaſione torniamentorum, ad quæ ex condicto conveniunt, adverſus cariſſimum in Chriſto Filium noſtrum Henricum illuſtrem Regem Angliæ, dominum ſuum Conventiculas, Conjurationes, Colligationes, & Conſpirationes facere non verentur, molientes turbare pacem & quietem ipſius & Regni ſui, contra juramentum fidelitatis omnino Regi præſtitum temere veniendo.

Cum ergo graviter tales excedant, nitentes turbare pacem & quietem Regis & Regni, & exercentes torniamenta quæ ſunt ab Eccleſia interdicta, pro eo quod ex eis ſæpe interitus hominum, & pericula proveniunt animarum, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus prædictos per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terras ipſorum, ſublato cujuſlibet contradictionis & appellationis obſtaculo, ab hujuſmodi compeſcatis. Quod, ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrûm nichilominus exequantur.

Dat. Lateran. 3 Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno primo.

Sub filo canabeo.

De Treugis cum Francia non infringendis.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. Clauſ. 12. H. 3. m. 11. d. A.D. 1228.

REX Henrico de Trublevill.

Noveritis quod, ſicut alias vobis ſignificamus, mittimus C. de Grancumbe, & Nicholaum de Molis, uſque la Legne, à die Paſchæ in 15 dies, ad emendas, ſuper interceptionibus, inter Regem Franciæ & nos infra treugas factis, una vobiſcum fieri faciendas & recipiendas.

Et ideo vobis mandamus quod interceptiones, factas ex parte noſtra, videlicet de Balliva veſtra, per vos ſtatim ita faciatis emendari, quod treugæ, occaſione veſtri, non infringantur; & quod Sacramentum eorum, qui treugas illas juraverunt in animam noſtram, in nullo violetur.

Hoc autem in fide, qua nobis tenemini, nullo modo facere omittatis.

Teſte Rege apud Lamh. 11 die Martii.

De ſalvo conductu pro interceptionibus emendandis.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. Ibidem. A.D. 1228.

DOmino ſuo & conſanguineo Ludovico, Dei gratiâ, Regi Franciæ illuſtri, Henricus Rex, &c. ſalutem.

Sciatis quod ad diem, captum inter nos, & vos, quem, ad petitionem noſtram, noſtri gratia, prorogâſtis uſque in 15 dies a die Paſchæ, ad interceptiones, tàm ex parte noſtrâ, quàm veſtra factas, emendandas mittimus *ſupra nominatos* ad faciend. fieri & recipi emendas, ſimul cum dilecto & fideli noſtro Henrico de Trublevill Seneſcallo noſtro Waſconiæ; unde ſerenitatem veſtram rogamus quatinus prædicto Seneſcallo noſtro Waſconiæ & cæteris, qui ex parte noſtra, ad prædicta exequenda, uſque la Legne, ad terminum prænominatum, ſunt venturi, litteras veſtras de ſalvo conductu, in veniendo illuc, & ibidem morando, & inde redeundo, habere faciatis.

Tales quidem, loco veſtro, ad prædictos diem & locum, mittere velitis, qui parati *fuerint* ad prædictas emendas, ex parte veſtra, admittendas & recipiendas.

Teſte, ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur Reginæ Franciæ.

Et mandatum eſt omnibus fidelibus Domini Regis, ad quos litteræ præſentes pervenerint, quod, ſi ſe, vel aliquos

A.D. 1228. Hen. 3.

ſuorum tangant prædictæ interceptiones, prædictis die & loco coram prædictis Nunciis Domini Regis, & coram his, quos prædictus Rex Franciæ, occaſione prædicta, illuc mittet, perſonaliter compareant:

A.D. 1228. Hen. 3.

Vel tales loco ſuo mittant, qui, quantum ad ſe & ſuos pertinet, de interceptionibus prædictis emendas ſufficienter faciant & recipiant.

Teſte ut ſupra.

De Treugis cum Francia capiendis.

A.D. 1228. *An.* 12. *H.* 3. *Pat.* 12. *H.* 3. *m.* 4. *d.*

A.D. 1228.

Venerabili Domino, Conſanguineo ſuo Lodovico, Dei gratia, Regi Franciæ illuſtri, Henricus Rex Angliæ, &c. ſalutem, & debitum in omnibus obſequium.

Mittimus ad vos dilectos, fideles, & familiares noſtros, Nobilem virum Philippum de Albiniaco & Radulphum filium Nicholai Seneſcallum noſtrum, ad capiendum & firmandum inter nos, & vos treugas puras, firmas & rectas ſicut à Domino Papa, Gregorio nono, nobis eſt injunctum.

Et nos treugas ipſas pro nobis & omnibus hominibus, & impriſiis noſtris, ratas & gratas habemus, & firmiter obſervari faciemus.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, 6 die Maii, anno *Regni noſtri* duodecimo.

De Nunciis ſuper Treuga cum Francia.

A.D. 1228. *An.* 12. *H.* 3. *Ibidem.*

A.D. 1228.

Henricus Rex, &c. Venerabilibus in Chriſto patribus Senonenſi Archiepiſcopo, & R. eadem gratia Sarreſb. Epiſcopo, & dilectis ſibi in Chriſto Magiſtro Petro de Colle-medio, & Domino Stephano Domini Papæ Capellanis ſalutem.

Sciatis quod nos miſimus dilectos & fideles noſtros, Nobilem virum Philippum de Albiniaco, & Radulphum filium Nicholai Seneſcallum noſtrum ad kariſſimum Dominum & conſanguineum noſtrum Ludovicum, illuſtrem Regem Franciæ, ad capiend. & firmand. inter ipſum & nos treugas puras, firmas & rectas, ſicut nobis a Domino Papa, Gregorio nono, eſt injunctum.

Nos autem treugas ipſas pro nobis, & omnibus hominibus, & impriſiis noſtris, ratas & gratas habebimus, & eas firmiter obſervari faciemus; hoc autem vobis ſcire facimus.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Adhuc de Treugis.

A.D. 1228. *An.* 12. *H.* 3. *Ibidem.*

A.D. 1228.

Rex omnibus has litteras viſuris vel audituris ſalutem. Univerſitati veſtræ notum facimus quod nos miſimus tales *ut ſupra* ad Regem Franciæ *ut ſupra in proximo brevi.*

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Mandatum Henrico de Trubleville ſuper negotio ſæpedicto.

A.D. 1228. *An.* 12. *H.* 3. *Ibidem.*

A.D. 1228.

Rex Henrico de Trublevill, Seneſcallo ſuo Waſconiæ, ſalutem.

Sciatis quod miſimus dilectos & fideles noſtros Philippum & Radulphum, &c. *ut ſupra uſque ad hoc verbum injunctum.*

Et promiſimus, per litteras noſtras Patentes, quod nos treugas ipſas, pro nobis, & omnibus hominibus, & impriſiis noſtris, ratas & gratas habebimus, & eas firmiter obſervari faciemus.

Et ideo vobis mandamus quatenus in fide, qua nobis tenemini, treugas ipſas, quas inter ipſum Regem Franciæ, & nos capient, ſecundum formam mandati ſui, quod vobis mittent, firmiter obſervari, &

A.D. 1228. Hen. 3. & a nobis, & impriſiis noſtris, in Balliva veſtrâ aſſecurari faciatis.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur Savarico de Maloleone; hoc excepto in balliva veſtra. A.D. 1228. Hen. 3.

Teſte ut ſupra.
Et Com. W. Aluern. & Balſino.

De Conducta pro Rege Inſularum.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. Pat. 12. H. 3. m. 5. OLavus Rex Manniæ & Inſularum habet litteras de ſalvo conductu veniendi in Angliam, cum hominibus ſuis quos ſecum duxerit, pro pace formanda inter ipſum, & Reginaldum fratrem ſuum.

Duraturas a feſto Sancti Michaelis, anno Regni noſtri duodecimo, uſque in 15 dies. A.D. 1228.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 12 die Aprilis, anno Regni noſtri 12.

Littera Regi Franciæ, qua paratum ſe, ad mandatum Papæ, nunciat Treugam cum illo inire.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. Pat. 12. H. 3. m. 4. d. DOmino ſuo & conſanguineo Lodovico, Dei gratiâ, Regi Franciæ illuſtri, Henricus Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Litteras Apoſtolicas recepimus, continentes ut, ſpecialiter pro negotio terræ Sanctæ, ac pacis, & fidei, quod Eccleſiæ Dei imminet, & cui tenetur Dominus Papa ſollicitè providere, treugam puram, firmam & rectam vobiſcum inire debeamus, donec, cum adjutorio divino, poſſit inter nos reformari concordia; pro qua, ſicut dicit idem Dominus Papa, laborare proponit cum effectu.

Moverunt etiam nos ad idem faciendum, de mandato ſedis Apoſtolicæ, venerabilis Pater Epiſcopus Sarum, & Magiſter Stephanus Capellanus & Nuncius Domini Papæ ad nos tranſmiſſus, cenſuram Eccleſiaſticam nobis comminantes ſi non paruerimus mandatis ipſorum. A.D. 1228.

Licet igitur nobis grave videatur quod taliter agitur nobiſcum, maxime cum Patrimonii, ſicut videt altiſſimus, tàm per vos, quam per Progenitores veſtros (ut, ſalva pace ipſorum & veſtra, loquamur) commodo & honore careamus; mandatis tamen apoſtolicis, in hiis & aliis, prout recte poterimus, parere decernentes, treugam puram, firmam & rectam, ſecundum dictationem rationabilem, parati ſumus firmare vobiſcum.

In cujus teſtimonium, &c.

Teſte Rege apud Windeſ. octavo die Junii.

Eodem modo ſcribitur Reginæ Franciæ, mutatis nominibus perſonarum.

Ejuſmodi Litteræ Archiepiſcopo Senonenſi, &c.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. Ibidem. VEnerabilibus patribus Archiepiſcopo Senonenſi & Epiſcopo Sarresberienſi & dilectis amicis ſuis in Chriſto Magiſtro Petro de Colle-medio, & Magiſtro S. Capellanis Domini Papæ, ſalutem.

Litteras Apoſtolicas nuper recepimus, continentes ut, ſpecialiter pro negotio terræ Sanctæ, ac pacis, & fidei, quod Eccleſiæ Dei imminet, & cui Dominus Papa tenetur ſollicite providere, treugam puram, firmam & rectam, cum illuſtri Rege Franciæ inire debeamus, donec, cum adjutorio divino, poſſit inter nos reformari concordia; pro qua, ſicut dicit idem Dominus Papa, laborare proponit cum effectu. A.D. 1228.

Duo etiam veſtrûm nos monuiſtis, videlicet vos Domine Epiſcope Sarresber. & Magiſter Stephanus, ad idem faciendum de mandato ſedis Apoſtolicæ, cenſuram eccleſiaſticam nobis comminantes ſi veſtris non paruerimus monitis.

Licet igitur nobis grave videatur quod taliter agitur nobiſcum, maxime cum Patrimonii noſtri, ſicut videt altiſſimus, tam per ipſum Regem, quam per Progenitores ſuos (ut, ſalva pace ipſorum loquamur) commodo & honore careamus; mandatis tamen Apoſtolicis, &

veſtris

A.D. 1228. *Hen.* 3. veſtris monitis, in hiis & aliis, prout recte poterimus, parere decernentes, treugam puram, firmam & rectam, ſecundum dictationem rationabilem, parati ſumus firmare cum Rege memorato.

In cujus rei teſtimonium, &c. A.D. 1228. *Hen.* 3.

Teſte ut ſupra.

De eodem negotio Mandatum Henrico de Trubleville miſſum.

A.D. 1228. *An.* 12. *H.* 3. *Ibidem.* REX Henrico de Trubleville, Seneſcallo ſuo Waſconiæ, ſalutem.

Sciatis quod Dominus Papa nuper nobis mandavit ut, ſpecialiter pro Terræ Sanctæ nogotio, ac pacis, & fidei, quod Eccleſiæ Dei imminet, & cui ipſe Dominus Papa ſollicite providere tenetur, treugam puram, firmam & rectam, cum Rege Franciæ inire debeamus, donec, cum adjutorio divino, inter nos poſſit concordia reformari; pro qua ipſe Dominus Papa laborare proponit cum effectu.

Scripſit etiam Archiepiſcopo Senonenſi, Epiſcopo Sarresb. Magiſtro Petro de Colle-medio Studenti Pariſius, & Stephano Capellano ſuo, quem ad nos miſit in Angliam, ut tàm nos, quàm Regem Franciæ ad hoc inducant, & contradictores per eccleſiaſticam cogant cenſuram (excepto generali interdicto in Regna, & excommunicatione in perſonas noſtras præter Mandatum ſuum ſpeciale) moniti autem, quamvis inviti, ex parte noſtra conſenſimus ut treugæ firmentur, ſicut eſt prædictum. A.D. 1228.

Unde vobis mandamus, firmiter injungentes, ut, finito termino treugarum, quæ adhuc inter nos durant, omnia ex parte noſtrâ, & Inpriſiorum noſtrorum, in Balſiva veſtra, in pace ſervetis, & ſervari faciatis, donec de modo & termino treugarum, quæ, per Dominum Papam, inter nos & noſtros, & Regem Franciæ & ſuos firmari debent, per nos ſitis certiores.

Teſte ut ſupra.

Littera Bohemiæ Regi, de Nunciis hinc inde miſſis.

A.D. 1228. *An.* 12. *H.* 3. *Clauſ.* 12. *H.* 3. *m.* 6. *d.* Dilecto amico & ſpeciali G. Dei gratia, illuſtri Regi Boemiæ, Henricus, eadem gratiâ, &c. ſalutem, cum ſinceræ dilectionis affectu.

Litteras dilectionis veſtræ recepimus, continentes quod, reverſo ad vos Nobili viro Comite Arnaldo de Hogenſuag. & eo diligenter audito ſuper hiis quæ vobis per ipſum duximus nuncianda, fidelem Clericum veſtrum J. latorem præſentium, ad nos deſtinaſtis cum tota intentione veſtra negotii memorati; cui & poſtulaſtis ſuper eodem negotio fidem adhiberi.

Benignis igitur auribus ei accommodatis, nobis aſſeruit quod ad hoc ſolum venit, ut diem, quem nobis conſtituerat dictus Comes Arnaldus veniendi, vel mittendi, in termino feſti Sancti Johannis Baptiſtæ proximo elapſi, per ipſius adventum obſervaret. A.D. 1228.

Cum igitur de Principali negotio nobiſcum tractaturus non venit, præfatum Comitem, priuſquam alios ad nos mittatis Nuncios, ad nos tranſmittere curetis, ad explanandam nobis penitùs veſtram ſuper præmiſſo negotio voluntatem.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 24 die Junii.

Eodem modo ſcribitur C. Reginæ Boem.

Bulla Gregorii de Rege Franciæ adverſus Albigenſes.

A.D. 1228. *An.* 12. *H.* 3. *Ex Orig.* GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Licet cariſſimum in Chriſto filium noſtrum, illuſtrem Regem Franciæ, cum matre & fratribus ſuis, ſub protectione ſuſceperimus apoſtolicæ ſedis & noſtrâ, pro eo quòd idem Rex, inchoatum a patre, negotium fidei proſequitur adverſus hæreticos Albigenſes: A.D. 1228.

Noverit tamen regalis ſublimitas nos expreſſiſſe in litteris, Regi prædicto directis, quod, ſuper injuriâ illatâ, vel etiam inferendâ, ſeu quoad tua, vel alio-

A.D. 1228. Hen. 3. rum jura, ſibi non liceat extendere manus ſuas, per protectionem hujuſmodi eum nolimus confovere; ſet ſibi jus ſuum tantummodo conſervare.

Dat. Lateran. 6 Kal. Junii, Pontificatus noſtri anno Primo. A.D. 1228.

Plumbeo ſigillo pendente a Filo canabeo.

De Treugis initis cum Rege Franciæ.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. Pat. 12. H. 3. m. 3.

REX omnibus, &c. ſalutem. Noveritis quod nos cum Lodovico Rege Franciæ illuſtri, & ſuis hominibus & Impriſiis, Treugas inivimus pro nobis, & noſtris hominibus, & Impriſiis tàm per mare, quàm per terram, ab inſtanti feſto beatæ Mariæ Magdalenæ in annum duraturas tali modo.

Quod ſi in treuga fuerit interceptum, de interceptione emendanda ſic erit; interceptio facta nunciabitur Dictatoribus hinc inde conſtitutis (qui ſunt Henricus de Trubleville Seneſcallus Waſconiæ, & Willielmus Gaoler ex parte noſtra; ex parte autem Regis Franciæ Thomas de Blazuno Seneſcallus Pictaviæ, & Simon de Cunano) ita quod, ſi infra duos menſes, poſtquàm forisfactum eis legitime conſtiterit, non emendaretur, extunc ille, cui fuerit forisfactum, poterit currere ſuper malefactorem, donec plenarie fuerit emendatum; & nos, ſine mesfacere, poterimus juvare hominem noſtrum contra malefactorem, qui forisfactum emendare noluerit, donec fuerit emendatum; & Rex Franciæ ſimiliter facere poterit: & Dominus malefactoris malefactorem tenebitur non juvare.

Et Banaoni in hiis treugis non poterit inforciari.

Si autem aliqua Fortericia, vel Caſtrum aliquod, vel perſona alicujus Nobilis, durantibus treugis, caperetur, vel furtivè ſubtraheretur, ſtatim nos, vel per nos, vel per gentes noſtras, ſine mesfacere, de hiis poterimus nos juvare; & Rex Franciæ ſimiliter facere poterit. A.D. 1228.

Et ſciendum quod Hugo de Lezynnan, Comes Marchiæ, tempore harum treugarum, per omnia remanebit in tali ſtatu, in quo erat ea die, qua alia treuga capta fuit apud Scampas, tali modo, quod dictus Comes non implacitabitur, vel vexabitur in foro Eccleſiaſtico, nec in foro Laicali de re aliqua, de qua tunc eſſet tenens, vel de qua tunc eſſet in pace; & ſi aliquo modo interim vexaretur, quin remaneret in eadem pace, & in eodem ſtatu, Rex Franciæ non teneretur ad treugam obſervandam.

Dicti autem Dictatores tenebuntur facere emendari omnes interceptiones a dicto Comite, *vel* ab aliis ex parte noſtrâ, ſive ex parte Regis Franciæ, in treugâ præcedenti, & in hac, quæ capta eſt præſentialiter, faciendas.

Nos autem has treugas, fideliter & bona fide obſervandas a nobis & noſtris, conceſſimus, & jurari fecimus in animam noſtram a dilectis & fidelibus noſtris Philippo de Albiniaco & Radulpho filio Nicholai Seneſcallo noſtro.

Teſte meipſo apud Cantuar. 6 die Julii, anno Regni noſtri duodecimo.

Bulla quod Rex admittat Nicholaum Archiepiſcopum Armachanum Hiberniæ Primatem.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. Ex Origine.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Cariſſimo in Chriſto filio, Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Armachana eccleſia paſtoris ſolatio deſtituta, Capitulum ejus, die ſtatutâ, convenientes in unum, venerabilem fratrem noſtrum Nicholaum, Archiepiſcopum Armachanum Yberniæ Primatem, tunc eccleſiæ ipſius canonicum, virum utique providum & diſcretum, & in temporalibus & ſpiritualibus circumſpectum, in ejuſdem eccleſiæ Archiepiſcopum, per viam compromiſſi, canonice ac concorditer elexerunt. A.D. 1228.

Noſque præſentatam nobis electionem hujuſmodi, quoniam ipſam invenimus de perſonâ ydoneâ canonice celebratam, duximus auctoritate apoſtolicâ confirmandam, ſibi, per manus venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Tuſculanenſis,

A.D. 1228. Hen. 3.

lanenſis, de mandato noſtro, munere conſecrationis impenſo.

Quocirca ſerenitatem regiam rogamus, monemus & hortamur attente, quatinus eidem Archiepiſcopo, vel procuratori ſuo, ejus nomine, regalia ſine difficultate concedens, eum & commiſſam ſibi eccleſiam, pro æterni Regis reverentia, propenſius habeas commendatos, reddens te ſibi affectu benevolum, & opere gratioſum; ita quod exinde tibi, a ſuperna benignitate, proveniat vitæ fælicis ac longæ ſpatium, & tandem, perceptio perennium gaudiorum.

A.D. 1228. Hen. 3.

Dat. apud urbem veterem. 3 Id. Julii, Pontificatus noſtri anno primo.

Sigillum dilapſum.

De moneta facienda in Vaſconia.

A.D. 1228. An. 12. H. 3. Pat. 12. H. 3. m. 2. n. 2.

Rex Henrico de Trubevill. Seneſcallo Waſconiæ, ſalutem.

Mandamus vobis quod monetam noſtram Burdegaliæ fieri faciatis, de lege & pondere Turonenſ. apud Villam noſtram de Regula, vel villam noſtram de Lagun, ſicut magis vobis videritis expedire.

A.D. 1228.

In cujus, &c. has litteras noſtras vobis mittimus patentes.

Teſte Rege apud Radin. 2 die Auguſti.

De conducendo Regem Scotiæ.

A.D. 1229. An. 13. H. 3. Clauſ. 13. H. 3. m. 17. d.

Rex J. Conſtabulario Ceſtr. ſalutem.

Sciatis quod, inſtanti media quadrageſimâ, anno regni noſtri decimo tertio, erimus apud Eborum, in occurſum dilecti & fidelis noſtri Alexandri Regis Scotiæ, de arduis negotiis noſtris & ſuis, cum eo ibidem tractaturi.

Et, quia idem Rex petiit a nobis ut, veniendo ad nos ibidem, ſalvum ſibi conductum faceremus, vobis mandamus quatenus die dominica, proxima ante prædictam mediam quadrageſimam, ſitis apud Berewic. ſuper Twedam in occurſum ipſius Regis, una cum dilectis & fidelibus noſtris Johanne filio Roberti, Briano filio Alani, Rogero Bertram, Gileberto de Umframvill, Rogero de Merlay; quibus idem mandavimus, ad prædictum Regem ſalvo ad nos conducend.

A.D. 1229.

Teſte, &c. apud Weſtmonaſterium, 21 die Januarii.

Eodem modo ſcribitur prædictis, ſicut prænominatum eſt.

De Conductu pro Rege Scotiæ.

A.D. 1229. An. 13. H. 3. Pat. 13. H. 3. m. 10.

Rex omnibus. Sciatis quod recepimus in ſalvum conductum noſtrum Alexandrum Regem Scotiæ, & omnes ſuos quos ſecum ducet, in veniendo ad nos uſque Eborum, inſtanti mediâ quadrageſima, anno Regni noſtri decimo tertio, ad loquendum nobiſcum, & ibidem morando, & inde redeundo.

A.D. 1229.

Et mandatum eſt quod eidem Regi, vel ſuis, in veniendo, & ibidem morando, & redeundo, nullum inferatur impedimentum, damnum, aut gravamen.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 22 die Januarii.

De forma pacis cum Francia ineundæ.

A.D. 1229. An. 13. H. 3. Clauſ. 13. H. 3. m. 16. d.

Venerabili in Chriſto Patri Romano Dei gratia, Titul. ſancti Angeli, Diacono Cardinali, & Franciæ Legato, Henricus, &c. Rex Angliæ, &c. ſalutem & ſinceram in Domino dilectionem.

A.D. 1229.

Grates Paternitati veſtræ referimus ſuper litteris veſtris, quas nuper nobis, per dilectum & familiarem noſtrum Abbatem de Gliva, tranſmiſiſtis, & de mandato,

A.D. 1229.
Hen. 3.

dato, quod idem Abbas, ex parte veſtra, ore nobis expoſuit.

Sane, quamvis per eundem, quando illum ad vos miſimus, veſtræ paternitati ſignificâſſemus quandam pacis formam inter illuſtrem Regem Franciæ & nos ineundam, idem reverſus in nullo nos reddidit certiores an dicta forma a prædicto Rege Franciæ approbata, vel etiam an illi eſſet adhuc patefacta.

Et, quoniam ad ſedem Apoſtolicam, ſuper tanto negotio, non expedit mittere ſub incerto, ad vos mittimus prædictum Abbatem, & dilectum & fidelem noſtrum, Magiſtrum W. de Cantilupo rogantes quatenus nos certificetis per eoſdem quæ forma certa pacis Regi placuerit memorato, ut ſic demum Nuncii certi Romam mittantur, qui Negotium illud ſub certa formâ procurent, ſecundum quod a partibus providebitur melius eidem negotio convenire.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 6 die Februarii.

Pro emendis de interceptionibus, contra Treugam.

A.D. 1229.
An. 13. H. 3.
Clauſ. 13. H. 3. m. 14. d.

Domino ſuo & conſanguineo Ludovico, Dei gratiâ, Regi Franciæ illuſtri, Henricus Rex Angliæ, &c. ſalutem.

A memoria veſtra non credimus excidiſſe quod pridem miſimus ad vos dilectos & fideles noſtros Philippum de Albiniaco, & quoſdam alios de familiaribus noſtris, pro emendis, ſuper interceptionibus, contra formam treugarum hinc inde factis, faciendis & recipiendis; quas quidem in nullo emendari feciſtis, licet interceptiones, vobis & veſtris factas, dignè fecerimus emendari, & adhuc, ſi opus fuerit, ſumus facturi.

Et, quia dictas treugas in animam veſtram jurari feciſtis, ſerenitatem veſtram duximus attentius exorandam & commonendam, quatinus nobis & noſtris interceptiones factas, condigne faciatis emendari.

Mittentes aliquas perſonas credibiles, ſi placet, & fide dignas, de familiaribus veſtris ad Comitem Marchiæ, & Seneſcallum noſtrum Pictaviæ, qui dictas emendas ab eis fieri videant & facient; Certi enim ſumus indubitanter quod ipſi, Comes & Seneſcallus, ſuper præmiſſis, nullas aliter facere emendas curabunt.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 4 die Martii.

Litteræ Credentiales Comiti Tholoſ.

A.D. 1229.
An. 13. H. 3.
Clauſ. 13. H. 3. m. 14. d.

Rex R. Comiti Tholoſ. ſic tranſire per bona temporalia, ne amittat æterna.

Mittimus ad vos, dilectum & familiarem Clericum noſtrum, Magiſtrum Philippum de Ardern.

In cujus ore quædam poſuimus, vobis plenius referanda, de diminutione gravaminis noſtri & tribulationis veſtræ.

Quibus ſi fidem duxeritis adhibendam, credimus & ſperamus in Domino quod ad honorem Dei & ſanctæ Eccleſiæ, necnon & ad veſtrum cedent commodum & honorem, pariter & noſtrum.

Teſte Rege apud Mortelak. 4 die Martii.

Ejuſmodi Litteræ eidem Comiti.

A.D. 1229.
An. 13. H. 3.
Ibidem.

Rex eidem, ſic tranſire, &c.

Mittimus ad vos dilectum & fidelem noſtrum Willielmum Reim. Columb. Civem noſtrum Burdegaliæ, qui, per aliquantum temporis, moram nobiſcum in Anglia nuper fecit, & qui, cum ad vos venerit, plenius vos certificabit.

In cujus etiam ore quædam poſuimus vobis exponenda ad honorem Dei, & ſanctæ Eccleſiæ, & commodum veſtrum & honorem, pariter & noſtrum, quæ, propter viarum pericula, ſcripto non duximus commendare.

Teſte Rege apud Farnham, 7 die Martii.

A.D. 1229.
Hen. 3.

A.D. 1229.
Hen. 3.

Litteræ congratulatoriæ Othoni Duci de Bruneſwic, de liberatione ejus.

A.D. 1229.
An. 13. H. 3.
Clauſ. 13. H. 3. m. 14. d.

A.D. 1229.

HEnricus Dei gratia Rex, &c. dilecto conſanguineo ſuo O. Duci de Bruneſwic. ſalutem, & ſinceram in Domino dilectionem.

De deliberatione corporis veſtri a manibus inimicorum veſtrorum, qui vos captos detinebant, grates referimus altiſſimo; quia, licet non, ſine diſpendio & decremento tenuræ veſtræ, liberati ſitis, ſatis majus tamen habemus deliberationem veſtram, quàm aliquarum rerum, vel terrarum veſtrarum amiſſionem,

Nec vos latet qualiter, & quàm injuſtè, poteſtas inimicorum noſtrorum & veſtrorum violenta, jam pridem nos, & vos detinuit a jure noſtro & veſtro hæreditario excluſos & exhæredatos.

Et tamen confidimus in Domino, qui non deſtruit ſperantes in ſe, quod jura noſtra & veſtra, quæ nobis & vobis permiſit ſubtrahi, per gratiam ejuſdem in brevi recuperabimus.

In proximo enim quidam vobis innoteſcent rumores, commodum & honorem noſtrum & veſtrum ſpecialiter reſpicientes; qui vobis, cum eos audieritis, proſperante Domino, non modicum erunt læti & jocundi.

De eo, quod nos rogaſtis, ut fœdus conjugale non iniremus inter ſororem noſtram, & Ducem de Danehalt, cujus conſanguinei ſe vobis in carcere veſtro graves exhibuerunt inimicos & adverſarios, vobis ſignificamus quod hoc, ſine conſilio veſtro & voluntate, nullatenus facere curabimus; quoniam in hiis & aliis veſtro volumus frui conſilio.

Scire etiam vos volumus quod prompti ſumus, & ſemper parati ad quæcumque commodum veſtrum reſpiciunt & honorem, quem a noſtro non reputamus alienum.

Rogamus autem vos quatenus, circa Pentecoſten, aliquem de veſtris ad nos tranſmittatis; per quem ſtatum & velle veſtrum nobis ſignificetis; & nos, per eundem, eſſe noſtrum & voluntatem vobis renunciabimus.

Teſte Rege apud Guldeford, 6 die Martii.

Ejuſmodi Littera eidem Duci.

A.D. 1229.
An. 13. H. 3.
Ibidem.

A.D. 1229.

HEnricus, Dei gratià, Rex Angliæ, &c. dilecto Conſanguineo ſuo & amico ſpeciali O. Duci de Bruneſwic. ſalutem & ſinceræ dilectionis integritatem.

Audito nuper, ex relatione devoti veſtri Magiſtri G. Clerici veſtri, quod a carcere & vinculis, quibus detenti fuiſtis, proſperè & ſine corporis veſtri dampno & diſpendio ſoluti eſtis per Dei gratiam & liberi, ſucceſſibus veſtris & honori plurimum congratulantes, altiſſimo, qui in anguſtia veſtra dignatus eſt vos miſericorditer reſpicere, & ab eadem liberare, grates retulimus copioſas, gaviſi quidem & jocundi nimis effecti.

Super prædictis, juxta petitionem veſtram, Domino Papæ ſcripſimus, regratiantes eidem, pro vobis ſuper gratia qua vobiſcum egit, dum in captivitate teneremini; necnon & perſonam veſtram propenſius duximus ei commendare, & pro vobis, tanquam pro nobis ipſis affectuoſe ſupplicantes, rogare quod gratiam & favorem, quem erga perſonam veſtram geſſit, ex interventu noſtro, circa vos augere velit & continuare; honori veſtro, & ſublimationi veſtræ intendendo, & Principibus Alemanniæ, ſpecialiter pro amore noſtro, vos commendando.

Et, ut negotium iſtud felicius effectum manciparetur, dilectum noſtrum, & devotum veſtrum prædictum Magiſtrum G. de cujus diligentia & fidelitate certam fiduciam optinemus quod ſtudioſiùs quolibet alio pro vobis laborabit, ad Curiam Romanam deſtinavimus; cupientes ex animo, quod directa pro vobis dicta petitio noſtra eo favore exaudiatur, quòd & vobis ad perpetui honoris cedat incrementum, & nobis exultationis exinde detur occaſio.

Ut etiam petitioni veſtræ nobis factæ pro ſupradicto Clerico ſatisfaceremus, conceſ-

A.D. 1229. Hen. 3. conceſſimus eidem quinque Marcas annuas, de Camera noſtra percipiendas, donec, data oportunitate, uberiùs, divino, & intuitu veſtro ei providere poſſimus.

Teſte meipſo apud Merleberg, quarto die Aprilis. A.D. 1229. Hen. 3.

Littera, cujus in ſuperiore fit mentio, pro prædicto Duce, Papæ miſſa.

A.D. 1229. An. 13. H. 3. Ibidem. Reverendiſſimo Domino & patri in Chriſto kariſſimo Gregorio, Dei gratiâ, ſummo Pontifici, Henricus, eadem gratiâ, Rex Angliæ ſalutem, & tàm devotam, quàm debitam tanto Domino & Patri reverentiam.

Quòd veſtra dignata fuit paternitas veſtras miſericorditer partes interponere, pro deliberatione dilecti conſanguinei noſtri O. Ducis de Bruneſwic. illuſtris a carcere, in quo detinebatur vinculis mancipatus, ſanctitati veſtræ ad quantas poſſumus aſſurgimus gratiarum actiones.

Et, cum non fuerit inter Chriſtianos Principes aliquis, quem ſedis Apoſtolicæ non contingat gratiam implorare, paternitati veſtræ pro dicto conſanguineo noſtro devotiſſime duximus ſupplicandum, quatinus ipſum, intuitu conſanguinitatis noſtræ, propenſius commendatum, gratiam veſtram circa eum continuare velitis, honores ejus, cum tempus affuerit, ſi placet, promovendo, & ipſum Principibus Imperii commendando. A.D. 1229.

Confidenter enim credimus, & in Domino ſperamus, quod ipſum, inter omnes Principes Imperii, filium invenias devotiorem; & mandatis ſedis Apoſtolicæ, cui deliberationem ſuam penitùs aſcribit, proniùs obſequentem.

Teſte ut ſupra.

Littera Regis Romano Cardinali, de pace cum Rege Franciæ.

A.D. 1229. An. 13. H. 3. Pat. 13. H. 3. m. 8. Venerabili patri & amico in Chriſto kariſſimo Romano, Dei gratiâ, Titulo Sancti Angeli, Diacono Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis Legato, Henricus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Significâſtis nobis, per litteras veſtras, quod, ſi placeret nobis ut tractatu pacis inter Lodovicum Regem Franciæ, & nos inſiſteretur, mitteremus ad vos Nuncios, qui poteſtatem haberent ex parte noſtrâ, negotium illud ad effectum perducere.

A.D. 1229. Mittimus igitur ad vos venerabilem patrem A. Coventr. & Lichfeld. Epiſcopum, & dilectos & fideles noſtros Radulphum filium Nicholai Seneſcallum noſtrum, & Nicholaum de Molis Militem noſtrum familiarem, quibus poteſtatem dedimus ad tractandum de pace inter ipſum Regem Franciæ, & nos; & ad pacem inter ipſum & nos faciendam.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Hamſted. quinto die Aprilis.

Eidem de Treuga.

A.D. 1229. An. 13. H. 3. Ibidem. Item eidem Legato ſalutem.

Mittimus ad Ludovicum Regem Franciæ venerabilem patrem A. Coventr. & Lichfeld. Epiſcopum, & dilectos & fideles noſtros Radulphum filium Nicholai Seneſcallum noſtrum, & Nicholaum de Molis Militem noſtrum familiarem, quibus poteſtatem dedimus ad tractandum, ex parte noſtra, de firma & recta treuga, inter ipſum Regem Franciæ, & nos capienda & tenenda; & ad ipſam treugam ex parte noſtra capiendam. A.D. 1229.

Teſte ut ſupra.

Littera Regi Franciæ de pace.

A.D. 1229. *An.* 13. *H.* 3. *Ibidem.*

Domino & conſanguineo ſuo Lodovico, Dei gratia, Regi Franciæ illuſtri, Henricus eadem gratia, &c. ſalutem.

Mittimus ad vos venerabilem patrem, &c. *ſupra nominatos*; quibus poteſtatem dedimus ad tractandum de pace inter vos, & nos facienda; & ad pacem inter vos & nos faciendam. **A.D. 1229.**

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Hamſted. quinto die Aprilis.

Eidem Littera de Treuga.

A.D. 1229. *An.* 13. *H.* 3. *Ibidem.*

Item eidem Regi ſalutem.

Mittimus ad vos eoſdem *quos ſuperius memoravit*; quibus poteſtatem dedimus ad tractandum, ex parte noſtra, de firma & recta treuga inter vos, & nos capienda & tenenda; & ad ipſam treugam inter vos, & nos capiendam. **A.D. 1229.**

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Littera Blanchæ matri Regis Franciæ de pace.

A.D. 1229. *An.* 13. *H.* 3. *Ibidem.*

Rex dilectæ conſanguineæ ſuæ Blanchæ, eadem gratia, Reginæ Franciæ illuſtri ſalutem.

Mittimus ad Dominum & conſanguineum noſtrum Lodovicum Regem Franciæ illuſtrem filium veſtrum, venerabilem patrem, &c. *prius nuncupatos*; quibus poteſtatem dedimus ad tractandum de pace inter ipſum Regem filium veſtrum, & nos facienda; & ad ipſam pacem inter ipſum, & nos faciendam. **A.D. 1229.**

Teſte ut ſupra.

Eidem Littera de Treuga.

A.D. 1229. *An.* 13. *H.* 3. *Ibidem.*

Item eidem Reginæ ſalutem.

Mittimus ad Dominum & conſanguineum noſtrum Lodovicum Regem *Franciæ, filium veſtrum, Nuncios antedictos*, quibus poteſtatem dedimus ad tractandum de firma & recta treuga inter ipſum Regem filium veſtrum & nos capienda & tenenda; & ad ipſam treugam inter ipſum & nos capiendam: Et hoc vobis ſignificavimus. **A.D. 1229.**

Teſte ut ſupra.

De Conductu pro Comite Giſnes.

A.D. 1229. *An.* 13. *H.* 3. *Pat.* 13. *H.* 3. *m.* 8.

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, &c. omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, præſentes literas inſpecturis, ſalutem.

Sciatis quod licentiam dedimus & conceſſimus quod Baldewinus Comes de Giſnes, & Robertus de Becum. ſalvo & ſecure veniant in Angliam, ad loquendum nobiſcum, & ſalvo ibidem morentur, & ſalvo inde recedant, & eos in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum ad hoc ſuſcepimus.

Et ideo vobis mandamus quod eis in veniendo in Angliam, ad loquendum nobiſcum, & ibidem morando, & inde redeundo, nullum faciatis, nec inferri permittatis impedimentum aut gravamen. **A.D. 1229.**

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras patentes fieri fecimus, duraturas uſque in tres ſeptimanas a die clauſi Paſchæ, anno Regni noſtri decimo tertio.

Teſte meipſo apud Guldeford. decimo nono die Aprilis, anno eodem.

Pro eodem Comite.

A.D. 1229. An. 13. H. 3. Ibidem. m. 5.

BAldwinus Comes de Giſnes habet litteras de Conductu, duraturas uſque ad aſſumptionem beatæ Mariæ anno decimo tertio, in veniendo in Angliam, ad loquendum cum Domino Rege.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſecundo die Julii.

A.D. 1229.

Pro David filio Lewelini nepote Regis,

A.D. 1229. An. 13. H. 3. Pat. 13 H. 3. m. 4.

REX omnibus, ad quos litteræ præſentes pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod cepimus homagium dilecti nepotis noſtri David, filii dilecti & fidelis noſtri Lewelini Principis Norwalliæ, & dilectæ ſororis noſtræ Johannæ uxoris ſuæ, pro beneficio noſtro; ita quod, ſingulis annis, donec ei beneficeremus, recipiet, ad Scaccarium noſtrum, quadraginta libras, videlicet viginti libras ad Feſtum Sancti Michaelis, & viginti libras ad Feſtum Paſchæ. Cepimus etiam homagium ipſius David nepotis noſtri, de omnibus juribus & libertatibus, quæ ipſum contingent, poſt mortem ipſius Lewelini Principis patris ſui, ſi ipſum patrem ſuum ſupervixerit.

Conceſſimus etiam eidem David nepoti noſtro quod, ſi non transfretaverimus, in transfretatione, quam ſummoneri fecimus poſt Feſtum Sancti Michaelis, anno Regni noſtri decimo tertio, aſſignabimus ei, infra annum illum, quadraginta libratas terræ habendas de nobis & Hæredibus noſtris ſibi & Hæredibus ſuis.

Et, ſi in transfretatione prædicta transfretaverimus, tunc aſſignabimus ei prædictas quadraginta libratas terræ ad reditum noſtrum in Anglia.

In cujus teſtimonium, &c.

Hiis Teſtibus,

Huberto de Burgo Comite Kantiæ Juſticiario noſtro,
Stephano de Segrave,
Johanne de Monnemuth.
Fulcone filio Warini,
Radulpho de Trublevill,
Reymund. de Burgo,
Ga. Deſpenſer,
Gaufrid de Calce,
Barthol. Pecche, & aliis.

Dat. per manum Rad. Cyceſtr. Epiſcopi, Cancellarii noſtri, apud Weſtmonaſterium, tertio die Octobris, anno *Regni noſtri* decimo tertio.

A.D. 1229.

De feodo Comitis Flandriæ.

A.D. 1229. An. 14. H. 3. Liberat. 14. H. 3. m. 7.

REX W. Theſaurario & Camerariis ſuis ſalutem.

Liberate de Theſauro noſtro fratri Hugoni de Stocton. de Novo Templo Londonii, quingentas Marcas, ad opus Ferrandi Comitis Flandriæ de feodo ſuo anni 14 cuſtodiendas, & ei liberandas quando præcipiemus.

Teſte Rege apud Clyne, nono die Decembris.

Et mandatum eſt eidem Hugoni quod eas recipiat, & cuſtodiat, donec Rex aliud inde præceperit. Ibidem.

A.D. 1229.

De Conductu Ducis Brabantiæ.

A.D. 1229. An. 14. H. 3. Pat. 14. H. 3. p. 2. m. 6.

REX ſuſcepit in ſalvum & ſecurum conductum ſuum Ducem Lotharangiæ & Brabantiæ, & filium ipſius Ducis, in veniendo ad Regem in Angliam, & inde redeundo.

Et mandatum eſt omnibus Ballivis, &c. quod eidem Duci, ſive filio ipſius, & hominibus

A.D. 1229.

A.D. 1230. Hen. 3. hominibus ſuis quos ſecum duxerint, in veniendo *in Angliam*, & *in morando*, & inde redeundo, nullum faciant hac vice, vel fieri permittant impedimentum aut gravamen.

A.D. 1230. Hen. 3. Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 29 die Decembris.

De inimicis Domini Regis, præcipue de Rupella gravandis.

A.D. 1230. An. 14. H. 3. Pat. 14. H 3. m. 7. n. 8.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ſalutem.

Mandamus vobis quod non inpediatis homines dilecti & fidelis noſtri Savarici de Malo-leone, has litteras noſtras patentes deferentes, quominus lucrari poſſint ſuper inimicos noſtros, & præcipue ſuper homines de Rupella inimicos noſtros.

A.D. 1230. In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras patentes fieri fecimus, duraturas quouſque aliud inde præceperimus.

Teſte Rege apud Nonetas, decimo ſexto die Maii.

Manucaptio Emerici de Tuarcio pro Emerico de Lezynyaco.

A.D. 1230. An. 14. H. 3. Pat. 14. H. 3. m. 6. d.

OMnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, Emericus de Tuarcio, ſalutem.

Sciatis me manucepiſſe pro Emerico de Lezyniaco, quod de cætero fideliter ſerviet Domino meo Henrico Regi Angliæ illuſtri.

Et, ſi forte contingat, quod abſit, quod idem Emericus de Lezyniaco receſſerit, aliquo tempore, de fidelitate & ſervitio ipſius Domini Regis Angliæ, conceſſi, pro me, & hæredibus meis, quod omnia feoda prædicti Emerici de Lezyniaco, quæ de me tenet, incurrant ipſi Domino Regi, & hæredibus ſuis inperpetuum, ad faciendum & diſponendum inde pro voluntate ſua; ſalvo mihi & hæredibus meis ſervitio, mihi debito de feodis prædictis, quicunque ea teneant. A.D. 1230.

Hiis Teſtibus.

Huberto de Burgo Comite Kantiæ, Juſticiario Angliæ,
R. Comite Ceſtr. & Lincoln.
Comite W. Mareſcallo,
Comite Albemarl.
G. Theſ. Pictaviæ,
Petro Bruyde,
Radulpho Richeri, & aliis.

Eodem modo manucepit Savaricus de Malo-leone pro Herneo de Volurio. Ibidem.

De ſervitio prædicti Emerici de Tuarcio.

A.D. 1230. An. 14. H. 3. Ibidem.

OMnibus, &c. *ut ſupra.* Emericus de Toarcio ſalutem.

Sciatis quod veni ad fidem & ſervitium Domini mei Henrici Regis Angliæ illuſtris, & homagium ei feci de jure meo, quod de eo tenere debeo, & tactis ſacroſanctis, juravi quod fideliter de cætero ei ſerviam contra omnes homines, ſalvo Dominis meis aliis feodalibus ſervitio ſuo eis debito.

Ita quidem quod ſervitium, eis debitum, fieri faciam per milites meos, & ſervitium, debitum ipſi Domino meo Regi Angliæ, in propria perſona mea ei faciam.

A.D. 1230. Et nunquam a fidelitate & ſervitio ejus recedam; ſet modis, quibus potero, commodum & honorem ipſius, tanquam Domini mei, procurabo.

In cujus rei teſtimonium huic ſcripto ſigillum meum feci apponi.

Conſimiles litteras fecerunt ſubſcripti,

Johannes de Bello Monte,
Radulphus de Bello Monte,
Reginaldus Richeri, &
Similiter Carta Hugonis de Volurio.

De Forma per quam Galfridus de Lezyniaco & cæteri cum illo capti liberantur a carcere.

A.D. 1230. An. 14. H. 3. Pat. 14. H. 3. m. 6. d.

SCiant præſentes & futuri quod hæc eſt forma per quam Dominus Henricus Rex illuſtris, filius Regis Johannis, deliberavit Galfridum de Lezyniaco, & Milites ſuos cum eo captos a priſona, videlicet.

Quod ipſe Galfridus, in primis, commiſit ipſi Regi Caſtra ſua Devonent & Mereventer in tenantiam & ſecuritatem de fideli ſervitio; ita quod ipſe Rex, quamdiu guerra duraverit inter ipſum & Regem Franciæ, tenebit Caſtra ſupradicta in manu ſua, ad guerrandum inde inimicos ſuos.

Et, cum idem Rex habuerit Caſtra prædicta in manu ſua, ſicut prædictum eſt, tunc faciet idem Galfridus eidem Regi homagium ſuum de jure ſuo.

Omnes etiam, tam Milites, quam liberi homines ipſius Galfridi (exceptis illis qui tenent de hæreditate uxoris ſuæ) facient ipſi Regi ſecuritatem omnimodam, quam facere poſſint & debeant, per Cartas & Sacramenta, quod, ſi contingat ipſum Galfridum, Dominum ſuum, a fidelitate ipſius Regis aliquando recedere, ipſi fideliter & firmiter cum Domino Rege ſe tenebunt, & ipſi Regi erunt intendentes contra ipſum Galfridum, & omnes alios, quouſque idem Galfridus ad fidem & obſequium ipſius Regis redierit.

Si autem contingat quod pax reformetur inter ipſum Regem, & Regem Franciæ; vel prolixæ treugæ inter eos capiantur, ſcilicet duorum, vel trium annorum, vel amplius, idem Rex tradet eidem Galfrido Caſtra prædicta ſub bonâ & ſufficienti ſecuritate, quam ei facere poſſit & debeat; ita quod, in fine prædictarum Treugarum, idem Galfridus liberabit ipſi Regi Caſtra prædicta, ſicut ea prius habuit.

Idem vero Rex Herneum de Volurio, Militem ipſius Galfridi & cum eo captum, deliberavit a priſona ſub hac formâ, videlicet.

Quod idem Herneus faciet ipſi Regi homagium de beneficio ſuo, & omnimodam ſecuritatem, quam facere poſſit & debeat, per Sacramentum & Cartam, de fideli ſervitio.

A.D. 1230.

Et de voluntate & aſſenſu Savarici de Malo-leone, Domini ſui feodalis, qui hoc manucepit pro prædicto Herneo, conceſſit ipſe Herneus quod tota terra ſua incurratur ad opus ipſius Regis, ſi contingat ipſum a fidelitate ipſius Regis aliquando recedere, & inde Cartam ſuam ipſi Regi fieri faciet, ſub eadem etiam forma & ſecuritate.

Deliberabit Rex Emericum de Lezyniaco fratrem ipſius Galfridi, & cum eo captum; ita quidem quod tota terra ſua, quam tenet de Emerico de Toarcio, ad opus Regis incurratur, de voluntate & aſſenſu ipſius Emerici de Toarcio, qui hoc manucepit & conceſſit, ſi contingat ipſum Emericum de Lezyniaco a fidelitate & ſervitio Regis aliquando recedere; & inde Cartam ſuam Domino Regi fieri faciet.

Cæteros autem Milites, & liberos homines ipſius Galfridi, cum eo captos, deliberabit Rex ſub hac forma, videlicet.

Quod facient Regi ſecuritatem, quam facere poſſint & debeant, per Cartas & Sacramenta, & alio modo, de fideli ſervitio.

Et, in hujus formæ teſtimonium & ſecuritatem, hoc ſcriptum, inter ipſum Regem, & ipſum Galfridum confectum eſt; ita quod parti hujus ſcripti, quæ remanſit penes Regem, appenſum eſt Sigillum ipſius Galfridi; & parti ejuſdem ſcripti, quæ remanſit penes ipſum Galfridum, appenſum eſt ſigillum ipſius Regis.

Hiis Teſtibus, Domino,

Burdegal. Archiepiſcopo,
Vaſaten. Epiſcopo,
Juſticiario, Mareſcallo,
Comite Glouceſtr.
Comite Albin.
Comite de Ferrariis,
Comite Huntindon.
J. de Laſcy, Conſtabulario Ceſtriæ,
W. de Veſcy,
W. de Cantilupo, Et aliis.

De Homagio Hernei de Volurio.

A.D. 1230. *An.* 14. *H.* 3. *Ibidem.*

OMnibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, Herneus de Volurio ſalutem.

Sciatis quod veni ad fidem & ſervitium Domini noſtri Henr. Regis Angliæ illuſtris, & homagium ei feci de beneficio ſuo, &, tactis ſacroſanctis Evangeliis, juravi quod fideliter ei ſerviam, & quod a fidelitate & ſervitio ſuo nullo modo recedam.

Si autem contingat, quod abſit, quod a fidelitate & ſervitio ejus receſſero, per voluntatem & aſſenſum Savarici de Malo-Leone, Domini mei feodalis, qui hoc idem conceſſit, & Domino Regi Cartam ſuam inde fecit, conceſſi quod omnes terræ meæ, quas de ipſo Savarico teneo, incurrantur de me, & hæredibus meis, ipſi Domino Regi, & hæredibus ſuis in perpetuum, ad faciend. & diſponend. inde pro voluntate ſua; ſalvo ipſi Savarico Domino meo, & hæredibus ſuis ſervitio, de prædictis terris eis debito.

A.D. 1230.

In cujus rei teſtimonium huic ſcripto Sigillum meum appoſui.

Bulla de Protectione Papali pro Priore & Conventu Sanctæ Trinitatis London.

A.D. 1230. *An.* 14. *H.* 3. *Ex Orig.*

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori ac Conventui Sanctæ Trinitatis Londonienſis, ordinis ſancti Auguſtini, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere.

Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis eccleſiaſticis & mundanis, quæ impræſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis, præſtante Domino, poteritis adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus.

A.D. 1230.

Specialiter autem terras, prata, nemora, piſcarias, molendina, domos, poſſeſſiones, redditus, ac alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè ac pacificè poſſidetis, vobis & per vos, Eccleſiæ veſtræ auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Peruſii non. Aprilis, Pontificatus noſtri anno tertio.

Sigillo avulſo, manent fila Serica flavi rubeique coloris.

De Libertatibus Oleroni conceſſis.

A.D. 1230. *An.* 14. *H.* 3. *In Lib. A. Penes Camerar. Scaccar.*

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ, & Aquitaniæ, Comes Andegaviæ, Militibus, & omnibus aliis probis hominibus ſuis de Inſula de Olerun ſalutem.

Supplicavit nobis dilectus & fidelis noſter Henricus de Trubleville Seneſcallus noſter Waſconiæ ex parte veſtra, quod quaſdam libertates, quas habuiſtis, & quibus uſi fuiſtis temporibus prædeceſſorum noſtrorum Regum Angliæ, vobis concederemus.

A.D. 1230.

Nos igitur, petitioni veſtræ benigne condeſcendentes, concedimus vobis eaſdem libertates, quas habuiſtis, & quibus uſi fuiſtis temporibus Ricardi Regis Avunculi noſtri, & Domini Johannis Regis Patris noſtri, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum, Regum Angliæ.

Et volumus quod prædictæ libertates vobis teneantur, & firmiter obſerventur.

Teſte meipſo apud Myrebel, 21 die Julii, anno Regni noſtri 14.

De Treugis cum Vicecom. de Bruſc.

A.D. 1230. An. 14. H. 3. Ex Rot. de Treugis inter Angl. & Franc.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod dedimus Gerardo Vicecomiti de Bruſc. treugas, duraturas quamdiu nobis placuerit; ita quod, ex quo voluerimus quod treugæ prædictæ deficient, nos præmuniemus inde prædictum Vicecomitem per quatuor dies ante finem earumdem treugarum.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Vicecomiti vel ſuis nullum faciatis, nec fieri permittatis impedimentum, dampnum aut gravamen, quamdiu hujuſmodi treugæ duraverint inter nos & ipſum.

Teſte Rege apud Mirabel. 30 die Julii.

A.D. 1230.

De Treugis Prorogandis cum Francia.

A.D. 1230. An. 14. H. 3. Pat. 14. H. 3. m. 3. n. 5.

REX omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus quod treugæ (quæ captæ fuerunt per dilectos & fideles noſtros, Willielmum Mareſcallum Comitem Pembr. & Johannem de Laſcy Conſtabularium Ceſtriæ, & Radulphum filium Nicholai Seneſcallum, ex parte noſtra; & per Hugonem Comitem Marchiæ ex parte Franciæ, uſque ad diem Dominicam, proximam poſt decollationem Sancti Johannis Baptiſtæ) prorogentur pro nobis & noſtris uſque ad diem Dominicam proximo ſequentem, videlicet, uſque ad feſtum Nativitatis beatæ Mariæ anno Regni noſtri 14.

Conceſſimus etiam quod, ſi quid forisfactum fuerit per nos, vel per noſtros infra treugas prædictas, nos id, pro nobis & noſtris, emendari faciemus.

Teſte Rege apud Luſcun. 26 die Auguſti.

A.D. 1230.

De poteſtate ad Treugas capiendas cum Rege Franciæ.

A.D. 1230. An. 14. H. 3. Pat. 14. H. 3. m. 3. n. 4.

REX omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod in omnibus, quæ ad treugam pertinent, plenam poteſtatem dedimus dilectis & fidelibus noſtris, Ricardo Comiti Pictaviæ & Cornubiæ fratri noſtro, Huberto de Burgo Comiti Kantiæ Juſticiario noſtro Angliæ, Willielmo Mareſcallo Comiti Penbr. Johanni de Laſcy Conſtabulario Ceſtriæ, & Radulpho filio Nicholai Seneſcallo noſtro:

Ad loquendum & tractandum de Treugis cum Ludovico Rege Franciæ; & ad Treugas cum ipſo Rege capiendas pro eo, & hominibus, & inpriſiis ſuis, & pro nobis, & hominibus, & inpriſiis noſtris; ita quod Treugas, quas ipſi cum dicto Rege ceperint, gratas & ratas ſumus habituri.

Et in cujus, &c.

Teſte Rege apud Luſc. ſexto die Septembris, anno Regni noſtri decimo quarto.

A.D. 1230.

De Auxilio Duci Britanniæ præſtando.

A.D. 1230. An. 14. H. 3. Pat. 14. H. 3. m. 3.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod, quamdiu duraverit guerra noſtra & dilecti & fidelis noſtri Petri Ducis Britanniæ & Comitis Richemundiæ, quam habemus cum Rege Franciæ, nos ad ſuſtinendam guerram noſtram eidem Duci tale faciemus auxilium,

Videlicet, quod tenebimus ei quadringentos milites, & centum ſervientes equites, de quibus ad præſens invenimus ei centum milites, de militibus noſtris; & tenemus eidem, ad denarios noſtros, trecentos milites, & centum ſervientes.

Et, quod hoc fideliter tenebimus, eidem Comiti ſacramento nos obligavimus, & inſuper, dilecti & fideles noſtri,

A.D. 1230.

Ricardus

A.D. 1230. Hen. 3. Ricardus Comes Pictaviæ & Cornubiæ, frater noſter, Hubertus de Burgo Comes Kantiæ, juſticiarius noſter Angliæ, W. Comes Mareſcallus; J. Conſtabularius Ceſtriæ, & Radulphus filius Nicholai Seneſcallus noſter, de præcepto noſtro, juraverunt quod, pro poſſe ſuo, hoc bona fide manutenebunt, & facient obſervari. A.D. 1230. Hen. 3.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Nonetas, viceſimo tertio die Septembris.

De pecunia prædicto Duci Britanniæ ſolvenda.

A.D. 1230. An. 14. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod tenemur dilecto & fideli noſtro Petro Duci Britanniæ & Comiti Richmund. in ſex millibus Marcarum, reddendis ei cum venerimus in Angliam. A.D. 1230.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Reidun. viceſimo ſexto die Septembris.

De ſervitio Regis promovendo.

A.D. 1230. An. 14. H. 3. Ibidem. m. 2.

REX omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus dilecto & fideli noſtro Petro Duci Britanniæ & Comiti Richemund. R. Comiti Ceſtr. & Lincoln. W. Mareſcallo Comiti Penbr. quod allicere poſſint ad ſervitium noſtrum quoſcunque viderint nobis fore neceſſarios.

Gratum & acceptum habituri quicquid, in hac parte, nomine noſtro, duxerint faciendum ad commodum & honorem noſtrum. A.D. 1230.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Reidun. viceſimo ſeptimo die Septembris, anno Regni noſtri decimo quarto.

De Treugis cum Vicecomite Bruſc. non diutius duraturis.

A.D. 1230. An. 14. H. 3. Pat. 14. H. 3. m. 3.

REX Garardo Vicecomiti Bruſc. ſalutem.

Significamus vobis quod nolumus quod treugæ, quas habuimus vobiſcum, durent ultra diem Mercurii, proximo futuram, ſcilicet in vigilia Sancti Michaelis, anno ſcilicet Regni noſtri decimo quarto. A.D. 1230.

Teſte Rege apud Nonetas, viceſimo tertio die Septembris.

De annuo Feodo Ferrando Comiti Flandriæ ſoluto, & etiam de interpriſis contra Flandrenſes emendandis.

A.D. 1230. An. 15. H. 3. Clauſ. 15. H. 3. m. 20. d.

REX Ferrando Comiti Flandriæ & Hananiæ ſalutem.

Juxta mandatum veſtrum liberari fecimus annuum feodum veſtrum Riquardo de Stratis, militi veſtro, ſcilicet de termino Sancti Michaelis, anno decimo quarto.

Scire quidem veſtram volumus dilectionem quod volumus, & præcepimus omnes Mercatores, de terra veſtra, tutos eſſe & defenſos per totam poteſtatem noſtram; unde interpriſas, ipſis Mercatoribus veſtris factas, graviter & moleſte ſuſtinemus. A.D. 1230.

Volentes igitur ipſis ſatisfieri ſuper interpriſis, per aliquos de poteſtate noſtra eis factis, vobis mandamus quod certificent ſe mercatores veſtri de hiis qui dictas interpriſas eis intulerunt; ita quod venire poſſint ad locum, ad hoc deputandum, plenius inſtructi ad dampna ſua oſtendenda: ſuper quibus eis plenam juſtitiam faciemus exhiberi.

Et,

A.D. 1230.
Hen. 3.

Et, ſi vobis placet quod hoc fiat in terra veſtrâ, ſignificetis nobis locum, quem ad hoc aſſignari volueritis, & nomina eorum, de poteſtate noſtrâ, de quibus veſtri conqueruntur, ut eos ad dictum locum facere venire poſſimus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 10 die Novembris.

A.D. 1230.
Hen. 3.

De protectione pro hominibus de Bruneſwick.

A.D. 1230.
An. 15. H. 3.
Pat. 15. H. 3. m. 8.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis nos ſuſcepiſſe in protectionem & defenſionem noſtram homines de Bruneſwic. (homines, videlicet, dilecti conſanguinei noſtri Othonis Ducis de Bruneſwic.) has litteras noſtras patentes deferentes, ſimul cum litteris ipſius Ducis patentibus, teſtificantibus quod ſint homines ipſius Ducis de Bruneſwick;

Concedentes eiſdem hominibus quod ſalvo & ſecure veniant, per totam poteſtatem noſtram, cum rebus, catallis & mercandiſiis ſuis, ad negotiandum ibidem; faciendo inde rectas & debitas conſuetudines, & ſalvo ibidem morentur, & ſalvo inde recedant.

Et ideo vobis mandamus quod hominibus ipſius Ducis, has litteras noſtras patentes deferentibus, ſimul cum litteris ipſius Ducis patentibus, teſtificantibus quod ſint homines ipſius Ducis de Bruneſwick; in veniendo per totam poteſtatem noſtram cum rebus, catallis, & mercandiſiis ſuis, & ibidem morando, & inde recedendo, ſicut prædictum eſt, nullum faciatis aut inferri permittatis inpedimentum, dampnum aut gravamen.

In cujus, &c. fieri fecimus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Novembris, anno, &c. decimo quinto.

Per Steph. de Sedgrave.

A.D. 1230.

De Rege non excommunicando.

A.D. 1231.
An. 15. H. 3.
Ex Autogr.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Perſonam tuam ſpeciali prærogativâ dilectionis & gratiæ complectentes, quæ ad profectum tuum, ſecundum utrumque hominem, provenire conſpicimus, libenter ducimus ad effectum; nobis accreſcere arbitrantes quicquid tibi exhibemus gratiæ vel favoris.

Hinc eſt quod, honori dignitatis Regiæ providere volentes, auctoritate tibi præſentium indulgemus, ut nullus in perſonam tuam excommunicationis, vel in Capellam, ubicunque fueris, interdicti ſententias audeat promulgare, ſine mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Lateran. decimo tertio Kalend. Februarii, Pontificatus noſtri anno quarto.

Sigillo plumbeo, pendente a filis ſericis flavi rubeique coloris.

A.D. 1231.

De Conductu Nunciorum Lewelini.

A.D. 1231.
An. 15. H. 3.
Pat. 15. H. 3. m. 3. n. 2.

REX ſuſcepit in ſalvum & ſecurum conductum ſuum David Archidiaconum de Sancto Aſaph. & Magiſtrum Adam, & David Clericos, & Nuncios Lewelini Principis de Albefr. & Domini de Snaud. qui venirent ad Regem uſque Wigorniam in Nuncios ipſius Principis, & ad partes ſuas revertentes.

Suſcepit etiam Rex eoſdem Nuncios, vel alios, quos dictus Princeps duxerit mittendos uſque Salopiam die Martis,

A.D. 1231.

A.D. 1231. Hen. 3.

proximo poſt Quindenam Sanctæ Trinitatis, anno *Regni noſtri* 15. in occurſum Nunciorum Regis, deferentes has litteras ſimul cum litteris ipſius Principis, illuc veniendo, & ibidem morando, & inde recedendo.

Et mandatum eſt Vicecomiti Salopiæ Johanni filio Alani, & omnibus aliis Ballivis & fidelibus Regis, ad quos *præſentes litteræ pervenerint*, quod ipſis Archidiacono, Adæ, & David, ad partes ſuas revertentibus, & eiſdem, vel aliis, cum hiis litteris noſtris, & litteris ipſius Principis, prædicto die Martis venturis uſque Salopiam, illuc veniendo, & ibidem morando, & inde recedendo, nullum faciant impedimentum, dampnum aut gravamen.

A.D. 1231. Hen. 3.

In cujus, &c. fieri fecimus.

Teſte Rege apud Wigorniam, viceſimo ſeptimo die Maii.

Pro Hybernicis quod Wallenſes pro poſſe expugnarent.

A.D. 1231. An. 15. H. 3. Pat. 15. H. 3. n. 1.

REX R. de Burgo Juſticiario Hiberniæ ſalutem.

Quia, ſicut alias vobis ſignificavimus, Lewelinus nequiter erga nos ſe geſſit, & fraudulenter, & dampna non modica, & irreparabilia nobis & noſtris intulit: in Eccleſias *& jura* noſtra irruere, & eas ſpoliare non metuens; cædes etiam & incendia in terra noſtra committendo;

Ulterius diſſimulare non valemus quin in ipſum Lewelinum inſurgamus, tamquam inimicum noſtrum capitalem, ad vindicandum *Eccleſias & jura* noſtra de dampnis & injuriis quas ab ipſo ſuſtinuimus; unde jam convocari fecimus exercitum noſtrum, ad guerram ei movendam, & ad inferendum ei & terræ ſuæ quicquid dampni poterimus & moleſtiæ.

Et ideo vobis mandamus in fide, qua nobis tenemini, ſcire faciatis omnibus illis, de terrà noſtrà Hiberniæ, qui terram perquirere voluerint in Wallia, & publice clamari, ex parte noſtra, quod ſecurè, & in manu forti veniant in Wallia verſus *nos*; *ita quod ſatagant* in quibus amplius poſſint, prædictum Lewlinum gravare ad ipſum expugnandum.

A.D. 1231.

Et nos eis concedemus quod, quicquid poterunt ſuper ipſum Lewlinum & alios Walenſes complices ſuos perquirere, tàm in terris, quàm aliis, totum eis —————— firmabimus.

Et ad hoc omnes, quos poteritis, diligenter & efficaciter inducatis, ita quod diligentia veſtra appareat,

In cujus, &c. vobis mittimus.

Teſte Rege apud Windleſ. viceſimo quinto die Junii.

De non excommunicando, ſine cauſa manifeſta, Juſticiarios, Vicecomites & Balivos Regis.

A.D. 1231. An. 15. H. 3. Ex Autogr.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, per Angliam & Yberniam conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum excommunicationis ſententia medicinalis ſit gladius, quo pungendi ſunt, quos aliquando pœnitudo non pungit, ſuſtinendum non eſt quod plerique, ſacerdotali moderatione poſtpoſita, quaſi lucem tenebras, & bonum malum ponentes, innocentibus excommunicationis pœnam infligunt; quam, cum interim judicis arbitrium non ſequatur, contingit haberi contemptui, & diſſolvi, per conſequens, nervum eccleſiaſticæ diſciplinæ.

A.D. 1231.

Ex parte ſiquidem cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ fuit nuper propoſitum coram nobis, quod, cum mittuntur ab eo Juſticiarii, Vicecomites, & Balivi per Angliam & Yberniam, diſpoſituri de Caſtris, Villis & aliis juribus ſuis, quidam veſtrûm, in quibuſdam ex ipſis ſe jus proponentes habere, facti judices in cauſa propria, excommunicationis ſententiam, ex ordine, cauſa, & animo, minus juſtam, mox fulminant in prædictos; in quo, præter gravem injuriam, juri Regio non modicum derogatur.

Quia verò privilegium meretur ammittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, & juſtitiam ipſius Regis, ſicut propriam, cum Apoſtolicæ ſedis filius ſpecialis

A.D. 1231. Hen. 3. ſpecialis exiſtat, conſervare ſatagimus illibatam; fraternitati veſtræ, auctoritate præſentium, diſtrictius inhibemus, nè in præfatos Juſticiarios, Vicecomites, & Balivos ſine manifeſtâ & rationabili causâ, & monitione canonicâ non præmiſſa, præſumatis excommunicationis ſententiam promulgare; quam, contra A.D. 1231. præmiſſa prolatam, decrevimus irritandam.

Dat. Reat. 13 Kal. Aug. Pontificatûs noſtri anno quinto.

Sub filo canabeo.

De excommunicando Laicos, qui ſint Regni perturbatores.

A.D. 1231. *An. 15. H. 3. Ex Origine.*

Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Elienſi Epiſcopo, & dilecto filio Magiſtro Johanni de Ferentino Subdiacono noſtro, Archidiacono Norwicenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad inſtar illius, qui eſt pacis amator & auctor, & cujus, licet immeriti, gerimus vices in terris, pacem diligere ac fovere tenemur; &, nè valeat per temeritatem cujuſpiam violari, ſollicitè providere.

Cum itaque, ſicut, inſinuante cariſſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri Rege Angliæ, intelleximus, Archiepiſcopi & Epiſcopi Regni ſui, in perturbatores pacis Regni ejuſdem conſueverint, ex officio ſuo, eccleſiaſticam exercere cenſuram; nos, eo fortiùs volentes ipſius Regiæ tranquilitati conſulere, quo magis contingeret in ejus turbatione nos A.D. 1231. angi;

Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus in Laicos Regni prædicti, pacem turbantes ipſius, ſi, ad eorum cohibendam inſolentiam, præfati prælati, requiſiti a vobis, fuerint negligentes, eorum ſupplendo defectum, excommunicationis ſententiam, quam illi poſſent auctoritate propria promulgare, ſublato appellationis obſtaculo, proferatis.

Quod, ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrûm ea nichilominus exequatur.

Dat. Reat. 13 Kal. Aug. Pontificatûs noſtri anno quinto.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

De Treuga inter Regem & Lewelinum.

A.D. 1231. *An. 16. H. 3. Pat. 16. H. 3. m. 10.*

Rex omnibus, ad quos, &c. ſalutem.

Sciatis quod treugam, per dilectos & fideles noſtros W. de Laſcy, Johannem Monemue, Gilbertum Baſſet, Walterum de Clifford, Willielmum Filium Warini, Willielmum de Stutevill, Amaur. de Sancto Amaudo, & Hugonem de Kilpec captam inter nos, & impriſios noſtros, tam de Wallia, quam de Anglia ex una parte; & Lewelinum Principem de Albefrau, & Dominum de Snaudon, & inpriſios ſuos ex alia parte, duraturam uſque ad feſtum Sancti Andreæ anno *Regni noſtri* decimo ſexto,

Prorogavimus uſque ad feſtum Sancti Andreæ, anno *Regni noſtri* decimo ſeptimo, in forma qua per dilectos & fideles noſtros capta fuit; cui appendent ſigna ipſius Lewelini, Oeni fratris Griffini, Reſi Cret, Edeuenet Vacham Griffin. fratris Retheric.

Videlicet quod, quamdiu dicta treuga duraverit, omnes homines, tam ex A.D. 1231. parte noſtra, quam ex parte ipſius Lewelini, redibunt ad propria, & habebunt omnia tenementa ſua, mobilia & immobilia, in pace.

Nec nos, infra prædictam treugam, recipiemus inpriſios, vel homines ipſius Lewelini, vel ſuorum; nec idem Lewelinus recipiet inpriſios, vel homines noſtros, vel noſtrorum: Homines vero utriuſque partis interim remanebunt infra fines ſuos converſantes.

Fecimus etiam dilectos & fideles noſtros, Magiſtrum A. de Suereford Archidiaconum Salopiæ, & Willielmum de Laci, jurare, in animam noſtram, quod prædictam treugam fideliter & firmiter tenebimus.

In cujus, &c. huic ſcripto ſigillum noſtrum apponi fecimus.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, 30 die Novembris.

De

De adventu Ducis Britanniæ in Angliam.

A.D. 1232. *An.* 16. *H.* 3. *Clauſ.* 16. *H.* 3. *m.* 15. *d.*

REX Petro Duci Britanniæ & Comiti Richmundiæ, ſalutem.

Sciatis quod de adventu veſtro, de quo rumores audivimus, hilares effecti ſumus & jocundi, vobis ſignificantes quod bene veneritis; &, ut manifeſte conſtet vobis quod inde plurimum gratulamur, Mittimus in occurſum veſtrum dilectos & fideles noſtros Philippum de Albiniaco, Johannem filium Philippi Seneſcallum noſtrum, & Willielmum Hardel, qui vos, ſicut decet, ad nos honorifice conducant.

A.D. 1232.

Volumus quidem quod, a die applicationis veſtræ, modis omnibus ſitis ad cuſtum noſtrum in veniendo ad nos, & nobiſcum morando, quamdiu fueritis in Anglia; & vos rogamus quatinus id benigne fieri permittatis. Scituri quod, niſi id feceritis, inhibuimus omnibus ballivis noſtris, per quos tranſitum facturi eſtis, quod nullum genus victualium ad opus veſtrum vendi permittant.

Teſte Rege apud Lamh. 16 die Januarii.

Pro prædicto Duce.

A.D. 1232. *An.* 16. *H.* 3. *Ibidem.*

ET mandatum eſt Vicecomitibus Devon. Somerſet, & Dorſ. Suht. Suſſex, & Kanc. quod, ſi idem Comes in aliquo portu de ballivis ſuis applicuerit, & per ballivas ſuas tranſitum fecerit, prohiberi faciant in locis, per quæ tranſibit, quod nullus aliquod genus victualium ei vendat, ſicut ſe voluerit indempnem ſervare.

A.D. 1232.

Et intendentes ſint prædictis fidelibus Regis, quamdiu fuerint in ballivis ſuis, ad ipſum Comitem honorandum, & ad inveniendum ei quæ ei fuerint neceſſaria, ſicut ipſi eis dicent ex parte Regis.

Teſte ut ſupra.

Litteræ Lewelino Principi de Albefr. de Treugis emendandis.

A.D. 1232. *An.* 16. *H.* 3. *Clauſ.* 16. *H.* 3. *m.* 14. *d.*

REX Lewelino Principi de Albefr. & Domino de Snaudon. ſpiritum ſanioris conſilii.

Memoriter retinemus, & vos credimus memoriter tenere, quod, poſt receſſum noſtrum a Caſtro Matild. in Elenein, quod firmari fecimus, per tranſmiſſos ad nos Nuncios veſtros, videlicet Magiſtros Inſtructum, & Ph. captæ fuerunt inter nos, & vos treugæ, duraturæ uſque in unum annum, a feſto Sancti Andreæ proximo præterito.

Quas quidem treugas dilectus & fidelis noſter R. filius Nicholai juravit in animam noſtram, & dilecti & fideles noſtri Ricardus Comes Cornubiæ & Pictaviæ frater noſter, & Hubertus de Burgo Comes Kantiæ, &c. de præcepto noſtro juraverunt ex parte ſua.

Et quas ſimiliter jurari feciſtis in animam veſtram, & impriſii veſtri ex parte ſuâ juraverunt; ita quod interceptiones, interim hinc inde perpetratæ, per dictatores, ex utraque parte datos, emendarentur.

A.D. 1232.

Ad quas faciendum ex parte noſtra, pro nobis & inpriſiis noſtris, in partibus de Elenein nuper miſimus dilectos & fideles noſtros Magiſtrum A. Archidiaconum Salopiæ & Nicholaum de Molis; & in partibus Salopiæ dilectos & fideles noſtros Johannem filium Alani, & Johannem Extraneum juniorem.

Licet nobis ſignificaveritis quod ſuper interceptionibus prædictis, vobis & veſtris factis, tàm per dilectum & fidelem noſtrum Thomam Corbet, quàm alios de noſtris, nichil fuerit ſatisfactum; cum etiam vos ſuper interceptionibus, nobis & noſtris factis, ut aſſeritis, ſatis feceritis, &, ſiquid minus actum eſt, parati ſitis adimplere.

Vobis igitur duximus ſignificandum, quod grave nobis eſt & moleſtum, ſi dictæ & debitæ emendæ, ſecundum formam prædictarum treugarum, & ſicut injunximus præfatis Dictatoribus noſtris, vobis & veſtris factæ non fuerint; in quo, quod minus actum eſt, vobis modo

A.D.1228. Hen. 3.

do debito ſatisfacere ſumus parati.

Verum, quia, pro adventu dilecti & fidelis noſtri Petri Ducis Britanniæ & Comitis Richemundiæ, qui nuper applicuit in Anglia apud London. convocari fecimus, ſecunda die quadrageſimæ, dilectos & fideles noſtros R. Comitem Cornubiæ & Pictaviæ fratrem noſtrum, R. Comitem Ceſtr. & Lincoln. W. Comitem Warennæ, W. Comitem de Ferrariis, & alios Magnates noſtros, tractatum habituri cum eiſdem ſuper arduis negotiis noſtris, honorem noſtrum & noſtrorum ſpecialiter tangentibus (unde etiam ſperamus vos, in ſubſequenti fore gaviſuros, ſicut de honore noſtro facturi eſtis & de jure) ad præſens nullatenus, ſine gravi diſpendio noſtro & Regni noſtri, quod non credimus vos velle, nos potuimus aliàs divertere, donec prædictum tractatum cum ipſis fidelibus noſtris habuerimus, & ſuper memoratis negotiis noſtris deliberaverimus cum eiſdem.

Sciatis ſiquidem pro certo, & minime dubitetis quod, habita deliberatione ſuper negotiis prædictis, divertemus nos verſus partes Marchiæ, id, quod minus factum eſt ſuper emendis prædictis vobis faciendis, plenè & debitè adimpleturi; ita quod id vobis & veſtris meritò placere debeat.

Et, ſi, quod abſit, infirmitate corporis, vel aliquo caſu inopinato detenti, illuc venire non poſſimus, mittemus ad partes illas dilectos & fideles noſtros Ricardum Comitem pictaviæ fratrem noſtrum, & Hubertum de Burgo cum aliis de fidelibus noſtris, ad dictas emendas vobis faciendas, & tractatum habendum ſuper firma pace inter nos, & vos reformanda & ſtatuenda.

A.D.1232. Hen. 3.

Nec moleſtet vos quod, cum tractatus haberetur ſuper emendis vobis faciendis de interceptionibus vobis factis per prædictum Thomam Corbet & complices ſuos, ipſum reſpondiſſe quod nullum Dominium habuit in prædictis malefactoribus, quorum nomina nobis ſignificaſtis, præterquam in duobus, cum alii eſſent de poteſtate noſtra; quoniam nos, tàm de hiis, quàm de aliis, ubicumque in poteſtate noſtra vel noſtrorum fuerint inventi, vobis volumus ſatisfieri.

Ad hoc, grates vobis referimus quod, prout nobis ſignificaſtis, juxta mandatum noſtrum partes Marchiæ appropinquabatis, ad colloquium ſuper reformatione pacis prædictæ nobiſcum habendum.

Et ſciatis quod diſtricte mandavimus dicto fratri noſtro, quod interceptiones, factas vobis & veſtris, infra prædictas treugas, per Ricardum Suwerd, ſine dilatione digne faciat emendari; quod, ſi facere noluerit, nos eas emendare non omittemus, quia nec pro dicto fratre noſtro, nec pro alio volumus aliquatenus culpam perjurii incurrere.

Teſte Rege apud Geldof. 20 die Februarii.

Littera Comiti Sabaudiæ, deprecatoria ſuper jacturis, quas filius ejus in Anglia ſuſtinuiſſet.

A.D.1232. An. 16. H. 3. Clauſ. 16. H. 3. m. 12. d.

REX nobili viro & amico in Chriſto kariſſimo Comiti Sabaudiæ ſalutem.

Referentibus nobis Priore & Monachis ſanctæ Trinitatis Cantuarienſis, quibus quaſdam litteras tranſmiſiſtis, intelleximus quod vehementer moti & perturbati eratis, ſuper quibuſdam dampnis & injuriis, illatis in Regno noſtro filio veſtro ſuper redditibus ſuis ibidem optentis.

Ad quod, in primis, veſtram cupimus ſcire dilectionem, quod grave nobis admodum eſt & moleſtum, ſi quæ dampna ſuſtinuit in Regno noſtro, ſuper aliquibus reddituum ſuorum, memoratus filius veſter; quum, teſte eo quem non latent abſcondita cordium, volumus & præcepimus quod homines, res, & redditus ipſius filii veſtri, per totum poſſe noſtrum tuti conſiſtant & defenſi, ſicut noſtra Dominica.

A.D.1232.

Et hoc ſatis declarabit operum ſubſequentium effectus, quum, in quibuſcumque poterunt procuratores ipſius filii veſtri coram nobis declarare quod aliquas jacturas vel dampna ſuſtinuerit, hæc ita digne faciemus emendari, ablata plene reſtituendo, & illis, qui hujuſmodi ſcelus, in dedecus noſtrum, audebant, tam gravem pœnam infligendo, quod & vobis, & ipſi filio veſtro multipliciter ſatiſfiet in hac parte.

Nec eſt neceſſe, nec expedit, ſi placet, quod memorati procuratores exeant terram noſtram, ſicut fieri mandaſtis; quoniam, quam citò, quibuſdam minis ſtolidis perterriti, nobis id ſignificaſſent, eos, &

A.D.1232. Hen. 3.

& res filii veſtri, in partibus Kantiæ, in quibus tunc agebant, in plena fecimus pace conſiſtere, nec aliquis eos poſtea moleſtavit, vel moleſtabit; immo tuti & ſecuri ſtabunt in terra noſtra, ſicut aliqui ex noſtris, quos cariores habemus.

Serenitatem igitur veſtram attentius exorandam duximus quatinus, ſi quam indignationem erga nos, vel noſtrum Regnum, vel aliquem de noſtris, occaſione ſupradicta concepiſtis, eam remittere velitis; indubitanter ſcituri quod offenſam veſtram, ut amici noſtri ſpeciales & dilecti, cupimus & volumus modis omnibus devitare, & ea deſideranter facere quæ debeant amicitiæ veſtræ complacere.

A.D. 1232. Hen. 3.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, 20 die Aprilis.

Queritur Gregorius de Miniſtris ſuis Male-tractatis, & Bullis conculcatis.

A.D.1232. An.16. H.3. *Ex Autogr.*

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Si labores & onera, detractiones & odia, ſugillationes & gravamina, quæ, pro te ac prædeceſſoribus tuis, Eccleſia Romana, modernis temporibus & antiquis, ſuſtinuit; necnon & beneficia, quæ diverſis temporibus tibi & Regno tuo contulit, excellentia regalis adverteret, & cellulæ commendata memoriæ in animo ſuo revolveret ſæpius recenſita, & nobis non adeſſet querelæ materia, & locum ingratitudinis vitium non haberet.

Sane, omiſſis aliis, quæ præteritis temporibus acciderunt, quæ longum eſſet & nimis difficile, revolutis regeſtis, per ſingula recitare, cujus inſtinctu poteſt regalis ſerenitas oblivioni mandaſſe, qualiter, fælicis memoriæ Innocentii Papæ prædeceſſoris noſtri tempore, nobis, tunc in minori officio conſtitutis, ipſum negotium ex tunc utiliter procurantibus, non ſolum Regnum & Regni honorem, ſed Patris tui, & perſonam tuam a ſervitute perpetua, & non à quali quali adverſario, vel verius adverſariis, non tantum alienis, ſed etiam domeſticis, liberavit?

Quæ memoria, quantumcumque labilis, maxime in proprio negotio, non teneret qualiter, Eccleſiæ Romanæ legato, pro tua & Regni tui liberatione, obſeſſo, & eccleſiâ tandem ſpiritualiter & temporaliter vires ſuas conflante in unum, dextera Domini faciente, virtutem obſidentem in manus obſeſſi cum omnibus inimicis alienigenis & domeſticis potentia divina concluſit?

Numquid, te à claræ memoriæ patre tuo, quaſi jure teſtamentario adoptatum in filium matris eccleſiæ, tutelæ officium, quod in te ſtudioſiſſime geſſit, & præſidentes in ipſa, te ac regnum tuum confovendo in proſperis, & reſiſtendo adverſis, credendum eſt te, quod patet lippis & tonſoribus, ignorare?

A.D. 1232.

Quod, ſi de noſtris temporibus agitur, præter ea, quod in minori officio conſtituti, ſinceræ caritatis affectu, exhibere curavimus, tibi & Regno tuo multa beneficia, ad confirmationem honoris & Regni tui ſtatum, apoſtolicæ ſedis gratiam ampliando, contulimus, quæ referre per ſingula non deceret.

Sed, ut de cæteris taceamus, niſi Nunciorum tuorum, quod non credimus, nos fallat oblivio, excellentiam regiam pro certo tenere credimus nos, à promotionis noſtræ primordio, tibi & tuis fidelibus favorabiliter aſtitiſſe; non ſolum ab hiis qui prope, ſed & ab hiis qui longe, tranquilitatis tibi tempora procurantes contra Principum & Magnatum, ex omni parte Regni ſui, potentiam, reducendo nubilum in ſerenum.

Nec tantum tutelæ officium, vel matris gremium confoventis, tempore noſtro, nos geſſiſſe meminimus; ſed te, jam ætate provectum, præter juris ordinem, minorem gaudere privilegio permittentes, per beneficium reſtitutionis in integrum, quaſi præſcriptione temporis relegata, in omnibus, quæ Regis & Regni contigerunt honorem, ſtudioſe ſubvenimus, judicium ſæpius in gratiam convertendo.

Hiis etiam diebus noſtræ tibi non defuit gratiæ plenitudo, dum contra multorum & magnorum conſilia, non ſine gravi jactura & ſcandalo quorundam Principum & Potentium, verbum pro te nemine faciente, quædam cautè diſtulimus quæ progreſſus tuos in poſterum poterant non modicum impedire.

Ut autem providus reddaris & cautus, ſcire te volumus quod, a trino climate, libellus

A.D. 1232. Hen. 3. libellus triplicis ſupplicationis ingeritur; & importune ad januam pulſavit, & pulſat, eccleſiæ, poſtulans gratiam non novam, conceſſam pluribus, nec juri contrariam: Qui ſi fuiſſet ad ſacrarium exauditionis admiſſus, & mater filii uteri ſui fuiſſet oblita, nequaquam cordis imperio oculus annuiſſet, manus ceſſaſſet a ſcelere, lingua non blaſphemaſſet in cœlum, nec animi ſecreta continuationis occultæ operum nova temeritas detexiſſet; præſertim ubi timore pœnæ amor juſtitiæ ſuperatur.

Nec apud te aliud ommiſiſſe fatemur, niſi quod adeo tenerrimæ in te ubera matris extendimus, quod verbera patris ommiſimus; ſperantes plus ex maternæ dulcedinis ubertate, quam ex paternæ correctionis acerbitate timeri.

Sed, quod dolentes referimus, & non ſine amaritudine cordis recolimus, verſa eſt in luctum cithara noſtra, dum nobis, hiis diebus, in Regno tuo, pro pane lapis, pro ovo ſcorpio, pro melle abſcinthium præparatur.

Eja! ecce fili cariſſime, ſi, pro ſtatu tuo & Regni tui honore, reformatione eccleſiaſticæ honeſtatis, necnon & corrigendis exceſſibus tranſgreſſorum, litteras Apoſtolicas in Regnum Angliæ, per Curſores noſtros, ſicut & per alia mundi Regna, tranſmiſimus; quid obedientia ipſorum demeruit ut, a vaſſallis tuis & domeſticis, non ſine tuâ, ut dicitur, conniventia, uno, & de tuis partibus oriundo, inhumaniter in fruſta conciſo, & altero ſemivivo relicto, litteris etiam diſſipatis, bulla noſtra conculcari deberet in Regno, pro cujus tuitione ac exaltatione continua, apud Reges & Principes, per diverſas ſeculi regiones, tranſmiſſa totiens peroravit?

Si patri in Regno primogeniti, ſi matri in terra filii, ſi tutori in terra pupilli, ſi domino & bene merito in terra vaſſalli, ſecuritas viæ præcluditur, & ubi bullæ noſtræ locus tutior requiretur? In cujus numiſmate quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, eccleſia Romana, vel verius Jehu Chriſto filio Dei vivi, ejuſque in terris Vicario miniſtrante in ipſa, redduntur.

Hiis etiam non contenti, manus injicientes in Clericos violentas, tam Italicos, quam etiam, ut aſſeritur, Anglicanos; alios obſederunt; alios, diverſis afficientes ſuppliciis, ad redemptionem cogentes, bonis omnibus ſpoliarunt; adeo debachantes in clero quod, jam quaſi Neronis nequitiam pati timeatur in Anglia redivivam; adjutrices quoque manus ad ſcelera, quorumdam Prælatorum ad hoc regalis ſenſit auctoritas, ut, ſub favoris ſpecie, facilius traherent, quod odiunt, ad ruinam: Nec tantum ipſius facti exacerbatio animi noſtri motum exaggerat, quantum dilatio vindictæ conturbat; quæ prævenire potius, quàm ſubſequi debuiſſet. A.D. 1232. Hen. 3.

Quid enim ab alienis ſperare poterimus, ſi ab illis, qui, in omni genere debiti, noſtri eſſe tenentur, tantæ crudelitatis ſubticetur immanitas, & eccleſiaſticæ libertatis cultus conculcatur?

Utinam autem apud nos, pro honore tuo, nec non & noſtro ſaltem, qualis qualis excuſationis comparuiſſent indicia, quæ obloquentium ora obſtruerent, & utcumque, tanti ſceleris ſatisfactione congrua præcedente, Deo & univerſali eccleſiæ, nec non & nobis illatam injuriam palliarent.

Immo, quod gravius reputamus, culpam, forte alienam, ex dilatione vindictæ refudiſſe videris in tuam; dum, ſcrupulum occultæ conniventiæ non evitans, nec obviâſti tanto facinori, nec per ſatiſfactionis celeritatem, in ſuo errore quaſi confovendo perverſos, præcedentem negligentiam expiaſti.

Ex quibus contingit quod via paratur æmulis, locus ſe offert invidis, inimici Regis & Regni inſultant in nobis læto animo, quaſi digito ſcribentes in terra, Ecce Rex Angliæ! Filius unicus matris ſuæ! Ecce pupilli devotio! Ecce vaſſalli fidelitas! Ecce reverentia filialis! Ecce beneficiorum condigna retributio perceptorum! Ecce quomodo amabat eundem! Hiis, & ſimilibus, auribus noſtris ſæpius inculcatis.

Vide, fili, vide & conſidera, ſi dolori noſtro dolor eſt ſimilis, dum, noſtris tuiſque temporibus, Eccleſia Romana, in terra tua, & a tuis miſerabiliter ancillata, pro grano paleam, pro uva labruſcam, pro roſa ſpinas, pro ficu tribulos, pro beneficiis ingratitudinem, pro devotione irreverentiam, pro ſubjectione inobedientiam, pro lucro dampnum, pro libertate ſervitium, & pro honore opprobrium, ſub quodam novo quaſi martyrii genere, paſſa reportat.

Acceleret igitur regalis excellentiæ providentia, &, præteritam negligentiam redimens per diligentiam ſubſequentem, malefactores ipſos ad reſtitutionem plenariam de ſubtractis, & ſatisfactionem congruam de offenſis, ſine moræ diſpendio, tradita ſibi poteſtate compellat.

Et, ad vindicandam tanti facinoris idololatriam animum regium viriliter & prudenter exercens, creatoris injuriam, Eccleſiæ Romanæ ac noſtram ignominiam, tuum & Regni tui opprobrium ſempiternum,

A.D. 1232. *Hen.* 3.

piternum, adeo celeriter expiare procures, quod, exemplo Moyſi, fide grandis effectus, ponenſque gladium ſupra femur, & contra ipſos idolatras, a porta in portam diſcurrens (ſigno Thau ſignatis exceptis) ex animo, tamquam filius, libere officium Regiæ magnanimitatis exerceas: Et, ad relevandum Regni tui opprobrium, cum noſtra & apoſtolicæ ſedis, reverentiâ, pro populo ad Dominum intercedas.

Alioquin, quantumcumque perſonam tuam ſinceris affectibus diligamus, & ad Regni tui exaltationem & gratiam, quantum cum Deo fieri poteſt, paternis deſideriis anhelemus, ne, ſi tantæ iniquitatis infronitâ temeritas remaneret forſitan impunita, tranſiret poſteris in exemplum, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, illud, licet inviti, cogitare cogemur, quod, ex præmiſſis injuriis, & bullæ noſtræ præciſione à litteris, ex qualitate vindictæ, mittentis auctoritas obfuſcata reſurget; &, ubicunque injurioſe delata fuerit injuriatorum acerbitas, glorioſe quid referre valeat ventura poſteritas ad honorem Eccleſiæ Romanæ & noſtrum, vindictæ qualitas indicabit.

Nec inquiſitionis litteræ, ſuper matrimonio Nobilis viri —— Juſtitiarii tui, ad denuntiationem totiens nobis factam, quam de jure ulterius obaudire non licuit, regalem conſtantiam movere aliquatinus debuiſſent; cum ipſum, quem ſincerâ diligimus in Domino caritate; utpote cujus fidem & devotionem, nunciis noſtris, & ſpecialiter dilecto filio, Stephano Capellano noſtro, referentibus, in multis experti ſumus; ejuſque negotia, quantum cum Deo poſſimus, diſponamus, ſine juris injuria, promovere.

Dat. Spolent. 7 Id. Junii, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Sub filo canabeo.

De Conductu Ducis Norwegiæ.

A.D. 1232. *An.* 16. *H.* 3. *Pat.* 16. *H.* 3 *m.* 4.

S. Dux Norwegiæ, & ſui, quos ſecum duxerit in Angliam, ad limina beati Thomæ Martiris, cauſâ Peregrinationis, viſitanda, habuit litteras de conductu, duraturas uſque ad Paſcha, anno *Regni noſtri* 17.

Teſte Rege apud Ely, viceſimo quinto die Junii.

De Conductu Ducis de Lemburg.

A.D. 1232. *An.* 16. *H.* 3. *Pat.* 16. *H.* 3. *m.* 3.

Henricus Dux Lemburg. habet litteras de conductu in veniendo in Angliam, ad viſitandum limina beati Thomæ Martiris, duraturas uſque ad feſtum omnium Sanctorum.

De Rotunda Tabula prohibenda.

A.D. 1232. *An.* 16. *H.* 3. *Pat.* 16. *H.* 3. *m.* 3.

REX omnibus fidelibus ſuis, qui conventuri ſunt ad rotundam tabulam, ſalutem.

Cum ſimus in itinere verſus partes Salop. colloquium habituri cum Lewelino Principe de Abbeſrau & Domino de Snaudon, vobis mandamus, firmiter injungentes in fide, qua nobis tenemini, quod, tempeſtivè nos ſequentes, nullatenus, ad prædictam Tabulam convenientes, turneare præſumatis contra hanc prohibitionem noſtram.

Sciturі pro certo quod, ſi feceritis, ita graviter ad corpora & catalla veſtra nos capiemus, quod vos & veſtri vos ſentietis inde in poſterum gravatos.

Et præterea non permittemus quod de cætero torneetis in terra noſtra.

Teſte Rege apud Weſtm. 20 die Julii.

De Conductu Lewelini.

A.D. 1232. An. 16. H. 3. Pat. 16. H. 3. m. 3.

REX ſuſcepit in ſalvum & ſecurum conductum ſuum Lewelinum Principem de Aberfraw, Dominum Snoudon, in veniendo ad eum uſque Salopsbiriam ad colloquium ibidem cum eo habendum; vel alibi ubi colloquium fuerit inter ipſum, vel conſilium ſuum, & prædictum Lewelinum, & ſuos; & omnes homines ſuos, quos illuc ſecum duxerit:

Et etiam omnes homines de terra ſuâ, qui uſque Salopsbiriam venerint tàm ad negotiandum ibidem, quàm pro colloquio inter ipſum & Regem ibidem habendo, vel alibi;

Et ibidem morando, & inde recedendo ubicumque colloquium prædictum fuerit.

A.D. 1232.

Et mandatum eſt omnibus Ballivis & fidelibus, &c. quod eidem Lewelino, vel hominibus ſuis, uſque Salopsbiriam, vel alibi venturis ad colloquium prædictum, vel etiam hominibus ſuis venturis uſque Salopsbiriam ad negotiand. ibi, vel alibi, ſicut prædictum eſt, nullum faciant, vel fieri permittant impedimentum, dampnum, aut gravamen.

In cujus, &c. duraturas uſque diem Lunæ, in Vigilia Sancti Laurentii, anno 16.

Littera Regis Imperatori, de expeditione ſua adverſus Regem Franciæ minus proſpera: Et de perfidia Pictavenſium.

A.D. 1232. An. 16. H. 3. Rot. Franc. 16. H. 3. m. 4. dorſ.

DOmino Imperatori Rex ſalutem, & proſperos ſemper ad vota ſucceſſus.

Cupientes ſerenitatem veſtram ſuper hiis, quæ penes nos aguntur, & de proceſſu eventuum noſtrorum effici certiorem, vobis intimamus quod, cum fiducia quarundam pactionum & confœderationum, initarum inter nos, & Hugonem Comitem Marchiæ & Engoliſmi, & Iſabellam Reginam Angliæ, uxorem ſuam, matrem noſtram, de eorum mandato & conſilio, & quorumdam aliorum Nobilium de Pictavia, quos in fidelitate noſtra ſtabiles eſſe credebamus, cum paucis de gente noſtra veniſſemus in Pictaviam.

Et, commorantes aliquamdiu apud Pontem, tractatum haberemus cum prædicto Comite Marchiæ, & aliis nobis tunc aſſiſtentibus, qualiter contra Regem Franciæ, qui contra Treugam, inter nos initam, interceptiones non modicas, tàm nobis, quàm quibuſdam Impriſiis noſtris fecerat per ſe, & impriſios ſuos, procedere debeamus.

Tandem, de eorum Conſilio, ſemel & iterùm rogari fecimus præfatum Regem, per Nuncios noſtros ſolempnes, quos ad eum deſtinavimus, ut interceptiones illas faceret emendari.

Licet autem idem Rex Nunciis noſtris ſatis curialiter reſponderet, quod libenter nobis & noſtris faceret emendari quicquid per ſe, & ſuos nobis & noſtris fuit interceptum, dum idem ſibi & ſuis faceremus; &, cùm ad duos, vel tres dies datos, ad hoc mitteremus de fidelibus noſtris, pro emendis faciendis & recipiendis, de interceptionibus prædictis, Nuncii ejuſdem Regis Franciæ, ad unum diem convenientes, & cum noſtris diù tractantes, infecto negotio receſſerunt.

A.D. 1232.

Ad alium quidem diem, certo loco ad hoc dato, noſtris illuc venientibus, & paratis facere quod jus dictaret, non comparuerunt; unde poſtea viſum fuit nobis & Concilio noſtro, quod deinde Treugam eidem Regi ſervare non tenebamur, ex quo per eum ſtetit quo minus fuerat, de interceptionibus illis, hinc inde ſatiſfactum; & idem poſtea dicto Regi intimavimus.

Et ſic, per ipſius defectum Treuga deficiente, de conſilio omnium fidelium noſtrorum, incepimus ei guerram movere; & certi ſumus quod, in expeditione noſtra, proſpere nobis contigiſſet, cooperante gratiâ divinâ, ſi dictus Comes Marchiæ, & alii impriſii noſtri de Pictavia fideliter nos juvaſſent, & nobis firmiter adhæſiſſent; ſet res eſt verſa in contrarium, ſicut ex ſubſequentibus liquebit manifeſte.

Procedentes igitur de Ponte uſque Xanctoniam, ubi moram fecimus per aliquot dies, poſtea venimus uſque Taunay ſuper Charente; ubi noſtri ingreſſum habuerunt ad ipſum Regem gravandum, qui Caſtra prædicti Comitis & ſuorum obſedit, & pro voluntate ſua occupavit: Nec mirum, eo quod Comes ipſe Caſtra illa & alia dereliquit deſtituta bona Gente, & alia garniſione non munita.

Nobis quidem commorantibus in Caſtris apud Taunay, tractatum fuit inter nos & Galfridum de Raunconer Dominum de Tayleburg. quod ad ſervitium & fidem noſtram redire debuit; &, ſub ſpe tali, treugam ei conceſſimus quod ipſum non gravaremus.

Verumptamen cum toto exercitu noſtro coram Villa de Tayleburgh. venimus, & in pratis ibidem tentoria noſtra fiximus, & potuimus tunc vel Villam illam cum Caſtro, ſi Fluvium de Charente tranſiſſemus apud Taunay, cepiſſe; vel, commorantes coram Taylleburg. Pontem ejuſdem Villæ confregiſſe; ita quod non haberet Rex Franciæ, qui fuit ex altera parte Fluvii, tranſitus verſus nos, niſi, ad doloſam machinationem prædicti Comitis Marchiæ, & Reginaldi de Ponte, dicto Galfrido de Raunconer detuliſſemus.

Confidentes igitur quod idem Galfridus ad fidem noſtram rediret, ſicut inde nobis ſpem dederat, reverſi ſumus uſque Xancton. ſet, dum ibidem moram faceremus, tanquam infidelis & promiſſionis ſuæ immemor, contra nos dicto Regi Franciæ firmius adhæſit.

Nos tamen, cum audierimus ipſum Regem, ex altera parte dicti Fluvii, verſus Taylleburg. appropriare, illuc acceſſimus ut tranſitum Fluvii ei præcluderemus: Quod quidem cum facere non poſſemus, eo quod paucos de gente noſtra Angliæ bellatores nobiſcum adduximus, & propter potentiam ipſius Regis, quam viribus noſtris vidimus longe majorem, de conſilio omnium fidelium noſtrorum inde receſſimus uſque Xancton.

Die vero Sanctæ Mariæ Magdalenæ, poſtquam idem Rex Pontem de Taylleburg. tranſierat, gens ipſius, credens Villam Xancton. ubi fueramus, dum noſtri eſſent in menſa vel dormientes, occupaſſe, illuc in manu forti cum multitudine impetuoſa advenit; ſet noſtri, benedictus Deus, licet inproviſi & incauti, genti prædictæ obviam exierunt, & in facie eis viriliter reſtiterunt, congreſſique gravem & fortiſſimum inter ſe conflictum habuerunt: In quo plures de exercitu Regis Franciæ interfecti ſunt, plures vulnerati & plures detenti; de noſtris ſimiliter aliquibus captis, & aliquibus vulneratis; & tandem, cum ſentiret gens, nobis adverſa, quod contra nos prævalere non poſſet, ad tentoria ſua, tanquam confuſi, ſunt reverſi.

Nos quidem, adhuc in craſtino commorantes apud Xancton. de Concilio noſtro inde receſſimus verſus Pontem, Comite March. Villam & Caſtrum Xancton. ſine Gente & alia munitione omnino deſerente; ita quod Rex Franciæ, poſt receſſum noſtrum, ea, tanquam derelicta & indefenſa, ſtatim eſt ingreſſus.

Cumque vidiſſemus nos apud Pontem minus tutò commorari, propter acceſſum ipſius Regis, iter arripuimus verſus Berbizillum: In Villa de Ponte bonam & ſufficientem dimittentes munitionem.

Set, incontinenti & ſtatim ex quo Villam exivimus, Regin. de Ponte Vale nobis dicens, & dato nobis oſculo Judæ, fraudem quam cogitaverat, opere manifeſtavit, & Comes March. ſimiliter, Regi Franciæ adhærens: Ita quod, niſi ſeditionem eorum & malitiam excogitatam cautius declinaſſemus, tota nocte & toto die, itinerando cum exercitu noſtro verſus Blaviam, in manus dicti Regis, ſicut in animo nequiſſimè ceperant, nos, & omnes noſtros tradidiſſent, tanquam famæ ſuæ prodigi, & fidelitatis ſuæ, & pactionum, inter nos initarum, contemptores.

Nos igitur, cum, ſine periculo patriæ noſtræ, & omnium nobiſcum exiſtentium, inter Gentem illam Pictaviæ, perfidam & inverecundam, moram ulterius facere non poſſemus, ad partes Waſconiæ nos tranſtulimus; in quibus cum dilecto conſanguineo noſtro R. Comite Tholoſ. March. Provinc. qui ad nos perſonaliter acceſſit, tractatum habuimus de ſtatus noſtri reformatione, & de conſilio agendis noſtris apponendo.

Verum, poſtquam aquam Gyrunde tranſivimus, dimiſſa bona munitione apud Blaviam, moram fecimus ex oppoſito ejuſdem Villæ, quia idem Rex Franciæ venerat cum exercitu ſuo pro Villa illa obſidenda; ſet, cum duobus miliariis a Villa ipſa, fere per quindecim dies, moram faceret in Caſtris, non auſus eſt propius accedere, licet ſui interim cum munitione noſtra fortes habuiſſent conflictus; & ſic demum reverſus eſt idem Rex ad partes ſuas.

Super hiis autem Imperialem magnificentiam duximus certificandam, rogantes attentius quatinus, ſi quid aliud, in famæ noſtræ læſionem, de proceſſu noſtro, ex alicujus æmuli noſtri figmento, auribus veſtris inſonuerit, illud pro frivolo & veritati contrario reputare velitis.

Ad hæc ſerenitati veſtræ cupimus innoteſcere quod, in partibus Burgundiæ,

A.D. 1232. Hen. 3.

plures benivolos & amicos potentes habere poſſemus, qui viriliter, in neceſſitate noſtra, nos juvarent, ſi Comitatus Burgundiæ in manu alterius quam Ducis Burgundiæ extitiſſet; de quo, ſi placet, utilitati noſtræ, quam honoris veſtri reputare poteſtis incrementum, proſpicere velitis.

Teſte Rege apud Burdegaliam, 19 die Septembris.

De ſalvo Conductu pro Rege Navarræ.

A.D. 1232. An. 16. H. 3. Rot. Franc. 16. H. 3. m. 2.

DOminus Rex concedit Regi de Navarum conductum tranſeundi per terram Regis, in eundo verſus partes ſuas, dummodo, ad dictum Comitiſſæ Byarr. & ad dictum R. Comitis Tholoſ. ſecuritatem Regi præſtet quod, neque per ipſum Regem Navarum, neque per aliquos de ſuis, Regi, aut alicui de poteſtate Regis dampnum aliquod eveniet: Nec idem Rex Navarum procurabit quod Regi, aut terræ ſuæ dampnum aliquod inferatur, ex tranſitu ſuo verſus partes ſuas.

Teſte R. apud Burdeg. 8 die Octobris.

Et mandatum eſt Comiti Tholoſ. quod, ſuper eo, conſilium & voluntatem ſuam Domino Regi ſignificet. Teſte ut ſupra.

De Conductu pro Margareta uxore H. de Burgo, & ſorore Regis Scotorum.

A.D. 1233. An. 17. H. 3. Pat. 17. H. 3. m. 37.

REX ſuſcepit in ſalvum & ſecurum conductum ſuum Margaretam uxorem Huberti de Burgo, ſoror. Regis Scottorum, & Magotam filiam ſuam, & homines eorum in eundo ad terras ipſius Huberti de Burgo viri ſui de hæreditate ſua, vel de perquiſitis ſuis, aliis, quam illis, quas de Rege tenuit.

Et apud terras illas morando, & ab una terrarum illarum recedendo, cauſa eundi ad aliam de eiſdem terris.

Et diriguntur litteræ omnibus Ballivis, &c. quod illis, &c. nullum faciant vel fieri permittant dampnum, vel impedimentum, aut gravamen.

In cujus, &c.

Teſte Rge apud Weſtm. decimo tertio die Novembris.

De Proviſione inter Regem & Lewelinum.

A.D. 1233. An. 17. H. 3. Pat. 17. H. 3. m. 9. n. 32.

REX omnibus, &c.

Sciatis quod, cum Lewelinus, Princeps de Aberfrau, & Dominus Snauwdon. nobis conceſſerit & firmiter promiſerit, quod ſtabit proviſioni venerabilium patrum R. Ciceſtr. Epiſcopi, & Cancellarii noſtri, & A. Coventr. & Lichfeld Epiſcopi, & dilectorum & fidelium noſtrorum R. Mareſcalli Comitis Pembr. J. de Lacy Comitis Lincoln. & Conſtabularii Ceſtriæ, S. de Segrave Juſticiarii noſtri Angliæ, & R. filii Nicholai Seneſcalli noſtri, una cum J. Devenet Seneſcallo ipſius Lewelini, & Wrenoc. fratre ejus, Imano Vachan, & David Clerico.

Quam ipſi facturi ſunt ſuper congruis emendis, nobis faciendis de omnibus exceſſibus, nobis & noſtris ab eo & ſuis factis.

Et de reſtitutione nobis & hæredibus noſtris facienda de omnibus terris & poſſeſſionibus noſtris & noſtrorum, per ipſum Lewelinum & Wallenſes occupatis, occaſione werræ inter nos, & ipſum motæ.

Simul etiam de recipienda reſtitutione a nobis & noſtris, de omnibus terris ipſius Lewelini & hominum ſuorum, per nos & noſtros occupatis, occaſione werræ prædictæ.

Et de aſſignanda David, filio ipſius Lewelini, & Yſabellæ uxori ejus, primogenitæ filiæ & Hæredi Willielmi de Breuſ. rationabili portione, Iſabellam contingente, de terris quæ fuerunt prædicti Willielmi patris ſui.

Et de refuſione pecuniæ nobis facienda, pro prædictis exceſſibus congrue emendandis, & portione prædicta aſſignanda.

Proviſa tamen, ſuper hoc, ab eiſdem ſufficiente ſecuritate de fideli ſervitio nobis præſtando, & de tranquilitate nobis,

&

A.D. 1233. Hen. 3. & Regno noſtro Angliæ obſervanda; ita quod dampnum, vel periculum nec nobis, nec Regno noſtro inde poſſit evenire.

Et, ſi pendente proviſione prædicta, aliquid de novo emerſerit emendandum, idem Lewelinus voluerit, & conceſſerit quod per prædictos proviſores emendetur.

Nos proviſionem eorumdem, quam facturi ſunt ſuper omnibus præmiſſis, gratam habemus & acceptam pro nobis & noſtris; ſicut præfatus Lewelinus pro ſe & ſuis. A.D. 1233. Hen. 3.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras inde fieri fecimus patentes.

Teſte meipſo apud Salopiam, ſeptimo die Decembris, anno Regni noſtri decimo ſeptimo.

De appellatione Archiepiſcopi Eborac. contra Coronationem Regis Scotiæ ratificata.

A.D. 1233. An. 17. H. 3. Pat. 17. H. 3. n. 13.

REX appellationem, quam W. Eborum Archiepiſcopus, Angliæ Primas, per ſe, vel per certos Nuncios ſuos, interpoſiturus eſt tàm pro jure Regis, quàm ſuo, ne Alexander Rex Scottorum in Regem ſe faciat coronari, in præjudicium Regiæ dignitatis & libertatis ipſius Archiepiſcopi & Eccleſiæ ſuæ, ratam habet, gratam & acceptam. A.D. 1233.

Et dirigitur breve omnibus, &c.

Teſte S. de Sedgrave, ſexto die Maii.

De adventu Regis Conac. in Anglia.

A.D. 1233. An. 17. H. 3. Pat. 17. H. 3. m. 4. n. 12.

REX dilecto & fideli ſuo Mauritio filio Gerardi, Juſticiario ſuo Hiberniæ, ſalutem.

Significavit nobis dilectus & fidelis noſter F. filius kariſſimi, quondam Regis Connac. quod propoſuit ad nos venire in Angliam, cauſa nos videndi, & nobiſcum loquendi de negotiis noſtris & ſuis.

Et nos renunciavimus ei, quod, ante adventum ſuum, laboret, de conſilio veſtro, ad captionem Caſtri de Miloc. quod eſt in manu R. de Burg. &, cum dictum Caſtrum captum fuerit, & vobis commiſſum, & terra Connac. ſedata, & vobis fuit liberata, bene placet nobis, & volumus quod ad nos veniat in Angliam, ſimul cum Nunciis veſtris quos ad nos mittetis in Angliam. A.D. 1233.

Hiis igitur, ut prædictum eſt, expeditis, ſalvum & ſecurum conductum præfato F. habere faciatis, cauſa veniendi ad nos in Angliam, in cujus etiam adventu Nuncios veſtros cum eo mittatis, viros, videlicet, diſcretos, qui de ſtatu terræ noſtræ Hiberniæ nos ſciant, & velint certificare.

Teſte meipſo apud Teokesbir. viceſimo octavo die Maii, anno Regni noſtri decimo ſeptimo.

Littera Lewelino Principi de Alberfrau de pace.

A.D. 1233. An. 17. H. 3. Clauſ. 17. H. 3. m. 5. d.

REX Lewelino Principi de Alberfrau, & Domino de Snaudon. ſalutem.

Noveritis quod die Lunæ, proximo poſt inſtans Feſtum nativitatis beatæ Mariæ, mittemus conſilium noſtrum uſque Colewent, in occurſum conſilii veſtri ibidem.

Et ideo vos rogamus quatenus detis conſilio veſtro plenam poteſtatem, ad exponendum conſilio noſtro plene voluntatem veſtram; quia nos dabimus conſilio noſtro, ex parte noſtra, plenam poteſtatem ad exponendam plenè conſilio veſtro voluntatem noſtram, ad firmam pacem faciendam inter nos & vos; ita quod nullus ſcrupulus ſit inter nos & vos. A.D. 1233.

Et volumus quod id, quod providebitur inter nos & vos, ita firmum ſit & ſtabile, quod nullo modo vos, vel David filius veſter aliquo tempore a ſervitio noſtro recedatis.

Teſte R. apud Hayam. 2 die Septembr.

Littera Lewelini Regi, de pace inter eos tenendâ.

A.D. 1233. An. 17. H. 3. Clauſ. 17. H. 3. m. 3. d.

HEnrico Regi Angliæ, &c. Lewelinus Princeps de Alberfrau & Dominus Snaudon. ſalutem & ſe totum.

Quoniam, propter inundationes aquarum, & viarum diſcrimina, Nuncii noſtri in præſentiarum ad vos accedere non poſſent, per curſorem quendam præſentes litteras vobis duximus deſtinare;

Per quas Majeſtati veſtræ ſignificamus quod nos, pro nobis & noſtris, vobiſcum & cum omnibus veſtris pacem tenuimus, & tenebimus in futurum.

Et hoc dedimus Ballivis noſtris & impriſiis in mandatis, ut pacem cum ſuis Commarchionibus firmiter teneant & obſervent.

Quare veſtram rogamus ſerenitatem quatinus Ballivis veſtris, in Marchiâ commorantibus, detis, ſi placet, in mandatis, quod cum noſtris pacem teneant inviolatam.

Beneplacitum veſtrum, ſi placet, nobis ſignificetis. Valeat excellentia veſtra.

De Conductu pro Duce Britanniæ.

A.D. 1233. An. 18. H. 3. Pat. 18. H. 3. m. 3.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.

Sciatis nos ſuſcepiſſe in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum, dilectum & fidelem noſtrum P. Ducem Britanniæ & Comitem Richemundiæ, & ſuos, quos ſecum ducet, in veniendo in Angliam, ad loquendum nobiſcum de agendis noſtris & ſuis, & ibidem morando, & inde redeundo.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Duci, & ſuis, quos ſecum ducet, in veniendo in Angliam, ad loquendum nobiſcum de agendis noſtris & ſuis, & ibidem morando, & inde redeundo, ſicut prædictum eſt, nullum faciatis, aut fieri permittatis inpedimentum, dampnum, moleſtiam aut gravamen.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, nono die Octobris.

De transfretando in auxilium Comitis Britanniæ.

A.D. 1234. An. 18. H. 3. Clauſ. 18. H. 3. m. 24. d.

HEnricus Rex Angliæ, &c. dilecto & fideli ſuo Henr. de Trublevill. ſalutem.

Mandamus vobis rogantes quatenus, ſicut nos & honorem noſtrum diligitis, ſitis apud Porteſmue, *te quinto militum*, ad inſtans Feſtum Aſcenſionis Domini, anno Regni noſtri decimo octavo;

Ita parati equis & armis ad transfretandum ad Comitem Britan. & morand. in ſervitio noſtro, ſicut idem Comes vobis plenius dicet ex parte noſtra, quod grates vobis ſcire debeamus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium viceſimo die Aprilis, anno eodem.

Eodem modo ſcribitur,

Willielmo Bloire ſoli,
Girard de Lamberſird. ſoli,
Dragoni de Barontin. ſoli,
Theobald de Engleſchevill ſoli,
Willielmo Dampere ſoli,
Johanni de Twya, ſe altero,
Roberto de Panelli ſoli,
Willielmo de Comendas ſoli,
Henr. de Argentom. ſoli,
Fulconi de Mungomery ſoli,
Galfr. de Beleſtede ſoli,
Jordan. de Salmereſ. ſoli,
Willielmo de Creppinges ſoli,
Nicholao de Trelly ſoli,
Galfrido de Abrinc. ſoli,
Everardo de Chaſtelviloni ſoli,
Roberto de Kyma ſoli,
Jacob. filio Willielmi ſoli,
Eliæ de Ekingham ſoli,
Nicholao de Balaketon. ſe altero,
Rogero de Clar. ſe altero,
Johanni de Buſceby ſoli,
Thom. de Blancmuſtr. ſoli,
Petr. de Burtun. ſoli,
Hugoni Grandin. ſoli,
Henr. de Sancto Hilar. ſoli,
Willielmo de Orgeres ſoli,
Willielmo de Sancto Leodegario ſoli,
Willielmo de Gaugy, ſe altero,

A.D. 1234. Hen. 3.

Waltero de Fontibus, ſe tertio,
Willielmo de Ripariis, ſe altero,
Roberto de Wilurintun. ſoli,
Waltero de Brionna ſoli,
Hugoni de Bocles ſoli,
Willielmo Haket ſoli,
Radulpho Haket ſoli,
Ricardo Carbonello ſoli,
Waſſallo de Aſſoilluz. ſe altero,
Huberto Hoſato ſe quinto,
Waltero de Godarvill. ſe altero,
Thomæ le Moyne, ſoli.

Bulla Gregorii pro Huberto de Burgo, & de non trahendis Magnatibus in judicium extra Regnum.

A.D. 1234. *An.* 18. *H.* 3. *Ex Orig.*

Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Super eo quod, ad preces noſtras, erga nobilem virum H. de Burgo, & ejus uxorem te miſericorditer habuiſſe proponis, litteras nobis a Regia ſerenitate tranſmiſſas debita benignitate recepimus, & eorum tenorem pleno concepimus intellectu.

Sane, cum pro afflictis & captivis orare & intercedere teneamur, interveniendo, ſicut fecimus apud celſitudinem Regiam, pro nobili ſupradicto, debitum officii noſtri duximus perſolvendum.

Cum autem optimum vindictæ genus ſit clementer ignoſcere, nos, qui te in Chriſti viſceribus carius amplexamur, reputantes nobis accreſcere quicquid tibi honoris accidit vel augmenti, magnitudinem tuam iteratò rogamus in Domino quatinus, ſalvo honore & jure tuo, miſericordiam, quàm decet manſuetudinem Regiam, adhuc facias cum eodem; cum miſericors Deus eam ſacrificio præferat, & illam miſericordes veritatis teſtimonio conſequantur.

Ad hæc devotio tua nobis humiliter ſupplicavit ne, contra indulgentiam noſtram, aliquibus litteras concedamus, per quas Magnates & alii nobiles Regni Angliæ trahantur in judicium extra illud: Verum cum ſedes Apoſtolica mater tua, gratiæ ſuæ dono, te in multis prævenerit, & præventum non deſierit ſpeciali proſequi caritate, ac nos ipſi pro te ac Regno tuo, in omni oportunitate ſteterimus, & ſtare in poſterum, quantum cum Deo poſſumus, proponamus, non credimus contra prædictos litteras conceſſiſſe, per quas prædictæ indulgentiæ derogetur, niſi ei renuntiatum exiſteret tacite vel expreſſe.

Dat. Laterani quinto Non. Maii, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

Sub filo canabeo.

Litteræ de Pace formanda, vel de Treugis prorogandis cum Francia.

A.D. 1234. *An.* 18. *H.* 3. *Clauſ.* 18. *H.* 3. *m.* 24. *d.*

Henricus Dei gratia Rex Angliæ, &c. venerabili in Chriſto patri eadem gratia Parienſ. Epiſcopo, ſalutem.

Cum prompti ſimus & parati mandato Domini Papæ, nobis facto de pace inter illuſtrem Regem Franciæ Lodovicum & nos formandâ, vel treugis inter ipſum, & nos prorogandis, parere; venerabili patri W. Senon. Archiepiſcopo, & vobis litteras noſtras de ſalvo conductu patentes duximus tranſmittendas in veniendo ad Regnum Angliæ, ſicut in eiſdem litteris plenius continetur:

Licet incerti fuerimus utrum, pro tractatu habendo cum venerabilibus patribus P. Winton. Epiſcopo, & W. Exon. Epiſcopis collegis veſtris, de pace, vel treugis prædictis malueritis ad partes Angliæ venire; vel quod prædicti Winton. & Exon. ad vos propter idem negotium accedant.

Si vero prælegeritis quod prædicti Epiſcopi ad vos in partibus tranſmarinis venire debeant, paternitatem veſtram rogamus quatenus conſimiles litteras de conductu, duraturas uſque ad Feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ, anno Regni noſtri decimo octavo, a memorato Rege Franciæ ipſis Epiſcopis habere faciatis.

Teſte Rege apud Wudeſtok, octavo die Maii.

Eodem modo ſcribitur venerabili patri W. Senon. Archiepiſcopo.

A.D. 1234. Hen. 3. Ibidem.

Eodem modo iterato ſcribitur eiſdem, excepto eo quod Rex ſignificat eis quod tranſmittit eis litteras de conductu, duraturas uſque ad feſtum beati Petri ad vincula, anno, &c. 18.

Et rogat eos quod conſimiles litteras impetrent a Rege Franciæ, ſi Winton. & Exon. ad partes tranſmarinas accedere debeant.

A.D. 1234. Hen. 3.

Teſte Rege apud Wudeſtok, 10 die Maii.

Inſtructiones de Pace vel Treugis prædictis.

A.D. 1234. An. 18. H. 3. Ibidem.

Henricus Dei gratia Rex Angliæ, &c. venerabili in Chriſto patri P. eadem gratia Winton. Epiſcopo ſalutem.

Mittimus ad vos fratrem Maurit. Templar. profecturum, ex parte noſtra, & Dominum Exon. cum litteris noſtris de ſalvo conductu ad Dominum Senon. Archiepiſcopum, & Epiſcopum Parienſ. quibus etiam ſignificamus quod parati ſumus parere mandato Domini Papæ ſuper pace formanda, vel treugis prorogandis inter Dominum Regem, & nos.

Et ideo mittimus eis litteras noſtras de ſalvo conductu, duraturas uſque ad feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ, ſi forte velint ad vos in Anglia venire; alioquin rogamus eos quod conſimiles litteras Domini Regis Franciæ vobis habere faciant, ad opus veſtrum & Domini Exon. Epiſcopi, ut ſalvo & ſecure poſſitis ad partes tranſmarinas accedere, ſi fuerit neceſſe.

Rogamus igitur vos quatenus, una cum prædicto Epiſcopo, Collega veſtro, quod veſtrum eſt, & quod prædictum negotium depoſcere videritis, diligenter exequi velitis.

A.D. 1234.

Et, ut de voluntate noſtra vobis conſtet, ſcire vos volumus quod placet nobis ut, ſi prædictæ Treugæ prorogari non poſſint uſque ad triennium, prorogentur ad terminum quem poteritis optinere.

Et quia conſilium petebatis a latere noſtro vobis adhiberi, vobis ſignificamus quod dilectos & fideles noſtros Philippum de Albiniaco, & Radulphum filium Nicholai, qui ad præſens profecti ſunt in Marchiam pro negotiis noſtris, ſicut ipſi ſcitis, vel aliquos alios de noſtris, quando neceſſe fuerit, & ſecundum quod a vobis accipiemus, die & loco, quos nobis ſignificabitis, ad vos mittemus.

Teſte Rege ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur W. Exon. Epiſcopo.

De Auxilio Comiti Brittanniæ ferendo.

A.D. 1234. An. 18. H. 3. Clauſ. 18. H. 3. m. 24. d.

Henricus Rex Angliæ, &c. dilecto & fideli ſuo Rogero la Zuche ſalutem.

Mandamus vobis rogantes quatenus, ſicut nos & honorem noſtrum diligitis, mittatis nobis unum Militem veſtrum, ita quod ſit apud Porteſmue, in Octabis Aſcenſionis Domini, anno Regni noſtri decimo octavo;

Ita paratus equis & armis ad tranſfretandum, ad cuſtum noſtrum, ad Comitem Brittanniæ, & ad morandum in ſervitio noſtro, ſicut idem Comes ei plenius dicet ex parte noſtra, quod grates vobis inde ſcire debeamus.

Teſte meipſo apud Glouceſtr. 25 die Maii, anno Regni noſtri 18.

A.D. 1234.

Eodem modo ſcribitur,

Hugoni Paynel,
Richardo de Gray,
Johanni de Gray,
Henrico de Tybetot,
Radulpho Baſſet de Draiton,
Henrico de fratri Regin.
Johanni de Tywa,
Walleram. Tonton.
Engelard de Cygoigne,
Herberto filio Mathæi,
Johanni Talebot,
Henrico de Aldithel,
Alano filio Garini,
Fulconi filio Garini,
Willielmo de Cantilupo,

A.D. 1234.
Hen. 3.

Willielmo Boterel.
Anketello Maloure.
Willielmo de Albin.
Nicholao de Letturs.
Gilberto de Segrave de duobus ad proprium cuſtum.
Radulpho Gernun.
Johanni de Burgo,
Baudewino de Frivill.
Willielmo de Putat,
Petro de Malo Lacu,
Baldewino de Gynes.

A.D. 1234.
Hen. 3.

Conceſſio pro Alienora ſorore Regis.

A.D. 1234.
An. 18. *H.* 3.
Pat. 18. *H.* 3. *n.* 12.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus dilectæ ſorori noſtræ, Alienoræ Comitiſſæ Penbrochiæ quod, ſi humanitus contingat de ea, quod Deus avertat, antequam ſatisfactum fuerit Creditoribus ſuis, a quibus frater Radulphus Abbas de Tintern, & Radulphus Parſona de Cheleſend pecuniam mutuo capient ad opus ipſius Comitiſſæ, prædicta pecunia plene reddatur præfatis creditoribus, de bonis & mobilibus prædictæ Comitiſſæ, antequam alia debita ſua reddantur, vel antequam aliqua fiat diſtributio bonorum & mobilium ſuorum.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Rege apud Theokb. 16 die Junii.

A.D. 1234.

De Buburdicio probibito.

A.D. 1234.
An. 19. *H.* 3.
Pat. 19. *H.* 3. *n.* 19.

REX Vicecomiti Dorſ. ſalutem.

Quia datum eſt nobis intelligi quod quoddam Buhurdicium captum eſt inter Armigeros dilectorum & fidelium noſtrorum W. de Clifford, & H. filium Mathæi, die Martis proximo poſt feſtum beati Nicholai, apud Sireburne, per invidiam & atyam, & tam prædicti W. & H. quam alii Milites ſe inde intromittant;

Tibi præcipimus quod, aſſumptis tecum probis & legalibus Militibus de Comitatu tuo, die prædicto ad locum illum accedas, Militibus, Armigeris & omnibus illis, qui pro Burdicio illo, prædictis die & loco convenerint, ex parte noſtra inhibens, firmiter & injungens ne illo die, vel alio ibi, vel alibi, ſicut corpora ſua & tenementa diligunt, contra prohibitionem noſtram buhurdare, vel torneare præſumant.

Teſte Rege apud Redyng, 3 die Novembris.

A.D. 1234.

De Conductu pro Conſiliariis Lewelini.

A.D. 1234.
An. 19. *H.* 3.
Pat. 19. *H.* 3. *m.* 19.

COnſiliarii Lewelini Principis de Abefrau & Domini de Snaudon, quos miſſurus eſt ad Dominum Regem ad tractandum de pace, & ad firmam pacem inter Dominum Regem & ipſum faciendam, habent litteras de conductu duraturas uſque in 15 dies à die Purificationis beatæ Mariæ anno Regni noſtri 19.

Teſte Rege apud Weſtm. 18 die Novembris.

A.D. 1234.

De emendatoribus Treugarum cum Francia aſſignatis.

A.D. 1234.
An. 19. *H.* 3.
Pat. 19 *H.* 3. *m.* 18

REX dilectis & fidelibus ſuis Reginaldo de Ponte, & Neodrat. de la Ramad. ſalutem.

De fidelitate & diſcretione veſtra plenam fiduciam gerentes, aſſignavimus vos Dictatores & Emendatores treugarum inter Lodovieum Regem Franciæ illuſtrem, & nos.

Mandantes vobis quod id ex parte noſtra ſuſcipiatis, & diligenter ſuppleatis ita quod ex eo meritò poſſitis commendari.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras patentes vobis mittimus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 22 die Novembris.

A.D. 1234.

Litteræ Notificatoriæ ſuper Aſſignatione prædicta.

A.D. 1234. An. 19. H. 3. Ibidem.

REX omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint ſalutem.

Sciatis quod aſſignavimus dilectos & fideles noſtros Reg. de Ponte, & Neudradum de la Ramad. ex parte noſtra, dictatores & emendatores treugarum, quæ captæ ſunt inter Lodovicum illuſtrem Regem Franciæ, & nos.

Et per litteras noſtras eis mandavimus quod diligenter exequantur, quod ad officium ſuum ſpectat in hac parte.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Rege ut ſupra.

De jurantibus in animam Regis Treugam.

A.D. 1234. An. 19. H. 3. Ibidem.

DOmino ſuo, quando ei placuerit, Ludovico, Dei gratiâ, illuſtri Regi Franciæ, Henricus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Sciatis quod aſſignavimus dilectos nobis in Chriſto, Magiſtros Simonem de Langeton. Archidiaconum Cantuarienſem & Abbatem de Sancta Radegundia, ad jurandum in animam noſtram treugas inter nos & vos hac vice captas.

Et hoc Regiæ Serenitati veſtræ ſignificamus; rogantes quatenus eos ad hoc admittere velitis.

In hujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Ejuſmodi Litera Reginæ Franciæ.

A.D. 1234. An. 19. H. 3. Ibidem.

REX B. eadem gratia Reginæ Franciæ illuſtri ſalutem.

Sciatis quod aſſignavimus dilectos nobis in Chriſto, Magiſtros Simonem de Langeton. Archidiaconum Cantuarienſem, & Abbatem de Sancta Ragundia ad jurandum in animam noſtram treugas inter Dominum Ludovicum illuſtrem filium veſtrum, & nos.

Et hoc vobis ſignificamus, rogantes quatenus eos a prædicto Domino Rege, filio veſtro, ad hoc admitti faciatis.

In cujus rei teſtimonium, &c;

Teſte ut ſupra.

De Treugis cum Francia obſervandis.

A.D. 1234. An. 19. H. 3. Pat. 19. H. 3. m. 17.

REX dilecto & fideli ſuo Henrico de Trubleville, Seneſcallo ſuo Waſconiæ, ſalutem.

Mandamus vobis quod, ex quo Nuncii noſtri, exiſtentes in Francia, videlicet Magiſter Simon de Langeton. Archidiaconus Cantuar. Abbas Sanctæ Radegundiæ, & Magiſter Philippus de Ardern, vobis ſignificaverint quod treugas ceperint inter Regem Franciæ & nos, treugas illas firmiter obſervetis, & a cunctis inpriſiis noſtris in balliva veſtra firmiter faciatis obſervari.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Rege apud Rading. 6 die Decembris:

Literæ Treugarum Franc. ſcilicet quatuor paria, ſub eadem forma, qua prius, concipiebantur apud Weſtmonaſterium 22 die Novembris, confectæ fuerunt apud Rading. 6 die Decembris; eo addito quod Magiſter Philippus de Ardern. aſſignatus eſt, una cum Magiſtro Simone de Langeton, & Abbate de Radegundia, adjurandum in animam Domini Regis treugas captas hac vice, inter Lodovicum Regem Franciæ, & Dominum Regem.

De Treugis captis cum Navarræ Rege.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Pat. 19. H. 3. m. 17.

REX illuſtri Regi Navariæ ſalutem.

Sciatis quod Treugas, quas dilectus & fidelis noſter Roſtanus de Solio, Civis noſter Burdegaliæ inivit vobiſcum nomine noſtro, gratas habemus & acceptas, & illas pro nobis & noſtris firmiter obſervari faciemus uſque ad Paſcha, anno Regni noſtri 19, in forma quâ treugæ prædictæ inter nos ſunt captæ; ita quod, infra terminum illum, nullum malum de terra veſtra Navariæ veniat ad terram noſtram Waſconiæ vel gravamen; nec de terra noſtra Waſconiæ ad terram veſtram Navariæ.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud Waverl. 3 die Januarii.

Bulla per quam confirmatur, & roboratur compoſitio facta inter Regem Angliæ & Regem Scotiæ.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Ex Autogr.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Eboracen. & Carleolen. ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Si cariſſimi in Chriſto filii noſtri Alexandri illuſtris Regis Scotiæ, ut credimus, celſitudo conſideret, quod cariſſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri Regi Angliæ vinculo ſpecialis dilectionis aſtringimur, eundemque Regem Scotiæ cum ſincera diligimus & ampleſtimur caritate, per conſequens recognoſceret, quod nec debemus, nec poſſumus præterire, maxime requiſiti, quin ad pacem inter ipſos perpetuo conſervand. paterno intendamus affectu, & opem impendamus ac operam efficacem; ſperantes ac fiduciam firmam habentes, quod utrique Regno de hujuſmodi concordia, magna debeat utilitas provenire.

Sane idem Rex Angliæ in noſtra nuper fecit præſentia recitari, quod jamdudum inter claræ memoriæ Henricum avum & Johannem patrem ſuum ex parte una: & Willielmum Scotiæ Regem ex altera, compoſitio amicabilis interceſſit: per quam ipſe prædictis Avo, & Patri, ac eidem Regi, & præfatus Alexander Patri, & ſibi ligium homagium & fidelitatem fecerunt; quæ tenentur Succeſſores ſui Comites & Barones Scotiæ ipſi & ſuis Succeſſoribus exhibere; ac Comites & Barones prædicti eſſe cum Regibus Angliæ contra Reges Scotiæ, ſi compoſitionem eandem forſitan non ſervarent.

A.D. 1235.

Quod ſi unius homines fugerint ad Regnum alterius, metu criminum commiſſorum, ille ac homines ſui eos in terra ſua receptare non debent.

Et utriuſque Regis homines terras, quas in Regno alterius, ante compoſitionem, habuerant, optinebunt; unde ſupradictus Rex Angliæ nobis humiliter ſupplicavit ut præfatam compoſitionem apoſtolico dignaremur munimine roborare.

Quare ſæpefatum Regem Scotiæ rogandum duximus propenſius & hortandum, ut ad ea, quæ pacis ſunt, intentionem ſuam dirigens, & ea prudenter evitans quæ ad ſcandalum vel diſcordiam pertinerent, prædictam compoſitionem, ſicut proinde facta fuit, & ab utraque parte ſponte recepta, ſtudeat obſervare; maxime cum dicatur paci & tranquilitati utriuſque Regni plurimum expedire.

Quocirca Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eundem Regem ad id moneatis attentius, & inducere procuretis.

Quod ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrûm ea nichilominus exequatur.

Dat. Perusii 2 Non. Januarii, Pontificatus noſtri anno octavo.

Sub filo Canabi.

Bulla Gregorii de Homagio & Fidelitate Regi per Regem Scotiæ præſtandis.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Ex Autogr.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Scotiæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Si tua, ut credimus, celſitudo conſideret quod cariſſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri Regi Angliæ vinculo ſpecialis dilectionis aſtringimur, *Teque* ſincera diligimus & amplectimur caritate, per conſequens recognoſces, quod non debemus nec poſſumus præterire, maxime requiſiti, quin ad pacem, inter te, & ipſum perpetuo conſervandam, paterno affectu intendamus, & opem impendamus, *ac operam* efficacem; ſperantes, ac fiduciam firmam habentes, quod utrique Regno de hujuſmodi concordia magna debeat utilitas *provenire*.

Sane idem Rex in noſtra nuper fecit præſentia recitari, quod jam dudum inter claræ memoriæ Henricum avum, & Johannem patrem ſuum ex parte una; & Willielmum Scotiæ Regem ex altera, compoſitio amicabilis interceſſit:

Per quam ipſe Willielmus, prædictis Avo, & Patri, ac eidem Regi, & tu patri, & ſibi ligium homagium & fidelitatem feciſtis;

Quæ tenentur Succeſſores tui, Comites, & Barones Scotiæ, ipſi, & ſuis Succeſſoribus exhibere.

Ac Comites & Barones prædicti eſſe cum Regibus Angliæ contra Reges Scotiæ, ſi compoſitionem eandem forſitan non ſervarent.

Quod ſi unius homines fugerent ad Regnum alterius, metu criminum commiſſorum, ille ac homines ſui eos in terra ſua receptare non debent.

Et utriuſque Regis homines terras, quas in Regno alterius, ante compoſitionem, habuerant, optinebunt.

Unde idem Rex nobis humiliter ſupplicavit, ut præfatam compoſitionem apoſtolico dignaremur muniſmine roborare.

Quocirca ſerenitatem Regiam rogandam duximus propenſius, & hortandam, quatenus ad ea, quæ pacis ſunt, intentionem tuam dirigens, & ea prudenter evitans, quæ ad ſcandalum vel diſcordiam pertinerent, prædictam compoſitionem, ſicut proinde facta fuerit, & ab utraque parte ſponte recepta, ſtudeas obſervare: Maxime cum dicatur paci & tranquillitati utriuſque Regni plurimum expedire.

Dat. Peruſii, 2 Non. Januarii, Pontificatus noſtri anno octavo.

Sub filo Canabeo.

Rex queritur Papæ contra Petrum Comitem Britanniæ.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. m. 5.

DOmino Papæ ſalutem & debitam ac devotam in omnibus reverentiam.

Ut ſanctitati veſtræ plenius innoteſcat qualiter erga nos ſe geſſit P. Comes Britanniæ, veſtræ ſignificamus Paternitati quod, cum dilectum fratrem noſtrum R. Comitem Cornubiæ & Pictaviæ tranſmiſiſſemus ad partes Waſconiæ, pro defenſione partium illarum, habito inter ipſum Comitem Britanniæ, & prædictum fratrem noſtrum colloquio, nobis ſignificavit, quod paratus erat ad ſervitium noſtrum venire, & de nobis in capite tenere.

Nobis igitur id mediocriter adhuc ferentibus, per tranſmiſſum ad nos fidelem noſtrum Savaricum de Malo-Leone, tunc ſuperſtitem, & demum per dilectum & fidelem noſtrum Philippum de Albiniaco, nos inſtanter ſolicitavit ſuper eodem.

A.D. 1235.

Cum igitur, monitis ſuis adquieſcentes, exercitum totius regni noſtri convocaſſemus apud Porteſm. habentes in propoſito transfretare in Britannia ad jura hæreditaria noſtra perquirenda in partibus tranſmarinis, memoratus Comes, in eodem tempore illi applicans, coram univerſis magnatibus terræ noſtræ homagium nobis fecit de terra ſua Britanniæ, & Sacramentum de fideli ſervitio nobis præſtitit; & tunc honorem de Richmundia, in quo jus vindicabat, ei reddidimus; & plura alia foeda, & terras ei dedimus non modicas.

Revertente autem eodem Comite ad partes ſuas, & nobis per Conſilium ſuum

A.D. 1235. Hen. 3.

in terra noſtra remanentibus, cum, in æſtate ſequenti, congregaſſet Rex Franciæ univerſum poſſe ſuum, ad invadendum terram prædicti Comitis; cum totis viribus noſtris in ſuccurſum ejus, ad ſuum mandatum transfretavimus in Britanniam, non ſine gravi diſpendio corporis noſtri, & jactura irreparabili magnatum & aliorum hominum noſtrorum, quos ibidem perdidimus.

Cum ergo, per adventum noſtrum, ab incurſibus prædicti Regis Franciæ defenſus extitiſſet & ſecurus, &, ipſo Rege ſine optentu propoſiti ſui ad partes ſuas revertente, vellemus ſimiliter ad terram noſtram redire, de conſilio ſuo convenit inter nos, & memoratum Comitem Britanniæ quod, ad tenendum ei milites & ſervientes, quandam ſummam pecuniæ daremus eidem per annum tempore guerræ, & aliam ſummam pecuniæ, ſi contingeret inter ipſum Regem Franciæ, & nos tunc treugas iniri, ſicut factum eſt; quod quidem ſine omni defectu ei plene perfecimus.

Noviſſime vero, cum, inſtante fine treugarum inter ipſum Regem, & nos, eſſemus requiſiti ab ipſo Comite de militibus & ſervientibus, mittendis in ſuccurſum ſuum, & ad Caſtrum noſtrum Sancti Jacobi ſuper Beueronam, quod fuit in manu ſua de Ballio noſtro, muniendum (&, pro quo nobis reddendo, cum veniſſemus in Britanniam, ei dederimus duo millia Marcarum) gratanter annuimus ejus petitioni, deſtinantes ad eum dilectum & fidelem noſtrum Amauricum de Sancto Amando Seneſcallum noſtrum, cum numero militum & ſervientum, quem ipſe Comes petierat.

Quos, poſtquam ad placitum ſuum retinuerat, ad nos remittens, ſub ſimulatione parcendi ſumptibus noſtris, nunciavit nobis quod Caſtrum prædictum ſalvo cuſtodiret ad opus noſtrum.

Inſuper ad mandatum ejus nobilem virum H. de Trubleville Seneſcallum noſtrum Waſconiæ, cum multitudine armatorum, ad eum miſimus, qui ſtrenue & potenter ſuæ inſtabat defenſioni; in cujus etiam præſentia, & prædictorum multitudinis armatorum juravit, ſuper verum corpus Chriſti, quod nec pacem cum Rege Franciæ fecerat, nec etiam cum eo tractatum inde habuerat.

A.D. 1235. Hen. 3.

Licet ſiquidem ipſe Comes, ut prædiximus, nullum in nobis repererit defectum, immo juxta conventionem inter nos habitam, & ultra ei ſemper ſatisfecerimus per finem, quem cum eo fecimus, ſingulis vicibus, quibus propter hoc ad nos venit, vel miſit, & id idem adhuc facere pro viribus noſtris eſſemus parati.

Tamen cum omni injuria ſua, ſpreta fidei ſuæ religione, & ſacramento de fideli ſervitio nobis præſtito, ſine eo quod nos diffideret, vel aliquid nobis mandaret, à nobis receſſit, & Regi Franciæ adhæſit, homagium ei faciens, & reddens eidem, ad exhæredationem noſtram, prædictum Caſtrum Sancti Jacobi, & Caſtrum Celſum, quod Theobaldus Creſpyn tenuit de nobis de Comite Andegaven. & Caſtrum de Maroyl quod eſt de Comit. noſtro Pictaviæ.

Ne igitur ſuper præmiſſis rei veritas vos lateret, vel ne, per alicujus ſuggeſtionem minus veredicam, crederetis aliquatenus dictum Comitem per defectum noſtrum à nobis receſſiſſe, Præmiſſa Sanctitati veſtræ ſeriatim duximus intimanda, ſupplicantes attentius quatenus ipſum Comitem, ut ad ſervitium noſtrum & fidelitatem noſtram redeat, & ſuper pecuniâ, a nobis receptâ, & Caſtris prædictis, per ipſum Regi Franciæ liberatis, nobis ſatisfaciat, per cenſuram Eccleſiaſticam coherceatis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 25 die Februarii.

Littera Papæ, quod ſola improbitas Comitis Marchiæ Treugis cum Francia ineundis obſtitit.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 6.

Domino Papæ ſalutem.

Receptis reverenter, ſicut decuit, litteris Sanctæ Paternitatis veſtræ commonitoriis de treugis cum Rege Franciæ ineundis, proni fuimus in hac parte, ſicut & in aliis, monitis veſtris adquieſcere.

Cumque de treugis prædictis habeatur tractatus inter nos, & prædictum Regem, tam idem Rex, quam Regina Franciæ faciles ſe exhibuerunt ad treugas prædictas concedendas; ita quod nichil obſtitit executioni mandati noſtri hinc inde, præterquam improbitas Comitis Marchiæ, qui treugis prædictis renuit conſentire, niſi ex conſenſu ſuo Inſulam de Olerim ei concederemus.

A.D. 1235.

Quod quidem turpe nimis eſſet & verecundum nobis concedere, & exemplum nobis & hæredibus noſtris valdè perniciosum;

A.D. 1235. Hen. 3. cioſum; nec poſſunt prædicti Rex & Regina, cum idem Comes impriſius ſit illorum, ipſo Comite excluſo, treugas aliquas nobiſcum inire.

Cum igitur per eundem Comitem ſtet manifeſte quominus monita veſtra adimplere valeamus, & per ipſum treugarum negotium impediatur;

Sanctæ Paternitati veſtræ ſupplicamus quatinus cum, ſine cohercione ſedis Apoſtolicæ, non poſſit idem Comes ad conſenſum induci, remedium & conſilium expediens ad ipſius improbitatem reprimendam apponere dignemini; ne, in contemptum mandati Apoſtolici, videatur negotium memoratum impedire. A.D. 1235. Hen. 3.

Teſte Rege apud Weſtmonaſter. 25 die Februarii.

Littera Univerſis Cardinalibus ſuper medietate annui Cenſus, pro Regnis Angliæ & Hyberniæ, ipſis ſolvenda.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 6.

Viris venerabilibus, & amicis in Chriſto kariſſimis, univerſis, Dei gratia, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Henricus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem, & ſinceram in Domino dilectionem.

Quia, ex quorundam relatione, ad nos pervenit quod ægrè fertis & indignanter, quod de annuo cenſu Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, debito à Regno noſtro Angliæ & terra noſtra Hiberniæ, quingentas Marcas non percipitis, cum ejuſdem Eccleſiæ membra ſitis Nobilia & columpnæ, ſet in uſus ſummi Pontificis cedit indiviſus.

Ne a vobis indignationem eâ de cauſâ reportemus, tanquam pro voluntate noſtrâ cenſum illum dividere poſſimus, & ne ſolutio talis nobis imputetur, univerſitati veſtræ ſignificemus quod, in prima conceſſione illius cenſus, inſertum fuit in Carta Domini Johannis Regis patris noſtri inde confecta, quod ſanctæ Romanæ Eccleſiæ redderetur cenſus memoratus pro indiviſo. A.D. 1235.

Noſque, innitentes tenori ejuſdem Cartæ, hucuſque cenſum illum Domino Papæ, nomine memoratæ Eccleſiæ, ſolvere conſuevimus per certum Nuncium ſuum, litteras ſuas nobis deferentem; penitus ignorantes hucuſque utrum Domino Papæ integrè remaneret aut diviſè.

Ut igitur appareat innocentia noſtra in hac parte, & habita de nobis tollatur ſuſpitio, rogamus attentius quatinus erga Dominum Papam inſtare velitis, & procurare quod nobis det in mandatis, quod de quingentis Marcis illius cenſus diviſim vobis reſpondeamus, & nos promptos invenietis & paratos inde gratanter vobis reſpondere; in hiis & aliis gratiam a vobis commereri cupientes & favorem.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 25 die Februarii.

Littera Blanchæ Regis Franciæ matri.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Pat. 19. H. 3. m. 12.

Dilectæ conſanguineæ ſuæ B. Dei gratiâ, illuſtri Reginæ Franciæ, Henricus, eadem gratiâ Rex Angliæ, &c.

Mittimus ad nobilem virum Lodovicum Regem Franciæ, illuſtrem filium veſtrum, & ad vos dilectos nobis Abbatem de Bello-loco, & Magiſtrum Henricum Cancellarium Sancti Pauli London. ad loquendum cum ipſo Rege unà vobiſcum ſuper hiis, quæ tangunt ſtatum ſuum, & veſtrum, & noſtrum; dilectionem veſtram attentius rogantes, quatenus ipſos benigne admittere & audire velitis. A.D. 1235.

Teſte Rege apud Weſtm. 26 die Februarii.

Diriguntur etiam aliæ literæ Regi Franciæ de eodem.

A.D. 1235. Hen. 3.

De matrimonio cum filia Comitis Pontivi contrahenda.

A.D. 1235. An. 19. H. 3.

Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 6. dorſo.

REX dilecto Clerico ſuo Willielmo de Wyrthſant ſalutem.

Sciatis quod Nunciis dilecti amici noſtri S. Comitis Pontyvi, ad nos deſtinatis pro tractatu habito inter nos, & ipſum de filia ſua ducenda in uxorem, ad præſens de conſilio noſtro reſpondimus quod, ſi infra unum menſem, à die Paſchæ, anno Regni noſtri decimo nono, miſerit ad nos prædictus Comes Nuncios ſuos, fide dignos, qui in anima ſua nobis jurent quod prædictus Comes mittet ad nos, in Angliam, prædictam filiam ſuam, ante Pentecoſten anno prædicto:

Ita quod eam ſolempniter, die Pentecoſtes, deſponſare poſſimus, & Reginam coronari faciamus, reſpectum, quem petiit, videlicet, uſque ad Feſtum Pentecoſtes, eidem Comiti conceſſimus de negotio prædicto.

Hoc quidem adjecto quod per Nuncios prædictos, qui ad nos venturi ſunt ad terminum prædictum, ſubiciat ſe Comes prædictus, per litteras patentes, juriſdictioni venerabilium patrum E. Cantuarienſis Archiepiſcopi, R. Ciceſtr. Cancellarii noſtri, & W. Karliol. Epiſcoporum, vel duorum, vel etiam unius eorum, ſi neceſſe fuerit, quod ipſum Comitem, per ſententiam excommunicationis in perſonam ſuam, & interdicti in terras ſuas, compellere poſſint, ſi forte formam prædictam non obſervaverit.

Et hoc vobis ſignificamus, ut inde certiores efficiamini: vobis mandantes & rogantes quatenus partes veſtras, quantum in vobis eſt, interponatis, quod negotium prædictum feliciter procedat.

Certi etiam ſitis quod, ſi idem Comes a forma prædicta receſſerit, omittere non poterimus quin aliter nobis provideamus.

Teſte Rege apud Rading. octavo die Aprilis.

Sub eadem forma ſcribitur Archiepiſcopo Cantuarienſi, hoc adjecto quod per fratres prædicatores poſſint ipſum compellere, &c. *ut proximo inferius.*

Item Comiti Pontivi ſub hac forma.

A.D. 1235. An. 19. H. 3.

Ibidem.

REX nobili viro & amico ſpecialiter dilecto S. Comiti Pontivi ſalutem.

Deſtinatos ad nos a latere veſtro, Bernardum de Ambian. & Petrum de Famochu. Nuncios veſtros, pro tractatu habito inter nos & vos de filia veſtra habenda in uxorem, audivimus diligenter, & vobis, ad præſens, de conſilio noſtro reſpondentes ſignificamus, &c. *ut ſupra uſque ad clauſulam illam*, quod idem Comes ſubiciat ſe juriſdictioni prædictorum E. Cantuar. R. Ciceſtr. & W. Karliol. Epiſcoporum, vel duorum, vel etiam unius eorum, quod ipſum, per ſententiam excommunicationis & interdicti in terras ſuas, per fratres prædicatores, vel fratres minores, compellere poſſint, ſi forte formam prædictam non obſervaverit.

Hoc etiam adjecto quod, ſi a prædicto die Paſchæ in unum menſem, Nuncios fide dignos, ad Regem non miſerit, ſecundum formam prædictam, Rex non expectabit ulterius, quin aliter ſibi provideat prout ſibi competentius viderit.

Teſte ut ſupra.

Littera Johannæ filiæ Comitis, de contractu matrimoniali per Papam confirmando.

A.D. 1235. An. 19. H. 3.

Ibidem. m. 4. dorſo.

HEnricus Rex Angliæ, &c. Dominæ Johannæ ſalutem.

Quoniam dilectos Clericos noſtros, Magiſtros W. de Glouceſtr. & Ricardum de Langedon, Nuncios & Procuratores noſtros ad ſedem Apoſtolicam ſpecialiter deſtinamus, ut contractus matrimonialis inter nos & vos initus auctoritate Apoſtolica confirmetur;

A.D. 1235. Hen. 3.

Dilectioni veſtræ mandamus quatenus, per prædictos Procuratores noſtros, Domino Papæ litteras veſtras patentes dirigatis, ut ipſe, de conſueta ſedis Apoſtolicæ clementia, nobiſcum ſuper dicto negotio diſpenſare dignetur, ut ſic, utriuſque noſtrum concurrente conſenſu, dictum negotium ad finem optatum facilius perducatur.

Formam autem litterarum noſtrarum Domino Papæ dirigendarum vobis præſentibus litteris mittimus intercluſam.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1235. Hen. 3.

Littera Domino Papæ ex parte dictæ Dominæ.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Ibidem.

SAnctæ paternitati veſtræ ſupplicamus humiliter & devote, quatenus matrimonium, inter Dominum Henricum Regem Angliæ illuſtrem & nos contractum, de conſueta ſedis Apoſtolicæ clementiâ dignemini confirmare.

Pro hoc autem impetrando ad pedes ſanctitatis veſtræ *tales*, &c. Procuratores noſtros ſpecialiter deſtinamus. *In cujus*, &c.

Et mandatum eſt Comiti Pontivi, & ſimiliter uxori ſuæ, ſub forma ſupraſcripta, paucis mutatis, quod litteras patentes dictæ Dominæ Johannæ, quarum tranſcriptum Rex ei mittit intercluſum, Domino Papæ tranſmittant.

A.D. 1235.

De Conductu pro Rege Manniæ & Inſularum.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Pat. 19. H. 3. m. 11.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, &c. ſalutem.

Sciatis quod recepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum dilectum amicum noſtrum Olavum, Regem Manniæ & Inſularum in veniendo in Angliam ad loquendum nobiſcum, ibi morando & inde recedendo.

Et ideo vobis mandamus quod prædicto Regi & hominibus ſuis, quos ſecum duxerit in veniendo in Angliam, ibidem morando, & inde recedendo, ſicut prædictum eſt, nullum faciatis, aut fieri permittatis inpedimentum, dampnum aut gravamen.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus, duraturas uſque ad Feſtum Sancti Petri ad vincula.

Anno Regni noſtri decimo nono.

Teſte Rege apud Windeſor. decimo tertio die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Idem habet litteras de conductu, ſub eadem forma, directas M. filio Geroldi, Juſticiario Hiberniæ, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis de Hibernia, duraturas uſque ad terminum prædictum, hoc adjecto; quod interim prædicto Regi, de terris & poſſeſſionibus ſuis, non faciant, aut fieri permittant dampnum, moleſtiam aut gravamen.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1235.

De compellendo Comitem Marchiæ ad præſtandum aſſenſum ſuum Treugis cum Francia ineundis.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 5. dorſo.

REX dilectis ſibi in Chriſto Archidiacono Cantuarienſi, & Magiſtris P. de Columpna, & Hugoni Piſan Canonicis, in Francia commorantibus, ſalutem.

Quamvis mandatum Apoſtolicum vobis directum, ſine cauſæ cognitione, jure poſſitis exequi, compellendo per cenſuram Eccleſiaſticam, monitione præmiſſa, Comitem Marchiæ ad præſtandum aſſenſum ſuum treugis, ineundis inter Regem Franciæ, & nos, nec eſſet neceſſe facere nos partem in præfato negotio;

Ex habundanti tamen dilectos nobis in Chriſto, Abbatem Sanctæ Radegund. & fratrem Henricum Canonicum ſuum, Procuratores noſtros conſtituimus, gratum & ratum habituri quicquid idem Abbas & Canonicus, vel eorum alter (ſi reliquus non interſit) in præfato negotio treugarum, quatenus nos contingit,

A.D. 1235.

A.D. 1235. Hen. 3.

tingit, contra prædictum Comitem Marchiæ, vel quoſcunque alios, prædictarum treugarum impeditores, coram vobis, mediante juſtitia, duxerit faciendum.

Teſte Rege apud Weſtm. primo die Maii.

Ejuſmodi Litteræ eiſdem.

A.D. 1235. *An.* 19. *H.* 3. *Ibidem.*

REX eiſdem ſalutem.

Cum ex juriſdictione, vobis a Domino Papa commiſſa, poſſitis, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam Comitem Marchiæ ad præſtandum aſſenſum ſuum treugis, inter Regem Franciæ & nos ineundis compellere: Et noſtrâ interſit eidem Comiti, vel quibuſcumque aliis, volentibus prædictas treugas impedire, nos opponere;

Non valentes dicto negotio, quatenus nos contingit, perſonaliter intereſſe, nos dilectos nobis in Chriſto Abbatem, &c. *ut ſupra in procuratione præcedenti.*

Teſte, &c.

Pro Henrico Duce Lotharingiæ, de honore de Eya cum pertinentiis.

A.D. 1235. *An.* 19. *H.* 3. *Pat.* 19. *H.* 3. *m.* 9.

REX omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus dilecto nobis Henrico Duci Lotharingiæ, quod ſi venerit ad nos in Angliam, infra unum menſem a die Sancti Michaelis, anno Regni noſtri decimo nono, nos reddemus eidem Duci Honorem de Eya cum pertinentiis ſuis, & idem Dux tunc faciet nobis inde id quod nobis facere debebit.

Et, ſi forte contingat quod ipſe præpeditus fuerit, ex cauſa rationabili, quo minus perſonaliter, ad præfatum terminum, ad nos in Angliam venire poſſit, conceſſimus ei quod mittat ad nos in Angliam, Henricum filium ſuum, cum litteris ipſius Ducis patentibus & proteſtantibus, quod prædictum Honorem ei reddamus; ita quod ipſe ſit ad nos in Anglia ad præfatum terminum, & nos eidem filio ſuo reddemus prædictum Honorem, cum pertinentiis ſuis, & idem filius faciet nobis pro ſe id quod nobis inde facere debebit.

Et, ſi aliquo caſu contingente præfatus Dux, vel prædictus filius ſuus, ad præfatum terminum, ad nos in Anglia non venerint, ex cauſa rationabili præpediti, conceſſimus eidem Duci quod, quandocumque ipſe, vel prædictus filius ſuus ad nos in Anglia poſtea venerit, citra Paſcha, anno Regni noſtri viceſimo, Nos reddemus ei, vel filio ſuo prædicto, ſi idem Dux ad nos in Angliam non venerit, prædictum Honorem, cum pertinentiis ſuis, ſecundum formam prædictam.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Sandwicum, ſeptimo die Maii.

Pro Rege Navarræ.

A.D. 1235. *An.* 19. *H.* 3. *Clauſ.* 19. *H.* 3. *p.* 2. *m.* 4.

NOS Henricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c.

Notum facimus univerſis, præſentes litteras inſpecturis, quod nos de Regno noſtro Angliæ, & de terris noſtris Waſconiæ & Pictaviæ; & de hominibus ejuſdem Regni Angliæ, & terrarum prædictarum, aſſecuramus dilectum conſanguineum noſtrum Theobald. eadem gratia, illuſtrem Regem Navarræ, Campaniæ & Briæ Comitem Palatinum, & homines ſuos, ac res eorum, uſque ad unum annum, poſtquam prædicta aſſecuratio ex parte noſtra ei dicetur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Mereton, ſecundo die Junii.

Littera Comiti Sabaudiæ de matrimonio cum Alianora, filia Raymundi Comitis Provinciæ, nepte ejus, contrahendo.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 4. dorſo.

HEnricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. amico ſuo kariſſimo nobili viro, A. Sabaudiæ, & Marchioni Italiæ, ſalutem.

Gratam nimis & acceptam habentes voluntatem, quæ nos inducit ad fœdus amicitiæ inter nos & vos ineundum, ſicut inter prædeceſſores noſtros & veſtros mutuus ſemper extitit dilectionis affectus, ſinceritatem veſtram inde copioſa proſequimur gratiarum actione; cupientes, quantum in nobis eſt, quòd contracta dudum inter progenitores noſtros, amicitia noſtris non deficiat temporibus, ſet potius ſuſcipiat incrementum.

Verum cum nuper inter nos & vos tractatus haberetur de filia Nobilis viri Comitis Provinciæ, nepte veſtra, ducenda in uxorem, de matrimonio inter nos contrahendo fueramus tunc præpediti, eo quod in filiam cujuſdam nobilis conſenſimus per verba de præſenti, & ipſa mutuum in nos conſenſum præſtitit per procuratorem ſuum, ad hoc ſpecialiter conſtitutum, ſacramento corporaliter hinc inde præſtito.

Set audivimus poſtea tale ſubeſſe impedimentum, licet tempore contractus id penitus ignoraſſemus, quod incerti ſumus utrum poſſit inter nos matrimonium prædictum conſummari.

Cum igitur, per matrimonii vinculum potius, quàm per alium amicitiæ contractum, affectemus vobis confœderari, rogandos vos duximus quatinus de prædicta nepte veſtra, alii matrimonialiter copulandâ, uſque ad terminum, quem dilectus nobis prior de Hurl. quem ad vos ſpecialiter deſtinamus, ex parte noſtrâ vobis exponet, ſuſtinere velitis.

Quia, ſi non liceat ad prædicti matrimonii conſummationem procedere, voluntas noſtra eſt cum prædicta nepte veſtra libentiùs, quam cum aliqua aliâ matrimonium contrahere.

Teſte Rege apud Wodeſtok. viceſimo ſecundo die Junii, anno Regni, &c. 19.

Eodem modo ſcribitur W. Valenſ. Eccleſiæ Electo.

De Conductu Ducis Norwagiæ.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Pat. 19. H. 3. m. 7.

DUX Norwagiæ habet litteras de conductu de veniendo in Angliam, cauſa peregrinationis verſus Terram ſanctam, & ibi morando, & inde tranſeundo verſus Terram ſanctam, & de Terra ſancta redeundo; Duraturas uſque ad Feſtum Sancti Michaelis, anno Regni Regis viceſimo.

Teſte Rege apud Wudeſtoke, viceſimo ſecundo die Junii, anno *Regni noſtri* decimo nono.

Pro Rege Manniæ, de cuſtodienda Coſtera Hyberniæ.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Pat. 19. H. 3. m. 6.

REX dilecto & fideli ſuo M. filio Geroldi, Juſticiario ſuo Hiberniæ ſalutem.

Sciatis nos dediſſe, & Cartâ noſtrâ confirmaſſe dilecto & fideli noſtro Olavo, Regi Manniæ & Inſularum, pro homagio ſuo & ſervitio cuſtodiendi, ad cuſtum ſuum, Coſteram Maris Angliæ verſus Hiberniam, & verſus Inſulam de Mannia, & ſimiliter Coſteram Maris Hiberniæ verſus Angliam, & verſus prædictam Inſulam de Man. ne dampnum prædictis terris noſtris Angliæ & Hiberniæ, pro poſſe ſuo, per Mare in Coſteris illis poſſit evenire, quadraginta Marcas, & centum Crannocos frumenti, & quinque dolia vini, ſingulis annis percipienda in terra noſtra Hiberniæ, ad terminum Paſchæ, per manus Juſticiarii noſtri Hiberniæ, quamdiu prædictus Rex Manniæ bene & fideliter nobis ſervierit, prædictas Coſteras cuſtodiendo.

A.D. 1235.
Hen. 3.

Et ideo vobis mandamus quod prædictas quadraginta Marcas, & prædictos centum Crannocos frumenti, & prædicta quinque dolia vini, ſingulis annis ei habere faciatis, ſicut prædictum eſt; incipientes primum terminum ad Paſcha

A.D. 1235.
Hen. 3.

proximò venturum, anno Regni noſtri 20.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras patentes vobis mittimus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, undecimo die Julii.

De negotio matrimonii cum filia Comitis Pontivi.

A.D. 1235.
An. 19. *H.* 3.
Clauſ. 19. *H.* 3. *p.* 2. *m.* 4. *dorſ.*

REX Magiſtro R. de Langedon. Archidiacono Stafford. & Willielmo de Glouceſtr. ſalutem.

Quia conſilio noſtro, cui fidem adhibere tenemur, utile nimis videtur & expediens, quod negotium illud, de diſpenſatione impetranda, quod matrimonium conſummari poſſit inter nos, & primogenitam filiam Comitis Pontivi, ſuſpendatur ad præſens;

Vobis mandamus in fide, qua nobis tenemini, quatinus nullo modo negotium illud Domino Papæ, vel alicui

A.D. 1235.

Cardinali; vel etiam alicui viventi reveletis, vel mentionem aliquam inde faciatis; donec ſpecialem Nuncium noſtrum, propter hæc & alia negotia noſtra, ad vos miſerimus.

Si vero perpendere poſſitis, quamdiu in Curia ſteteritis, quod aliquid debeat contra conſilium noſtrum impetrari; impetrantibus, pro poſſe veſtro, vos opponatis, & indempnitati noſtræ, quantum in vobis eſt, proſpiciatis.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Julii.

De Treugis cum Francia hinc inde jurandis.

A.D. 1235.
An. 19. *H.* 3.
Pat. 19. *H.* 3. *n.* 4.

DOmino ſuo, quando ei placuerit, Lodovico Regi Franciæ illuſtri, Henricus eadem gratiâ Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Serenitati veſtræ ſignificamus quod aſſignavimus dilectos & fideles noſtros, Magiſtrum Spinonem de Langeton Archidiaconum Cantuarienſem, Fulconem Baſſet Præpoſitum Beverlacenſem, & Magiſtrum Alexandrum de Hal. Archidiaconum Coventrenſem, ad recipiendum eorum ſacramentum, qui jurabunt quod, pro poſſe ſuo, vos inducent ad treugas, inter vos & nos captas, firmiter obſervandas, quos, ſi placet, ad hoc recipiatis.

A.D. 1235.

Teſte Rege apud Waltham, viceſimo quinto die Auguſti.

Et mandatum eſt prædicto Archidiacono Cantuar. per litteras clauſas, quod placeret Regi quod Robertus, frater Regis Franciæ, Comes Marchiæ, Comes de Sancto Paulo, & Johannes de Bello Monte jurent, quod inducent Regem Franciæ, pro poſſe ſuo, quod treugas firmiter obſervabit.

De octingentis Libris Turonenſ. Comiti Marchiæ ſolvendis occaſione Inſulæ de Olerone.

A.D. 1235.
An. 19. *H.* 3.
Pat. 19. *H.* 3. *n.* 4.

REX omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Noveritis nos & Hæredes noſtros teneri fratri Roberto, Magiſtro Militiæ Templi in Anglia, & fratribus ejuſdem domus, ad ſolutionem ducentarum librarum bonorum & legalium ſterlingorum, pro octingentis libris Turonenſ. quolibet anno, a Feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ, anno Regni noſtri decimo nono, uſque in quinque annos ſequentes completos (per quos annos treugæ, captæ

A.D. 1235.

inter Regnum Franciæ & Regnum noſtrum Angliæ, per Lodowicum Regem Franciæ, & nos, durare debent.)

Quam quidem ſolutionem eiſdem Magiſtro, & fratribus Militiæ Templi fieri volumus per nos, & hæredes noſtros London. apud Novum Templum, per manus ſubſcriptorum attornatorum noſtrorum, quos ad dictam ſolutionem faciendam eiſdem Magiſtro & fratribus aſſignavimus.

A.D. 1235. Hen. 3.

De quibus ducentis libris prædicti Magiſter, & fratres, nos, & hæredes noſtros acquietabunt, quolibet prædictorum annorum, Pariſius in domo Templi pro prædictis octingentis libris Turonenſ. ſcilicet de centum libris in Feſto omnium Sanctorum, & de centum libris in Feſto Aſcenſionis Domini, verſus Comitem Marchiæ:

Quas quidem prædicto Comiti, vel ſuis attornatis ſolvi volumus, pro nobis & hæredibus noſtris, ibidem prædictis terminis, pro octingentis libris Turonenſ. in quibus eidem Comiti tenemur, occaſione Inſulæ Oleronis, quam in manu noſtra tenemus: quam quidem Inſulam idem Comes petebat verſus nos in captione prædictarum treugarum.

A.D. 1235. Hen. 3.

Nos autem ad hanc ſolutionem annuam prædictarum ducentarum librarum prædictis Magiſtro, & fratribus, prout præmiſſum eſt, attornavimus dilectum & fidelem noſtrum ſubſcriptum, videlicet venerabilem patrem R. Dei gratia Ciceſtrenſem Epiſcopum, Cancellarium noſtrum, ad ſolvendum eiſdem apud Novum Templum London, &c.

Littera Comiti Provinciæ, de negotio matrimonii contrahendi cum Alienora filia ſua.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 3. dorſo.

REX dilecto amico ſuo nobili viro Raimundo Comiti Provinc. ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Amicitiam veſtram copioſa proſequimur gratiarum actione quod, ad inſtantiam noſtram, Maritagium filiæ veſtræ differre voluiſtis uſque ad Feſtum Sancti Martini, quod per dilectos noſtros R. Priorem de Hurl. & Johannem de Gateſdan Clericum nobis ſignificâſtis; vobis ſignificantes quod, audito reſponſo veſtro, incontinenti ad nos vocari fecimus Archiepiſcopos, & quoſdam Epiſcopos, & alios de Magnatibus noſtris, quibus voluntatem noſtram expoſuimus, quam habemus de filia veſtra modis omnibus ducenda in uxorem; & ipſi, propoſito noſtro bene contenti, ad hoc conſenſerunt poſt habitam inde debitam deliberationem.

Nos igitur, auctore Domino, prædictam filiam veſtram, pro noſtra nobis dandam, volentes ducere in uxorem, vobis ſignificamus quod miſſuri ſumus ad vos ſolempnes Nuncios noſtros, qui erunt, ad inſtans Feſtum Sancti Andreæ, apud Vyonun. in occurſum veſtrum, & prædictæ filiæ veſtræ, & amicorum veſtrorum, cum plena poteſtate conſummandi negotium prædictum, ac contrahendi matrimonium, per verba de præſenti, inter nos & prædictam filiam veſtram, ac ſi præſentes fuiſſemus.

A.D. 1235.

Vos igitur rogamus attentius, quatinus interim ſufficienter vobis provideritis, ut, ad terminum prædictum, & loco præfixo, prædictis Nunciis noſtris occurrere poſſitis, etiam cum filia veſtra, & amicis veſtris prædictis, parati negotium prædictum fæliciter conſummare; & ipſam filiam veſtram præfatis Nunciis noſtris liberare, qui eam, ſicut decet, honorifice ad nos ſecum abducant.

Teſte Rege apud Windeſor. decimo die Octobris.

Littera Comitiſſæ Provinciæ ſuper re eadem.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Ibidem.

REX dilectæ ſuæ Beatrici Comitiſſæ Provinciæ ſalutem cum dilectione ſincera.

Quod vobis & nobili viro, Comiti Provinciæ, Domino veſtro, placuit Maritagium filiæ veſtræ differre, ad inſtantiam noſtram, uſque ad Feſtum Sancti Martini, ſicut retulerunt nobis dilecti noſtri R. Prior de Hurl. & Johames de Gatteſden Clericus ex parte veſtra, eſt de quo copioſas dilectioni veſtræ referimus gratiarum actiones.

A.D. 1235.

Scire vos cupientes quod, audito reſponſo veſtro, ad nos vocari fecimus incontinenti Archiepiſcopos, & quoſdam Epiſcopos, & alios de Magnatibus noſtris, quibus voluntatem noſtram expoſuimus, quam habemus de filia veſtra, modis omnibus, ducenda in uxorem. *Et cætera fere ut ſupra in aliis litteris,*

Scribitur etiam Electo Valent. regratiando ei quod partes ſuas voluit interponere verſus prædictum Comitem Provinciæ, A.D. 1235. Hen. 3. *vinciæ, quod differret prædictum matrimonium uſque ad terminum prædictum, & quod confœderatio Regis pluſquam alterius ei placuit.*

Item Scribitur de eadem materia A. Comiti Sabaud. A.D. 1235. Hen. 3.

De cauſa Matrimonii, inter Comitem Marchiæ & Iſabellam Reginam Angliæ contracti, ſuſpendenda.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 3. dorſo.

REX venerabilibus in Chriſto patribus Archiepiſcopo Turonenſi, Epiſcopo Carnoten. & Magiſtro P. de Columpna Canonico Carnoten. ſalutem.

Sciatis quod, ad petitionem Nobilis viri Hugonis Comitis Marchiæ & Ingoliſmi, & Dominæ matris noſtræ Iſabellæ Reginæ Angliæ, uxoris ſuæ, conceſſimus eis quod cognitio cauſæ, vobis commiſſæ a Domino Papa, de matrimonio inter eos contracto teneatur in ſuſpenſo, quamdiu treugæ captæ inter Regem Franciæ & nos duraverint; videlicet a feſto aſſumptionis beatæ Mariæ anno gratiæ 1235 in quinque annos, ſi per tantum tempus duraverint.

Et ideo vobis mandamus rogantes quatenus cognitioni ejuſdem cauſæ interim ſuperſedere, & eam interim in ſuſpenſo tenere velitis, ſi treugæ prædictæ per tantum tempus duraverint.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras vobis mittimus patentes.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 14 die Octobris, anno, &c. 19.

De Articulis Matrimonii, inter Regem & filium Comitis Provinciæ.

A.D. 1235. An. 19. H. 3. Clauſ. 13. H. 3. p. 2. m. 3.

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, &c. omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Ad omnium notitiam voluimus pervenire quod nos, de aſſenſu Magnatum & fidelium noſtrorum, acceptavimus ducere in uxorem legitimam, Alienoram, filium Nobilis viri Raymundi, Comitis Provinciæ.

Ad quod, diſponente Domino, feliciter conſummandum, ad prædicti Comitis præſentiam deſtinandos duximus venerabiles patres H. Elienſem, & R. Herefordenſem Epiſcopos, & fratrem R. Magiſtrum Milit. Templi in Anglia, & fratrem G. Elimoſinarium noſtrum, & dilectos & fideles noſtros Johannem filium Philippi Seneſcallum noſtrum, & Robertum de Mucegros.

Inter quos, prædictos fideles noſtros Johannem filium Philippi Seneſcallum noſtrum, & Robertum Mucegros, Procuratores noſtros legitimos ſtatuimus, quibus plenam concedimus poteſtatem, & ſpeciale mandatum, ut conſenſum Domicellæ ſupradictæ in nos, per verba de præſenti, recipiant; & quod in eam, nomine noſtro, per verba de præſenti conſentiant.

Speciale mandatum nihilominus eiſdem Johanni & Roberto conferentes ut, in nomine noſtro, & in anima noſtra, jurent quod nos eandem Domicellam in uxorem legitimam ducere debeamus, & ipſam in facie Eccleſiæ ſolempniter deſponſare, & quod nos eam regali honore & affectione maritali tractemus.

Quod etiam jusjurandum prædictis Epiſcopis, & Magiſtro Militiæ Templi in Anglia, & fratri G. Elemoſinario noſtro, commiſimus faciendum; ita quod, ſi contingeret ipſos, vel aliquos eorum, ſimul cum præfatis procuratoribus, ad Comitem prædictum non pervenire; vel ipſos vel aliquos eorum morte præripi, vel qualitercumque aliter eorum tranſitum impediri;

Nichilominus prænominati procuratores noſtri, Johannes & Robertus, cum illis, qui cum ipſis ad Comitem prædictum venerint; vel etiam ipſi procuratores noſtri tantummodo; vel alter illorum, auctoritate noſtra fretus, ſi ambo illuc non pervenerint, prædicta omnia ſecurè & liberè valeant conſummare, & Domicellam antedictam recipere, cum nunciis Comitis præfati, ad præſentiam noſtram fælicibus auſpiciis deducendam.

A.D. 1235. Hen. 3.

Concedimus igitur antedictis procuratoribus plenam auctoritatem, & ſpeciale mandatum ut, eidem Domicellæ, de conſilio prædictorum Epiſcoporum, & Magiſtri Militiæ Templi, & fratris G. nomine noſtro, in dotem conſtituant Civitates, terras & tenementa, quæ conſueverunt aliis Reginis Angliæ aſſignari in dotem ab aliis Regibus prædeceſſoribus noſtris.

Et, ſi contingat quod Iſabella, Regina Angliæ mater noſtra, nos ſupervixerit, & dotem ſuam ei aſſignatam recuperaverit, prædicti procuratores noſtri, de conſilio prædictorum Epiſcoporum, & Magiſtri Militiæ Templi, & fratris G. aſſignent prædictæ Alianoræ, uxori noſtræ futuræ, Burgos & Villas ſubſcriptas.

Videlicet Burgos de Glouceſtria, Cantebrigia & Huntindonia: & Villas de Wych. Baſingeſtok, Andeur. Chiltham, Gumeceſtr. Clyne, Kingeſton, Oſſpring. & Ludingland, tenendas nomine dotis toto tempore prædictæ Iſabellæ Reginæ matris noſtræ.

Et, poſt mortem ejuſdem matris noſtræ, habeat prædicta Alienora, uxor noſtra futura, dotem illam, quam prædicta mater noſtra tenuit; & prædictæ terræ, ei aſſignatæ interim, nomine dotis, ad hæredes noſtros liberè & quiete revertantur.

Et, ſi forte prædicti Burgi, & prædictæ Villæ non ſufficiunt ad valentiam dotis prædictæ matri noſtræ aſſignatæ, hæredes noſtri plenarie eis ſupplebunt in aliis terris, ei aſſignandis.

Concedimus etiam præfatis procuratoribus plenam auctoritatem, & ſpeciale mandatum quod ipſam Domicellam, de conſilio prædictorum Epiſcoporum, & Magiſtri Militiæ Templi, & fratris G. de omnibus hiis, nomine noſtro, auctoritate præſentium, debeant inveſtire; quam etiam dotem nos, die nuptiarum noſtrarum, prout eſt juris & moris, prænominatæ Domicellæ Alienoræ, uxori noſtræ futuræ, promittimus ſpecialiter aſſignare, & Cartam ei exinde facere, pendenti ſigillo noſtro communitam.

A.D. 1235. Hen. 3.

Plenariam etiam ſæpedictis procuratoribus contulimus poteſtatem, & ſpeciale mandatum de pecunia, nobis danda cum Domicella ſupradicta de conſilio prædictorum Epiſcoporum, Magiſtri Militiæ Templi, & fratris G. cum Comite præfato pacta & conventiones inire: ut tamen non ſint minori quantitate contenti in promiſſione pecuniæ prædictæ, quam eiſdem procuratoribus noſtris injunximus.

Et poteſtatem contulimus, per litteras noſtras patentes, quas inde eis fieri fecimus, ſuper quibus, videlicet, locis & terminis ſtatuendis ſuper ſolutione facienda pecuniæ, quæ ad ſolvendum remanſerit;

Et de recipiendis proinde cautionibus quas ſufficientes nobis iidem procuratores & idoneas reputabunt, de conſilio prædictorum fidelium noſtrorum, ſibi plenam auctoritatem contulimus, & ſpeciale mandatum.

Illud etiam, quod, præ manibus, in adventu Domicellæ ſupradictæ, uxoris noſtræ futuræ, ſolvendum erit, eiſdem procuratoribus volumus aſſignari ad nos deferendum.

Super quibus omnibus & ſingulis, ut eſt dictum, præfatos Johannem & Robertum procuratores noſtros ſtatuimus; adicientes quod, ſi articulus aliquis inexcogitatus emerſerit, ſuper quo ſpeciale mandatum eiſdem procuratoribus non contulerimus, per præſentes litteras eoſdem in emergentibus procuratores ſtatuimus generales.

Dantes eiſdem generalem & liberam poteſtatem ſic omnia, nomine noſtro, facere ac ſi eſſent ſpeciale mandatum, ſuper emergentibus ſingulis, a nobis conſecuti; promittentes ſic omnia & ſupradicta ſingula rata & inconcuſſa ſervare, ac ſi a nobis perſonaliter promiſſa exiſterent & firmata.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 15 die Octobris, anno, &c. 19.

Litera de Credentia Comiti Provinciæ.

A.D. 1235.
An. 20. H. 3.
Clauſ. 19. H. 3. m. 3. dorſo.

REX nobili viro Raymundo Comiti Provinciæ ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Cum venerabiles patres H. Elien. & R. Hereford. Epiſcopos, & dilectos fideles noſtros fratrem R. Magiſtrum Militiæ Templi in Anglia, & fratrem G. Elemoſinarium noſtrum, & Johannem filium Philippi Seneſcallum noſtrum, & Robertum de Mucegros, de quorum fidelitate plene confidimus, de latere noſtro ad veſtram præſentiam deſtinavimus ad tractandum vobiſcum de Matrimonio, inter nos, & Alyenoram filiam veſtram, contrahendo, & feliciter, Deo dante, conſummando;

A.D. 1235.

A.D. 1235.
Hen. 3.

Amicitiam veſtram præſentibus exoramus, quatinus dictis eorum in hiis quæ prædictum negotium contingunt, fidem omnimodam adhibentes, quicquid vobis dixerint, quicquid vobiſcum tractaverint, ſive firmaverint, ſecundum quod in aliis litteris noſtris generalibus, de eodem negotio confectis, & quas prædictus Johannes & Robertus, procuratores ejuſdem negotii, inde habent, plenius continetur, ſic indubitanter credere & complere velitis, ac ſi nobiſcum ea præſentialiter tractata exiſterent & firmata.

A.D. 1235.
Hen. 3.

Eodem modo ſcribitur Beatrici Comitiſſæ Provinc.

Poteſtas data procuratoribus de pecunia recipienda.

A.D. 1235.
An. 19. H. 3.
m. 3.

REX omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod poteſtatem dedimus dilectis & fidelibus noſtris, Johanni filio Philippi Seneſcallo noſtro, & Roberto de Mucegros, procuratoribus noſtris, conſtitutis a nobis ad tractandum cum Nobili viro Raymundo Comite Provinciæ, de Matrimonio contrahendo inter nos & Alyenoram filiam ſuam, vel alteri illorum, ſi ambo præſentes non fuerint, recipiendi, de conſilio venerabilium Patrum, H. Elyen. & R. Hereford. Epiſcoporum, & dilectorum nobis fratris R. Magiſtri Militiæ Templi in Anglia, & fratris G. Elemoſinarii noſtri, à prædicto Comite viginti millia Marcarum, cum prædicta Alyenora, ſi eam duxerimus in uxorem. In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fecimus Patentes.

A.D. 1235.

Teſte Rege apud Windſor. 11 die Octobris, anno, &c. 19.

Conſimiles literæ fiunt
15000
10000
7000
5000
3000
Marcarum.

Teſte ut ſupra,

Inſtructio privata de Matrimonio prædicto.

A.D. 1235.
An. 19. H. 3.
Ibidem.

REX Venerabilibus Patribus, eadem gratiâ, H. Elyen. & R. Hereford. Epiſcopis, & dilectis & fidelibus ſuis fratri R. Magiſtro Militiæ Templi in Anglia, fratri G. Elemoſinario ſuo, Johanni filio Philippi & Roberto de Mucegros ſalutem.

Mandamus vobis præcipientes quatinus, ſi ſecundum formam expreſſam in litteris noſtris Patentibus, quas penes vos habetis, Alianoram filiam Nobilis viri Raymundi Comitis Provinciæ ad nos in Anglia vobiſcum adducere non poteritis, nobis matrimonialiter copulandam;

A.D. 1235.

Tunc, præter omnem formam, in litteris prædictis contentam, ſine qualibet ſolutione pecuniæ, nobis faciendæ, ipſam recipiatis; & vobiſcum ſalvo & ſecure ad nos in Anglia adducatis.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 19 die Octobris.

De Procuratore per Imperatorem deſtinato ſuper Matrimonio cum Iſabella ſorore Regis.

A.D. 1235.
An. 19. H. 3.
Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 6.

FREdericus Dei gratia, &c. omnibus, præſentes litteras inſpecturis fidelibus & amicis ſuis, ſalutem, & omnem benevolentiam.

Matrimoniorum ſacra ſolempnia ex inſtitutione divina induxit neceſſitas, & utilitas approbavit.

Neceſſario enim oportebat genus humanum in ſucceſſorum propagine vivere, ne, ſublatione præſentium, perpetuo caſui ſubjaceret:

A.D. 1235.

Copulam & maritalem per ornamenta ſolempnium & Eccleſiaſtici Sacramenti utilitas evidens perſuaſit, ut, per hoc, conjunctionem ſanctam & licitam ab illicita ſegregaret.

A.D. 1235.
Hen. 3.

Noverit igitur præſentium multitudo quod nos, ad tractatum & ordinationem kariſſimi patris noſtri, Domini Gregorii, Dei gratiâ, ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummi Pontificis, acceptavimus ducere in uxorem legitimam Iſabellam ſororem illuſtris Regis Angliæ kariſſimi amici noſtri.

Ad quod, diſponente Domino, feliciter conſummandum, ad prædicti Regis præſentiam deſtinandum duximus Magiſtrum Petrum de Vinea, magnæ Curiæ noſtræ Judicem, & fidelem noſtrum, quem non immerito nobis acceptum fides & induſtria reddiderunt:

Eundem Nuncium & Procuratorem noſtrum legitimum ſtatuentes; cui plenam concedimus poteſtatem & ſpeciale mandatum, ut conſenſum Dominæ ſupradictæ in nos, per verba de præſenti, recipiat; & quod in eam, nomine noſtro, per verba de præſenti conſentiat.

Speciale mandatum nihilominus eidem Judici conferentes ut, nomine noſtro, & in anima noſtra, juret quod nos eandem Dominam in uxorem legitimam ducere debeamus, & ipſam in facie Eccleſiæ ſolempniter deſponſare, & quod nos eam Imperiali honore, & affectione maritali tractemus.

Quod etiam juſjurandum dilecto Principi & fideli noſtro, H. venerabili Archiepiſcopo Colon. commiſimus faciendum; ita quod ſi contingeret ipſum Archiepiſcopum, ſimul cum præfato Judice, in Anglia non tranſire, vel ipſum etiam morte præripi, vel qualitercumque aliter ejus tranſitum impediri, nihilominus prænominatus Judex, ſolus auctoritate noſtra fretus, prædicta omnia ſecurè & liberè valeat conſummare, & Dominam antedictam recipere cum Nunciis Regis præfati, aſſociato ſibi aliquo de Principibus vel Prælatis Imperii fidelibus noſtris, quem ipſe ad hoc velut idoneum eligendum duxerit, ad præſentiam noſtram fælicibus auſpiciis deducendam.

Concedimus etiam antedicto Judici plenam auctoritatem & ſpeciale mandatum, ut eidem Dominæ, nomine noſtro, in dodarium conſtituat Vallem Mazariæ, cum Civitatibus, Caſtris, & Villis, tenementis, terris cultis & incultis, aquarum decurſibus, & cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis: Necnon & honorem Montis Sancti Angl. ſimiliter cum omnibus Civitatibus, Caſtris & Villis, tenementis, terris cultis & incultis, aquarum decurſibus, & pertinentiis ſuis, prout aliæ Reginæ Sicyliæ utrumque Dodarium integre habere conſueverunt.

Et ut præfatus Judex ipſam Dominam de hiis omnibus, nomine noſtro, auctoritate præſentium debeat inveſtire; quæ etiam dodaria nos, die nuptiarum noſtrarum, prout eſt juris & moris, prænominatæ Dominæ Iſabellæ, futuræ uxori noſtræ, promittimus ſpecialiter aſſignare, & privilegium ſibi exinde facere, pendenti bulla aurea communitum, typario noſtræ majeſtatis impreſſa.

A.D. 1235.
Hen. 3.

Plenariam etiam ſæpedicto Judici contulimus poteſtatem & ſpeciale mandatum de dotibus, nobis dandis pro Dominâ ſupradicta, cum Rege præfato pacta & conventiones inire; vel acceptare conventionem primam, quæ per fratrem G. de Merk, & eundem Judicem, dudum Nuncios noſtros ad hoc ſpecialiter deſtinatos, cum Rege præfato inita fuerant, & per noſtram celſitudinem confirmata; vel ut, intercedente novatione ſolempni, priſtina obligatio perimatur.

Ut tamen non ſit minori quantitate contentus, in promiſſione dotium prædictarum, quam triginta millium Marcarum argenti, ſolvendarum nobis, aut certis Nunciis noſtris, per loca & terminos, prout prænominatus Judex duxerit ſtatuendum.

Super quibus videlicet, de locis & terminis ſtatuendis, ſuper ſolutione facienda dotium quæ ad ſolvendum remanſerint; & de recipiendis proinde cautionibus, quas ſufficientes nobis idem Judex & idoneas reputabit, ſibi plenam auctoritatem contulimus & ſpeciale mandatum.

Illud etiam quod præ manibus, in adventu Dominæ ſupradictæ, futuræ uxoris noſtræ, ſolvendum erit, eidem Judici volumus aſſignari, ad nos, deductis expenſis, quas pro Domina ſupradicta faciendas viderit, deferendum.

Super dotibus etiam reſtituendis à Succeſſoribus noſtris; ſi caſus acciderit quod nos antedictæ uxori noſtræ, non ſuſceptis ex ea liberis, præmori forte contigerit, antedicto Judici plenum & ſpeciale mandatum contulimus, ut eidem Regi, nomine noſtro promittat, & in anima noſtra juret quod dotes ipſas, in eventum caſus prædicti, Succeſſores noſtri eidem Dominæ, vel Regi prædicto ſtipulanti, vel Succeſſoribus eorum reſtituere integre teneantur.

Super quibus omnibus & ſingulis, ut eſt dictum, præfatum Judicem Nuncium & Procuratorem ſtatuimus; adicientes quod, ſi articulus aliquis inexcogitatus emerſerit, ſuper quo ſpeciale mandatum eidem Judici non contulerimus, per præſentes eundem in emergentibus Procuratorem ſtatuimus generalem.

Dantes eidem generalem & liberam poteſtatem ſic omnia nomine noſtro fa-

A.D. 1235. Hen. 3. cere, ac ſi eſſet ſpeciale mandatum ſuper emergentibus ſingulis à noſtra celſitudine conſecutus; promittentes ſic omnia & ſupradicta ſingula rata & inconcuſſa ſervare, ac ſi à nobis perſonaliter & præſentialiter promiſſa exiſterent & firmata. A.D. 1235. Hen. 3.

Data Foge, anno Domini 1234. 15 menſis Novembris, octava Indictione.

Bulla Regi de ſorore Imperatori in Uxorem tradenda.

A.D. 1235. An. 20. H. 3. *Ex Autogr. In Turre London.*

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quæ tuæ Celſitudinis reſpiciant incrementum, libenter tibi facienda ſuggerimus, & eadem per nos ipſos oportuno tempore procuramus.

Hinc eſt quod, cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Fredericus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex illuſtris, pro dudum tractato & firmato, ſicut dicitur, matrimonio inter te & ipſum, de dilecta in Chriſto filia Iſabella, ſorore tua illuſtri, feliciter conſummando; ac pro ipſa, ducè Chriſto, ad eundem, abdicato tarditatis ſpatio, deducenda, juxta conſilium noſtrum, ad tuam præſentiam ſollempnes Nuncios duxerit deſtinandos; A.D. 1235.

Sublimitati tuæ bona fide conſulimus, & attente rogamus quatenus, prudenter advertens quid tibi, & regno tuo utilitatis proferat, & honoris, cum principe terræ Regibus præeminenti contrahere parentelam, tanti complemento negotii finem tribuas; affectatam diligentiam habiturus ut à re, tam honorabili, tam ſalubri, nullius averti ſiniſtro conſilio te patiaris.

Cæterum, memoratos Nuncios hilari vultu recipiens, & honore pertractans, qui tibi competat, & mittenti, eorum verbis, quæ ſuper hiis tuæ celſitudini proponenda duxerint, fidei plenitudinem largiaris.

Dat. Peruſii Non. Decembr. Pontificatus noſtri anno octavo.

De Conductu Regis Scotiæ.

A.D. 1235. An. 20. H. 3. Pat. 20. H. 3. m. 13.

REX ſuſcepit in ſalvum & ſecurum conductum ſuum Alexandrum Regem Scotiæ, & Johannam uxorem ejus, & omnes illos, quos ſecum ducent in veniendo ad Regem uſque London. ad loquendum cum Rege, & ibidem morando, & inde redeundo.

Et mandatum eſt omnibus Ballivis, &c. quod prædicto Regi & Reginæ, vel ſuis, quos ſecum ducent in veniendo uſque London. vel ibidem morando, vel inde redeundo, nullum faciant, vel fieri permittant dampnum, gravamen vel impedimentum. A.D. 1235.

Et, ſi quid eis fuerit foriſfactum, &c.

Teſte Rege apud Brunmor. 8 die Decembris.

De Adventu Regis Scotiæ cum Uxore ſua in Angliam.

A.D. 1235. An. 20. H. 3. Clauſ. 20. H. 3. m. 22. d.

REX Venerabili Patri in Chriſto Willielmo eàdem gratià Eborum Archiepiſcopo, Angliæ Primati, ſalutem.

Cum habeamus in conſtanti propoſito, in Octabis Sancti Hillarii, anno *Regni noſtri* 20. vos & cæteros fideles noſtros convocare apud London. pro quibuſdam negotiis noſtris arduis, noſtrum & Regni noſtri ſtatum tangentibus, recenter emerſis; & inter cætera fideles noſtros cupimus ad eundem terminum habere præſentiam dilecti fratris & fidelis noſtri Alexandri Regis Scotiæ, ſimul & kariſſimæ ſororis noſtræ Johannæ Reginæ Scotiæ uxoris ſuæ, quos ſine ſolempni conductu, ſicut nec deceret, ſcimus ad nos nullo modo accedere. A.D. 1235.

Paternitatem veſtram rogamus attentius quatenus, ſicut nos & honorem noſtrum diligitis, optentu petitionis noſtræ, ad diem & locum, quos dilectus & fidelis

lis

A.D. 1235. Hen. 3.

lis noſter Barthuſ. Pech. quem ad prædictum Regem, pro ipſo rogando ut, cum prædictâ ſorore noſtra, ad nos accedere dignetur, deſtinavimus, vobis ſcire faciet;

Una cum venerabili patre R. Dunelm. Epiſcopo, & dilectis & fidelibus noſtris Willielmo de Veſcy, Gilberto de Umfravill. Rogero Bertram, Johanne de Veteri Ponte, Ich. filio Galfridi Vicecomite noſtro Eborum, quibus id mandavimus, ſitis in occurſum prædicti Regis, & prædictæ ſororis noſtræ, parati ad ipſos ad nos uſque London. conducendos; ita quod inde Paternitati veſtræ ad copioſas teneamur gratiarum actiones.

A.D. 1235. Hen. 3.

Vos tunc, ſive prædictus Rex venire voluerit, ſive non, nullo modo omittatis, quin ad terminum prædictum ad nos veniatis ſuper prædictis negotiis nobiſcum tractaturi.

Teſte Rege apud Clarendon. 12 die Decembris.

Littera Imperatori ſuper Adventu Petri de Vinea.

A.D. 1235. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 7.

SEreniſſimo, invictiſſimo, amico ſpeciali Frederico, Dei gratiâ Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, Jeruſalem & Syciliæ Regi, Henricus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem, & ſemper augmentum cum dilectione ſincera.

Serenitatis veſtræ litteras gratè recepimus, & Magiſtrum Petrum de Vinea, Imperialis aulæ Judicem pro complendo matrimonio inter vos, & Iſabellam kariſſimam ſororem noſtram, ad noſtram præſentiam venientem hilâriter & libenter admiſimus,

A.D. 1235.

In conſummatione cujus, cum voluntate veſtra, eo libentiori voto concurrimus, quo & in hiis, & in omnibus placere vobis, ut fratri kariſſimo, libenter intendimus, &, in hoc, honori & commodo noſtro propterea credimus provideri.

Imperialem igitur magnificentiam exoramus ut, cum amodo nos & noſtra veſtris honoribus & utilitatibus liberaliter exponamus, circa nos ſimiliter affectionem veſtram efficaciter oſtendatis, ſi placet.

Teſte, &c.

Conductus pro Jurantibus in Treugam cum Francia.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Pat. 20. H. 3. m. 12. d.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum priorem Belli Montis, & Magiſtrum Willielmum de Senon. Nuncios Ludovici Regis Franciæ illuſtris, ex parte ipſius Regis, ad nos in Angliam deſtinatos, ad jurandum in animam prædicti Regis, & ad recipiendum in animam noſtram Sacramentum de treugis, inter ipſum Regem, & nos captis, fideliter obſervandis in veniendo in Anglia, ibidem morando, & inde recedendo.

A.D. 1236.

Et ideo vobis mandamus quod prædictis Priori, & Magiſtro Guilielmo, & ſuis, quos ſecum duxerint, nullum faciatis aut fieri permittatis impedimentum, dampnum, aut gravamen, quamdiu fuerint in Anglia pro negotio prædicto.

Teſte Rege apud Cantuar. 16 die Januarii.

De Treugis cum Francia captis, in quinquennium duraturis.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Pat. 20. H. 3. m. 12.

REX univerſis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Notum facimus quod nos, pro nobis & hæredibus noſtris, & hominibus & inpriſiis noſtris manifeſtis, & terris & feodis eorumdem, treugas inivimus cum Lodovico Rege Franciæ illuſtri, tàm per mare, quàm per terram, a Feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ, nuper præterito, in quinque annos duraturas, pro eodem Rege Franciæ & hæredibus ſuis, & hominibus ſuis & inpriſiis ſuis manifeſtis (inter quos nominavit Petrum Comitem Britanniæ, & Hemericum de Toarc.) & terris & feo-

A.D. 1236.

A.D. 1236. Hen. 3. dis eorumdem; exceptis illis qui ſolent habere treugas ſuas per ſe, & volunt nunc habere ſuas per ſe, & non eſſe de iſtis treugis generalibus: Sunt autem treugæ tales;

Quod, ſi in treuga fuit interceptum, de interceptione emendanda ſic erit; interceptio facta, nunciabitur dictatoribus treugæ, hinc inde conſtitutis (qui ſunt, ex parte noſtra, Reginaldus de Pontibus, & Neudradas de la Ramad; &, ex parte ipſius Regis Franciæ, Hardoynus de Mayll. Seneſcallus ſuus Pictaviæ, & Ebulo de Rupeforti; tali modo quod, ſi aliquis iſtorum noluerit, vel non potuerit hiis intereſſe vel intercedere, alius loco ſuo ponetur, per litteras patentes illius qui non potuerit vel noluerit intereſſe; ſi vero aliquis iſtorum moreretur, alius, a parte cujus eſſet dictatorum, poneretur) ita quod ſi, infra duos menſes, poſtquam forisfactum eis conſtiterit, emendatum non fuerit, extunc ille, cui forisfactum fuerit, poterit currere ſuper forisfactorem ſuum, donec plenarie fuerit emendatum, & nos, ſine nos mesfacere, poterimus juvare hominem noſtrum contra malefactorem, qui forisfactum emendare noluerit.

Et Rex Franciæ ſimiliter facere poterit in caſu conſimili.

Dominus autem malefactoris non poterit juvare malefactorem, qui forisfactum noluerit emendare, nec aliquis, qui ſit de poſſe vel Dominio ipſius Domini, donec forisfactum fuerit plenius emendatum.

Et Rex Franciæ idem facere poterit in conſimili caſu.

Nec Dominus malefactoris, nec ſui poterunt juvare malefactorem, ſicut ſupradictum eſt.

Illud etiam condictum eſt quod, ſi aliqua fortelitia, vel Caſtrum aliquod, vel perſona alicujus nobilis, durantibus treugis caperetur, vel furtive ſubtraheretur a nobis, ſive a noſtris, & duceretur, & teneretur in poſſe vel territorio noſtro, & requiſiti ſuper hoc integre non emendaremus, ſine mora ſtatim idem Rex Franciæ per ſe, vel per ſuos, ſine ſe mesfacere, ſe poterit juvare.

Nichilominus tamen Dominus Caſtri, Fortelitiæ, vel etiam nobilis capti & detenti, vel amici ipſius ſive homines, interim in omnibus aliis durantibus treugis, ad recuperationem Caſtri, Fortelitiæ, vel nobilis capti, modis omnibus, ſine ſe mesfacere, contra captorem & contra detentorem poterunt guerreare, donec plenarie eſſet emendatum.

Quod autem dictum eſt pro parte Regis Franciæ, ſi, ex parte noſtra vel noſtrorum, in Caſtro, vel Fortalitia, vel nobili capto & detento, fuerit interceptum, omnino idem concorditer eſt conceſſum pro parte noſtra; videlicet, ſi, ex parte Regis Franciæ, vel ſuorum, in Caſtro, vel Fortelitia, ſive nobili capto & detento, fuerit interceptum.

Inſuper nos, & prædictus Rex Franciæ, pro nobis, & hominibus, & inpriſiis noſtris manifeſtis, toto tempore treugarum iſtarum, erimus in eadem ſaiſina, in qua eramus illa die qua treugæ iſtæ captæ fuerunt.

Et Hugo Comes Marchiæ, & Iſabella uxor ejus, mater noſtra, & hæredes eorum, non implacitabuntur, nec vexabuntur aliquo tempore iſtarum treugarum a nobis, ſeu ab alio per nos, in foro Eccleſiaſtico, ſive Laicali.

Et, ſi aliquo modo contra prædicta vexarentur, dictus Comes, vel uxor ſua, aut hæredes eorum per nos, vel a noſtris per nos, quin remanerent in eodem ſtatu per omnia, & in eadem pace, in qua erant ipſa die in qua treugæ iſtæ captæ fuerunt, Rex Franciæ non teneretur ad prædictas treugas obſervandas.

Prædicti autem dictatores treugarum tenebuntur facere emendari omnes interceptiones, ſive a prædicto Comite, ſive ab aliis factas, pro parte ipſius Regis Franciæ, ſive pro parte noſtra, in treuga præcedenti, ſive in hac quæ capta eſt.

Nos autem has treugas, ſæpedicto Regi Franciæ, & hæredibus ſuis, a nobis bona fide firmiter obſervandas, jurari fecimus in animam noſtram, nobis præſentibus, per venerabilem patrem Willielmum Exonienſem Epiſcopum, & dilectos & fideles noſtros, Nicholaum de Nevill. Archidiaconum Bathonienſem, & Walterum de Kyrkehom Canonicum Ciceſtriæ, Clericos noſtros.

Præterea volumus & præcipimus, quod hæredes noſtri ipſas treugas jam dicto Regi Franciæ, & hæredibus ſuis obſervent; & ad eaſdem firmiter obſervandas ipſos hæredes noſtros, per præſentes litteras, quantum poſſumus, obligamus.

Actum apud Winton. anno Domini milleſimo duceteſimo triceſimo quinto, tertio die menſis Februarii.

Litteræ Ricardi Comitis Cornubiæ de Treugis prædictis.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Pat. 20. H. 3. m. 12.

OMnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem. Ricardus Comes Cornubiæ & Pictaviæ, frater Domini H. Regis Angliæ, ſalutem.

Noveritis quod nos, præſente præfato Domino Henrico, Rege Angliæ illuſtri, & præſentibus P. Priore Belli-montis, & Magiſtro Willielmo de Senon. Canonico Baiocenſi, Nunciis Domini Ludovici Regis Franciæ, tactis Sacroſanctis, juravimus quod nos ipſum Dominum noſtrum Regem Angliæ monebimus, & pro poſſe noſtro fideliter inducemus, ad obſervandam treugam, inter ipſum Dominum Regem Franciæ, & Regem noſtrum initam, ſicut in litteris patentibus ipſius Domini Regis Angliæ, ſuper eadem treuga confectis, plenius continetur. A.D. 1236.

Et quod nos ipſi eam fideliter tenebimus pro poſſe noſtro, pro nobis, & noſtris.

Actum apud Wintoniam, anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo quinto, tertia die menſis Februarii.

Conſimiles litteras fecit,

C. Mareſcallus Comes Penbroc.
J. Comes Ceſtr. Hunt,
Radulfus filius Nicholai Seneſcallus Domini Regis.

Actum ut ſupra.

Littera Regis Archiepiſcopo Auxitan. de Alienora deſponſata & coronata; necnon de Treugis tenendis cum Francia.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Claus. 20. H. 3. m. 18. d.

REX venerabili patri in Chriſto eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Auxitan. ſalutem.

Ut de communicatis vobis gaudiis & honoribus regiis gaudium paternitati veſtræ accreſcat & exultatio, notum fieri volumus dilectioni veſtræ quod, die Lunæ in Craſtino Octab. Epiphaniæ Domini, deſponſavimus apud Cantuariam Alienoram filiam Comitis Provinciæ, ſororem Reginæ Franciæ, quam die Dominica ſequenti, unà nobiſcum apud Weſtmonaſterium ſolempniter coronari fecimus.

Et, ut hoc ſit ad exaltationem, & ſalutem noſtram, & Regni noſtri, & omnium ſubditorum noſtrorum communem utilitatem, divinam clementiam interpellare velitis pro eodem optinendo, preces per Provinciam veſtram generaliter fieri ſtatuentes.

Cæterùm cum captæ & aſſecuratæ ſint treugæ inter Regem Franciæ & nos, uſque in quinque annos, a Feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ proximò præterito, quas quidem in præſentia Nunciorum ipſius Regis, ad nos in Angliam propter hoc deſtinatorum, nuper in animam noſtram jurari fecimus, dilectionem veſtram rogamus attentius quatinus treugas memoratas firmiter teneatis, & a ſubditis veſtris teneri faciatis. A.D. 1236.

Teſte Rege apud Winton. ſeptimo die Februarii.

Eodem modo

Leſcal. }
Lincor. } Epiſcopis,
Archiepiſcopo Burdeg.
Aquenſ. Epiſcopo,
Baion. Epiſcopo,
Vaſaten. Epiſcopo,
Epiſcopo de Cummegeſ. & Abbati de la Slice.

Ejuſmodi Littera Comiti Bygoriæ.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Ibidem.

REX dilecto conſanguineo & fideli ſuo B. de Maſtak. Comiti Bygor. ſalutem.

Ut de communicatis vobis gaudiis & honoribus regiis vobis accreſcat gaudium & exultatio, dilectioni veſtræ ſignificamus quod in uxorem duximus Alienoram filiam Comitis Provinciæ, ſororem Reginæ A.D. 1236.

A.D. 1236. Hen. 3. Reginæ Franciæ, certam in Domino ſpem ponentes quod id cedet ad regiam exaltationem, & communem ſubditorum noſtrorum utilitatem.

Cæterùm cum captæ & ſecuratæ ſint treugæ inter Regem Franciæ, & nos, uſque in quinque annos, a Feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ proximo præterito; quas quidem, in præſentia Nunciorum ipſius Regis, ad nos in Angliam propter hoc deſtinatorum, nuper in animam noſtram jurari fecimus, vobis mandamus firmiter injungentes quatinus, ſicut nos & honorem noſtrum diligitis, dictas treugas firmiter teneatis, & a ſubditis veſtris firmiter teneri faciatis. A.D. 1236.

Teſte ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur,

Seneburno de Leſpair,
Alex. de Caummunt,
Ernaldo de Blakeford,
Emerico de Lenebret.
Remundo Garſie de Novailles,
Elyæ Rydel.
Vicecomiti de Frunzac.

Pro Duce Lotharingiæ.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Pat. 20. H. 3. m. 12.

REX omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus dilecto nobis Henrico Duci Lotharing. quod, ſi venerit ad nos in Angliam, infra unum menſem, a die ſancti Michaelis, anno Regni noſtri viceſimo, nos reddemus eidem Duci Honorem de Eya, cum pertinentiis ſuis, & idem Dux tunc faciet nobis inde id quod de jure facere debebit.

Et, ſi aliquo caſu contingente, præfatus Dux, infra præfatum terminum, ad nos in Angliam non venerit, ex cauſa rationabili præpeditus, conceſſimus eidem Duci quod, quandocumque ipſe ad nos in Angliam poſtea venerit citra Paſcha, anno Regni noſtri viceſimo primo, nos reddemus ei prædictum Honorem cum pertinentiis ſuis, ſecundum formam prædictam. A.D. 1236.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Winton. ſeptimo die Februarii.

Idem Dux habet litteras de conductu pro ſe & hominibus ſuis, quos ſecum ducet, in veniendo in Angliam, ad loquendum cum Rege, & ibidem ſalvo morando, & inde ſalvo redeundo; & durant litteræ in unum menſem, a Feſto Sancti Michaelis, anno Regni noſtri, &c. viceſimo.

Teſte ut ſupra.

De termino pro Duce prædicto præfigendo.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 2. dorſo.

REX amico ſuo dilecto, Nobili viro, H. Duci Lotharingiæ & Brabantiæ & Marchioni Romani Imperii, ſalutem.

Beneplacet nobis quod perſonaliter ad nos in Angliam veniatis, facturi nobis homagium de terris quas de nobis tenere debetis in Anglia, & melius volumus inde homagium veſtrum recipere, quàm alterius.

Unde terminum vobis duximus præfigendum ad veniendum ad nos, uſque in unum menſem a Feſto Sancti Michaelis, anno Regni noſtri viceſimo, & inde vobis mittimus litteras noſtras patentes. A.D. 1236.

Et ideo vobis ſignificamus quod, ſi infra prædictum terminum, ad nos in Angliam veniatis, & nos homagium veſtrum recipiemus, & terras, quæ vos contingunt, vobis reddi faciemus; ut autem ſecuriùs veniatis, litteras noſtras alias de conductu pro vobis & veſtris vobis mittimus patentes.

Teſte Rege apud Wynton. decimo die Februarii.

Littera Regis Principi de Alberſrau, de emendis ſuper damnis, contra treugas.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 2. dorſo. REX L. Principi de Alverſrau & *Domino de Snaudon* ſalutem.

Sicut aliàs vobis ſignificavimus, gravis admodum & moleſta nobis eſt tranſgreſſio, quæ dicitur vobis irrogari a dilecto & fideli noſtro, Comite Mar. per occupationem Caſtri Morgani de Carlin. & vaſtationem bonorum quæ in eo inventa fuerunt; propter quod aſſignavimus dictatores ad emendationem prædictæ tranſgreſſionis affines veſtros, & quos credebamus proniores ad juris noſtri conſervationem.

Hinc eſt quod iteratò vobis mandamus quatinus, poſtpoſito perverſorum conſilio, qui fidelitatem veſtram aſtutia ſua intendunt pervertere, die & altero locorum prioribus litteris noſtris nominatis, præſentiam veſtram exhibere, vel ſufficientes perſonas loco veſtro mittere velitis, ad emendas ſuper præmiſſis recipiendas.

A.D. 1236. Injunximus enim diſtrictius præfato Comiti Mar. poſtea in præſentia noſtra conſtituto, quod nullatenus omittat quin ibidem perſonaliter interſit, ad parendum, in omnibus, prædictis dictatoribus, in hiis quæ per eos inter vos, & ipſum dictata fuerint; qui fideliter promiſit ſe præfatis dictatoribus præſentialiter per omnia fore pariturum.

Cum igitur intendamus ad ſatisfactionem condignam rependendam, videtur quod occaſionem quæreretis aliquid attemptandi, quod forte nec nobis, nec vobis expediret; & per quod treugam infringeretis, ſi renueretis.

Teſte Rege apud Marleberg. 18 die Februarii, anno, &c. viceſimo.

Super hoc ſcribitur etiam tam Archiepiſcopo Cantuar. quam Comiti Mar.

Contractus Matrimonialis inter Imperatorem & Iſabellam Henrici Regis Sororem.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 7. NOS Henricus, Dei gratiâ, Angliæ, &c. viceſimo ſecundo die Februarii, indictione octava, per præſens ſcriptum notum fieri volumus univerſis, præſentes litteras inſpecturis, quod nos, ad conſilium & ordinationem Domini Gregorii, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summi Pontificis, promiſimus, & corporaliter præſtito jurejurando juravimus, dare in uxorem legitimam Iſabellam, kariſſimam ſororem noſtram, Domino Frederico, Dei gratia, invictiſſimo Romanorum Imperatori, ſemper Auguſto, Jeruſalem & Siciliæ Regi.

Promittentes Magiſtro Petro de Vinea, Magnæ Imperialis Curiæ Judici, nuncio & ſpeciali procuratori prænominati Domini Frederici Imperatoris, pro parte Imperatoris ejuſdem, nomine antedictæ Iſabellæ ſororis noſtræ, in dotem, triginta millia marcarum argenti optimi ſterlingorum (ana traſdecim ſolid. & quatuor denar. per Marcam.)

De quibus tenemur ſolvere præfato Magiſtro Petro, decimo die poſt reſurrectionem Domini primo venturam, A.D. 1236. per eandem indictionem, una cum prædicta ſorore noſtra, tria millia marcarum argenti ſterlingorum, ut dictum eſt.

Et alia duo millia tenemur ſolvere antedicto Imperatori, vel certo ejus nuncio, in feſto beati Johannis, de menſe Junii ejuſdem indictionis.

Alia vero quinque millia tenemur ſolvere prænominato Imperatori, vel certis nunciis ejus, in feſto beati Michaelis proximo venturo, nonæ indictionis.

Et alia quinque millia tenemur eidem ſolvere in feſto Paſchæ ſecundo futuro, per eandem nonam indictionem.

Et item alia quinque millia tenemur eidem ſolvere in feſto beati Michaelis proximò futuro decimæ indictionis.

Reliqua vero decem millia tenemur antedicto Imperatori, vel ejus certo nuncio ſolvere in feſto Paſchæ ſequenti, per eandem decimam indictionem. Ita ut, ab iſtâ Paſchâ, uſque ad duos annos completos, antedicta triginta millia Marcarum, optimi & puri argenti ſterlingorum, ſint eidem Domino Imperatori, aut ejus hæredibus, vel certis

tis eorum nunciis, integre perſoluta: ſalvo quod in quolibet prædictorum terminorum, præter primum, beati Johannis ſcilicet, debeamus quamlibet ſolutionem facere infra menſem, numerandum a die ipſa in ſolutione taxatâ.

Antedictam autem pecuniam, præter prima tria millia marcarum, tenemur ſolvere antedicto Imperatori, vel alii, pro parte ſua, apud London, in regno Angliæ; ita ut non teneamur antedictam pecuniam eidem Imperatori tranſmittere extra regnum.

Prænominatam autem pecuniæ quantitatem, in dotem, prædicto Magiſtro Petro, nomine Imperatoris, pro prædicta ſorore noſtra, promiſimus, & ſacramento firmavimus, præter omnem apparatum, aurum & argentum laboratum, & vaſa, equos, pannos laneos & ſericos; quæ omnia prænominata Domina ſoror noſtra talia habere & deferre debebit, qualia tantam Dominam portare, & tantum Dominum recipere condecebit.

De quibus omnibus & ſingulis adimplendis obligavimus nos ſolempniter, ſtipulatione legitima interpoſita, antedicto Magiſtro Petro, obligationem noſtram, pro parte antefati Imperatoris, recipienti; ſcilicet, tàm de ſolutione bona fide & integre facienda, quàm de terminis ſingulis obſervandis.

Ad majorem etiam cautelam Imperatoris ejuſdem, hoc ipſum, corporali præſtito ſacramento, juravimus per omnia & ſingula firmiter obſervare; promittentes, nomine pænæ, decem mill. marcarum argenti, ſi in terminis prætaxatis ſingulis antedictam pecuniam, prout prædictum eſt, diſtulerimus quietare; ut tamen antedicta pæna decem millium Marcarum, non in ſolidum, ſet pro rata per ſingulos terminos committatur.

Subjecimus nos præterea juriſdictioni & ſententiæ Summi Pontificis, ac ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ut antedictus Summus Pontifex, vel Romana Eccleſia, ſi in ſolutione prædictæ pecuniæ, per ſingulos terminos, ceſſaverimus, poſſit nos & ſucceſſores noſtros liberè per cenſuram eccleſiaſticam cohercere, exceptione fori, vel regiæ dignitatis, a nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, Eccleſiaſtico judicio minime opponenda, aut appoſita, non obſtante.

Hæc eadem etiam, in omnibus & ſingulis articulis, obſervare, de ſpeciali mandato, & in præſentia noſtra, corporaliter præſtito ſacramento, firmaverunt *Hubertus de Burgo Comes Kantiæ*, *Gilbertus Mareſcallus Comes de Pembrocia*, *Radulphus filius Nicholai*, *Godefridus de Crancumbe*, *Humfridus Comes Hereford*; ſacramento expreſſim & apertius inſerentes quod, pro toto poſſe eorum, ad hoc intendent quod nos obſervare prædicta omnia & ſingula debeamus.

Prænominati & ſinguli fideles noſtri, ſuper hiis omnibus, teſtimoniales apertas litteras exhibebunt, cum ſigillis eorum pendentibus, antefato Magiſtro Petro, ad cautelam & præſentiam antedicti Cæſaris deferendas.

Per prænominatas autem cautiones nos ſæpedictus Rex, prænominato Magiſtro Petro de Vinea, obligavimus nos, & ſucceſſores noſtros, antedicta omnia & ſingula obſervare; hoc adjecto quod, ſi prænominatus Summus pontifex, vel Romana Eccleſia vellet ſe Domino Imperatori, de ſolvendâ pecuniâ memoratâ, noſtro nomine obligare, & conſtituere Principalem debitorem, juxta formam a jure ſtatutam, nos obligationem ipſam ratam habebimus.

Et ipſum Summum Pontificem, & Romanam Eccleſiam ab obligatione ipſa promittimus, ſtatuendis inter nos locis & terminis, liberare; prout hæc omnia per nuncios & litteras noſtras eidem Summo Pontifici & Romanæ Eccleſiæ curabimus deſtinare: eo ſalvo quod, antedictæ Romanæ Eccleſiæ cautione receptâ, & per prædictum Cæſarem acceptatâ, præſentis obligations noſtræ litteræ nobis, aut nunciis noſtris reſtitui debeant, nullo umquam temporum valituræ, & a prædictis cautionibus omnibus nos, & prædicti Nobiles noſtri ſimus penitus abſoluti.

Quod ſi forte, Domino avertente, contingeret antedictam ſororem noſtram Iſabellam, prius in fata concedere quam iter arripiat; vel, poſtquam iter arripuerit, priuſquam, Dominum Imperatorem virum ſuum perveniens, in facie Eccleſiæ ſolempniter & publicè deſponſetur; nos, & ſucceſſores noſtri, ab omnibus & ſingulis antedictis obligationibus, abſolvi debemus, & libere permanere.

Item, ſi forte, quod abſit, Imperatorem eundem prius contingeret in fata concedere, quam prænominata ſoror noſtra deſponſaretur ab eo, ſimiliter nos, & ſucceſſores noſtri, remanere debebimus ab omnibus ipſis obligationibus abſoluti; & antedicta ſoror noſtra ad nos in regnum Angliæ ſecurè & liberè reducetur; quod ipſum tam Dominus H. Venerabilis Colonienſis Archiepiſcopus, tàm de recipienda a Domino Imperatore, & deſponſanda Domina, quàm de eâ, in eventum ſiniſtri caſus, libere reducendâ,

A.D. 1236. Hen. 3.

& alii nobiles, qui ad ipſam ſororem noſtram, in Angliam, recipiendam, de mandato Imperialis excellentiæ, venerint, Sacramento ab eis corporaliter præſtito jurare debebunt, & nobis proinde apertas eorum litteras aſſignare.

Obligavimus nos etiam antedicto Magiſtro Petro de Vinea, pro parte Imperatoris præfati, ſibi, & antedicto Archiepiſcopo Colonienſi, aut quibuſlibet aliis Nobilibus Imperii, pro parte ipſius Imperatoris venientibus, aſſignare ſæpedictam ſororem noſtram decimo ſeptimo die intrantis menſis Aprilis, unà cum ſolempnibus Nunciis noſtris, ducendam ad Dominum Imperatorem præfatum, ab ipſo ſolempniter deſponſandam, & ab eo Imperiali honore & affectione maritali tractandam.

Ad perfectiorem etiam antedicti matrimonii conſummationem, ſæpedicta etiam Iſabella ſoror noſtra, de mandato noſtro, præſentibus dilectis & fidelibus noſtris, Ricardo Comite Pictaviæ & Cornubiæ kariſſimo fratre noſtro, Huberto de Burgo Comite Kantiæ, Willielmo de Ferrariis, Philippo de Albiniaco, Hugone de Vivon. Radulfo filio Nicholai, Gaudefrido de Craucumbe, Amaur. de Sancto Amaudo, Johanne Mareſcallo, Roberto de Mucegros, Roberto de la Bruer, Walerando Teutonico, & aliis quampluribus fidelibus noſtris (recepto conſenſu in ſe à præfato Magiſtro Petro de Vinea, ſpeciali Procuratore Imperatoris, ad hoc ſtatuto, pro parte Imperatoris ejuſdem, per verba de præſenti) conſenſit in eundem Imperatorem velut in virum ſuum, ſimiliter per verba de præſenti, præfato Magiſtro Petro, ut dictum eſt, ad hoc antefati Cæſaris ſpeciali & legitimo Procuratore ſtatuto; & recepit in præſenti ipſum Dominum Imperatorem in virum ſuum, recipiens annulum, nomine Imperatoris præfati; & remittens eidem, per eundem Procuratorem, ſuum annulum ſponſionis.

In cujus rei teſtimonium has litteras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſecundo die Februarii, anno Regni noſtri viceſimo.

Notificatio facta de Contractu Matrimoniali inter Imperatorem & Iſabellam Angliæ.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 7.

EGO Petrus de Vinea, Magnæ Imperialis Curiæ Judex, ſpecialis Procurator & Nuncius Domini mei Frederici, Dei gratià, invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Jeruſalem & Siciliæ Regis.

Præſenti ſcripto profiteor quod, de ſpeciali mandato antedicti Domini mei Frederici, & in anima ſua corporaliter præſtito Sacramento, juravi, quod antedictus Dominus Imperator ducet in uxorem legitimam Dominam Iſabellam ſororem illuſtris Regis Angliæ, & quod ipſam in facie Eccleſiæ ſolempniter & publicè deſponſabit, & coronabit.

De voluntate & ſpeciali mandato antedicti Domini Imperatoris, conſenſi in prædictam Dominam Iſabellam, per verba de præſenti, & recepto ab ipſa ſimiliter in prænominatum meum Dominum Imperatorem conſenſu per verba de præſenti, ad majorem etiam conſummationem Matrimonii ſupradicti, pro parte præfati Domini mei Imperatoris, tradidi ſupradictæ Dominæ ſponſionis annulum, & invicem recepi ab ea, nomine Imperatoris ejuſdem annulum ſponſionis.

De ſpeciali etiam mandato ſæpedicti Domini mei Imperatoris tradidi præfatæ Dominæ Iſabellæ in Dodarium, vallem Mazariæ, cum Civitatibus & Caſtris, villis, terris cultis & incultis, aquarum decurſibus, tenementis, & omnibus juribus, & pertinentiis ejus; necnon & honorem Montis Sancti Angeli, cum Civitatibus & Caſtris, villis, terris, cultis & incultis, aquarum decurſibus, tenementis, & omnibus juribus, & pertinentiis ejus, prout quodlibet de prædictis Dodariis Reginæ Syciliæ integre habere conſueverunt.

A.D. 1236.

Et eandem Dominam Iſabellam de prædictis omnibus inveſtivi per Patentes Imperiales litteras, aurea bulla munitas, typario Imperialis majeſtatis impreſſa.

Pro prædicta autem Domina, nomine Dotis, recepi promiſſionem & obligationem Domini Regis præfati de triginta millibus marcarum argenti, ſolvendis in locis & terminis ſub ydoneis cautionibus, prout per Patentes regias litteras, & multorum Nobilium ſuorum evidenter apparet.

Salvo quod ſi, Domino avertente, contingeret antefatam Dominam, vel prædictum Dominum Imperatorem, quod abſit, prius in fata concedere, quam præfatum Matrimonium per Sponſaliorum ſolempnia, & carnis copulam conſummetur

metur

A.D. 1236. *Hen.* 3.

metur, anteſatus Dominus Rex, & Succeſſores ſui ſint à prædictis obligationibus imperpetuum abſoluti; & nihilominus Domina ſupradicta, in eo caſu, ſi Imperatorem contingeret præmori, ſecurè & liberè in regnum Angliæ reducatur.

Quod etiam Sacramentum Dominus H. Colonienſis Archiepiſcopus, & alii Nobiles, qui ad Dominam ipſam recipiendam de mandato Imperiali in Angliam venerint, corporaliter exhibere debebunt, tam de recipienda & deſponſanda à Domino Imperatore Domina prædicta, quam de eâ, ſi ſiniſter caſus acciderit, in Angliam liberè reducenda.

Quod ſi forte contingeret Dominum Imperatorem, quod abſit, præmori, liberis ex præfata Domina non ſuſceptis, tunc, ſecundum Regni Syciliæ conſuetudinem, ſit in electione Dominæ ſupradictæ utrum velit ſupradictum Dodarium in vita ſua tenere (ſalvo jure & ſervitio ipſius Dodarii, debito, & exhibendo hæredibus Domini Imperatoris in Regno) vel ſupradicta triginta millia Marcarum recipere, Domino Imperatori pro Dote exoluta.

A.D. 1236. *Hen.* 3.

Promiſi ego præterea, prænominatus Magiſter Petrus de Vinea, & juravi in anima Imperatoris prædicti, quod ipſe Dominus meus Imperator, die nuptiarum, prout juris & moris eſt, per annulum aſſignabit eidem Dominæ Dodarium ſupradictum, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, prout ſuperius eſt expreſſum; & privilegium ſibi exinde faciet, aurea bulla munitum, tipario Imperial. majeſtatis impreſſa.

Hoc ſcriptum ſcripſi ego Angelus, magnæ Imperialis Curiæ Notarius, de mandato ſæpedicti Magiſtri Petri de Vinea, & meo ſigno ſignavi, pendenti ſigillo ipſius Magiſtri, munitum.

Actum apud London. anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo triceſimo quinto, & viceſimo ſecundo die menſis Februarii, octava indictione.

Littera Regis Imperatori de Nunciis utrinque miſſis.

A.D. 1236. *An.* 20. *H.* 3. *Clauſ.* 19. *H.* 3. *p.* 2. *m.* 2.

Domino ſuo ac magnifico, F. Dei gratiâ, Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, &c. fratri dilectiſſimo Henricus, eadem gratiâ, *Rex Angliæ*, &c. ſalutem, & ſemper felices de hoſtibus triumphos.

Venientem ad nos Henricum de Aeys, Imperialis Aulæ Mareſcallum, Nuncium veſtrum, lætè ſicut decuit & honorificè recepimus; magnificentiæ veſtræ copioſas exolventes gratiarum actiones, quod placuit vobis caſum, à nobis prius inauditum, qui nuper accidit in partibus veſtris, nobis communicare.

Parati quidem, cum affectione ſincera, in hiis, quæ noſtræ ſunt poſſibilitatis, veſtræ per omnia beneplacito voluntatis reſpondere, duos de diſcretioribus neophitis, qui reperiri poterunt in regno noſtro, ad veſtræ Majeſtatis præſentiam deſtinamus, præceptis veſtris in omnibus pro poſſe ſuo parituros.

A.D. 1236.

Nec moveatur, ſi placet, Imperialis celſitudo quod, dilectum nobis, Magiſtrum Galterum Clericum veſtrum adhuc penes nos retinuimus; quoniam per ipſum, ad vos demum revertentem, ſuper negotiis, quæ nobis expoſuit ex parte veſtrâ, plenius excellentiæ veſtræ reſpondere curabimus.

Teſte Rege apud Windſoram, 24 die Februarii, anno &c. viceſimo.

Littera Reginæ Scotiæ de ſorore ſua in Uxorem Imperatori tradenda.

A.D. 1236. *An.* 20. *H.* 3. *Clauſ.* 19. *H.* 3. *p.* 1. *m.* 19. *dorſ.*

REX dilectæ ſorori ſuæ Johannæ Reginæ Scotiæ ſalutem.

Certam de ſinceritate dilectionis veſtræ gerentes fiduciam, quod ſucceſſus noſtros à veſtris non reputatis alienos, & quod de honore dilectæ ſororis noſtræ & veſtræ Iſabellæ, tanquam de veſtro gaudebitis, ſignificandum vobis duximus quod cùm Nobilis vir, Fredericus, Imperator Romanorum, nuper Nuncios ſuos ad nos in Angliam deſtinaſſet, pro prædicta ſorore noſtra petenda in uxorem, eatenus proceſſum eſt in negotio quod, de conſilio Magnatum noſtrorum, ipſam ſororem eidem Imperatori conceſſimus in uxorem.

A.D. 1236.

Et ipſa ſoror noſtra, de voluntate noſtra, in præſentia eorundem magnatum noſtrorum, per verba de præſenti, conſenſit in ipſum Imperatorem, per Pe-

A.D. 1236. Hen. 3.

trum de Vinea, nuncium ipſius Imperatoris, ad hoc ſpecialiter deſtinatum cum poteſtate conſentiendi in ipſam ſororem noſtram nomine ipſius Imperatoris.

Qui quidem Petrus in ipſam conſenſit, & in anima ipſius Imperatoris juravit quod idem Imperator eam ducet in uxorem; venturi, qui ſunt in proximo, alii Nuncii ſolempnes in Anglia, videlicet Archiepiſcopus Colonienſis, Dux Lotharing. & Dux Lemburg. & alii cum ipſis, qui ipſam ſororem noſtram ea, qua decet, honeſtate & ſolempnitate ad Imperatorem adducent.

A.D. 1236. Hen. 3.

Et ſuper hiis vos duximus certificandas, quia ſcivimus vos inde gaviſuras.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, 24 die Februarii.

Idem ſignificatum eſt,

Regi Scotiæ,
L. Dublin. Archiepiſcopo,
Lewelino,
Juſticiario Hiberniæ.

Littera Archiepiſcopo Colonienſi, quod ſororem ei commendaret ad Imperatorem deducendam.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Claſ. 19. H. 3. p. 2. m. 7.

REX Venerabili Patri in Chriſto Patri & amico ſuo ſpecialiter dilecto H. &c. Colonienſi Archiepiſcopo, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Paternitati veſtræ ſignificamus quod, in præſentia Magnatum de conſilio noſtro, conſenſimus quod matrimonium contrahatur inter Dominum Imperatorem, & dilectam ſororem noſtram Iſabellam; ita quod eadem ſoror noſtra, per verba de præſenti, conſenſit in ipſum Imperatorem per dilectum nobis magiſtrum Petrum de Vinea, Nuncium ipſius, ac in hoc Procuratorem ipſius Imperatoris.

Et idem Petrus conſenſum ejuſdem ſororis noſtræ recepit, &, nomine ipſius Imperatoris, per verba de præſenti, in ipſam conſenſit, & in anima ipſius Imperatoris juravit quod idem Imperator ipſam ſororem noſtram ducet in uxorem.

A.D. 1236.

Scire vos cupientes quod bene veneritis, & quod de adventu veſtro plurimum gaudemus; grates Sanctitati veſtræ copioſas referentes quod de hiis, quæ perſonam noſtram ſimul & honorem noſtrum reſpicere videntur, diligenter laborare voluiſtis; ſcituri quod Ducatui veſtro, unà cum Nunciis noſtris, ipſam ſororem noſtram libentiſſime commendamus.

Teſte, &c.

Ne quis Extraneus de Francia Magnas, vel Potens applicet ſine licentia Regis.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Claſ. 20. H. 3. m. 16. dorſ.

REX Conſtabulario ſuo Dour. ſalutem.

Audivimus quod Comes Augi, qui eſt de poteſtate Regis Franciæ, jam applicuit in balliva tua; quia vero non decet, nec expedit nobis quod talis Magnas, vel alius Potens, qui fuerit de poteſtate Regis Franciæ, applicet in terra noſtra, ſine licentià noſtrâ, vel ſpeciali mandato noſtro, tibi præcipimus quod de cætero non permittas quod aliquis, qui fuit de poteſtate ipſius Regis, applicet in Balliva tua, ſine licentia noſtra, vel mandato noſtro.

Et ſi aliquem talem in balliva tua, ſine Licentia noſtra, vel mandato noſtro, & ſi aliquem talem in Balliva tua de cætero contigerit applicare, ſcire ei facias, quod ſtatim revertatur.

A.D. 1236.

Teſte Rege apud Sanctum Edmundum, 12 die Martii.

Et Mandatum eſt E. Cantuarienſi Archiepiſcopo, quod ſcire faciat omnibus ballivis portuum ſuorum, quod non permittant de cætero aliquem Magnatem, qui fuerit de ipſius Regis poteſtate, applicare in balliva ſua, ſine licentia Regis, vel mandato Regis;

Et, ſi aliquem talem in balliva ſua applicare contigerit, ei ſcire faciant quod ſtatim revertatur.

Teſte ut ſupra.

Bulla de Protectio ne Domus Hoſpitalis, ſpecialiter autem de Ottrinton, & de Torunton in via Eccleſiarum.

A.D. 1236. *An.* 20. *H.* 3. *Ex Autogr.*

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis rectori & fratribus Hoſpitalis de Alverton. Eboracen. Dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & hoſpitale, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis quæ impræſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem de Ottrinton. & de Torunton in via, eccleſias, cum capellis & aliis pertinentiis eorumdem quas canonicè proponitis vos adeptos; Villam inſuper de Helrebec cum molendino & dimidiam carrucam terræ in Romundebi, octo quoque bovatas terræ in Ottrinton. nec non redditus, poſſeſſiones & alia bona veſtra ſicut ea omnia juſtè ac pacificè poſſidetis, & in litteris exinde confectis dicitur plenius contineri, vobis &, per vos, Hoſpitali præfato auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Viterbii 16 Kal. Aprilis, Pontificat. noſtri anno nono.

Sigillo avulſo.

De navibus providendis ad opus Iſabellæ ſororis Domini Regis.

A.D. 1236. *An.* 20. *H.* 3. *Pat.* 19. *H.* 3. *n.* 11.

REX omnibus Ballivis ſuis Portuum Norffolciæ & Suffolciæ, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Mittimus ad vos dilectum & fidelem noſtrum Thomam de Heminegrave, Vicecomitem noſtrum Norffolciæ & Suffolciæ, ad faciendum proviſiones decem Navium, bonarum & ſecurarum, contra transfretationem dilectæ ſororis noſtræ Iſabellæ, & ad naves ipſas bene muniendas de bonis marinellis, & aliis armamentis neceſſariis.

Et ideo vobis mandamus quatenus, cum prædictus Vicecomes noſter ad vos venerit, pro prædicta proviſione facienda, ita vos ei in hac parte exhibeatis in prædicto negotio expediendo, & eidem conſulentes ſitis & auxiliantes, quod nos devotionem veſtram & diligentiam in hac parte debeamus ſpecialiter commendare.

Teſte Rege apud Hetham. 24 die Martii.

Super negotio eodem.

A.D. 1236. *An.* 20. *H.* 3. *Ibidem.*

REX dilecto & fideli ſuo Thomæ de Emmenegrave, Vicecomiti Norffolciæ & Suffolciæ, ſalutem. Mandamus vobis quod, ſalvo eo, quod vobis injunximus, de denariis omnibus quos poteris adquirendis ad opus noſtrum, in propria perſona veſtra accedatis ad Portum de Dunewic, & alios Portus de Balliva veſtra, ſi neceſſe fuerit: Et decem bonas naves & ſecuras provideri faciatis, contra paſſagium dilectæ ſororis noſtræ, quam in Portu de Orewell volumus, dante Domino, transfretare; & naves illas bene muniri faciatis bonis marinellis & armamentis navium neceſſariis & ſufficientibus,

A.D. 1236. Hen. 3.

cientibus: &, ſi armamenta navium illarum, quas retinuitis, ſufficientia non fuerint, bona & ſecura capi faciatis in aliis navibus, in quibus talia fuerunt inventa; ita quod prædictæ decem naves promptæ ſint & ſufficienter eskippatæ, ad portum prædictum de Orewell, die Lunæ in Craſtino inſtantis Paſchæ ſine impedimento.

Et, ut commodius & liberius negotium illum exequi poſſitis, mittimus vobis litteras noſtras patentes, directas omnibus Ballivis Portuum de Comitatibus Norffolciæ & Suffolciæ, quod ad prædicta exequenda vobis intendant.

Mittimus etiam ad vos dilectum Clericum noſtrum Ricardum de Hertford, qui unà vobiſcum prædictis negotiis exequendis intendet, vos autem inde, & de quibuſdam aliis proviſionibus faciendis, de quibus litteras noſtras de computo vobis ſimiliter tranſmittimus, taliter vos intromittatis, quod de negligentia argui non poſſitis.

Teſte Rege ut ſupra.

Littera Papæ reſponſoria de proceſſu matrimonii inter Imperatorem & ſororem ſuam.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3 p. 2. m. 6.

DOmino Papæ ſalutem, & debitam tanto Domino & Patri reverentiam & honorem.

Quod, ex affectione paternâ, libenter nobis ſuggeritis ea facienda, quæ noſtræ celſitudinis incrementum reſpicere ſentitis, & per ipſos vos liberaliter eadem tempore procuratis opportuno, ſanctæ paternitati veſtræ copioſas referimus gratiarum actiones.

Ad ea quæ duxit nobis ſanctitas veſtra conſulendum de matrimonio inter kariſſimum amicum, & fratrem noſtrum futurum, Fredericum, Dei gratia, Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Jeruſalem & Siciliæ Regem illuſtrem, & dilectam ſororem noſtram Iſabellam contrahendo, & complendo;

Vobis ſignificantes quod cum certi ſimus & ſecuri, quod pro ſublimatione noſtra, honore etiam, & utilitate Regni noſtri, quæ, ex tanti Principis confœderatione, conſequi poterimus, inde nos ſolicitaveritis,

Volentes in eo & aliis, quæ nobis duxeritis conſulenda & facienda, tanquam filius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ devotiſſimus, humiliter ac devote, ſimul & beneplacito veſtro nos, ſicut decet, committere, matrimonio prædicto ad mandatum veſtrum conſenſimus.

Receptis enim hilariter Nunciis Imperatoris prædicti, & ipſis, tanquam a latere tanti Principis deſtinatis, ſicut decebat, honoratis, in præſentia Magnatum noſtrorum, nobis tunc aſſiſtentium, prædictam ſororem noſtram eidem Imperatori conceſſimus in uxorem; ipſa ſorore noſtra, de voluntate noſtra per verba de præſenti, in ipſum Imperatorem conſentiente per virum diſcretum Petrum de Vinea Nuncium ipſius Imperatoris, ſpecialiter ad hoc deſtinatum, cum poteſtate conſentiendi in ipſam ſororem noſtram, nomine ſæpedicti Imperatoris.

Qui quidem, nomine ſuo, in ipſam mutuò per verba de præſenti conſenſit, & in animam ejuſdem Imperatoris juravit, quod & ipſam duceret in uxorem, & in facie Eccleſiæ ſolempniter deſponſaret, ac eam honore imperiali ac affectione Maritali tractaret.

Ut igitur de proceſſu memorati negotii plenius ſanctitati veſtræ conſtet, & quod a conſilio veſtro recedere non curamus, ſicut nec debemus, quatenus proceſſum eſt in prædictis vos duximus certificandos, attente rogantes & devote quatenus eundem Imperatorem, pro loco & tempore, movere velitis & inducere, ut, cum eidem in omnibus placere libenter intendamus, nobis, voluntati ſuæ & honori expoſitis, debitam ſervet amicitiam, & commodum Regni noſtri procuret, & utilitati conſtanter intendat, & potiſſime, datâ oportunitate, ad jura noſtra recuperanda potenter nobis aſſiſtat.

Ita quod, ex affectione fraterna, quam nobis oſtenderit, ſentiamus in matrimonio prædicto per conſilium veſtrum, commodo noſtro & honori provideri.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 25 die Aprilis.

Ejuſmodi Littera Univerſis Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 5.

VEnerabilibus patribus, & amicis in Chriſto kariſſimis, univerſis, & ſingulis, Dei gratia, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Univerſitati veſtræ ſignificamus quod, cum Dominus Papa nuper per litteras ſuas nos moveret, & pro conſilio ſalubri nos ſignificaret, quod dilectam ſororem noſtram Iſabellam dilecto amico noſtro Frederico Dei gratia, &c. concederemus in uxorem;

Nos attendentes indubitanter quod, pro ſublimatione noſtra, honore etiam, & utilitate Regni noſtri, quæ ex confœderatione tanti Principis conſequi poterimus, inde nos, ſui gratia, ſollicitaverit, monitis & conſiliis Domini Papæ reverenter adquievimus, & matrimonio contrahendo inter prædictum Imperatorem, & prædictam ſororem noſtram conſenſimus.

Et in negotio prædicto eatenus proceſſum eſt, quod prædicta ſoror noſtra, per verba de præſenti, in ipſum Imperatorem conſenſit per virum diſcretum Petrum de Vinea, Nuncium ipſius Imperatoris, ſpecialiter ad hoc deſtinatum cum poteſtate conſentiendi in ipſam ſororem noſtram, nomine ſæpedicti Imperatoris.

A.D. 1236.

Qui quidem, nomine ſuo, in ipſam mutuò, per verba de præſenti, conſenſit, & in animam ejuſdem Imperatoris juravit, quod ipſam duceret in uxorem, & in facie Eccleſiæ ſolempniter deſponſaret, ac eam honore Imperiali, & affectione maritali tractaret.

Cupientes igitur proceſſum memorati negotii ad notitiam veſtram pervenire, inde vos duximus certificandos; rogantes attentius quatinus placeat vobis, pro loco & tempore, prædictum Imperatorem movere, & ſicut expedit inducere, quod, ſicut in omnibus eidem placere ſumus expoſiti, debitam nobis ſervet amicitiam: & ad jura noſtra recuperanda, data oportunitate, potenter ac utiliter, ſicut tenetur, nobis aſſiſtat. Et quod Dominus Papa idem faciat procurare velitis; ita quod, ex matrimonio præſenti, ſentiamus honori ſimiliter & commodo noſtro provideri.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 25 die Aprilis.

Imperatoris Mandatum Duci Brabantiæ de recipienda Iſabella, ſorore Regis Henrici, & deducenda ad Imperatorem.

A.D. 1236. Au. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 4.

NOS Henricus, Dux Brabantiæ, per præſens ſcriptum notum fieri volumus univerſis, præſentes litteras inſpecturis, quod a Domino noſtro Frederico, Dei gratia, invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Jeruſalem & Siciliæ Rege, per ſacras litteras ſuas, & per Magiſtrum Petrum de Vinea, magnæ Imperialis Curiæ Judicem, latorem earum, recepimus in mandatis ut ad illuſtrem Regem Angliæ deberemus perſonaliter nos conferre;

Pro recipienda Domina Iſabella, ſorore Regis ejuſdem, quam præfatus Magiſter Petrus de Vinea, tamquam ſpecialis & legitimus Procurator Imperatoris ejuſdem, conſenſu ab ea, & in eam, per verba de præſenti, habito, ſacramento etiam corporaliter præſtito in anima & nomine ipſius Imperatoris, legitimè deſponſavit; necnon & pro eadem Domina ad ipſum Dominum Imperatorem, felicibus auſpiciis deducenda.

A.D. 1236.

Recipimus etiam in mandatis a Domino Imperatore præfato, ut, nomine ſuo, & in ejus anima, juraremus quod ipſe prædictam Dominam in facie Eccleſiæ ſolempniter deſponſabit, & coronabit eandem, & quod ipſam Imperiali honore, & affectione maritali tractabit.

Et, ſi forte, quod abſit, contingeret Imperatorem eundem prius in fata concedere, quam prædicta omnia compleantur, quod Domina ipſa in Regnum Angliæ ſecurè & libere reducetur.

A.D. 1236. Hen. 3. Quod ſacramentum nos præfatus Dux, tàm de Domina deſponſanda, & coronanda a Domino Imperatore, quàm de ea per terram noſtram ducenda ad eum, &, ſi ſiniſter caſus accideret, reducenda, tactis ſacroſanctis Evangeliis, in præſentia præfati Regis Angliæ exiſtentes, præſentibus ibidem venerabilibus patribus E. Cantuar. Archiepiſcopo, J. Bathon. R. Dunolm. R. Ciceſtr. Domini Regis Angliæ Cancellario, W. Carleſl. Epiſcopis; R. Comite Cornubiæ fratre prædicti Regis Angliæ, H. de Burgo Comite Kantiæ, & H. Comite Hereford. & multis aliis nobilibus, fecimus; & quod ad prædicta omnia percomplenda nos, pro legali poſſe noſtro, bona fide curabimus laborare. A.D. 1236. Hen. 3.

In cujus rei teſtimonium idem Rex Angliæ illuſtris huic ſcripto ſigillum ſuum appoſuit.

Dat. apud Weſtmonaſter. tertio die Maii, anno Regni ipſius Domini Regis Angliæ decimo nono, per manus ipſius.

Ejuſmodi Mandatum Archiepiſcopo Colonienſi.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Ibidem. NOS Henricus, Dei gratia, Colonienſ. Archiepiſcopus per præſcriptum notum fieri volumus univerſis, præſentes litteras inſpecturis, quod a Domino Frederico, &c. *ut in litteris proximo ſupra.*

In cujus rei teſtimonium idem Rex Angliæ illuſtris huic ſcripto ſigillum ſuum appoſuit. A.D. 1236.

Data *ut ſupra proximo.* Set memorand. quod interlinearis ſuper ſcripto *tam de Domina deſponſanda*, &c. non inſeritur in litteris Archiepiſcopi Colon.

Littera Gregorio Papæ, qua Rex Angliæ ſe eidem Papæ ſubjicit de ſolutione pecuniæ cum Iſabella, ſorore ſua, Imperatori datæ.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3 p. 2. m. 4. SAnctiſſimo in Chriſto patri, & Domino kariſſimo G. Dei gratia, ſummo Pontifici, Henricus eadem gratia Rex Angliæ ſalutem, & omnem devotionem.

Juxta ſanctitatis veſtræ conſilium & mandatum, quod nobis, per Magiſtrum Petrum de Vinea, Domini Frederici, Dei gratia, illuſtriſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Jeruſalem & Siciliæ Regis, Nuncium, Apoſtolicis litteris direxiſtis.

Iſabellam, kariſſimam ſororem noſtram, conſenſu, per verba de præſenti, in eam, & ab ea, per prædictum Magiſtrum Petrum, ejus Procuratorem ſpecialem & legitimum, habito, & ſacramento a nobis corporaliter præſtito, Domino Imperatori præfato dedimus in uxorem;

Cum triginta millibus Marcarum Argenti, memorato Domino Imperatori, vel ejus Nunciis, ſtatutis locis & terminis, perſolvendis; prout hæc & alia in ſcripto conventionum, inter nos & prædictum Magiſtrum Petrum de Vinea habitarum, ſigillo noſtro munito, plenius continentur. A.D. 1236.

Cum igitur de ſolutione pecuniæ ſupradictæ eidem Domino Imperatori cavere idoneè debeamus, paternitati veſtræ volumus eſſe notum quod nos, ad cautelam Imperatoris ejuſdem, ſubjecimus nos & ſucceſſores noſtros juriſdictioni & ſententiæ veſtræ, ac ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ; ut vos, & ſucceſſores veſtri, & Romana Eccleſia, ſi in ſolutione prædictæ pecuniæ, per ſingulos terminos ceſſaverimus, poſſitis nos & ſucceſſores noſtros, per cenſuram Eccleſiaſticam liberè cohercere, exceptione fori, vel regiæ dignitatis, a nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, Eccleſiaſtico judicio minime opponenda, aut oppoſita, non obſtante.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, tertio die Maii.

Ejuſmodi Littera Univerſis Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Claus. 19. H. 3. p. 2. m. 5. VEnerabilibus patribus, & amicis in Chriſto kariſſimis, univerſis, & ſingulis, Dei gratia, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Univerſitati veſtræ ſignificamus quod, cum Dominus Papa nuper per litteras ſuas nos moveret, & pro conſilio ſalubri nos ſignificaret, quod dilectam ſororem noſtram Iſabellam dilecto amico noſtro Frederico Dei gratia, &c. concederemus in uxorem;

Nos attendentes indubitanter quod, pro ſublimatione noſtra, honore etiam, & utilitate Regni noſtri, quæ ex confœderatione tanti Principis conſequi poterimus, inde nos, ſui gratia, ſollicitaverit, monitis & conſiliis Domini Papæ reverenter adquievimus, & matrimonio contrahendo inter prædictum Imperatorem, & prædictam ſororem noſtram conſenſimus.

Et in negotio prædicto eatenus proceſſum eſt, quod prædicta ſoror noſtra, per verba de præſenti, in ipſum Imperatorem conſenſit per virum diſcretum Petrum de Vinea, Nuncium ipſius Imperatoris, ſpecialiter ad hoc deſtinatum cum poteſtate conſentiendi in ipſam ſororem noſtram, nomine ſæpedicti Imperatoris.

Qui quidem, nomine ſuo, in ipſam mutuò, per verba de præſenti, conſenſit, & in animam ejuſdem Imperatoris juravit, quod ipſam duceret in uxorem, & in facie Eccleſiæ ſolempniter deſponſaret, ac eam honore Imperiali, & affectione maritali tractaret.

Cupientes igitur proceſſum memorati negotii ad notitiam veſtram pervenire, inde vos duximus certificandos; rogantes attentius quatinus placeat vobis, pro loco & tempore, prædictum Imperatorem movere, & ſicut expedit inducere, quod, ſicut in omnibus eidem placere ſumus expoſiti, debitam nobis ſervet amicitiam: & ad jura noſtra recuperanda, data oportunitate, potenter ac utiliter, ſicut tenetur, nobis aſſiſtat. Et quod Dominus Papa idem faciat procurare velitis; ita quod, ex matrimonio præſenti, ſentiamus honori ſimiliter & commodo noſtro provideri.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 25 die Aprilis.

Imperatoris Mandatum Duci Brabantiæ de recipienda Iſabella, ſorore Regis Henrici, & deducenda ad Imperatorem.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Claus. 19. H. 3. p. 2. m. 4. NOS Henricus, Dux Brabantiæ, per præſens ſcriptum notum fieri volumus univerſis, præſentes litteras inſpecturis, quod a Domino noſtro Frederico, Dei gratia, invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Jeruſalem & Siciliæ Rege, per ſacras litteras ſuas, & per Magiſtrum Petrum de Vinea, magnæ Imperialis Curiæ Judicem, latorem earum, recepimus in mandatis ut ad illuſtrem Regem Angliæ deberemus perſonaliter nos conferre;

Pro recipienda Domina Iſabella, ſorore Regis ejuſdem, quam præfatus Magiſter Petrus de Vinea, tamquam ſpecialis & legitimus Procurator Imperatoris ejuſdem, conſenſu ab ea, & in eam, per verba de præſenti, habito, ſacramento etiam corporaliter præſtito in anima & nomine ipſius Imperatoris, legitimè deſponſavit; necnon & pro eadem Domina ad ipſum Dominum Imperatorem, felicibus auſpiciis deducenda.

Recipimus etiam in mandatis a Domino Imperatore præfato, ut, nomine ſuo, & in ejus anima, juraremus quod ipſe prædictam Dominam in facie Eccleſiæ ſolempniter deſponſabit, & coronabit eandem, & quod ipſam Imperiali honore, & affectione maritali tractabit.

Et, ſi forte, quod abſit, contingeret Imperatorem eundem prius in fata concedere, quam prædicta omnia compleantur, quod Domina ipſa in Regnum Angliæ ſecurè & libere reducetur.

A.D. 1236. Hen. 3.

Quod ſacramentum nos præfatus Dux, tàm de Domina deſponſanda, & coronanda a Domino Imperatore, quàm de ea per terram noſtram ducenda ad eum, &, ſi ſiniſter caſus accideret, reducenda, tactis ſacroſanctis Evangeliis, in præſentia præfati Regis Angliæ exiſtentes, præſentibus ibidem venerabilibus patribus E. Cantuar. Archiepiſcopo, J. Bathon. R. Dunolm. R. Ciceſtr. Domini Regis Angliæ Cancellario, W. Carleſl. Epiſcopis; R. Comite Cornubiæ fratre prædicti Regis Angliæ, H. de Burgo Comite Kantiæ, & H. Comite Hereford. & multis aliis nobilibus, fecimus; & quod ad prædicta omnia percomplenda nos, pro legali poſſe noſtro, bona fide curabimus laborare.

In cujus rei teſtimonium idem Rex Angliæ illuſtris huic ſcripto ſigillum ſuum appoſuit.

Dat. apud Weſtmonaſter. tertio die Maii, anno Regni ipſius Domini Regis Angliæ decimo nono, per manus ipſius.

Ejuſmodi Mandatum Archiepiſcopo Colonienſi.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Ibidem.

NOS Henricus, Dei gratia, Colonienſ. Archiepiſcopus per præſcriptum notum fieri volumus univerſis, præſentes litteras inſpecturis, quod a Domino Frederico, &c. *ut in litteris proximo ſupra.*

In cujus rei teſtimonium idem Rex Angliæ illuſtris huic ſcripto ſigillum ſuum appoſuit.

Data *ut ſupra proximo.* Set memorand. quod interlinearis ſuper ſcripto *tam de Domina deſponſanda,* &c. non inſeritur in litteris Archiepiſcopi Colon.

Littera Gregorio Papæ, qua Rex Angliæ ſe eidem Papæ ſubjicit de ſolutione pecuniæ cum Iſabella, ſorore ſua, Imperatori datæ.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 4.

SAnctiſſimo in Chriſto patri, & Domino kariſſimo G. Dei gratia, ſummo Pontifici, Henricus eadem gratia Rex Angliæ ſalutem, & omnem devotionem.

Juxta ſanctitatis veſtræ conſilium & mandatum, quod nobis, per Magiſtrum Petrum de Vinea, Domini Frederici, Dei gratia, illuſtriſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Jeruſalem & Siciliæ Regis, Nuncium, Apoſtolicis litteris direxiſtis.

Iſabellam, kariſſimam ſororem noſtram, conſenſu, per verba de præſenti, in eam, & ab ea, per prædictum Magiſtrum Petrum, ejus Procuratorem ſpecialem & legitimum, habito, & ſacramento a nobis corporaliter præſtito, Domino Imperatori præfato dedimus in uxorem;

Cum triginta millibus Marcarum Argenti, memorato Domino Imperatori, vel ejus Nunciis, ſtatutis locis & terminis, perſolvendis; prout hæc & alia in' ſcripto conventionum, inter nos & prædictum Magiſtrum Petrum de Vinea habitarum, ſigillo noſtro munito, plenius continentur.

Cum igitur de ſolutione pecuniæ ſupradictæ eidem Domino Imperatori cavere idoneè debeamus, paternitati veſtræ volumus eſſe notum quod nos, ad cautelam Imperatoris ejuſdem, ſubjecimus nos & ſucceſſores noſtros juriſdictioni & ſententiæ veſtræ, ac ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ; ut vos, & ſucceſſores veſtri, & Romana Eccleſia, ſi in ſolutione prædictæ pecuniæ, per ſingulos terminos ceſſaverimus, poſſitis nos & ſucceſſores noſtros, per cenſuram Eccleſiaſticam liberè cohercere, exceptione fori, vel regiæ dignitatis, a nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, Eccleſiaſtico judicio minime opponenda, aut oppoſita, non obſtante.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, tertio die Maii.

Littera Gregorio Papæ, quod ſe Imperatori obligaret pro pecunia antedicta.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Ibidem.

SAnctiſſimo in Chriſto patri, & Domino cariſſimo Gregorio, Dei gratia, ſummo Pontifici, Henricus, eadem gratia Rex Angliæ, ſalutem & omnem devotionem.

Juxta ſanctitatis veſtræ conſilium & mandatum, quod nobis, per Magiſtrum Petrum de Vinea, Domini Frederici, Dei gratia, illuſtriſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Jeruſalem & Siciliæ Regis, Nuncium, Apoſtolicis litteris direxiſtis.

Iſabellam, kariſſimam ſororem noſtram, conſenſu, per verba de præſenti in eam & ab ea, per prædictum Magiſtrum Petrum, ejus Procuratorem ſpecialem & legitimum, habito, & ſacramento a nobis corporaliter præſtito, Domino Imperatori præfato dedimus in uxorem;

Cum triginta millibus Marcarum Argenti, memorato Domino Imperatori, vel ejus Nunciis, ſtatutis locis & terminis, perſolvendis; prout hæc & alia in ſcripto conventionum, inter nos, & præfatum Magiſtrum Petrum de Vinea habitarum, ſigillo noſtro munito, plenius continentur.

Cùm igitur de ſolutione pecuniæ ſupradictæ eidem Imperatori cavere idoneè debeamus, paternitatem veſtram affectuoſe rogamus quatinus, nomine Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, pro parte noſtra, Domino Imperatori prædicto, de ſolvenda pecunia prædicta, vos obligare velitis juxta formam conventionis præfatæ; ita quod prædictus Dominus Imperator per obligationem veſtram & Eccleſiæ, ſibi & hæredibus ſuis factam, habeat plene cautum.

Nos enim Romanam Eccleſiam de hac indempnem ſervare promittimus, &, ad cavendum proinde vobis & Romanæ Eccleſiæ, pro parte noſtra latores præſentium deſtinamus; quibus plenam dedimus poteſtatem, & ſpeciale mandatum, in infraſcripta forma ſe proinde, nomine noſtro, vobis & Romanæ Eccleſiæ obligare, videlicet:

A.D. 123

Quod nomine noſtro promittant, ſtipulatione ſolempni interpoſita, ſub pœna decem millium Marcarum Argenti, quod nos & ſucceſſores noſtri, vobis & ſucceſſoribus veſtris, prænominatam pecuniam integre reſtituere debeamus in Anglia, per terminos, inter nos, & prædictum Magiſtrum Petrum de Vinea conſtitutos; ut tamen prædicta pœna non in ſolidum, ſet pro rata, per ſingulos terminos, committatur.

Dedimus etiam prædictis Procuratoribus & Nunciis ſpeciale mandatum quod, nomine noſtro, & in anima jurent, tactis ſacroſanctis Evangeliis, quod nos antedicta omnia & ſingula compleamus.

Et, ad majorem Romanæ Eccleſiæ cautelam, per prædictos ſpeciales Procuratores & Nuncios noſtros, ſubjicimus nos & ſucceſſores noſtros juriſdictioni & ſententiæ veſtræ, ac ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ; ut vos, & ſucceſſores veſtri, ac Romana Eccleſia, ſi in ſolutione prædictæ pecuniæ, per ſingulos terminos, ceſſaverimus, poſſitis nos, & ſucceſſores noſtros, per cenſuram Eccleſiaſticam libere cohercere; exceptione fori, vel regiæ dignitatis, a nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, Eccleſiaſtico judicio minime opponenda, aut oppoſita, non obſtante.

Nos enim obligationem eorum in forma prædicta, ſacramentum, & renunciationem, ſic rata & firma habebimus, ac ſi, quod ipſi promiſerint & firmaverint in antedicta forma, præſentialiter per nos promiſſum exiſteret & firmatum.

Teſte ut ſupra.

De Conductu Magiſtri Walteri, Nuncii Domini Imperatoris.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Pat. 20. H. 3. m. 11.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis Angliæ, Walliæ, & Hiberniæ, per quos Magiſter Gualterus, Nuncius Domini Imperatoris, tranſitum facturus eſt, ſalutem.

Sciatis quod ipſum Magiſtrum Walterum de Ocra Clericum, & Nuncium kariſſimi fratris noſtri, magnifici Domini Frederici, Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Jeruſalem & Siciliæ Regis illuſtris, & dilectæ ſororis noſtræ Iſabellæ, Romanorum Imperatricis, uxoris ſuæ, cepimus in ſalvum & ſecurum conductum,

A.D. 1236.

A.D. 1236. Hen. 3.

ductum, in eundo in Nuncium prædicti Imperatoris per terram noſtram Angliæ, Walliæ & Hiberniæ.

Et ideo vobis mandamus quod ipſum Magiſtrum Walterum, cum per partes veſtras tranſitum fecerit in eundo, morando, & redeundo, cum honore recipiatis, manuteneatis, protegatis, &, cum ab eo requiſiti fueritis, per poteſtatem veſtram ſalvum ei conductum habere faciatis; ità quod vos meritò commendatos habere debeamus. In cujus, &c.

Teſte Rege apud Winton. decimo nono die Maii.

De protectione pro Olavo Rege Manniæ ad partes Norwegiæ profecturo.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Pat. 20. H. 3. m. 7.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.

Sciatis nos ſuſcepiſſe in protectionem & defenſionem noſtram homines, terras, res, redditus, & omnes poſſeſſiones dilecti & fidelis noſtri Olavi Regis Manniæ & Inſularum, qui, pro negotiis, ſuis, ad partes Norwegiæ de mandato Regis Norwegiæ profecturus eſt.

Et ideo vobis mandamus quod homines, terras, res, redditus, & omnes poſſeſſiones ipſius Regis Manniæ & Inſularum, manuteneatis, protegatis, & defendatis.

Nullum ei inde inferentes, &c.

Et, ſi quid ei inde fuerit foriſfactum, &c.

Teſte Rege apud Merewell, viceſimo quarto die Maii.

Littera Joannæ Comitiſſæ Flandriæ, ubi mentio ſit de Feodo.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 5. dorſo.

REX J. Comiti Flandriæ, & Hanoniæ, ſalutem.

Significamus vobis quod, cum Chidulfus de Brug. & Baldinus Hoſtiarius, ad nos in Anglia, ex parte veſtra, deſtinati, ad nos veniſſent, & nobis expoſuiſſent negotia eis injuncta, benignum eis dedimus auditum, amicitiam veſtram ſcire volentes quod non fuit nobis gratum vel acceptum, nec aliquo modo per nos ſtetit quod injuriæ, vel dampna aliqua irrogata fuerunt, in terra noſtra, Mercatoribus veſtris; immo valde fuit nobis moleſtum, & plurimum fuimus inde moti & perturbati, ſicut prædicti Nuncii veſtri vobis poterunt plenius oſtendere.

Quod igitur ad præſens fieri potuit de dampnis & injuriis prædictis, ſicut plenius conſtat eiſdem Nunciis veſtris, ad ſatisfaciendum tàm voluntati veſtræ, quàm Mercatoribus veſtris, conceſſimus quod, pro quinquaginta & duobus doliis vini, quæ veſtri dicunt ſe amiſiſſe, ſolvamus centum & quatuor libras ſterlingorum; & pro melle & aliis mercandiſiis centum & ſeptem libras & decem ſolidos Turon.

Cum autem, occaſione Maritagii ſororis noſtræ, quam dedimus in uxorem Domino Imperatori, ſicut audiſtis, de pecunia & theſauro noſtro multum effuderimus, tum in jocalibus, tum in pecunia cum ipſa data eidem Imperatori, ad præſens non potuimus Mercatoribus prædictis ſatisfacere; ſed terminum eis poſuimus, ad nundinas Sancti Egidii Winton. ad prædictam pecuniam recipiendam; facturi alias, pro loco & tempore, de dampnis & injuriis aliis, ſiquid fuerit adhuc emendandum; De quo debebitis eſſe contenti; quia plurimum volumus, & deſideramus quod mutua ſit inter nos dilectio; & quod Mercatores de terra veſtra, & Mercatores de terra noſtra utrobique ſint ſecuri, & in Anglia potiſſime ex parte noſtra; & quod veſtris ſolatium inpendamus, tanquam parati facere pro vobis quicquid viderimus commodo veſtro & honori, ſimul & noſtro expedire.

Vos igitur rogamus attentius quatenus, eadem facilitate, reſtitui faciatis Mercatoribus noſtris res & mercandiſas ſuas, in poteſtate veſtra detentas, ita quod inde vobis grates ſcire debeamus; quia videtur Concilio noſtro quod, pro dampnis & injuriis, illatis Mercatoribus veſtris tempore guerræ, ſicut contigit, nulla fieri debeat eis reſtitutio.

De feodo veſtro vobis ſignificamus quod, variis diſtracti negotiis in adventu dicto-

A.D. 1236. Hen. 3. dictorum Nunciorum veſtrorum, inde plene vos certificare non potuimus; ſet diem inde præfiximus eis, in quindena Sancti Johannis Baptiſtæ apud London, & tunc inde conſilium habebimus cum fidelibus noſtris, qui tunc nobis aſſiſtent, & tunc inde faciemus quod gratum vobis eſſe debebit.

Mittimus vobis Smaragdum quandam, in ſignum veræ dilectionis, per præfatos Nuncios (qui prudenter & fideliter ſe geſſerunt in exercendis mandatis veſtris) quam, ſi placet, gratanter pro amore noſtro recipiatis.

Teſte Rege apud Merewell. viceſimo nono die Maii.

Littera Imperatori de attemptatione Lumbardorum, necnon de pecunia ei ſolvenda.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 1.

SEreniſſimo Principi, & fratri dilectiſſimo, Frederico, Dei gratiâ, Romanorum Imperatori, ſemper Auguſto, Jeruſalem & Siciliæ Regi, Henricus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Litteras Imperialis Majeſtatis, ſuper attemptatione Lumbardorum, a ſerenitate veſtra tranſmiſſas, cum qua decet reverentia recepimus: quibus intellectis, & habita inde cum Concilio noſtro deliberatione, Nuncios noſtros, pro negotio memorato, duximus ad Dominum Papam tranſmittendos; qui quidem per vos, ſicut mandaveratis, tranſitum prius facturi, vobis injunctum, ex parte noſtra, negotium explanabunt.

Ante quidem ſuſceptionem litterarum veſtrarum, continentium ut quinque millia Marcarum, in quibus vobis tenebamur, de termino Paſchæ proximò præterito, & decem millia Marcarum, de termino Sancti Michaelis proximò futuro, vobis pro negotio veſtro tranſmitteremus, rogaveramus excellentiam veſtram ut, de prædictis terminis, nobis reſpectum concederetis uſque ad Paſcham proximò futuram; annuentes ut, ad terminum illum, vobis redderemus quinque millia Marcarum, & ad Feſtum Sancti Michaelis ſequens quinque millia Marcarum, & ad Paſcha ſequens reſidua, & ultima decem millia Marcarum de termino Paſchæ præterito.

Verumptamen attendentes quod inſtans negotium veſtrum tam arduum, multa depoſcat, & magnis indigeat, mittimus vobis ad præſens quinque millia Marcarum de prædicto termino Paſchæ præterito; ſerenitati veſtræ pro certo volentes innoteſcere, quod non tenebamur vobis, ad Feſtum Sancti Michaelis futurum, niſi in aliis quinque millibus Marcarum.

Et quia veſtra ſatis novit celſitudo quod, ſine gravi diſpendio, non poſſemus ita noſtrum hauriri theſaurum, quod nimis tenues remaneremus, ſupplicamus attentius quatinus placeat ſerenitati veſtræ dictos terminos, ad reſiduum pecuniæ memoratæ vobis reddendum, liberaliter nobis concedere.

Cæterum tamen de quindecim millibus Marcarum, quas jam vobis reddi fecimus de pecunia prædicta, litteras magnificentiæ veſtræ nondum recepimus de quietantia ſummæ prædictæ; litteras Imperiales patentes inde, ſi placet, nobis tranſmittere velitis; teſtificantes liberationem prædictam; præcipientes inſuper quod conſimiles litteræ, ſine quibus grave periculum nobis poſſet imminere, ſimiliter fiant, & nobis tranſmittantur de terminis futuris.

Littera Imperatori adhuc de attemptatione Lumbardorum, ut etiam de reſidua pecunia ei ſolvenda.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 1.

SEreniſſimo Principi fratri, kariſſimo Frederico, Dei gratia illuſtri Romanorum Imperatori, &c. Henricus eadem gratia, &c. ſalutem, & deſiderata gaudere victoria.

Litteras Imperialis excellentiæ, nobis per advocatum de Aquiſgrano tranſmiſſas, cum qua decuit reverentia lætè recepimus; ſet, intellectâ per eaſdem attemptatione Lumbardorum inopinatâ, contra Majeſtatem celſitudinis veſtræ ita irreverenter machinata, eam æquo animo ferre non valuimus, ad quam vindicandam ſi ſufficeremus libenter nos accingeremus, veſtra gravamina non reputantes,

A.D. 1236. Hen. 3.

tantes, ſicut nec debemus, a noſtris aliena.

Paratam quidem habentes voluntatem, in quibus poſſumus, veſtris mandatis optemperare, dilectos & fideles noſtros B. de Ver familiarem militem noſtrum, & Barthum. Pech. Hoſtiarium Cameræ noſtræ, pro parte noſtra ad Dominum Papam duximus transmittendos, ſupplicantes per litteras noſtras pro vobis eidem, ſet & Cardinalibus amicis noſtris de Curia ſpecialibus, licet inde mandatum veſtrum non ſuſciperemus; quarum tranſcripta litterarum præfati Nuncii noſtri vobis exhibebunt.

Mittemus ſiquidem vobis, per eundem advocatum, quinque millia Marcarum, in quibus excellentiæ veſtræ tenebamur, de termino Paſchæ proximò præterito; & ſic, de 30 millibus Marcis, ſolvimus vobis quindecim millia; Magnificentiæ veſtræ ſupplicantes attentius, ſicut aliàs fecimus, quatenus, de reſiduis 15 millibus Marcarum, talem nobis reſpectum concedere velitis, ut quinque millia vobis ad proximum Feſtum Sancti Michaelis debita, reddantur ad Paſcha proximo ſequens, & ultima reſidua decem millia Marcarum ad ſubſequens Feſtum Sancti Michaelis.

Et, cum de quindecim millibus Marcis, vobis jam ſolutis, litteras excellentiæ veſtræ nondum receperimus, de pecuniæ prædictæ quietantia placeat vobis eas nobis tranſmittere; præcipientes inſuper ut conſimiles nobis fiant terminis futuris, ſine quibus non mediocre periculum nobis poſſet imminere.

Cætera quidem de negotio noſtro, Dominum Regem Franciæ tangente, poſuimus in ore prædictorum Nunciorum noſtrorum vobis explicanda; quibus intellectis conſilium, quale decet magnificentiam Imperialem, & unde vobis honor perpetuus accreſcat, & noſtra poteſtas augeatur, eidem negotio, ſi placet, potenter adhibere velitis; placeat Majeſtati veſtræ, per eos Nuncios noſtros nobis renuncietis.

Teſte Rege apud Briſtoll. 30 die Junii.

Littera Imperatori excuſatoria, quod fratrem ſuum, pro prædicti Imperatoris mandato, ad præſentiam ejus mittere nequit.

D.1236.
10. *H.* 3.
lauſ. 19. *H.*
p. 1. m. 2.

SEreniſſimo Principi, & fratri ſuo kariſſimo, Frederico, Dei gratiâ, Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, Jeruſalem & Siciliæ Regi, Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem, & fælicibus de hoſtibus gaudere triumphis.

Licet paratam habeamus voluntatem Celſitudinis veſtræ, ſicut decet, parere mandatis, magnificentiæ veſtræ tamen ſignificamus quod, cum conſtitutis in præſentia noſtra magnatibus regni noſtri, tàm perſonis Eccleſiaſticis, quam aliis, propoſuiſſemus qualiter a vobis mandatum ſuſcepimus ut dilectum fratrem noſtrum R. Comitem Pictaviæ, & Cornubiæ, quem plurimum videre deſideratis, ad ſui cumulum honoris, ad præſentiam excellentiæ veſtræ mitteremus.

Ipſi, habita inde adinvicem deliberatione, nobis unanimes reſponderunt quod nullatenus ſuum adhiberent aſſenſum, ut memoratus frater noſter ad præſens regnum noſtrum exiret; immo quod nec id permitterent, licet vellemus.

Cæterum cum inſtet terminus treugarum inter nos & Walenſes; & in proximo ſumus ſolempne colloquium habituri cum illuſtri Rege Scotiæ ſuper quibuſdam contentionibus, inter regnum noſtrum & ſuum ortis; & demum, Domino permittente, proficiſci decreverimus in terram noſtram Hiberniæ, in qua nondum fuimus, non poſſent hæc negotia commode, ſine præſentia memorati fratris noſtri expediri.

Hinc eſt quod Celſitudinem veſtram devote duximus exorandam quatenus vobis non diſpliceat, quod memoratus frater noſter, cauſis prædictis præpeditus, ad veſtram non accedit præſentiam; Quoniam, ſi placet vobis, peractis & expeditis negotiis prædictis, id facere non omittat.

Littera Imperatori; quod Frater ſuus ad præſentiam ejus cum ſalvo Conductu accederet.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 3. dorſo.

SEreniſſimo Principi, amico, & fratri ſuo kariſſimo, Frederico, Dei gratiâ Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, Jeruſalem & Siciliæ Regi, Henricus eadem gratia Rex Angliæ, &c. ſalutem, cum dilectionis ſinceræ ſemper augmento.

Gratum valde reputantes & acceptum quicquid, per tranſmiſſos nuper ad præſentiam veſtram nuncios noſtros, nobis renunciaſtis, ſuper benigna & liberali eorundem receptione, & honoribus immenſis, ob amorem noſtrum ipſis impenſis, & quod per ipſos tam jocunda verba, & affectuoſa, & bona alia nobis ſignificatis; & potiſſimè quod faciem kariſſimi fratris noſtri, Ricardi Comitis Pictaviæ & Cornubiæ, tantum videre deſideraſtis, ſicut, prædicto Comite nobis referente & aliis, didicimus, Imperialem magnificentiam copioſa proſequimur gratiarum actione.

Serenitatem veſtram ſcire cupientes quod nichil eſſet nobis ad præſens jocundius, nichil ſuavius quam veſtræ celſitudinis frui affectu, ſi inde nobis daretur oportunitas; ſet, ſicut non ambiget ſinceritas Imperialis, id commode contingere non poſſit, bonum valde nobis eſſet, quod per aſpectum memorati fratris noſtri veſtrum adimpleretur deſiderium, dummodo de ſecuro tranſitu ipſius ad vos & reditu, ſimiliter prout toti regno noſtro, ſicut & nobis expediret, ſufficienter provideretur.

Unde Celſitudinem veſtram rogamus quatenus ſi placeat amicitiæ veſtræ modis omnibus veſtrum in hac parte deſiderium adimpleri, talem & tam ſufficientem ſecuritatem & conductum ſalvo tranſeundi extra regnum veſtrum & poteſtatem morandi & redeundi, prædicto Comiti Fratri noſtro dari ſtudeatis, de quo non ſolum nos qui beneplacito veſtro contraire nec volumus, nec debemus; ſet & Magnates de regno noſtro, (qui, ſine difficultate maxima, nullatenus ipſum ad partes tàm longinquas accedere permittent, propter cauſas varias, quas dilectus Clericus noſter Magiſter Willielmus de Kilkenny, quem ad præſentiam veſtram deſtinamus, vobis exponet) debeant ſufficienter eſſe contenti.

A.D. 1236.

Quia verò, inter cætera, nobis nunciaſtis quod diem colloquii inter vos, & Regem Franciæ habendi capere voluiſtis, ut inde certiores nos, ſi placet, efficiatis, ſpecialiter memoratum Clericum noſtrum ad vos deſtinavimus; rogantes attentius quatenus ſuper eodem negotio & quibuſdam aliis, quæ tutius ore ipſius, quam ſcripto duximus commendare ſerenitati veſtræ exponenda, eidem benigne intendere dignemini.

Noſque auctore Domino, certificati de die colloquii memorati, tales & tam ſufficientes inſtructos viros a latere noſtro mittere curabimus ad colloquium prædictum, qui negotia, nos & regnum noſtrum tangentia, ſufficienter debeant procurare.

Ad hoc ſanctitati veſtræ devotiſſime regratiamur, quod præter affectionem maritalem, quam kariſſimæ ſorori noſtræ, conſorti veſtræ liberaliter impendatis, ipſam in magna teneris veneratione & caritate, ſicut decet, habetis & commendatam.

Gaudentes igitur de gratia, quam in conſpectu Majeſtatis veſtræ invenit, Celſitudinem veſtram imploramus quatenus ita affectione ſincera erga ipſam ſororem noſtram continuare velitis quod, mutua dilectione inter vos ſemper creſcente, & vobis, & nobis ad gloriam cedat & honorem.

Teſte.

Littera Regis ad Imperatricem.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 1.

REX Imperatrici, &c. ſalutem, & jocunda proſperitate diu gaudere.

Affectionem ſinceram, quam de ſtatûs noſtri proſperitate certiorari deſideratis, plenius attendentes ex intimo deſiderio, quo veſtram ſcire cupimus lætitiam & jocunditatem; ſerenitati veſtræ ſignificamus nos & Reginam, uxorem noſtram, benedictus Deus, eſſe ſanos & incolumes.

A.D. 1236.

Placeat

A.D. 1236. Hen. 3. Placeat igitur dilectioni veſtræ ſtatum veſtrum, utinam proſperum, nobis renuntiare, & inde nos reddere velitis lætiores.

Significantes inſuper nobis ſi quid penes nos veſtræ placuerit excellentiæ, ad quod nos ſemper pronos inveniet dilectio veſtra. A.D. 1236. Hen. 3.

Littera Papæ recommendatoria, de Cauſa Imperatoris contra Lumbardos ſuſcipienda.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 1.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri G. Dei gratia, ſummo Pontifici, Henricus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem, & tàm devotam, quàm debitam tanto patri reverentiam.

Cum illuſtriſſimo Romanorum Imperatori, qui dilectam ſororem noſtram excellentia ſublimavit Imperiali, confœderatione ſpecialiori vix poſſemus aſtringi, excellentiæ ſuæ negotia non immerito noſtra reputantes, ibi nos non mediocriter læſos ſentire debemus, ubi Majeſtatem Imperialem irreverenter offendi conſpicimus.

Hinc eſt quod cauſam Imperatoris memorati contra Lumbardos, qui debitum ei obſequium ſubtrahere, & ab ejus Dominio injuſtè ſe nituntur eximere, vobis propenſius recommendantes;

Sanctitati veſtræ devote ſupplicamus quatenus, tam irreverentem præſumptionem, temere contra ſublimitatem Imperialem attemptatam, a veſtrâ non reputantes alienam, partem ſuam, ſicut veſtram, in caſu prædicto, quantum poteritis cum juſtitia, honore Dei & Eccleſiæ, fovere, & ſuæ exhæredationi, ſicut tenetur Sedes Apoſtolica, velitis obviare; maxime cum, ſi læderetur in tantum celſitudo Imperialis, non leviter ſe læſam reputare deberet Dignitas Eccleſiæ Romanæ.

Taliter igitur, in hac petitione noſtra nos pro eo, ſi placet, exaudiatis, ut ipſum pariter & nos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reddatis inde fortius aſtrictos, & filios devotiores.

Teſte Rege apud Briſtol. 29 die Junii.

Ejuſmodi Littera Joanni Columnæ Cardinali Romano.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 1.

REverendo Patri in Chriſto & amico ſuo J. Dei gratia titulo Sancti Praxed. Presbytero Cardinali, Henricus eadem gratia, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectionem.

Fœdus dilectionis, inter Nobilem virum illuſtrem Romanorum Imperatorem, & nos initum, adeo nos movet, ſicut noſtis, quod non ſolum prece & præcepto, verum etiam modis, quibus poſſumus, ipſius exaltationi tenemur intendere & honori.

Paternitatis igitur veſtræ dilectionem rogandam duximus cum affectu, quatenus cum Lumbardi, qui Imperatori ſubjici deberent antedicto, ſicut noſtis, ab ejus Imperio & Dominio ſubtrahere penitus ſe nitantur, in hoc, ſicut credimus, Eccleſiæ Romanæ lædentes non mediocriter dignitatem, penes Dominum Papam inſtare velitis ut tam irreverentem præſumptionem, contra ſublimitatem Imperialem temere attemptatam, a vobis non reputans alienam, partem ſuam ſet & veſtram in caſu prædicto, quantum poterit cum juſtitia, & honore Dei & Eccleſiæ, fovere, & ſuæ exhæredationi, ut tenetur Sedes Apoſtolica, velit obviare, ut tam Dominus Imperator, quam nos Domino Papæ, & vobis, necnon & toti Eccleſiæ Romanæ devotiores, ſi poſſit fieri, de devotis effici merito debeamus. A.D. 1236.

Teſte Rege apud Briſtoll. 29 die Junii.

Eodem modo J. Sabin. Epiſcopo.

E. Titulo Sanctorum Coſm. & Damiani Diacono Cardinali, S. Titulo Sancti Laurentii in Lucina Presbitero Cardinali, R. Sanctæ Mariæ in Coſmidia Diacono Cardinali, Domino Cardinali Sanct. Sabinæ.

Bulla de revocandis Alienationibus, Juramentis non obſtantibus.

A.D. 1236. *An.* 20. *H.* 3. *Ex Autogr.*

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Quanto majori vinculo tibi dilectionis aſtringimur, tanto amplius de tuo & Regni tui ſtatu ſolliciti eſſe debemus, & celſitudini Regiæ diligentius, cum expedit, providere; unde occaſiones, quibus Regalis Honor minuitur, & Regnum tuum grave patitur detrimentum, ex officii noſtri debito providimus amputandas.

Cum igitur in Coronatione tua juraveris, ut moris eſt, jura, libertates, & dignitates conſervare Regales; ac, quorumdam poſtmodum circumventus Conſilio, & juvenili facilitate ſeductus, quam plura, quæ ad jus & ſtatum Coronæ ſpectabant, in præjudicium Regni, & contra Honorem tuum improvide Alienans, te contra id non facturum juramento firmaris (quia Sacramentum peccati vinculum eſſe non debet, & diſrumpendæ ſunt obligationes noxiæ, ac ſolvendi faſciculi deprimentes) nos ad obſervantiam poſterioris juramenti, quod priori repugnat, te decernimus non teneri.

A.D. 1236.

Nam cum tenearis, & in Coronatione, ſicut dictum eſt, præmiſſa te juraveris ſervaturum, illicitum perfecto extitit juſjurandum, quod poſtea, de non revocandis hujuſmodi alienationibus, præſtitiſti.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Peruſii —— Kal. Julii, Pontificatus noſtri anno nono.

Sub Plumbeo Sigillo Pendent. a filis Sericis flavi rubeique color.

De Treugis cum Principe de Abberfrau.

A.D. 1236. *An.* 20. *H.* 3. *Pat.* 20. *H.* 3. *m.* 7.

REX omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus, bona fide, & ſine malo ingenio, & ratas habemus & gratas treugas, captas apud Theokesbir. die Veneris in feſto Sancti Benedicti, anno Regni noſtri viceſimo, per venerabilem patrem E. Cantuarienſem Archiepiſcopum, inter nos, & omnes homines, & Impriſios noſtros apertos ex unâ parte; & Lewelinum Principem de Abberfrau, & Dominum de Snaudon, & omnes homines, & Impriſios ſuos apertos, tàm Walenſes, quàm alios ex alia parte, duraturas a feſto Sancti Jacobi, anno eodem, uſque in unum annum completum.

Ita ſcilicet quod tàm nos, & noſtri, quàm prædictus Lewelinus & ſui, ſimus in eiſdem terris & tenementis, hominibus & homagiis, in quibus fuimus prædicto die captionis treugarum iſtarum.

Salva Morgano de Carleon reſtitutione ſua tàm de terris, quàm de bonis & mobilibus ſuis, quæ Comes Gulielmus Mareſcallus occupaverat ſuper eum infra treugas alias, inter nos, & ipſum Lewelinum ultimo captas.

A.D. 1236.

Si quid autem interim fuerit foriſfactum, per captionem terrarum, vel caſtrorum, vel bonorum mobilium, & manifeſtum ſit de captione terrarum, vel caſtrorum illorum, terræ & caſtra ſtatim reddantur, non expectatâ aliquâ correctione emendatorum treugæ.

Set de bonis mobilibus, ita captis, per ipſos correctores fiant emendæ; treugis nichilominus durantibus in ſua firmitate, in forma prædicta.

Ita quod, hinc inde, nulla Namia capiantur pro aliqua interceptione, facta infra treugas iſtas, de bonis mobilibus; nec pro aliqua contentione ante captionem hujus treugæ orta; ſet per ipſos correctores fiant emendæ ſicut prædictum eſt.

Nullus etiam receptet in poteſtate ſua inpriſios alterius hinc inde durantibus treugis.

Nullum etiam caſtrum novum firmetur in Marchia, vel dirutum reficiatur, durantibus treugis; & terræ ſint communes ſecundum formam treugarum, quæ ultimo captæ fuerunt inter nos, & ipſum Lewelinum.

Jurave-

A.D. 1236. Hen. 3. Juraverunt autem in animam noſtram, ex parte noſtrâ, hanc treugam, bona fide & ſine malo ingenio fideliter obſervandam, uſque ad prædictum terminum, dilecti & fideles noſtri Henricus de Aldichel, Johannes Leſtraunge, & Hermitus de Stafford. In cujus, &c. A.D. 1236. Hen. 3.

Teſte meipſo apud Theok. 11, die Julii, anno regni noſtri 20.

De Treugis ex parte Lewelini apud Salopiam jurandis.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Pat. 20. H3. m. 6.

REX ſuſcepit in ſalvum conductum ſuum omnes illos qui ex parte Lewelini Principis de Abbefrau & Domini de Snaudon, venturi ſunt apud Salop & Wenlac, in occurſum E. Cantuarienſis Archiepiſcopi, ad Treugas, inter Regem, & ipſum Principem nuper captas, apud Theokesbiriam, jurandas & firmandas.

Et mandatum eſt omnibus Ballivis, &c. quod eis, qui ex parte prædicti Principis illuc venient, ſicut prædictum eſt, in veniendo, morando, & redeundo, nullum faciant, aut fieri permittant impedimentum, moleſtiam, aut gravamen. A.D. 1236.

In cujus, &c.

Duraturum uſque in unum menſem à Feſto Sancti Kenelmi, anno 20.

Teſte Rege apud Theokesbir. 12 die Julii.

Notificatio Lewelino Principi de Abberfrau de Dictatoribus Treugæ.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 20. H. 3. m. 7. d.

REX dilecto Fratri & fideli ſuo Lewelino Principi de Abberfrau, Domino de Snauden ſalutem.

Sciatis quod conſtituimus venerabiles Patres R. Hereford, & Landavenſ. Epiſcopos, & dilectos & fideles noſtros Walterum de Baskervill, & Willielmum filium Warini in partibus Suthwalliæ: Et dilectos & fideles noſtros Hen. de Aldithleg. Fulconem filium Warini, & Hervicum Bagod in partibus Northwalliæ, Dictatores treugæ, nuper captæ inter nos, & vos, à feſto Sancti Jacobi Apoſtoli, anno regni noſtri viceſimo, uſque in unum annum, ad emendandum interceptiones, quæ fient ex parte noſtra contra treugam prædictam; & ad emendandum ſimiliter ea, quæ intercepta ſunt contra dilectum & fidelem noſtrum Gulielmum Mareſcallum Comitem Pembr. per vos, & Morganum de Carlyn. & alios inpriſios veſtros, in alia treuga præcedenti.

Et ideo vos rogamus quod, vice verſa, tales ex parte veſtra Dictatores ejuſdem treugæ aſſignetis, qui ſciant & poſſint, cum neceſſe fuerit, interceptiones factas & faciendas, unà cum prædictis fidelibus noſtris, prout juſtum fuerit, emendare. A.D. 1236.

Non omittentes quin ea facilitate, qua prædicto Morgano fecimus emendari ea, quæ contra ipſum intercepta fuerunt in treuga alia, faciatis emendari prædicto Comiti, & aliis, quæ ab ipſo Morgano ſunt contra ipſos intercepta; ne debeat, ea occaſione, quod nollemus, inter ipſum Comitem, & prædictum Morganum oriri contentio.

Significetis etiam nobis quos ad negotium memoratum exequendum ex parte veſtra duxeritis aſſignare, injungentes veſtris quod caveant ſibi, pro viribus ſuis, de interceptione aliqua facienda contra nos, & noſtros; & nos idem faciemus de noſtris, volentes quod treugam prædictam firmiter obſervent.

Teſte Rege apud Parſ. 26 die Julii.

De Epiſcopo Hereford. pro Dictatore aſſignato.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Ibidem.

REX Venerabili in Chriſto Patri R. eadem gratia Hereford. Epiſcopo ſalutem.

Sciatis quod conſtituimus vos, & venerabilem Patrem Landaven. Epiſcopum, & dilectos & fideles noſtros, Walterum de Baskervill, & Willielmum filium Warini, Dictatores treugæ, captæ inter nos, & Lewelinum Principem de Abberfrau, Dominum Snaudon, à feſto Sancti A.D. 1236.

A.D. 1236. Hen. 3.

Jacobi Apoſtoli, anno regni noſtri 20. in unum annum, ad emendandum in partibus Suthwalliæ interceptiones, quæ fient ex parte noſtra contra treugam prædictam; & ad emendandum ſimiliter ea, quæ intercepta ſunt a Lewelino & ſuis, contra dilectum & fidelem noſtrum, Gulielmum Mareſcallum Comitem Pembr. in alia treuga præcedenti.

Et ideo vobis mandamus rogantes quod, quotiens neceſſe fuerit, propter interceptionem emergentem, in partibus prædictis, contra treugam prædictam, & requiſiti fueritis à prædicto, vel Dictatoribus treugæ prædictæ aſſignatis, ex parte ſua, conveniatis ad faciendum de interceptionibus factis quod juſtum fuerit.

Negotium memoratum ea diligentià exequentes, quod exinde debeatis meritò commendari, & à nobis grates reportare ſpeciales; ex quo etiam dictus Lewelinus Dictatores ex parte ſua aſſignaverit, nomina eorum nobis ſcire faciet.

Teſte ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Dictatoribus.

Dictatores treugæ captæ inter Regem & Lewelinum,

R. Hereforden. Epiſc.

A.D. 1236. Hen. 3.

——Landavenſ. Epiſc.
Walterus de Baskervill,
Willielmus filius Warini,

In partibus Suthwalliæ.

Henr. de Aldicheleg.
Fulco filius Warini,
Hervicus de Bagod,

In partibus Northwalliæ.

Et hoc ſignificatum eſt Gulielmo Mareſcallo Comiti Pembr. & mandatum eſt ei quod treugas prædictas, tam a ſe, quam a ſuis firmiter faciat obſervari, ne ipſas treugas per eum contingat infringi.

Poſtea mandatum fuit prædictis Epiſcopis, & prædicto Willielmo quod, quia idem Mareſcallus habet dictum Walterum ſuſpectum, ſine præſentia ipſius Walteri, certis die & loco conveniant ad emendas faciendas ipſi Comiti, de demandis & injuriis, quas ſibi dicit irrogari per Lewelinum, & Morganum de Karlym, & ſuos; ita quod dictus Walterus alias emendas dampnorum & interceptionum, factarum & faciendarum infra treugas illas, una cum eis dictet & emendet.

De Manerio de Driffeld data per Regem Johannæ Reginæ Scotiæ.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Pat. 20. H. 3. m. 2.

REX dedit, & conceſſit, & carta ſua confirmavit Johannæ, Reginæ Scottorum Manerium de Driffeld, cum pertinentiis, habendum totà vità ſuà, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, ad illud Manerium pertinentibus; ſicut plenius continetur in Cartà, quam Dominus Rex ei fieri fecit.

Et mandatum eſt militibus, liberis hominibus, & aliis Tenentibus de Honore de Driffeld, quod eidem Reginæ, vel certo Nuncio ſuo, litteras ſuas Patentes deferenti, in omnibus, quæ ad Manerium prædictum pertinent, nomine ipſius Reginæ intendentes ſint & reſpondentes

A.D. 1236.

Teſte Rege apud Eborum, 20 die Septembris.

Littera Regi Scotiæ de Captione Ricardi Siward.

A.D. 1236. An. 20. H. 3. Pat. 20. H. 3. m. 2.

REX Alexandro, Regi Scottorum, ſalutem.

Datum eſt nobis intelligi vobis fuiſſe ſuggeſtum de dilecto & fideli noſtro Ricardo Siward, quod ipſe procuraſſe debuit captionem ſuam, quando eum capi fecimus; & quod ipſe, poſt deliberationem ſuam, conventionem nobiſcum feciſſe debuerat contra fidem ſuam vobis debitam.

A.D. 1236.

Quia verò veritati teſtimonium eſt perhibendum, ſerenitati veſtræ præſentibus intimamus quod captionem ſuam nunquam procuravit, nec quod ipſum, ob aliam cauſam, capi, vel detineri fecimus, niſi pro ſecuritate nobis facien-

dà

A.D. 1236.
Hen. 3.

dâ de pace Regni noſtri non perturbanda.

Nec quod, poſt captionem ſuam, vel ante, vel aliquo tempore, conventionem aliquam nobiſcum fecit contra fidem ſuam vobis debitam.

A.D. 1236.
Hen. 3.

Et, ne ſuper hoc, de cætero poſſit a vobis dubitari, has litteras noſtras Patentes vobis inde mittimus.

Teſte Rege apud Shireburn, 24 die Septembris, anno Regni noſtri 20.

Pro Olavo Rege Manniæ.

A.D. 1237.
An. 21. H. 3.
Pat. 21, H. 3. n. 9.

OLavus Rex Manniæ habet litteras patentes de protectione, qui profectus eſt ad partes Norwegiæ de licentia Domini Regis, duraturas quamdiu de partibus prædictis redierit.

Teſte Rege apud Keneton. 8 die Aprilis.

A.D. 1237.

Et mandatum eſt Juſticiario Hiberniæ per litteras Clauſas, quod ipſum ita manuteneat & defendat, ſicut in forma litterarum prædictarum Patentium, ei & omnibus Ballivis, & fidelibus Regis directarum continetur.

Teſte ut ſupra.

Bulla Gregorii Papæ 9. per quam reprehendit Regem Scotiæ, ex eo quod non ſervavit Juramentum factum Regi Angliæ de Homagio.

A.D. 1237.
An. 21. H. 3.
L. A. fol. 41. & penes Camerar. Scaccar.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio illuſtri Regi Scotiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Regalis celſitudo requirit ut, quo magis honore præeminet, eo diligentius ſervet in ſuis actibus puritatem.

Intelleximus ſiquidem, cariſſimo in Chriſto Filio noſtro Henrico illuſtri Rege Angliæ intimante, quod, cum homo Ligius ſis ipſius, & ei fidelitatis præſtiteris juramentum (quo te principaliter aſtrinxiſti quod, in ſuum & Regni Angliæ detrimentum, nichil penitus attemptares) tu id, unde mirari conpellimur, non obſervas; plura in honoris ſui diſpendium moliendo.

A.D. 1237.

Quia vero dictum Regem, tanquam ſpecialem Apoſtolicæ ſedis Filium, paterno affectu diligimus, teque, veluti nobis & Eccleſiæ Romanæ devotum ſincerâ complectimur caritate (propter quod eo ardentius inter vos eſſe cupimus unitatis vinculum, quo amplius vos gravaret diſcordia & vehementius conturbaret) excellentiam tuam rogandam duximus propenſius & hortandam quatinus Regi præfato ea, in quibus teneris eidem, ſtudeas plenius obſervare; ita quod ex hoc ipſius Regis dilectionem uberius merearis, & nos tibi magis conſtituas in tuis oportunitatibus favorabiles & benignos.

Datum Viterbii, 5 Kal. Maii, Pontificatus noſtri anno quinto.

Bulla Gregorii Papæ de Matrimonio, contracto cum Filia Comitis Pontivenſis, irritando.

A.D. 1237.
An. 21. H. 3.
Ex Autogr.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Præpoſito Beverlacen. Eboracen. Dioceſis, Magiſtris Petro de Columpna Carnoten. & Hugoni Piſan. Canonicis, Pariſius commorantibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

A.D. 1237.

Exultamus in Domino quod ejus timorem, qui eſt initium ſapientiæ, cariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus Rex Anglorum illuſtris habens præ oculis, libenter, ſicut intelleximus & gaudemus, declinat ab hiis, quæ famam maculant & ſalutis pariunt detrimentum.

Unde cum dudum nobilem mulierem Johannam, natam nobilis viri Comitis Pontiven. juraverit ducere in uxorem;

A.D. 1237. Hen. 3. cum quâ poſtmodum, deſtinatis ad ipſam ſollempnibus Nunciis, matrimonium, quantum fuit in ipſo, contraxit.

Comperto tandem quod eadem, ex utroque latere, ipſum quarto conſanguinitatis gradu contingit, propter quod, cum ipsâ non poterat ſine læſione famæ, ac animæ periculo, matrimonium conſummare; mutato, cum ſapiente, conſilio, cariſſimam in Chriſto filiam Alienoram, natam nobilis viri Comitis Provinciæ, ſibi matrimonialiter copulavit.

Nos igitur, ad ſupplicationem ipſius, famæ ſuæ, in hac parte, paterna ſollicitudine providere volentes, cum jurisjurandi religio vinculum iniquitatis eſſe non debeat, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi vobis conſtiterit de præmiſſis, auctoritate noſtra nuntietis primum matrimonium eſſe nullum, & præfatum Regem juramento hujuſmodi non teneri; conſtitutione [de duabus dietis, in generali conſilio edita, non obſtante.

Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nichilominus exequantur.

Dat. Viterbii quinto Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno decimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla Archiepiſcopo Cantuarienſi, de prædicto Matrimonio irritando.

A.D. 1237. An. 21. H. 3. Ex Autogr.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Cantuarienſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Exultamus in Domino quòd ejus timorem, qui eſt initium ſapientiæ, cariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus Rex Anglorum illuſtris habens præ oculis, libenter, ſicut intelleximus & gaudemus, declinat ab hiis, quæ famam maculant & ſalutis pariunt detrimentum.

Unde cum dudum nobilem mulierem Johannam, natam nobilis viri Comitis Pontivenſis juraverit ducere in uxorem; cum quâ poſtmodum, deſtinatis ad ipſam ſollempnibus Nunciis, matrimonium, quantum fuit in ipſo, contraxit.

Comperto tandem quod eadem, ex utroque latere, ipſum quarto conſanguinitatis gradu contingit, propter quod cum ipſa non poterat, ſine læſione famæ ac animæ periculo, matrimonium conſummare; mutato, cum ſapiente, conſilio, cariſſimam in Chriſto filiam Alienoram, natam nobilis viri Comitis Provinciæ, ſibi matrimonialiter copulavit.

Nos igitur, ad ſupplicationem ipſius, famæ ſuæ in hac parte paternâ ſollicitudine providere volentes, cum jurisjurandi religio vinculum iniquitatis eſſe non debeat, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi tibi conſtiterit de præmiſſis, auctoritate noſtrâ primum nunties matrimonium eſſe nullum, & præfatum Regem juramento hujuſmodi non teneri; conſtitutione de duabus dietis, in generali concilio editâ, non obſtante.

Dat. Interamn. tertio Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno decimo.

Sub filo canabi.

De Conductu pro David filio Lewelini.

A.D. 1237. An. 21. H. 3. Pat. 21. H. 3. m. 7.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod manucepimus erga venerabilem patrem noſtrum E. Cantuarienſem Archiepiſcopum pro David, nepote noſtro, filio Lewelini Principis de Aberfrau & Domini de Snaudon, & omnibus aliis, quos apud Wigorniam in occurſum nobis ſecum adducet: videlicet, quod eundem David, & ſuos, tàm in perſonis, quàm rebus in omnibus, conſervabimus indempnes.

Et, ſi eis per nos, vel noſtros, in conductu, quem idem venerabilis pater noſter Archiepiſcopus Cant. fecit eis de mandato noſtro, in veniendo, vel redeundo, vel ſtando in Anglia, dampnum aliquod, tranſgreſſio aut interceptio aliqua facta fuerit, nos illud ei emendari faciemus ad plenum; & prædictum Archiepiſcopum in iſto conductu conſervabimus omnino indempnem.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. tertio die Junii.

De

De prorogatione Treugarum cum Principe de Abberfrau.

A.D. 1237. *An.* 21. *H.* 3. *Pat.* 21. *H.* 3. n. 11.

REX omnibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra nos prorogationem treugarum inter nos, & impriſios apertos, & homines noſtros ex unâ parte; & fidelem noſtrum Lewelinum Principem de Aberfraw & Dominum de Snawdon, & impriſios apertos, & homines ſuos, tàm Walenſes, quàm alios, ex aliâ parte captarum, anno Regni noſtri viceſimo, duraturam a Feſto Sancti Jacobi Apoſtoli, ejuſdem anni, uſque ad annum completum, ratam & gratam habere, ſecundum formam prædictarum treugarum ultimo captarum; ſalvis omnibus conventionibus & articulis in illa forma contentis.

Ad cujus prorogationis treugarum confirmationem tactis ſacroſanctis Evangeliis, fecimus dilectos & fideles noſtros Willielmum de Ferariis, Amauricium de Sancto Amaudo Seneſcallum noſtrum, Hugonem de Vivion, Ricardum de Grey, & Hubertum Hoſe, & alios fide dignos, jurare in animam noſtram, quod eandem treugarum prorogationem, cum omnibus conventionibus & articulis prædictis, fideliter & ſine malo ingenio, pro nobis, & noſtris fidelibus, & impriſiis, obſervari faciemus, a fine treugarum prædictarum ultimo captarum, uſque in annum completum, videlicet a Feſto beati Jacobi Apoſtoli proximo venturo, uſque unum annum completum.

A.D. 1237.

Ita tamen quod, propter iſtarum treugarum prorogationem, nichilominus ſuper tranſgreſſionibus & interceptionibus infra dictas treugas, hinc inde perpetratis, vel de cætero perpetrandis, fiant emendæ ſecundum formam aliàs in treugis prædictis proviſam.

In cujus rei teſtimonium hiis litteris ſigillum noſtrum apponi fecimus.

Teſte Rege apud Weſtm. decimo quarto die Junii.

De pace inter Barones de quinque Portubus, & homines de Baion.

A.D. 1237. *An.* 21. *H.* 3. *Pat.* 21. *H.* 3. n. 8.

REX Baronibus de quinque Portubus ſalutem.

Volentes quod firma ſit pax & concordia ſtabilis inter vos, & dilectos & fideles noſtros Cives noſtros Baion, vobis mandamus, firmiter injungentes, quatinus ſiqua fuerit inter vos & eos orta contentio, de cætero ſopiatur.

Ita quidem quod ad concordiam & pacem inter vos, & ipſos faciendam laboretis; ne, occaſione alicujus diſcordiæ, quæ inter vos, & ipſos habeatur, ſimus in aliquo perdentes de ſervitio ipſorum Civium noſtrorum, quod ſpecialiter habemus commendatum.

A.D. 1237.

Teſte meipſo apud Wudeſtok. 26 die Junii.

De ultima ſolutione pecuniæ, Imperatori debitæ pro Maritagio Iſabellæ.

A.D. 1237. *An.* 21. *H.* 3. *Pat.* 21. *H.* 3. n. 9.

REX fratri Hugoni de Stocton ſalutem.

Mandamus vobis quod, ad mandatum dilecti & fidelis noſtri, Hugonis Pateſhull, Theſaurarii, liberetis dilectis nobis fratri Egidio Bertrand. & Nunciis Domini Imperatoris decem millia Marcarum, quæ habetis in cuſtodia veſtra apud Novum Templum London; ad opus ejuſdem Imperatoris, ad perficiendam ei ultimam, & plenam pacationem triginta millium Marcarum, in quibus ei tenebamur pro maritagio dilectæ ſororis noſtræ, Romanorum Imperatricis.

A.D. 1237.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud Wudeſtok, 28 die Junii.

Fredericus Imperator ſcribit ſe filium ſuum (Regis Angliæ, ex Iſabella ſorore, nepotem) in Memoriam Henrici quondam Angliæ Regis, nominaſſe Henricum: Et eundem conſtituiſſe cuſtodem Regni Siciliæ: Et dat cauſam baptiſmatis ejus non citius ſolemnizati.

A.D. 1237. *An.* 21. *H.* 3.

DUM perfectæ dilectionis zelum, cujus indiſſolubili nodo quodam Iſabellam Conſortem noſtram chariſſimam, veſtræ affinitatis identitas lateri noſtro conjunxerat, in tenacis memoriæ libro perlegimus: Dum amicitiæ puræ conſtantiam, quam ad vos & veſtros amicabiliter gerimus, ſollicita meditatione penſamus: Ad H. dilectum filium noſtrum, nepotem veſtrum (cujus nomine Regem Henricum avum veſtrum, meditatione glorioſæ memoriæ laudabiliter excitamus) quem tanquam durabile inter nos pignus amoris, fœcunda nobis naturæ proviſio contulit, favoris noſtri gratiam libenter extendimus, & gratiæ noſtræ favorem libentius propagamus.

Ecce itaque pro arduis excellentiæ noſtræ negotiis, ad repetendas partes Italicas, tàm magnificè, quàm potenter accincti, præfatum Henricum, ſacro fonte baptiſmatis tripudiali ſolennitate renatum, in Regno Siciliæ loco noſtri, ac velut vultus & potentiæ noſtræ ſpeculum, relictis ſibi conſiliariis, de quorum conſilio toti Regno diſponat, provida nuper deliberatione præhabita, providimus dimittendum: Facto in ſolenni curia generali mandato univerſis Regni fidelibus, ut eidem, quem inter eos velut imaginarium perſonæ noſtræ relinquimus, tanquam perſonæ noſtræ reverenter obediant, & intendant. A.D. 1237.

De cujus tam longa dilatione baptiſmatis, latere vos nolumus, quod, ad preces quorundam amicorum noſtrorum de Papali Curia, quas obaudire neſcimus, & ipſorum concilio fuerat hucuſque dilatum, ut in reformatione pacis inter nos, & Romanam Eccleſiam, in cujus expectatione diutina noſtra ſunt & multorum jam vota fruſtrata, eo manifeſtius ſigna perpetui & conſtantis amoris oſtenderet, quo traderetur ſolennius ſummo Pontifici baptizandus.

Hæc nos profecto veſtræ ſerenitati deſcribimus, ut, quantum vobis magnificentia noſtra placere deſideret, veſtra ſerenitas a parte conjiciat; & qualiter inter alios affines noſtros, perſonam veſtram tenerius diligimus, argumentis evidentibus apprehendat.

De annuo cenſu Papæ ſolvendo.

A.D. 1237. *An.* 21. *H.* 3. *Ex Autogr.*

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Anglorum iluſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum in mille Marcis Sterlingorum Eccleſiæ Romanæ, pro anno proximo præterito, cenſûs nomine tenearis;

Excellentiam tuam rogamus & hortamur attentè, quatinus cenſum ipſum dilecto filio fratri Thomæ, Cubiculario noſtro, ſolitâ facilitate, nomine noſtro perſolvas; ita quod gratiam acquiras ex debito, & commendari mereatur Celſitudo Regia ex affectu. A.D. 1237.

Dat. Reat. 7. Julii, Pontif. noſtri anno decimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Omnium querelarum inter Angliæ & Scotiæ Reges finalis concordia coram Ottone Cardinali Legato apud Eboracum.

A.D. 1237. *An.* 21. *H.* 3. *Pat.* 21. *H.* 3. *n.* 2. *d.*

SCiant præſentes & futuri quod ita convenit, in præſentia venerabilis patris Domini O. Titulo Sancti Nicholai in carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, & tunc Apoſtolicæ ſedis Legati, apud Eboracum, inter Dominum Henricum Regem Angliæ, & Dominum Alexandrum Regem Scotiæ, ſuper omnibus A.D. 1237.

nibus querelis, quas idem Rex Scotiæ moverat, vel movere poterat contra dictum Regem Angliæ, uſque ad diem Veneris, proximam ante Feſtum Sancti Michaelis, anno gratiæ milleſimo ducenteſimo triceſimo ſeptimo, ſcilicet;

Super Comitatibus Northumberlandiæ, Cumberlandiæ, Weſtmerlandiæ, quos idem Rex Scotiæ petiit ſicut hæreditatem ſuam a dicto Rege Angliæ.

Et præterea de quindecim millibus Marcarum Argenti, quas illuſtris Rex Johannes, pater prædicti Henrici Regis Angliæ, receperat a Domino Willielmo, quondam Rege Scotiæ, patre prædicti Alexandri Regis Scotiæ, pro quibuſdam conventionibus, inter dictos Reges initis, quæ a dicto Rege Johanne non fuerant obſervatæ, ut idem Alexander Rex Scotiæ dicebat.

Et de conventionibus factis inter dictum Henricum Regem Angliæ, & dictum Alexandrum Regem Scotiæ, ſuper matrimonio contrahendo inter eundem Henricum Regem Angliæ, & Margaretam ſororem dicti Alexandri Regis Scotiæ, quod ex parte dicti Regis Angliæ non fuit obſervatum, ſicut idem Rex Scotiæ dicebat.

Et de omnibus aliis querelis quas dictus Alexander, Rex Scotiæ movit, vel movere potuit, pro ſe, vel pro anteceſſoribus ſuis, contra dictum Regem Angliæ, uſque ad terminum prædictum, videlicet;

Quod dictus Alexander Rex Scotiæ remiſit & quietos clamavit, pro ſe, & hæredibus ſuis, dicto Henrico, Regi Angliæ, & hæredibus ſuis imperpetuum, dictos Comitatus Northumberlandiæ, Cumberlandiæ, & Weſtmerlandiæ: Et totam prædictam pecuniam: Et omnes conventiones, factas inter prædictum Johannem Regem Angliæ, & prædictum Willielmum, Regem Scotiæ, ſuper conjugiis faciendis inter prædictum Henricum Regem Angliæ, vel Ricardum fratrem ſuum, & Margaretam, vel Iſabellam ſorores prædicti Alexandri Regis Scotiæ: Et ſimiliter conventiones factas inter dictum Henricum Regem Angliæ, & dictum Alexandrum Regem Scotiæ, ſuper matrimonio contrahendo inter ipſum Henricum Regem Angliæ, & Margaretam ſororem dicti Alexandri Regis Scotiæ.

Pro hac autem remiſſione & quieta clamantia, prædictus Henricus Rex Angliæ dedit, & conceſſit dicto Alexandro Regi Scotiæ ducentas libratas terræ infra dictos Comitatus Northumberlandiæ & Cumberlandiæ; ſi prædictæ ducentæ libratæ terræ in ipſis Comitatibus extra Villas, ubi Caſtra ſita ſunt, poſſint inveniri; &, ſiquid inde defuerit, ei perficietur in locis competentibus & propinquioribus dictis Comitatibus Northumberlandiæ & Cumberlandiæ:

HABENDAS, tenendas, & in Dominico retinendas eidem Alexandro Regi Scotiæ, & hæredibus ſuis Regibus Scotiæ, de dicto Henrico Rege Angliæ, & hæredibus ſuis:

REDDENDO inde annuatim unum Auſturcum Sorum ipſi Regi Angliæ, & hæredibus ſuis apud Karleol. per manus Conſtabularii Caſtri Karleol. quicunque fuerit, in Feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ, pro omnibus ſervitiis, & conſuetudinibus, & aliis demandis, quæ pro eiſdem terris exigi poſſint;

Ita libere quod prædicti Rex Scotiæ & hæredes ſui habeant & teneant dictas terras & homines dictarum terrarum cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, & quietantiis ſuis, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, in ſtagnis & vivariis, in mariſcis & piſcariis, cum Sok & Sak, Tholl & Theam, Infrangenethef, Utfrangenethef, Hamſokne, Grithbrech, Blodwit, Fyghtwyt, Ferdwit, Hengwyt, Leyrwyt, Flemeneſfrith, murdro & latrocinio, Forſtall. infra tempus & extra tempus, & in omnibus locis.

Et quod ipſe Rex Scotiæ, & hæredes ſui, & omnes homines ſui, de prædictis terris ſint liberi, & quieti ab omni Scotto, Ghyeldo, & omnibus auxiliis Vicecomitum, & omnium miniſtrorum ſuorum, & de Hydag, Carucag, Danegeld, Hornegeld, Exercitibus, Wapentakiis, Scutagiis, Leſtagiis, Stallagiis, Shyris, Hundredis, Wardis, Wardpenny, Averpeny, Hundredeſpeny, Burghalpeny, Tethingpeny, & de operibus Caſtellorum, Pontium, Parcorum Clauſuris, & omni Kareio, Summagio, Navigio, & de domuum Regalium ædificatione, & omnimoda operatione.

Et quod prædicti Rex Scotiæ, & hæredes ſui, habeant omnia animalia, quæ dicuntur Wayf, inventa in prædictis terris, niſi aliquis ea ſecutus fuerit, qui poſſit & velit probare quod ſua ſint.

Conceſſum eſt etiam a dicto Rege Angliæ, quod omnia placita quæ in dictis terris, de cætero emergent, & quæ coram Juſticiariis in Banco, vel coram ipſo Rege Angliæ, in itinere ſuo, teneri conſueverunt, de cætero placitentur in curia ipſius Regis Scotiæ, & hæredum ſuorum, Infra prædictas terras, & ibi terminentur per Ballivos ipſorum Regis Scotiæ, & hæredum ſuorum per returnum brevis ipſius Regis Angliæ, & hæredum ſuorum, A.D. 1237. Hen. 3. ſuorum, quod Vicecomites ipſorum eiſdem Ballivis habere facient, ſi placita illa ibi, per legem Angliæ, teneri & terminari poſſint.

Et placita, quæ ibi coram prædictis Ballivis, per legem terræ terminari non poterunt, coram Juſticiariis Domini Regis Angliæ & hæredum ſuorum itinerantibus, ad primas aſſiſas infra Comitatus, in quibus terræ illæ fuerint, teneantur & terminentur in primo adventu ipſorum Juſticiariorum, priuſquam aliqua alia placita teneantur, ſecundum quod juſtum fuerit; præſente Seneſcallo dicti Regis Scotiæ, & aſſidente tanquam Juſticiario ad illa placita tenenda; ita quod Ballivi, vel homines ipſius Regis Scotiæ, de prædictis terris, pro nulla ſummonitione, vel aliquo placito exeant Comitatus in quibus prædictæ terræ fuerint.

Siqua vero terra aſſignata fuerit dicto Regi Scotiæ, de prædictis ducentis libratis terræ, infra metas Foreſtæ, nullus Foreſtarius Regis Angliæ intrabit eandem terram ipſius Regis Scotiæ ad manducandum, vel hoſpitandum, vel aliquid aliud exigendum, niſi tantum pro attachiamentis faciendis de placitis, ad Foreſtam ſpectantibus; & hoc per viſum Ballivi ipſius Regis Scotiæ, ſi requiſitus intereſſe voluerit.

Placita vero coronæ, cum in prædictis terris emerſerint, attachientur per Ballivum & Coronatores Regis Angliæ, præſente Ballivo Regis Scotiæ, ſi requiſitus venire voluerit; & placitentur & terminentur eadem placita coram Juſticiariis itinerantibus & prædicto Seneſcallo ad primam aſſiſam, ſicut prædictum eſt.

De aliis placitis, ubi ſi aliquis hominum ſuorum de prædictis terris convictus fuerit de felonia, poſt judicium factum fiat juſtitia per Ballivos & homines ipſorum Regis Scotiæ & hæredum ſuorum; ita tamen quod non licebit dictis Regi Scotiæ vel hæredibus ſuis remittere alicui judicato pœnam ei debitam ſecundum legem terræ: Nec hæredibus dampnatorum terram, per feloniam perditam, reddere, nec etiam amerciamenta remittere hiis, qui amerciati fuerint pro quocumque foriſfacto.

Omnia etiam amerciamenta, & eſcaetæ, & proventus de prædictis terris, tàm de anno & die dicti Regis Angliæ & hæredum ſuorum, tàm de terris per feloniam foriſfactis, quàm de omnibus aliis exitibus, tàm de placitis Foreſtæ, quàm de omnibus aliis placitis, homines prædictarum terrarum contingentibus, remaneant ipſis Regi Scotiæ & hæredibus ſuis imperpetuum; &, ſi forte contingat aliquo tempore ipſos Regem Scotiæ vel hæredes ſuos implacitari de prædictis terris, vel de aliqua parte earumdem, dictus Rex Angliæ, & hæredes ſui, eaſdem terras, ſicut illas ei dedit, ipſis Regi Scotiæ & hæredibus ſuis warantizabit & defendet inperpetuum.

A.D. 1237. Hen. 3.

Ita quod, propter illud placitum, non oportebit ipſos Regem Scotiæ & hæredes ſuos ad Curiam Regis Angliæ accedere, ut inde alicui reſpondeant.

Et dictus Rex Scotiæ fecit dicto Henrico Regi Angliæ homagium ſuum de prædictis terris, & fidelitatem ei juravit.

Scripta vero, vel inſtrumenta ſuper prædictis maritagiis, & conventionibus a prædicto Rege Johanne quondam Rege Angliæ, ſive a prædicto Henrico Rege Angliæ, & a prædicto W. quondam Rege Scotiæ, vel a prædicto Alexandro Rege Scotiæ confecta, debent hinc inde reſtitui; eo ſalvo quod, ſi in ipſis ſcriptis, vel inſtrumentis aliqua capitula, negotium præſens non tangentia, inveniantur, quæ alterutrius Regum utilitatem contineant, debent prædicta capitula per utriuſque Regum litteras innovari: Similiter autem ſi quæ Cartæ ſuper prædictis Comitatibus poterunt inveniri, Regi Angliæ reſtituentur.

Et ſi forte, in poſterum, aliqua inſtrumenta inveniantur de prædictis Comitatibus & conventionibus, quæ non fuerint reſtituta, viribus careant, & pro nullis habeantur.

Hanc autem conventionem, fideliter tenendam inperpetuum, prædictus Rex Angliæ fecit in animam ſuam jurare W. Comitem Warennæ: Et dictus Rex Scotiæ ſimiliter in animam ſuam fecit jurare Walterum Cumyn, Comitem de Meneteth.

Et præterea idem Rex Scotiæ fecit Comitem Malcolm Comitem de Meneteth, Walterum filium Anani, Walterum Olifard, Bern. Fraſer, Henricum de Baillol, Gilbertum Mareſcallum, Comitem Penbr. H. Comitem Hereford. David Cumyn, David Mareſcallum, Thomam filium Ranulfi, Willielmum de Port. Johannem de Baillol, & Henricum de Haſting, jurare de pace iſta tenenda in forma litterarum patentium, quas ipſi Regi Angliæ inde fecerunt.

Præterea idem Rex Scotiæ, & Barones prædicti jurati poſuerunt ſe juriſdictioni Domini Papæ, ſub hac formâ, quod, ſi dictus Rex Scotiæ, vel dicti Barones ſui, aliquo tempore contra prædictum juramentum ſuum venirent, debent ſuper hoc a Domino Papa Canonice coerceri: Propter quod etiam debent ipſe Rex Scotiæ & Barones prædicti

dicti

A.D. 1237. Hen. 3. dicti Domino Papæ litteratorie ſignificare, ut hanc juriſdictionem alicui ſuffraganeorum Cantuarienſis Archiepiſcopi de conſenſu partium committat.

Ad majorem etiam hujus pacis ſecuritatem facta eſt hæc carta inter dictos Reges, in modum Cirographi; ita quod uterque illorum alterius parti Sigillum ſuum appoſuit. A.D. 1237. Hen. 3.

Hiis Teſtibus Venerabilibus Patribus,

W. Eborum Archiepiſcopo,
R. Cyceſtrenſi Domini Regis Angliæ Cancellario,
W. Carleolenſi,
W. Wigornienſi, &
W. de Glaſgu Cancellario præfati Regis Scotiæ Epiſcopis,
W. Electo Valent.
R. Comite Pictaviæ & Cornubiæ,
W. Comite Warennæ,
J. Comite Lincolniæ Conſtabulario Ceſtriæ,
W. Comite Albemarliæ,
R. Comite Wintoniæ,
S. de Monteforti,
G. Mareſcallo Comite Pembr.
Comite Patricio,
Comite de Strathern,
Comite de Linenath,
Comite de Anegus,
Comite de Mar,
Comite de Atthol,
Comite de Ros,
Willielmo Lungeſpey.
Radulpho de Thaeny,
W. de Ros,
R. de Ros,
W. de Ferrariis,
R. Bertram,
H. Painel,
G. de Umframvill,
Amauricio de Sancto Amaudo,
P. de Malo Lacu,
Magiſtro Petro de Burdegal. &
Magiſtro Att' Clericis Domini Legati,
Johanne filio Galfridi,
Hugone de Vivon,
Stephano de Sedgrave,
W. de Lacu.
W. de Say,
Ricardo de Gray,
Thoma de Furnivall,
Johanne de Lexinton,
Johanne de Pleſſeto,
Bartho. Peche,
Willielmo Gernemue,
Ricardo filio Hugonis, & aliis.

Littera Papæ notificatoria per Regem Scotiæ de Concordia prædicta.

A.D. 1237. An. 21. H. 3. SAnctiſſimo in Chriſto Patri, Innocentio Dei gratia ſummo Pontifici, Alexander eadem gratia Rex Scotiæ, Comes Patricius, Comes de Stratherne, &c. ſalutem, & debitam cum omni honore reverentiam.

Sanctitati veſtræ ſignificamus, nos Sacramentum corporaliter præſtitiſſe, coram Venerabili Patre Ottone, Tituli Sancti Nicholai in carcere Tulliano, Diacono Cardinali, in Anglia, Scotia, & Hibernia, tunc Apoſtolicæ Sedis Legato, ac Chartam noſtram confeciſſe, quæ ita incipit: *SCIANT* præſentes & futuri, quod ita convenit in præſentia Domini Ottonis Sancti Nicholai, &c. Quæ Charta penes Dominum Regem Angliæ & nos remanet Chyrographata.

Item aliam: Quæ ſic incipit: *AD OMNIUM* veſtrum notitiam volumus pervenire.

Cum, ſicut ex formâ præcedentium noſtrarum pateat obligationum, ſubjecimus nos Juriſdictioni veſtræ, ut nos & Hæredes noſtros per cenſuram Eccleſiaſticam poſſitis coercere, ſi aliquo tempore contra memoratam pacem venerimus: A.D. 1237.

Et ſi nonnunquam contingat, quod quidam noſtrum, omnes, vel unus, contravenire temere præſumerent, vel præſumere nituntur, & ex hoc, tàm animabus noſtris, quàm hæredum noſtrorum grave poſſet generare periculum, & corporibus noſtris & rebus non minimum immineret detrimentum:

Sanctæ Paternitati veſtræ ſupplicamus, quatenus alicui Suffraganeorum Archiepiſcopi Cantuarienſis detis in mandatis, ut nos, Hæredeſque noſtros ad præfatæ pacis obſervationem compellat, prout in inſtrumentis inde confectis plenius continetur.

Alias ſuper eadem pace; quod Canonicum fuerit, authoritate veſtra ſtatuat, contradictores, &c.

Et ad iſtius petitionis noſtræ conſummationem, præſenti ſcripto ſigilla noſtra appoſuimus.

De Alianora filia Galfridi, Angliæ & Britanniæ Hærede.

A.D. 1237. *An.* 22. *H.* 3. *Pat.* 22. *H.* 3. *m.* 11.

REX omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod dilectus & fidelis noſter Willielmus Talbot reddidit nobis apud Wudeſtock, die Martis proximo poſt Feſtum Omnium Sanctorum, Anno Regni noſtri 22. Caſtrum noſtrum Glouceſtriæ, & Alianoram Conſanguineam noſtram ſanam & incolumem.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wudeſtock, 3 die Novembris, anno eodem.

A.D. 1237.

Bulla pro Theodino filio Odonis Brankaleonis.

A.D. 1237. *An.* 22. *H.* 3. *Ex Autogr.*

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Dilectus filius Theodinus clericus, natus nobilis viri Oddonis Branchaleonis, Rector Eccleſiæ Sanctæ Margaretæ de Suthelmcham, propoſuit coram nobis quod, Johannes Leminiſtræ clericus Londonien. Dioc. in eandem Eccleſiam, quam aliquandiu pacificè poſſederat & quietè, citra conſcientiam tuam, ut creditur, per Seneſcallos tuos ſe procuravit intrudi; eamque occupatam detinet in ejus præjudicium & gravamen.

A.D. 1237.

Quocirca regalem excellentiam rogamus, & monemus attente, quatenus ob reverentiam apoſtolicæ ſedis & noſtram, eundem Rectorem ad Eccleſiam reſtitui faciens ſupradictam, nec tu ipſum ſuper eâ moleſtes, nec patiaris ab aliis, quantum in te fuerit, indebite moleſtari; ita quod idem jus ſuum ſe gaudeat aſſecutum, & nos ſerenitatem Regiam poſſimus meritò commendare.

Dat. Lateran. 3 Id. Decembris, Pontificatus noſtri anno undecimo.

Sigillo plumbeo penden. a Filo canabeo.

Bulla de alienatis reſumendis, Juramentis & Inſtrumentis non obſtantibus.

A.D. 1238. *An.* 22. *H.* 3. *Ex Autogr. In Turre London.*

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Gravi ſumus turbatione commoti quod, ſicut audivimus, quorundam minus diſcreto ductus conſilio, Libertates, poſſeſſiones, Dignitates, & alia quamplura, quæ ad jus & ſtatum Coronæ ſpectabant, in grave præjudicium Eccleſiæ Romanæ, ad quam Regnum Angliæ pertinere dignoſcitur, & enormem læſionem ejuſdem Regni, in plures prælatos, Eccleſias, & alios Magnates Angliæ, liberalitate improvida diſperſiſti; & de non veniendo contra alienationem hujuſmodi te Juramentis, nec non inſtrumentis publicis obligaſti.

A.D. 1238.

Attendentes igitur quod, ex alienatione prædicta, Sedes Apoſtolica, cui præjudicare minime potuiſti, non modicum læditur, & Regnum ipſum vix ſubſiſtere poterit, cujus honor particularibus diminutionibus enervatur, ſerenitati tuæ præſentium authoritate mandamus quatenus Juramentis & inſtrumentis prædictis nequaquam obſtantibus, alienata prædicta revocare procures.

Dat. Lateran. decimo Calendas Martii, Pontificatus noſtri anno undecimo.

A.D.1238. Hen. 3.

Pro Regina Scotiæ de Teſtamento condendo.

A.D.1238. An.22. H.3. Pat.22.H.3. m.9.

REX omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus dilectæ ſorori noſtræ Johannæ illuſtri Reginæ Scotiæ, ſi de ea humanitus contingat, ad Teſtamentum ſuum faciendum, omnes exitus Maneriorum de Staunton, & de Driffeld, quæ eidem Reginæ commiſimus, tàm in redditibus, quàm aliis, a feſto Sancti Michaelis, anno Regni noſtri 22. uſque in duos annos completos.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 21 die Februarii.

De Treugis Walliæ.

A.D.1238. An.22. H.3. Claus.22.H.3.m.16. d.

REX, Willielmo de Stutevill ſalutem.

Quia jam inſtat terminus treugarum, inter nos, & Lewelinum Principem de Abberfrau captarum, in inſtanti feſto Sancti Jacobi; & ex relatu quorundam accepimus, idem Princeps David filium ſuum homagium Magnatum de Northwallià & de Powys capere fecit, in grave præjudicium noſtrum, nec certi ſumus de voluntate, vel propoſito ipſius Principis:

Vobis mandamus quod in fide, qua nobis tenemini, nullatenus omittatis, quin ſitis ad nos apud Oxon. die Martis proximo poſt quindenam Paſchæ, nobiſcum ſuper hoc & quibuſdam aliis negotiis noſtris locuturi.

Teſte Rege apud Theoksbir. 8. die Martii.

Eodem modo ſcribitur Johanni filio Alani, Willielmo de Warenna de Albo Monaſterio, Willielmo Filio Warini, Rogero de Chaundos, Radulpho de T[illegible], Rogero Pychard, Thomæ Corbet, Radulpho de Mortuo Mari, Waltero de Clifford, Waltero de Baskervill, Johanni de Monemue, Fulconi filio Warini.

Littera Principi Lewelino de Homagio filio ejus ſine Regis venia non præſtando.

A.D.1238. An.22. H.3. Ibidem.

REX, Lewelino Principi ſalutem.

Satis intelleximus quod vos diligenter inſtatis quod David Nepos noſter, & filius veſter, capiat homagium Magnatum, & aliorum de Northwallia & de Powys: Ad quod quidem nec vos inſtare debetis, nec ipſe id attemptare, antequam ad nos venerit, & fecerit nobis homagium, & id quod facere debet; maxime cum vos hoc facere non poſſitis, ſalvà fide, quà nobis tenemini, & ſalva honeſtate veſtrà.

Et ideo vobis inhibemus in fide, qua nobis tenemini, & ſub pœna tenementi, quod de nobis tenetis, ne præfatum filium veſtrum aliqua homagia capere permittatis in partibus illis, donec ad nos venerit, & homagium nobis fecerit, & id quod nobis facere debet; præcipue cum quidam de Magnatibus illis tenere debeant de nobis in capite, & de tenementis ſuis nobis homagium facere.

Quia vero nuper venit ad nos Archidiaconus de Sancto Aſaph, ex parte veſtra minus ſufficienter inſtructus, ad tractandum de pace inter nos, & vos; licet nobis ſignificaveritis, quod firmam pacem inter nos, & vos deſideratis; quia tamen nichil certum ſcimus de voluntate veſtra & propoſito in hac parte, & inſtat terminus treugarum inter nos, & vos captarum, mandavimus Magnatibus noſtris Marchiæ quod, die Martis proximo poſt Octabas clauſi Paſchæ, veniant ad nos Oxon. tàm ſuper hoc, quam aliis tractaturi nobiſcum; & vos tunc, ſi deſideratis firmam pacem inter nos, & vos, ſicut nobis ſignificaſtis, præfatis die & loco mittere poteritis, ſi vobis placuerit, aliquos de veſtris, cum plena poteſtate, ad tractandum de pace, & eam inter nos, & vos firmandam,

Quoniam ſcire vos volumus quod huc-uſque nichil intelleximus, nec ex tenore litterarum veſtrar. nec alias, quod

A.D. 1238. *Hen.* 3.

pacem inter nos, & vos firmari affectatis, immo potius ea, in hac parte quæ audivimus, fictitia, vel nulla reputamus.

Ad inſtantiam autem prædicti Archidiaconi mittimus vobis litteras noſtras Patentes, de ſalvo & ſecuro conductu eorum, ſi quos ad nos, prædictis die & loco, duxeritis tranſmittendos.

A.D. 1238. *Hen.* 3.

Teſte ut ſupra.

Ejuſmodi Littera Davidi Filio Lewelini.

A.D. 1238. *An.* 22. *H.* 3. *Ibidem.*

REX, David Nepoti ſuo ſalutem.

Audivimus quod dilectus frater & fidelis noſter Princeps de Abberfrau, & Dominus de Snaudon, Pater tuus, ad hoc inſtat diligenter, quod tu capias homagium Magnatum, & aliorum in Northwallia & Powys, antequam ad nos veneris, & feceris nobis homagium, & id quod facere nobis debes.

Unde, cum ipſe pater tuus non poſſit, ſalva honeſtate & ſalvâ fide, qua nobis tenetur, nec tu id aliquatenus debeas attemptare antequam ad nos veneris, & nobis homagium feceris; tibi inhibemus ne homagia aliqua in partibus illis capere præſumas, priuſquam nobis homagium feceris; maxime cum quidam de magnatibus illis de nobis tenere debeant in capite, & nobis de tenementis ſuis homagium facere.

A.D. 1238.

Teſte ut ſupra.

De quingentis libris datis Imperatori Conſtantinopolitano.

A.D. 1238. *An* 22. *H.* 3. *Pat.* 22. *H.* 3 *m.* 7.

REX Fratri Hugoni de Stocton, & Ricardo Renger, & Sociis ſuis, cuſtodibus triceſimæ ſuæ in Turri London. ſalutem.

Præcipimus vobis quod de denariis, quos habetis in cuſtodia veſtra de eadem triceſima, ſine dilatione faciatis habere Imperatori Conſtantinopolitano vel Flemento Militi ſuo, præſentium latori, quingentas libras de dono noſtro, niſi prædictos denarios liberaveritis Willielmo Hardel per aliud præceptum noſtrum, quod vobis inde fecimus.

Iu cujus, &c.

A.D. 1238.

Teſte Rege apud Rading, primo die Maii.

De Saraceno Cuſtodiendo.

A.D. 1238. *An.* 22. *H.* 3. *Clauſ.* 22. *H.* 3. *m.* 12. *d.*

REX Bertramo de Cryoyl ſalutem.

Sarracenum, quem ad nos miſiſtis per Nicholaum de Hathlon. ad vos remittimus, mandantes quatenus prædictum Sarracenum in Caſtro Cantuarienſi perhendinare, & eidem neceſſaria honorifice inveniri faciatis, quouſque cum Ricardo Comite Pictaviæ & Cornubiæ conſilium habuerimus ſuper Nuncio ejuſdem Sarraceni.

Proſpicientes quod idem Sarracenus Caſtrum illud non egrediatur, nec alii ad ipſum ingrediantur ſeu cum ipſo loquantur, per quod ipſe de ſtatu terræ noſtræ certificetur, vel præfatæ terræ per ſe vel per alios inſidietur.

A.D. 1238.

Teſte Rege apud Ditton, 12 die Junii.

De Prorogatione Treugarum inter Dominum Regem & Lewelinum.

A.D. 1238. *An.* 22. *H.* 3. *Pat.* 22. *H.* 3. *m.* 4.

REX omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra nos prorogationem treugarum, inter nos, & inpriſios apertos, & homines noſtros ex unâ parte; & fidelem noſtrum Lewelinum Principem de Alberfrau & Dominum de Snaudon, & inpriſios apertos, & homines ſuos, tam Walenſes, quam alios,

A.D. 1238.

ex

A.D. 1238. Hen. 3. ex alia parte, captarum anno Regni noſtri viceſimo, duraturam a Feſto Sancti Jacobi Apoſtoli, anno Regni noſtri viceſimo ſecundo, uſque in unum annum completum, ratam & gratam habere ſecundum formam prædictarum treugarum ultimò captarum; ſalvis omnibus conventionibus & articulis in illa forma contentis.

Ad cujus prorogationis treugarum confirmationem, tactis Sacroſanctis, fecimus dilectos & fideles noſtros Henr. de Aldithel, Johannem Extraneum, Magiſtrum Simonem de Steyland, & Magiſtrum Willielmum de Kilkenny, Clericos noſtros, jurare in animam noſtram, quod eandem treugarum prorogationem, cum omnibus conventionibus & articulis prædictis, fideliter & ſine malo ingenio, pro nobis & noſtris fidelibus, & inpriſiis, obſervari faciemus a prædicto Feſto Sancti Jacobi Apoſtoli, uſque in unum annum completum.

Ita tamen quod, propter illarum treugarum prorogationem, nihilominus ſuper tranſgreſſionibus & interceptionibus, infra dictas treugas hinc inde perpetratis, vel de cætero perpetrandis, fiant emendæ, ſecundum formam alias in treugis prædictis proviſam.

In cujus rei teſtimonium hiis litteris noſtris ſigillum noſtrum apponi fecimus.

Teſte Rege apud Rading. 8. die Julii, anno Regni noſtri 22.

Littera Leuelino Principi ſuper prædictis Treugis.

A.D. 1238. An. 22. H. 3. Ibidem. REX Leulino Principi de Aberfrau, & Domino de Snaudon, ſalutem.

Noveritis nos prorogationem treugarum inter nos, &c. à prædicto Feſto Sancti Jacobi uſque in unum annum completum, &c. & *poſtea ſic.* in animam quidem veſtram coram nobis juraverunt ex parte veſtra, Edenenet Vachan, David Archidiaconus de Sancto Aſaph, & Ph. filius Enor, quod earundem treugarum prorogationem, cum omnibus conventionibus & articulis prædictis, fideliter & ſine malo ingenio, pro vobis, & veſtris fidelibus, & inpriſiis, obſervari facietis à prædicto Feſto Sancti Jacobi, uſque in unum annum completum.

Ita tamen, &c. *ut in prædicta.* Et ideo vobis mandamus *quod prædictas Treugas pro vobis* & veſtris fidelibus, & inpriſiis, uſque ad terminum prædictum, ſecundum formam prædictam, obſervari faciatis; quas quidem treugas pro nobis & noſtris fidelibus & inpriſiis, uſque ad terminum prædictum obſervari faciemus.

Teſte ut ſupra.

Forma litterarum Leulini de prorogatione treugarum.

A.D. 1238. An. 22. H. 3. Ibid. m. 4. d. OMnibus Chriſti fidelibus, has litteras viſuris & audituris, Leulinus Princeps de Aberfrau, & Dominus de Snaudon, ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra nos prorogationem treugarum inter Dominum Henricum illuſtrem Regem Angliæ, Dominum Hiberniæ, Ducem Normanniæ & Aquitaniæ, & Comitem Andegaviæ, & inpriſios apertos, & homines ſuos, ex una parte; & nos, & inpriſios apertos, & homines noſtros, tàm Wallenſes, quàm alios, ex alterà parte, captarum anno Regni ipſius 20, duraturam à Feſto Sancti Jacobi Apoſtoli anno Regni ipſius 22. uſque in unum annum completum, ratam & gratam habere, ſecundum formam prædictarum treugarum ultimo captarum; ſalvis omnibus conventionibus & articulis in illa forma contentis.

Ad cujus prorogationis treugarum confirmationem, tactis ſacroſanctis, fecimus dilectos & fideles noſtros, Ydenenet Vachan, Evnan Vachan, Magiſtrum David Archidiaconum de Sancto Aſaph, & Philippum filium Enor, jurare in animam noſtram, quod eandem treugarum prorogationem, cum omnibus conventionibus & articulis prædictis, fideliter & ſine malo ingenio, pro nobis & noſtris fidelibus, & impriſiis, obſervari faciemus à prædicto Feſto Sancti Jacobi uſque in unum annum completum.

Ita tamen quod, propter illarum treugarum prorogationem, nichilominus ſuper tranſgreſſionibus & interceptionibus, infra dictas treugas hinc inde perpetratis, vel de cætero perpetrandis, fiant

A.D. 1238. Hen. 3.

pacem inter nos, & vos firmari affectatis, immo potius ea, in hac parte quæ audivimus, fictitia, vel nulla reputamus.

Ad inſtantiam autem prædicti Archidiaconi mittimus vobis litteras noſtras Patentes, de ſalvo & ſecuro conductu eorum, ſi quos ad nos, prædictis die & loco, duxeritis tranſmittendos.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1238. Hen. 3.

Ejuſmodi Littera Davidi Filio Lewelini.

A.D. 1238. An. 22. H. 3. Ibidem.

REX, David Nepoti ſuo ſalutem.

Audivimus quod dilectus frater & fidelis noſter Princeps de Abberfrau, & Dominus de Snaudon, Pater tuus, ad hoc inſtat diligenter, quod tu capias homagium Magnatum, & aliorum in Northwallia & Powys, antequam ad nos veneris, & feceris nobis homagium, & id quod facere nobis debes.

Unde, cum ipſe pater tuus non poſſit, ſalva honeſtate & ſalvâ fide, qua nobis tenetur, nec tu id aliquatenus debeas attemptare antequam ad nos veneris, & nobis homagium feceris; tibi inhibemus ne homagia aliqua in partibus illis capere præſumas, priuſquam nobis homagium feceris; maxime cum quidam de magnatibus illis de nobis tenere debeant in capite, & nobis de tenementis ſuis homagium facere.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1238.

De quingentis libris datis Imperatori Conſtantinopolitano.

A.D. 1238. An 22. H. 3. Pat. 22. H. 3 m. 7.

REX Fratri Hugoni de Stocton, & Ricardo Renger, & Sociis ſuis, cuſtodibus triceſimæ ſuæ in Turri London. ſalutem.

Præcipimus vobis quod de denariis, quos habetis in cuſtodia veſtra de eadem triceſima, ſine dilatione faciatis habere Imperatori Conſtantinopolitano vel Flemento Militi ſuo, præſentium latori, quingentas libras de dono noſtro, niſi prædictos denarios liberaveritis Willielmo Hardel per aliud præceptum noſtrum, quod vobis inde fecimus.

Iu cujus, &c.

Teſte Rege apud Rading, primo die Maii.

A.D. 1238.

De Saraceno Cuſtodiendo.

A.D. 1238. An. 22. H. 3. Clauſ. 22. H. 3. m. 12. d.

REX Bertramo de Cryoyl ſalutem.

Sarracenum, quem ad nos miſiſtis per Nicholaum de Hathlon. ad vos remittimus, mandantes quatenus prædictum Sarracenum in Caſtro Cantuarienſi perhendinare, & eidem neceſſaria honorifice inveniri faciatis, quouſque cum Ricardo Comite Pictaviæ & Cornubiæ conſilium habuerimus ſuper Nuncio ejuſdem Sarraceni.

Proſpicientes quod idem Sarracenus Caſtrum illud non egrediatur, nec alii ad ipſum ingrediantur ſeu cum ipſo loquantur, per quod ipſe de ſtatu terræ noſtræ certificetur, vel præfatæ terræ per ſe vel per alios inſidietur.

Teſte Rege apud Ditton, 12 die Junii.

A.D. 1238.

De Prorogatione Treugarum inter Dominum Regem & Lewelinum.

A.D. 1238. An. 22. H. 3. Pat. 22. H. 3. m. 4.

REX omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra nos prorogationem treugarum, inter nos, & inpriſios apertos, & homines noſtros ex unâ parte; & fidelem noſtrum Lewelinum Principem de Alberfrau & Dominum de Snaudon, & inpriſios apertos, & homines ſuos, tam Walenſes, quam alios,

A.D. 1238.

ex

A.D. 1238. Hen. 3.

ex alia parte, captarum anno Regni noſtri viceſimo, duraturam a Feſto Sancti Jacobi Apoſtoli, anno Regni noſtri viceſimo ſecundo, uſque in unum annum completum, ratam & gratam habere ſecundum formam prædictarum treugarum ultimò captarum; ſalvis omnibus conventionibus & articulis in illa forma contentis.

Ad cujus prorogationis treugarum confirmationem, tactis Sacroſanctis, fecimus dilectos & fideles noſtros Henr. de Aldithel, Johannem Extraneum, Magiſtrum Simonem de Steyland, & Magiſtrum Willielmum de Kilkenny, Clericos noſtros, jurare in animam noſtram, quod eandem treugarum prorogationem, cum omnibus conventionibus & articulis prædictis, fideliter & ſine malo ingenio, pro nobis & noſtris fidelibus, & inpriſiis, obſervari faciemus a prædicto Feſto Sancti Jacobi Apoſtoli, uſque in unum annum completum.

Ita tamen quod, propter illarum treugarum prorogationem, nihilominus ſuper tranſgreſſionibus & interceptionibus, infra dictas treugas hinc inde perpetratis, vel de cætero perpetrandis, fiant emendæ, ſecundum formam aliàs in treugis prædictis proviſam.

In cujus rei teſtimonium hiis litteris noſtris ſigillum noſtrum apponi fecimus.

Teſte Rege apud Rading. 8. die Julii, anno Regni noſtri 22.

Littera Leuelino Principi ſuper prædictis Treugis.

A.D. 1238. An. 22. H. 3. Ibidem.

REX Leulino Principi de Aberfrau, & Domino de Snaudon, ſalutem.

Noveritis nos prorogationem treugarum inter nos, &c. à prædicto Feſto Sancti Jacobi uſque in unum annum completum, &c. & *poſtea ſic.* in animam quidem veſtram coram nobis juraverunt ex parte veſtra, Edenenet Vachan, David Archidiaconus de Sancto Aſaph, & Ph. filius Enor, quod earundem treugarum prorogationem, cum omnibus conventionibus & articulis prædictis, fideliter & ſine malo ingenio, pro vobis, & veſtris fidelibus, & inpriſiis, obſervari facietis à prædicto Feſto Sancti Jacobi, uſque in unum annum completum.

Ita tamen, &c. *ut in prædicta.* Et ideo vobis mandamus *quod prædictas Treugas pro vobis* & veſtris fidelibus, & inpriſiis, uſque ad terminum prædictum, ſecundum formam prædictam, obſervari faciatis; quas quidem treugas pro nobis & noſtris fidelibus & inpriſiis, uſque ad terminum prædictum obſervari faciemus.

Teſte ut ſupra.

Forma litterarum Leulini de prorogatione treugarum.

A.D. 1238. An. 22. H. 3. Ibid. m. 4. d.

OMnibus Chriſti fidelibus, has litteras viſuris & audituris, Leulinus Princeps de Aberfrau, & Dominus de Snaudon, ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra nos prorogationem treugarum inter Dominum Henricum illuſtrem Regem Angliæ, Dominum Hiberniæ, Ducem Normanniæ & Aquitaniæ, & Comitem Andegaviæ, & inpriſios apertos, & homines ſuos, ex una parte; & nos, & inpriſios apertos, & homines noſtros, tàm Wallenſes, quàm alios, ex alterà parte, captarum anno Regni ipſius 20, duraturam à Feſto Sancti Jacobi Apoſtoli anno Regni ipſius 22. uſque in unum annum completum, ratam & gratam habere, ſecundum formam prædictarum treugarum ultimo captarum; ſalvis omnibus conventionibus & articulis in illa forma contentis.

Ad cujus prorogationis treugarum confirmationem, tactis ſacroſanctis, fecimus dilectos & fideles noſtros, Ydenenet Vachan, Eynan Vachan, Magiſtrum David Archidiaconum de Sancto Aſaph, & Philippum filium Enor, jurare in animam noſtram, quod eandem treugarum prorogationem, cum omnibus conventionibus & articulis prædictis, fideliter & ſine malo ingenio, pro nobis & noſtris fidelibus, & impriſiis, obſervari faciemus à prædicto Feſto Sancti Jacobi uſque in unum annum completum.

Ita tamen quod, propter illarum treugarum prorogationem, nichilominus ſuper tranſgreſſionibus & interceptionibus, infra dictas treugas hinc inde perpetratis, vel de cætero perpetrandis, fiant

A.D. 1238. Hen. 3. emendæ ſecundum formam aliàs in prædictis treugis proviſam.

In cujus rei teſtimonium huic ſcripto ſigillum noſtrum duximus apponendum. A.D. 1238. Hen. 3.

Pro Nuncio Regis Norweg.

A.D. 1238. An. 22. H. 3. Pat. 22 H. 3. m. 3

Ricardus de Sancto Albano, Nuncius Regis Norweye, habet litteras Regis de protectione patentes ſine termino.

Teſte Rege apud Windles. 15 die Julii. A.D. 1238.

De Nuncio Veteris de Muſſa in Angliam veniendo.

A.D. 1238. An. 22. H. 3. Pat. 22. H. 3. m. 3.

REX Tath. nuncio Veteris de Muſſa, ſalutem.

Significamus vobis quod bene placet nobis, quod ad nos in Angliam veniatis, una cum gente veſtra propria, quam vobiſcum ducetis, ad exponendum nobis Nuncium veſtrum, quod vobis injunctum eſt ex parte prædicti Veteris de Muſſa Domini veſtri:

Ita quod vobiſcum deferatis fœdus & ſecuritatem, quam habetis cum illuſtri Rege Franciæ pro prædicto Domino veſtro, & modum ſecuritatis prædictæ, unà cum litteris prædicti Domini veſtri, ſi quas nobis tranſmiſit, ſuper negotio illo pro quo ad nos eſtis deſtinati. A.D. 1238.

Et cum ad nos veneritis, & de ſecuritate, & modo ejuſdem ſecuritatis, quam inieritis cum præfato Rege, certificati fuerimus, de conſimili ſecuritate vobiſcum facienda, nomine prædicti Domini veſtri, conſilium habebimus oportunum.

Teſte Rege apud Kenynton, 20 die Julii.

Littera Imperatoris Regi, qua fallaciam Papæ exponit, & conventurum concilium, ceu iniquum pernegat.

A.D. 1238. An. 22. H. 3. Clauſ. 42. H. 3. m. 14.

IMperator Regi ſalutem.

Qualiter, ad multam inſtantiam Lumbardorum, ſedis Romanæ Antiſtes contra nos, inconſulto calore, proceſſerit, ſatis vos publica fama perdocuit.

Qualiter autem priuſquam contra nos, religionis debito & pontificatus gravitate depoſitis, hoſtiliter arma capiens, ſe ducem & Principem noſtrorum rebellium ſtabiliret, nos univerſale concilium, & præſertim & ſpecialiter nunciorum veſtrorum præſentiam petiſſemus, Serenitatem veſtram credimus non latere.

Demum notitiam veſtram non latuit qualiter, ad quorundam *ex fratribus* ejus inſtantiam, qui pro reparatione tanti diſcriminis remedia cogitabant, præter omnium requirentium ſpem, noſtra magnificentia condeſcendit ut, Lumbardis prorſus excluſis, permitteremus eundem ab inſuetis infeſtationibus ſacerdotum, per temporale treugarum ſubſidium, reſpirare: utpote qui libenter, pro ſedatione ſcandali generalis, & terræ ſanctæ ſubſidio procurando, reperiri modos & vias patiebamur ad pacem. A.D. 1238.

Set ipſe Lumbardos eoſdem, quibus confœderatus fuerat, a treugarum noſtrarum fœdere non eſt paſſus excludi; totius orbis diſſidio Mediolanenſium ac ipſorum ſequacium ſuffragia præferendo.

Cui cum aliquatenus aſſentire nollemus, ut læſæ Majeſtatis noſtræ reos ſub prædictarum treugarum involucro pateremur involvi; vel ipſos ullo modo Papæ ſubveniendo communiri; tandem, poſtquam vidit eoſdem rebelles noſtros propria virtute deficere, nec ipſos poſſe temporalia remedia, ſaltem quietè afferre, ad alias artes poſtmodum ſe convertit, ſatagens nos per venerabilem Brixen. Epiſcopum, ad noſtram præſentiam accedentem, inducere ut, cum pro reformatione pacis inter nos & Eccleſiam, ut dicebat, quamplurium Nuncios, ac nonnullos de occidentalibus partibus Principes

A.D. 1238. Hen. 3.

cipes & Prælatos, ad ſynodum intenderet convocare, Lumbardos prædictos, Excellentiæ noſtræ bannitos, in treugis cum ipſo, uſque in proximum *Feſtum* reſurrectionis Dominicæ contrahendis, comprehendere deberemus; cauſam fingens ut, ex univerſalioribus treugis, vocatis ad Synodum ſecuritas largior præberetur.

Audite mirabilem circumventionis modum ad depreſſionem noſtræ Juſtitiæ excogitatum! dum pacem nobiſcum velle habere ſe ſimularet, ut Lumbardos ad tempus, per treugarum ſuffragia, reſpirantes, contra nos fortius poſtmodum in rebellione confirmet: utque contra nos, ad diſcordiam ſe medio tempore pervenientium, *Prælatorum*, ad vocationem ſuam, ſubſidia licentiùs præparet, ſpem nobis concordiæ pollicetur.

Et, ut evidenter ad oculum videatis, quod pro diſcordia concilium advocet, potius quàm pro pace, *FORMAM ADVOCATIONIS* attendite; in qua nichil omnino de futuræ pacis tractatu deſcribitur, niſi quod magnis & arduis Eccleſiæ Romanæ negotiis vocatorum præſentiam aſſerat oportunam.

TEMPUS inſpicite; dum negatum nobis antè concilium, poſtquam nos eſt aggreſſus hoſtiliter, nititur convocare.

Conſiderate *PERSONAS*; dum, ſpretis magnificentiæ noſtræ Nunciis, per quos ſibi tractatum pacis hujuſmodi optuliſtis, nunc Provinc. Comitem magnificentiæ noſtræ rebellem, ducem Venetiarum, Marchionem Oſtenſem, Comitem Sancti Bonifacii, Albertum de Romano, Diakinum, Gnoſterinium de Camino, & Paulum Traverſanum, cum quibus in malum noſtrum, data ei pecunia, prout eſt publica voce notorium, conjuravit, vocat expreſſis nominibus ad Synodum ſupradictam.

Verumptamen, ob reverentiam ſummi Regis, nominato Epiſcopo duximus reſpondendum, quod nos cum ſacroſancta Romana Eccleſia, matre noſtra, diſcordiam non habemus; ſet ab hujuſmodi Romani Pontificis impetu juſtitiam Imperii noſtri defendimus, & injuriam propulſamus.

A.D. 1238. Hen. 3.

Nichilominus tamen cum ipſo ſemper pacem habere peroptavimus & optamus, per quod generale mundi diſcidium evitemus.

Et ut tractatus pacis a remotioribus partibus non quæratur, per eundem Epiſcopum, ac alios bonos viros, juſtitiæ noſtræ conſcios, & communis concordiæ zelatores, ad præſentem tractatum pacis, ut mala de medio citius auferantur, optulimus nos paratos; Treugas etiam, licet nobis tanquam ad guerræ ſubſidia *munitis* infeſtas, inire conceſſimus cum eodem; ſperantes per eas, velud per quandam ſalutiferam ſcalam, poſſe facilius ad excelſa palatia pacis aſcendi.

Lumbardos tamen Excellentiæ noſtræ rebelles, a nexu treugarum hujuſmodi, ſicut ſemper excluſimus, ſic imperpetuum excludemus.

Nec, inter nos & eum durante præſenti diſcrimine, concilium per eum, velud per hoſtem publicum Imperii, fieri permittemus: Præſertim cum nobis, Imperio, & omnibus terræ Principibus, indecentiſſimum judicemus, honoris noſtri cauſam foro ſuſpecto ſubicere, vel judicio Synodali: ſet omnibus, ad concilium iſtud vocatis, per terram, ditioni veſtræ ſubjectam, in perſonis & rebus ſecuritatem denegamus quamlibet.

Quapropter Serenitatem Regiam præſentibus exhortamur quatenus, per Prælatos Univerſos & ſingulos Regni veſtri, Edicti Regii programmate vulgato, divulgetis, ut nullus ſub ſecuritatis noſtræ fiducia, ad Synodum ipſam accedat.

Nos enim quantumcumque Regni veſtri fidelibus, ob amorem principum quem gerimus, libentiſſime deferamus; præſumptuoſam tamen audaciam eorum, qui ad inimici noſtri vocationem accederent, nos non decceret ullatenus æquanimiter tolerare.

Dat, &c.

Increpat Imperator Regem Angliæ, quod permiſerit ſententiam Excommunicationis contra eum in terra ſua publicari, & pecuniam colligi.

A.D. 1238. An. 23. H. 3.

FRedericus Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Hieruſalem & Siciliæ Rex, illuſtri Regi Anglorum, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

A.D. 1238.

Cum inter Reges orbis & Principes affinitas interdum & matrimonium contrahitur, tanto magis inter eos affectio debet, vel unio potius ſuboriri, quanto majores aliis, & in altioribus poſiti

ſpeculis

A.D. 1238. Hen. 3.

ſpeculis dignitatum, virtutum inferioribus debent exempla porrigere: quantòque per unanimes voluntates ipſorum pax & concordia firmior creſcit in populis, honores ſervantur in alterutrum, in ſuorumque roborantur in poſterum jura Regnorum.

Et, cum hujus fructum, ex affinitate noſtra, nobis & vobis crediderimus hactenus proventurum (præſertim cum obligationem cognationis noſtræ firmaverint ſacra ſequentium pignora filiorum) totum intentioni noſtræ contrarium (quod dolentes & inviti referimus) experimur.

Dum præter id, quod illatam nobis per Romanum Pontificem manifeſtam injuriam, quam vobis præ cæteris terræ Principibus prorſus intolerabilem credebamus, conniventibus oculis pertranſiſſe, iniquam ipſius contra nos & plenam odio carnali ſententiam permittendo, vobis audientibus & ſcientibus, non ſine multa noſtri injuria, & Imperii verecundia & jactura, per Regnum veſtrum undique publicari, nunc, prout certo comperimus, eidem capitali inimico noſtro fatue obediendo, honorem noſtrum & ſanguinem ſitienti, de Eccleſiis Regni veſtri, veſtris ac prædeceſſorum veſtrorum (quos reputari noſtros noſtra compellit affinitas) pia largitione ditatis, ad impugnationem noſtram pecuniaria ſinitis ſubſidia, tallias & collectas miniſtrari.

Attendat igitur induſtria Regia, callidis non circumventa conſiliis, ſi vos deceat & vobis expediat ſororium & fratrem, aut ſaltem amicum, ſeu poſtremo quenquam Regem, aut Principem, cui non indixeritis prælium, ſicut eſt Regni juris & moris, pecuniæ veſtræ viribus impugnari.

Et quid refert auro & argento, vel armis per vos, vel patientibus vobis, hoſtis noſtri præſidia muniantur? præſertim cum ab experto ſciamus, quod majoris auxilii manum, contra nos, Papæ porrigere non poſſetis, quam ſi de Regno veſtro permittatis pecuniam miniſtrari, de qua Mediolanenſibus & aliis proditoribus noſtris ſtipendiarios milites pollicetur; per quam devotos & fideles noſtros a fidelitate noſtra ſeducere nititur; adeoque quod aliquorum debilium fidem, in evidentem infamiam, & non minus in perpetuum eorum exitium, eſt hujus pretii vænalitate mercatus.

Pro Deo, frater chariſſime, non primum iſtud a vobis incipiat, vel contra nos ſaltem, quod gratis Reges a Regibus impugnentur: nec ſic cervicem Regiam Papalis dominii jugum premat, ut in offenſam Evangelici dogmatis & naturæ, proximum, ſororium, & amicum, imo fratrem, vos in tantum delectet offendere: maxime cum, in inſtanti negotio, non magis noſtra, quam veſtra, & aliorum Regum, & Principum, ſi ſane diligenterque attenderitis, per conſeſequens res agatur.

A.D. 1238. Hen. 3.

Quocirca ſerenitatem Regiam præſentium tenore affectuoſe requirimus ac rogamus, quatenus induſtriam ac potentiam veſtram talibus, ex quibus tantum obſtaculum formidamus, ſicut amorem & honorem noſtrum diligitis; tam ſtrenue, quam viriliter opponatis; non permittentes de redditibus, talliis, collectis, aut aliquibus aliis obventionibus Regni veſtri, pecuniam aliquam ad Romanam curiam deportari.

Nec iſtud vos decet, aut expedit conniventia qualibet aut diſſimulatione pertranſire; ſicut vos non velletis quod contra vos a nobis & noſtris qualiacunque petita, vel petenda ſuffragia daremus aliquibus, vel modo quolibet dari pateremur.

Alioqui, ne dum ſimili, ſed juſtiori, per vos inſtruamur exemplo, ut iis, qui vobis attinent, & quibus vinculo veteris dilectionis aſtringimur, hucuſque negata, contra vos & Regnum veſtrum, largiremur; dum vos Papa in proſecutione juſtitiæ noſtræ favorabiles invenerit, qui vobis in nullo penitus attinet, niſi quod gloriatur (quod non ſine multa verecundiâ dicimus) in vobis habere dominii ligii poteſtatem.

Super præmiſſis autem ſingulis, & ſuper aliis omnibus ſervitiis noſtris, in ipſis partibus procurandis; ecce mittimus vobis H. de Eambota Militem & fidelem noſtrum, latorem præſentium; dilectionem veſtram rogantes attentius, quatenus ea quæ vobis ex parte noſtra dixerit, ſicut perſonæ noſtræ, indubitanter dilectio veſtra credat, & adimpleat cum effectu; ac per ipſum præciſe ac determinate reſpondeat, quicquid de prædictis omnibus providerit faciendum.

Volumus enim in inſtantibus negotiis eſſe certi, a quibus debeamus expectare conſilium, & a quibus ſit cavendum.

Littera Imperatoris Baronibus Angliæ expoſtulatoria, de publicando iniquam Pontificis Romani ſententiam, necnon de auxilio eidem præſtando.

A.D. 1238.
An. 23. H. 3.
Claus. 42. uſque 47. H. 3. m. 15.

FRedericus, Dei gratia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex, Comitibus, Baronibus, & univerſis Nobilibus Regni Angliæ, dilectis ſibi, ſalutem & omne bonum.

Si diligenter kariſſimi fratris, & ſororii noſtri Regis illuſtris Domini veſtri ſerenitas & induſtria Regia, prout deceret & deberet, attenderet; & vos (apud quos nobilitas, induſtria, exercitium militare, & animi robur hucuſque reſedit, inter quos etiam ſemper extitit fida fides) qui omni jure videlicet, & natura, Regi veſtro & Domino dare velitis conſilium ſalutare, ipſi Domino veſtro dixiſſetis, & adhuc ad litteram dixeritis, quale, quantum, & quàm grande ſit matrimonii & affinitatis vinculum, quod inter Regem Angliæ, & Romanum Principem eſt contractum, & qualiter illud voluntas Dei excelſi firmavit per ſequentia pignora filiorum, & quos fructus ex eo, per conſequens, credatur inter Regnum, & Imperium proventuros, tàm ipſe, quàm vos daretis operam toto poſſe qualiter uterque noſtrum diligenter alterum indempnem conſervaret, & inimicus homo ab affectu alterius alterum reducere & avertere non valeret.

Set, neſcimus quo modo, cujus inſtinctu, cujus utilitatis, quin potius dampni frater & ſororius noſter, & vos omnes, & ſinguli (quod dolentes & inviti referimus) tàm apertam malitiam, tàm enorme flagitium, tàm immane ſcelus, tàm evidentem injuriàm, illatam Romano Principi per Romanum Antiſtitem, (quæ non ſolum Imperatorem & Imperium tangunt, nec ſolum Reges & Principes; verum etiam omnes, & ſingulos univerſæ terræ Nobiles & Magnates) conniventibus oculis toleratis;

Æquanimiter patientes iniquam, & carnali odio plenam ſententiam Gregorii Romani Pontificis in nos latam, contra fratrum conſilia, contra Deum & omnem juſtitiam, in favorem hæreticorum Mediolanenſium, & ſuorum complicum, (quorum ipſe factus eſt defenſor, & publicus Conciliarius & contra nos & Imperium noſtrum præcipuus receptator) in oculis Regis veſtri, & veſtris, per totum Regnum Angliæ publicari, quæ diffamationem noſtri nominis continet & honoris.

A.D. 1238.

Et utinam iſta ſufficerent: Set, quod pejus eſt, & Majeſtatem noſtram tangens acrius, Regis theſaurum, Clericorum bona & Eccleſiarum, per tallias, collectas, & alias extorſiones multiplices, ad impugnationem noſtram permittitis in Regno fieri, & ad Curiam Romanam deportari; & qui eratis olim liberi, ſicut cæteri chriſtiani, nunc autem per nimiam tolerantiam facti eſtis ſervi.

Ha Deus! ſuſtineret hæc hodie, ſi viveret, Henricus ſenior Rex Angliæ? & recolendæ memoriæ Rex Ricardus, & alii, paterentur ne iſtud? Non utique, quia nec minora hiis æquanimiter tolerabant.

Animadvertite ergo viri illuſtres, & videte, ſi frater & ſororius noſter, & vos talia, ex quibus tantum obſtaculum formidamus, fieri ſuſtinetis, quale debetis impoſterum a nobis expectare præſidium & præmia reportare: Set ut apertius liqueat de intentionis noſtræ propoſito, non alia quam hoſtis ab hoſte, & inimicus ab inimico reportat.

Univerſitatem igitur veſtram affectuoſe requirimus & rogamus, quod ſuper tantis & talibus periculis, tàm apud Regem, quàm apud noſmetipſos, ſic ſtrenue, ac animoſe, ac provide vos exercere ſtudeatis & gerere, ut, ſi a Rege Regni Anglicani & a vobis non ſperemus, in negotio inſtanti, præſidia, ſaltem non oporteat nos pericula formidare; quod pro certo ſcitote de vobis nullatenus pateremur.

Cæterum, quia jam, ſuper prædictis, & aliis ſervitiis noſtris, in partibus veſtris procurandis, Hugonem de Cambota Militem noſtrum & fidelem Nuncium, latorem præſentium, ad eundem Regem & ſororium noſtrum, & ad vos providimus deſtinandum, per quem de ipſius Regis & veſtra reſponſione eſſe poſſimus certi, ut ſciamus à quibus debeamus expectare conſilium & auxilium, & a quibus etiam ſit cavendum, dominationem ve-

A.D. 1238. Hen. 3.

ſtram monemus attentius quatinus ea, quæ ex parte noſtri culminis vobis referet, ſicut nobis veſtra credat affectio.

Data in Caſtris ante Caſtra Pontis Placentiæ, quarto Kal. Novembris, 11 Indictione.

A.D. 1238. Hen. 3.

Littera Imperatoris Regi, qua Offenſas Gregorii acriter objurgat, & perfidiam Legati ejus inſectatur.

A.D. 1238. An. 23. H. 3. Clauſ. 42. H. 3. m. 15.

IMperator Regi ſalutem.

Æmula Regum, & Principum orbis terræ, ac conſortium impatiens, dudum, ut in ſuperbiam ſeculorum liberaliter adaucta per eos, Romana ſedes illius, qui Princeps eſſe dicitur ſacerdotum, in ſuum adverſus nos præconceptum odium, ad univerſale ſcandalum, ſic exarſit, adeo adverſo Eccleſiaſticæ religionis ordine, præter mandata legis (quarum lator & pater eſſe debuerat) qua pervertit, dum, ſe hoſtilibus rebus immiſcens, dubios bellorum eventus, cædes hominum, obſidiones urbium & univerſaliter procurat undique pericula populorum, ſponſam Chriſti Eccleſiam, matrem noſtram, (cujus auctoritate libitum pro licito ſequitur, è ſanctuario Dei ſuarum vindictas inimicitiarum exercens) reddit, proh dolor! mundo notabilem, ut ſubjectam inconſtanti & volubili rerum actori (qui præſidet, &, nomine Eccleſiæ, diverſa variat & confingit), experientiâ facti ſingulos edocente, non immerito ab Eccleſiâ, pro ejus præſide, ab experto patre mendacii, meticuloſa ſuſpitio cordibus hominum inferatur.

Quapropter affectionem veſtram contingentia non patimur ignorare: Nuper enim, per quoſdam de majoribus fratribus ſuis, & religioſos alios viros, aſpirantes ad quietum Eccleſiæ ſtatum, & ipſis zelantes deſideriis bonum pacis, adhibita eſt cura propenſior inveniendi modum, & habendi tractatum, per quem inter nos, & Pontificem Phariſeum iſtum, contra noſtri honorem nominis, prava conſilia colligentem, ad certum tempus treugarum compoſitio fieret, infra quod, per vos, quem habemus in omni dilectione præcipuum, & alios Principes orbis terræ, ad integræ pacis reformationem oportunitas commodior haberetur.

Cumque nos, eiſdem viris inventoribus hujus viæ, præter ſpem & creditum, pro Eccleſiæ reverentia, condeſcendere dignaremur, Gregorius, dictus Papa, petebat Lumbardos, rebelles noſtros, & noſtri bannitos Imperii, treugis ipſis debere muniri;

A.D. 1238.

Quibus excluſis treugas illas non poterit acceptare, ut evidentiorem daret omnibus intellectum quod negotium rebellium Lumbardorum fovit & fovet, in noſtrum odium manifeſtum, illud gerens & reputans velum *ſuum*, quamquam hactenus alia palliaret, quod non in favorem ipſorum, ſet ob tranſgreſſiones alias, quas fingebat contra nos, ad excommunicationis ſententiam proceſſiſſet.

Quod intolerabile viſum eſt nobis, ut rebellibus noſtris, diutino guerrarum diſcrimine fatigatis, & in majori parte depreſſis, treugas concedere deberemus, ad quorum perſecutionem & vindictam accincti vexilla victricia, & præpotentia Caſtra noſtra triumphaliter duximus educenda.

Et licet nobis, in confinio Campaniæ Caſtra-metatis, ſuggeretur inſtanter, ad ingreſſum illius Provinciæ, data plena fiducia de optentu; ſuper quo doloris gladius ad injuriatoris animam pertranſiſſet; nos, ad præſens, ob honorem Dei, & reverentiam beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quibus (utpote qui ſacrum Imperii diadema de ara beati Petri ſuſcepimus) eſſe nolumus omnino ingrati; ab ingreſſu & receptione illius terræ deſtitimus; expectantes interim ſi noſtrum injuriatorem alias vexatio revocet ab offenſis.

Præterea non patimur vos latere qualiter homo iſte, dictus Papa, in obſidione Ferariæ Civitatis Imperii, & Salinguerræ fidelis noſtri, Bononienſibus, Venetis, & aliis convicinis noſtris, rebellibus convocatis, Legatum ſuum, cum Mediolanenſibus fecerit convenire, Ducem ibidem execitûs & rectorem.

Qui adeo eundem cum complicibus ſuis, Salinguerram & Ferrariam, in exhæredationem Imperii, coartavit, quod a ſuis proditus (receptis inde promiſſionibus & pactis de indempnitate perſonæ ſuæ, & rerum ſuarum, & de ſalubri mora ſua in eadem Civitate; necnon per eundem Legatum Duce Venetiarum, poteſtatibus, rectoribus, capitaneis exercitûs, & generaliter per totum exercitum juramento firmatis) nomine Eccleſiæ

A.D. 1238. Hen. 3. clesiæ juramentum impendit, & ſe ac prædictam Civitatem aſſignavit ſpecialiter poſſidendam.

Set, poſt deditionem Civitatis & ſuam, idem Legatus, tanquam ſi, ex legationis officio, fungeretur celebrare perjuria, quemadmodum præſtitit juramenta, cum prædictis omnibus dejerando, demolitis domibus, & bonis ejuſdem Saſinguerræ *direptis* ipſum ſimul deduxerunt, fide mentitâ, Venetias captivatum: ecce qualis invenitur in Legato fides! qualis a patre Legati mentiendi procedit auctoritas! ut fidem reputent, fidei vinculum non ſervare!

O quàm peſtiferum ab Eccleſiæ rectoribus emanat exemplum! O quàm evidens, omiſsâ veritate, deceptio! ut Regibus, & Poteſtatibus, & Principibus orbis (quibus propter impatientiam poteſtatis invident) ſit præcipue præcavendum, ne de facili ſe præbeant manibus eorumdem, qui ſemper recipere conantur incautos, & pium reputant, innocentiam condempnare.

Nos autem, qui univerſos, & ſingulos eorum, tùm ex vicinitate, tùm ab experto & in cute jam novimus, taliter vos, per indaginem rerum fallaciis volumus cautos exiſtere, ut nobis intendimus potiſſimum præcavere; [ſperantes A.D. 1238. Hen. 3. in eo, qui Reges & Regna conſtituit, quod, juſte injuriam propulſantes, violentiam nobis illatam noſtrarum virium conamine propellemus; & in gladio juſtitiæ, quem, auctore Domino, bajulamus, ſacerdotum gladios, quibus, objecta ſtolâ, lumbos ſuos inhoneſtè præcingunt, juſtius retundemus.

Dignum inſuper duximus ad veſtram notitiam referendum quod idem Papa, ſicut eſt ſuis moribus præceps, & inconſtans in omnibus viis ſuis, ſtrenuis viris de Francia cruceſignatis, &, pro voti executione ad iter accinctis prohibuit, ſub cenſura Eccleſiaſtica, ne tranſeant in præſenti; non attendens neceſſitatem *eorum*, chriſtiani exercitûs in ultra marinis partibus commorantis; quibus in emergentis caſus articulo nedum de cruceſignatis, ſet de noviter conſignandis deberet in auxilium ſubvenire.

Unde ab operibus ejus, quæ ſuo teſtimonio profitentur actori, poteſtis agnoſcere quod duplicitas viarum ſuarum ſcandalum generet, & totius univerſitatis incommoda ſubminiſtret.

Data, &c.

Bulla quod Electio non debet fieri de perſona Regi ſuſpecta.

A.D. 1239. An. 23. H. 3. Ex Autogr. GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Licet dilecti filii Magiſtri W. Hardel, & R. Auketil Clerici, & D. de Barentin. Miles, Nuncii tui, ad removendum de litteris noſtris, *per quas ad eligendum, ſeu poſtulandum de conſilio dilecti filii noſtri, O. Sancti Nicolai in carcere Tullian. Diaconi Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legati, cum his qui vicem in electione habere noſcuntur Priorem & Conventum Wintonien. Eccleſiæ reſtituimus*, poſtulationis verbum apud nos oportunè inſtiterint atque etiam importunè; A.D. 1239. quia tamen, conſideratis circumſtantiis univerſis, ſublimitati tuæ non vidimus expedire, petitioni eorum in hac parte non duximus annuendum.

Verum quia honori tuo cupimus, quantum cum Deo poſſumus, providere, eidem Legato dirigimus ſcripta noſtra, ut provideat diligenter, quòd de tali perſona Eccleſiæ provideatur eidem, quæ tibi ſuſpecta merito non exiſtat.

Dat. Lateran. ſecundo Id. Januarii, Pontificatûs noſtri anno tertio decimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla

Bulla quod nulla perſona Regi ſuſpecta eligatur in Epiſcopum Wintonienſem.

A.D. 1239.
An. 23. *H.* 3.
Ex Autogr.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Nobilibus viris, R. Cornubiæ & Pictaviæ, W. Warram. J. de Laſcy Lincolnien. R. Bigod. Norfolch. H. de Albiniaco de Arundel, H. de Ver Oxonienſ. Rogero de Quency Wintonien. H. de Boun. Herriforden. & Eſſec. W. de Ferrariis de Derbe, & Thomæ de Warewyk. Comitibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Nobilitatis veſtræ litteras quas nobis, ſuper proviſione Wintonien. Eccleſiæ, deſtinatis, benignè recipimus, & quæ continebantur in eis, intelleximus diligenter:

Verum quia, priuſquam ad nos eædem litteræ perveniſſent, negotium ipſius Eccleſiæ, de conſilio fratrum noſtrorum ordinatum fuerat & etiam expeditum, aliud ſuper hoc ordinari non decuit, nè Romana Eccleſia poſſet argui levitatis.

Cæterum, cum cariſſimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Regem, ac Reginam Angliæ quadam ſpeciali prærogativa dilectionis & gratiæ proſequamur, ac per hoc omnino velimus, ut de talibus perſonis provideatur Eccleſiis viduatis, quæ Regi prædicto ſuſpectæ meritò non exiſtant, præfatum negotium, quantum cum Deo potuimus, ad honorem ipſius Regis curavimus expedire;

A.D. 1239.

Dilecto filio noſtro, O. Sancti Nicholai in carcere Tullian. Diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato, qui Regem & Regnum ſincerâ diligit in Domino caritate, noſtras litteras dirigentes, ut provideat diligenter quod de tali perſonâ Eccleſiæ provideatur eidem, quæ prædicto Regi ſuſpecta meritò non exiſtat.

Dat. Lateran. ſexto Id. Februarii, Pontificatûs noſtri anno tertio decimo.

Plumbeo Sigillo pendente a filo canabeo.

Bulla de non attemptando in præjudicium Regis, vacante Eccleſia Dunelmenſi.

A.D. 1239.
An. 24. *H.* 3.
Ex Autogr.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Lincolnienſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Nuper tibi noſtris dedimus litteris in mandatis, ut Eccleſiam Dunelmenſem, nunc Paſtore vacantem, protegens, perſonas Monachorum Clericorum & ſecularium officialium ejus indebitè moleſtari, eorumque bona invadi ab aliquibus non permittas:

Moleſtores & invaſores hujuſmodi, (perſonâ cariſſimi in Chriſto filii noſtri Angliæ Regis illuſtris, exceptâ) monitione præmiſsâ, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

A.D. 1239.

Verum cum intentionis noſtræ fuerit, tantum ſuper bonis ad Priorem & Monachos Dunelmen. ſpectantibus tibi litteras ipſas dirigere, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinùs auctoritate dictarum litterarum aliquid, quod in præjudicium ipſius Regis redundare valeat, non attemptes.

Dat. Anagniæ, duodecimo Kalend. Novembris, Pontificatûs noſtri anno tertio decimo.

Plumbeo Sigillo pendente a filo canabeo.

Pro Thoma de Sabaudia, Comite Flandriæ.

A.D. 1239.
An. 24. *H.* 3.
Clauſ. 24. *H.* 3. *m.* 19. *dorſ.*

REX Drogoni de Barentin, & Willielmo Hardel, & aliis procuratoribus ſuis in Curia Romana agentibus, ſalutem.

A.D. 1239.

Cùm ad commodum & utilitatem dilecti avunculi & fidelis noſtri Thomæ

A.D. 1239. Hen. 3. Comitis Flandriæ tàm per nos, quàm per noſtros laborare diſponamus, vobis præſentium tenore injungimus mandantes diſtricte, quod ejus procuratoribus, ad Curiam accedentibus, in hiis, quæ ad ipſum Comitem pertinere videbuntur, totis viribus aſſiſtatis, & ejus negotia, quatenus per nos fieri poterit, promovere curetis;

Proviſo quod, occaſione privilegii Anglicis conceſſi, ne ad partes tranſmarinas, ſeu extra Regnum Angliæ trahantur in cauſam, nihil contra ipſum Comitem nomine noſtro impetretur, quo minus in cauſa, quæ inter Nobilem virum P. quondam Comitem Britanniæ, & S. de Monte-forti vertitur, in partibus tranſmarinis coram judice ſuo procedatur.

A.D. 1239. Hen. 3. Nos enim pro eo quod cauſa illa præfatum Comitem Flandriæ, velut eum, cujus res agitur, tangit, magis eligimus, quoad caſum illum, privilegio renunciare prædicto, cum proteſtatione tamen quæ ad ejus obſervationem in aliis cauſis videbitur neceſſaria, quàm Comitem præfatum, in ipſius impedire proceſſu.

Vos igitur in hac cauſa nihil contra ipſum impetretis, nec quantum per vos fieri poterit, impetrari permittatis.

Nolumus enim, ſi ſuper hoc noſtro nomine aliquid fuerit impetratum, quod eo ad impedimentum ſuæ cauſæ aliquis utatur.

Teſte Rege apud Clarend. octavo die Decembris.

Compromiſſum per Regem, & Davidem filium Lewelini.

A.D. 1240. An. 24. H. 3. Lib. A. fol. 28. b. pe- s Came- r. Scaccar. Claus. 24. H. m. 4. d. in Schedula.

Sciant præſentes & futuri quod ita convenit inter Dominum Henricum Regem Angliæ illuſtrem ex una parte; & David filium Lewelini, quondam Principis Norwalliæ, & Domini de Aberfrau ex altera, apud Glouceſtriam, die Martis, proximo ante Feſtum Sancti Dunſtani, anno Regni ipſius Regis viceſimo quarto, de homagio ipſius David,

Quod ipſe offerebat eidem Domino Regi, pro jure ſuo Norwalliæ, & de terris, quas Barones ipſius Domini Regis, videlicet, Griffinus filius Wennuwan, & alii Barones Domini Regis petebant verſus ipſum David, ut jura ſua (excepta terra de Montealto, ſecundum quod continetur in ſcripto, nuper confecto apud Crucem Griffini per Seneſcallos Domini Regis, quæ ad præſens excipitur ab arbitrio) ſalvo tamen in poſterum jure Seneſcall. Ceſtr. in terra illa, ſi quod habet;

Scilicet quod prædictus Dominus Rex cepit homagium præfati David de prædicto jure ſuo Norwalliæ, & quod tàm idem Dominus Rex, pro præfatis Baronibus ſuis, de conſenſu eorundem, quàm præfatus David, pro ſe, & ſuis, & hæredibus eorum, ſuper omnibus terris prædictis ſe ſubmiſerunt arbitrio venerabilium patrum

O. Sancti Nicholai in carcere Tull. Diaconi Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legati, Wigorn. & Norwich. Epiſcoporum, & nobilis viri R. Comitis Pictaviæ & Cornubiæ fratris ipſius Domini Regis, & Johannis de Monemue ex parte ipſius Domini Regis:

A.D. 1240. Et venerabilis patris Epiſcopi de Sancto Aſaph, Idenenet Vaghan, & Eynguan Vaghan, ex parte præfati David;

Ita quod, quomodocunque ab ipſis omnibus, vel a majori parte eorumdem ſuper præmiſſis fuerit arbitratum, utraque pars ipſorum ſtabit arbitrio, & illud in perpetuum firmiter obſervabit.

Et ad hæc fideliter & ſine fraude ſervanda Willielmus de Cantilupo, de præcepto Regis, juravit in animam dicti Regis: Et idem David in propria perſona ſua corporale præſtitit ſacramentum.

Et inſuper ſe ſubmiſerunt juriſdictioni & ordinationi præfati Domini Legati, quamdiu in Anglia Legationis fungatur officio, ut partem, contra præmiſſa venientem, per cenſuram Eccleſiaſticam, modis omnibus, quibus melius viderit expedire, tàm ad prædictum arbitrium obſervandum, quàm ad tranſgreſſionem contra illud perpetratam emendandam valeat cohercere, ordine juris obſervato.

Dum tamen idem David, vel ſui, (ſi forſitan contra prædicta venire præſumpſerint) prius coram dicto Domino Legato, vel aliquibus aliis, ad hoc ab ipſo deputandis, in partibus, merito non ſuſpectis, in confinio Marchiæ, loco, eidem David & ſuis tuto, legitime communicato, ſi ad hoc vocati venerint; vel ſi legitime vocati non venerint, pro contumacibus habeantur, niſi rationabile & ſufficiens habent impedimentum.

A.D. 1240. Hen. 3.

Finito vero prædictæ legationis officio, ſub forma præſcripta cohercioni & juriſdictioni Domini Cantuarienſis Archiepiſcopi, & Succeſſorum ſuorum Eccleſiæ Cantuarienſis ſe partes prædictæ ſubmiſerunt.

Et ſciendum quod per hanc pacem remanent Domino Regi & hæredibus ſuis omnia homagia Baronum Walliæ quieta, & remittuntur omnia incendia, homicidia, & alia mala, tam ex parte Anglicorum, quam Wallenſium perpetrata; ita quod ad invicem plene reconcilientur: Salvo præfato David jure ſuo, ſi quod habet in aliis terris.

Et, ſi forte aliquis prædictorum Arbitrorum, ante hoc arbitrium completum, in fata deceſſerit, vel per impedimentum rationabile prædicto arbitrio faciendo non poſſit intereſſe, alius loco ſuo ſubſtituetur, qui neutri partium merito ſuſpectus habeatur.

Ad hæc præfati, Epiſcopus de Sancto Aſaph, Idenenet, & Ignam, & Griffinus filius Rotherich præſtiterunt Sacramentum quod, quantum in eis eſt, prædicta fideliter obſervabunt, & ab ipſo David & ſuis, modis omnibus quibus poterunt, facient obſervari.

Ad majorem autem hujus rei ſecuritatem factum eſt hoc ſcriptum inter ipſos Regem & David in modo Cirographi; ita quod parti, remanenti penes ipſum Dominum Regem, appoſitum eſt Sigillum ipſius David, unà cum Sigillis prædictorum Epiſcopi de Sancto Aſaph, Idenenet, & Ignam & Griffini: Et parti, penes ipſum David remanenti, appoſitum eſt Sigillum Domini Regis.

Hiis Teſtibus Venerabilibus Patribus,

Ottone Sancti Nicholai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali, & Apoſtolicæ Sedis Legato,
W. Eborum Archiepiſcopo,
W. Karleol.
W. Wigorn. &
W. Norwich. Epiſcopis:
R. Comite Pictaviæ & Cornubiæ fratre Domini Regis,
Venerabili Patre Epiſcopo de Sancto Aſaph,
W. de Cantilupo,
Amaur. de Sancto Amando Seneſcallo noſtro,
Johanne Extraneo,
Edenewet Wachan,
Griff. filio Rotherich,
David Archidiacono de Sancto Aſaph,

Et aliis.

Bulla pro Conventu Sanctæ Trinitatis London.

A.D. 1240. *An. 24. H. 3.* *Ex Autogr.*

Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori & Conventui Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis Londonien. Ordinis ſancti Auguſtini, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere.

Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Sanctæ Catherinæ & Sancti Michaelis Londonien. Capellas, nec non decimas de Walemers, quas canonicè proponitis vos adeptos, ſicut vos juſtè ac pacificè poſſidetis, vobis &, per vos, eidem Eccleſiæ auctoritate apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ſalvo in prædictis decimis moderamine concilii generalis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Lateran. 4. Non. Julii, Pontificatus noſtri anno quarto decimo.

Sigillo avulſo.

Litera Fedlimidi O-Connor Regis Conactiæ ad Henricum Regem.

A.D. 1240.
An. 24. H. 3.
In Bundel. Litterarum in Turre London.

ILluſtri Regi Angliæ Henrico, Dei gratiâ, Domino Hiberniæ, Comiti Andegaviæ, ſuus Fedl. Okonchonur Rex Conact. ſalutem, cum debita reverentia & honore.

Quoniam Nobiliſſima merita & bona opera à ſuis ſubditis debent gratanter & humiliter collaudari, idcirco Regiæ veſtræ Majeſtati, pro variis honoribus nobis collatis, grates referimus infinitas; & maxime pro eo, quod pro nobis Willielmo de Dene, Juſticiario veſtro Hiberniæ, bonæ memoriæ, pro reſtitutione habendâ de dampnis, nobis per Walterum de Burgo & ſuam ſequelam, in terra noſtra de Tyrmara, illatis, devote ſcripſiſtis.

Unde, cum dictus Juſticiarius, ante receptionem literarum veſtrarum, diem clauſit extremum, nos nullum effectum nec commodum, per dictum veſtrum mandatum, licet per ———, recepimus adhuc; ſed varia dampna & incommoda, per eundem Walterum, & ſuos complices, adhuc in terra filii veſtri recepimus & ſuſtinemus:

Dampnificavit enim Cantredam, ubi caſtra veſtra ſunt, & Domini Edvardi Caſtra ſita ſunt, ad æſtimationem ſex millium Marcarum; exceptis dampnis illatis Eccleſiæ Elfinetim, tunc in manu noſtra exiſtenti; quæ quidem dampna æſtimari poſſunt ad æſtimationem trium millium Marcarum—Eccleſiarum combuſtione, & Clericorum & Monialium interfectione.

A.D. 1240.

Quare Regiam veſtram dignitatem humiliter exoramus quatenus, ſicuti terram filii veſtri ab hoſtili incurſu prædicti Walteri, & aliorum adverſariorum noſtrorum, obſervare deſideretis, Juſticiario veſtro, videlicet Domino Ricardo de Rupellâ, nunc exiſtenti, & conſilio veſtro ſalubri in Hibernia detis in mandatis ut, ſecundum prioris mandati formam, præfatum Walterum ad plenitudinem juſtitiæ nobis, ſuper dictis dampnis, nobis & Eccleſiæ Elfinen. illatis, exhibendam compellat & diſtringat.

Pro certo enim ſciatis quod nunquam à fideli ſervitio veſtro, nec filii veſtri, pro aliqua ſollicitatione, nobis ab Hibernienſibus facta, receſſimus nec recedemus.

Nos enim, & noſtros, & omnia noſtra bona, ſub protectione veſtra, & Domini Eduardi primogeniti veſtri ſupponimus; cui omnia bona noſtra & jura, ſiqua nobis ſuper tota terra Conact. competunt, uſque ad adventum ſuum ad partes Hiberniæ, obſervamus & obſervabimus.

Valeat Regia veſtra Majeſtas in Domino.

Pro Waltero Mareſcallo, quod homagium faciat Regi Francorum.

A.D. 1240.
An. 25. H. 3.
Pat. 25. H. 3. m. 1.

REX omnibus, &c. ſalutem. Ad omnium notitiam volumus pervenire, quod bene placet nobis, & concedimus quod Walterus Mareſcallus, non obſtantibus treugis inter Lodovicum Regem Franciæ illuſtrem, & nos captis, de jure ſuo in Normannia eidem Domino Regi homagium faciat.

A.D. 1240.

Videlicet de terris & tenementis quæ fuerunt patris & fratris ejuſdem Walteri: Salvo jure noſtro in Normannia quando Deo placuerit, quod idem Rex velit inde exaudire; ita quidem quod nichilominus ſtent & durent treugæ prædictæ.

Teſte Rege apud Weſtm. 25 die Octobris.

De Compromiſſo per Regem & David Filium Leulini.

A.D. 1240.
An. 25. H. 3.
Clauſ. 25. H. 3. m. 18. d.

REX David, filio Leulini, quondam Principis Norwalliæ, ſalutem.

Mandamus vobis quod in fide, qua nobis tenemini, omni occaſione poſtpoſita, ſitis ad nos apud London in Octabis Sancti Andreæ, ad procedendum, coram Domino Legato & Sociis ſuis, in arbitrio, in quod compromiſſum eſt, tàm ex parte noſtra, quàm veſtra.

A.D. 1240.

A.D. 1240. Hen. 3.

Quod, ſi forte, aliquo caſu contingente, perſonaliter ad prædictas partes venire non poſſitis, tunc ex parte veſtra aliquos mittatis, qui plenam habeant poteſtatem procedendi in omnibus, quæ prædictum negotium contingunt.

Et, quia Dominus Legatus vocari fecit Epiſcopum de Sancto Aſſaph, quod ipſe die prædicto ibidem ad hoc accedat, & nos ſimiliter ipſos, qui ex parte noſtra electi fuerunt, ad eundem diem fecimus vocari, venire faciatis ad diem prædictum Laicos, qui ex parte veſtra ad hoc fuerint electi; mandavimus enim Johanni Extraneo quod vobis, & veſtris ſalvum faciat habere conductum.

A.D. 1240. Hen. 3.

Teſte Rege apud Windeſor. 31 die Novembris.

De procedendo ad Arbitrium inter Regem & Principem Walliæ.

A.D. 1241. An. 25. H. 3. Clauſ. 25. H. 3. m. 14. d.

REX David filio Leulini ſalutem.

Bene recolimus qualiter nos vobis nuper in mandatis dedimus, quod coram nobis apud Wigorn. compareretis, ad providendum Arbitros qui loco eorum, qui primo ad hoc electi fuerant, & qui ad partes receſſerunt tranſmarinas, juſtitiam ſecundum formam pacis inter nos, & vos proviſæ, ſingulis conquerentibus exhiberent: Et in arbitrio prædicto ſecundum formam debitam procederent: Et ſimiliter ad juſtitiam recipiendam de portione, uxorem veſtram contingente, de hæreditate ſua: Et ſimiliter ad ſtandum recto ſuper hiis, de quibus Seneſcallus de Monte-Alto, & alii de vobis ſunt conqueſti.

Et quia ad diem & locum vobis præfixos non acceſſiſtis, ſet litteras veſtras nobis miſiſtis, continentes quod tres ex veſtris ad nos loco veſtro deſtinaſtis, ex quibus tantum unus ad nos acceſſit, qui ad præmiſſa adimplenda nullam poteſtatem habuit; unde quibuſdam ex noſtris viſum fuerat quod hoc malitioſe, & ut ſubterfugium quæreretis, per vos factum fuit.

Nos tamen, hoc non credentes, ſet fidelitatem veſtram adhuc magis probare volentes, vobis mandamus in fide, qua nobis tenemini, præcipiendo quatinus, omni occaſione poſtpoſita, perſonaliter compareatis apud Salopiam die Dominica proxima ante Dominicam Palmarum, coram fidelibus noſtris, quos illuc duxerimus tranſmittendos, ad conſentiendum in perſonas certas, ad procedendum in arbitrio prædicto, loco eorum qui ad partes tranſmarinas receſſerunt: Et ad faciendum, in eodem arbitrio, id quod adhuc reſtat faciendum: Et ad recipiendam juſtitiam de portione uxorem veſtram, de hæreditate ſua, contingente: Et ad ſtandum recto Seneſcallo Ceſtriæ, & aliis de vobis conquerentibus.

A.D. 1241.

Quod, ſi perſonaliter ad hoc faciendum venire non poſſitis, tales, loco veſtro, mittatis, qui plenam poteſtatem habeant hæc omnia nomine veſtro faciendi.

Nos enim vobis & veſtris per eos quos ibidem mittemus, aut per noſmetipſos, ſalvum & ſecurum provideri faciemus conductum.

Teſte Rege apud Wudeſtok, 19 die Februarii.

De Arbitris, loco abſentium, ſubſtituendis inter Davidem Filium Lewelini & Marchiones.

A.D. 1241. An. 25. H. 3. Clauſ. 25. H. 3. m. 8. d.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo, quadrageſimo primo, die Dominica proxima ante inventionem Sanctæ Crucis, aſſignatâ Davidi filio Leulini, quondam Principis Norwalliæ, & Marchionibus ad conſentiendum in arbitros ſubſtituendos loco abſentium, & ad faciendam & recipiendam juſtitiam ſecundum formam pacis, conventæ inter Dominum Regem & dictum David, comparuerint Theuderius Seneſcallus ipſius David, Eumus Parvus David Cancellarius, & Philippus filius Juor Clericus, ex parte David Procuratores, oſtendentes litteras ipſius David; in quibus dictus David promittebat ſe ratum habiturum quicquid per ipſos fieret ſecundum formam pacis ſupradictæ.

A.D. 1241.

Radulphus vero de Mortuo Mari, & R. Seneſcallus Ceſtriæ, & Griffinus pro ſe & aliis Marchionibus comparuerunt, petentes inſtanter quod ſecundum dicta teſtium productorum, coram Domino S.

A.D. 1241. Hen. 3. de Segrave, & conjudicibus ſuis, vicem Domini Regis gerentibus apud Salopiam, eiſdem exhiberetur juſtitiæ complementum;

Set contra, Procuratores præfati David aſſerebant dictos teſtes non eſſe receptos ſecundum formam pacis; quare ſecundum dictum eorum non debebat, nec poterat judicari.

Tandem continuata die, & altercatione magna ſuper hoc & aliis habita inter partes, forma pacis prædictæ producta id medio, viſaque & perlectâ, loco abſentum arbitrorum, ſcilicet, Domini O. Sancti Nicholai in Carcere Tull. Diaconi Cardinalis, Domini Papæ quondam Legati in Anglia, Wigorn. & Norwic. Epiſcoporum, ſubrogati ſunt per Dominum Regem, de conſenſu dictorum Procuratorum, Epiſcopus Coventr. Johannes filius Galfridi, & Herebertus filius Matthæi, & Walter de Clifford, quibus data eſt eadem poteſtas, quam haberent abſentes, ſi præſentes eſſent, ſecundum formam pacis prædictæ. A.D. 1241. Hen. 3.

Et aſſignata eſt dies partibus, a die Pentecoſtes proximo in unum menſem, apud Pontem de Maneford ultra Salopiam, ad probandum hinc inde, ſive per productos teſtes, non obſtante productione jam factâ, ſive per alios, & quolibet probationis genere; ſive per inſtrumenta, ſive alio modo quæ voluerint, & ſibi noverint expedienda.

Et illa die dabitur alia ad judicium audiendum, ſecundum probata, coram eiſdem arbitris, juxta formam pacis ſuperius prælibatæ,

De pecunia Comiti Cornubiæ in Terra ſancta deferenda.

A.D. 1241. An. 25. H. 3. Pat. 25. H. 3. m. 8.

REX univerſis Epiſcopis Archidiaconis & eorum officialibus in Archiepiſcopatu Cantuarienſi conſtitutis, ſalutem.

Univerſitatem veſtram rogandam duximus, cum affectu ſincero, quatinus omnimodam, quam poteritis, diligentiam apponatis ad colligendam pecuniam, ex votorum cruceſignatorum redemptionibus provenientem, & Legatis, in Terræ Sanctæ ſubſidium deputatam, & a Domino Papa dilecto fratri noſtro Ricardo Comiti Cornubiæ & Pictaviæ conceſſam, apponere velitis.

Ita quod citra Feſtum Sanctæ Trinitatis, anno *Regni noſtri* viceſimo quinto, collecta ſit & prompta, & liberetur Templariis & Hoſpitalariis, dicto Comiti, in Terrâ Sanctâ conſtituto, ad proximum paſſagium, deferenda. A.D. 1241.

Teſte Rege apud Windleſoram, viceſimo tertio die Aprilis.

Eodem modo ſcribitur W. Eborum Archiepiſcopo, & omnibus ſuis ſuffraganeis.

Littera Imperatoris, qua de ſtatu & ſucceſſibus ſuis Regem reddit certiorem.

A.D. 1241. An. 25. H. 3. Clauſ. 42. H. 3. m. 14.

IMperator Regi ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Hilari affectione recipimus litteras & Nuncios, quos ad noſtram præſentiam tranſmiſiſtis, & tàm ea, quæ litteræ continebant, quàm ea, quæ iidem Nuncii ex parte veſtra ore tenus proponebant, audivimus & intelleximus diligenter.

Et ecce ad ſingula, quæ miſiſtis per eos, per Magiſtrum Galterum de Ocra dilectum Capellanum, Notarium, & fidelem noſtrum, vobis plenarie reſpondemus; cui ea, quæ vobis ore tenus, ex parte Celſitudinis noſtræ, dicet, indubitanter, tanquam perſonæ noſtræ, credatis: Sibi enim plenam dedimus poteſtatem procedendi in negotio, pro quo Nuncii ſupradicti venerunt, & complendi illud juxta formam ſibi a celſitudine noſtra datam. A.D. 1241.

Ad hæc cum noſtris congaudeatis ſucceſſibus, & in noſtrorum humiliatione rebellium fiat terror & cæteris cautelâ ſubjectis, jocunda vobis inſinuatione deſcribimus quod, cum Civitas Faventiæ, ſuis diffiſa meritis, & propria munitione confiſa, beneficio temporis hyemalis auſa fuerit noſtræ rebellionis viribus obſtare; veris tamen reſtituta temperie, hac eadem Civitate machinarum noſtrarum incurſione quaſſatâ, muris irruentibus, & foſſis noſtris ſubterraneis penetrantibus intima Civitatis, ut manualiter inter Cives & Bellatores noſtros bella concurrerent, & oporteret pro muris corpora præparare, ſumpſerunt ſanius pro eorum ſalute conſilium, quibus expugnatio proxima vicinum excidium minabatur, & ad implorandum noſtram miſericordiam continuo clamore converſi.

Die Dominico, decimo quarto menſis Aprilis, mandatis noſtris & beneplacitis ſe præciſe dederunt, ſubjicientes in noſtram miſericordiam Civitatem pariter & perſonas, præſtitis fidelitatis debitæ juramentis, & illicitis juramentis, ſiqua fecerunt, abjuratis: ad quorum receptionem noſtri comes Imperii & juſti moderaminis arbitra clementia nos induxit, quæ victoris animum vicit, ut cum victis miſericorditer ageremus; rati glorioſiorem eſſe victoriam miſereri converſis, quam in eorum caſum ulciſci; pium genus vindictæ penſantes ignoſcere noxis, dum potuerimus vindicaſſe.

Remiſſa igitur gratis offenſa, & reis imperialiter abſolutis, Civium & Civitatis ſtatu ſub noſtro, & imperii jugo, quo nil ſuavius & dignius eſſe probabunt, pro rerum qualitate deſpoſito; dum, ad depopulationem vicinæ Boloniæ noſtrum verteremus propoſitum & effectum,

Prælatorum turbam, cum Præneſtino Epiſcopo, Magiſtro Ottone de Torengo, Sancti Marci in Carcere Tull. Diacono Cardinali, noſtris adverſaturam proceſſibus, ex diverſis Provinciis congregatam, contigit ſuo infortunio Januam præveniſſe:

Ubi, conveniente cum eis Gregorio de Romagna (addito Legato Legatis ut inſimul ligarentur) & conſpiratione cum Januenſibus rebellibus noſtris facta, Galearum copiam armari fecerunt; cum quibus ad Papam Romanum, pro majoris cauſa diſcidii, conjuraverant advenire;

Ad quorum impediendum tranſitum & acceſſum, noſtrarum, diu ante præviſarum, convenire fecimus apud Piſas victorioſum ſtolium Galearum; quod, eorum procognita motione, in locis & portubus quæ, latenter, vel alto mari, præterire non poterant, velud obvia & neceſſariò navigabilia tranſituris, eis tranſeuntibus potenter occurrit;

Et aggreſſis Galeis noſtris Galeas eorum, præpotens Dominus, qui ex alto videt & dijudicat æquitatem, vias eorum & excogitatam malitiam meditatus, in viribus & potentia noſtra, quam effugere terra vel mari non poterant, Domino faciente, Legatos ſimul tradidit & Prælatos; & tribus Galeis eorum ſubmerſis, ac omnibus, quæ vehebantur in ipſis, ſine ſpe recuperationis amiſſis, viginti & duæ galeæ, non ſine magna navigantium cæde, cum perſonis & rebus, & victæ ſunt a galeis noſtris, & triumphaliter captæ;

In quibus prædicti tres Legati cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & multis Prælatis aliis, Nunciis & Prælatorum Procuratoribus, ultra centum, Ambaxationibus Civitatum rebellium Lumbardiæ, qui ad præfixum ire concilium properabant, quatuor millibus Januenſium, exceptis ſpecialibus & electis perſonis de Janua, quæ galeis præerant, & Comitatui Prælatorum producendis & reducendis eiſdem Januam, ſicut inter eos fuerat infortunatè conventum, ad manus noſtras pervenere ligati: Ut de Præneſtino illo, qui ſummum contra nos ubique incitabat odium, & divinum non defuiſſe judicium arbitremur: quod ſub latentis lupi ſpecie in ovina pelle & agni clamide Deum incluſum gerere non confidat, & ſciat Deum nobiſcum eſſe, ſicut cum diis eorum; qui non ſolum per ſacerdotium, ſet per Regnum & ſacerdotium mundi machinam ſtatuit gubernandam.

Nos igitur, ſuum nobis cælitus Domino reſerante conſilium, & in plana tot aſpera convertente, ſudores bellicos & æſtivos pulveres non vitantes, noſtrum fælix iter, intentionem omnimodam, & conatus ad ea dirigamus, quæ nobis & cæteris regnantibus exaltationis & gloriæ afferant incrementum; ut vos prædictorum noſtrorum ſucceſſuum participes fieri gaudeamus, quos in omni ſucceſſuræ fælicitatis eventu ex unanimitate, qua ducimur, cupimus habere conſortes.

Data Faventiæ, &c.

De Poteſtate data Petro de Sabaudia attrahendi quoſdam ad ſervitium Regis, & Feodum pro dicto ſervitio offerendi.

A.D. 1241. An. 25. H. 3. Pat. 25. H. 3. m. 5.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod poteſtatem dedimus dilecto avunculo noſtro, Petro de Sabaudia, attrahendi ad obſequium noſtrum nobiles viros Comitem Cabionenſem, & Willielmum de Vienna, & alios, quos viderit nobis neceſſarios, & offerendi eis, ex parte noſtrâ, feodum annuum pro eorum homagio & ſervitio, quale idem avunculus noſter viderit, tàm ipſis nobilibus, quàm honori noſtro convenire, ſive plus ſive minus ipſis duxerit offerendum; negotium iſtud totum diſcretioni ipſius avunculi noſtri committentes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Merleberg. viceſimo tertio die Junii.

A.D. 1241.

Littera Davidi filio Lewelini, de injuriis ſibi illatis emendandis.

A.D. 1241. An. 25. H. 3. Claus. 25. H. 3. m. 7. dorſo.

REX David, filio Leulini quondam Principis Northwalliæ, ſalutem.

Ex certa quorundam relatione didiſcimus quod vos, contra juramentum nobis præſtitum, quoſdam fratres Griffini filii Maddoc. & etiam quoſdam homines noſtros de Keri, qui homagia nobis fecerunt, vobis confœderaſtis, & ab obſequio & fidelitate noſtra ſubtraxiſtis, & fratres prædicti Griffini contra nos in terra veſtra receptatis.

Tres quidem de Seneſcallis veſtris in ſuccurſum eorum, qui expugnant dilectum & fidelem noſtrum Radulphum de Mortuo Mari, deſtinaſtis, cædes & incendia, per vos, & veſtros, in terrâ ſuâ, & terris aliorum fidelium noſtrorum committendo.

Terras etiam, quæ in Curia noſtra adjudicatæ fuerunt O. Vaghan, & nepotibus ſuis, eis contra juſtitiam deforciatis, non permittentes, quod executio fiat de hiis, quæ in Curia noſtra ſunt conſiderata.

Quandam etiam navem Ceſtriæ, quæ in poteſtate veſtra applicuit, carcata blado & aliis victualibus, areſtari feciſtis per vos & Gentem veſtram, in nullo hiis, quorum bladum & victualia fuerunt, inde ſatifacientes.

Super quibus non modicum admiramur, & movemur; & multo fortius quod, cum nuper miſiſſemus Nuncios noſtros ſolempnes uſque Salopiam, utpote venerabilem patrem H. Coventr. & Lich. Epiſcopum, & dilectum & fidelem noſtrum Johannem filium Galfridi, & Henr. de Aldithelegh. paratos ad emendas faciendas & recipiendas de interceptionibus, factis tàm ex parte noſtrâ, quàm ex parte veſtrâ, vos, tanquam in contemptum noſtrum, prædictis fidelibus noſtris non occurriſtis, nec per aliquos de veſtris, in eorum occurſum mittere curaſtis.

A.D. 1241.

Quod quidem ægre nos movet, cum tot & tantas injurias, quas longum eſſet enumerare, contra nos & noſtros nullo modo attemptare debuiſſetis.

Et ideo vobis mandamus quod prædictos fideles noſtros, tam fratres prædicti Griffini, quam homines noſtros de Keri, quos a fidelitate noſtra ſubtraxiſtis, ad fidem noſtram redire faciatis, non impedientes quin prædictus O. Waghan, & nepotes ſui, ſecundum quod adjudicatum eſt in curia noſtra, terris ſuis gaudere poſſint, & eas pacifice poſſidere.

Id etiam quod contra dilectum & fidelem noſtrum Radulſum de Mortuo Mari & alios fideles noſtros, & etiam quod de navi illa Ceſtriæ attemptaſtis, ſic emendari faciatis, quod nobis non relinquatur materia injurias prædictas gravius ulciſcendi, quod nollemus.

Nec omittatis quin, citra Feſtum Sancti Petri ad vincula, nobis ſignificetis, qualiter dampna & injurias prædictas, quæ nullo modo diſſimulare poterimus, nobis emendare volueritis.

Teſte Rege apud Merleberg. decimo quarto die Julii.

Promiſſiones

Promiſſiones & pacta Davidis filii Lewelini.

A.D. 1241.
An. 25. H. 3.
L. A. fol. 330. Penes Camerar. Scaccar. Pat. 25. H. 3. m. 1. dorſo.

OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, David filius Lewelini, quondam Principis Norwalliæ, ſalutem.

Sciatis quod conceſſi Domino meo Henrico Regi Angliæ, illuſtri filio Domini Johannis Regis, quod Griffinum fratrem meum, quem teneo incarceratum, unà cum filio ſuo primogenito, & aliis qui, occaſione prædicti Griffini, in poteſtate mea incarcerati ſunt, tradam eidem Domino meo Regi, tali modo quod de omnibus cognoſcatur utrum & qualiter debeant deliberari.

Stabo etiam juri in Curia prædicti Domini Regis ſuper portione terræ quæ fuit prædicti Lewelini patris mei, cujus ſeiſinam nunc habeo & teneo, ſiqua ipſum Griffinum contingere debet, ſecundum conſuetudinem Walliæ, vel ſecundum jus, prout Dominus Rex eligerit.

Et, ſi idem Dominus Rex pacem fecerit inter me, & prædictum Griffinum fratrem meum, ipſam tenebo & ſervabo; & de ipsà tenenda, cavebo ſecundum conſiderationem curiæ ipſius Domini Regis.

Volo etiam & concedo quod tàm ego, quàm prædictus Griffinus portiones, quæ nos contingent, de prædictis terris teneamus in capite. de prædicto Domino Rege.

Promitto etiam quod terram de Muhaut totam, cum pertinentiis ſuis, & ſeiſinas terrarum Rogeri de Muhaut Seneſcalli Ceſtriæ, & omnium aliorum Baronum & fidelium ipſius Domini Regis, occupatarum a tempore guerræ, ortæ inter Dominum Johannem Regem, & prædictum Lewelinum patrem meum, in manibus ipſius Domini Regis tradam, & eidem reddam, vel cui mandaverit; ut de ipſis diſponat ad voluntatem ſuam: Salvo jure proprietatis cujuſlibet pacti & inſtrumenti, ſuper quo ſtabitur juri hinc inde in curià ipſius Domini Regis.

Item, promittò quod reddam præfato Domino Regi omnes expenſas, quas ipſe, & ſui fecerunt occaſione exercitûs iſtius.

Item promitto quod ſatisfaciam Domino Regi de dampnis & injuriis, illatis ſibi & ſuis, ſecundum conſiderationem curiæ prædictæ, vel malefactores ipſos ipſi Domino Regi reddam.

A.D. 1241.

Promitto ſimiliter eidem Domino Regi, quod reddam ei omnia homagia, quæ Dominus Johannes Rex pater ſuus habuit, & quæ Dominus Rex de jure habere debet; & ſpecialiter dimitto ei homagia omnium nobilium Walenſium.

Porro volo, & concedo quod idem Dominus Rex non dimittat aliquem de ſuis inpriſiis; & quod ipſi Domino Regi & ſuis remaneant, & ſeiſinæ ſuæ,

Et quod terra de Aylesmere, cum pertinentiis ſuis, inperpetuum remaneat Domiño Regi & hæredibus ſuis; & in voluntate ſua ſit poteſtas retinendi terram de Englefeld inperpetuum ſibi & hæredibus ſuis.

Inſuper promitto quod, de cætero, non receptabo in terra mea, nec receptari permittam utlegatos, vel forisbanitos ipſius Domini Regis, vel Baronum ſuorum de Marchia.

Et in hiis, & in omnibus aliis, ſtabo voluntati & mandatis ipſius Domini Regis, & juri parebo omnibus in curia ſua.

De omnibus autem articulis ſupradictis, & ſingulis firmiter inperpetuum obſervandis, Domino Regi & hæredibus ſuis, pro me & hæredibus meis, cavebo per obſides & pignora, & aliis modis, quibus Dominus Rex dicere voluerit, vel dictare.

In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui.

Act. apud Alnetum, juxta Fluvium Elwey de Sancto Aſaph, in feſto decollationis Sancti Johannis Baptiſtæ.

Et craſtina die renovatum apud Rothelan. in Tentorio Domini Regis, anno Regni prædicti Domini Regis Henrici viceſimo quinto.

Et ad omnia prædicta firmiter tenenda ego David juravi ſuper Crucem ſanctam, quam coram me deportari facio.

Venerabilis etiam Pater Hugo Epiſcopus de Sancto Aſaph, ad petitionem meam, firmiter promiſit, in ordine ſuo, quod hæc omnia prædicta faciet, & procurabit modis quibus poterit obſervari:

Edenevech, ſiquidem, Vaghan, per præceptum meum, illud idem juravit ſuper Crucem prædictam.

Actum apud Alnetum ut ſupra.

De conventionibus ſive pactis antedictis, per Davidem fideliter obſervandis.

A.D. 1241.
An. 25. H. 3.
Lib. A. fol. 331. b. penes Camerar. Scaccar.

OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, David, Filius Lewelini quondam Principis Norwalliæ, ſalutem.

Sciatis quod, cum quaſdam promiſſiones & pacta inierim cum Domino meo Henrico Rege Angliæ, Filio Domini Johannis Regis, in reformatione pacis, inter ipſum & me nuper factæ, ſicut continetur in litteris, ſuper eiſdem pactis & conventionibus, factis apud Alnetum, juxta Fluvium de Elwey de ſancto Aſaph, in feſto decollationis ſancti Johannis Baptiſtæ, & craſtina die renovatis apud Rothelan, in Tentorio Domini Regis, anno Regni prædicti Domini Regis viceſimo quinto, & ſigillo meo ſigillatis,

Ut dictæ conventiones & pacta, plene & efficaciter, per me, & Hæredes meos, Domino Regi prædicto, & Hæredibus ſuis, in perpetuum obſerventur, voluntate ſpontaneâ meâ, ad plenam ſecuritatem ipſius Domini mei Regis & Hæredum ſuorum, de conſenſu & voluntate ſancti Aſaph & Bangorenſis Epiſcoporum, & conſiliariorum meorum, me & omnes illos, qui in hoc, quod contra pacta & conventiones prædictas venirem, vel contra Dominum Regem eſſem, mihi favebunt, vel conſilium, vel auxilium præbebunt, & totam terram meam ſuppono juriſdictioni Cantuarienſis Archiepiſcopi, Londonienſis, Elyenſis, Herefordienſis, Coventrenſis, Lichefeldenſis Epiſcoporum, omnium ſimul, & cujuſſlibet in ſolidum, quem dictus Dominus Rex elegerit:

A.D. 1241.

Prædictis prælatis ſimul, & cuilibet in ſolidum, quem Dominus Rex elegerit, prout prædictum eſt, dans & concedens plenam & liberam poteſtatem ut, ad requiſitionem ipſius Domini Regis, nulla alia monitione facta, per Excommunicationis in me, & dictos mihi faventes, conſulentes, aut auxiliantes; & interdicti in terram ſententias, ad obſervationem ipſius formæ & conventionum, quæ in dictis litteris continentur, diſtringant, & ad plenam ſatisfactionem, juxta voluntatem ipſius Domini Regis, compellant, ſi forte, quod Deus avertat, in aliquo contra prædicta per me, vel meos venirem.

Et omnia hæc bona fide & inperpetuum ſervanda Domino Regi & Hæredibus ſuis, per me & Hæredes meos, promitto: venerabiles inſuper patres de ſancto Aſaph. & Bangorenſ. Epiſcopi ſupradicti, ad petitionem meam, præfato Domino Regi & Hæredibus ſuis, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis in ſuo ordine, promiſerunt quod ſententias, occaſione prædictæ latas, vel ferendas, ſicut eis mandabitur, publicabunt & plenius obſervabunt; & a ſubditis diſtrictè & inviolabiliter facient obſervari.

In cujus rei teſtimonium tàm ego, quàm dicti venerabiles. patres de ſancto Aſaph. & Bangorenſ. Epiſcopi, ſigilla noſtra præſentibus fecimus apponi.

Act. apud Rothelan. in Tentorio ipſius Domini Regis, triceſimo primo die Auguſti, anno eodem.

Littera David Filii Lewelini, per quam conceſſit Domino Regi Angliæ, quod ſtabit juri in curia ſua ſuper portione terræ quæ fuit patris ſui.

A.D. 1241.
An. 25. H. 3.
Lib. A. fol. 330. b. penes Camerar. Scaccar.

OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, David, Filius Lewelini, quondam Principis Norwalliæ, ſalutem.

Sciatis quod conceſſi Domino meo Henrico Regi Angliæ illuſtri, Filio Domini Johannis Regis, quod ſtabo juri in curia ſua ſuper portione terræ, quæ

A.D. 1241.

fuit prædicti Lewelini patris mei, cujus ſeiſinam nunc habeo & teneo, ſi qua Griffinum fratrem meum contingere debet ſecundum conſuetudinem Walliæ, vel ſecundum jus, prout Dominus Rex elegerit.

Et, ſi idem Dominus Rex pacem fecerit inter me & prædictum Griffinum fratrem meum, ipſam tenebo & ſervabo,

A.D. 1241. Hen. 3.

& de ipſa tenenda cavebo ſecundum conſiderationem Curiæ ipſius Domini Regis.

Conceſſi etiam quod tàm ego, quàm prædictus Griffinus portiones, quæ nos contingent, de prædictis terris, teneamus in capite de prædicto Domino Rege.

Terram etiam de Muhaut eidem Domino meo Regi reddidi, ſicut ei prius promiſeram; ita quod, ſi eam alii reddiderit, ſalvum ſit jus proprietatis cujuſlibet pacti & inſtrumenti, ſuper quo ſtabitur juri, hinc inde, in Curiâ ipſius Domini Regis; &, ſi eam voluerit retinere in manu ſua, pro voluntate ſua eam retineat, ſine omni clamio mei & Hæredum meorum.

Conceſſi etiam quod omnium Baronum & fidelium ipſius Domini Regis terras, occupatas à tempore guerræ, ortæ inter Dominum Johannem Regem, & prædictum Lewelinum Patrem meum, in manibus ipſius Domini Regis tradam, & eidem reddam, vel cui mandaverit; ut de ipſis diſponat ad voluntatem ſuam: ſalvo mihi jure proprietatis cujuſlibet pacti & inſtrumenti, ſuper quo ſtabitur juri, hinc inde in Curiâ ipſius Domini Regis.

Conceſſi etiam quod ſatisfaciam ipſi Domino Regi de dampnis & injuriis illatis ſibi & ſuis ſecundum conſiderationem Curiæ prædictæ, vel malefactores ipſos ipſi Domino Regi reddam.

Reddidi autem eidem Domino Regi omnia homagia quæ Dominus Johannes Rex Pater ſuus habuit, & quæ Dominus Rex de jure habere debet; & ſpecialiter dimiſi ei homagia omnium Nobilium Walenſium.

Conceſſi etiam quod idem Dominus Rex non dimittat aliquem de ſuis inpriſiis, & quod ipſi Domino Regi & ſuis remaneant, & ſeiſinæ ſuæ, ſicut prædictum eſt; & quod terra de Ailleiſine, cum pertinentiis ſuis; & terra de Engelfeld cum pertinentiis ſuis, in perpetuum remaneant Domino Regi & hæredibus ſuis; & quod caſtrum & tenementa de Gannoc, cum pertinentiis ſuis, in perpetuum remaneant Domino Regi & hæredibus ſuis, pro expenſis quas idem Dominus Rex & Magnates ſui fecerunt in expeditione ſua apud Rothelan.

Inſuper promiſi quod de cætero non receptabo in terra mea, nec receptari permittam utlagatos, vel foriſbannitos ipſius Domini Regis, vel Baronum ſuorum de Marchia; & quod de cætero omnia mandata ipſius Domini Regis libenter admittam, & ea pro viribus meis adimplebo.

A.D. 1241. Hen. 3.

Conceſſi etiam quod ego & hæredes mei, eidem Domino Regi & hæredibus ſuis, omnibus diebus vitæ noſtræ, conſtanter & fideliter obſerviemus; nec aliquo tempore contra eos erimus.

Quod, ſi forte evenerit quod à fideli ſervitio ſuo, quod abſit, receſſerimus, tota terra noſtra erga ipſum Dominum Regem & hæredes ſuos incurratur, & in uſus eorum perpetuis cedat temporibus.

De omnibus autem articulis ſupradictis, & ſingulis firmiter in perpetuum obſervandis, Domino Regi & hæredibus ſuis, pro me & hæredibus meis, cavi & cavebo per obſides & pignora, & aliis modis quibus Dominus Rex dicere voluerit & dictare.

Et in hiis & in omnibus aliis ſtabo voluntati & mandatis ipſius Domini Regis, & Juri parebo in omnibus in curia ſua.

Ad has quidem promiſſiones, conceſſiones & pacta firmiter obſervanda & tenenda, voluntate ſpontanea, ad plenam ſecuritatem ipſius Domini Regis & hæredum ſuorum, ego David juravi ſuper Crucem ſanctam quam coram me deportari facio.

Et, de conſenſu & voluntate de Sancto Aſaph & Bangoren. Epiſcoporum, & Conſiliariorum meorum, me, & omnes illos, qui in hoc, quod contra pacta & conventiones prædictas venirem, vel contra Dominum Regem eſſem, mihi favebunt, vel conſilium & auxilium præbebunt, & totam terram meam ſuppono Juriſdictioni Cantuarien. Archiepiſcopi, Londonienſis, Elienſis, Herefordienſis, Coventrienſis, & Lichefeldenſis Epiſcoporum, omnium ſimul, & cujuſlibet in ſolidum, quem Dominus Rex elegerit; prædictis Prælatis ſimul & cuilibet in ſolidum, quem Dominus Rex elegerit, prout prædictum eſt, dans & concedens plenam & liberam poteſtatem ut, ad requiſitionem ipſius Domini Regis, nullâ aliâ monitione facta, per excommunicationis in me & dictos mihi faventes, & conſulentes, & auxiliantes; & interdicti in terram ſententias, ad obſervationem promiſſionum, conceſſionum & pactorum, quæ in præſenti ſcripto, & in quibuſdam aliis, eidem Domino Regi inde factis, continentur, diſtringant, & ad plenam ſatisfactionem, juxta voluntatem ipſius Domini Regis compellant, ſi forte, quod Deus avertat, in aliquo contra prædicta, per me, vel meos, venirem.

In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui.

A.D. 1241. Hen. 3.

His Teſtibus, Venerabilibus Patribus,

W. Archiepiſcopo Eboracen. Angl. Primate,
R. Linc. &
P. Hereford. Epiſcopis,
W. de Ferrariis Com. Derb.
R. le Bigod Com. Norf.
H. de Albiniaco Com. Arundell.
Petro de Sabaud.
Johanne de Monem.
Johanne filio Galfridi,
Willielmo de Cantilupo,
Herberto filio Mathi,
Werimo de Erioyl,
Galfrido Diſpenſ.
Drogone de Warentin,

Et aliis.

Pro Comite Sabaudiæ.

A.D. 1241. An. 25. H. 3. Pat. 2. 4.

REX omnibus, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe Petro de Sabaudia terras Johannis de Warenna in Suſſexia & Surria, & honorem de Aquila, cum pertinentiis, quamdiu nobis placuerit, ad ſe ſuſtentandum inde in ſervitio noſtro. In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 25 die Septembris.

Littera Imperatoris Regi de Morte Iſabellæ Imperatricis & ſorore ejus.

A.D. 1242. An. 26. H. 3.

FRedericus Imperator, &c. Regi Angliæ ſalutem.

Proſpera qui quondam expectationi veſtræ conſueveramus litteris & Nunciis hilariter nova deſcribere, nunc, fatali eventu lætis ſucceſſibus invidente, nos, velut noviter noſtræ dilectæ conſortis Auguſtæ irrevocabile damnum paſſi, & mæſta, ſæviente fato, ſocialis fœderis divortia ſubeuntes, dolentes ducimur, & inviti reſerare vobis germanitatis invidam ſectionem.

Die namque primo intrantis menſis Decembris præteriti (& memoratu nobis occurrit horribile) dicta Conſors noſtra Imperatrix, ſoror veſtra, vocante Domino, qui aufert ſpiritum Principum, apud quem non eſt exemptio vel acceptio perſonarum, naturæ conceſſit.

In cujus redhibitionis auxilium, ſi fata faviſſent, & inevitabile mortalitatis debitum creditrix natura differret, tam gratioſus amor, & ſui carus zelus conſortii nos ducebat, quod nullius opis, vel opum, laboris, & rerum impendia vitaſſemus.

At ubi Rex Regum & Dominus dominantium, qui præeſt Tribunalium poteſtatibus, cujus voluntati nemo reſiſtere poteſt, eam à noſtri corporis unitate, & de veſtræ vinculo fraternitatis ademit ex alti conſilii diſpoſitione, imo potius diſpenſatione providit, ut nobis & vobis poſt fata viveret in duorum memoria filiorum.

Extat enim, Dei omnipotentis dono, Regia ſoboles, de qua, in conſpectu matris, Rex & Regina conſurgunt ſuæ indices genetricis.

In cujus fæcunditate pignora generoſa ſuſcepimus, quæ communem affinitatem roborant, & Cæſaream Regalemque ſedem, quadam ſingulari prærogativa filialis ſanguinis, & Nepotum vinculo fæderant artiori: Ut dilectio mea, per quam cepit, ſuæ filios poſteritatis aſſumens, in obligationem & gratiam duraturæ conſanguinitatis aſcendat.

Licet ergo Auguſtæ conjugis noſtræ, veſtræque ſororis, amiſſio ſine turbatione cordium intimari nequeat, vel audiri, vel ab intimo pectoris noſtri ſui caſûs anxietas ſepararetur: Quia tamen viget in gemina prole commemoratio charæ parentis, accipit robur omne dilectio & cognatio ſanguinis in eiſdem Nepotibus veſtris; quos Auguſta ſoror veſtra peperit nobis, in filios à nobis ad vos indiſſolubiliter conſervari.

Datum Coronati, 30 die Januarii.

De ducentis libratis Terræ Regi Scotiæ aſſignandis.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Pat. 26. H. 3. p. 1. m. 9.

REX N. Dunhalmenſi Epiſcopo ſalutem.

Sciatis quod plenam poteſtatem dedimus vobis aſſignandi dilecto ſororio noſtro, Alexandro Regi Scottorum illuſtri, ducentas libratas terræ in Comitatibus Northumberlandiæ, Cumberlandiæ, & Weſtmerlandiæ, ſecundum formam quæ in ſcriptis, inter nos & præfatum Regem inde confectis, continetur; ita quod nos aſſignationem prædictam in forma prædicta pro nobis & hæredibus noſtris ratam habebimus & gratam.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Rading. 16 die Februarii.

De treugis cum Francia non infringendis.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Pat. 26 H. 3. p. 1. n. 9.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod bona fide promiſimus dilecto fratri & fideli noſtro, quod treugas, initas inter Lodowicum Regem Franciæ, & nos, nullo modo infringemus; niſi juſtam & rationabilem cauſam habeamus treugas illas infringendi.

Et, ſi contingat quod eas ſine occaſione rationabili infringamus, quod abſit, conceſſimus ei quod, de bona voluntate noſtra, & ſine indignatione in Angliam redire poſſit.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. octavo die Martii.

Conſimiles litteras habet R. le Bygod Comes Norfolciæ.

De Regno Angliæ commiſſo Domino Eborum Archiepiſcopo.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Pat. 26. H. 3. m. 2.

REX omnibus ſalutem.

Sciatis quod, de conſilio omnium Comitum, & Baronum noſtrorum, & omnium fidelium noſtrorum, qui nobiſcum aderant apud Porteſmue, ante transfretationem noſtram in Waſconia, commiſimus regimen Regni noſtri Angliæ venerabili in Chriſto Patri W. Eborum Archiepiſcopo Angliæ Primati;

Ita quod, quamdiu fuerimus extra Regnum in partibus tranſmarinis, ipſe diſponat in omnibus negotiis noſtris Regni noſtri, per conſilium venerabilis Patris W. Carleol. Epiſcopi, & dilecti & fidelis noſtri W. de Cantilupo.

Brevia ſiquidem noſtra, tàm de negotiis noſtris, quàm de communi jure, fient ſub nomine noſtro, & titulo noſtro, & ſigillabuntur ſigillo noſtro, quod prius reſedit ad Scaccarium noſtrum, quod quidem erit in cuſtodia Silveſtri de Everdon, per manum venerabilis Patris P. Ceſtr. Epiſcopi Cancellarii noſtri.

Brevia vero noſtra de Scaccario ſigillabuntur interim quodam privato ſigillo noſtro, cum quodam ſcuto de armis noſtris, cum circumſcriptione ſigilli de Scaccario.

Volumus etiam & ſtatuimus quod ea, quæ ſub præfato ſigillo noſtro, quod fuit de Scaccario, mandabimus per præfatum Archiepiſcopum, & de conſilio prædictorum Domini W. Carleol. W. de Cantilupo, de negotiis noſtris & Regni noſtri, a cunctis fidelibus noſtris, qui remanebunt in Anglia, ad mandatum noſtrum, ſine omni contradictione, fiant.

Et ſimiliter ea, quæ mandabimus per Barones noſtros de Scaccario, ſub prædicto privato Sigillo noſtro de Scaccario, de negotiis Scaccarii noſtri, fidelibus noſtris, qui remanebunt in Anglia, ad mandatum noſtrum, a cunctis generaliter fiant.

Et ideo vobis mandamus quod in omnibus, quæ ad nos & Regnum noſtrum pertinent, ipſi Domino Archiepiſcopo intendentes ſitis & reſpondentes, ſicut prædictum eſt.

Nolumus quod prædicti Archiepiſcopus, W. Carleol. Epiſcopus, & W. de Cantilupo, occaſione prædictæ cuſtodiæ, in aliquo ratiocinio, ſeu compoto, nobis, vel hæredibus noſtris teneantur; ſet de Theſauro noſtro, quem Theſaurarius & Camerarii noſtri, vel alii Ballivi noſtri libera-

liberabunt pro negotiis noſtris & Regni noſtri, reſpondeant ipſi qui dictum Theſaurum liberabunt & recipient.

In hujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo apud Porteſmue, quinto die Maii, anno Regni noſtri viceſimo ſexto.

De interceptionibus contra treugas cum Francia emendandis.

A.D. 1242.
An. 26. *H.* 3.
Vaſcon. Pat. & Cart. inſimul 26. *H.* 3. *m.* 15.

Domino ſuo, quando ei placuerit, Ludovico Regi Francorum illuſtri, Henricus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Sciatis quod plenam poteſtatem dedimus Radulfo filio Nicholai, Johanni de Lexinton, Magiſtro Petro de Burdegal, & Willielmo Gumbaud, recipiendi emendas ſuper interceptionibus, factis nobis & inpriſiis noſtris à vobis & inpriſiis veſtris; & faciendi emendas ſuper interceptionibus, factis vobis & inpriſiis veſtris, à nobis & inpriſiis noſtris, contra formam treugæ inter nos captæ.

Ratum & gratum habituri quicquid prædicti fideles noſtri ſuper prædictis emendis duxerint faciendum.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Rege apud Pontem, viceſimo quarto die Maii.

Et ſcribitur eidem de poteſtate prædictis fidelibus Regis conceſſa ad diem recipiendum ad prædictas interceptiones emendandas utrobique; & Dominus Rex contentus eſt de die, quam prædicti fideles Regis ad hoc receperint.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1242.

Summonitio hominibus de Vaſconia.

A.D. 1242.
An. 26. *H.* 3.
Clauſ. 26. *H.* 3. *m.* 4. *d.*

REX dilecto & fideli ſuo Selebruno de les Sparre. ſalutem.

Mandamus vobis rogantes attentius quatenus, ſicut nos & honorem noſtrum, pariter & veſtrum diligitis, non omittatis quin ſitis ad nos apud Pontem, die Jovis proximo poſt diem Pentecoſtes, te quinto militum; Ita ſufficienter parati equis & armis, quod de adventu veſtro imperpetuum vobis grates ſcire debeamus.

Teſte Rege apud Pontem, viceſimo quinto die Maii.

A.D. 1242.

Conſimiles litteras habent omnes ſubſcripti.

Pontius de Caſtillon	*ſe* 5to
Amaneus de Neilla	*ſe* 5
Bertramus de Pozenzak	*ſe* 3
Willielmus Signi de Rynus	*ſe* 5
Nereſandus de Comm.	*ſe* 5
Gaſcon. de Byarn.	*ſe* 50
Willielmus Ferien.	*ſe* 5
Alnaldus Willielmi de Merſan	*ſe* 5
Vic. de Styule	*ſe* 5
Elyas de Blaynak	*ſe* 3
Petrus de Gaverard	*ſe* 3
Bernard de Bevill. de Summezac.	*ſe* 5
Elyas Rydel ſenior	*ſe* 10
Elyas Rydel junior	*ſe* 5
Reymundus Willielmi de Symillac.	*ſe* 3
Willielmus Bernardi de Oruum	*ſe altero,*
Bernardus frater ejus	*ſe altero,*
Galfridus de Mauritannia	*ſe* 10
Petrus Reymundus de Chaleys	*ſe* 5.
Ricardus Rygand. de Mauritannia	*ſe* 3
Audonenus de Berbezi	*ſe* 5
Willielmus de Monte Lenn	*ſe* 5
Pontius de Mirebol	*ſe* 10
Gerardus de Blania	*ſe* 5
Amauneus de Bareys	*ſe* 3
Bernardus de Cuzan	*ſe* 3
Arnaldus de Maremaund	*ſe* 3
Hugo de Rumnon	*ſe* 4
Nermannus de Monte Peſac	*ſe altero*
Hecelinus Andronis de Burgo	*ſe* 5
Bertramus de Cheillak	*ſe* 3
Elyas de Cheillak	*ſe altero*
Willielmus de Sancto Quintino	*ſe* 3
Petrus Arnaldi de Sanz	*ſe* 3
Reymundus Gumband de Vayres	*ſe* 3
Petrus de Arſac	*ſe altero*
Pontius de Chauntemarle	*ſe altero*
Aurnoldus de Motelum	*ſe* 3
Enerucus de Caſtillon	*ſe* 3

A.D. 1242. Hen. 3.

B. Comes de Bygor —— *ſe* 25
Not. de Caſabon —— *ſe* 3
B. Comes de Ermynak —— *ſe* 20
Johannes de Sunevill —— *ſe* 5
Iterus de Berbezill
Willielmus Aſpremund —— *ſe* 3
Johannes de Burgo —— *ſe* 3
Gailardus de Mota —— *ſe altero*
Bernardus Ganeret de Boevill —— *ſe* 7
Willielmus Remund le Tort —— *ſe* 7
Willielmus Remund le Orc —— *ſe* 3
Arnaldus de Merſan —— *ſe* 5
Reymundus Garſye de Novailles —— *ſe* 10
Vicecomes de Tartas —— *ſe* 20
Vicecomes de Orte —— *ſe* 5
Fucard Furmentin —— *ſe* 3
Elyas Gumband de Coynak —— *ſe* 7
Gailard de Burdeg. —— *ſe* 3
Petrus de Burdeg —— *ſe* 5
Arnaldus de Gerund —— *ſe* 3
Galfridus de Taunay —— *ſe* 10
Remundus de Monte Alto —— *ſe* 5
Willielmus Amenu. de Burgo —— *ſe* 3
Willielmus de Monte Rovelli —— *ſe* 3
Arnaldus de Boevil de Burzac —— *ſe* 5
Elyas de Talemund —— *ſe* 3
Willielmus de Rupe —— *ſe* 5
Sycardus de Muntgreyn —— *ſe* 3
Willielmus Endrad de la Ramad. —— *ſe* 3
Galfridus Rydel junior —— *ſe* 5
Vicecomes de Frunzac —— *ſe* 20
Vicecomes de Caſtillon —— *ſe* 5
Amaneus de la Bret —— *ſe* 30
Gaſtan de Guntand —— *ſe* 5
Petrus de Monte Peſat —— *ſe altero*
Gailardus de la Roche —— *ſe altero*
Gilbertus de Mirak.
Nermannus de Maugeſyr —— *ſe* 3
Vicecomes de Maremne —— *ſe* 3
Ernaldus Williehm. de Egremund. —— *ſe* 5
Reymundus Furt —— *ſe* 3
Petrus de Rocher —— *ſe altero*
Gailardus de Roke —— *ſe* 3
Willielmus Segur Solus
Johannes de Cambra —— *ſe* 3
Ebulus de Podio Willielmi —— *ſe* 3
Bertramus de Podio Willielmi —— *ſe* 3
Galfridus de la Launde —— *ſe* 3

Ibidem.

REX Majori & Communiæ Burdeg. ſalutem.

Mandamus vobis rogantes attentius quatenus, ſicut nos & honorem noſtrum pariter & veſtrum diligitis, non omittatis quin ſitis apud Royanum, die Jovis proximo poſt diem Pentecoſtes;

Ita ſufficienter parati equis & armis ire in ſervitium noſtrum, quod imperpetuum grates vobis ſcire debeamus.

Eodem modo ſcribitur Majori & Communiæ Baion. & de Sancto Milione, & Conſilio & probis hominibus de Regula, de Langum, & de Sancto Makario, & probis hominibus Civitatis Vaſatenſis.

Mandatum eſt Harengratto, Baliſtario Regis, quod omnes Baliſtarios, quos neceſſarios ad ſervitium Regis perquirere poterit, perquirat, &, unà cum ipſis bene munitis, quam citius poterit ad Regem veniat; ita quod pro ſervitio ſuo Rex eos bene reſpicere debeat.

Teſte Rege apud Pontem, triceſimo primo die Maii.

Mandatum eſt ſimiliter Seneſcallo Vaſconiæ, quod omnes Baliſterios, quos perquirere poterit, Regi mittat.

Teſte ut ſupra.

Mandatum eſt Militibus ſubſcriptis quod ſtatim viſis litteris veniant ad Regem parati equis & armis ire in ſervitium Regis, videlicet,

Galfrido de la Laund —— *ſe* 4*to militum*
Elyæ de Campania —— *ſe altero*
Petro Viger de Aubertere —— *ſe* 5
Armaudo Maugeſyr —— *ſe* 3
Ranulfo Viger —— *ſe* 4
Ricardo Rigaud —— *ſe* 4
Archemeyndro de Burgo —— *ſe* 5
Willielmo Amanyn —— *ſe* 3
Fulconi Salomonis de Moreton —— *ſe altero*
Galfrido Viger de Fay —— *ſe* 4

De poteſtate ad interceptiones, contra Treugam cum Francia, emendandas.

A.D. 1242. An. 26. H. 3.
Vaſcon. Pat. & Cartæ 26. H. 3 m. 15.

REX omnibus &c. ſalutem.

Sciatis quod plenam poteſtatem dedimus H. de Bohun Comiti Eſſex & Hereford, Johanni filio Galfridi, Herberto filio Matthæi, Radulpho filio Nicholai, & Magiſtro Petro de Burdegal. recipiendi emendas ſuper interceptionibus, factis nobis, & inpriſiis

A.D. 1242. Hen. 3. ſiis noſtris, ex parte Ludovici illuſtris Regis Francorum, & inpriſſorum ſuorum; & faciendi emendas ſimiliter ſuper interceptionibus, factis eidem Regi Francorum, & inpriſiis ſuis, per nos, & inpriſios noſtros, infra treugam ultimo captam inter prædictum Regem Franciæ, & nos; ratum & gratum habituri quicquid prædicti fideles noſtri ſuper prædictis emendis recipiendis & faciendis duxerint faciend. A.D. 1242. Hen. 3.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Pontem, triceſimo die Maii.

De poteſtate dandi & capiendi diem rationabilem de emendis.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod poteſtatem dedimus H. de Bohun Comiti Eſſex, Johanni filio Galfridi, &c.

Quod, ſi Ludovicus Rex Francorum illuſtris reddiderit nobis terras, quæ fuerunt Savarici de Malo-leone, quas occupavit infra treugam, inter nos initam:

Et nobis conceſſerit quod de exitibus, quos inde percepit poſtquam terras illas occupavit: et de aliis dampnis & interceptionibus, nobis & inpriſiis noſtris factis, nobis & inpriſiis noſtris ſatisfaciet, A.D. 1242.

Diem vel dies rationabiles ſecundum quod res expoſtulat, poſſint dare, & capere de emendis recipiendis, de exitibus prædictis, & omnibus aliis interceptionibus, & querelis unde petimus emendas.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De treugis cum Francia rumpendis.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Ibidem.

REX H. de Bohun Comiti Eſſex & Hereford. Johanni filio Galfridi, &c. ſalutem.

Sciatis quod hac die Sabbati, poſt receſſum veſtrum, certos audivimus rumores quod Rex Francorum cepit Caſtrum de Berteres, & homagium Radulphi de Bello-monte, qui fuit ad fidem & ſervitium noſtrum, & annuum feodum recipit à nobis, quod quidem ei reddi fecimus ad natale Domini proximo præteritum; in quo quidem videtur nobis quod Rex Franciæ treugam infregit manifeſte.

Et ideo vobis mandamus quod ſuper interceptione iſta, una cum terra quæ fuit Savarici de Malo-leone, & aliis querelis, petatis emendas. A.D. 1242.

Et niſi ſuper articulo iſto, de prædicto Caſtro nobis reddendo, & homagio ipſius Radulphi, ſtatim nobis ſatisfecerit, una cum terra, quæ fuit prædicti Savarici; Nunciis ipſius Regis Francorum ſcire faciatis quod in emendis faciend. nobis defecerunt; nec ulterius cum ipſis de emendis aliquibus tractatum habeatis.

Teſte ut ſupra.

De ſtatu Regis ſignificato Epiſcopis Angliæ.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Clauſ. 26. H. 3. m. 4.

REX venerabili Patri Hugoni, Dei gratia, Elyenſi Epiſcopo, ſalutem.

Ut de ſtatu noſtro, de quo vos credimus eſſe ſollicitos, paternitatem veſtram reddamus certiorem, ſignificandum vobis duximus quod, poſtquam naves noſtras aſcendimus apud Porteſmue, mare, benedictus Deus, placitum invenimus & tranquillum, & nos, & Regina noſtra, & omnes, quotquot nobiſcum transfretaverunt, ſani applicuimus in portu quodam in Pictavia, nomine Ruaunt, & inde nos divertimus uſque Pontem; ubi expectavimus quod ad diem, captum inter nos, & Regem Franciæ, viz. a die Paſchæ in quinque ſeptimanas, emendæ fierent, hinc inde, de interceptionibus, factis contra treugam; A.D. 1242.

Set neque ad diem illum, nec ad alium inter nos, propter hoc, poſtea captum, aliquid nobis voluit dictus Rex emendare, licet nos omnimodas emendas ex parte noſtra ei optuliſſemus.

Unde videbatur nobis & Concilio noſtro quod Treugam aliquam ei obſervare non tenebamur, & ſic, Treuga deficiente, A.D. 1242. Hen. 3. ente, guerram inchoare nos oportuit; quam quidem, ſine potenti auxilio gentis & pecuniæ, ſuſtinere non poterimus.

Quapropter hæc paternitati veſtræ duximus ſignificanda, rogantes attentius quatinus agendis noſtris, ſecundum quod Walterus Eborum Archiepiſcopus & W. de Cantilupo vobis dicent ex parte noſtra, cum ab eis fueritis requiſiti, conſilium efficax apponere velitis; pro quo ad perpetuas vobis teneamur gratiarum actiones.

Teſte Rege apud Xancton. 8 die Junii.

Eodem modo ſcribitur omnibus Epiſcopis Angliæ, præterquam Epiſcopis Norwic. Bathon. & Roffen. A.D. 1242. Hen. 3.

Sub eadem forma ſcribitur Magiſtro Militiæ Templi, Priori Hoſpitalis Jeroſolymæ, W. de Ebor. Jeremiæ de Caxton, Bertramo de Cryoyl, Roberto de Lexinton. Willielmo de Haverhull.

Et etiam Abbatibus Weſtm. Glaſton. & de Rading.

Et etiam Priori Sancti Switini Winton. ſet, in fine litterarum additur. Quod ſpeciales pro Rege & ſuis fieri faciant orationes.

De Guerra cum Rege Franciæ inchoata.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Clauſ. 26. H. 3. m. 4.

Mandatum eſt W. Eborum Archiepiſcopo, & Willielmo de Cantilupo, quod cum requiſitus eſſet Rex Franciæ de emendis faciendis, ſuper interceptionibus treugarum hinc inde factis, id facere minime curaſſet, non videbatur Dominus Rex treugam ei ulterius obſervare, & ſic guerra inter eos jam inchoata eſt.

Cum igitur Dominus Rex minus ſufficienter de bona gente munitus ſit, ad Regem Franciæ gravandum, mandatum eſt eis quòd, quantum poterunt, laborent ad pecuniam perquirendam & ad perquirendum Regi 200 Milites & Centum Servientes Equites, bene paratos, quales viderint ad ſervitium Regis neceſſarios.

Fines vero, quos à quibuſdam Militibus recepimus ut moram facerent in Anglia, ipſis remittatis, inducentes eos quod, pro magna neceſſitate, quam cito poterunt, ad Regem veniant, equis & armis bene parati.

Et, ſi forte, remittendo fines illos, ad hoc induci non poſſint; tunc de denariis Regis, ſi neceſſe fuerit, rationabiliter eis faciant, propter quod ad Regem venire debeant.

Et quod idem Archiepiſcopus & Willielmus Sciant indubitanter, quod Dominus Rex in talem incidit neceſſitatem, quod ultra modum indiget pecunia, quia ad præſens recuperaturus eſt honorem ſuum in partibus tranſmarinis, vel ignominiam, quod abſit, incurret in perpetuum.

Provideant etiam, de conſilio Bertrami de Cryoyl, qualiter Dominus Rex damnificare poſſit Regem Franciæ in Coſtera Britanniæ, Normanniæ & Boloniæ, per gentem de quinque portubus; qui ſe præparant ad ipſum Regem gravandum per incendia, & aliis modis quibus poterunt. A.D. 1242.

Et ſuper eodem ſcribitur eidem Bertramo quod id fieri faciat de conſilio ipſorum Archiepiſcopi & Willi. Illis etiam qui deputandi ſunt ad dictum Regem per Mare gravandum, aliquem diſcretum & fidelem præfici faciant; qui ipſos cohibeat & impediat, ne alicui de poteſtate Regis, vel alicui, conductum Regis habenti dampnum inferant: Qui etiam de quinto Regi reſpondeat.

De quingentis etiam bonis Walenſibus, ad Regem mittendis, provideant per Johannem Extraneum, & Johannem de Monemuth; qui tales de Ballivis ſuis eligant, quales Regi viderint expedire ad inimicos ſuos gravandos.

Et quod rogent David filium Leulini, & Griffinum filium Maddoc, quod de Walenſibus Regi ſubveniant, ſicut Regi promiſerint; ita quod de ſuis, quàm aliunde quingentos Walenſes habeat; & ſuper hoc litteras Domini Regis eis mittant.

Gentem autem & pecuniam, quam perquirere poterunt, Regi mittant cum feſtinatione.

Mandatum eſt eis quod cum de quingentis pauperibus, quos ſingulis diebus Rex paſcere conſuevit, majorem partem in Anglia paſcendam reſervavit, per fratrem Johannem Elemoſinarium paſci faciant ſingulis diebus CCC & L. pauperes; ita quod Elemoſina Regis incipiat fieri a nono die Maii, viz. à die Veneris, qua Rex Naves ſuas aſcendit apud Porteſm. & ſic de die in diem quouſque Dominus Rex reduxerit in Angliam, cum proſperitate.

Teſte Rege apud Xancton. 8 die Junii.

De forma tranſmiſſa Baronibus Angliæ.

A.D. 1242. Al. 26. H. 3. Clauſ. 26. H. 3. m. 4.

REX dilecto & fideli ſuo W. de Cantilupo Juniori ſalutem:

Cum, faciente injuria Regis Franciæ, Treuga inter nos & ipſum deficiat, & ſic guerram ei movere nos oporteat (quod quidem in tranſfretatione noſtra non credebamus accidiſſe) & minus ſufficienter muniti ſumus bona gente, & potiſſime gente Regni noſtri Angliæ, (de qua ſpecialius confidimus) ad ipſum impugnandum;

Vobis mandamus rogantes quatenus, ſicut nos & honorem noſtrum diligitis, ſub quanta poteritis feſtinatione ad nos veniatis, ita parati equis & armis, quod per auxilium veſtrum, & aliorum fidelium noſtrorum (quibus idem mandavimus ad præſens) honorem recuperaſſe gaudeamus, & ad perpetuas inde vobis teneamur gratiarum actiones.

Sciturí quod, niſi per vos, & alios fideles noſtros nobis fuerit potenter ſubventum, opprobrium incurrere timemus imperpetuum & jacturam, quod abſit, irrecuperabilem.

A.D. 1242.

Teſte Rege apud Xancton. 7 die Junii.

Ibid. m. 3. d.

REX Vitali Engayne ſalutem.

Cum, faciente injuria Regis Franciæ, treugam ei obſervare non debeamus, & ſic guerram ei movere nos oporteat; (quod quidem in tranſfretatione noſtra non credebamus accidiſſe, & minus ſufficienter muniti ſumus bona gente, & potiſſime gente regni noſtri Angliæ, &c.) ut in proximo ſupra.

Teſte Rege apud Xancton. 15 die Junii.

Conſimiliter ſcribitur omnibus Militibus ſubſcriptis.

Ricardo de Grey,
Johanni de Grey,
Willielmo de Cantilupo juniori,
Willielmo Bardolf,
Petro de Munford,
Willielmo Mandut,
Alano la Zuche,
Willielmo la Zuche,
Roberto Tregoz,
Petro Braunche,
Arnaldo de Munteny,
Arnaldo de Boſco,
Thomæ Greyſſe,
Roberto de Eyville,
Thomæ de Berkeley quod mittat filium ſuum pro ſe; ſe tertio, & finis quem fecit cum Domino Rege relaxabitur ei.
Gilberto de Saunford,
Johanni de Mautravers,
Ricardo Muntfichet,
Herberto filio Petri,
Ricardo Mandut.
Radulpho de Mortuo Mari,
Willielmo de Albiniaco,
Johanni de Nevill,
Mattheo de Luneyn,
Philippo Baſſet,
Vitali Engayne,
Thomæ filio Willielmi,
Willielmo de Lancaſtr. & relaxabitur finis.
Roberto de Quency,
Henr. de Bailliol,
Rogero de Merlay,
Johanni de Bajocis,
Egidio de Argentem,
Willielmo de Percy,
Andr. Luterel, & relaxabitur finis.
Radulpho Ruſſell,
Roberto de Pundelarche,
Johanni de Balieu,
Reginaldo de Valli Torta,
Johanni de Maneſbrug,
Radulpho de Chemdut,
Andr. Peverel,
Petro de Mane,
David Cumyn,
Radulpho Baſſet,
Comiti Arundell,
Philippo Baſſet,
Thomæ de Pavely,
Thurſtano Deſpenſer,
Philippo de Columbar.

A.D. 1242. *Hen.* 3.

Baronibus de Haſtinges, de Rege Franciæ & ſuis gravandis.

A.D. 1242. *An.* 26. *H.* 3. *Clauſ.* 26. *H.* 3. *m.* 4.

REX Baronibus de Haſtinges ſalutem.

Cum, faciente injuriâ Regis Franciæ, treugam ei obſervare non debeamus, & Guerra inter nos jam ſit inchoata, mediante auxilio & Conſilio veſtro, & aliorum Baronum noſtrorum de quinque Portubus, ipſum Regem & ſuos, tàm per mare, quàm per terram, gravare & modis, quibus poterimus, impugnare propoſuimus.

De virilitate igitur & fidelitate veſtrâ ſpecialiter confidentes quod, in hoc negotio, nos potenter juvare velitis, vobis mandamus rogantes quatenus in fide, qua nobis tenemini, & ſicut nos & honorem noſtrum diligitis, quam cito poteritis, Naves veſtras præparari, & bona gente muniri faciatis.

Et vos ipſos accingatis, una cum aliis Baronibus noſtris de quinque Portubus, quibus idem mandavimus, ad prædictum Regem Franciæ gravandum in Coſtera Britanniæ, Normanniæ, & Boloniæ, per incendia & alia gravamina, quæ poteritis, tàm per mare, quàm per terram.

Ita tamen quod nichil dampni aut moleſtiæ Eccleſiis, aut alicui de poteſtate noſtra, vel alii conductum noſtrum habenti, occaſione hujus mandati noſtri, inferre præſumatis: Salvo etiam nobis quinto noſtro, quod ad nos ſcitis pertinere de lucro, quod in guerra noſtrâ perquiretis.

Volumus etiam quod, de conſilio venerabilis patris Walteri Eborum Archiepiſcopi, & W. de Cantilupo, & Bertrani de Cryoyl, negotium iſtud incipiatis; & quod inde vobis, ex parte noſtrâ, injunxerint, exequamini.

Vos rogantes quatenus ita diſcrete vos geratis erga noſtros, tàm erga illos de Baion, quàm alios de poteſtate noſtra (ſi forte alicubi conveneritis) quod inter vos non oriatur diſſenſio.

Et ita viriliter vos habeatis in prædicto Rege & ſuis gravandis, quod, pro bono ſervitio veſtro, in perpetuum vos habere debeamus cariores.

In cujus, &c. duraturas quamdiu nobis placuerit.

Teſte Rege apud Xanton. 8 die Junii.

Eodem modo ſcribitur aliis Baronibus de quinque Portubus, videlicet de Sandwic. Dour. Hith. Rumenel, Wyncheleſ. Rya, & probis hominibus de Dunewic.

De gravando Regem Franciæ, quod non curat Interceptiones emendare.

A.D. 1242. *An.* 26. *H.* 3. *Vaſcon. Pat. & Cart. inſimul* 26 *H.* 3. *m.* 14.

REX Willielmo le Arceueske, & aliis fidelibus ſuis exiſtentibus in munitione apud Partenay, ſalutem.

Sciatis quod mandavimus, hac die Lunæ, in Craſtino Octab. Pentecoſtes, Regi Franciæ quod, ex quo non curat emendas nobis facere de interceptionibus, factis ex parte ſua contra treugam, deſicut parati fuimus, ad diem inter nos, propter hoc, ultimo captum, per nuncios noſtros incontinenti interceptiones, ex parte noſtra factas, ſufficienter emendare, nullam treugam ei de cætero tenemur obſervare.

Et ideo vobis mandamus rogantes quod ab hac die Mercurii proximo ſequenti, in antea nullam Treugam ei ſervetis; ſet ipſum & ſuos gravetis modis quibus poteritis.

Teſte Rege apud Xancton. 15 die Junii.

Litteræ de Credentia Imperatori.

A.D. 1242. *An.* 26. *H.* 3. *Vaſcon. Pat. Cart. inſimul* 26. *H.* 3. *m.* 14.

DOmino Imperatori Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem, & fraternæ dilectionis ſemper augmentum.

Mittimus ad vos Magiſtrum Petrum de Burdeg. & Bartholomeum de Peche, ad tractandum vobiſcum ſuper quibuſdam articulis, de quibus aliquando per Nuncios

A.D. 1242. Hen. 3. Nuncios veſtros tractatus habitus fuit nobiſcum.

Serenitatem veſtram rogantes quatenus ſuper illis, quæ ex parte noſtra vobis expoſuerint, fidem indubitatam adhibere velitis eiſdem.

Teſte Rege apud Xancton. 17 die Junii.

Pro Inſula de Re.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Vaſcon. Pat. & Cart. inſimul 26. H. 3. m. 13.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis nos conceſſiſſe probis hominibus noſtris de Inſula de Re quod, quamdiu fuerint ad fidem & ſervitium noſtrum, ſibi poſſint facere Majorem, Juratos, & Communiam.

In cujus, &c. has litteras noſtras eis fieri fecimus patentes.

Teſte Rege apud Taunay, 28 die Junii, anno 26.

De Matrimonio contrahendo inter Comitem Tholoſ. & Margaretam filiam Comitis Marchiæ.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Vaſcon. Pat. & Cart. inſimul 26. H. 3. m. 13.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod bona fide promittimus kariſſimo conſanguineo noſtro Nobili viro R. Comiti Tholoſ. & Marchioni Provinc. quod modis, quibus poterimus, laborabimus per nos, & amicos, & fideles noſtros, quod idem Comes ducat in uxorem Margaretam *ſororem* noſtram, filiam Comitis Marchiæ & Engol. ad terminum quem idem Comes Tholoſ. nobis ſcire fecerit, quando ad nos venerit.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Taylleburg. 30 die Junii.

De fœdere ineundo inter Dominum Regem & Imperatorem.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Vaſcon. Pat. & Cart. inſimul 26. H. 3. m. 12.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod plenam poteſtatem dedimus Magiſtro Petro de Burdeg. & Bartholomeo Peche, vel alteri eorum, ſi ambo præſentes non fuerint, ineundi fœdus inter kariſſimum fratrem noſtrum, ſereniſſimum Principem Fredericum, Romanorum Imperatorem, & nos.

Quod nos ipſum Imperatorem juvare debeamus ad jura ſua perquirenda contra omnes homines: Et quod idem Imperator, vice verſa, juvare debeat nos ad jura noſtra perquirenda contra omnes homines.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Rege apud Xancton. 5 die Julii.

Per Comitem March.
Per Comitem Flandriæ & Hanon. &
Per Comitem Ricardum.

De Mandato hominibus de Mareſin.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Clauſ. 26. H. 3. m. 2. d.

Mandatum eſt probis hominibus de Mareſin quod mittant Domino Regi centum Baliſtarios, ad veniendum in ſervitium Regis.

Teſte Rege apud Xancton. 6 die Julii.

Eodem modo ſcribitur probis hominibus de Goſſe.

Mandatum eſt W. Eborum Archiepiſcopo, & W. de Cantilupo quod, ſi viderint, quod Rex Franciæ & ſui gravari poſſent per Magnam Galiam Regis de Briſtol, & per Galiam Minorem de eadem Villa, quam Johannes cum Barba ducit, in coſteris Normanniæ, Britanniæ, & Boloniæ, tunc prædictas Galeas eſkippari faciant ad partes illas modis, quibus poterunt, gravandas.

Teſte Rege apud Xancton. 7 die Julii.

A.D. 1242. Hen. 3. Mandatum eſt Juſticiariis Hiberniæ quod omnes Galyas Regis eſkippari, & bona gente muniri faciant, & eas mittant uſque coſteras Pictaviæ, Normanniæ, Britanniæ, & Boloniæ, ad Regem Franciæ & alios inimicos Regis gravandos.

Teſte ut ſupra.

Mandatum eſt etiam Majori & probis Hominibus Dublin. quod omnes Galias, & Naves ſuas mittant ad partes prædictas, &c. ſicut prædictum eſt.

Eodem modo ſcribitur probis hominibus de Waterford de Navibus ſuis ad partes prædictas mittendis.

Teſte ut ſupra.

Mandatum eſt Johanni Maunſel quod Petro Alardi Militi, quem Rex retinuit in ſervitium ſuum, faciat habere ſtipendia ſua, ſicut alii de Militibus Regis.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1242. Hen. 3. Mandatum eſt Majori & Juratis Communiæ Burdegal. quod Regi mittant trecentos Baliſtarios, & omnes bonas Baliſtas Communitatis ſuæ, & etiam quod omnes Galias ſuas mittant uſque Pontem de Taunay, ad Pontem illum muniendum.

Rex Galfrido de la Laund ſalutem.

Mandamus vobis rogantes quatinus, ſicut nos & honorem noſtrum diligitis, ſub quanta poteſtis feſtinatione, ad nos veniatis uſque Pontem;

Ita parati equis & armis, quod de adventu veſtro imperpetuum grates vobis ſcire debeamus.

Teſte Rege apud Xancton. 21 die Julii.

Eodem modo ſcribitur Sicardo de Monte Guidonis, & Willielmo de Monte-Leonis.

De Rege Franciæ gravando per homines de Baiona.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. *Vaſconia Pat. & Cart. 26. H. 3. m. 11.*

Rex omnibus &c. ſalutem.

Sciatis quod licentiam dedimus probis hominibus noſtris de Baion. quod, tam per Mare, quàm per terram, modis quibus poterunt gravent Regem Franciæ, & ſuos, & alios de terra nobis guerrina; ita tamen quod, occaſione hujus licentiæ noſtræ, neminem, qui fuerit de poteſtate noſtra, & ad pacem noſtram, ſive ſub conductu noſtro, gravent aut moleſtent.

Hanc autem licentiam eis concedimus, quamdiu præſens guerra duraverit inter nos, & Regem Franciæ.

Præſentium etiam tenore proteſtamur quod ſervitium, quod ad præſens nobis fecerunt, veniendo ad nos extra partes ſuas, gratis & de gratia ſua nobis fecerunt.

A.D. 1242. Conceſſimus etiam eis quod primas mille Marcas, ad nos pertinentes de lucro ſuo, quod perquiſierint ſuper inimicos noſtros, habeant in auxilium villæ ſuæ claudendi; & medietatem totius lucri ſui reſidui ad nos pertinentis habeant pro ſtipendiis ſuis;

Et alia medietas ad opus noſtrum reſervetur.

In cujus, &c.

Teſte Rege in Caſtris ſuper Gyriundam, 4 die Auguſti.

Conventio inita inter Regem ex una, & Remundum Vicecomitem Frunzak ex alia parte.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. *Vaſconia Pat. & Cart. 26. H. 3. m. 11. d.*

Ita convenit inter Dominum Henricum Regem Angliæ, & Remundum Vicecomitem de Frunzak. quod idem Vicecomes juvabit eidem Regi Angliæ, cum viginti militibus, & viginti Burgenſibus de Caſtro ſuo de Frunzak.

Quod de cætero eidem Domino Regi & hæredibus ſuis fideliter ſerviet pro poſſe ſuo, & fidem ei ſervabit contra omnes homines.

A.D. 1242. Et, ad majorem ſecuritatem, tradidit ei Willielmum Amaneni, filium ſuum primogenitum, quem idem Rex commendavit Ruſtano de Solio cuſtodiendum, donec Treuga, vel Pax ſit inter

ipſum

A.D. 1242. Hen. 3. ipſum Dominum Regem Angliæ, & Regem Franciæ.

Et ex quo treuga, vel pax fuerit inter ipſos, idem Ruſtanus debet reddere eidem Vicecomiti prædictum filium ſuum.

Et inde dedit prædictus Ruſtanus eidem Vicecomiti litteras ſuas patentes; & Major & Communia Burdeg. ſimiliter tenentur ei dare litteras ſuas patentes, quod filium illum ei reddi facient, per præceptum Domini Regis.

Prius tamen quam idem Ruſtanus filium ſuum ei reddat, tenetur idem Vicecomes ei dare fidejuſſores fide dignos (videlicet Bernardum de Scoſſan, ſi ſuperſtes fuerit, & alium Baronem Waſconiæ) quod, ſi treuga, vel Pax rumpatur, aliquo caſu, inter prædictos Reges, ad mandatum ipſius Regis Angliæ, ipſum filium, vel alium filium ſuum poſtgenitum, ſi ipſe ſuperſtes non fuerit, reddet eidem R. vel hæredibus ipſius R. ſi in fata deceſſerit, in obſidem, ſicut prius.

Et Dominus Rex admiſit ipſum Comitem in plenam gratiam ſuam, & remiſit ei omnes querelas quas habuit verſus ipſum, uſque ad diem confectionis præſentium.

Et promiſit ei quod bene & curialiter ſe geret erga ipſum Vicecomitem, tanquam fidelem ſuum; & quod, pro poſſe ſuo, ipſum manutenebit & defendet, nec permittet quod aliquod dampnum, vel injuria ei inferatur a ſe vel ſuis.

Debet etiam idem Dominus Rex ſuſtentare ſexaginta milites eidem Vicecomiti, ad cuſtum ſuum, quamdiu guerra duraverit inter ipſum Dominum Regem, & Regem Franciæ, ad guerram Domini Regis manutenendam: & Dominus Rex, præ manibus, tradidit ei ſtipendia prædictorum militum, ad viginti dies.

Quam cito autem idem Dominus Rex demandaverit eidem Vicecomiti, quod dictos milites non teneat ad cuſtum ipſius Regis, non tenebitur ei de ſtipendiis illis reſpondere; niſi Rex Franciæ, vel aliquis fratrum ſuorum eſſet in terra ipſius Vicecomitis cum exercitu ad ipſum gravandum. A.D. 1242. Hen. 3.

Et ſi idem Rex Franciæ, vel aliquis fratrum ſuorum, intraret terram ipſius Vicecomitis pro obſidione facienda, vel in terra ſua moram faceret ad ipſum gravandum, idem Dominus Rex tenetur reſtaurare ei & ſuis totum dampnum, quod idem Vicecomes & ſui incurrent per ipſum Regem Franciæ, occaſione ſervitii Domini Regis Angliæ, infra quadraginta dies poſtquam idem Dominus Rex inde fuerit monitus, & requiſitus, ad dictum Hugonis de Vinon. & dicti R. de Solio, & W. Gunbaud de Pabentis (ſi ſimul poſſint inveniri) ſin autem, ad dictum duorum vel unius ex ipſis.

Si vero ad dictum nullius prædictorum poſſet prædictum dampnum eis emendari, debet ipſis ſatisfieri ad dictum alicujus amicorum ejuſdem Vicecomitis, & Seneſcalli Waſconiæ, qui tunc erit.

Item ſi Rex Franciæ per ſe, vel per ſuos obſideret Caſtrum de Frunzak, Dominus Rex Angliæ, ſi præſens fuerit, vel Seneſcallus ſuus Waſconiæ debet, ad cuſtum Domini Regis, ponere in ipſo Caſtro quater viginti milites, & 20 Baliſtarios, ad defenſionem ejuſdem Caſtri.

Major etiam, & Communia Burdegaliæ, per præceptum ipſius Domini Regis, litteras ſuas dabunt patentes eidem Vicecomiti, quod idem Major Burdegaliæ, in prædicto caſu, intrabit Caſtrum illud cum quingentis ſervientibus, vel cum pluribus de conſilio ipſius Vicecomitis, ad cuſtum prædictorum Majoris & Communiæ.

Et, ad hæc omnia fideliter ſervanda, tàm idem Dominus Rex, quàm prædictus Vicecomes ſe obligaverunt, & ad majorem ſecuritatem præſens ſcriptum in modum Cyrographi inter ſe confici fecerunt.

Cujus alteri parti, remanenti penes ipſum Regem, appenſum eſt ſigillum ipſius Vicecomitis; & parti remanenti penes Vicecomitem, ſigillum ipſius Domini Regis eſt appenſum.

Actum in Caſtris ſuper Gyrund. 14 die Auguſti.

De Treugis factis inter Arnaldum de Blankeford & vicecomitem de Frunzak.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Ibid. m. 2. d.

REX Arnaldo de Blankeford ſalutem.

Sciatis quod treugam cepimus inter vos, & Vicecomitem de Frunzak, uſque ad feſtum Sancti Andreæ anno, &c. 27; infra quem terminum, tàm ex parte veſtra & veſtrorum, quam ex parte dicti Viceco- A.D. 1242.

A.D. 1242. Hen. 3. mitis & ſuorum, omnia in pace remanere debent, quod nec vos ipſum aut ſuos, nec ipſi vos aut veſtros ad invicem gravabitis.

Et ideo vobis mandamus quod in fide, qua nobis tenemini, ipſum Vicecomitem, & Vicecomitiſſam matrem ſuam, in pace dimittatis; nullum dampnum aut injuriam ei, aut militibus de Burgo inferentes, aut inferri permittentes;

Quia, ſi contingeret quod dampnum aliquod aut moleſtiam, infra treugam iſtam, ei aut ſuis inferretis, id ei faciemus emendari: &, vice verſa, ſi idem Vicecomes vos aut veſtros, durante treuga prædicta, gravaret, aut dampnum aliquod inferret, id vobis ſimiliter faciemus emendari, & inde litteras noſtras conſimiles eidem Vicecomiti tranſmiſimus. A.D. 1242. Hen. 3.

Teſte Rege apud Silvam, 22 die Auguſti.

Conſimiliter ſcribitur Vicecomiti de Frunzak, & mandatum eſt eidem Vicecomiti quod iſtud idem ſcire faciat militibus de Burgo, & eis prohibeat ne prædictum Arnaldum, aut ſuos interim gravent aut moleſtent.

Teſte ut ſupra.

De Conſtabulariis Exercitus Anglicani conſtitutis.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Pat. 26. H. 3. p. 2. n. 2.

REX dilectis & fidelibus ſuis Willielmo de Cantilupo Juniori, Johanni de Gray, Philippo Baſſet, & Paulo Peyvur, ſalutem.

Sciatis quod conſtituimus vos conſtabularios & duces militum noſtrorum, qui, hac vice, ad mandatum noſtrum ad nos ſunt transfretati in Pictaviam.

Et ideo vobis mandamus quatenus in hac parte diſcrete & prudenter vos geratis, quod prudentiam veſtram & diſcretionem merito debeamus commendare. A.D. 1242.

Teſte W. Eborum Archiepiſcopo apud Winton. 28 die Auguſti.

Conventio inter Dominum Henricum Regem Angliæ, & Remundum Comitem Tholoſ.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Vaſcon. Pat. & Cart. inſimul 26. H. 3. m. 8.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noveritis univerſi quod nos promiſimus Nobili viro Remundo Comiti Tholoſ. & Marchioni Provinciæ conſanguineo noſtro dilecto, quod, toto tempore vitæ noſtræ juvabimus ipſum contra Regem Franciæ, & coadjutores, & valitores ſuos, & contra omnem viventem de mundo; & præſtabimus ei conſilium & auxilium pro viribus noſtris, bonâ fide contra omnes prædictos: Exceptâ Eccleſia Romana, cui omnimodam reverentiam & obedientiam debitam volumus exhiberi; Excepto etiam Sereniſſimo Principe Domino Frederico Romanorum Imperatore, ſororio noſtro.

2. Promiſimus etiam eidem Comiti quod, cum dicto Rege Franciæ, coadjutoribus, vel valitoribus ſuis, pacem, treugam vel concordiam non iniemus, nec compoſitionem aliquam cum ipſis faciemus, ſine aſſenſu, licentia & voluntate ipſius Comitis.

3. Et, ſi forte dicta Romana Eccleſia ipſum, quod abſit, infeſtaret, & idem Rex Franciæ, ad mandatum Domini Papæ, inſurgeret contra dictum Comitem, & terram ipſius in propriâ perſonâ ſuâ intraret, nos, ad preces, vel monitiones Eccleſiæ Romanæ, non deſiſteremus ipſum Comitem juvare in forma prædicta; niſi per ſententiam excommunicationis ad deſiſtendum artaremur: Et tunc licebit nobis ceſſare a guerra facienda dicto Regi Franciæ, quamdiu idem Rex perſonaliter, & de mandato Eccleſiæ Romanæ, ut prædictum eſt, eſſet in terra prædicti Comitis. A.D. 1242.

4. Ipſo vero Rege exeunte in propria perſona de terra prædicti Comitis, reincipiemus guerram facere dicto Regi, juvando dictum Comitem ſicut prius.

5. Ad omnia prædicta fideliter tenenda & obſervanda, dilectus & fidelis noſter Johannes de Pleſſeto, tactis ſacroſanctis Evangeliis, juravit, de mandato noſtro, juravit in animam noſtram.

6. Nobiles etiam viri, fideles noſtri Barones Burdegal. & Barones Vaſatenſ. videlicet, Elyas Rydel de Bregerac. Kenguillus

A.D. 1242. Hen. 3.

guillus de Sparr. Arnaldus de Blanckeford, Petrus de Caſtillon, Bernardus de Scuſan. Guil. Segyn de Ryon, Bernardus de Boevill. Dominus de Beneauges, Petrus de Ganeret, Gaillardus de la Mote, Amaneus de Noillan, Guilielmus de Farges, Amaneus de Lebret, Nemerſanz de Chaumont, Guil. Remundus de Pimluis Dominus Cani Montiſi, & Guil. Ernaldi de Tintalon, idem juraverunt, & eodem modo de mandato noſtro ſpeciali.

7. Nobiles inſuper viri B. Comes Bigor, & Gaſco de Byarr. de mandato noſtro, promiſerunt eidem Comiti quod fideliter laborabunt, & omnem diligentiam, quam poterunt, apponent, quod nos promiſſiones prædictas ſeu pacta tenebimus, & ea obſervabimus, & inde litteras ſuas prædicto Comiti dederint patentes.

A.D. 1242 Hen. 3.

8. Hoc etiam adjecto quod, ſi in aliquo, quod abſit, contingat nos recedere a promiſſionibus prædictis, ſeu pactis, & ea non obſervare volumus, concedimus quod prædicti Nobiles tam diu ſint a fidelitate, qua nobis tenentur, abſoluti, & poſſint in nos inſurgere, & contra nos ipſum Comitem juvare, quouſque ad promiſſiones prædictas, ſeu pacta redierimus obſervanda.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras eidem Comiti fieri fecimus patentes.

Teſte Rege apud Burdeg. 28 die Auguſti, anno Regni noſtri 26.

Carta conventionum Comitis Tholoſani cum Rege Angliæ.

A.D. 1242. An. 26. H. 3. Vaſcon. Pat. 24. Cart. 26. H. 3. m. 8. d.

UNiverſis, præſentes litteras inſpecturis, R. Dei gratia, Comes Tholoſ. & Marchio Provinciæ, ſalutem.

Noverit Univerſitas veſtra quod nos promiſimus Domino Henrico, Dei gratiâ, Regi Angliæ illuſtri, quod nos juvabimus toto tempore vitæ noſtræ ipſum contra Regem Franciæ, & coadjutores, & valitores ſuos, & contra omnem hominem viventem de mundo; excepto ſereniſſimo Domino noſtro Frederico Romanorum Imperatore, contra quem non juvaremus dictum Dominum Regem, nec dictum Imperatorem modo aliquo contra ipſum.

Et præſtabimus eidem Domino Regi Angliæ conſilium, auxilium, & juvamen pro noſtris viribus bona fide.

Et pacem, treugam & concordiam, ſeu compoſitionem aliquam, cum Rege Franciæ jam dicto, coadjutoribus, vel valitoribus ſuis, non faciemus, ſine dicti Domini Regis aſſenſu, voluntate & licentiâ ſpeciali.

Et, quod omnia iſta, & ſingula firmiter, & inviolabiliter tenebimus, & eadem Domino Regi prædicto obſervabimus, tactis ſacroſanctis Evangeliis juravimus; &, de mandato noſtro ſpeciali, idem juraverunt Nobiles viri, ſcilicet: A. de Lebret, A. de Blancaford, G. Remundus de Pimbus Dominus Cani-Montis, R. de Cano monte Dominus de Tailleborg. Guill. A. de Tantallon. Gaſton. de Gotando, A. de Monte Peſato, G. Ferioli Bego, Numpan de Cano Monte, R. Bernardi de Balenes, A. de Marmanda, Hugo de Rouma. A. Garſias de Foſſato, Gautius de Foſſato, Eſquius de Fumello, Vital. de Goterando, Vital. de Caſanona, Bertramus de Cardeſliaco, Den. de Baraſc. G. Baraſc. A. de Monte-Acuto, Aumericus de Gordan, R. de Cauſſada, Amalumus de Peſtiliaco Caturcenſ. Dioc. & Communitas Agenn.

A.D. 1242.

Hoc adjecto quod, ſi in aliquo, quod abſit, contingat nos recedere a promiſſionibus ſupradictis, ſeu pactis, & ea non obſervare, volumus & concedimus quod dicti Nobiles & alii prænominati tam diu ſint a fidelitate, qua nobis tenentur, abſoluti, & poſſint in nos inſurgere, & contra nos prædictum Regem Angliæ juvare, quouſque ad promiſſiones prædictas, ſeu pacta redierimus obſervanda.

Inſuper Nobilis Vir B. Comes Convenaz promiſit, de mandato noſtro, quod fideliter laborabit, & omnem diligentiam, quam poterit, apponet quod nos promiſſiones prædictas, ſeu pacta tenebimus, & ea obſervabimus, & inde litteras ſuas prædicto Regi dedit patentes.

In cujus rei teſtimonium, & omnium prædictorum firmitatem majorem, prædicto Domino Regi præſentes litteras tradidimus, ſigilli noſtri munimine roboratas, tertio die Septembris, anno Domini milleſimo ducentiſſimo quadrageſimo ſecundo.

A.D. 1242. Hen. 3.

De pace formata inter Comitem Tholoſ. & Arnaldum de Tantalon. & Vicomitem de Frunzak.

A.D. 1242. *An.* 26. *H.* 3. *Vaſcon. Pat. & Cart. inſimul* 26. *H.* 3. *m.* 7.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Univerſitati veſtræ notum eſſe volumus quod, comparentibus coram nobis apud Burdegal. 30 die Auguſti, anno Regni noſtri 26 Nobili viro R. Comite Tholoſ. Marchione Provinciæ, & Willielmo Arnaldo de Tantalon. ex una parte; & dilecto & fideli noſtro R. Vicecomite de Frunzak. ex alia, habitoque tractatu de contentionibus, inter eos ortis, ſedandis, tandem, ad inſtantiam noſtram, iidem Comes & Willielmus remiſerunt eidem Vicecomiti omnes querelas, & demandas, omneſque guerrarum occaſiones, quas habuerunt verſus ipum, uſque ad diem prædictum; & pax inter eos plenius eſt reformata pro ſe, impriſiis & coadjutoribus partis utriſuque.

Et in auxilium pacis, inter eos firmandæ, dedimus, pro eodem Vicecomite, eidem Comiti, quingentas Marcas de voluntate noſtra, & centum Marcas quas prædicto Vicecomiti reddere tenebamur.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud Burdegal. 5 die Septembris.

Littera Willielmo de L'Eparr. cum multis aliis, quod in occurſum Regis cum debito ſervitio ſuo veniant.

A.D. 1242. *An.* 26. *H.* 3. *Vaſconia Pat. & Cart.* 26. *H.* 3. *m.* 7. *d.*

REX Aquenwill. del Sparr. ſalutem.

Mandamus vobis rogantes quatenus in fide, qua nobis tenemini, ſitis apud Sanctam Baſiliam, in Feſto Sancti Matthæi, in Octabis exaltationis ſanctæ Crucis; cum toto ſervitio veſtro nobis debito, in occurſum noſtrum, vel aliquorum de noſtris, quos tunc illuc loco noſtro mittemus;

Ita parati equis & armis ad eundum in ſervitium noſtrum, quod inde vobis grates ſcire debeamus.

Perquiratis etiam nobis totam bonam gentem, quam vobiſcum ducere poteritis, ad denarios noſtros, & nos ſolidos ſuos a die, qua iter arripuerint ad veniendum in ſervitium noſtrum, ei reddi faciemus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Burdeg. undecimo die Septembris.

Eodem modo ſcribitur omnibus ſubſcriptis.

Pontio de Caſtelean,
Emeneo de Buch.
Willielmo Bernardi de Dernon.
Bertramo de Ponenzak,
Emeneo de Noylan,
Dominis de Rupe Talliata,
Dominis de Farges,
Bernardo de Boevill,
Domino de Benauges,
Willielmo Segyn Domino de Ryieus,
Bernard de Scuſſen,
Domino de Trymue,
Elyæ de Blennak,
Amaunino de Bareis,
Arnoldo de Gyrund.
Domino de Caſtro de Bedort.
Amſand de Coumund.
Bernardo Boevill Domino de Sumeuzak,
Guillelmo Remundo de Pennibus,
Petro de Burdeg.
Petro Gaveret,
Arnoldo de Blankeford.

Mandatum eſt Roberto de Rauncever quod eiſdem die & loco ſit cum equis & armis.

Ernaldo de Montalio,
Vicecomiti Tartetorn.
Vicecomiti Aborcen.
Vicecomiti Sol.
Abbati Sancti Paul.

A.D. 1242.

Mandamus vobis quatinus ſitis ad nos, apud Silvam majorem, die Lunæ

A.D. 1242. Hen. 3. proximo poſt Feſtum Omnium Sanctorum, prompti & parati pro exercitu & ſervitio noſtro faciendo.

Teſte Rege apud Burdeg. decimo Octavo die Octobr.

Vigerio Aquenſ. quod clamari & ſummoneri faciet omnes illos de Civitate Aquenſi, qui ſervitium Regi debent, quod ſint, &c.

Ut ſupra.

Memorandum quod Dominus Rex precabatur ſubſcriptos, quod ipſi, ad eoſdem diem & locum, cum equis & armis venirent, perquirentes Domino Regi totam bonam gentem, quam ſecum ducere poterunt; & Dominus Rex ſolidos ſuos a die qua iter, &c. Ut ſupra

Petro Bertram,
Bernardo de Mundleu.

Mandatum eſt probis hominibus de Langun, & de Sancto Makario, quod ſint apud Sanctam Baſiliam, in Octabis exaltationis ſanctæ Crucis, ad eundum in ſervitium Regis nomine exercitûs. A.D. 1242. Hen. 3.

Teſte Rege apud Burdeg. decimo quinto die Septembris.

Mandatum eſt Amamuno de Vareis, quod veniat uſque Sanctum Milionem (*ſe decimo militum*) cum quinque Baliſtariis; moraturi ibidem in Garniſone; & Dominus Rex reddet ipſis decem militibus, & quinque Baliſtariis ſolidos ſuos, quamdiu neceſſe fnerit quod ipſi ibidem moram faciant, de mandato Domini Regis.

Mandatum eſt Girardo de Bleyne, quod ſit apud Sanctum Emilianum, hac die Sabbati ante Feſtum Sancti Michaelis (*ſe decimo militum*) parati ire in ſervitium Regis, cum Willielmo de Longerſper. & Rex de ſolidis ſuis ei & militibus ſuis reſpondebit de tempore, quo moram fecerint in ſervitio Regis.

Teſte Rege apud Burdeg. viceſimo quinto die Septembris.

Bulla qua Gaufrido Ledeſpris conceditur licentia conſtruendi Capellam in fundo proprio.

A.D. 1242. An. 27. H. 3. Ex Autogr. INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Lincolnienſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte dilecti filii nobilis viri Gaufridi Ledeſpris fuit nobis humiliter ſupplicatum ut, cum ipſe, propter loci diſtantiam, ad matricem Eccleſiam, hyemali præcipuè tempore, ſine gravi periculo non poſſit accedere pro divinis audiendis officiis, & recipiendis Eccleſiaſticis ſacramentis, eidem in fundo proprio conſtruendi capellam, cum paratus ſit Presbytero, in eâ perpetuò ſervituro, de bonis propriis ſufficientes redditus aſſignare, licentiam concedere curaremus. A.D. 1242.

Volentes igitur tibi, qui loci Dioceſanus exiſtis, in hac parte deferre, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eidem, ſi videris expedire, poſtulata concedas ſine juris præjudicio alieni.

Dat. Lateran. quarto Kal. Novembris, Pontifieatus noſtri anno primo.

Sigillo plumbeo pendente a filo canabeo.

Littera Johanni Duci Britanniæ ſuper petitione ſua de Comitatu Richmundiæ.

A.D. 1242. An. 27. H. 3. Clauſ. fact. in Vaſconia anno 27. uſque 28. H. 3. m. 14. d. REX Johanni Duci Britanniæ & Comiti Richemundiæ, ſalutem.

Veniens ad nos Abbas de Sancto Gildas, litteras veſtras de credentia nobis detulit continentes quod, ſuper jure veſtro Comitatus Richemundiæ petendo, fidem adhiberemus. A.D. 1242.

Et Nos ea, quæ idem Abbas nobis expoſuit, audivimus; licet autem ſervitium & homagium veſtrum plurimum affectemus, conſilium ad præſens non habuimus de terra illa, quam petitis, vobis reddendâ, eo quod idem Abbas poteſtatem

A.D. 1242. Hen. 3.

tem non habuit, certificandi nos in quibus ſtatus veſter melioretur, & quæ utilitas nobis accreſceret ſi preces veſtras exaudiremus.

Et ideo vobis ſignificamus quod cum nobili viro, P. quondam Duce Britanniæ, patre veſtro, tractatum habere velitis, cujuſmodi ſubſidium, & in quibus per vos acceſſum habere poſſimus ad A.D. 1242. Hen. 3. jura noſtra recuperanda, ſi petitioni veſtræ annuamus; & poſtea ſuper eo, citra purificationem beatæ Mariæ, nos certificetis.

Teſte Rege apud Regulam, decimo die Novembris.

Littera Imperatori de perfidia Comitis Tholoſ. de ſeditione Pictaviæ, necnon de ſupremis verbis Iſabellæ Imperatricis.

A.D. 1243. An. 27. H. 3. Pat. & Cart. 27. H. 3. m. 22. d.

DOmino Imperatori ſalutem, & ſinceræ dilectionis incrementum.

Solatium nobis arbitramur & levius tangere nos videtur, ſi cauſas adverſitatis noſtræ ſerenitati veſtræ communicamus; utpote qui de magnificentia veſtra ſpecialiter confidimus quod, ex affectione fraternâ, nobis compati debeatis.

Hinc eſt quod ſerenitati veſtræ cupimus innoteſcere quod, cum nuper nos, & R. Comes Tholoſ. conſanguineus noſter, inter nos fœdus ſpeciale iniremus, & ita eſſemus adinvicem confœderati quod alter alterum, contra omnem hominem (vobis exceptis) totis viribus mutuò juvaret ad inimicos noſtros gravandos, & jura noſtra communiter recuperanda; nec nos ſine ipſo, aut ipſe ſine nobis, pacem cum Rege Franciæ, aut treugam iniremus, quod quidem ſcripto & ſacramento fuerat inter nos utrimque firmatum,

Idem Comes, dum de ipſo, tanquam de nobis ipſis, confideremus quod nobis nullatenus deeſſet, nobis inconſultis, aut per ipſum non præmunitis, tanquam famæ ſuæ prodigus, & immemor juramenti nobis præſtiti, dicto Regi Franciæ adhæſit, a fidelitate noſtra penitus recedens.

A.D. 1243.

Hujus rei eventum, ſicut nec ſeditionem, nobis factam a proditoribus noſtris Pictaviæ, Imperialem Celſitudinem latere nolumus, ſicut nec velle debuimus.

Nos quidem nichilominus moram trahimus in partibus Waſconiæ, inimicis noſtris gravandis ſicut poſſumus inſiſtentes, & reformationi ſtatus noſtri intendentes.

Placeat igitur ſerenitati veſtræ tàm ad caſum præſentem, quàm ad incommoda, quæ nobis acciderunt per Comitem Marchiæ, & complices ſuos, diligenter reſpicere, & in nobis, voluntatis veſtræ beneplacito omnino ſubmiſſis, conſilium apponere, quod vobis ad gloriam, & nobis, cui de jure deeſſe non debetis, cedat ad honorem.

Velitis etiam verba fælicis memoriæ Iſabellæ, quondam Imperatricis, conſortis veſtræ, ſororis noſtræ, quæ, ante obitum ſuum, pro nobis ultimo vobis dixit, ad memoriam revocare, & opere, ſi placet, adimplere.

Super hiis & aliis beneplacitum veſtrum nobis, in omnibus placere cupientibus, reſcribere dignemini.

Teſte Rege apud Burdeg. octavo die Januarii.

Ejuſmodi Littera Petro de Vinea, Magnæ Imperialis Aulæ Judici.

A.D. 1243. An. 27. H. 3. Ibidem.

REX Magiſtro Petro de Vinea, Magnæ Imperialis Aulæ Judici, ſalutem.

Scripſimus nuper Domino veſtro, ſororio noſtro kariſſimo, Frederico, Dei gratiâ, Romanorum Imperatori, ſignificantes ei ſeditionem, nobis factam per Comitem Marchiæ & complices ſuos, & eventus noſtros, dum eſſemus in Pictavia: A.D. 1243.

Nunc vero levitatem, immo potius infidelitatem Comitis Tholoſ. eidem Domino veſtro intimamus, qualiter idem Comes, cum nuper inter nos fœdus iniremus, & adinvicem confœderati fuiſſemus, quod alter alterum totis viribus juvaret

A.D. 1243. Hen. 3.

juvaret contra omnem viventem (excepto prædicto Domino veſtro) nec nos ſine ipſo, nec ipſe ſine nobis pacem vel treugam iniremus cum Rege Franciæ,

Tandem, nobis inconſultis, & non præmunitis, eidem Regi adhæſit, inter nos fœdus non attendens, tanquam famæ ſuæ prodigus, & juramenti nobis præſtiti immemor effectus.

Igitur veſtram amicitiam rogamus attentius quatinus, juxta fiduciam, quam de vobis reportamus, litteras noſtras eidem Domino veſtro, & ſtatum noſtrum diligenter exponere, & penes ipſum commodum & honorem noſtrum procurare velitis; ita quod diligentia veſtra fructuoſa nobis exiſtat, & ad grates inde vobis teneamur ſpeciales.

Teſte ut ſupra.

Littera Eymæ de Gumpeis de negotio expediendo apud Imperatorem

A.D. 1243. An. 27. H. 3. Ibidem.

REX Eymæ de Gumpeis, ſalutem.

Rogamus vos quod ad memoriam reducatis id, de quo locuti fuimus adinvicem, præſente dilecto avunculo noſtro P. de Sabaudia; & de eo expediendo, penes Dominum Imperatorem partes veſtras & diligentiam, quam poteritis, interponatis; renunciantes nobis litteratorie, per præſentium latorem, quid ſuper hoc feceritis.

Teſte ut ſupra.

Littera Regis Reymundo Berengario.

A.D. 1243. An. 27. H. 3. Pat. & Cart. 27. H. 3. m. 19. d.

REX R. Berengar. Comiti & Marchioni Provinc. & Com. Forkalcuer. ſalutem.

Sciatis quod propter quoſdam rumores, quos audivimus, nullatenus volumus quod eatis in Francia ad capiendas treugas inter Regem Franciæ, & nos, ſicut vos rogavimus per Aymar. Gwyſchard, propter quod non oportebit vos illuc proficiſci, nec illum vobis aſſumere laborem.

Inſuper dilectionem veſtram rogamus quod dilectam ſororem noſtram Sench. filiam veſtram, quæ maritari debet dilecto fratri noſtro R. Comiti Cornubiæ, nullo modo mittatis in Angliam ſub conductu Regis Franciæ; quia, ſi id faceretis, nos ſuſpicaremur quod iſtud, inimicis noſtris inſtantibus, feciſſetis.

Teſte Rege apud Burdeg. viceſimo primo die Januarii.

Conventio facta inter Henricum Regem ex una parte; & Sicardum de Mundgioum ex alia.

A.D. 1243. An. 27. H. 3. Pat. & Cart. 27. H. 3. m. 13. d.

1. HÆC eſt conventio facta inter Dominum Regem, & Sicardum de Mundgioum apud Burdegaliam die Jovis in craſtino annunciationis beatæ Mariæ, anno Regni noſtri viceſimo ſeptimo, viz. quod idem Sicardus & hæredes ſui Caſtrum de la Cloter. quod ipſe & anteceſſores ſui prius tenuerunt in Aloſeria, de cætero tenebunt de prædicto Rege & hæredibus ſuis; & inde fecit eis homagium, & facient eis ſervitium unius Lanceæ de Achat. ſi vero contingat quod prædictus Sichard & Milites ſui propter homagium & Servitium ſuum quæ prædicto Regi inde futuris temporibus facturi ſunt,

2. Terras ſuas per guerram & inimicos Regis perdiderint, Dominus Rex ad dictum Johannis filii Galfridi, & Hugonis de Vinover ex parte ſuâ; & Elyæ Rydel de Brigerak, & Achard. Fugeri ex parte præfati Sicardi, eidem Sicardo rationabiles faciet emendas pro terris prædictis deperditis.

3. Et, ſi forte prædicti dictatores aliquo caſu ad hoc intendere non poſſint, Dominus Rex ex parte ſua duos alios eliget, qui cum duobus ex parte prædicti Sicardi electis, fideliter & rationabiliter de emendis prædictis dictabunt; & Dominus Rex ad dictum eorum rationabiles faciet emendas.

4. Et, ſi forte treugæ initæ fuerint, inter dictum Regem, & Regem Franciæ,

A.D. 1243. Hen. 3. ciæ, per unum annum, antequam finierint treugæ prædictæ, dictus Rex, ad dictum prædictorum dictatorum, rationabile faciet auxilium præfato Sicardo, ad Caſtrum ſuum firmandum, & alia neceſſaria contra guerram futuram.

5. Occaſione tamen iſtius conventionis, ſi prædictus Sicardus homagium de Caſtro prædicto Regi Franciæ fecerit, a treugis initis, vel ineundis cum Rege Franciæ dictus Rex Angliæ non divertet. A.D. 1243. Hen. 3.

In cujus rei teſtimonium huic ſcripto in modum Cyrograffi confecto, tàm dictus Rex, quàm præfatus Sicardus ſigillum ſuum appoſuit.

Forma Treugarum initarum inter Dominum Regem, & Regem Franciæ.

A.D. 1243. An. 27. H. 3. Pat. & Cart. 27. H. 3. m. 12. d.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Notum facimus quod nos, pro nobis, & Comite Ricardo fratre noſtro, & hæredibus noſtris, & hominibus, & adjutoribus noſtris manifeſtis, & terris, & feodis eorumdem, tàm per terram, quàm per mare; cum Ludovico Rege Franciæ illuſtri, pro ipſo, & fratribus, & hæredibus ſuis, & hominibus, & adjutoribus ſuis manifeſtis, & terris, & feodis eorundem treugas inivimus, a Feſto beati Benedicti Abbatis in Martio, uſque ad Feſtum Sancti Michaelis, quod erit ab inſtanti Feſto beati Michaelis in quinque annos per totam diem duraturas.

Nos autem inter noſtros nominamus Petrum Ogeri, Oliverum de Chaleis, & Berard de Mundlider; Rex autem Franciæ nominat inter ſuos Comitem Tholoſ. Comitem Marchiæ, Comitem Guillielmum Alverniæ, Guillielmum Archiepiſcopum, Gaufr. de Lezinan, Regin. de Pontibus, Galfr. de Talneo, Galfridum & Benedictum. de Mauritann. Pontium de Mirobell. Fulconem Maſtac. Dominum Moruac, Heliam de Talemont, Heliam Gumbaudi de Coſnac, Guillielmum de Rupe Dominum Roenſ. Iberum de Berbezi, Petrum Remundi, Petrum Bechet, Wawen de Talu. Gaufridum de Rupe-forti, Remund de Montaud. Heliam Ridelli Juvenem, Bondinum de Grignol, Petrum Ais, Fulconem de Archiac. Hennericum de Rupe Chiwaydi, & Henerucum filium ejus de Rupe, Dominum Blenzac, Radulphum de Bello Monte, Dominum Beteriar, Drogonem de Monte Auſyer, Gwillielmum de Sancto Quintino, Ebulonem de Rupe-forti, Karolum de Rupeforti, Heliam de la Verner.

Et ſciendum quod nos dimittemus Inſulam de Re in treuga, ex parte ejuſdem Regis Franciæ, eo modo quo erat in alia treuga proximo præcedenti.

Talis eſt autem forma treugarum; quod, ſi in treuga fuerit interceptum, de interceptione emendanda ſic erit; interceptio facta nunciabitur dictatoribus treugarum, hinc inde conſtitutis, (qui ſunt ex parte noſtrâ Booz de Maſtac. Comes Bygoriæ, Gaufr. Rydelli de Blavia, & Petrus de Burdeg. ex parte Regis Franciæ Seneſcallus de Pictavia, Gaufr. de Raunconn. & Regin. de Pontibus; A.D. 1243. Tali modo quod, ſi ex alterutra parte omnes illi tres non poſſent, vel non vellent intereſſe, duo illorum nichilominus poſſent procedere, ſicut ſi tres intereſſent: Si vero aliquis iſtorum moriretur, alius a parte ejus, cujus eſſet dictator, poneretur) ita quod, ſi infra duos menſes poſtquam forisfactum eis conſtiterit, non fuerit emendatum, extunc ille, cui forisfactum fuerit, poterit currere ſuper forisfactorem ſuum, donec plenariè fuerit emendatum.

Et nos, ſine nos mesfacere, poterimus juvare hominem noſtrum contra malefactorem, qui forisfactum emendare noluerit.

Et Rex Franciæ poterit ſimiliter facere in caſu conſimili.

Dominus autem malefactoris non poterit juvare malefactorem, qui forisfactum emendare noluerit; nec aliquis, qui ſit de poſſe, vel Dominio ipſius Domini, donec forisfactum fuerit plenius emendatum.

Et nos idem poterimus facere in caſu conſimili.

Nec Dominus malefactoris nec ſui poterunt juvare malefactorem, ſicut prædictum eſt.

Illud etiam condictum eſt quod, ſi aliqua Forteritia, vel Caſtrum aliquod, vel perſona alicujus nobilis, durantibus treugis, caperetur, vel furtive ſubtraheretur a Rege Franciæ, ſive a ſuis; & duceretur, & teneretur in poſſe, vel territorio Regis Franciæ, & requiſitus ſuper hoc integre non emendaret; ſine mora ſtatim nos per nos, vel noſtros, ſine nos mesfacere, poterimus nos juvare; nichilominus tamen Dominus Caſtri, Forteritiæ,

A.D. 1243.
Hen. 3.

ritiæ, vel Nobilis capti, modis omnibus, ſine ſe meſfacere, contra captorem, & contra detentorem poterunt guerreare, donec plenarie eſſet emendatum.

Quod autem dictum eſt ex parte noſtrâ, ſi, ex parte Regis Franciæ, vel ſuorum, in Caſtro, vel Forteritia, vel Nobili capto & detento, fuerit interceptum; omnino idem concorditer eſt conceſſum pro parte Regis Franciæ, viz. Si ex parte noſtrâ vel noſtrorum, in Caſtro, vel Forteritia, ſive Nobili capto & detento fuerit interceptum.

Inſuper nos, & prædictus Rex Franciæ, pro nobis, & fratribus noſtris, & hominibus noſtris, & coadjutoribus manifeſtis, toto tempore treugarum iſtarum erimus in ſeiſina eadem, in qua eramus apertè illa die qua treugæ iſtæ captæ fuerunt a nobis; ſalvo eo quòd de Inſula de Re, & de noſtris hominibus, & adjutoribus, ſuperius nominatis, ſuperius eſt expreſſum.

Nos autem treugas, ſæpedicto Regi Franciæ & hæredibus ſuis a nobis bona fide obſervandas, firmiter jurari fecimus, nobis præſentibus, per dilectos & fideles noſtros, Radulphum filium Nicholai, Petrum Chaceport Clericum noſtrum, & Emerricum de Sacy.

Præterea volumus & præcipimus quod hæredes noſtri treugas jam dicto Regi Franciæ & hæredibus ſuis obſervent, & ad eaſdem firmiter obſervandas ipſos hæredes noſtros, per præſentes litteras, quantum poſſumus, obligamus.

Teſte meipſo apud Burdeg. 7. die Aprilis, anno, &c. 27.

Memorandum, quod die Mercurii prima poſt Dominicam in Ramis Palmarum, liberatæ fuerunt litteræ Regis Franciæ de treugis prædictis Petro Chaceport Cuſtodi Garderobæ Regis per manum Galfridi de Wulward in Capella Burdeg. Archiepiſcopi apud Burdeg.

Bulla quod Regina devotionis gratia poſſit ingredi Oratoria & Clauſtra religioſorum cum decem mulieribus.

A.D. 1243.
An. 27. H. 3.
Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimæ in Chriſto filiæ, Reginæ Anglorum illuſtri, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Illâ perſonam tuam prærogativâ proſequimur gratiæ ſpecialis, quod preces tuas, præſertim quæ in ſe opus continent pietatis, libenter admittimus, quantum cum Deo, & noſtrâ poſſumus honeſtate.

Tuæ itaque devotionis precibus inclinati, præſentium tibi auctoritate concedimus, ut, cùm interdum, causâ devotionis, ad nonnulla Ciſtercienſium, & aliorum religioſorum Monaſteria Regni Angliæ divertere Te contingat, liceat tibi, cum decem bonis & honeſtis mulieribus, orationis causâ, oratoria & clauſtra ingredi eorundem; conſuetudine aliqua, vel ſtatuto confirmato per ſedem Apoſtolicam, ſeu firmitate alia non obſtante.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Lateran. ſeptimo Kalend. Maii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filis ſericis flavi rubeique coloris.

De Beneficio Abſolutionis Regi impendendo.

A.D. 1243.
An. 27. H. 3.
Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Bonifacio Electo Cantuarienſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cariſſimi in Chriſto filii noſtri, illuſtris Regis Angliæ, devotis precibus inclinati, præſentium tibi auctoritate concedimus ut, ſi quando ipſum, pro violenta injectione manuum in Clericos & perſonas Eccleſiaſticas, contigerit incidere in canonem ſententiæ promulgatæ, impendas ei per te, vel per alium vice tua, juxta formam Eccleſiæ, abſolutionis beneficium, vice noſtra; & injungas ei quod, de jure fuerit injungendum.

A.D. 1243. Hen. 3.

Quod, ſi fuerit gravis & enormis exceſſus, ipſum nequaquam abſolvas abſque ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, præſentibus poſt quadriennium minime valituris.

Dat. Lateran. ſeptimo Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Litteræ de Conductu pro Davide filio Lewelini.

A.D. 1243. An. 27. H. 3. Pat. 27. H. 3. m. 3.

DAvid filius Lewelini, quondam Principis Norwalliæ, habet litteras Domini Regis de conductu, directas Johanni extraneo, Juſticiario Ceſtriæ, R. de Mortuo Mari, & H. de Audichel, ad veniendum London, in craſtino Aſcenſionis Domini, duraturas uſque ad Feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ.

Teſte W. Eborum Archiepiſcopo apud Fuleham, 29 die Aprilis.

Bulla Innocentii Papæ Quarti de ſolempnizatione Feſti Sancti Edwardi in univerſali Eccleſia facienda.

A.D. 1243. An. 27. H. 3. *Ex Tranſcrip. authent.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpoſitis, Archipresbiteris, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ut notam faciat filiis hominum potentiam ſuam Dominus & gloriam magnificentiæ Regni ſui, nonnunquam electos ſuos, quos in hac vita juſtificat, & coronat in patria, ſignanter honorat; dans eis miraculis coruſcare, dum, omni perfidia confutata, roboratur fides catholica, ſpes erigitur, & caritas dilatatur.

Quare Chriſti fideles, quos taliter ipſe clarificat, pio complectentes amore, devotione debent celebri venerari, ut, in ſanctis ſanctificantem ſuppliciter honorantes, illius propitiationem, & iſtorum ſuffragia ſalubriter mereantur.

Ex litteris ſiquidem fælicis recordationis Gregorii Papæ, Prædeceſſoris noſtri, nobis exhibitis, extitit declaratum, quod piæ memoriæ Alexander Papa, Prædeceſſor noſter, tam claræ memoriæ Henrico Anglorum Rege, quam omnibus Prælatis Angliæ, qui tunc erant, ei ſupplicantibus humiliter & inſtanter, ut beatum Edwardum, glorioſum quondam Regem Anglorum, aſcriberet Sanctorum Cathalogo in Eccleſia militanti, quem, atteſtantibus miraculorum ſuorum inſignibus, in triumphanti regnare minime dubitant;

Ipſe diligenti cum fratribus deliberatione præhabita, & libro miraculorum inſpecto, quibus ipſum in mortali carne viventem, & exutum ab ea Dominus multipliciter illuſtrarat; viſis quoque litteris Innocentii Papæ, cui idem Alexander ſucceſſerat, & receptis teſtimoniis ſupplicantium, quamvis negotium tam arduum non frequenter ſoleat, niſi forte in ſolempnibus conciliis de more concedi, de fratrum tamen conſilio, juxta votum & deſiderium petentium, prædictum Sanctum inter beatos confeſſores cenſuit numerandum, dirigens univerſis Eccleſiarum Prælatis Angliæ monita & mandata, ut veneratione debita prædictum colerent confeſſorem.

Idem quoq; Prædeceſſor noſter Gregorius, bonæ memoriæ Cant. Archiep. ſibi humiliter ſupplicantem, ſupplens quod a prædicto Alexandro videbatur omiſſum, mandaret Feſtum ejuſdem confeſſoris ſolempniter celebrari, quem glorioſus Deus in ſanctis ſuis adhuc miraculis clarificat glorioſis, dedit ſupradictis Prælatis ſuis litteris in mandatis ut ipſius Feſtum, cujus celebratio reputanda eſt in canonizatione fuiſſe conceſſa, celebratione annua colere procurarent.

Cæterùm quod kariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Anglorum illuſtris, nobis nuper ſuis litteris ſupplicavit ut, ſicut in omnem terram ſonus miraculorum ejuſdem glorioſi confeſſoris exivit, ſic natale ipſius, quod Non. Januarii, & Feſtum Tranſlationis, quod tertio Id. Octobris celebri veneratione in Anglicana Eccleſia præconizantur, in univerſali mandaremus Eccleſia celebrari.

Nos, attendentes quod humana poſſibilitas digne glorificare non ſufficit quos divina

A.D. 1243. Hen. 3.

divina bonitas tantâ gloria ſublimavit, univerſitatem veſtram monemus attente, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus feſta prædicta annua celebritate colentes, pro nobis & vobis ejuſdem confeſſoris apud Deum ſuffragia ſuppliciter imploretis.

Dat. Lateran. 4. Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno 1.

A.D. 1243. Hen. 3.

Notificatio facta Regi Navarræ, quod veniet in occurſum Regis.

A.D. 1243.
s. 27. H. 3.
laus. 27. H.
m. 9. d.

SIgnificatum eſt Regi Navarum quod Rex eſt in veniendo verſus partes Baion, ut in occurſum veniat Domino Regi, ſi voluerit, die Jovis, proxima ante Aſcenſionem Domini, in Erbroe, ubi propinquius fieri poſſit partibus de Garſie; vel apud Eurdas cum Concilio ſuo, ad tractandum cum Domino Rege de contentionibus diu inter eos ortis.

A.D. 1243.

Quia Dominus Rex, ſecundum quod juſtum fuerit, eidem Regi Navarum interceptiones, ei factas, vult emendare, dummodo veniat paratus Domino Regi ad faciendum id idem.

De gravando Ducem Britanniæ, eo quod Treugas minime reſpicit.

D. 1243.
27. H. 3.
s. fact. in
onia, an.
ſque 28.
m. 7. d.

REX Eborum Archiepiſcopo, Karleolenſi Epiſcopo, & W. de Cantilupo ſalutem.

Ex querela multorum de poteſtate noſtra, ad nos venientium, pro certo didicimus quod Comes Britanniæ, non reſpiciens ad treugam, inter nos & Regem Franciæ initam, quicquid poteſt dampni infert noſtris per mare tranſeuntibus, Naves ſuas capiendo, & bonis & Mercandiſis ſuis eos ſpoliando, & plures interficiendo.

Super quo plurimum perturbamur, nec decet quod tantam injuriam ſub diſſimulatione pertranſeamus.

A.D. 1243.

Et ideo vobis mandamus quod omnes illos de quinque portubus, qui de navibus ſuis ſervitium nobis debent, convenire faciatis certis die & loco, quam citius fieri poterit, cum navibus ſuis bene munitis & paratis, ire in ſervitium noſtrum ad prædictum Comitem gravandum, quando præceperimus, ſi idem Comes injurias & dampna prædicta nobis emendare noluerit.

Teſte Rege apud Burdeg. 12 die Julii.

De Homagio facto Regi.

.1243.
27. H. 3.
&Cart.
H. 3. m.

OMnibus, &c. Pontius de Agtune, Petrus de Turri, Emericus de la Braunde, & Elias de Burdelle, ſalutem.

Univerſitatem veſtram ſcire volumus quod, cum Dominus Rex Angliæ apud Xanctonas aliquamdiu moram traheret, circa feſtum beatæ Mariæ Magdalenæ, anno, &c. 27. nos ad fidem & ſervitium ipſius Regis venimus, & homagium ei fecimus pro beneficiis, quæ à liberalitate ſua recepimus, & impoſterum reciperemus.

Et præſentibus proteſtamur quod homines ligii ſui ſumus, & tam nos, quam hæredes noſtri eidem Domino noſtro Regi, & hæredibus ſuis, ſive in treuga, ſive in guerra, fideles erimus imperpetuum; nec à fide & ſervitio eorum aliquo tempore recedemus aliquo caſu contingente; & tàm hæredes noſtros, quàm nos ipſos ad idem volumus obligari.

A.D. 1243.

In cujus rei teſtimonium ego Emericus de la Braunde, & ego Elias de Burdelle pro nobis, & etiam pro prædictis Pontio & Petro, præſenti ſcripto Sigilla noſtra appoſuimus.

Et mandatum eſt Dictatoribus Treugæ, ex parte Regis conſtitutis, quod ipſos tanquam fideles homines protegant.

De fœdere ineundo inter Regem, & quoſdam Pictavenſes.

A.D. 1243. An. 27. H. 3. Pat. & Cart. 27. H. 3. m. 18.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod poteſtatem dedimus Radulpho filio Nicolai, Hugoni de Vivon, & Petro Chaceport, tractandi de fœdere, & firmandi feodus inter nos, & Galfridum de Moretain. & Elyam Gunband de Cunak, & omnia, quæ prædicti fideles Regis noſtri in fœdere illo tractando duxerint facienda, nos illa firmiter obſervabimus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Burdeg. ſeptimo die Februarii.

Carta Dotis Dominæ Reginæ.

A.D. 1243. An. 27. H. 3. Pat. & Cart. 27. H. 3. m. 3.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem.

Sciatis nos conceſſiſſe, & hac Carta noſtrâ confirmaſſe, pro nobis, & hæredibus noſtris, dilectæ Reginæ noſtræ Alienoræ, filiæ Comitis Provinciæ, quod ipſa, nomine dotis, ſi de nobis humanitùs contingat, habeat toto tempore vitæ ſuæ Caſtrum & Burgum de Glouceſtriâ, cum Bertonâ Glouceſtriæ: Et Civitatibus Wigorniæ & Bathon; & Maneriis de Clyne & de Chiltham; retentis in manu hæredum noſtrorum aliis Maneriis, quæ prius ei, cum prædictis Maneriis & Civitatibus, in dotem aſſignavimus per priorem Cartam noſtram.

Et, loco eorumdem Maneriorum, ad opus hæredum noſtrorum retentorum, aſſignavimus ei totum Comitatum Ceſtriæ, cum novo Caſtro ſubtus Limam: Et advocatione Abbatiæ de Rouceſtria, cum omnibus pertinentiis & libertatibus, ad eundem Comitatum & idem Caſtrum pertinentibus.

Quare volumus, &c.

Teſtibus,

P. Hereford Epiſcopo,
Philippo de Sauband Procuratore Eccleſiæ Valent,
Johanne filio Galfridi,
Radulpho filio Nicholai.
Philippo Baſſet,
Johanne Maunſell,
Paulino Peur.
Roberto de Mucegros,
Nicholao de Bolevill,
Waltero de Luton, & aliis.

Dat. per manum noſtram apud Burdegaliam, 17 die Auguſti.

De Dominico Caſtri de Acre-Monte.

A.D. 1243. An. 28. H. 3. Clauſ. fact. in Vaſcon. 27. & 28. H. 3. m. 5. d.

REX, W. de Lungeſpee, Nicholao de Molis Seneſcallo Waſconiæ, & aliis fidelibus ſuis cum ipſis exiſtentibus, ſalutem.

Satis intellexerimus ex verbis Johannis le Gras, qui ad nos reverſus eſt de Rege Navarum, quod idem Rex intendit tueri & manutenere Arnaldum Willielmi de Egremund contra nos, dicens Caſtrum Acris-montis eſſe de feodo ſuo.

Nos vero, licet ſciamus quod Caſtrum illud ſit de dominico & feodo noſtro, nolumus quod guerram eidem Regi moveatis, Caſtrum prædictum obſidendo, antequam vobiſcum & aliis fidelibus noſtris de Waſconia, quos vocari fecimus quod ſint ad nos apud Burdegaliam, die Martis in feſto Sancti Egidii, inde tractatum habuerimus: Ad quem diem volumus quod ad nos veniatis.

Verumptamen, ſi ex reſponſo Vaſatenſis Epiſcopi, & Ricardi de Clifford, quos ad dictum Regem Navarum deſtinavimus, audieritis quod amicabiliter erga nos ſe gerere voluerit, & de Caſtro prædicto commodum & honorem noſtrum quoquo modo facere poſſitis, id totum diſcretioni veſtræ, de quâ multum confidimus, omnino relinquimus, ut faciatis quod videritis expeditius inde faciendum, tam noſtro, quam honori veſtro conveniens.

.D. 1243. en. 3. Et ſuper eo conſultius vobiſcum deliberetis, & bonum & ſanum conſilium habeatis, antequam aliquid attemptetis, de quo certi non fueritis quod ad bonum finem perducere poſſitis; & ſuper eo prudentiores eſſe debetis, eo quod ſtatum partium illarum melius quam nos noviſtis. A.D. 1243. Hen. 3.

Teſte Rege apud Burdeg. 23. die Auguſti.

Conventio inita inter Regem, & Ricardum Comitem Fratrem ſuum.

.D. 1243. .28. H. 3. .28. H.3. 1. d. Anno Regni Henrici Regis, filii Regis Johannis, 28. in Craſtino Sancti Andreæ Apoſtoli apud Weſtm. convenit inter ipſum Dominum Regem ex una parte; & Comitem Ricardum fratrem ſuum ex alterâ, ſuper omnibus demandis & juribus, quæ idem Comes dicebat ſe habere in omnibus terris, Caſtris, Comitatibus, honoribus, & feodis Militum, tàm in Anglia, & Hibernia, quàm in partibus tranſmarinis, & cyſmarinis ubique, quæ bonæ memoriæ Dominus Johannes Rex, pater ipſorum Domini Regis & Comitis, unquam tenuit, quamdiu fuit Comes, & de quibus omnibus idem Comes ſuppoſuit ſe voluntati & diſpoſitioni ipſius Domini Regis fratris ſui: Videlicet, quod ipſe Comes, pro ſe, & hæredibus ſuis, remiſit & quietum clamavit ipſi Domino ſuo Henrico Regi Angliæ & hæredibus ſuis omnes demandas, actiones, totum jus & clamium, quod habuit, uſque ad prædictum diem Sancti Andreæ, in omnibus terris, caſtris, comitatibus, honoribus & feodis Militum, tàm in Angliâ & Hiberniâ, quàm in partibus tranſmarinis & ciſmarinis ubique, quæ bonæ memoriæ Dominus Johannes Rex, pater ipſorum Domini Regis & Comitis, unquam tenuit quamdiù fuit Comes.

Salvis eidem Comiti Ricardo & hæredibus ſuis Comitatu Cornubiæ, Honore Walyngford, & Honore de Eye, cum omnibus Caſtris, Villis, Advocationibus Eccleſiarum, & omnibus eorum aliis pertinentiis, & omnibus terris, quas idem Comes tenebat die, qua facta fuit hæc conventio, ſecundum tenorem Cyrographi, confecti inter ipſum Dominum Regem, & ipſum Comitem, tangentis ipſum Comitem, & Dominam Senchiam uxorem ſuam, & hæredes ex eorum corporibus procreatos.

Et præterea, idem Comes pro ſe & hæredibus ſuis, remiſit, & quietum clamavit ipſi Domino Regi, & hæredibus ſuis, totum jus & clamium, quod habuit in Waſconia, occaſione donationis quam idem Dominus Rex eidem inde fecit apud Xancton. vel alia ratione, niſi ei de novo Waſconiam, ex mera liberalitate conferret. A.D. 1243.

Et, pro hac remiſſione & quieta clamantia, idem Dominus Rex, ex mera & libera voluntate ſua, conceſſit, pro ſe & hæredibus ſuis, quod ipſe, vel hæredes ſui dabunt prædicto Comiti, & Senchiæ, uxori ſuæ, & hæredibus de corporibus ipſorum Comitis & Senchiæ procreatis, quingentas libratas terræ de excaetis quæ eidem Domino Regi Angliæ, vel hæredibus ſuis, accident, vel accidere poterunt in Anglia.

Et hoc facient quamcito excaetæ illæ acciderint (exceptis caſtris & antiquis Dominicis, ad Coronam ipſius Domini Regis ſpectantibus) & hoc per extenſionem, faciendam per Sacramentum 12. tàm Militum, quàm aliorum liberorum, & legalium hominum de Vicineto illo, ubi excaetæ illæ acciderint; ita tamen quod idem Dominus Rex, vel hæredes ſui nullam excaetam dabunt, vel alicui aſſignabunt, vel in manibus ſuis retinebunt, priuſquam eidem Comiti, & Senchiæ & hæredibus de corporibus ipſorum Comitis & Senchiæ procreatis, prædictæ quingentæ libratæ terræ plenarie, ſecundum quod prædictum eſt, fuerint aſſignatæ;

Habendas & tenendas eidem Comiti & Senchiæ, & hæredibus de corporibus ipſorum Comitis & Senchiæ procreatis, de ipſo Domino Rege & hæredibus ſuis, per ſervitia, quæ ad prædictas terras pertinent.

Si autem prædictus Comes de corpore ipſius Senchiæ hæredem non habuerit, tàm idem Comes, quàm eadem Senchia, tota vita utriuſque ipſorum, Comitis & Senchiæ, tenebit prædictas quingentas libratas terræ de ipſo Rege, & hæredibus ſuis, per ſervitia prædicta; ita tamen quod, poſt mortem utriuſque ipſorum, Comitis & Senchiæ, ſi hæredem de ſe non habuerint, prædictæ quingentæ libratæ terræ ſolutæ, quietæ, & integræ, ſine aliqua calumpnia & clamio aliorum hæredum ipſorum Comitis & Senchiæ, A.D. 1243. Hen. 3. revertentur ad ipſum Dominum Regem, & hæredes ſuos.

Interim autem conceſſit idem Dominus Rex, pro ſe, & hæredibus ſuis, prædictis Comiti & Senchiæ, & hæredibus de corporibus ipſorum Comitis & Senchiæ procreatis, mille marcas argenti ſingulis annis, percipiendas ad Scaccarium ſuum London. ad duos terminos anni, viz. quingentas marcas ad Paſcham, & quingentas marcas ad feſtum Sancti Michaelis;

Ita tamen quod, quandocumque idem Dominus Rex, vel hæredes ſui, aliquid inceperint aſſignare prædictis Comiti & Senchiæ, vel hæredibus de corporibus ipſorum Comitis & Senchiæ procreatis, de prædictis quingentis libratis terræ, tunc, ſecundum valorem & quantitatem illius aſſignationis per extenſionem ſecundum quod prædictum eſt, decreſcet numerus ſolutionis prædictarum mille marcarum ad ſcaccarium:

Videlicet, ſi centum libratæ terræ aſſignentur in formâ prædicta, tunc decreſceret numerus ſolutionis ducentas marcas ad ſcaccarium: Et ſi plus, plus; ſi minus, minus. A.D. 1243. Hen. 3. Ex quo autem eiſdem Comiti, & Senchiæ, & hæredibus de corporibus ipſorum Comitis & Senchiæ procreatis, prædictæ quingentæ libratæ terræ plenarie, ut prædictum eſt, aſſignentur, extunc erunt idem Dominus Rex, & hæredes ſui quieti à ſolutione prædictarum mille Marcarum per annum imperpetuum.

Conceſſit etiam idem Dominus Rex, pro ſe, & hæredibus ſuis, quod quotieſcumq; aſſignaverint eidem Comiti, & Senchiæ, & hæredibus de corporibus ipſorum Comitis & Senchiæ procreatis, aliquam excaetam, quod conficient eis inde cartam ſuam de Feofamento; & in fine totius prædictæ aſſignationis quingentarum libratarum terræ, ſecundum quod prædictum eſt, conficient eis ſimiliter unam cartam de feofamento, in qua ſummatim omnes excaetæ illæ continebuntur.

In cujus rei teſtimonium tàm idem Dominus Rex, quàm prædictus Ricardus huic ſcripto, in modum Cyrographi confecto, ſigilla ſua appoſuerunt.

Hiis Teſtibus Venerabilibus Patribus,

W. Eborum Archiepiſcopo Angliæ Primate,
R. Cyceſtrenſi Cancellario Domini Regis,
W. Karleolenſi,
P. Herefordenſi, Epiſcopis:
Willielmo de Cantilupo,
Johanne filio Galfridi,
Radulpho filio Nicholai,
Bertramo de Cryoyl,
Hugone de Vivon,
Philippo Baſſet,
Roberto Paſſelewe,
Johanne Maunſell,
Magiſtro Henrico de Setut,
Guidone de Ruſſilum,
Arnaldo de Sancto Romano,
W. de Eborum Præpoſito Beverlaci,

Et aliis.

De Conductu pro Filio Regis Conactiæ.

A.D. 1243. An. 28. H. 3. Pat. 28 H. 3. n. 13.

FEdlinius Ocancanir filius Regis Conactiæ, qui venturus eſt in Angliam ad loquendum cum Rege, habet litteras de conductu, duraturas à Natale Domini, anno, &c. 28. uſque in unum annum completum. A.D. 1243.

Teſte Rege apud Windeſ. 15 die Decem.

Pro Baronibus de London. de ſervitio de Butillaria.

A.D. 1243. An. 28. H. 3. Pat. 28. H. 3. m. 12.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod ſervitium de Butillaria noſtra, quod Barones noſtri de London nobis fecerunt, die Dominica in feſto Sanctæ Ciciliæ, anno, &c. 28. apud Weſtm. quando R. Com. Pictaviæ & Cornubiæ deſponſavit Senchiam filiam Comitis Provinciæ, nobis ad inſtantiam noſtram gratis fecerunt, & non ex aliquo debito. A.D. 1243.

Et, ne eis & hæredibus eorum, impoſterum aliquod præjudicium poſſit inde generari, has litteras noſtras eiſdem Baronibus fieri fecimus Patentes.

Teſte ut ſupra.

Pro Marchione Provinciæ.

A.D. 1244. An. 28. H. 3. Pat. 25. H. 3. m. 10.

REX omnibus, &c. ſalutem. Noverit univerſitas veſtra nos mutuo conceſſiſſe dilecto patri noſtro R. Berengar. Comiti & Marchioni Provinciæ & Comiti Forkalcuier, quatuor millia marcarum ſterlingorum, quorum duo millia ſine dilatione ei habere faciemus in quindena Paſchæ anno, &c. 28. & alia duo millia in quindena Sancti Michaelis anno eodem.

A.D. 1244.

Pro quo mutuo, ei conceſſo, quinque caſtra ſua, quæ tunc aſſignati noſtri voluerint eligere, nobis titulo pignoris obligavit, ſecundum formam inter nos, & certum Procuratorem Comitis memorati confectam.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 10 die Januarii.

Bulla Hortatoria ad Regem de cruce aſſumenda pro Terra Sancta, cum pollicitatione plenariæ veniæ peccaminum.

A.D. 1244. An. 28. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Anglorum illuſtri, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Terra Sancta, Chriſti reſperſa ſanguine, poſt gravia ſuæ crebræ deſolationis excidia, poſt ipſius continua, de frequenti ſuorum ſtrage, lamenta, nunc durius ſentit manus inimicæ flagellum, nunc luget amarius, & interni doloris acumen altioris voce lamentationis exponit; & nos acribus ejus compuncti lacrimis, & validis clamoribus excitati, una cum ipſa, ſuæ noſtræ perſecutionis conterimur malleo, ſuoſque noſtros miſerabiles caſus ſecum pariter deploramus.

O quam dolendum a fidelibus omnibus, quod locus, Chriſti ſanctificatus præſentia, blaſphemantium ipſum reſidentia prophanatur! Quam gemendum quòd terra, in quâ genus humanum de vetuſtæ captivitatis jugo liberatum extitit, in ignominioſam redigitur ſervitutem! O quam improperioſum Chriſtianorum opprobrium, & opprobrioſum improperium, quod ubi Dei filius, temporali morte crucis, de perpetuæ cruciatu mortis ipſos eripuit, ibi acerbitate blaſphemiarum, & impietatum cruciatur orrore! O quam inextimabile damnum, quod prædeceſſores noſtri, quorum attenta, & ſtudioſa ſollicitudo illi terræ non defuit, inaniter quaſi circa defenſionem ejus vigilaſſe videntur! Quod populus Chriſtianus, cujus terra ipſa ſudore multotiens, pro ſuâ emiſſo ſubventione, maduit, cujuſque ſanguine rubuit ſæpè ſparſo, vacuos ferè pertuliſſe labores, ſumptuſque inutiles propter hoc cernitur ſubiiſſe!

A.D. 1244.

Ecce ſiquidem Choreſminorum gens perfida, de ſuæ regionis finibus repente proſiliens, & in robore grandis exercitûs terras ante faciem ſuam depopulans univerſas, Civitatem Sanctam Jeruſalem nuper, poſt duræ obſidionis anguſtiam, occupavit; in Chriſticolas, habitatores ipſius, convertentes ſe ad fugæ refugium, ſic orribiliter virus ſuæ feritatis effundens, ut omnes pariter gladii ore deglutiens, aſperſione cruoris eorum camporum planitiem irrorârit; &, quod intima noſtri cordis, amarioris triſtitiæ telo, ferit, omnemque fidelem offenſæ debet immanitate compungere, ad ſanctum venerandumque ſalvatoris Sepulchrum ſui furoris extensâ ira, manuque in ipſum injectâ ſacrilegâ, illud, proh dolor! aſſeritur violaſſe; ut animi ſui rabies, ad Chriſti contumelias inflammati, loca etiam, in quibus corporaliter affuit, intemerata non deſerat; ſed, diſſipatis eis, omnem in mentibus fidelium, circa illa, fervorem devotionis extinguat, & ad Templum Domini continuata ſævitia, illud tanto enormiùs incepit diruere, quanto ardentiùs normam diſſolvere Chriſtianæ religionis intendit, & orthodoxæ fidei quaſſare ſtructuram.

Alia quoque, auditu ſtupenda, fertur gens ipſa in illis partibus orribili crudelitate patraſſe, quæ tibi, plenam ſuper his certitudinem non habentes, omiſimus intimare, ſed a veritate utinam longè ſint, ut ea non oporteat nuntiari.

Ha! quem fidelem tam dira terræ jamdictæ oppreſſio non affligit: Ha! quem Chriſticolam tot etiam atroces injuriæ Chriſti non commovent: relinqueturne gentis

A.D. 1244. Hen. 3.

gentis illius impietas impunis, & permittetur liberè ſævire mucrone? Nonnè contra ipſam devotionis zelo mens Chriſtiani cujuſlibet accendetur, cor munietur conſtantiæ clypeo, & dextera gladio armabitur ultionis? Expedit quippe gentis ejuſdem potentiæ potenter & celeriter repugnari, nè ad aliarum exterminium regionum proceſſum habeat expeditum.

Serenitatem itaque regiam monemus, rogamus, & hortamur attentè, ac obſecramus per ſanguinem Jehu Chriſti, quatinús, conſiderato provide quod quanto plus a Domino recepiſſe noſceris, tanto magis ejus obſequiis es obligatus, ſuamque fidem animoſius & conſtantius defenſare teneris, in ſuccurſum terræ præfatæ, contra gentis memoratæ perfidiam ferventer exurgens; ſic ei feſtinanter & efficaciter, in tantæ neceſſitatis articulo, ſubvenire procures, quod tuo & aliorum interveniente ſubſidio, de pollutis infidelium manibus eripi valeat, & cultui, favente Domino, totaliter reſtitui Chriſtiano.

Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordiâ, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, ex illâ quam nobis, licet indignis, Deus ligandi atque ſolvendi contulit, poteſtate, omnibus, qui laborem iſtum in propriis perſonis ſubierint & expenſis, plenam ſuorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti, & ore confeſſi, veniam indulgemus, &, in retributione juſtorum, ſalutis æternæ pollicemur augmentum.

A.D. 1244. Hen. 3.

Eis autem, qui non in propriis perſonis illuc acceſſerint, ſed in ſuis duntaxat expenſis, juxta facultatem & qualitatem ſuam, viros idoneos deſtinaverint; & illis ſimiliter qui, licet in alienis expenſis, in propriis tamen perſonis acceſſerint, plenam ſuorum concedimus veniam peccatorum.

Hujus quoque remiſſionis volumus, & concedimus eſſe participes, juxta quantitatem ſubſidii, & devotionis affectum, omnes qui, ad ſubventionem ipſius terræ, de bonis ſuis congrue miniſtrabunt, aut conſilium ad hoc, & auxilium impenderint oportunum.

Volumus etiam cruceſignatos illo privilegio, eâque immunitate gaudere, quæ in generali concilio continentur.

Ad ſubveniendum autem ipſi terræ, totius diligentiæ ſtudium ac opem, & operam, quas poterimus, impendemus.

Dat. Lugdun. 10. Kal. Febr. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Plumbeo Sigillo pendente a Filo canabeo.

Littera Akenwillo de le Sparr; quod Waſconiam defendat contra invaſionem Regis Navarræ.

A.D. 1244. An. 28. H. 3. Clauſ. 28. H. 3. m. 12. d.

REX Akenwillo de le Sparr ſalutem.

Recens memoria, quam continue tenemus in animo noſtro, de fideli ſervitio, quod nobis impendiſtis, oculis noſtris videntibus cum eſſemus in terra noſtra Waſconiæ, jocundos nos efficit, & de fidelitate veſtra plenius confidentes.

Non dubitamus enim quin affectionem, quam circa nos exercuiſtis in præſentia noſtra, nobis abſentibus continuare velitis.

Hinc eſt quod fidelitatem veſtram duximus confidenter exorandam, licet ipſam non dubitemus ſatis eſſe rogatam, quatinus dilecto & fideli noſtro Nicholao de Molis Seneſcallo noſtro Waſconiæ, ad negotia noſtra feliciter in partibus illis expedienda, viriliter aſſiſtere, & conſilium & auxilium, more ſolito, efficaciter impendere velitis.

A.D. 1244.

Ita quod, ſicut, ex præterito ſervitio veſtro, nobis impenſo, vobis ſumus aſtricti ad condignam remunerationem; ſic & ex futuro vobis fortius aſtringamur: Quoniam, inter omnes fideles noſtros, dominationi noſtræ ſubjectos, de vobis, & aliis probis hominibus noſtris Waſconiæ, firmiorem gerimus fiduciam, & fortiori dilectione amplexamur.

Et, quia audivimus quod Rex Navarrum proponit invadere terram noſtram Waſconiæ, vobis mandamus & rogamus attente quatinus, ſicut nos diligitis, & in fide, qua nobis tenemini, omnem diligentiam, quam poteritis, apponatis ad defenſionem terræ noſtræ prædictæ, unà cum Seneſcallo noſtro, cui Conſilium & auxilium ad hoc efficaciter impendatis.

Ita quod honor noſter & veſter plenius conſervetur veſtrâ diligentiâ mediante,

A.D. 1244. Hen. 3.

diante, quam debeamus ſpecialiter commendare, & vobis & veſtris ad bene faciendum aſtringi.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſeptimo die Martii.

Eodem modo ſcribitur omnibus Baronibus Waſconiæ.

Bulla qua immunitates & jura Regia confirmantur.

A.D. 1244. An. 28. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio, illuſtri Regi Angliæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Regni Angliæ honores & jura eo ſollicitiùs firma & illibata conſervari cupimus, quo Regnum ipſum, inter alia, ſpecialis dilectionis prærogativâ complectimur, & ejus commoda ferventiori deſiderio affectamus.

Ea propter, cariſſime in Chriſto fili, precibus, quas dilectus filius, Magiſter L. de Sancto Martino, Nuncius tuus, nobis ex tua parte porrexit, grato concurrentes aſſenſu, magnitudini tuæ immunitates, & alia jura regia, quæ in Eccleſiis obtines, ſicut ritè illa poſſides, & uſus hactenùs es eiſdem, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Lugdun. ſeptimo Id. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo pendente a filis ſericis flavi rubeique coloris.

Bulla pro Rege contra Davidem Principem Norwalliæ, & ejus abſolutionem a juramento Regi Angliæ præſtito.

A.D. 1244. An. 28. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Elien. & Karleolen. Epiſcopis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Expoſuit nobis dilectus filius Magiſter Laurentius de Sancto Martino, Nuncius cariſſimi in Chriſto filii noſtri Angliæ Regis illuſtris, quòd nobilis vir David, qui ſe pro Principe Norwalliæ gerit, cujuſque progenitores vaſſalli Regum Angliæ, Prædeceſſorum Regis ipſius, à tempore, cujus non extat memoria, extiterunt, nobis falsò ſuggerens quòd Romanæ Eccleſiæ, a ſuis parentibus, datus fuerat in alumpnum, dictuſque Rex eum, quòd ſuis pareret mandatis, jurare compulerat per vim & metum, qui cadere poterat in conſtantem, ad de Haberconnuum & de Keni. Abbates Ciſtercienſis ordinis, Bangorenſis Diocæſis, noſtras obtinuit litteras deſtinari, ut eum, ab hujuſmodi juramento penitùs abſolventes, interdicti & excommunicationis ſententias, ſiquæ, hac occaſione, in ejus perſonam, vel terram forſitan eſſent latæ, abſque difficultate relaxare curarent.

Undè, cùm ex hoc ipſi Regi diſpendium, & eidem Regno ſcandalum poſſint gravia generari, petiit idem Magiſter, ſuper hiis, a nobis paterna ſollicitudine provideri.

Volentes igitur tot imminentibus periculis obviare, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinùs quicquid per præfatos Abbates in hujuſmodi negotio, dictarum auctoritate litterarum, eſt actum, in irritum revocantes, ſiquid ulteriùs, per eoſdem, in negotio ipſo attemptari contigerit, denuncietis illud penitùs non tenere.

Siquid verò juris præfatus David ſuper hiis habere ſe putat, nos eidem juſtitiam non negabimus, cum fuerimus requiſiti.

Quòd, ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nichilominùs exequatur.

Dat. Lugdun. ſeptimo Id. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Sigillo plumbeo a filo canabeo.

Bulla de proviſionibus excuſatoria, & quod non intendit providere de beneficiis, in quibus Laici habent jus patronatus.

A.D. 1244. *An.* 28. *H.* 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Anglorum illuſtri, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sedes Apoſtolica, mater tua, inter Reges catholicos, & Principes chriſtianos, perſonam tuam ſpecialitèr gerens in viſceribus caritatis, in propoſito firmo habet & votis eam, quantùm cum Deo poteſt, in omnibus honorare; ac Regni tui libertates, & jura inviolabiliter conſervando hiis, quæ ad Regium pertinent commodum & augmentum, favorabilitèr imminere; propter quod decet Celſitudinem Regiam, quod tu, tanquam filius in Domino benedictus, erga Romanam Eccleſiam reverentiam habeas filialem, & in ejus beneplacitis exequendis, te favorabilem exhibeas & benignum.

Sane cogimur non modicum ammirari quòd, ſicut nuper noſtris eſt auribus intimatum, Regia magnitudo, ad ſuggeſtionem quorundam, & ſpecialiter nobilium Regni tui, dilecto filio Magiſtro Martino, Cameræ noſtræ Clerico, Nuncio noſtro inhibuit, per Nuncios ſpeciales, nè auctoritate noſtrâ, in Regno tuo, ad proviſionem procederet aliquorum, donec, ſuper hoc, tibi noſtrum beneplacitum ſcriberemus; & quaſdam excommunicationum & ſuſpenſionum ſententias, per eum in quoſdam religioſos & alios, proviſionum occaſione quarundam, auctoritate noſtrâ prolatas, nullâ prorſus ſatisfactione præmiſſa, feciſti pro tuæ voluntatis arbitrio relaxari.

A.D. 1244.

Verùm quamvis libentèr, ſuper hoc, voluntati Regiæ deferremus, & firmitèr intendamus in hiis & aliis preces Regias impoſterum exaudire, licet etiam, in Eccleſiarum gravaminibus, nos ipſi gravemur; quia tamen hiis, qui Eccleſiæ, tempore adverſitatis ipſius, fideliter adhæſerunt; & aliis, qui noſtris & Apoſtolicæ ſedis obſequiis immorantur, quadam neceſſitate compellimur providere, ſerenitatem Regiam, de qua plenam fiduciam obtinemus, rogamus, & hortamur attentè quatinùs, diligentèr attendens quòd de beneficiis illis, in quibus laici jus obtinent patronatus, nunquam adhuc mandavimus alicui provideri (honorem Regium, & illorum jura ſervare volentes penitus illibata) filialis devotionis fervore ſuccenſus, quòd dictus Nuncius noſter mandatum noſtrum libere, in hujuſmodi proviſionibus, exequatur, benignitate ſolita patiaris; preces noſtras taliter impleturus, quod nos magnificentiæ Regiæ grata viciſſitudine reſpondere meritò debeamus.

Dat. Lugdun. quarto Id. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Littera Donnaldo Regi de Tercher. pro ſuccurſu ejus contra Regem Scotiæ.

A.D. 1244. *An.* 28. *H.* 3. *Clauſ.* 28. *H.* 3. *m.* 7. *d.*

REX Donnaldo Regi de Terchernull. ſalutem.

Cùm, provocante nos injuria Regis Scotiæ, jam nos præparaverimus inſurgere in ipſum, pro pluribus tranſgreſſionibus, quas nobis fecit, ulciſcendis, niſi ipſas gratis nobis emendare voluerit, de dilectione veſtra confidentes, quod in hac expeditione noſtra auxilium veſtrum nobis denegare non velitis,

Vobis mandamus rogantes, quatenus unà cum Juſticiario noſtro Hiberniæ, & aliis fidelibus noſtris Hiberniæ, qui in proximo ad partes Scotiæ venturi ſunt ad inimicos noſtros ibidem gravandos, talem & tam potentem ſuccurſum nobis impendere velitis, perſonaliter veniendo cum ipſis, bona gente muniti, quod in neceſſitate veſtra ad nos confidentius confugere debeatis.

A.D. 1244.

Noſque, pro ſuccurſu veſtro, ad preces noſtras nobis impendendo, gratiam, quam a nobis petieritis, libentius vobis teneamur impertiri, cum ſpeciali gratiarum actione.

Teſte Rege apud Stannford, ſeptimo die Julii.

Eodem

A.D. 1244. Hen. 3.

Eodem modo ſcribitur,

Felmino filio quondam Regis,
Oraly,
Ubanlur.
Bren Onel Regi de Kinelun.
O. Chatan.
Obynery,
Donenald Mackdaniel,
Mac. Anegus,
Mac. Kartan.
Mac. Gilemuri,
Gſſlen Regi de Turteri,
Mac. Machanen.
Mac. O. Calmery,
Conehor O. Brin. fil. Dunecan
Carbrach. de Thodmend.
Cormaclethan. Macardhy de Deſſemon.
Ros Ofalaner de Deſſia,
Ricardo Machermekan de Deſſia,
Cort. Othenuer de Fermuy,
Shouethor Olaffercy de Corrac
Macthulaner Okellic de Ochonyl,
Murchod. Macbrin. de Natherlak.

De Treugis cum Davide filio Lewelini capiendis.

A.D. 1244. An. 28. H. 3. Pat. 28. H. 3. m. 3.

REX omnibus, &c. Sciatis quod poteſtatem dedimus dilecto & fideli noſtro Johanni Extraneo, & dilectis nobis in Chriſto Abbati de Hagheman, & Priori de Wenlac. ineundi treugas cum David filio Lewelini quondam Principis Norwalliæ, nepote noſtro, in modo & in forma, quos prædictus fidelis noſter Johannes Extraneus viderit expedire; ratum & gratum habituri quicquid de treugis prædictis capiendis duxerit faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Notingham, 15 die Julii.

Bulla de non derogando privilegiis Regiis.

A.D. 1244. An. 28. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Sunt, non immeritò, laude digni, & favoris præſidio extollendi, qui Dominorum ſuorum negotiis fideliter & utiliter procurandis inſiſtunt ſtudio diligenti.

Tua itaque noverit Celſitudo dilectum filium Magiſtrum Henricum de Secuſia Antiplican. Præpoſitum, Capellanum noſtrum, ſollicitudinis diligentia, cura vigili, ac importunitatis inſtantia penès nos & fratres noſtros, circa tua, & maximè circa Wintonienſis, Norwicenſis, & Bathonienſis, Eccleſiarum negotia, juxta tui voti deſiderium, promovenda, ſic quod nichil de contingentibus omiſerit, inſtitiſſe.

Cæterùm quia Regni tui ſtatum, honorem & jura quærimus illibata ſervari, cum te, veluti Principem Eccleſiæ prædilectum, ſinceritatis amore ac zelo rectitudinis proſequamur, nolumus nec intendimus per ea, quæ circa prædicta negotia facta per nos, vel alium extiterunt, tuis privilegiis, vel laudabilibus conſuetudinibus Regni ejuſdem generari præjudicium, vel in aliquo derogari.

Dat. Januæ, undecimo Kalend. Auguſti, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Sigillo plumbeo pendente a filo canabeo.

Bulla de ſubſidio a Clero Regi impendendo.

A.D. 1244. An. 28. H. 3.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Decanis, ac aliis Eccleſiarum Prælatis, & Clericis per Regnum Angliæ conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Debet mater Eccleſia hos, qui regali præminent dignitate, illa prærogativa favoris proſequi, & ea muneris gratia prævenire, quòd in ipſius devotione poteſtas Regia ſemper ferveat, & ad ejus, per conſequens, ſubjectorum obſequia pervigil habeatur.

Cum igitur, inter Reges cæteros orbis terræ, cariſſimum in Chriſto filium noſtrum, Regem Anglorum illuſtrem, ſingularis dilectionis brachiis amplectamur; qui, veluti Princeps catholicus

&

A.D. 1244. Hen. 3.

& devotus, Romanam Eccleſiam, matrem ſuam, filiali ſubjectione & obſequioſa devotione ſic ſemper ſtuduit venerari, quòd nequaquàm ab ipſius beneplacitis declinaret;

Quin immo, quæ ipſi grata novit & placita, ſollicitudine prompta peregit; non eſt mirum, immo condecens eſt & dignum, ſi ipſius petitionibus faciliùs annuamus; ſi honoris ipſius & ſtatûs quæramus gloriam & augmentum; ſi ad quod affectus ipſius dirigitur, noſtræ liberalitatis affectus conſonet in id ipſum.

Sanè, cum idem Rex, ſicut ex parte ipſius fuit propoſitum coram nobis, pro quibuſdam magnis & arduis, quæ ſibi imminebant, negotiis, adeò ſubierit gravia, & ſubire adhuc ipſum oporteat onera expenſarum, quod veſtræ ſubventionis indigere ſubſidio plurimùm dignoſcatur,

Univerſitatem veſtram rogamus, monemus & hortamur attentè, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatinus, attendentes prudentèr, quòd vos decet & convenit, eò libentiùs ipſius Regis ſupportare labores, & gravamina relevare, quo minùs poſſet, ſine veſtri ſtatus & honoris diſpendio, alicujus egentiæ, vel incommoditatis onere prægravari, ſibi, de veſtris redditibus, honeſtum ſubſidium liberalitèr conferatis, ut idem expenſarum ipſarum, veſtræ ſubventionis propitiante dextera, perferre leviùs onus poſſit;

A.D. 1244. Hen. 3.

Voſque proinde vobis ejuſdem Regis, cujus bonorum eſtis participes, honoris & gloriæ non expertes, favorem & gratiam quibus proculdubio indigetis, valeatis futuris temporibus vendicare, & nos, qui haberi volumus, ex hoc, ad veſtræ & veſtrarum Eccleſiarum commoda promptiores, devotionis veſtræ promptitudinem non immeritò commendemus.

Dat. Januæ, 4 Kal. Auguſti, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Charta Regis Scotiæ.

A.D. 1244. An. 27. H. 3.

Alexander, Dei gratia, Rex Scotiæ, omnibus Chriſti fidelibus hoc ſcriptum viſuris, vel audituris, ſalutem.

Ad veſtram volumus pervenire notitiam, nos pro nobis & hæredibus noſtris conceſſiſſe, & fideliter promiſiſſe, chariſſimo & ligio Domino noſtro Henrico Tertio, Dei gratia, Regi Angliæ illuſtri, Domino Hyberniæ, Duci Normanniæ & Aquitaniæ, & Comiti Andegaviæ, & ejus hæredibus, quod in perpetuum bonam fidem ei ſervabimus pariter & amorem:

Et quod nunquam aliquod fœdus inibimus per nos, vel per aliquos alios, ex parte noſtra, cum inimicis Domini Regis Angliæ, vel hæredum ſuorum, ad bellum procurandum vel faciendum, unde damnum eis vel Regnis ſuis Angliæ, & Hyberniæ, aut cæteris terris ſuis eveniat, vel poſſit aliquatenus evenire, niſi nos injuſte gravent;

Stantibus in ſuo robore conventionibus inter nos & dictum Dominum Regem Angliæ initis ultimo apud Eboracum, in præſentia Domini Ottonis, tituli Sancti Nicholai in Carcere Tulliano, Diaconi Cardinalis, tunc Apoſtolicæ ſedis Legati in Anglia; & ſalvis conventionibus factis ſuper matrimonio contrahendo, inter filium noſtrum & filiam dicti Domini Regis Angliæ.

A.D. 124

Et, ut hæc noſtra conceſſio & promiſſio, pro nobis & hæredibus noſtris, perpetuæ firmitatis robur obtineant, fecimus jurare in animam noſtram Alanum Oſtiarium, Henricum de Bailloil, David de Lindeſeie, Willielmum Giffard, quod omnia prædicta, bona fide, firmiter & fideliter obſervabimus.

Et ſimiliter jurare fecimus venerabiles patres David, Willielmum, Galfridum, & Clementem, Sancti Andreæ, Glaſconenſem, Dunkeldenſem, & Dublamenſem, Epiſcopos.

Et præterea fideles noſtros, Patricium Comitem de Dumbar, Malcolmum Comitem de Fiſe, Maliſium Comitem de Stratherne, Walterum Cumin de Meneteth, Willielmum Comitem de Maro, Alexandrum Comitem de Buchan, David de Haſtingia Comitem Athorl, Robertum de Bruis, Alanum Oſtiarium, Henricum de Bailloil, Rogerum de Mumbri, Laurentium de Abrinthia, Richardum Cumin, David de Lindeſie, Richardum Siward, Willielmum de Lindeſia, Walterum de Moravia, Willielmum Giffard, Nicolaum de Sully, Willielmum de Veteri Ponte, Willielmum de Bevire, Aleumum de Meſue, David de Graham, & Stephanum de Smingham, quod, ſi nos, vel hæredes noſtri, contra conceſſionem & promiſſionem prædictam, quod abſit, venerimus, ipſi, & hæredes eorum, nobis, & hæredibus noſtris, nullum, contra conceſſionem & promiſſionem prædictam, A.D. 1244. Hen. 3. dictam, auxilium vel conſilium impendent, aut ab aliis pro poſſe ſuo impendi permittent.

Imo bona fide laborabunt erga nos & hæredes noſtros, ipſi & hæredes eorum, quod omnia prædicta a nobis & hæredibus noſtris, necnon ab ipſis & eorum hæredibus firmiter & fideliter obſerventur in perpetuum.

In cujus rei teſtimonium, tam nos, quam prædicti prælati, Comites & Barones noſtri, præſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum appoſitione roboravimus.

Teſtibus Prælatis, Comitibus, & Baronibus ſuperius nominatis, anno Regni noſtri, &c. A.D. 1244. Hen. 3.

Iſta ſigna appoſita fuerunt incontinenti, ſcilicet Regis Scotiæ Alexandri, Willielmi de Bevire, Willielmi de Veteri Ponte, Willielmi de Lindeſia, Stephani de Smingham.

Aliorum ſigilla appoſita fuerunt poſtea. Et ipſum ſcriptum Regi Anglorum tranſmiſſum, ad natale Domini proximo ſequens, per Dominum Priorem de Thinemua.

De pactionibus inter Regem & Scotiæ Regem confirmandis.

A.D. 1244. An. 28. H. 3. Pat. 28. H. 3. m. 2.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra quod ſacramentum, quod dilectus frater & fidelis noſter Ricardus Comes Pictaviæ & Cornubiæ fecit apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, pro pactionibus, inter nos & Regem Scotiæ factis, ibidem confirmandis, idem Comes prædictum ſacramentum fecit per præceptum noſtrum:

A.D. 1244. Et ei firmiter præcepimus quod dictum ſacramentum ſuum inviolabiliter obſervet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, 13 die Auguſti.

Et mandatum eſt Domino Regi Scotiæ, quod illud Caſtrum ei liberet.

De Alexandro Rege Scotiæ ſe cum Rege pacificante.

A.D. 1244. An. 28. H. 3. Claus. 28. H. 3. m. 7. d.

REX G. de Prendegraſt, ſalutem.

Licet de fideli ſervitio veſtro prius plurimum confideremus, tamen inde de cætero, ſi fieri poſſit, plus confidemus, eo quod in negotio noſtro ad ſervitium noſtrum ita potenter accinxiſtis, parati ad mandatum noſtrum inimicos noſtros gravare, & terras eorum viriliter invadere.

Super quo vobis uberes referimus gratiarum actiones; pronam habentes voluntatem vos, pro tempore, condigne reſpicere, & pro meritis multipliciter honorare.

A.D. 1244. Quia vero Alexander, Rex Scotiæ illuſtris, ad honorem & placitum noſtrum, & Magnatum noſtrorum, ſe nobiſcum pacificavit, bene poteſtis, ad præſens, ad propria remeare.

Rogamus tamen attentius fidelitatem veſtram, quatenus vos præparetis, ad ſervitium noſtrum, contra æſtatem futuram, ac inimicos noſtros invadendos, quando & ubi vobis ſcire faciemus; ita quod multiplices honores, & dignas remunerationes a nobis inde merito reportare debeatis.

Teſte ut ſupra.

De protectione pro Rege Conatiæ.

A.D. 1244. An. 29. H. 3. Pat. 29 H. 3. m. 1.

FEthel Rex Conatiæ habet litteras de protectione, duraturas uſque ad proximum adventum Regis in Hibernia.

A.D. 1244. Teſte Rege apud Gounock in Caſtris, viceſimo primo die Octobris.

De Davide filio Lewelini excomunicando.

A.D. 1244. An. 29. H. 3. Clauſ. 29. H. 3. m. 19. d.

REX W. eadem gratia, Wigorniæ Epiſcopo ſalutem.

Cum David filius Lewelini, quondam Principis Norwalliæ, ſubmiſerit ſe, & omnes alios Walenſes, qui ſibi adhærerent, & eorum terras juriſdictioni venerabilium patrum Cantuarienſis Archiepiſcopi, & quorumdam ſuffraganeorum ipſius, vel aliquorum ex ipſis in ſolidum, quorum nos ipſi examen eligere vellemus, quod, ſi a forma pacis, inter nos, & ipſum initæ, aliquando reſiliret, liceret eiſdem Archiepiſcopo & Epiſcopis, vel quibuſdam eorum, quos nos eligeremus, per ſententias excommunicationis & interdicti ipſum David, & alios Walenſes, ſibi adhærentes, cohercere, donec ad condignam ſatisfactionem venirent, & ſuper hoc corporale præſtitiſſet ſacramentum;

Nos, quia prædictus David, cum quibuſdam complicibus ſuis, terram noſtram & Baronum noſtrorum, ſpreta ſacramenti ſui religione, hoſtiliter invaſit, cohercionem ſuper hoc invocavimus venerabilium patrum B. Cantuar. Electi, & P. Hereford Epiſcopi, qui cum profecti ſunt ad curiam Romanam, ſuam vobis juriſdictionem in hac parte per litteras ſuas patentes, quas vobis mittimus, ſimul cum tranſcripto litterarum ipſius David, demandaverunt exequendam.

Super quo paternitatem veſtram rogamus, quatinus prædictum David, & complices ſuos, & fautores debitâ feriatis, auctoritate prædicta, cohercione, ut ſuper eo, quod contra formam pacis prædictæ inter nos & noſtros attemptavit, debitam non effugiat vindictam.

Teſte apud Marleberg. viceſimo nono die Novembris.

A.D. 1244.

De ſummonitione Davidis filii Lewelini.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Ibid. m. 16. d.

REX J. Extraneo, Juſticiario Ceſtriæ, ſalutem.

Mandamus vobis quod litteras noſtras, quas vobis mittimus, directas David filio Lewelini, quondam Principis Norwalliæ, & aliis Walenſibus, per quas eis damus in mandatis quod compareant coram nobis, in curia noſtra, apud Weſtmonaſterium, in craſtino cinerum reſponſuri, & judicium recepturi de homicidiis, incendiis, deprædationibus, & aliis tranſgreſſionibus, & dampnis, quæ perpetraverunt in Regno noſtro contra pacem noſtram,

Ipſis, per aliquos viros religioſos, modis omnibus ſub omni feſtinatione mitti procuretis; &, ex habundanti, etiam ipſos per legales homines locis, quibus videritis expedire, ſummoneri faciatis quod compareant coram nobis, in curiâ noſtrâ, memoratis die & loco, ſuper præmiſſis reſponſuri.

Et vos, ad diem prædictum, de ſummonitione prædictâ, per litteras veſtras, & per aliquos ex ipſis, per quos facta fuerit, nos certificare non omittatis; & hoc breve nobis mittatis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſexto die Januarii.

A.D. 1245.

Eodem modo ſcribitur Johanni de Monemuth. de Walenſibus de Suthwallia.

Mandatum eſt cuilibet Walenſium ſubſcriptorum quod compareant coram Rege, in Curia Regis Weſtmonaſt. in craſtino cinerum, reſponſuri, & judicium recepturi de homicidiis, deprædationibus, & aliis dampnis, quæ perpetrata ſunt in Regno Regis, contra pacem Regis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſexto die Januarii.

Baronibus de Norwallia, qui fecerunt Regi homagia,

Lewelino filio Mereduc,
Lewelino fratri ejus,
Oweyno filio Blothin,
Elyſſæ filio Jerneth.
Griffino filio Oweyn,
Lewelino filio Griffini,
Mereduk filio Madok,
Jerneyſ fratri ejus,
Maddok filio Maddok de Brumfend,
Maddok filio Wemmuwen,
Lewelino filio Lewelini de Methin,
Duobus filiis Oweyn Wethan,

A.D.1245. Hen. 3.

Oweni filio Howel de Kyry,
Calwalader Crek,
Mailgun filio Oweyl,
Mereonk filio Mailgun.

A.D.1245. Hen. 3.

Baronibus de Sutwallia,

Mailgun filio Mailgun,
Mereduk filio Oweyn,
Mereduk filio Reſ. Serek,
Filiis Reſ. Wachan,
Reſ. filio Griffini,
Filio Morgan Gan,
Howeil Amereduk.

Littera Juſticiario Hiberniæ, de apparatu bellico contra Davidem Filium Lewelini.

D.1245. 29. H. 3. ſ. 29. H. 16. d.

REX M. filio Gerardi, Juſticiario ſuo Hiberniæ, ſalutem.

Ut de dampnis ac malis, nobis, terræ noſtræ, & hominibus noſtris illatis, per David filium Lewelini quondam Principis Norwalliæ, vos certos reddamus, præſentibus vobis duximus intimandum quod præfatus David, poſtquam pacem ſuam nobiſcum fecerat, & fœdus inierat, cum ultimò eſſemus in Wallia, tàm ſacramento, quàm ſcripto, necnon homagio firmatum,

Nobis inſciis & non præmunitis, per diffidentiam, vel alio modo ſeditioſe ſe ſubtraxit a fidelitate noſtra, &, ſecum aſſociatis fautoribus & complicibus nequitiæ ſuæ, terram noſtram, & hominum noſtrorum in Wallia, & in Marchia, deprædando, incendio tradendo, &, quod nequius eſt, quos de noſtris intercipere potuit, occidendo invaſit.

Prædictis malitiis non contentus, immo Barones noſtros Walliæ, & ligios homines noſtros omnes, quos potuit ad nequitiam ſuam allicere, a fide & ſervitio, necnon & homagio noſtro fecit impudenter recedere, & ſecum non minus ſeditioſe guerrare.

Et hæc vobis duximus ſignificanda, ut vos, & cæteri Magnates, & fideles noſtri Hiberniæ, quibus eadem intimetis, de tantis opprobriis & ſeditionibus, contra nos attemptatis, ſicut nos ipſi non immerito movemur, ſimul nobiſcum moveamini.

Et præmiſſa, quæ tam ſeditioſè contra nos, in dedecus noſtrum, perpetrata, vos animent & alios fideles noſtros ad tantam proditionem viriliter ulciſcendam.

Et, quia ad ultionem prædictorum, in æſtate futura, ſine ulteri oridilatione, nos intendimus potenter accingere & præparare, dilectioni veſtræ mandamus, firmiter injungentes in fide, qua nobis tenemini, quatinus contra terminum ſupradictum provideatis vobis de Vinis, Blado, & Baconibus, retinendis ad opus noſtrum, ad exercitus noſtri ſuſtentationem mittendis ad nos, ad mandatum noſtrum.

A.D.1245.

Sciturì quod aliquem, de quo plene confidamus, a latere noſtro ad vos ante deſtinare non omittemus, qui unà vobiſcum diſponet qualiter utilius ad opus noſtrum, & ad inimicos noſtros fortius gravandos procedi debeat in negotio memorato.

Interim autem nos certificare non omittatis de quibus, & quantis victualibus creditis quod confidere valeamus ad nos in Walliam deſtinandis: & ſimiliter quantam bonam gentem creditis quod extrahere valeatis a terra noſtra Hiberniæ ad veniendum in expeditionem noſtram; quam quidem conqueſtus noſtri benè volumus eſſe participem.

Ad hæc, vobis mandamus quod, ſuper præmiſſo negotio, cum Magnatibus terræ noſtræ Hiberniæ ſigillatim, & inſimul tractatum habeatis; & inquirentes intentionem ſingulorum de ſubſidio nobis faciendo; & de quibus confidere poſſumus, quod nobis in hac parte velint ſubvenire; & de quanto; & cujuſmodi ſubſidio; quos omnes in conqueſtu prædicto partes ſuas volumus largè reportare: Et ſuper hoc ſimiliter de ſingulis, & Univerſis nos certificare curetis.

Talem diligentiam ad hoc negotium proſequendum & promovendum appoſituri, quod appareat in opere, quod ſit vobis cordi, dignitati noſtræ dedecus irrogatum ulciſci; & quod ex eo titulum perpetuum vobis adquiratis (præter dignam remunerationem & gratiam) & grates ſpeciales, quas a nobis inde reportabitis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 10 die Januarii.

De

De Treugis cum Davide Filio Lewelini.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Pat. 29. H. 3. m. 8. J. Extraneus Juſticiarius Ceſtriæ, & Henricus de Alditheleg. habent poteſtatem tractandi cum Nunciis David filii Lewelini, quondam Principis Norwalliæ, de Treugis capiendis inter Dominum Regem, & ipſum David, & complices ſuos.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium 16 die Martii.

Et habent ipſi poteſtatem conducendi Nuncios prædictos ad conſilium Regis, & duret conductus per 15 dies poſtquam treugæ prædictæ fuerint firmatæ.

Teſte ut ſupra.

Et mandatum eſt prædictis Johanni, & Henrico, quod nullo modo capiant treugas aliquas, cum ipſo David & complicibus ſuis, diutius quàm uſque ad feſtum ſancti Jacobi Apoſtoli.

Teſte ut ſupra.

De Die aſſignata pro emendis Interceptionum contra Treugam cum Francia.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Pat. 29. H. 3. m. 6. REX G. Rydell. Domino Blaviæ, & Petro de Burdegaliâ ſalutem.

Quia emendæ interceptionum, quæ factæ ſunt infra treugas, quæ ultimo captæ fuerunt inter illuſtrem Regem Franciæ, & nos, hactenus ceperunt dilationem, aliquando per impedimentum infirmitatis, aliquando per occupationem guerrarum, & aliorum negotiorum;

Propter quod, cùm nuper fuimus a prædicto Rege, per Nuncios ſuos, requiſiti ſuper emendis earum interceptionum faciendis, recollegimus diem cum eiſdem Nunciis in Octabis Apoſtolorum Petri & Pauli, loco prius per vos aſſignato ad prædictas interceptiones, hinc inde factas, emendandas, & ad emendas recipiendas; unde non eſt neceſſe quod ſitis ad præfatum locum a die Paſchæ, in tres Septimanas, ſicut fuit proviſum. A.D. 1245.

Mandamus autem vobis, rogantes attentius, & in fide, qua nobis tenemini, firmius injungentes, quatenus nullatenus omittatis quin, ad terminum ſupradictum, conveniatis ad emendas dictarum interceptionum, juxta formam treugarum, faciendas & recipiendas;

Scire facientes omnibus de terra noſtra, quos interceptiones illæ, vel emendæ earum tangent, quod tunc ſint ibi ad juſtitiam faciendam, & recipiendam ſecundum formam treugarum prædictarum.

Teſte Rege apud Windeſor. 21 die Aprilis.

Ad Regem Litera a Margareta Comitiſſa Flandriæ.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Ex Bundela Litterarum tempore H. 3. EXcellentiſſimo Domino ſuo, Dei gratia, Regi Angliæ, Duci Acquitaniæ & Domino Yberniæ, ejus fidelis & Conſanguinea Margareta Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa ſalutem, & cum omni promptitudine ſerviendi paratam ad ejus beneplacita voluntatem.

Intelleximus quod Johannes Dominus Badercl. Burgenſ. noſter Ipreſ. in veſtræ dominationis poteſtate, de quinquaginta libris ſterlingorum, in numerata pecunia, violenter extitit ſpoliatus.

Verum, cum idem Johannes ob hoc ad non modicam devenerit paupertatem, Excellentiam veſtram omni, quâ poſſumus, affectione rogamus, quatenus veſtra dignetur præcipere Majeſtas regia ut dicto Burgenſi noſtro reſtituatur ſic ablata; tantum inde facientes ut proinde veſtræ dominationi regiæ teneamur ad grates, & dictus Burgenſ. noſter preces noſtras ſibi apud vos ſentiat profuiſſe. A.D. 1245.

Valeat veſtra incolumitas per tempora longiora.

Datum die Mercurii poſt Ram. Palm.

Littera Regi ab eadem ſuper Feodo ſibi ſolvendo.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Ibidem.

EXcellentiſſimo Domino ſuo H. Dei gratiâ Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Duci Acquitaniæ, fidelis ejus, & conſanguinea, Margareta Flandrorum & Hayn. Comitiſſa ſalutem, & quicquid poteſt ſervitii & honoris.

Serenitati veſtræ dilectos Nuncios noſtros, Walterum Militem Bacularium noſtrum, & Willielmum noſtrum Clericum, latorem præſentium, tranſmittimus,

Supplicantes quatenus ſuper arreragiis feodorum noſtrorum tàm Flandriæ quàm Haynoniæ, quibus nobis tenemini, ſecundum quod ipſi, vel alter eorum veſtræ celſitudini exponent, vel exponet, ore tenus indubitanter credere, & eadem arreragia nobis per ipſos, vel per ipſum tranſmittere dignemini, ſicut in hoc Paſcha nuper præterito aſſertive facere promiſiſtis.

A.D. 1245.

Dat. Inſul. Fl. quarta poſt Octabas Paſchæ.

Bulla de Privilegio Philippo Baſſet Baroni dato.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto Filio Nobili Viro, Philippo Baſſet, Baroni cariſſimi in Chriſto Filii noſtri illuſtris Regis Angliæ, Eccleſiæ Romanæ devoto ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Illis potiſſimum gratiam ſpecialem ſedes apoſtolica conſuevit impendere, qui Nobilibus orti natalibus, & habentes in terra potentiam temporalem, grata poſſunt obſequia eidem ſedi, cum expedit, exhibere.

Hiis igitur in perſona tua providè circumſpectis, tuis ſupplicationibus benignius annuentes, ut liceat tibi, & uxori tuæ, ac familiæ utriuſque in Eccleſiis vel Capellis, ad quas te venire contigerit, liberè audire divina; non obſtante, ſi eædem Eccleſiæ vel Capellæ ſententiæ ſuppoſitæ fuerint interdicti (dummodo ipſi per te cauſam non dederis, vel per tuos, nec id tibi, vel ipſis contingat ſpecialiter interdici) Auctoritate tibi præſentium indulgemus;

A.D. 1245.

Diſtrictius inhibentes nequis Delegatus, Subdelegatus, Executor, vel Conſervator, auctoritate ſedis apoſtolicæ, vel delegatorum ipſius, in tuam, uxoris, & filiorum tuorum perſonas excommunicationis, aut in terras tuas interdicti ſententiam, abſque mandato ſedis apoſtolicæ ſpeciali, quod de inhibitione hujuſmodi expreſſam faciat mentionem, audeat promulgare.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Lugduni. 2 Id. Junii. Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sub filo Canab.

De præparatione hoſtili contra Wallenſes feſtinanda.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Clauſ. 29. H. 3. m. 8. d.

REX Warino de Munchanes ſalutem.

Quia de conſilio Magnatum noſtrorum, qui ſolempnitati Pentecoſtes nobiſcum interfuerunt apud Weſtmonaſterium, intendimus adire partes Walliæ, ad nos ulciſcendos de dampnis & injuriis, nobis illatis per David filium Lewelini, & complices ſuos;

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quatinus in fide, qua nobis tenemini, vos præparetis equis, & armis, & bona gente;

A.D. 1245.

Ita quod prompti ſitis & parati ad eundum nobiſcum, verſus partes prædictas, infra quindenam poſtquam de itinere noſtro verſus partes prædictas illud vobis mandaverimus;

Ita quod tam Nobis quam vobis ad perpetuum cedat honorem.

A.D. 1245. Hen. 3.

Teſte Rege apud Weſtm. 7 die Junii.

Et mandatum eſt omnibus Vicecomitibus Angliæ, quod publice clamari faciant, per totam Ballivam ſuam, quod omnes illi, qui de Rege tenent, per ſervitium militare, & per Serjantiam, ad arma prompti ſint, cum equis, & armis, & toto ſervitio, quod Regi debent infra quindenam, &c.

A.D. 1245. Hen. 3.

Eodem modo ſcribitur Abbatibus, & Seneſcallis Abbatum, extra Regnum degentium, qui de Rege tenent per ſervitium militare, de ſervitio ſuo habendo infra quindenam, &c.

Littera Imperatori, de Nunciis ad Concilium, Lugduni convocatum, miſſis.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Clauſ. 29. H. 3. m. 9. d.

Domino Imperatori Rex ſalutem.

Ille novit, qui nichil ignorat, & Imperialem Excellentiam non credimus ignorare quod honorem veſtrum totis viſceribus affectamus, ad quod fraternæ dilectionis affectio nos excitat jugiter & inducit.

Sane laborem animi veſtri, quo diutius laboravit, altiſſimus ſui gratia conſummabit; ſicut enim ex voluntate veſtra novimus proceſſiſſe, ad Concilium, Lugduni convocatum, Nuncios mittemus ſolempnes de Nobilioribus, & Diſcretioribus Regni noſtri: Qui, ad veſtrum honorem, ſuper pacis reformatione, per Dei gratiam, laudabiliter laborabunt, & effectum conſequentur optatum.

A.D. 1245.

Veſtram igitur excellentiam exoramus quatinus præfatos Nuncios noſtros, ad veſtram præſentiam accedentes, commendatos habere velitis, & eis benignam audientiam exhibere; qui, utinam noſtro deſiderio conveniens! honoris Imperialis augmentum procurent.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 8 die Junii.

Littera Papæ de Nunciis Regis ad Concilium Lugdunenſe.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Clauſ. 29. H. 3. m. 9. d.

Domino Papæ Rex ſalutem, & debitam tanto patri reverentiam & honorem.

Cum ſolempnes Nuncii noſtri, quos ad concilium, per vos in proximo celebrandum, ſicut nobis mandaſtis, duximus deſtinandos, in procinctu ſint itineris veniendi ad Curiam, & quamcito poterunt, illuc venire feſtinent;

Sanctam Paternitatem veſtram rogamus cum affectu quatinus ſi, ante adventum eorumdem Nunciorum noſtrorum, in dicto concilio contingat aliquid tractari, ſeu mentionem fieri de negotiis, noſtrum & Regni noſtri ſtatum contingentibus, ea, ſi placet, teneri faciatis in ſuſpenſo quouſque commode ſe poſſint veſtro conſpectui præſentare.

A.D. 1245.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 8 die Junii.

Mandatum Regis prælatis ſuis, de non attemptando aliquid in Concilio prædicto contra honorem ſuum.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Pat. 29. H. 3. m. 5. d.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, & omnibus aliis Prælatis terræ ſuæ Angliæ, conventuris ad concilium Lugdun. ſalutem.

Vinculo Juramenti nobis eſtis, ut noſtis, aſtricti quo nobis in omnibus, ad regiam dignitatem ſpectantibus & coronam, omnem, quam poteritis, fidelitatem obſervare debetis:

A.D. 1245.

Quapropter vobis mandamus in fide & fidelitate, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quatinus tam ad adquiſitionem, quam conſervationem, necnon & defenſionem jurium noſtrorum, & Regni noſtri omnem, quam poteritis, diligentiam adhibere curetis.

Et ne, in præjudicium noſtri, vel

A.D. 1245. Hen. 3. ejuſdem Regni, in concilio Lugdunenſi; & ne etiam, contra nos, vel jura noſtra, quibus Prædeceſſores noſtri, & nos, ex antiqua & approbata conſuetudine, uſi ſumus, procurare vel attemptare aliqua præſumatis; ne etiam alicui, hujuſmodi procurare, vel ſtatuere volenti, aſſenſum præbeatis, ſub vinculo juramenti memorati, & pœna amiſſionis temporalium, quæ de nobis tenetis, vobis firmiter inhibemus.

Sic igitur vos, in hac parte, geratis quod, de beneficio veſtro, & virtute gratitudinis, vos debeamus potius ſpecialiter commendare; quam de contrariis a vobis attemptatis, quod abſit, veſtram ingratitudinem increpare, & ultionem debitam vobis oportuno tempore reſervare. A.D. 1245. Hen. 3.

Teſte, &c.

Eodem modo ſcribitur Archiepiſcopis, Epiſcopis, &c. ut ſupra de Hibernia & Waſconia.

Redarguit Papa prælatos Angliæ qui nolunt excommunicatos abſolvere, niſi prius ſibi ſolvant pecuniam.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Ex Autogr. Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac aliis Eccleſiarum prælatis in Regno Angliæ conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ad aures noſtras, cariſſimo in Chriſto filio noſtro Rege Anglorum illuſtri ſignificante, pervenit quod nonnulli ex vobis, cum in homines ejuſdem Regis, pro contumacia, vel aliis eorum exceſſibus, excommunicationis ſententiam proferunt; nolunt poſtmodum ipſam, niſi prius ſoluta ſibi certa pecuniæ quantitate, vel de ſolvenda illa ſufficienti cautione præſtita, relaxare:

Cum igitur non ſolum a malo, ſed ab omni ſpecie mali ſit, ſecundum Apoſtolum, abſtinendum, & abſolutionis beneficium denegari non debeat illud humiliter poſtulanti, A.D. 1245.

Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus, ſuper præmiſſis, ſtudeatis taliter providere, quod nullatenus ejuſdem Regis, ſeu alterius jus lædatur, aut juſte, propter hoc, poſſit ſcandalum aliquod ſuboriri:

Nos enim non poſſemus, ſicut etiam nec debemus, indebita ipſius gravamina vel injurias tolerare.

Dat. Lugdun. 10 Kal. Julii, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Bulla ſub filo Canab.

Bulla de Confirmatione Privilegiorum, Immunitatum & Indulgentiarum ſuper Eccleſiis Angliæ & Hiberniæ.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Ex Autogr. Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Cariſſimo in Chriſto Filio Regi Anglorum illuſtri ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Tanto libentius Celſitudinis tuæ precibus benignum impertimur aſſenſum, quanto inter Reges & Principes Chriſtianos te ſpecialius in Domino reputamus dilectum Filium & Devotum.

Tuis itaque ſuplicationibus inclinati omnia privilegia, indulgentias, & immunitates tibi & Regno tuo, ſuper Eccleſiis Angliæ & Hiberniæ, vel earum occaſione, hactenus ab Apoſtolica ſede conceſſa, tibi auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus;

Diſtrictius inhibentes nequis in eluſionem, aut Enervationem eorum quicquam de cætero audeat attemptare; auctoritate Apoſtolicæ ſedis in omnibus ſemper ſalva. A.D. 1245.

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Lugdun. 12. Kal. Auguſti, pontificatûs noſtri anno tertio.

Sub plumbeo ſigillo penden. a Filis ſericis flavi rubeique Coloris.

Bulla Regi Angliæ, de caſſatione electionis R. Paſſelewe in Eccleſia Ciceſtrenſi.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio, Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad nos olim per appellationem quæſtione perlatâ, quòd venerabilis frater noſter Cantuarien. Archiepiſcopus electionem, factam de dilecto filio R. Paſſalewe Clerico, ad Ciceſtrenſem Eccleſiam, tunc vacantem, caſſaverat minus juſte; ac de alio, pro ſuæ voluntatis arbitrio, providerat eidem Eccleſiæ de paſtore.

Nos, auditis & pleniùs intellectis, quæ, ſuper hoc, a partibus fuere propoſita coram nobis, caſſationem confirmavimus memoratam, & proviſionem ratam habuimus, quæ in jam dictâ Eccleſiâ facta fuerat per Archiepiſcopum prælibatum;

Tenore præſentium declarantes, quod proviſionem non ratificavimus ipſam, tanquam per eundem Archiepiſcopum ritè factam, ſed de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis, ità quidem quòd eadem proviſio a poteſtatis plenitudine memoratæ incipiat vim habere.

Undè nolumus quòd in juribus, aut conſuetudinibus tuis, occaſione proviſionis illius, aliquid in futurum tibi præjudicium generetur.

Dat. Lugdun. 12. Kal. Auguſti, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Plumbeo ſigil. a filo canab.

Bulla de privilegiis Capellarum Domini Regis.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Anglorum illuſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Tanto libentiùs Celſitudinis tuæ precibus benignum impertimur aſſenſum, quanto, inter Reges & Principes Chriſtianos, te ſpecialius in Domino reputamus dilectum filium & devotum.

Tuis itaque ſupplicationibus inclinati diſtrictius inhibemus, nè ullus Ordinarius, aut etiam delegatus, vel ſubdelegatus in Capellas Regias & Oratoria earundem, Eccleſiæ Romanæ immediatè ſubjecta, ſeu Canonicos, vel ſervitores ipſorum, contra tenorem privilegiorum, aut indulgentiarum Apoſtolicæ ſedis, excommunicationis vel interdicti ſententiam audeat promulgare; ſeu aliquid ipſis onus imponere, quod aliis exemptis Eccleſiis non conſuevit imponi, abſque mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, quod expreſſam faciat de inhibitione hujuſmodi mentionem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Præſentibus uſque ad decennium valituris.

Dat. Lugdun. 12 Kal. Auguſti, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Plumbeo ſigillo pendente a
Filis crocei rubeique coloris.

Bulla conſervatoria, ne Archidiaconus Staffordienſis procurationem extorqueat in Capella de Bruges.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Cancellario Oxonienſi Lincolnienſis Dioceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cariſſimus in Chriſto filius noſter Angliæ Rex illuſtris, nobis conquerendo monſtravit, quod, licet Archidiaconus Staffordiæ in Capellam de Bruges, quæ ipſius Regis ſpecialis exiſtit, A.D. 1245. Hen. 3. exiſtit, & in quam nullam juriſdictionem obtinet ordinariam, vel etiam delegatam, ab ipsâ procurationem extorquere nititur, eam interdicere, ac ipſius Capellanos ſuſpendere & excommunicare præſumit, in ejuſdem Regis præjudicium & gravamen, propter quod ipſe ad noſtram audientiam appellavit:

Ideoque diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, partibus convocatis, audias cauſam, &, appellatione remotâ, Canonico fine decidas; faciens, quod decreveris, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. A.D. 1245. Hen. 3.

Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem, ceſſante appellatione, compellas veritati teſtimonium perhibere.

Dat. Lugdun. ſexto Kal. Aug. Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sigillo avulſo,

Bulla de pluralitate Beneficiorum.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Ex Autogr. INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, per Regnum Angliæ conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ſedes Apoſtolica illo affectu Anglicos perſequatur, ut ipſos, inter alios ejus filios, & multiplici favore proponat attollere, ac ſpecialis dono gratiæ honorare, magno deſiderio cupimus eoſdem Anglicos devotionis ſtudio inſiſtere perſeveranter, ac laudabiliter exercitio proficere bonitatis, ut accepti & digni meritò inter cæteros habeantur.

Hinc eſt quod univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attentè, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatinus veſtrarum Civitatum & Dioc. Clericos, & eos, qui aſcribi deſiderant militiæ clericali (præſertim Nobilium & Magnatum filios) attentis & ſedulis exhortationibus inducatis, ut honeſtati morum, ſcientiæ literarum, & virtutum cultui intendant ferventer; ſtudentes omni diligentiâ ſe gratos & idoneos exhibere, ac ſedis prædictæ gratiam, aliorumque benevolentiam, probitatis meritis, vendicare. A.D. 1245.

Non enim parati ſumus Clericis Regni Angliæ, bene meritis, proviſionis Eccleſiaſticæ dexteram liberaliter aperire, ac etiam cum illis, quos, velut nobiliores & probiores ampliori gratia noverimus eſſe dignos, ſuper beneficiorum pluralitate honorifice diſpenſare.

Dat. Lugdun. tertio Non. Auguſti, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sub filo canabi.

Bulla quod univerſi Eccleſiarum Patroni poſſint ad Eccleſias, in quibus habent jus patronatus, libere præſentare, abſque contradictionis obſtaculo.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Ex Autogr. INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, univerſis Eccleſiarum Patronis, per Regnum Angliæ conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Fervens Anglorum meretur devotio ut, eos Apoſtolica ſedes tanquam ſpeciales filios brachiis maternæ affectionis amplectens, & favore ipſos muniat oportuno, ac efferat gratiæ privilegio potioris.

Hinc eſt quod nos veſtris ſupplicationibus inclinati, volentes jura veſtra illæſa ſervari, univerſitati veſtræ, ut ad Eccleſiaſtica beneficia, in quibus jus patronatûs habetis, cum ea vacare contigerit, præſentare illis, ad quos eorumdem beneficiorum ſpectat collatio, perſonas idoneas, quæ velint & poſſint in eis utiliter deſervire, abſque cujuſlibet contradictionis obſtaculo libere, prout ad vos pertinet, valeatis, auctoritate præſentium indulgemus. A.D. 1245.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Lugdun. tertio Non. Auguſti, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Plumbeo ſigillo pendente a filis ſericis flavi rubeique coloris.

Bulla quod Crucesignati teneantur ad consuetudines Regni faciend.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio, illustri Regi Angliæ, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Excellentiæ tuæ, tenore præsentium, innotescat quod, licet crucesignati in subsidium Terræ sanctæ sint in multis exempti, nolumus tamen hujusmodi crucesignatos Regni tui, quoad solitas ejusdem Regni consuetudines, exemptos haberi; quin eas teneantur, sicut alii, observare.

Dat. Lugdun. tertio Non. Aug. Pontificatûs nostri anno tertio.

Plumbeo sigillo pendente a filo canabeo.

Pro Comite Bigorum, de Feodo suo.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Pat. 29. H. 3. m. 2.

REX omnibus, &c. salutem. Sciatis quod assignavimus B. de Mallak Comiti Bigorum, in locis competentibus, 250 libratas terræ, de terris quæ fuerunt W. de Percy, & sunt in custodia nostra,

Habendas & tenendas usque ad legitimam ætatem hæredis prædicti W. pro annuo feodo suo, quod idem Comes percipere consuevit ad Scaccarium nostrum, & pro terra sua quam amisit in partibus transmarinis occasione servitii nostri.

Et concessimus eidem Comiti quod, ante ætatem prædictam, assignabimus ei 250 libratas terræ, de aliis terris nostris, in Regno nostro Angliæ, quas tenebit ad totam vitam suam, nisi prius recuperare posset prædictam terram suam quam amisit in servitio nostro;

Et, si eam recuperaverit, prædictæ 250 libratæ terræ statim revertentur ad nos, & hæredes nostros quiete de prædicto Comite; ita tamen quod, singulis annis, percipiet, ad Scaccarium nostrum, feodum annuum ad valentiam centum librarum Parisiensium, quod idem Comes percipere consuevit a Rege Franciæ, & quod postea amisit pro servitio nostro.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Cestriam, vicesimo die Augusti.

Bulla de Controversiis Electionum in Scotia, ne trahantur extra Regnum Scotiæ ulterius, quam in Carleolensem vel Dunelmensem Diocæses.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Episcopus, servus servorum Dei, Universis Episcopis, ac aliis Ecclesiarum Prælatis, per Regnum Scotiæ constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum carissimum in Christo filium nostrum Regem Scotiæ illustrem, quem scimus esse devotum Ecclesiæ, inter alios orbis Reges & Principes, speciali prærogativa favoris & gratiæ persequamur, votis ejus libenter annuimus, & Celsitudini suæ in hiis, quæ dignè deposcit, nos favorabiles exhibemus.

Cùm igitur, sicut ex parte ipsius fuit propositum coram nobis, nonnullæ, occasione electionum celebratarum in Ecclesiis Regni sui, frequenter controversiæ oriantur, quas & etiam examinationes electionum ipsarum, interdum extra idem Regnum contingit a sede Apostolica delegari:

Quia, ex hoc, grave prædicto Regi, & Regno suo, ac vobis etiam præjudicium generatur, nobis humiliter supplicavit, ut providere, super hoc, sibi, ac ipsius Regni, & vestræ indempnitati paterna sollicitudine curaremus.

Ipsius itaque Regis supplicationibus benignum impertientes assensum, eidem Regi, & vobis auctoritate præsentium indulgemus, ut eædem causæ, vel aliæ, si quas in eodem Regno oriri contigerit; aut etiam examinationes prædictæ, extra idem Regnum, auctoritate sedis Apostolicæ, vel Legatorum ipsius committi non valeant,

A.D. 1245. Hen. 3.

Quas, ſi forſan ab eadem ſede, extra idem Regnum, ex legitima cauſa committi contingeret, in Civitate ac Dioc. Eboracen. minimè committantur, ſed committantur duntaxat in Karleolen. vel Dunelmen. Civitatibus, ac Diocæſibus, quæ veſtris partibus ſunt vicinæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Lugdun. tertio Id. Septembris, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Plumbeo ſigillo pendente a filis ſericis croceı rubeique coloris.

De Philippo Baſſet contra formam Bullæ non moleſtando.

A.D. 1245. An. 29. H. 3.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Londonienſi, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum dilecto filio, nobili viro, Phylippo Baſſet, Baroni Angliæ, duxerimus indulgendum, ut liceat ſibi, & uxori ſuæ, ac familiæ utriuſque, in Eccleſiis vel Capellis, ad quas eum venire contigerit, audirè divina; non obſtante, ſi eædem Eccleſiæ, vel Capellæ ſententiæ ſuppoſitæ fuerint interdicti: dummodo ipſi eidem interdicto, per ſe, cauſam non dederint, vel per ſuos,

Diſtrictius inhibentes nequis Delegatus, Subdelegatus, Executor, vel Conſervator, auctoritate ſedis Apoſtolicæ, vel Delegatorum ipſius, in ſuam, uxoris, & filiorum ſuorum perſonas, vel terram excommunicationis aut interdicti ſententiam, abſque mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, quod de inhibitione hujuſmodi expreſſam faciat mentionem, audeat promulgare,

Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinùs prædictos, contra hujuſmodi conceſſionis & inhibitionis noſtræ tenorem, non permittas ab aliquibus indebitè moleſtari;

Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

Dat. Lugdun. tertio Id. Septembris, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

De juramento fidelitatis per Archiepiſcopum Rothomagen. Regi faciendo.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Pat. 30. H. 3. m. 9. d.

EXcellentiſſimo Domino ſuo Henrico, Dei gratiâ, Regi Angliæ, &c. Odo miſeratione divina Rotomagenſis Archiepiſcopus, ſalutem in eo per quem Reges regnant.

Cum propter Concilium Domini Legati quod imminet, ac pro debilitate proprii corporis, pluribuſque cauſis aliis, quas vobis exponere poterit plenius Magiſter J. de Flaynilla, lator præſentium, ad ſerenitatis veſtræ præſentiam perſonaliter accedere non poſſumus;

Ad excellentiæ veſtræ curiam mittimus dictum Magiſtrum, ut a vobis regalia, quæ in Regno veſtro habemus, recipiat, & vobis juramentum fidelitatis faciat loco noſtri; ſuper quo, in anima noſtra, plenariam ſibi concedimus poteſtatem:

Unde veſtræ Celſitudini ſupplicamus quatenus ipſum benigne velitis admittere, & negotium pro quo mittitur expedire. Valete.

Data apud Deivill. Dominica ante Feſtum beati Michaelis, anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto.

Bulla pro Prælatis Angliæ non ſuſpendendis, per proviſionem aliam generaliter factam, a beneficiorum collatione, niſi uno tantum.

A.D. 1245. An. 29. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, per Regnum Angliæ conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Paci & tranquilitati veſtræ paterna volentes, in poſterum, ſollicitudine providere, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut, cùm in partibus veſtris ſuper proviſione ſcripſerimus alicujus, hii, quibus hujuſmodi litteræ diriguntur, earum auctoritate, niſi unum Prælatum de ipſis partibus, ſuſpendere a beneficiorum collatione non valeant, niſi litteræ ipſæ plenam fecerint de hac indulgentia mentionem.

A.D. 1245.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Lugdun. 4 Id. Octob. Pontificatûs noſtri anno tertio.

Plumbeo ſigillo pendente a filis flavi rubeique coloris.

De Commercio cum Wallenſibus interdicto.

A.D. 1245. An. 30. H. 3. Clauſ. 30. H. 3. m. 25. d.

MAndatum eſt Johanni de Grey Juſticiario Ceſtriæ, quod, per totam Ballivam ſuam, cum quanta fieri poterit feſtinatione, in ſingulis Burgis, & bonis Villis, & Hundredis publice clamari, & firmiter obſervari faciat, quod nullus de Balliva ſua, ſicut corpus ſuum diligit, aliquod genus victualium, ferrum vel acerum, vel pannum, vel quamcunque aliam mercem vendat, mittat, vel ducat, vel pro poſſe ſuo, duci, vendi vel mitti permittat, ad opus Walenſium, inimicorum Regis.

A.D. 1245.

Et ſi aliquem intercipere poſſit, qui victualia, vel alias merces quaſcumque eis vendere, vel mittere attemptaverit, contra hanc prohibitionem Regis; omnia illa, merces & victualia, in manum Regis capiat, & ad opus Regis ſalvo cuſtodiat, tanquam ea quæ Regi incurruntur;

Corpus autem ipſius vendentis, vel mittentis incontinenti capiat, & in priſona Regis ſalvo cuſtodiat, donec id Regi ſignificaverit, & aliud a Rege habuerit mandatum.

Teſte Rege apud Wigorn. decimo die Novembris.

De Treuga cum Francia facienda.

A.D. 1245. An. 30. H. 3. Pat. 30. H. 3. m. 9.

REX mittit Henricum de la Marum, & Magiſtrum Robertum Auketil ad præſentiam Regis Franciæ, pro conſummatione prorogationis treugarum inter eos facienda; ſicut per currentes Nuncios inter eos eſt prolocutum.

A.D. 1245.

Quibus Rex dedit poteſtatem ea faciendi, quæ ad prorogationem prædictorum treugarum pertinent.

Teſte Rege apud Windeſoram, quarto die Decembris.

De Feodo annuo Comiti Sabaudiæ conceſſo pro Homagio ſuo.

A.D. 1246. An. 30. H. 3. Pat. 30. H. 3. m. 8.

REX conceſſit Amadeo Comiti Sabaudiæ Marchioni in Italia, pro homagio, quod Regi fecit pro Caſtro Auyllan & Villa Secuciæ, cum Pallacio & Caſtro de Bardo, & Villa Sancti Mauritii in Chablaſio, tenendis de Rege & hæredibus ſuis ſibi & hæredibus ſuis in feodo inperpetuum, mille libras bonorum ſterlingorum de theſauro noſtro, percipiendas London ad ſcaccarium Regis de dono ſuo.

De quibus mille libris Rex ſolvit ei, præ manibus, quingentas Marcas, & ei ſolvere tenetur quingentas Marcas ad Feſtum Paſchæ, anno Regni ſui triceſimo, & reſiduas quingentarum Marcarum ad Feſtum Sancti Michaelis anno eodem, præter feodum ſuum quod percipere debet ad eundem terminum.

Teſte Rege apud Weſtm. decimo ſexto die Januarii. A.D. 1246.

Ibidem.

REX conceſſit eidem Comiti pro homagio prædicto & ſervitio, quæ ipſe & hæredes ſui Regi & hæredibus ſuis facere tenentur pro prædictis Caſtris & Villis, tenendis de Rege & hæredibus ſuis in feodo inperpetuum, ſecundum formam ſcripti quod Rex inde fecit eidem Comiti, quod ipſe & hæredes ſui percipiant a Rege & hæredibus ſuis annuum feodum 200 Marcarum bonorum ſterlingorum, ad Scaccarium London, ſingulis annis, in Feſto Sancti Michaelis; quas ipſi vel ſuo certo Nuncio dicto termino bona fide Rex ſe promittit ſoluturum.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De filia Comitis Sabaudiæ in Anglia maritanda.

A.D. 1246. An. 30. H. 3. Ibidem.

REX conceſſit eidem Comiti & bona fide promiſit quod unam filiarum filiæ ejuſdem Comitis, quam ad Regem deſtinare voluerit in Angliam, Rex maritari faciet vel Johanni de Warenna, qui, ſi vixerit, Comes erit Warennæ; vel Edmundo de Lacy, qui, ſi vixerit, Comes erit Lincolniæ: Qui quidem pueri ſunt in cuſtodia Regis, & maritagium eorum ad Regem pertinet. A.D. 1246.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Pro Haraldo Rege Manniæ.

A.D. 1246. An. 30. H. 3. Ibidem. m. 5.

H. Rex Manniæ habet litteras de conductu in veniendo ad Regem in Angliam, ibidem morando, & inde redeundo; & durent litteræ ad Pentecoſtem, anno, &c. triceſimo. A.D. 1246.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, nono die Januarii.

Bulla Innocentii Papæ Quarti directa Regi Angliæ, rogando quod moleſte non ferat exactionem viceſimæ de redditibus Eccleſiaſticis in Anglia in ſubſidium Terræ ſanctæ, & ſignificando quod moderate ſe habebit ſuper proviſionibus faciendis in Anglia.

A.D. 1246. An. 30. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Anglorum illuſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Perſonam tuam ea cordis affectione diligimus, ut quæ tibi placita eſſe noſcuntur, A.D. 1246.

A.D. 1246. Hen. 3.

cuntur, quantum cum Deo, & Eccleſiæ Romanæ honore valemus, gratanter efficere cupiamus.

Sane Nunciorum tuorum, quos nuper ad ſedem Apoſtolicam deſtinaſti, ex parte tua nobis oblata petitio continebat, ut ab exactione viceſimæ, pro Terræ ſanctæ ſubſidio, per Nuncios noſtros de redditibus Eccleſiaſticis, in Regno Angliæ, poſtulatæ, ac etiam a proviſionibus Clericorum faciendis ibidem deſiſtere curaremus.

Cæterum cum olim, diligenti deliberatione præhabita, ſtatutum fuerit in Concilio Lugdunenſi ut, pro ſubventione terræ prædictæ, quæ gravius ſolito magnis neceſſitatibus perurgetur, ubique terrarum populi chriſtiani hujuſmodi viceſima tribuatur, Celſitudinem Regiam rogamus, & hortamur attente quatenus manſuetudo tua moleſte non ferat, ſi viceſimam ipſam a Regni tui, ſicut ab aliarum Provinciarum viris Eccleſiaſticis poſtulamus; maxime cum non ſolum ipſi, ſet etiam univerſi, qui chriſtiana profeſſione cenſentur eidem terræ, in tantæ ſubvenire neceſſitatis articulo teneantur: Nec in dubium revocetur quòd, per ipſius terræ ſubſidium, qua catholica fides & tota chriſtianitas honoratur, multarum ſalus provenit animarum.

Ad hæc, licet hiis, qui Apoſtolicæ ſedi, tempore ſuæ adverſitatis inſtantis, adhæſerunt fideliter & adhærent, ac aliis qui ejus obſequiis inceſſanter inſiſtunt, non indigne cogamur proviſionis gratiam impertiri, tuæ tamen devotionis intuitu, ſuper proviſionibus noſtris in Regno Angliæ ſupradicto, ita nos curabimus moderari, quod tua ſinceritas, cui proponimus complacere, merito poterit contentari.

Dat. Lugdun. ſecundo Id. Junii, Pontificatûs noſtri anno quarto.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

A.D. 1246. Hen. 3.

De Legibus Anglicanis in Hibernia tenendis.

A.D 1246. *An.* 30. *H.* 3. *Pat.* 30. *H.* 3. *m.* 1.

Quia, pro communi utilitate terræ Hiberniæ, & unitate terrarum Regis Rex vult, & de communi Concilio Regis, proviſum eſt, quod omnes leges & conſuetudines quæ in Regno Angliæ tenentur, in Hibernia teneantur, & eadem terra eiſdem legibus ſubjaceat, & per eaſdem regatur, ſicut Dominus Johannes Rex, cum ultimo eſſet in Hibernia, ſtatuit & fieri mandavit.

Quia etiam Rex vult quod omnia brevia de communi jure, quæ currunt in Anglia, ſimiliter currant in Hibernia ſub novo ſigillo Regis;

Mandatum eſt Archiepiſcopis, &c. quod, pro pace & tranquillitate ejuſdem terræ, per eaſdem leges eos regi & deduci permittant, & eas in omnibus ſequantur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wudeſtok, nono die Septembris.

A.D. 1246.

Bulla de annuo cenſu perſolvendo.

A.D. 1246. *An.* 30. *H.* 3. *Ex Orig.*

Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio, Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Excellentiam tuam affectione paternâ rogamus, quatinus mille marcas ſterlingorum, quas pro anno præſenti Eccleſiæ Romanæ, nomine cenſûs, debes, dilecto filio Theſaurario domûs Militiæ Templi Londonien. ſolitæ devotionis affectu, facias aſſignari.

Dat. Lugdun. ſecundo Non. Octobris, Pontificatûs noſtri anno quarto.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

A.D. 1246.

Conventio facta inter Henricum Regem, & Owenum & Lewelinum filios Griffini.

A.D. 1247. An. 31. H. 3. Lib. A. fol. 407. a. penes Camerar. Scaccar.

AD roborandam concordiam & pacem perpetuam inter Dominum Henricum filium Regis Johannis, illuſtrem Regem Angliæ, & Owynum & Lewelinum, filios Griffini, & hæredes eorum, facta eſt conventio iſta inter eoſdem Dominum Regem, & Owinum & Lewelinum, videlicet,

Quod idem Dominus Rex, motus pietatis affectu, remiſit, ex toto, eiſdem Owyno & Lewelino totam guerram, & omnia mala quæ adverſus eum inſipienter moverant, uſque ad Dominicam proximam ante Feſtum Inventionis ſanctæ Crucis, & eos admiſit in plenam gratiam ſuam, & homagium eorum recepit: Et ſimiliter facient hæredes ipſorum Owini & Lewelini homagia eidem Domino Regi, & hæredibus ſuis.

2. Conceſſerunt, & quietum clamaverunt inperpetuum, eidem Domino Regi & hæredibus ſuis quatuor Cantredos, ſcilicet Ros, Rowennok, Defrencluc. & Anglefeld, cum omnibus pertinentiis eorum, & tota Rivera de Cuneway ſine ullo retenemento: Qui quidem Cantredi vocantur in lingua Wallenſica Pernechelad; de quibus etiam Cantredis idem Dominus Rex & hæredes ſui proficuum ſuum facient ſecundum quod ſibi viderint expedire.

3. Et totam terram de Monte Alto cum pertinentiis ſuis, ſine ullo retenemento; ita quod nec ipſi Owynus & Lewelinus, nec eorum hæredes aliquid jus vel clamium habebunt, vel habere poterunt in ipſis Cantredis, aut terra de Monte Alto, vel eorum pertinentiis,

4. Præfatus autem Dominus Rex, pro ſe, & hæredibus ſuis, conceſſit dictis Owino & Lewelino, & eorum hæredibus, reſiduum totius Norwalliæ, ſicut ſe extendit,

Habendum & tenendum eiſdem Owyno & Lewelino, & eorum hæredibus de eodem Domino Rege & hæredibus ſuis in perpetuum,

Faciendo iidem Owynus & Lewelinus, & eorum hæredes eidem Domino Regi, & hæredibus ſuis, ad mandatum ſuum, ſervitium mille peditum ſtrenuorum, & viginti quatuor equitum bene armatorum, cum altero eorumdem Owyni & Lewelini, vel hæredibus eorum, qui pro tempore fuerint, propriis ſumptibus in Wallia, vel in Marchia Walliæ, quamdiu idem Dominus Rex, vel hæredes ſui, aut aliquis ex parte ipſorum, fuerit in Wallia, vel in Marchia Walliæ, in expeditione.

Et quingentorum peditum ſtrenuorum & decenter armatorum in Angliâ, ad cuſtum ipſius Domini Regis, vel hæredum ſuorum, cum altero eorumdem Owini & Lewelini, vel eorum hæredibus, qui pro tempore fuerint, ſicut prædictum eſt, quamdiu idem Dominus Rex, vel hæredes ſui, aut ille qui fuerit ex parte eorum, ſervitio ipſorum opus habuerit.

5. Præterea conceſſerunt & obligaverunt ſe prædicti Owinus & Lewelinus, pro ſe, & hæredibus ſuis, inperpetuum quod, ſi aliquis Wallenſis, vel alius, qui fuerit ex parte dicti Domini Regis, vel hæredum ſuorum, eoſdem Owinum & Lewelinum, vel eorum hæredes ſuper terris Norwalliæ, aut aliqua certa parte ipſarum, vel ſuper aliis implacitare voluerint;

Venient ad mandatum ipſius Domini Regis, & hæredum ſuorum, aut Ballivi ſui, qui pro tempore fuerint, certo die & loco, quos aſſignare voluerit in Marchia, vel in Wallia, reſponſuri ſuper hiis, & juri parituri, ac ſecundum leges & conſuetudines Walliæ juſtitiam recepturi.

6. Simili etiam modo fiet de prædictis Owyno & Lewelino, vel eorum hæredibus, ſi contra Wallenſes ipſius Domini Regis, vel hæredum ſuorum, ſuper aliquibus terris Walliæ, aut ſuper aliis moverint quæſtionem.

7. Omnes vero & ſinguli Wallenſes, tàm præfati Domini Regis, quàm dictorum Owini & Lewelini, recuperabunt omnes terras, quas habuerunt, vel de jure habere debuerint, tàm in prædictis Cantredis, quàm in Norwallia:

Et tenebunt eas adeo liberè ſicut ipſas umquam tenuerint;

Faciendo inde Dominis feodorum ſervitia debita & conſueta.

8. Per hanc autem conventionem homagia & ſervitia omnium Baronum & Nobilium Walliæ præfato Domino Regi & hæredibus ſuis inperpetuum remanebunt.

9. Si vero ſæpedicti Owinus & Lewelinus, aut eorum hæredes venerint contra præmiſſa;

præmiſſa;

A.D. 1247. Hen. 3.

præmiſſa; vel eidem Domino Regi, aut hæredibus ſuis, ſive etiam alicui ex ſuis guerram moverint; vel aliquem contra ipſum Dominum Regem, vel hæredes ſuos, aut homines, ad dampnum eorum, receptaverint, cadent ipſi Owynus & Lewelinus, & eorum hæredes a jure omnium terrarum ſuarum, ubicunque fuerint: Ita quod nec ipſi, nec eorum hæredes, neque aliquis pro eis, aliquod jus vel clamium habebunt, aut vindicare poterunt in ipſis terris; ſet prædictis Domino Regi & hæredibus ſuis, abſque omni calumpnia, remaneant inperpetuum, & eis incurrantur.

A.D. 1247. Hen. 3.

10. Ut autem omnia præmiſſa fideliter & irrefragabiliter impoſterum obſerventur, parti hujus ſcripti, in modum Cyrographi confecti, quæ penes præfatum Dominum Regem reſidet, ſigilla prædictorum Owini & Lewelini ſunt appenſa: Et alteri parti, quæ penes ipſos Owynum & Lewelinum remaneat, idem Dominus Rex ſigillum ſuum fecit apponi.

Actum apud Wodeſtoke, pridie Kalend. Maii, anno gratiæ milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo, & Regni prædicti Domini Regis triceſimo primo.

Bulla de annuo cenſu 1000 *Marcar. ſolvendo.*

A.D. 1247. *An.* 31. *H.* 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio, Regi Anglorum illuſtri, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Celſitudinem tuam affectione paternâ rogamus & hortamur attentè, quatinus mille Marcas ſterlingorum, in quibus Eccleſiæ Romanæ, nomine cenſus, pro inſtanti anno teneris, dilecto filio Theſaurario domûs Militiæ Templi Londonien. ad opus noſtrum & ipſius Eccleſiæ, ſolitæ devotionis affectu, facias aſſignari.

A.D. 1247.

Dat. Lugdun. ſexto Kalend. Septembris, Pontificatûs noſtri anno quinto.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Bulla de non reſidendo pro Clericis familiaribus Regis.

A.D. 1247. *An.* 31. *H.* 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri E. Epiſcopo Lincolnienſi, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Indultum a nobis eſſe dicitur, ut quidam Clerici familiares cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ, in ſuis reſidere non teneantur Eccleſiis, quamdiù ejuſdem Regis obſequiis immorantur.

Tibi etiam indulſiſſe proponimur, ut omnes Clericos tuæ Diocæſis curam animarum habentes, cujuſcumque conditionis exiſtant, tàm auctoritate noſtrâ, quàm tuâ cogere poſſis ad perſonalem reſidentiam in ſuis Eccleſiis faciendam, non obſtantibus aliquibus litteris, vel indulgentiis a ſede Apoſtolicâ impetratis.

A.D. 1247.

Cùm autem indulgentiam prædictis Clericis, obtentu ejuſdem Regis, conceſſam in ſuo robore manere velimus, ut & ſibi honor proveniat, & tibi etiam pax & tranquilitas procuretur, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinùs, prætextu ipſius indulgentiæ tibi conceſſæ, contra præfatos Clericos dicti Regis in aliquo non procedas, ſed eos potiùs permittas commodum de gratiâ noſtrâ conſequi; ut circa perſonam tuam benevolentia Regia de bono poſſit in melius adaugeri.

Dat. Lugdun. quarto Id. Octobris, Pontificatûs noſtri anno quinto.

De Annuitate Thomæ de Sabaudia per Comitiſſam Flandriæ ſolvenda.

A.D. 1248. *An.* 32. *H.* 3. *Pat.* 32. *H.* 3. *m.* 9.

REX Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis, & fidelibus ſuis in Anglia, ſalutem.

A.D. 1248.

Intelleximus nuper quod nobilis mulier Johanna, quondam Comitiſſa Flandriæ, quam Thomas de Sabaudia duxerat in uxorem, de conſenſu & voluntate Margaretæ Dominæ de Domperr. hæredis ipſius Johannæ, nunc Comitiſſæ Flandriæ,

A.D. 1248. Hen. 3.

Flandriæ, dedit & conceſſit eidem Thomæ ſex millia librarum Arteſienſium, annuatim percipiendarum in Flandriâ quoad vixerit; ad hoc ſucceſſores ſuos obligans, prout in ſcripto, ſuper hoc confecto, & ſigillis ipſorum Margaretæ & Johannæ ſignato, plenius continetur.

Et ideo vobis mandamus quod, ſi prædicta Margareta, Comitiſſa Flandriæ, vel ſucceſſores ſui, in ſolutione prædicta defecerint, quotienſcumque, a Feſto Sancti Michaelis proximo futuro in antea, ab eodem Thoma, vel certo Nuncio ſuo fueritis requiſiti, homines & mercandiſas Flandriæ, ubicumque inventi fuerint, in Ballivis veſtris, firmiter areſtetis, donec præfato Thomæ, tàm ſuper prædicta pecunia, quàm ſuper dampnis, quæ occaſione non factæ ſolutionis incurrerit, ſit plenarie ſatisfactum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, primo die Februarii.

De Homagio Comitiſſæ Flandriæ recipiendo.

A.D. 1248. An. 32. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Volentes gratiam facere dignis, cum ratio id permittat, inſtanti Thomæ de Sabaudia Comiti, præſentium tenore, concedimus ut ipſe, quamquam non ſit uſitatum in Regno noſtro, recipere, nomine noſtro, ad præſens poſſit homagium nobilis mulieris Margaretæ Comitiſſæ Flandriæ de feodo, quod ipſa dicit, ſe debere percipere ad Scaccarium Regis;

Ita tamen quod hæc noſtra conceſſio non trahatur aliàs in exemplum; nec per ipſam nobis aut hæredibus noſtris aliquod præjudicium generetur.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 15 die Februarii.

Pro Thoma de Sabaudia.

A.D. 1248. An. 32. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis nos conceſſiſſe dilecto avunculo noſtro Thomæ de Sabaudia Comiti quod, quamcito facultas ſe optulerit, providebimus ei in terris ad valentiam quingentarum Marcarum, quas percipit per annum ad Scaccarium noſtrum.

Salvâ tamen Ricardo Comiti Cornubiæ conventione inter nos & eum facta de wardis & Eſcaetis, donec prædicta Conventio eidem fratri noſtro perficiatur.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Pro eodem.

A.D. 1248. An. 32. H. 3. Ibidem. m. 8.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus dilecto & fideli noſtro Thomæ de Sabaudia Comiti quod, de ſeptingentis Marcis, quas Hugo le Bigod nobis reddit per annum ad Scaccarium noſtrum, ſolvantur ſingulis annis eidem Comiti quingentæ Marcæ, & deponantur apud Novum Templum London, ad opus ejuſdem Comitis, pro annuo feodo ſuo quingentarum Marcarum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 20 die Februarii.

Pro Amadeo Comite Sabaudiæ.

A.D. 1248. An. 32. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus dilecto avunculo & fideli noſtro A. Comiti Sabaudiæ quod, de ſeptingentis Marcis quas Hugo le Bigod ſolvit nobis per annum ad Scaccarium noſtrum, ſolvantur ſingulis annis eidem Comiti 200 Marcæ, & deponantur apud Novum Templum London. ad opus ejuſdem Comitis pro annuo feodo ſuo 200 Marcarum.

Teſte Rege ut ſupra.

Bulla pro Willielmo de Valentia de libera confeſſione.

A.D. 1248.
An. 32. H. 3.
Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Nobili viro Willielmo de Valentia, nato dilecti filii Nobilis viri Comitis Marchiæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Perſonam tuam ſincera diligentes in Domino caritate, libenter petitionibus tuis benignum accommodamus auditum, eas præcipuè ad exauditionis gratiam admittendo, quæ ſalutem animæ ſpecialiter reſpicere dinoſcuntur.

A.D. 1248.

Hinc eſt quod nos, tuis ſupplicationibus inclinati, tibi confitendi peccata tua alicui ſacerdoti diſcreto, & recipiendi ex eo pœnitentiam ſalutarem, concedimus liberam, auctoritate præſentium, facultatem.

Dat. Lugdun. decimo tertio Kalend. Auguſti, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

De forma Compromiſſionis per Theobaldum Regem Navarræ ex una; & Simonem de Monte Forti pro Rege Angliæ ex altera parte.

A.D. 1249.
An. 32. H. 3.
Pat. 33. H. 3. m. 9.

HEnricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem in omnium ſalvatore.

Noverit univerſitas veſtra nos diligenter intellexiſſe formam compromiſſionis inter cariſſimum conſanguineum noſtrum Theobaldum, Dei gratia, Regem Navarræ illuſtrem, Campaniæ & Briæ Comitem Palatinum ex una parte; & dilectum ſororium noſtrum Simonem de Monte-forti, Comitem Leiceſtriæ ex altera initæ in hunc modum, videlicet;

Quod idem Rex perſonaliter pro ſe, & dictus Comes pro nobis compromiſerunt in quoſdam bonos viros, quorum ſtaremus & pareremus, hinc inde, per omnia arbitrio ſive dicto, ſuper omnibus controverſiis, diſcordiis, & quæſtionibus, quæ a tempore quo dictus Theobaldus effectus eſt Rex Navarræ ortæ ſeu motæ fuerant, vel poterant moveri inter ipſum Regem & homines ſuos, noſque ac homines noſtros, ſeu ipſorum quoſlibet vice verſa; tàm ſuper mobilibus, quàm immobilibus, necnon hæreditatibus, & occiſionibus.

E quibus ſcilicet bonis viris poſiti fuerunt & nominati pro parte noſtra venerabilis pater Raimundus Vaſatenſis Epiſcopus, & Willielmus Prior de Manſo; pro parte vero memorati Regis Sanch. Ferr. Seneſcallus ſuus Navarræ, & fidelis ejus Leolinus de Metzanner Miles.

A.D. 1249.

Et hoc, ſub tali pactione, quod iſti quatuor, tactis ſacroſanctis jurabunt quod ipſi bona fide & ſana conſcientia conſervabunt jus dicti Regis, & noſtrum in articulis ſupradictis; & reddent unicuique noſtrum jus ſuum in omnibus, ſecundum quod invenient ad ipſum ſpectare, vel debere ſpectare de jure.

Quod, ſi in aliquo diſcordaverint, debent diſcordium illud deferre coram Rege, & Comite prænotatis, ad faciendum ſeu diſponendum inde quod de jure viderint expedire.

Sane, ſi contingeret aliquem ex duobus, qui pro prædicto Rege nominati fuerant in hoc facto, carnis perſolvere debitum univerſæ, præfatus Rex Hugonem de Cornilon. Militem loco decedentis decrevit, quoad hoc, ſubrogandum.

Eodem modo etiam ſi alicui ex duobus, pro parte noſtra electis, humanitus contingeret, ſupradictus Comes duxit P. Caillan Civem Burdegaliæ loco ipſius, qui ſuperſtes non eſſet, conſtituendum.

Iſti quoque quatuor debent dictum ſuum pronunciare infra Feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ, venturum anno gratiæ milleſimo ducenteſimo quadrageſimo nono; quod, ſi infra terminum eundem non pronunciaverint dictum ſuum, compromiſſio hujuſmodi nulla erit, niſi quatenus proceſſum fuerit in eadem.

A.D. 1249. Hen. 3. Si vero nos compromiſſionem ipſam tenere & obſervare nollemus, quicquid prædicti quatuor dictatores reddi feciſſent, tàm de mobilibus, quàm de hæreditatibus, totum rehabetur, & reportaretur hinc inde, & unicuique partium id quod ſuum erat reſtitueretur.

Nos autem de fidelitate prælibati ſororii noſtri, cui terram noſtram Waſconiæ commiſimus, plenam in Domino fiduciam optinentes, compromiſſionem præmiſſam ratam & gratam habentes, eandem prout per ipſum & cum ipſo facta eſt acceptamus, & etiam approbamus;

Ita quod dilectus & fidelis noſter Nicholaus de Molis prænominatis Epiſcopo Vaſaten. & Willielmo Priori de Manſo dictatoribus pro parte noſtra electis, adjungatur, & per ipſum, unà cum cæteris dictatoribus, in compromiſſionis negotio, ſine difficultate aliqua, procedatur juxta formam ſuperius annotatam. A.D. 1249. Hen. 3.

Volentes inſuper quod, ſi aliquem ex dictatoribus noſtris decedere contigerit, vel abeſſe, ſæpedictus Comes libere poſſit loco decedentis vel abſentis alium ſubrogare.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Clarendon, ſexto die Februarii.

De forma procurationis Simonis de Monte-forti ad Regem Navarræ.

A.D. 1249. An. 33. H. 3. Pat. 33. H. 3. m. 8. REX univerſis, &c. ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod nos, de dilectione & fidelitate dilecti ſororii noſtri, Simonis de Monte-forti, Comitis Leyceſtriæ, cui terram noſtram Waſconiæ commiſimus, plenam in Domino fiduciam reportantes, plenariam ac liberam ſibi damus & concedimus poteſtatem pacificandi, ſeu componendi, pro nobis, cum kariſſimo conſanguineo noſtro Theobaldo Rege Navarræ illuſtri, Campaniæ & Bryæ Comite Palatino,

Super omnibus contentionibus, diſcordiis, & quæſtionibus, quæ tàm ſuper terris & hæreditatibus, quam ſuper quibuſlibet aliis, ortæ ſeu motæ fuerunt, vel moveri poterunt, inter ipſum & homines ſuos ex parte una; noſque & homines noſtros ex parte altera, a tempore quo fælicis recordationis Rex Ricardus coronatus fuit in Regem, vel quo Comes extitit Pictavenſis, & terram Waſconiæ habuit, uſque ad hoc præſens; A.D. 1249.

Ratum habituri & firmum quicquid per dictum ſororium noſtrum, vel cum ipſo ſuper hiis factum vel tractatum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Clarendon. ſeptimo die Februarii.

Pro Roberto de Ver.

A.D. 1249. An. 33. H. 3. Pat. 33. H. 3. m. 6. ROBertus de Ver, qui, de licentia Regis, peregrè profectus eſt in terram Jeruſalem, habet litteras Regis de protectione patentes ſine clauſula, duraturas per Triennium. A.D. 1249.

Teſte Rege apud Weſtmonaſt. 27. die Junii.

Pro Willielmo Lungeſpere.

A.D. 1249. An. 33. H. 3. Ibidem. WIllielmus Lungeſpere, qui, de licentia Regis, profectus eſt in terram Jeruſalem, habet litteras Regis de protectione patentes cum clauſulis, duraturas uſque ad reditum præfati Willielmi a terra memorata. A.D. 1249.

Teſte ut ſupra.

De Treuga cum Franciâ juranda.

A.D 1249. An. 33. H. 3. Pat. 33. H. 3. m. 2. A.D. 1249.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod, ſi contingat Treugam inter Ludovicum illuſtrem Regem Franciæ, & nos, deficientem in feſto Omnium Sanctorum, A.D. 1249. per Nuncios noſtros prorogari uſque ad feſtum S. Joh. Bapt. A.D. 1250.

Dedimus dilecto & fideli noſtro Galfrido de Grandi Monte poteſtatem jurandi in animam noſtram, quod ipſam in forma, qua prius capti fuit inter nos, & præfatum Regem, uſque ad prædictum feſtum Omnium Sanctorum obſervabimus, & pro parte noſtra faciemus firmiter obſervari uſque ad feſtum Sancti Johannis prædictum. In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windeſor. 2. die Octobris.

De Treuga cum Francia prorogauda.

A.D. 1249. An. 33. H. 3. Ibidem. A.D. 1249.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis nos dediſſe dilecto & fideli noſtro Petro de Sabaudia plenam poteſtatem quod treugam, inter Ludovicum illuſtrem Regem Franciæ, & nos, deficientem in hoc feſto Omnium Sanctorum, anno Gratiæ 1249. prorogare poſſit, ex parte noſtrâ, uſque ad feſtum Nativitatis beati Johannis Baptiſtæ, anno gratiæ 1250. ſub eadem forma, & eiſdem conditionibus & obligationibus, quibus dudum capta fuit inter prædictum Regem & nos, uſque ad præfatum feſtum Omnium Sanctorum.

Dedimus etiam eidem Petro poteſtatem jurandi in animam noſtram quod eandem treugam, ſub forma, conditionibus, & obligationibus memoratis, obſervabimus, & pro parte noſtra faciemus firmiter obſervari.

Et quod idem Petrus ex parte noſtra recipere valeat Sacramentum prædicti Regis, vel illius qui ab eo, cui cuſtodiam ſeu regimen Regni ſui, quamdiu eſt in partibus tranſmarinis, commiſerit, habeat poteſtatem jurandi in animam ipſius de prædicta treuga, ſicut prædictum eſt, inviolabiliter obſervandâ.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Conſimiles litteras habent P. Hereford Epiſcopus, & P. Chaceport, ſub alternatione, cum hac clauſula.

Et quod dilectos fratres noſtros Willielmum de Valentia & Ademer de Leſignem, cum omnibus bonis & rebus ſuis, ponere poſſit, vel poſſint in præfatam treugam, ſi prædicto Regi, vel Cuſtodi ſuo præfato placuerit; ita quod ſalvò & ſine impedimento ire poſſint in Franciam, & redire in Angliam.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Bulla Innocentii Papæ ſuper approbatione Matrimonii, contracti inter Regem Angliæ & Filiam Comitis Provinciæ.

A.D. 1249. An. 34. H. 3. Ex Autogr. A.D. 1249.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Eboracenſi & Herefordenſi Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Angliæ Regis illuſtris, nobis extitit ſupplicatum, ut, cum ipſe olim juraverit quòd cariſſimam in Chriſto filiam noſtram Johannam, Reginam Caſtellæ illuſtrem, natam nobilis viri Comitis Pontin. tunc ſolutam, duceret in uxorem; &, per interpoſitas perſonas cum ipſâ, quantum in eo fuit, Matrimonium duxerit contrahendum;

Ac tandem, comperto quod illam quarta conſanguinitatis linea contingebat, Matrimonio hujuſmodi minime conſummato, cariſſimam in Chriſto Filiam noſtram illuſtrem Reginam Angliæ, natam claræ memoriæ Comitis Provinciæ, ſibi in facie Eccleſiæ matrimonaliter copularit,

Providere honori ſuo & filiorum ſuorum in hac parte, ne propter hoc aliqua imponi eis in poſterum nota poſſit, paterna ſollicitudine curaremus.

Ideoque

A.D. 1249. Hen. 3. Ideoque fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus, inquiſitâ ſuper hoc diligentiùs veritate, ſi vobis conſtiterit ita eſſe, primum Matrimonium & juramentum, quod de contrahendo ipſe primo præſtiterat, non tenere; ac valere ſecundum auctoritate apoſtolica decernatis.

Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo. A.D. 1249. Hen. 3.

Quod, ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrûm ea nichilominus exequatur.

Dat. Lugdun. 6. Kal. Novembr. Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

Plumbeo Sigil. penden. a Filo canabeo.

Littera Comiti Lyceſtriæ; quod Vicecomes de Frunziaco de ſeditione appellatur per Amalvinum de Varetto.

A.D. 1249. An. 34. H. 3. Clauſ. 34. H. 3. m. 20. d. REX dilecto & fideli ſuo Simoni de Monte forti, Comiti Leiceſtriæ, Seneſcallo ſuo Waſconiæ, ſalutem.

Grates vobis referimus copioſas de ſolicitudine, necnon & laboribus immenſis, negotiis noſtris terræ noſtræ Waſconiæ vigilanter, a virilitate veſtra multotiens impenſis; ſentientes evidenter quod fides & diligentia veſtra nobis, & terræ noſtræ Waſconiæ cedunt ad commodum non mediocre, totique poſteritati noſtræ perpetuis temporibus utilitatem & honoris incrementum ſunt allaturæ:

Pro quo prudentiam veſtram, de qua, ſicut de nobis ipſis, fiduciam habemus, rogamus & exhortamur quatinus a cœptis bonis non deſiſtatis; ſet omnia negotia noſtra prædictæ terræ, ſecundum poſſibilitatem veſtram, fine felici concludatis: Ut tàm a nobis, quàm ab hæredibus noſtris dignam recipiatis, cum omni honore, remunerationem.

Verum ut diſcretionem veſtram ſuper quibuſdam, terram noſtram Waſconiæ tangentibus, reddamus certiorem, præſentibus vobis duximus intimandum quod, dilectus & fidelis noſter, Amalvinus de Vareis nuper venit ad nos in Angliam, &, in plena Curia noſtra, appellavit Vicecomitem de Frunziaco de ſeditione noſtra.

Offerens ſe probaturum, ſecundum judicium ejuſdem Curiæ, quod interfuit corporaliter, ubi prædictus Vicecomes conventionavit Comiti Pictaviæ quod ei, qui de capitalibus inimicis noſtris eſt, terram noſtram Waſconiæ proderet.

Quibus auditis conſideravit Curia noſtra quod prædictus Vicecomes ſummoniretur quod, in Craſtino Purificationis beatæ Mariæ, coram nobis in Anglia, juſtitiam recepturus & facturus, compareat.

Et ideo vobis mandamus quatinus prædictum Vicecomitem ſolempniter ſummoneri faciatis, quod tunc ſit coram nobis, in Curia noſtra, prædicto Amalvino, de prædicta ſeditione, reſponſurus, & juſtitiam facturus & recepturus, ut prædictum eſt. A.D. 1249.

Plerumque ſuper Eſcambio de Burgo ſupra mare, & de Frunziaco, quod nobis retulit ex parte veſtra, dilectus & fidelis noſter, Willielmus de Chaeny, vobis duximus reſpondendum, quod eſcambium illud ordinandum & faciendum relinquimus prudentiæ, fidei, & diſcretioni veſtræ;

Rogantes attente quatenus ea, quæ videritis in hac parte noſtro commodo convenire, maturetis diligenter & curioſe: Quia quicquid inde facere duxeritis, nos gratanter acceptabimus, & nos inde ſub feſtinatione certificaretis.

Inſuper ſciatis quod Gaillard de Solariis, & Willielmus Ernald. Muneder, & quidam de complicibus ſuis & fautoribus, qui, ut dicitur, intererant vi & armis conflictui, habito vobiſcum in Civitate noſtra Burdegaliæ, ubi quidam Miles, & ſignifer veſter interfecti fuerunt, in contemptum & opprobrium noſtrum; & qui poſtea fuerunt in Caſtro de Frunziaco contra nos & vos, (quorum etiam auxilio tardius fuit Caſtrum prædictum redditum) venerunt ad nos in Angliam; quos ſtatim areſtari fecimus & detineri.

Et, cum capti eſſent, optulerunt nobis quod, ſuper eiſdem tranſgreſſionibus, ſtabunt judicio Curiæ noſtræ, & recipient quicquid inde Curia noſtra dictabit: Et, ſuper hoc, dederunt nobis obſides, ſcilicet, unum filiorum Ruſtani de Solar, & prædictum Willielmum Ernald Moneder.

Super quo conſideravit Curia noſtra quod prædicti tranſgreſſores ſtent judicio Curiæ noſtræ Vaſconiæ, ubi prædicta fue-

A.D. 1249. Hen. 3. runt perpetrata, quo melius poſſint eorum facta probari, ſecundum quæ ſuſcipiant quod meruerunt.

Et ideo vobis mandamus quod, accepta ſecuritate de prædictis quod coram vobis in Curia noſtra Waſconiæ parebunt juſtitiæ de prædictis, id nobis ſignificetis, & nos tunc prædictos obſides ad vos remittemus, una cum aliis juſtitiam recepturos.

Et, ſi qui de eorum complicibus & fautoribus adhuc ad nos venerint, eos areſtari faciemus, donec ſimiles nobis dederint obſides de parendo juſtitiæ Curiæ noſtræ.

Super quo vos duximus attente monendos, quatinus non ſitis in hiis exequendis adeo tepidi vel remiſſi, quod per facilitatem veniæ iterum ſumatur a ſimilibus incentivum delinquendi; nec adeo crudeles, quod ultra merita procedatur ad pœnas; ſet per tramitem juſtitiæ linealiter procedatis, prout conſtantis & juſti Judicis requirit ſolicitudo, & inde debeatis diebus perpetuis commendari.

Et, quia, pendente judicio, per ſecuritatem prædictorum obſidum, eis conceſſimus conductum noſtrum, vobis mandamus quod non exhibeatis vos eis ſuſpectos, ne dici poſſit quod a ſuſpecto Judice judicentur.

Teſte Rege apud Clarendon, 30 die Novembris, anno, &c. 34.

Indulgentia Innocentii quarti contra Proviſiones.

A.D. 1249. An. 34. H. 3. Ex Autogr. INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii ſanctæ Crucis de Waltham, Ordinis Sancti Auguſtini, Londonien. Dioc. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Procedit ex devotionis veſtræ meritis ut, quam dignè poſſumus, vobis libenter gratiam faciamus.

Hinc eſt quòd nos, veſtris ſupplicationibus inclinati, auctoritate vobis præſentium indulgemus ut, ad receptionem, ſeu proviſionem alicujus in penſionibus, ſeu beneficiis Eccleſiaſticis, per litteras Apoſtolicas compelli minimè valeatis, quæ de hac indulgentiâ non fecerint mentionem.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Lugdun. 15 Kal. Januarii, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

Bulla de annuo Cenſu perſolvendo.

A.D. 1249. An. 34. H. 3. Ex Autogr. INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Serenitati Regiæ præſentibus innoteſcat quòd dilecti filii, Jacobus de Scala, Arengus Abadengi, Hugo Ruſticelli, Jacobus Giberti, & Baldenoctus Petri, mercatores Florentini,

Pro Mannecto Spinæ, Gerardo Riccobaldi, Uguitione Simonetti, Agutio Giberti, & Clariſſimo Jacobi, mercatoribus Florentin. in Angliâ commorantibus, ſociis eorundem, quingentas marchas ſterling. de mille march. quas, anno proximo præterito Eccleſiæ Romanæ pro cenſu ſolvere tenebaris, Cameræ noſtræ tuo nomine perſolverunt.

Dat. Lugdun. 7. Id. Decembr. Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

De Terra Agenenſi petenda.

A.D. 1249. An. 34. H. 3. Pat. 34 H. 3. m. 9. REX Simoni de Monte-forti, Comiti Leiceſtriæ, ſalutem.

Sciatis quod, per has litteras noſtras Patentes, plenam vobis concedimus poteſtatem petendi ab Executoribus Teſtamenti Nobilis viri quondam Comitis Tholoſani, Terram Agenenſem, quæ ad nos pleno jure noſcitur pertinere.

A.D. 1249. Hen. 3.

Et ideo vobis mandamus quod ab eiſdem Executoribus prædictam terram Agennenſem, ſicut vobis videritis expedire, petere ſatagatis.

Ex habundanti tamen litteras noſtras Patentes alias eiſdem Executoribus, pro eadem terra petenda, ſpecialiter dirigimus; ſicut nobis per litteras veſtras conſuluiſtis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Clarendon, 13 die Decembris.

A.D. 1249. Hen. 3.

Pro Rege Manniæ.

A.D. 1249. An. 34. H. 3. Pat. 34. H. 3. m. 9.

REX omnibus, ſalutem.

Sciatis quod licentiam dedimus dilecto & fideli noſtro Araldo, illuſtri Regi de Mannia, veniendi ad nos in Angliam, ad loquendum nobiſcum, & faciendum nobis quod facere debet.

Et ideo vobis mandamus quod ei Regi, in veniendo ad Nos in Angliam, vel ibi morando, vel inde redeundo, nullum faciatis, aut fieri permittatis dampnum, injuriam, moleſtiam, aut gravamen; vel etiam hominibus ſuis, quos ſecum ducet.

Et, ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, faciatis emendari.

In cujus, &c. duraturas uſque ad feſtum Sancti Michaelis, anno Regni noſtri 34.

Teſte Rege apud Winton. 28 die Decembris.

A.D. 1249.

De Pace & Treugis cum Francia.

A.D. 1250. An. 34. H. 3. Bil. m. 6. Reddita fuerunt brevia illa & cancellata.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod venerabili patri Philippo Lugdunenſi electo, & dilectis & fidelibus noſtris Ricardo Comiti Cornubiæ, & Petro de Sabaudia plenam dedimus poteſtatem,

Ad prorogandam treugam inter Dominum Lodowicum, illuſtrem Regem Franciæ, & nos, uſque ad terminum ſexdecim annorum, vel uſque ad ulteriorem terminum, ſecundum quod viderint expedire;

Ratum habituri & gratum quicquid ipſi ſuper hoc duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſt. 5 die Martii.

Conſimiles litteras habent iidem ad reformandam pacem inter prædictum Regem Franciæ & Dominum Regem,

Teſte ut ſupra.

Item iidem habent litteras tam de pace reformanda, quam de Treuga proroganda,

Teſte ut ſupra.

Item habent litteras Reginæ Franciæ directas, quibus datur eis poteſtas ad tractandum de pace, & ad reformandum eandem,

Teſte ut ſupra.

Item habent litteras eidem Reginæ directas, ad treugam illam prorogandam uſque ad terminum prædictum.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1250.

Bulla Diſſuaſoria; ne Rex ad præſens iter in Terram Sanctam aggrediatur.

A.D. 1250. An. 34. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio . . . Regi Anglorum illuſtri ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Gaudemus in Domino, cujus pium propoſitum dignis laudibus commendantes, quòd, ſicut ex tuis litteris & Nunciis nuper accepimus, ad ſuccurrendum Terræ ſanctæ zelo fidei ac devotionis accenſus, præparas te, prout tuam decet Celſitudinem, magnificè ac potenter.

Ad cujus proſequendum negotium, cùm magnas impenſas exigat, alias, & nunc

A.D. 1250.

A.D. 1250. Hen. 3.

nunc petiiſti concedi tibi a nobis decimam Eccleſiaſticorum proventuum Regni tui, & aliarum terrarum, quæ tuæ ſunt juriſdictioni ſubjectæ.

Nobiſque tibi dudum reſcribentibus quod, licet propoſiti noſtri eſſet tuæ in omnibus, quantum cum Deo poſſumus, ſatisfacere voluntati, quia tamen cariſſimo in Chriſto filio noſtro Regi Franciæ illuſtri, poſt ſignum crucis aſſumptum, non priùs in Regno ſuo, quam ejuſdem Regni prælati conceſſerint, conceſſerimus;

Hujuſmodi decimam, in caſu ſimili poſtulatam, nos, affectantes ut prælati ejuſdem Regni tui ſe redderent tibi faciles in hac parte, parati eramus, cum cruceſignatus eſſes, ipſos ad tuam requiſitionem inducere ac rogare ut, neceſſitate negotii & propoſiti pietate penſatis, tàm liberalitèr, quam libenter, annuerent votis tuis.

Iidem prælati nobis ſuis litteris ſupplicârunt, quod tibi curaremus habundè, quod gratum & acceptum habemus, ad tantum negotium de ipſius Regni Angliæ proventibus Eccleſiaſticis providere.

Sed, nè videamur, ſub diſſimulatione, in diſpendium Chriſtianitatis quod agitur præterire, officii noſtri, qui conſtituti ſumus, licet immeriti, ſuper gregem dominicum, intereſt ut tibi neceſſitatem & pericula, quæ cuncto Chriſtiano populo imminent, intimemus.

Noſti enim, fili cariſſime, quod cum mater Eccleſia hiis duobus Regnis, in quibus, per Dei gratiam, viget Chriſtiana profeſſio, ſuſtentetur; ſi eorum Reges, prætextu cujuſlibet pii operis ipſam conſtitutam in exilio ſic relinquant, non eſt aliud niſi in direptionem & prædam exponere hoſtibus, & de fide catholicâ, quæ citra mare quatitur, non curare.

Undè, cùm idem Rex cum omnibus ſuis fratribus transfretarit, inhumanum eſſet, & a filiali dulcedine peregrinum, ſi eam tu, cui ſoli relicta eſt, inter procellas deſereres fluctuantem.

Cum igitur tuis humeris, forſan diſpoſitione divinâ, remanſerit portanda ſarcina, quæ tibi & alteri debebatur, conſidera quæſumus diligenter quod, cum plus ſit capiti quàm membro quantumcumque Nobili, ſubvenire, intelliges protinus quid Chriſtianitati, quidve tuo & Regni tui honori expediat & ſaluti.

Verum, quia quicquid ſuper his deliberaveris, ad hujuſmodi proſequenda neceſſariæ ſunt expenſæ, & laudabile magnificentiæ Regalis propoſitum debet ſancta mater Eccleſia vigilanti conſilio, &, quo poteſt, auxilio confovere;

Celſitudini tuæ decimam omnium Eccleſiaſticorum proventuum Regni tui, necnon & aliarum terrarum tuæ juriſdictioni ſubjectarum, pro dictæ terræ ſuccurſu, duximus uſque ad triennium concedendam.

Venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Cantuarienſi & Epiſcopo Herefordenſi noſtris dantes litteris in mandatis, ut decimam ipſam, cum collecta fuerit, & iter arripere volueris tranſmarinum, abſque difficultate ac diminutione qualibet tibi faciant exhiberi.

Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

Ejus tamen decimæ collectio differatur, donec ſtatutum fuerit paſſagium & juratum, & ordinetur quo tempore levari incipiat, & quibus committi debeat, prout tibi, & eidem negotio viſum fuerit expedire.

Dat. Lugdun. 3 Id. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Bulla continens indulgentias cruce-ſignatis conceſſas, & mandatum de prædicando de negotio prædicto.

A.D. 1250. An. 34. H. 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Cantuarien. & Eboracen. Archiepiſcopis; & Ciceſtren. Exonien. & Meneven. Epiſcopis; ac dilectis Filiis Priori prædicatorum, & Miniſtro minorum fratrum, Provincialibus Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Filiorum dextera pia mater ſancta Romana Eccleſia jugiter lamentatur, quia domus cæleſtis panis, Mons Syon, unde lex exiit: civitas Regis magni, de qua multa dicta ſunt glorioſa; terra, quam Dei filius, fuſo pro nobis ſuo ſanguine, conſecravit, Regni robur & pulchritudinem perdidit;

Flet quia, quondam libera, ſub impiæ tyrannidis jugo ſervit;

Luget

A.D. 1250. Hen. 3.

Luget quia, ubi pacem multitudo cæleſtis militiæ cecinit, ibi preſſura gentis immundiſſimæ ſcandala, ſimultates, & ſciſmata ſuſcitavit; Ac, innovans excidia plurimorum, miſit ad venerabilia manum ſuam ſacerdotii & ſacrorum ordinem, pias leges, & ipſius naturæ jura relegans à Templo Domini; diverſis ibidem ſpurcitiis & abhominationibus introductis;

Et ideo, in ſuis deriſa Sabbatis, obſorduit, quaſi polluta menſtruis, inter hoſtes illa, noſtris olim promiſſa patribus ſanctorum Patrum noſtrorum patria & hæreditas Domini, terra ſancta, quam ſalvator noſter ad exhibenda ibidem myſteria humanæ redemptionis elegit; ubi, confuſione contempta, ſputo conſperſus, cæſus colaphis, flagellis afflictus, coronatus ſpinis coram Pilato ſiſti, tanquam multorum reus criminum, pertulit crucifixus adultimum, & potatus felle, lancea perforatus, emittens, cum clamore valido, ſpiritum pro conditionis humanæ viribus reparandis, curſum præſentis vitæ, ſaturatus injuriis, conſummavit.

Hic eſt, ut repetamus altius, qui de paterno ſolio gloriæ, cælis mirabiliter inclinatis, ad noſtræ mortalitatis ima deſcendens, non dedignatus eſt Deus homo, creator creatura fieri, ſuſcipere Dominus formam ſervi; ut, qui non poteramus per noſtram juſtitiam ſperare veniam, conſecuti per hæc gratiam inauditam, hæredes Dei, cohæredes vero Chriſti, divinitatis conſortium, fælicitatis æternæ participium ſortiremur; quis igitur poterit ei, qui tot bona nobis contulit, negare ſubſidium?

Propterea ſedes Apoſtolica, illius terræ miſerabilem ſtatum & conditionem conſiderans, emittit luctus, multiplicat fletus, &, inter ſingultus & ſuſpiria vix reſpirans, clamat ad proximos, recurrit ad notos, & exponit domeſticis fidei ſalvatoris inſtantiam, qui ſine intermiſſione, ſingulos fideles ad tirocinium ſuum vocat, & neceſſitatem urgentiſſimam Terræ ſanctæ; quæ, niſi, (quod abſit) hiis temporibus de paganorum manibus liberetur, vix poterit poſtea de ipſius recuperatione ſperari.

Attendite itaque univerſi Catholici quàm ignominioſum ſit locum illum, ſalutis noſtræ primordium, coinquinari ſpurcitiis? & tanto tempore ab immundiſſimis gentibus contrectari? conſideret quilibet quàm deteſtabile ſit largitori omnium claudere dexteram? & non ſuccurrere ſalvatori? & apparebit apertè quod nec ad profligandum hujuſmodi obprobria, nec ad impendendum ei, qui omnia largitur auxilia, eſt ipſius fidelibus dormiendum.

A.D. 1250. Hen. 3.

Nonne crimine læſæ majeſtatis involvitur qui temporali Domino, inter inimicos poſito, negat auxilium? ejuſque terram ab hoſtibus non defendit?

Unde, cum plus ſit divinam, quàm humanam lædere majeſtatem, non debet aliquis ad ſuccurrendum Deo vivo & vero, Domino Jehu Chriſto, excitantis tubæ ſonitum, vel hortantis vocis præconium expectare; ſet ſine interpellatione currere, ut non tàm pœnam effugiat, quàm Regni cæleſtis mereatur fieri particeps, & cohæres.

Conſurgite ſtrenui Angliæ pugiles, Domini athletæ divini, ac milites redemptores, & ad tam ſanctum & laudabile opus, more Progenitorum veſtrorum, qui ferventiores in neceſſitatibus exiſtebant, virium veſtrarum extrema conflantes, armemini protinus crucis galea contra eos, qui ſancta ſanctorum coinquinant, & abhominationes in ea & immunditias introducunt.

Feſtinate, dum tempus habetis, & eſt manus Domini contra illos, ne forte avertatur ab eis, per fidelium ſegnitiem, furor ejus; quia tunc non eſſet tutum cum eis congredi, nec cum tanta multitudine dimicare.

Conſiderate quæſumus, ut ſitis in hujuſmodi negotio promptiores, quod cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Angliæ illuſtris, zelo fidei ac devotionis accenſus, aſſumpto crucis ſignaculo, poſtpoſitis regalibus opibus & faſtigiis dignitatum, ad transfretandum in Terram ſanctam potenter & magnificè, prout decet tantum Principem, ſe accingit.

Unde, ut ſitis una cum eo hujuſmodi momentanei laboris participes, & æterni præmii non expertes, exurgite viriliter, apprehendentes arma & ſcutum, ad ulciſcendum illius injuriam qui probra noſtra diluit, ſeipſum in cruce pro nobis vivam hoſtiam immolavit.

Et, ut ad id eo libentiùs & animoſius intendatis, quo exinde bona ſpiritualia, quæ temporalibus præferenda ſunt, perceperitis potiora; nos, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, & illa, quam nobis Deus, licet indignis, ligandi atque ſolvendi contulit, poteſtate, omnibus qui laborem iſtum in propriis perſonis ſubierint & expenſis, plenam ſuorum peccaminum veniam indulgemus, & in retributione juſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentum:

Eis autem, qui non in propriis perſonis illuc acceſſerint, ſet in ſuis dumtaxat expenſis, juxta qualitatem & facultatem ſuam, viros idoneos deſtinarint;

Et illis ſimiliter, qui, licet in alienis expenſis, in propriis tamen perſonis acceſſerint;

Et eis, qui quartam ſeu majorem partem proventuum & obventionum de redditibus ſuis pro ſubſidio dictæ terræ eidem Regi, cum iter tranſmarinum arripuerit, vel collectoribus, deputatis ad opus ipſius, erogaverint, plenam ſuorum concedimus veniam peccatorum.

Hujus quoque remiſſionis volumus & concedimus eſſe participes, juxta quantitatem ſubſidii, & devotionis affectum omnes qui ad ſubventionem ipſius terræ de bonis ſuis decimam, vel aliam partem dicto Regi, tempore ſui paſſagii, vel, ad opus ipſius, collectoribus miniſtrarint, aut circa prædicta conſilium & auxilium impenderint oportunum, & qui pro eodem negotio, auctoritate noſtra, prædicaverint verbum crucis.

Volumus etiam cruceſignatos illo privilegio eaque immunitate gaudere, quæ, in generali cruceſignatorum indulgentia continetur.

Si qui vero proficiſcentium illuc ad præſtandas uſuras juramento tenentur aſtricti, creditores ipſorum, ut remittant eis præſtitum juramentum, & ab uſurarum exactione deſiſtant, de plano, & abſque ſolempni ſtrepitu, veritate cognitâ, eccleſiaſtica præcipimus diſtrictione compelli.

Quod, ſi quiſquam creditorum eos ad ſolutionem coegerit uſurarum, eum ad reſtitutionem earum, ſub forma prædicta, ſimili cogi animadverſione mandamus.

Judæos vero, ad reſtituendas uſuras, eâ, quâ convenit, præcipimus cenſurâ compelli; & donec illas remiſerint, fidelium eis communio denegetur.

Presbyteris autem & Clericis qui, aſſumpto vel aſſumendo crucis ſignaculo, ſunt perſonaliter profecturi;

Et Clericis, parochiales Eccleſias habentibus, qui fideliter tantum tranſmiſerint per bellatores idoneos, quantum expenderent ſi perſonaliter illuc irent, præſentium auctoritate concedimus ut proventus beneficiorum ſuorum, quos perciperent tempore paſſagii vel miſſionis, cotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis, integre percipiant per triennium, ac ſi perſonaliter in Eccleſiis, in quibus beneficia ipſa obtinent, reſiderent;

Et, ſi neceſſe fuerit, eos, per idem tempus, vendere, vel pignori valeant obligare; non obſtante contrariis ipſarum Eccleſiarum conſuetudine, vel ſtatuto, juramento, vel confirmatione ſedis Apoſtolicæ, aut quacumque firmitate alia, roboratis, vel litteris Apoſtolicis; de quibus ſpecialem & expreſſam oporteat in præſentibus fieri mentionem; ſeu etiam quod ipſorum aliqui de non impetrandis aliquibus indulgentiis, vel non utendis impetratis aut conceſſis, juramento præſtito promiſerunt.

Et tàm cruceſignatos, quàm cruceſignandos, poſtquam receperint ſignum crucis, cum uxoribus, familiis, & omnibus bonis ipſorum ſub Apoſtolicæ ſedis protectione ſuſcipimus; eiſque nichilominus indulgemus ut extra ſuas dioeceſes auctoritate literarum Apoſtolicæ ſedis, vel Legatorum ejus, nequeant ad judicium evocari; ſtatuentes ut bona ipſorum extunc integra maneant & quieta, donec de ipſorum reditu vel obitu certiſſime cognoſcatur.

Archiepiſcopi vero & Epiſcopi dioceſani eorumdem cruce ſignatorum, nec non & Archidiaconi, & eorum officiales, noſtra freti auctoritate, non permittant prædictos cruceſignatos, contra protectionis & indulgentiæ noſtræ tenorem, ab aliquibus indebitè moleſtari: Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Præterea volumus, & præſentium auctoritate concedimus, ut Clerici & Laici, cruceſignati & cruceſignandi, Regni Angliæ decimas, non ratione Eccleſiarum, pacificè detinentes, fructus earum hactenus perceptos, in Terræ ſanctæ ſubſidium convertere valeant per ſeipſos, vel eidem Regi, cum transfretare voluerit, ſecura conſcientia exhibere.

Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos, fratres Archiepiſcopi & Epiſcopi, per veſtras civitates & dioceſes ac Provincias, & totum Regnum Angliæ, proponatis, & proponi faciatis per alios, quos ad hoc idoneos noveritis, verbum crucis; eos ad id, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellendo.

Et, ut fideles Chriſti liberius & ferventius currant ad verbum Domini audiendum, omnibus, verè poenitentibus & confeſſis, qui ad veſtram & illorum, quibus id commiſeritis, ſollempnem prædicationem acceſſerint, in qualibet Civitate, Villa, vel Oppido, in qualibet convocatione, ſeu ſtatione, decem, vel viginti, ſeu triginta, vel quadraginta,

A.D. 1250. Hen. 3.

ginta, ſeu ſexaginta dierum indulgentiam vos & illi, quibus officium prædicationis committendum duxeritis, largiamini, prout videritis expedire.

Ut autem nichil omnino deſit ad commiſſum vobis officium exequendum, abſolvendi, juxta formam Eccleſiæ, manuum injectores in Clericos ſeculares & perſonas religioſas, ac incendiarios, & excommunicatos pro decima vel viceſima, deputata pacis & fidei ac ejuſdem terræ negotio, non ſoluta; necnon ſacrilegos, ſortilegos, & eos, qui contra prohibitionem Apoſtolicæ ſedis, vel Legatorum ipſius, ſepulchrum Domini viſitarunt;

Illos quoque qui in partibus Albigenſibus hæreticis contra catholicos auxilium impenderunt (dummodo hæretici, vel eorum credentes non ſint) ac eos, qui portaverunt ferrum, arma, lignamina, & merces prohibita Sarracenis, vel aliàs contra Chriſtianos dederunt eis conſilium, auxilium, vel favorem;

Nec non Clericos, qui excommunicationis ſententias incurrerunt, per Legatos ſedis Apoſtolicæ in concubinarios promulgatas; & illos Clericos, in prælaturis, dignitatibus, vel perſonatibus conſtitutos, & Eccleſiarum Rectores, & religioſos quoſlibet, qui, contra conſtitutiones Eccleſiæ, leges vel phiſicam audierunt;

Ac diſpenſandi cum irregularibus, quos præmiſſa occaſione, vel, pro eo quod forte excommunicati vel ſuſpenſi aliàs, irregularitatem aliquam incurrerunt;

Dum tamen cruce ſignati exiſtant, vel recipiant ſignum crucis; vel propriis expenſis alios pro ſe miſerint bellatores; vel juxta qualitatem culpæ, & facultates ſuas congruam, ad arbitrium veſtrum, de facultatibus propriis miſerint portionem, niſi adeo gravis & enormis exceſſus fuerit manuum injectorum, quod merito debeant ad ſedem apoſtolicam deſtinari;

Ac reconciliandi pœnitentes, dummodo ſint cruceſignati, vel recipiant ſignum crucis;

Et alia vota peregrinationis & abſtinentiæ commutandi in votum hujuſmodi pietatis, & diſpenſandi cum Clericis qui, occaſione hujuſmodi, irregularitatem aliquam incurrerunt,

Plenam vobis concedimus facultatem: Proviſo tamen quod prædicti, manuum injectores & incendiarii, injuriam & dampna paſſis ſatisfaciant competenter; & debitores decimæ ac viceſimæ debitam ſatisfactionem impendant.

A.D. 1250. Hen. 3.

Si vero aliqui eorumdem legitimo fuerint impedimento detenti, eis redimendi votum crucis, & vobis recipiendi hujuſmodi redemptiones, nomine ipſius Regis, ac abſolvendi eos a voto prædicto, & indicendi ferias diebus prædicationis, juxta veſtræ diſcretionis arbitrium, libera ſit de noſtra permiſſione facultas.

Volumus etiam, & mandamus ut pecunia, per vos, & alios deputandos a vobis, ob cauſas prædictas, auctoritate ſedis Apoſtolicæ recipienda, vel colligenda impoſterum, eidem Regi, cum iter tranſmarinum arripere voluerit, vel mandato ipſius, pro ſubſidio Terræ ſanctæ, integre aſſignetur; dummodo non ſit aliò auctoritate ſedis Apoſtolicæ deputata.

Et illi, qui pecuniam hujuſmodi promiſerint ſolvere, vel etiam tenebuntur ad ſolutionem ipſius, per cenſuram Eccleſiaſticam per vos, vel per alios compellantur.

Cæterum vos, & illi, quibus verbum hujuſmodi commiſeritis prædicandum, rectores Eccleſiarum Regni ejuſdem; & prædictarum Civitatum, & diocæſium moneatis diligenter & efficaciter inducatis eos, ad id, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam compellendo, ut ipſi, cum parochianis ſuis, ad audiendum verbum crucis devote ac reverenter accedant; & in ipſis prædicationibus veſtris, ubi expedire videritis, harum literarum tenorem legatis, & faciatis legi, cum debita reverentia, & exponi.

Cæterum, quia, ſicut accepimus, prædicationis officium, quod pro jam dicto negotio imponimus vobis & aliis, per quæſtuarios impeditur, ne ipſi negotio impedimentum vel obſtaculum aliquod ingeratur, quæſtuariis univerſis, ſi qui præſentes fuerint, proponendi aliquid populo, dum a vobis proponitur verbum crucis, licentiam penitus interdicere procuretis, temeritatem eorum, qui contra præſumpſerint, per cenſuram eandem, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Ne vero os bovi trituranti claudatur, liceat vobis, filii Prior & Miniſter, in eodem officio laborantibus, ſi expedire videritis, pro quinque evectionibus, & totidem perſonis ad hoc neceſſariis, procurationes recipere moderatas; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellendo.

Præcipimus autem ut tàm vos, quàm illi, quibus hujuſmodi officium commiſeritis, qui vobiſcum auctoritate fungantur, ita ſitis univerſi, & ſinguli in præ-

A.D. 1250.
Hen. 3.

miſſis exequendis ſolliciti, quod ſine dilatione, abſque ullo mandato, nec expectet unus alium, exequamini ea fideliter & prudenter; ita tamen quod in executione hujuſmodi alter alterum non impediat, nec perturbet.

Non obſtantibus ſi aliquibus, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non valeant, a ſede Apoſtolica ſit indultum: Et quibuſlibet aliis indulgentiis, privilegiis, ſeu litteris, ab eadem ſede obtentis, vel obtinendis, per quæ prædicta impediri, vel differri poſſint, & de quibus ſpecialem oporteat in præſentibus fieri mentionem.

Dat. Lugdun. ſexto Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

A.D. 1250.
Hen. 3.

Bulla de negotio Crucis.

A.D. 1250.
An. 34. *H.* 3.
Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Cantuarien. & Eboracen. Archiepiſcopis; ac Hereforden. Elien. & Dunelmen. Epiſcopis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum cariſſimo in Chriſto filio noſtro Regi Angliæ illuſtri, ad exequendum magnificentiùs votum crucis decimam Eccleſiaſticorum proventuum Regni Angliæ, ac aliarum terrarum, quæ ſunt ipſius juriſdictioni ſubjectæ, de veſtro & aliorum Regni ejuſdem aſſenſu duxerimus per triennium concedendam;

Fraternitati veſtræ, præſentium auctoritate, mandamus quatinùs, poſtquam ſtatutum fuerit ejus paſſagium & juratum, per biennium ante idem paſſagium decimam ipſam, necnon redemptiones votorum, legata relicta, ſeu alio modo conceſſa in prædictis Regno & terris ſubſidio Terræ ſanctæ, a tempore cruceſignationis ipſius, dummodo aliis conceſſa, vel aſſignata non ſint, & alios per vos, quos ad hoc idoneos videritis, de conſilio ipſius Regis fideliter colligentes, conſervetis ipſa in aliquibus tutis locis, aſſignaturi ea integrè prædicto Regi, cùm iter arripuerit tranſmarinum.

Non obſtantibus aliquibus indulgentiis, privilegiis, ſeu litteris in generali, vel ſpeciali ab Apoſtolicâ ſede obtentis & obtinendis, & quibuſlibet aliis per quæ id impediri, vel differri valeat, & de quibus ſpecialem oporteat in præſentibus fieri mentionem, & conſtitutione de duabus dietis editâ in concilio generali.

Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

Quod, ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, quatuor, vel tres, aut duo veſtrum ea nichilominùs exequantur.

Dat. Lugdun. 2 Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

Sigillo avulſo.

A.D. 1250.

Bulla quod fratres prædicatores equitare poſſint.

A.D. 1250.
An. 34. *H.* 3.
Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio, Regi Angliæ illuſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Celſitudinis tuæ precibus benignum impertientes aſſenſum, fratribus, prædicatoribus & minoribus, quos tecum duxeris ultra mare, equitandi, quotiens a te requiſiti fuerint, non obſtante contrario ſtatuto ſuorum ordinum, liberam concedimus facultatem.

Dat. Lugdun. 2 Kal. Maii, Pontificatùs noſtri anno ſeptimo.

A.D. 1250.

De negotio Crucis.

A.D. 1250.
An. 34. *H.* 3.
Ex Autogr.

REX Dublinenſi Archiepiſcopo, ſalutem.

Summus Pontifex Jehu Chriſti Vicarius, & beatorum Petri & Pauli ſucceſſor, non ſolum quod expedit, ſetquod decet in negotio ſanctæ Crucis, cujus ſignaculum portamus in humero, ponderans in ſtatera diſcretionis, præcipue fecit nobis gratiam ſpecialem, promotoribus ipſius negotii plura, prætextu noſtræ cruceſignationis, indulgens, juxta quod in litteris ſuis, quas vobis

A.D. 1250.

A.D. 1250. Hen. 3.

vobis & quibuſdam fratribus veſtris tranſmittimus, continetur.

Cum igitur proponamus, pro noſtris viribus, vindicare injuriam crucifixi, &, ad exaltationem fidei chriſtianæ noſtrumque honorem, tàm potenter, quàm magnifice in propria perſona noſtra exequi votum noſtrum,

Paternitatem veſtram rogamus quatenus per Civitates & Dioceſes, ac Provincias, totamque Hiberniam proponatis, & proponi per aliquos, quos ad hoc idoneos noveritis, verbum crucis, ac earundem litterarum tenorem publicari, aliiſque copiam habendi faciatis, ſecundum quod videritis expedire; cum diligentia debita exequentes quæcumque in eiſdem litteris videritis contineri:

Ita quod tàm vos, quàm illi, quibus hujuſmodi officium commiſeritis, ſitis univerſi, & ſinguli in præmiſſis exequendis ſolliciti, per quod fidelitas & prudentia veſtra debeat commendari.

A.D. 1250. Hen. 3.

Dictas autem litteras, quas Prior ſanctæ Trinitatis Dublinenſis vobis deferet, in eodem Prioratu, cum publicatæ fuerint, ſalvo deponi & cuſtodiri faciatis:

Ita quod ad eas, cum neceſſe fuerit, poſſit haberi recurſus.

Teſte Rege apud Wodeſtok, 13 die Junii.

Conſimiliter ſcribitur Caſſalenſi Archiepiſcopo, excepto quod litteras Domini Papæ, quas Walterus Maunſel ei defert, poſt ipſarum publicationem, deponi faciatis penes prædicatores Caſſalenſes.

Item conſimiliter ſcribitur Armacano Archiepiſcopo, & Priori fratrum prædicatorum, & Miniſtro fratrum minorum, Provincialibus Hiberniæ; excepto quod de depoſitione litteræ Papalis, iis tranſmiſſæ, non ſit mentio.

Bulla de revocando ſtatuto Hiberniæ, ne Clerici Angliæ admitterentur in Canonicum Eccleſiarum prædictæ terræ.

A.D. 1250. An. 34. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, eorumque Capitulis, per Yberniam conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm (ſicut ex parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Angliæ illuſtris fuit propoſitum coram nobis) ex quodam (ut videtur) livore ut nullus, Natione Anglicus, recipiatur in Eccleſiis veſtris in Canonicum duxeritis ſtatuendum;

Quia, in omni gente, qui facit juſtitiam acceptus eſt Deo, nec ſanctuarium Dei jure convenit hæreditario poſſideri, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus ſtatutum ipſum infra menſem, poſt receptionem præſentium, ſine difficultate qualibet, revocetis:

A.D. 1250.

Alioquin venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Dublinenſi, & Epiſcopo Oſſorienſi noſtris damus litteris in mandatis, ut ipſi extunc auctoritate noſtrâ idem ſtatutum denuncient irritum & inane.

Dat. Lugdun. octavo Kal. Octobr. Pontificatûs noſtri anno octavo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla de Caſſatione Statuti prædicti.

A.D. 1250. An. 34. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Dublinenſi, & Epiſcopo Oſſorienſi, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm, ſicut ex parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Angliæ illuſtris fuit propoſitum coram nobis, &c. *ſicut in priori uſque in hæc verba, viz.*

Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus, ſi prædicti Archiepiſcopi, Epiſcopi, eorumque Capitula, mandatum noſtrum, infra præſcriptum tempus, neglexerint adimplere, vos extunc auctoritate noſtra idem ſtatutum denuncietis irritum & inane.

A.D. 1250.

Dat. Lugdun. octavo Kalend. Octobr. Pontificatûs noſtri anno octavo.

Plumbeo Sigillo.

Bulla de negotio Crucis.

A.D. 1250. An. 34. H. 3. Ex Autogr.

Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Cantuarienſi, & Epiſcopo Herefordenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm cariſſimo in Chriſto filio noſtro Regi Angliæ illuſtri decimam Eccleſiaſticorum proventuum uſque ad triennium, necnon redemptiones votorum & obventiones, & legata, & alia ex quacumque cauſa, deputata Terræ ſanctæ ſubſidio, in terris ejuſdem Regis duxerimus concedenda;

Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus, ſi præfatum Regem, quod abſit, antequam iter tranſmarinum arripiat, decedere, vel evidenti neceſſitate contigerit impediri; omnia, quæ colligentur ex hiis, conſervetis in tutis locis, in Terræ ſanctæ ſubſidium, de noſtro beneplacito convertenda;

Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

Dat. Lugdun. Kal. Octobr. Pontificatûs noſtri anno octavo.

Plumbeo ſigillo pendente à filo canabeo.

De Anniverſario die Matris Regis celebrando in Normannia.

A.D. 1250. An. 34. H. 3. Pat. 34. H. 3. m. 1.

Rex univerſis Abbatibus, Prioribus, & aliis viris religioſis, per Normanniam conſtitutis, ſalutem

Naturalis dilectio noſtræ genitricis nos eſſe non ſinit immemores; ſet, ſicut ipſa non ſine corporali anguſtiâ nos, donec naſceremur, geſtavit in utero, ſic cum beneficiorum juvamine, quamdiu vixerimus, imprimetur ejus memoria menti noſtræ:

Volentes igitur amicorum noſtrorum mendicare ſuffragia (qui pro noſtris delictis non ſufficimus ſatisfactionem condignam præſtare) univerſitatem veſtram requirimus, & rogamus quatinus diem obitûs matris noſtræ martyrilogio veſtro ſcribi, & pro ejus animâ (præſertim aniverſario die) celebrari miſſas, & orationes fieri faciatis.

Ad iſtud autem negotium plenius exequendum, dilectum nobis fratrem Thomam, Monachum de Shirebarn. latorem præſentium, ab ejuſdem loci Priore licentiatum, ſpecialiter deſtinamus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. ſeptimo die Octobris.

Relaxatio ſententiæ Excommunicationis factæ contra Priorem & Conventum per Archiepiſcopum Cantuar.

A.D. 1250. An. 34. H. 3. Ex Autogr.

Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis de Sancto Albano & de Waltham Abbatibus & Archidiacono Sancti Albani, Lincoln. & Londonien. Dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte dilectorum filiorum Prioris Supprioris Sacriſtæ Celerarii & Præcentoris Eccleſiæ ſanctæ Trinitatis Londonien. Ordinis Sancti Auguſtini, fuit propoſitum coram nobis,

Quod cum venerabilis frater noſter Cantuarienſis Archiepiſcopus ad ipſorum Eccleſiam, impenſurus in ipſa viſitationis officium, acceſſiſſet; quia Conventus ejuſdem eum ad viſitandum admittere, ſibique, ratione viſitationis, procurationem renuit exhibere, aſſerendo ſe & Eccleſiam ipſam ab ejus juriſdictione liberos & immunes;

Dictus Archiepiſcopus, in perſonas eorum, ob hujuſmodi delictum Conventûs ejuſdem, excommunicationis ſententiam auctoritate propriâ promulgavit; quam nunciari nullam humiliter petierunt:

Ad quod jam dictus Archiepiſcopus, ex adverſo, reſpondit quod, non ob Conventûs, ſed ipſorum delictum, eandem in eos ſententiam promulgaret;

A.D. 1250. Hen. 3. Auditis itaque ac pleniùs intellectis quæ fuerint propoſita hinc & indè, de fratrum noſtrorum conſilio, pronunciando decrevimus prædictam ſententiam, quatenus in perſonas eorum, propter delictum memorati Conventûs, noſcitur promulgata, nullam penitus extitiſſe: ipſoſque per eam aliquo vinculo non teneri, nec per denuntiationem ipſius notandos eſſe aliquatenùs, vel vitandos.

Super eo verò quod idem proponit Archiepiſcopus, ſe in eos, propter delictum ipſorum, dictam ſententiam protuliſſe, ipſum, ſicut de jure fuerit, audiemus.

Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs prædictæ ſententiæ denuntiationes, quas, ut dicitur, contra præfatos Priorem & alios fieri fecit Archiepiſcopus ſupradictus, A.D. 1250. Hen. 3.

Quatenus in perſonas eorum ob delictum Conventûs eſt prolata, faciatis omnino ceſſare:

Contradictores auctoritate noſtrâ, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

Quòd, ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nichilominus exequantur.

Dat. Lugdun. quinto Id. Octobris, Pontificatûs noſtri anno octavo.

Sigillo avulſo.

Bulla de relaxatione ſententiæ prædictæ.

.D. 1250. n. 34. H. 3. x Autogr. INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori Suppriori Sacriſtæ Celerario & Præcentori Eccleſiæ ſanctæ Trinitatis London. Ordinis Sancti Auguſtini, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis quod, cum venerabilis frater noſter Cantuarienſis Archiepiſcopus ad Eccleſiam veſtram, *&c. ut in Bulla prædicta uſque ad hæc verba, viz.*

A.D. 1250. Ut autem ſuper præmiſſis nequeat in poſterum aliqua dubitatio ſuboriri, præſentes litteras vobis in teſtimonium duximus concedendas.

Dat. Lugdun. quinto Id. Octobr. Pontificatûs noſtri anno octavo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Forma pacis, ordinata inter Cives Burdegaliæ qui, de mandato Simonis de Monte-forti, vices Regis Angliæ gerentis, extra Civitatem Burdegaliæ erant; & quoſdam alios, qui in eadem Civitate morabantur.

.D. 1250. n. 35. H. 3. ib. B. fol. 56. a. penes amerar. accar. at. 35. H. 3. . 13. IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen.

Hæc eſt forma pacis, de bonorum ac ſapientium virorum conſilio ordinata inter Cives Burdegaliæ, qui de mandato Domini Simonis de Monteforti, Comitis Leyceſtriæ, vices Domini Regis Angliæ in Vaſconia gerentis, extra Civitatem Burdegaliæ erant; & quoſdam alios qui in eadem Civitate morantur.

In primis ita eſt ordinatum, quod omnes quæſtiones, petitiones, & actiones, occaſione cujuſcumque diſcordiæ, exortæ inter partes quaſcumque, quæ hactenus in Civitate Burdegaliæ fuerunt, hinc inde penitus remittantur:

Inſtrumenta nichilominus omnia, ſuper conventione quacumque, paci contrariâ, confecta, Domino Comiti, vel alii, de ipſius mandato, infra inſtans Feſtum Epiphaniæ Domini, reddantur; aut coram aliquibus fide dignis, a dicto Domino Comite, & a Majore & Juratis Burdegaliæ electis, penitùs deſtruantur. A.D. 1250.

Conventiones, paci contrariæ, hinc inde habitæ diſſolvantur; & juramenta quæcumque, ſuper hoc facta, mutuo quittentur: Salvis tamen & exceptis juramentis, factis & faciendis Domino Regi Angliæ, vel ejus locum Tenenti, & Majori, & Communiæ Burdegaliæ, ſalvis etiam juramentis, de aſſenſu ipſius Domini Comitis factis, ſeu in poſterum faciendis.

Porrò, pro bono pacis, & ut omnis mala ceſſet ſuſpitio, de prudentium conſilio eſt proviſum quod omnes, & ſinguli, qui de mandato Domini Comitis extra Civitatem ſunt, & huic paci obſervandæ

A.D. 1250. Hen. 3.

ſervandæ ſe aſtringunt, ad purgationem innocentiæ ſuæ, ſuper Altare ac ſancta Dei Evangelia, in præſentia corporis Chriſti, jurabunt quod mortem Willielmi Goudomerii Senioris, & Willielmi Goudomerii filii ſui, non conſuluerunt, nec in eam conſpiraverunt, nec de morte eorum ſunt rei.

Plane ut pax melius obſervetur, eſt taliter ordinatum, quod de illis, qui a Villa Burdegaliæ, de mandato Domini Comitis, ſunt excluſi, aliqui in Civitatem liberè revertantur: Hii tamen dabunt, pro pace ſervanda Domino Comiti ydoneas cautiones, utpote inſtrumenta vel litteras juxta formam, quam Dominus Comes duxerit ordinandam; alii vero datis obſidibus, Civitatem intrabunt.

Et, ut nulla occaſio violandi, vel infringendi pacem alicui pateat, reliqui extra Civitatem manebunt; ubi, & quamdiu Domino Comiti placuerit, moraturi.

Item eſt proviſum quod, ſi quis contra Dominum Regem, vel ipſius locum Tenentem, ſeu contra Majorem, & Juratos, infra Villam Burdegaliæ inſurrexerit armatis aliquibus congregatis, & hoc probatum fuerit manifeſte, a Villa Burdegaliæ perpetuo ſit bannitus, & extra totam terram Domini Regis maneat, quouſque, de aſſenſu Majoris & Juratorum, per Dominum Regem, vel locum ejus Tenentem miſericorditer revocetur.

Verum, ut præcludatur omnis occaſio malignandi, eſt ſtatutum ne Cives, in turbationem pacis, aliqua conventicula faciant ſeu conventiones ineant, vel juramenta præſtent; Et, ſi contra hæc venerint, niſi omnes, qui illis conventiculis interfuerint, fidem faciant propriis juramentis, quod ibidem malitioſe non convenerint, a Villa Burdegaliæ in perpetuum ſint banniti.

Ad hæc, quia habundans cautela non nocet, ne pax iſta in poſterum perturbetur, eſt de communi conſilio ordinatum quod ducenti homines, de Villa Burdegaliæ, vel extra, ad cognitionem Domini Comitis & arbitrium, & Majoris etiam Burdegaliæ nominandi; jurabunt ſuper Altare, ac ſancta Dei Evangelia, in præſentia corporis Chriſti, quod pacem iſtam integre & inviolabiliter obſervabunt: Et quod omnia inſtrumenta, quoquo modo paci contraria, ſi qua habuerint, vel aliquos aliqua habere ſciverint, reddent, vel pro poſſe ſuo reddi facient, infra terminum prænotatum.

Jurabit etiam nichilominus tota Communia Burdegaliæ, annis ſingulis, ſuper ſacroſancta Dei Evangelia, quod hanc pacem firmiter obſervabit: Et, ſi quis illam attemptaret infringere, vel aliquatenus contravenire, bona fide juvabit Majorem, Juratos, & alios qui eam ſervare voluerint, contra eum qui adverſus eam venire præſumeret.

A.D. 1250. Hen. 3.

Jurabunt etiam quod, prætextu conſanguineitatis, vel affinitatis, ſeu cujuſcumque alterius proximitatis, vel dilectionis, conſilium, auxilium, vel favorem attemptantibus pacem infringere, non præſtabunt; immo pacem perturbantes, ſeu infringere nitentes, impedient juxta poſſe; & maxime illos, utpote Gaillard de Solio, & alios ſequaces ſuos; quorum bona propter culpam ſuam ſunt occupata, qui pacem, tamquam diſcordiæ filii, recuſarunt, & Domino Comiti, & juſtitiæ, ſeu juribus Burdegaliæ pertinaciter obedire contempnunt.

Cæterùm, quia nichil ſtabile in humanis inventionibus reperitur, immo frequenter voluntates hominum variantur, & ſecundum varietates hominum nova emergunt negotia, quæ nova requirunt conſilia, ad majorem pacis conſervationem eſt ordinatum quod Dominus Comes, in omnibus prædictis addendi, diminuendi, & immutandi; reformandi pacem, ſi in aliquo contra eam fuerit attemptatum, vel, ſi opus fuerit, meliorandi quotiens ſibi expedire viſum fuerit (ſalvis juribus & libertatibus Majoris, Juratorum, & Communiæ Burdegaliæ) plenam habeat poteſtatem.

Hæc autem omnia, & ſingula ſupradicta, ſunt de voluntate Domini Comitis ordinata, qui huic rei auctoritatem & vigorem potuit impertiri; utpote cui Cives Burdegaliæ, inter ſe diſcordiam habentes, ex utraque parte, juramento interveniente, & datis obſidibus hinc & inde, diſponendi & ordinandi pacem alte & baſſe poteſtatem plenariam conceſſerunt.

Huic Ordinationi nichilominus Major & Jurati, totaque Communia Burdegaliæ, pro utilitate reipublicæ, conſenſerunt.

Sane, quia, quod Majorum & Sapientum conſilio eſt probatum, Majorem optinet firmitatem, ut pax iſta duret inperpetuum, & ne poſſit per aliquem temere violari, ad perhennem hujus rei memoriam, ſigilla Domini Comitis, & Communiæ Burdegaliæ, præſenti Cartulæ ſunt appenſa.

Hæc autem omnia ſupradicta fuerunt ordinata, approbata, & etiam recitata in præſentiâ venerabilium patrum G. Dei gratia Burdegaliæ, & J. eadem gratiâ Auxitan.

A.D.1251. Hen. 3.

Auxitan. Archiepiſcoporum, pluriumque Baronum Waſconiæ, ac totius Communiæ Burdegaliæ, qui ad hæc audienda & approbanda fuerunt ſpecialiter congregati.

A.D.1251. Hen. 3.

Actum Burdeg. Dominicâ prima adventûs Domini, anno ejuſdem milleſimo ducenteſimo quinquageſimo.

De pace prædicta per Regem confirmata.

A.D.1251. An. 35. H. 3. Pat. 35. H. 3. m. 13.

IN nomine Domini noſtri Iheſu Chriſti, Amen.

Hæc eſt forma pacis, de bonorum ac ſapientum virorum conſilio ordinata, inter Cives Burdegaliæ qui de mandato Domini Simonis de Monteforti, Comitis Leiceſtriæ, vices Domini Regis Angliæ in Waſconia gerentis, extra Civitatem Burdegaliæ erant; & quoſdam alios qui in eadem Civitate morantur.

In primis, ita eſt ordinatum, quod omnes quæſtiones, petitiones, & actiones, *&c. ut in conventione prædicta, uſque ad hæc verba, viz.*

A.D.1251.

Nos autem Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, præfatam proviſionem, ſeu pacis ordinationem ratam & gratam habentes, eam præſentis ſcripti teſtimonio duximus corroborandam.

Teſte meipſo apud Windeſor. decimo octavo die Januarii.

Pro Crucesignatis de Redemptionibus voti.

A.D.1251. An. 35. H. 3. Pat. 35. H. 3. m. 13.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Quoniam, ut audivimus, multi in Regno noſtro, & terris nobis ſubjectis trepidaverunt timore, ubi non erat timor, ut omnis ſuſpitio mali tollatur de medio, bona fide promittimus quod nullum crucesignatum, vel crucesignandum in prædictis Regno noſtro & terris compellemus, aut compelli faciemus, ratione crucis aſſumptæ, vel aſſumendæ, ad ſolvendum majorem ſummam pecuniæ, pro redemptione voti, quam promiſerit in ipſa crucis aſſumptione.

A.D.1251.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windeſor, 17 die Januarii.

Littera Duci Brabantiæ, de negotio inter Regem & eundem.

A.D.1251. An. 35. H. 3. Clauſ. 35. H. 3. m. 20. d.

REX Duci Brabantiæ ſalutem.

Per quoſdam de veſtris nuper intellexerimus, quod ſuper veſtro matrimonio, non vultis vos committere dicto noſtro; ſet, ſi deſideramus negotium, de quo dudum inter nos & vos tractatus eſt habitus, perfici, conferendo decem millia Marcarum, & de Scaccario noſtro quingentarum librarum redditum annuum, diem & locum, quo expeditum fieri valeat, ſtatuatis, ad quos poſſitis Nuncios veſtros mittere pro conſummatione negotii prædicti.

Verum, quamquam illud ſummopere cupiamus compleri, quia tamen P. de Sabaudia, qui inceptioni dicti tractatûs, & quem optamus ejus conſummationi modis omnibus intereſſe, nondum de partibus Burgundiæ rediit, noſtram hac vice voluntatem plene vobis non poſſumus remandare.

A.D.1251.

Quapropter Serenitatem veſtram rogamus, uſque in unum menſem poſt Paſcha, dictum negotium in ſuſpenſo tenere velitis; ut, præfato Petro reverſo, vobis inde bene placitum noſtrum, per Nuncios noſtros, tunc ſignificare poſſimus; vel interim per ipſos mandare quod de veſtris aliquos mittatis ad expediendum feliciter negotium antedictum.

Teſte Rege apud Windſor, 21 die Januarii.

Per J. Maunſel.

A.D. 1251. Hen. 3.

Bulla de pecunia in Hibernia pro negotio Crucis collecta.

A.D. 1251. An. 35. H. 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Solitæ benignitatis affectu devotionis tuæ precibus annuentes, dilecto filio Magiſtro Johanni de Fruſinon. Clerico quondam in Ibernia, Nuncio noſtro pro Crucis negotio ibidem, ſicut olim tibi conceſſimus, exequendo, licentiam dedimus ad tuam præſentiam redeundi;

Et ipſe, de pecunia in Iberniæ partibus, pro Terræ ſanctæ ſubſidio, auctoritate noſtra collecta, pro qua tuas nuper nobis litteras deſtinaſti, ex parte noſtra tuæ Celſitudini reſpondebit.

Dat. Lugdun. quarto Kal. Martii, Pontificatûs noſtri anno octavo.

Sub ſigillo plumbeo & filo canabeo.

De Dictatoribus Treugarum inter Regem, & Regem Franciæ ſubſtituendis.

A.D. 1251. An. 35. H. 3. *Pat. 35. H. 3. m. 11.*

REX Omnibus, &c. ſalutem.

Noveritis nos conſtituiſſe dilectos & fideles noſtros P. de Burdegal. Juniorem, Amalvinum de Varetto, & Galfridum Rydelly Dominum Blaviæ, loco Boz de Maſtanc. quondam Comitis Bigor. & Petri de Burdegal. defunctorum, dictatores treugarum initarum inter Ludovicum illuſtrem Regem Franciæ, & nos;

Ita videlicet quod, ſi aliquis eorumdem dictatorum obierit, nequiverit, vel noluerit dicto negotio intendere, poteſtatem dedimus dilecto & fideli noſtro Simoni de Monte-forti, Comiti Leiceſtriæ, loco ipſius alium ſubſtituendi dictatorem, quem ad hoc noverit eſſe ydoneum; Ratum habituri quicquid prædicti dictatores, unà cum hiis, quos dictus Rex Franciæ dictatores earumdem treugarum ex parte ſua aſſignaverit, ſuper interceptionibus, ſeu tranſgreſſionibus, infra prædictas treugas factis, duxerint faciendum.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes.

Teſte meipſo apud Weſtm. primo die Martii, anno Regni noſtri, &c.

Et mandatum eſt prædictis P. Amalvino & Galfrido, quod una cum prædicto Comite ad præfatum negotium diligenter intendant.

Teſte ut ſupra.

Bulla quod familiares Clerici Domini Regis de cætero non coartentur ad exhibitionem Eccleſiaſticorum proventuum primi anni per Cantuarienſem Archiepiſcopum.

A.D. 1251. An. 35. H. 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ut tuis inſiſtentes obſequiis prærogativa favoris & gratiæ perſequamur, tuæ ſinceritatis precamina nos hortantur.

Cum igitur olim venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo Cantuarienſi omnium vacaturorum beneficiorum ſuæ Provinciæ, primi anni proventus, uſque ad certi temporis ſpatium, pro exoneratione debitorum Cantuarienſis Eccleſiæ duxerimus concedendos;

Nos, volentes tibi famulantibus, tui conſideratione, ſpecialem gratiam facere, in hac parte tuis precibus inclinati auctoritate tibi præſentium indulgemus, ut familiares Clerici tui ad exhibitionem proventuum hujuſmodi nequeant de cætero coartari, ſed ab eorum præſtatione ſint liberi penitùs & immunes.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis

A.D. 1251. Hen. 3.

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Lugdun. tertio Non. Martii, Pontificatûs noſtri anno octavo.

A.D. 1251. Hen. 3.

Plumbeo ſigillo pendente a filis ſericis crocei rubeique coloris.

Bulla de abutentibus Litteris Apoſtolicis.

A.D. 1251. An. 35. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori Norwic. & Archidiacono Norphochiæ, Norwicenſis Diocæſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sua nobis dilecti filii Prior & Conventus Sanctæ Trinitatis Londonien. Ordinis Sancti Auguſtini conqueſtione monſtrarunt quod, cum nos Magiſtro Berardo de Nimpha, ſcriptori noſtro, in Anglia commoranti, contra abuſores litterarum noſtrarum in Regno Angliæ inquiſitionem duxerimus committendam;

Ricardus dictus Biſcop Clericus Londonien. Diocæſis, falsò ſuggerens ſcriptori prædicto quod iidem Prior & Conventus abuſi fuerant litteris Apoſtolicis contra eum, ſuper hoc, obtinuit Magiſtro Ottoni de ſancto Euſtachio, Canonico Reatin. in Anglia commoranti, ab eodem ſcriptore de facto, cum de jure non poſſet, committi totaliter vices ſuas:

A.D. 1251.

Qui, perperam procedens in cauſa, iniquam tulit diffinitivam ſententiam contra eos, a qua fuit ex parte eorum ad ſedem Apoſtolicam appellatum:

At idem, hujuſmodi appellatione contempta, excommunicationis tulit ſententiam in eoſdem.

Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus, vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc indè propoſitis, quod Canonicum fuerit, appellatione poſtpoſita, ſtatuatis; & facietis quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari.

Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem, appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere.

Dat. Lugdun. tertio Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno octavo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Bulla Innocentii Papæ Quarti, per quam non exaudit Petitiones Regis Angliæ, viz. Quod Rex Scotiæ non poſſit inungi vel coronari ſine licentia ſua, & de decima Eccleſiaſt. proventuum habenda.

D. 1251. 35. H. 3. Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte tua fuit nobis cum inſtantia ſupplicatum, ut tibi, nè cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Scotiæ illuſtris, abſque tuo aſſenſu inungi, vel coronari poſſet, cùm ſit ligius homo tuus, tibique homagium fecerit, concedere curaremus.

Quia vero talia concedere ſedes Apoſtolica minimè conſuevit, non mireris, ſi te non exaudivimus in hac parte: Noveris tamen quod alicui non concederemus aliquid, quod redundare crederemus in præjudicium Regiæ dignitatis.

A.D. 1251.

Super eo verò quod petebas tibi decimam Eccleſiaſticorum Proventuum ipſius Regni concedi, petitionem tuam, de quo non turberis, non admiſimus; quia, quod hoc in alterius Regno concederetur alicui, eſt penitùs inauditum.

Dat. Lugdun. octavo Id. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno octavo.

Sub ſigillo plumbeo.

Proceſſus & Sententia de irritando Contractum Matrimonialem inter Regem & Filiam Comitis Pontiven. & pronunciando Matrimonium inter prædictum Regem & Filiam Comitis Provinciæ eſſe legitimum.

A.D. 1251. An. 35. H. 3. *Ex Tranſcrip. authent.*

IN Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen.

Nos Petrus Dei miſeratione Herefordenſis Epiſcopus, à Domino Papa Judex delegatus, una cum Venerabili Patre Archiepiſcopo Eboracenſi, ſuper negotio Matrimonii, quod de facto interveniſſe quondam dicitur inter Dominum Henricum illuſtrem Regem Angliæ, & Dominam Johannam quondam filiam Comitis Pontivi, nunc illuſtrem Reginam Caſtellæ;

Et ſuper conſenſu qui, per interpoſitas perſonas cum juramento præſtito, interveniſſe dicitur inter ipſos;

Et ſuper quarto gradu Conſanguinitatis, in quo, ut aſſeritur, ſe attingunt, prout hæc & alia in mandato Apoſtolico plenius continentur.

Recepto prædicto mandato, partibus citatis ad Octabas beati Gregorii, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, in Eccleſia Sancti Stephani Senonen. (Collegâ noſtro litteratoriè excuſato) prædictâ Reginâ Caſtellæ per ſe, vel per aliquem procuratorem minime comparente; Magiſter Johannes Capelli, Procurator dicti Domini Regis Angliæ, cum litteris ejuſdem Regis, de mandato ad diem & locum aſſignatos comparuit coram nobis.

Nobis igitur, die & loco aſſignatis, pro tribunali ſedentibus, & adjunctis aſſeſſoribus Venerabili Patre Domino G. Dei gratia Antiſiodoren. Epiſcopo, & Viris venerabilibus Johanne Succentore, & Johanne Canonico & officiali Antiſiodoren. libellum, nobis traditum a dicto procuratore Domini Regis, recepimus in hunc modum.

Anno Domini 1251. in Octabis beati Gregorii, coram vobis, venerande Pater, Domino P. Dei gratia Herefordenſi Epiſcopo, Judice a Domino Papa delegato, proponit & aſſerit Magiſter Johannes Capelli Procurator Domini Henrici, Dei gratia illuſtriſſimi Regis Angliæ, quod cum ipſe Rex olim juraſſet quod Johannam, tunc filiam Comitis Pontivi, nunc illuſtrem Reginam Caſtellæ, duceret in uxorem:

Poſtmodum in dictam Dominam Johannam, tunc ſolutam, dictus Rex de facto conſenſit matrimonaliter per interpoſitas perſonas; non tamen præſentialiter ſe viderunt; nec amplius proceſſum extitit inter ipſos.

A.D. 1251.

Tandem comperiens dictus Rex, quod ipſe & dicta Domina Johanna ſe attingebant in quarto gradu conſanguinitatis, quare non erat, nec eſſe poterat matrimonium inter ipſos, matrimonio hujuſmodi minime conſummato, mutato conſilio in melius, contraxit matrimonium in facie Eccleſiæ cum Domina Helyenora filia tunc Comitis Provinciæ, quam modo habet, per Dei gratiam, in Uxorem.

Dicta vero Johanna contraxit Matrimonium cum Rege Caſtellæ.

Unde, ad removendam omnem notam infamiæ, ne ſit quod dicto Regi, vel ſuis valeat objici, vel temere imputari, petit dictus Procurator, nomine dicti Regis Angliæ, a vobis Domine Judex, quod recipiatis Teſtes ad probandam ſupradictam conſanguinitatem in quarto gradu, quam offert ſe probaturum procuratorio nomine.

Præcipue cum prædicta Regina Caſtellæ, citata peremptorie per Religioſum Virum Priorem Altecumbæ, Ciſtercien. Ordinis, ad Octabas beati Gregorii, in Eccleſia Sancti Stephani Senonen. pro prædicta causâ, reſponderit quod nunquam comparebit; & revera non comparet per ſe, vel per Procuratorem aliquem.

Unde cum contumax appareat, (utpote peremptoria citatione recepta, venire contemnens) petit inſtanter dictus Magiſter Johannes, Procurator dicti Domini Regis Angliæ, ut teſtes prædictos recipiatis, & ipſis receptis, & eorum atteſtationibus inſpectis, ad diffinitivam ſententiam nichilominus procedatis, auctoritate Apoſtolica, ſecundum Canonicas Sanctiones.

Petit etiam dictus Procurator quòd pronuncietis, quarto gradu Conſanguinitatis impediente, inter prædictum Regem Angliæ, & prælibatam Reginam Caſtellæ, quondam filiam Comitis Pontivi, nullum matrimonium extitiſſe.

Et, non obſtante conſenſu, vel juramento, quæ de facto dicuntur interveniſſe,

A.D. 1251. Hen. 3.

niſſe, legitimum eſſe Matrimonium contractum inter prædictum Regem, & Dominam Helyenoram, filiam quondam Comitis Provinciæ, & nunc Reginam Angliæ.

Et hoc petit dictus Procurator quod hæc auctoritate Apoſtolica faciatis, ſalvo jure addendi, minuendi, & cætera.

Attendentes igitur prædictæ Reginæ Caſtellæ contumaciam, teſtes, nobis præſentatos a dicto Procuratore Domini Regis Angliæ, recepimus de conſilio prædictorum aſſeſſorum, & plurium aliorum, & examinavimus diligenter, atteſtationibus ipſorum teſtium in ſcriptis redactis fideliter, & poſtmodum ſollempniter publicatis.

Prædicto Procuratori Domini Regis, petenti cum inſtantiâ proferri ſententiam, diem Mercurii, ante Ramos Palmarum, duximus aſſignandum ad diffinitivam ſententiam proferendam.

Dicta vero die Mercurii, comparente dicto Procuratore coram nobis & Aſſeſſoribus ſupradictis, in Eccleſiâ Sancti Stephani Senonen. & à nobis petente proferri ſententiam:

Nos, attendentes dictam Reginam Caſtellæ exiſtere contumacem in hoc negotio, ejus contumacia pro præſentia reputata, Collega noſtro per litteras excuſato, habito diligenti tractatu cum aſſeſſoribus noſtris & aliis juris peritis, de ipſorum conſilio, deum habentes præ oculis, auctoritate Apoſtolica ſententiando pronunciamus,

PRÆDICTUM DOMINUM Henricum Regem Angliæ, & memoratam Dominam Johannam, nunc Reginam Caſtellæ, ſeſe attingere in quarto gradu Conſanguinitatis; &, quarto gradu Conſanguinitatis impediente, nullum extitiſſe matrimonium inter ipſos.

Eadem auctoritate etiam pronunciamus quod, non obſtante Sacramento, quod dictus Rex feciſſe dicitur, de contrahendo cum dicta Domina Johanna, nunc Regina Caſtellæ, nec obſtante quod conſenſit per interpoſitas perſonas de facto matrimonialiter in eandem, matrimonium, poſtea contractum inter prædictum Regem Angliæ, & Dominam Helyenoram Reginam Angliæ, natam quondam Comitis Provinciæ, eſſe legitimum, & contractum ſecundum Canonicas Sanctiones.

In cujus rei Teſtimonium, tàm nos, quàm prædicti Aſſeſſores, Sigillis noſtris præſentem Sententiam ſigillamus.

Nos autem prædictus Epiſcopus Antiſiodoren. Johannes ſuccentor, Johannes Canonicus & Officialis Antiſiodoren. Aſſeſſores prædicti Domini Epiſcopi Herefordenſis, præſenti ſententiæ ſigilla noſtra duximus apponenda.

Teſtes,

G. Archidiacon. Lugdunen.
Nicholaus de Abbatia, Canonicus Antiſiodoren.
Magiſter Draco Canonicus Antiſiodoren. &
Dominus Lambertus Capellanus prædicti Domini Epiſcopi Antiſiodoren.

Actum in Eccleſia beati Stephani Senonen. die Mercurii, ante Ramos Palmarum, anno Domini 1251.

De Penſione pro Iſabella ſorore Regis.

A.D. 1251. An. 35. H. 3. Pat. 35. H. 3. m. 6.

REX omnibus, &c. ſalutem. Sciatis quod conceſſimus dilectæ ſorori noſtræ Iſabellæ, quæ fuit uxor Mauritii de Croun. 100 Marcas ſingulis annis, percipiendas ad Scaccarium noſtrum quamdiu vixerit;

Videlicet unam medietatem ad Scaccarium Sancti Michaelis, & aliam medietatem ad Scaccarium Paſchæ, donec ei uberius providimus.

In cujus rei Teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus Patentes & dupplicatas.

Teſte Rege apud Wodeſtoke, 10 die Julii.

Per ipſum Regem.

Redemptiones votorum, conceſſæ cruceſignatis in Scotia, non obſtante conceſſione facta Regi Angliæ.

A.D. 1251. *An.* 35. *H.* 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis univerſis cruceſignatis Regni Scotiæ, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Etſi nos contingat ſæpius nonnullos, eorum poſtulationibus favorabiliter annuendo, gratioſo munere prævenire, illis tamen facere gratiam non intendimus, quantumcumque nobis amicabiles ſint & cari, in derogationem juris alterius, vel juſtitiæ læſionem:

Licet igitur, ſicut cariſſimus in Chriſto filius noſter illuſtris Rex Scotiæ nobis ſignificare curavit, olim redemptiones votorum cruceſignatorum, necnon obventiones, legata, ſeu relicta, terræ ſanctæ ſubſidio, in Regno Scotiæ deputata, cruceſignatis vobis, in præfatæ terræ ſubſidium volentibus transfretare, duximus concedenda;

Quia tamen nuper eadem cariſſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri Regi Angliæ dicimur conceſſiſſe, certis ſibi ſuper hoc executoribus deputatis, idem Rex Scotiæ nobis humiliter ſupplicavit ut ſuper hoc vobis providere benigniùs curaremus.

A.D. 1251.

Verum cum intentionis noſtræ non fuerit, nec exiſtat prædictam conceſſionem, ſi facta extitit, revocare; ſed velimus potius ut eadem conceſſio firma ſiſtat, præſentium vobis auctoritate concedimus ut, ſi eſt ita per præfatas litteras dicto Regi conceſſas, nullum vobis præjudicium generetur.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Mediolan. 2. Non. Septembr. Pontificatus noſtri anno Nono.

Plumbeo Sigil. pend. a filis Sericis flavi rubeique coloris.

De Conductu Reginæ Scotiæ.

A.D. 1251. *An.* 35. *H.* 3. *Pat.* 35. *H.* 3. *m.* 2.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum conductum, dilectam nobis in Chriſto Mariam Reginam Scotiæ, Thomam de Cuſcy, Egidium Caſtellanum Balpamar. & Dominum Belli Manſi, & eorum familiam, quam ſecum ducent in eundo per terram & poteſtatem noſtram, ibidem morando, & inde recedendo:

A.D. 1251.

Et ideo vobis mandamus quod eiſdem Reginæ, Thomæ, Egidio, & eorum familiæ, quam ſecum ducent, non inferatis, vel inferri permittatis, impedimentum, dampnum, aut gravamen.

In cujus, &c. duraturas uſque ad Paſcham anno, &c. 36.

Teſte Rege apud Windleſoram 24 die Septembris.

De conductu Alexandri Regis Scotiæ.

A.D. 1251. *An.* 35. *H.* 3. *Pat.* 35. *H.* 3. *m.* 1.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum dilectum noſtrum Alexandrum Regem Scotiæ, & familiam ſuam, quam ſecum ducet ad nos uſque Eborum.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Regi & familiæ ſuæ prædictæ in veniendo ad nos, ad prædictum locum, ibidem morando, & inde ad partes ſuas revertendo, nullum inferatis, vel inferri permittatis impedimentum, aut gravamen.

A.D. 1251.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmon. 18 die Octobris.

Pro Alexandro Rege Scotiæ.

A.D. 1251. An. 36. H. 3. Pat. 36. H. 3. n. 13.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noveritis nos teneri Alexandro, Dei gratia, Regi Scotiæ illuſtri, de Maritagio Margaretæ filiæ noſtræ primogenitæ, cum qua contraxit idem Rex in facie Eccleſiæ ſolempniter apud Eborum, in Craſtino Natalis Domini, anno incarnationis ejuſdem 1251. in quinque millibus marcarum argenti,

Eidem, vel certo Nuncio ſuo ſolvend. ad ſuam requiſitionem, a proximo venturo Paſcha, in quatuor annos.

A.D. 1251.

Et ſic erimus quieti de illis quinque millibus marcarum argenti contentis in ſcriptis exinde confectis inter nos, & bonæ memoriæ Alexandrum Regem Scotiæ patrem ſuum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Eborum, 27 die Decembris.

Per Regem & Concilium.

De Treugis cum Rege Navarræ ratificandis.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Pat. 36. H. 3. n. 10.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod, ſi dilectus & fidelis noſter Simon de Monte-forti, Comes Leiceſtriæ, vel is, qui loco ſuo fuerit in ſervitio noſtro Waſconiæ, Treugas inierit cum Rege Navarræ, nos eas ratificamus, & firmiter teneri faciemus.

A.D. 1252.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Thorp. 2 die Januarii.

Per J. Maunſel.

Bulla Papæ Rogatoria pro quibuſdam Mercatoribus Senens.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Ex Orig. in Turri Lond.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Regalis excellentiæ quam plurimum intereſt, ut illis, qui pro ſuis in Regno tuo negotiationibus commorantur, te non gravem, ſed benignum exhibeas, & ſerenitate Regia manſuetum.

Cum igitur Fredericus Rolland, & Thebaldus Tabalducci, ſocii dilecti filii Boniventuræ Lupelli Civis & Mercatoris Senen. devoti noſtri, in eodem Regno pro ſuis exercendis negotiationibus moram trahant;

A.D. 1252.

Celſitudinem tuam rogandam duximus attentius & hortandam, quatenus Marcatores eoſdem permittens in prædicto Regno & toto diſtrictu tuo libere commorari, eos occaſione aliqua non moleſtes, nec ab aliis moleſtari patiaris:

Sed potius ipſos cum omnibus rebus eorum, pro Apoſtolicæ Sedis & noſtra reverentiâ, favorabiliter manuteneas & defendas; ita quod magnificentiam tuam proinde dignis in Domino laudibus attollamus.

Dat. Peruſii, 10. Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno nono.

Pro Matillida de Cantilupo, cum Regina Scotiæ in Scotiam profecta.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Pat. 36. H. 3. n. 8.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Quia dilecta nobis in Chriſto Matillida de Cantilupo profecta eſt in Scotiam, in obſequium noſtrum, una cum Regina Scotiæ filia noſtra;

A.D. 1252.

Nos, de gratia noſtra ſpeciali, concedimus eidem Matillidæ quod, toto tempore vitæ ſuæ, quieta ſit de ſectis Comitatuum, Hundredorum, auxiliis Vicecomitum, hidagiis, & viſu franci plegii, de omnibus terris & tenementis, quæ

A.D. 1252. Hen. 3.

quæ tenet in dotem, de dono Willielmi de Cantilupo, quondam viri ſui, in Anglia:

Ita quod ipſa Matillida, quamdiu vixerit, non diſtringatur per nos, vel per aliquos Ballivos noſtros, Vicecomites, vel alios, ad ſectas Comitatuum, vel hundredorum faciendas; vel pro auxiliis Vicecomitum, hidagiis, aut viſu franci plegii, quæ ab ea exigi poſſint, occaſione terrarum & tenementorum prædictorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 22. die Februarii.

Per Regem.

Bulla Pro Cruceſignatis.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Afflicti corde pro deplorandis terræ ſanctæ periculis, ſed pro illis præcipuè, quæ conſtitutis in ipſâ fidelibus noſcuntur noviter accidiſſe, ad liberandam ipſam, Deo propitio, de impiorum manibus totis affectibus aſpiramus, diffinientes, ſacro approbante concilio, ut ita cruceſignati ſe præparent, quòd oportuno tempore, univerſis inſinuando fidelibus per Prædicatores & noſtros Nuncios ſpeciales, omnes, qui diſpoſuerint transfretare, in locis idoneis ad hoc conveniant, de quibus, in ejuſdem terræ ſubſidium, cum divinâ & apoſtolicâ benedictione procedant.

Sacerdotes autem & alii Clerici, qui fuerint in exercitu Chriſtiano, tàm ſubditi, quàm Prælati, orationi & exhortationi diligenter inſiſtant, docentes eos verbo, pariter & exemplo, ut timorem & amorem Domini ſemper habeant ante oculos, nè quid dicant aut faciant quod æterni Regis majeſtatem offendat.

Et, ſi quando in peccatum lapſi fuerint, per veram pœnitentiam mox reſurgant, gerentes humilitatem cordis, & corporis, & tàm in victu, quam in veſtitu mediocritatem ſervantes;

Diſſenſiones & æmulationes omnino vitando, rancore, & livore à ſe penitùs relegatis.

Ut ſic, ſpiritualibus & materialibus armis muniti, adverſus hoſtes fidei ſecuriùs prælientur, non de ſuâ præſumentes potentiâ, ſed de divinâ virtute ſperantes.

Nobiles quidem & potentes exercitûs, ac omnes divitiis habundantes, piis Prælatorum monitis inducantur, ut, intuitu Crucefixi, pro quo crucis ſignaculum aſſumpſerunt, ab expenſis inutilibus & ſuperfluis, ſed ab illis præcipue, quæ fiunt in commeſſationibus & conviviis, abſtinentes, eas commutent in perſonarum illarum ſubſidium, per quas Dei negotium valeat proſperari; & eis, propter hoc, juxta Prælatorum ipſorum providentiam, peccatorum ſuorum indulgentia tribuatur.

A.D. 1252.

Prædictis autem clericis indulgemus, ut beneficia ſua integre percipiant per triennium, ac ſi eſſent in Eccleſiâ reſidentes; &, ſi neceſſe fuerit, ea, per idem tempus, valeant pignori obligare.

Ne igitur hoc Sanctum propoſitum impediri, vel retardari contingat, univerſis eccleſiarum Prælatis diſtricte præcipimus, ut ſinguli, per loca ſua, illos, qui Crucis ſignum depoſuerunt, reſumere, ac tàm ipſos, quàm alios cruceſignatos, & quos adhuc ſignari contigerit, ad reddendum Domino vota ſua diligentius moneant & inducant; &, ſi neceſſe fuerit, per excommunicationis in perſonas, & interdicti ſententias in terras ipſorum, omni tergiverſatione ceſſante, compellant.

Ad hæc, ne quid in negotio Jeſu Chriſti de contingentibus, omittatur, volumus & mandamus, ut Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates & alii, qui curam obtinent animarum, ſtudioſe proponant commiſſis ſibi populis verbum Crucis, obſecrantes per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, unum, ſolum, verum, æternum Deum, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites & Barones, alioſque Magnates, necnon Communia Civitatum, Villarum & Oppidorum ut, qui perſonaliter non acceſſerint, in ſubſidium terræ ſanctæ competentem conferant numerum bellatorum, cum expenſis ad triennium neceſſariis, ſecundum proprias facultates, in remiſſionem ſuorum peccaminum, prout in generalibus litteris, quas pridem per orbem terræ miſimus, eſt expreſſum; &, ad majorem cautelam, inferiùs etiam exprimetur.

Hujus enim remiſſionis volumus eſſe participes non ſolum eos, qui ad hoc naves proprias exhibebunt, ſed illos etiam, qui propter hoc opus naves ſtuduerint fabricare.

Renuentibus autem, ſi qui fortè tam ingrati fuerint Domino Deo noſtro, ex parte Apoſtolica firmitèr proteſtentur, ut ſe ſciant, ſuper hoc, nobis, in noviſſimo mo diſtricti examinis die, coram tremendo judice reſponſuros.

Priùs tamen conſiderantes quâ ſcientiâ, quáve ſecuritate comparere poterunt coram unigenito Dei filio Ieſu Chriſto, cui omnia dedit pater in manus, ſi ei, pro peccatoribus crucifixo, ſervire renuerint in hoc negotio, quaſi propriè ſibi proprio, cujus munere vivunt, cujus beneficio ſuſtentantur, quin etiam cujus ſanguine ſunt redempti.

Cæterum ex communi Concilii approbatione ſtatuimus, ut omnes omnino Clerici, tàm ſubditi, quàm Prælati, viceſimam Eccleſiaſticorum Proventuum, uſque ad triennium, integrè conferant in ſubſidium Terræ ſanctæ per manus eorum, qui, ad hoc, Apoſtolicâ fuerint providentiâ ordinati; quibuſdam duntaxat religioſis exceptis, ab hac præſtatione meritò eximendis; illiſque ſimiliter qui, aſſumto, vel aſſumendo Crucis ſignaculo, ſunt perſonaliter profecturi.

Nos autem & fratres noſtri, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, plenariè decimam perſolvemus, ſciantque ſe omnes ad hoc fideliter obſervandum per excommunicationis ſententiam obligatos; ità quòd illi, qui, ſuper hoc, fraudem ſcientèr commiſerint, ſententiam excommunicationis incurrant.

Sanè, quià juſto judicio cæleſtis Imperatoris obſequiis inhærentes ſpeciali decet prærogativa gaudere, cruceſignati a collectis, vel talliis, aliiſque gravaminibus ſint immunes; quorum perſonas & bona, poſt Crucem aſſumptam, ſub beati Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus.

Statuentes ut ſub Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, ac omnium Prælatorum Eccleſiæ Dei defenſione conſiſtant; propriis nichilominus protectoribus, ad hoc, ſpecialiter deputandis; ità ut, donec de ipſorum reditu, vel obitu certiſſimè cognoſcatur, integra maneant & quieta, &, ſi quiſquam contra præſumpſerit, per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcatur.

Siqui verò proficiſcentium illùc ad præſtandas uſuras juramento tenentur aſtricti, creditores eorum, ut eis remittant præſtitum juramentum, & ab uſurarum exactione deſiſtant, eadem præcipimus diſtrictione compelli.

Quòd, ſi quiſquam creditorum eos ad ſolutionem coegerit uſurarum, eum ad reſtitutionem earum ſimili cogi animadverſione mandamus.

Judæos verò ad remittendas uſuras per ſecularem compelli præcipimus poteſtatem; &, donec illas remiſerint, ab univerſis Chriſti fidelibus, per excommunicationis ſententiam, eis omninò communio denegetur.

Hiis autem, qui Judæis debita ſolvere nequeunt in præſenti, ſic Principes ſeculares utili dilatione provideant, quòd, poſt iter arreptum, quouſque de ipſorum reditu, vel obitu cognoſcatur, uſurarum incommoda non incurrant; compulſis Judæis proventus pignorum, quos ipſi interim perceperint, in ſortem, expenſis deductis neceſſariis, computare; cum hujuſmodi beneficium non multum videatur habere diſpendii, quòd ſolutionem ſic prorogat, quòd debitum non abſorbet.

Porrò Eccleſiarum Prælati, qui in exhibenda juſtitia cruceſignatis, & eorum familiis negligentes extiterunt, ſciant ſe graviter puniendos.

Cæterùm quià curſarii & pyratæ nimìs impediunt ſubſidium Terræ ſanctæ, capiendo & ſpoliando tranſeuntes ad eam, & redeuntes ab ipſa; nos eos, & principales adjutores, & fautores eorum excommunicationis vinculo innodamus; ſub interminatione anathematis inhibentes, nè quis cum eis ſcienter communicet in aliquo venditionis vel emptionis contractu; & injungentes rectoribus Civitatum, & ſuorum locorum, ut eos ab hac iniquitate revocent & compeſcant.

Alioquin, quià nolle perturbare perverſos, nichil eſt aliud quam fovere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſunt obviare, in perſonas & terras eorum, per Eccleſiarum Prælatos, ſeveritatem Eccleſiaſticam volumus, & præcipimus exerceri.

Excommunicamus prætereà & anathematizamus illos falſos & impios chriſtianos, qui contra ipſum Chriſtum, & populum Chriſtianum Saracenis arma, ferrum & lignamina deferunt galearum; illos etiam, qui galeas vendunt eis vel naves, quique in pyraticis Saracenorum navibus curam gubernationis exercent; vel in machinis, aut quibuſlibet aliis aliquod eis impendunt auxilium vel conſilium, in diſpendium Terræ ſanctæ; ipſoſque rerum ſuarum privatione mulctari, & capientium fore ſervos cenſemus.

Præcipientes ut, per omnes urbes maritimas, omnibus diebus Dominicis & Feſtivis, hujuſmodi ſententia publicè innovetur: Et talibus gremium non aperiatur Eccleſiæ, niſi totum, quod commercio tam dampnato perceperint, & tantundem de ſuo in ſubſidium prædictæ Terræ tranſmiſerint, ut æquo judicio, in quo deliquerint, puniantur.

A.D. 1252.
Hen. 3.

Quòd ſi fortè ſolvendo non fuerint, ſic aliàs reatus talium caſtigetur, quòd, in pœna ipſorum, aliis interdicatur audacia ſimilia præſumendi.

Prohibemus inſuper omnibus chriſtianis, & ſub anathemate interdicimus, nè in terras Sarracenorum, qui partes orientales inhabitant, uſque ad quadriennium tranſmittant, vel tranſvehant naves ſuas; ut, per hoc, volentibus transfretare in ſubſidium Terræ ſanctæ major navigii copia præparetur: Et Sarracenis prædictis ſubtrahatur auxilium, quod eis ex hoc conſuevit non modicum provenire.

Licet autem torneamenta ſint in diverſis conciliis, ſub certa pœna, generaliter interdicta; quia tamen, hoc tempore, Crucis negotium per ea plurimum impeditur, nos ea, ſub pœna excommunicationis, firmiter inhibemus uſque ad triennium exerceri.

Quia verò, ad hoc negotium exequendum, eſt permaximè neceſſarium, ut Principes & populi chriſtiani ad invicem pacem obſervent; ſancta & univerſali ſynodo ſuadente ſtatuimus ut, ſaltem per quadriennium, in toto orbe chriſtiano pax generaliter obſervetur; ita quòd per Eccleſiarum Prælatos diſcordantes reducantur ad plenam pacem, aut firmam treugam inviolabiliter obſervandam.

Et qui acquieſcere fortè contempſerint, per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terras artiſſimè compellantur; niſi tanta fuerit injuriatorum malitia, quòd ipſi non gaudere debent tali pace.

Quòd, ſi fortè cenſuram Eccleſiaſticam vili penderint, poterint, non immeritò, formidare, nè per auctoritatem Eccleſiæ, contra eos, tanquam perturbatores negotii crucifixi, ſecularis potentia inducatur.

A.D. 1252.
Hen. 3.

Nos ergo, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate confiſi, ex illa, quam nobis, licet indignis, Deus ligandi atque ſolvendi contulit, poteſtate, omnibus, qui laborem iſtum in propriis perſonis ſubierint & expenſis, plenam ſuorum peccamintum, de quibus fuerint corde contriti & ore confeſſi, veniam indulgemus, & in retributione juſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentum.

Eis autem, qui non in propriis perſonis illuc acceſſerint, ſed in ſuis dumtaxat expenſis, juxta facultatem & qualitatem ſuam, viros idoneos deſtinaverint; & illis ſimiliter qui, licet in alienis expenſis, in propriis tamen perſonis acceſſerint, plenam ſuorum concedimus veniam peccatorum.

Hujus quoque remiſſionis concedimus eſſe participes, juxta quantitatem ſubſidii, & devotionis affectum, omnes, qui, ad ſubventionem ipſius terræ, de bonis ſuis congruè miniſtrabunt, aut circa prædicta conſilium & auxilium impenderint oportunum.

Omnibus etiam proficiſcentibus in hoc opere, ſancta & univerſalis ſynodus orationum & beneficiorum ſuorum ſuffragium impertitur, ut eis dignè proficiat ad ſalutem.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla de Collectoribus Redemptionum votorum Cruceſignatorum.

A.D. 1252.
An. 36. *H.* 3.
Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Burdegaliæ, & Epiſcopo Vaſaten. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum cariſſimo in Chriſto filio noſtro Regi Angliæ illuſtri cruceſignato redemptiones votorum cruceſignatorum, & obventiones, & legata ſeu relicta Terræ ſanctæ ſubſidio, in Regno Angliæ, & aliis terris ejuſdem Regis, ad opus Terræ ſanctæ duxerimus concedenda, certis ſuper hiis collectoribus d———— nonnulli Clerici & Laici locorum ipſorum, quibus ſimilem gratiam, uſque ad certas ſummas, antequam idem Rex ———— feceramus, ultra prædictam ſummam plurima perceperunt;

Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus ipſos, quod omnia, quæ ultra eaſdem ſummas ex prædictis percepiſſe noſcuntur, vobis ad opus ejuſdem Regis cum integritate reſtituant, monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellatis:

A.D. 1252.

Non obſtante ſi eis, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint, a ſede Apoſtolica ſit indultum; & quavis alia ipſius ſedis indulgentia, per quam id impediri ſeu differri valeat; & de qua, ejuſque toto tenore, ac de verbo ad verbum ſimilem oporteat in præſentibus fieri mentionem; & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali.

Dat. Peruſii, Non. Martii, Pontificatûs noſtri anno nono. *Plumbeo ſigillo.*

De

De decima danda de Maneriis Epiſcoporum & Prælatorum Regi Angliæ, in ſubſidium Terræ ſanctæ.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Collectoribus decimæ Eccleſiaſticorum Proventuum, cariſſimo in Chriſto filio noſtro Regi Angliæ illuſtri, conceſſæ in ſubſidium Terræ ſanctæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm, ſicut cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Angliæ illuſtris ſua nobis petitione monſtravit, nos ſibi, uſque ad triennium, decimam Eccleſiaſticorum proventuum, in ſubſidium Terræ ſanctæ, in Regno Angliæ, Wallia, Ibernia, & Waſconia, videlicet in terra ſua, duxerimus concedendam,

Nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii eorundem locorum Prælati, conceſſionem noſtram interpretatione voluntaria reſtringentes, aſſerunt eam extendi ad ſua Maneria non debere, dictam decimam eidem Regi ſolvere de hiis indebite denegantes.

A.D. 1252.

Ne igitur Rex præfatus per interpretationem hujuſmodi proviſionis noſtræ fruſtretur effectu, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus faciatis eidem, dicta interpretatione repulſa, de Maneriis eiſdem decimam hujuſmodi juxta formam — traditam exhiberi.

Dat. Peruſii, tertio Id. Martii, Pontificatûs noſtri anno decimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

De querela facta per Clerum Angliæ de gravibus oppreſſionibus, Anglis illatis per Curiam Romanam, ratione proviſionum & collationum ſpiritualium, &c.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Ex Authentico.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis Regni Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Habet Eccleſia Romana humeros communibus oneribus aſſuetos, & pronos ad ſublevanda gravamina ſingulorum: Habet & animum qui, caritatis neceſſitudine ſuggerente, quibuſlibet non afflictionis cogitet conſilia, ſet medelæ; quam experiuntur aſſidue in Apoſtolicæ ſedis uberibus non deeſſe, qui ejus implorare coguntur in neceſſitate præſidium, diverſis laboribus fatigati.

Siqua ergo ſuper hiis, quæ ab eadem ſede pro tempore imponuntur, aliquorum, tanquam hæc eorum gravent obedientiam, querela ſubmurmurat, facile paterna compatitur pietas & ſuccurrit; quæ, tanquam propriis, afficitur incommodis proximorum.

Nuper ſane per communes Nuncios, quos ad noſtram præſentiam deſtinaſtis, fuit ex parte veſtra propoſitum coram nobis quod Anglicana Eccleſia, in beneficiorum proviſionibus pro alienigenis intolerabiliter per ſedem Apoſtolicam eſt gravata, in ejuſdem grave diſpendium & ſcandalum Anglicorum: Cum eædem proviſiones ſummam quinquagint. millium marcarum annis ſingulis excedere aſſerantur; ſuper quo provideri per Apoſtolicæ ſedis clementiam iidem Nuncii veſtro nomine ſupplicarunt.

A.D. 1252.

Novit Deus, conſcientiæ noſtræ teſtis, quod quibuſlibet ejuſdem Eccleſiæ gravaminibus ex internis cordis noſtri viſceribus condolemus, hiis maxime quæ noſtris temporibus ſunt adjecta;

Quia etſi, ex merito devotionis, qua Romanam Eccleſiam Anglicana ſemper coluiſſe recolitur, onera ſibi quibuſcumque temporibus ingeſta, nos premant, ipſiuſque gemitus, ex quibuſcumque nobis cauſis expreſſi, animam noſtram amaritudine compaſſionis afficiant, tamen quæ noſtris noſcuntur cauſam habuiſſe temporibus, gravius nos conturbant.

Set malitia fratrum noſtrorum temporum longam futuris ſæculis relictura memoriam, & majorem poſteris, qui hæc acceperint, illatura ſtuporem quàm percipiat ætas iſta, ſenſibus præſentium exercitata malorum; necnon & importunitas plurimorum, aut temporis, aut cauſæ, aut perſonæ, ſive loci fulta ſuffragiis, nos ad multa, quæ diſplicent, nec habere debent conſequentiam, interdum invitos, interdum parum voluntarios impulſerunt, qua ratione perpenſa, piis poteſt

teſt mentibus in multis ſaltem æquanimitas patientiæ ſuaderi.

Quod autem aliquibus Clericis, proviſionis Apoſtolicæ gratia in Regno Angliæ proſequentibus, poſt ſumptuoſos labores attritis multipliciter & exhauſtis, paternâ ſumus miſeratione compaſſi, eis per aliquod providæ ordinationis, vel deciſionis compendium conſulendo;

Quod etiam quibuſdam, quibus proviſionis noſtræ manus claudi non potuit, pro quibus interdum non ſolum ipſorum, verum etiam Eccleſiarum, in quibus eis providendum videtur, interpellat utilitas a principio, ne ipſi dampnoſa difficilis proſecutionis diſpendia patiantur, per aliquam præventionis gratiam duximus præcavendum, quod quidem juſtiorem præſtare poteſt laudi materiam quàm querelæ, cum per hoc, & hominum obvietur malitiis, quod non ambigitur prudentis juſtitiæ opus eſſe;

Et non minus interdum Eccleſiarum, quàm perſonarum incommodis occurratur, quod laudibili eſt circumſpectionis conſilio aſcribendum; compertum eſt enim per quot malorum incommoda, per quot difficultatum anfractus Clerici hujuſmodi diſtrahantur, quamque acceptos ipſos efficiat, in gratia & judicio conſequendis, aut meritum proprium, aut alienus favor, aut reverentia mandatoris.

Vota igitur veſtra nobis ſuper hoc, prædictorum Nunciorum ſupplicationibus intimata, in pectoris noſtri ſecreto colligimus diligenti meditationis examine dirigenda; & nobis modos, per quos honeſte a prædictis proviſionum oneribus Anglicana relevari poſſit Eccleſia, recolentibus diligenter, hoc remedium relevationis occurrit, ſi ſuper eo cum cogitationibus noſtris conveniant ſenſus veſtri, ut, viz.

Aliquorum de Clericis Italicis, per ſedem Apoſtolicam in Regno Angliæ beneficia conſecutis, prout vobis videbitur, uſque ad ſummam octo millium Marcarum, in bonæ voluntatis patientia, proviſionibus toleratis (quoniam nec poſſumus, nec debemus privare quemquam, ſine cauſa legitima, jure ſuo, qui ſumus omnibus in juſtitia contra injuriam defenſores) cogendo cæteros, quibus in eodem Regno eſt Apoſtolicæ ſedis auctoritate proviſum, ad perſonalem reſidentiam in ſuis beneficiis faciendam, & ſuſceptionem ordinum, ſicut beneficia ipſa requirunt, ac privandos eiſdem beneficiis reſidere aut ordinari contumaciter recuſantes, eaque aliis, qui hæc implere velint & valeant, conferendi libera ſingulis veſtrum, in ſuis Diocæſibus, a ſede Apoſtolica poſſibilitas, cui nulla obſtet obtenta, vel obtinenda indulgentia, concedatur.

Nos inſuper, qui, pluribus hactenus annis, ita ceſſavimus a beneficiis in Regno Angliæ conferendis, ut ferè nulli, vel pauciſſimi debeant, aut poſſint ſe dolere gravatos, deinceps ab iis noſtræ poteſtatis plenitudinem taliter curabimus continere, quod ſinguli benignitatem Apoſtolicam ſentiant vobis in multâ honorificentiâ detuliſſe; & nichilominus de prædicta octo millium marcarum ſumma, ſi umquam tolerabiliter fieri poterit, adimemus, ut caritati veſtræ uberius ſatisfiat.

Nec volumus aut intendimus quod hujuſmodi octo millium marcarum ſumma in poſterum ad conſequentiam protrahatur, ut uſque ad eam Anglicana Eccleſia per ſedem Apoſtolicam gravari debeat in proviſionibus faciendis, vel manere gravata; ſet propoſiti ac deſiderii noſtri eſſe ſcitote, ut eadem Eccleſia, & a proviſionibus factis etiam, intra ſummam eandem, in qua etiam duximus æquanimiter tolerandas, taliter relevetur; & a faciendis, in poſterum, ſic habeatur immunis, quod ſuper hiis, nulla eidem ſuppetat ratio gemitus aut querelæ.

Hoc fiat tempore noſtro, prout vita nobis Comes fuerit, & ad hoc præſtiterit in rebus humanis diſpoſitio divina favorem; fiet quoque plenius ſucceſſorum noſtrorum, Deo dante, temporibus, prout illis Deus inſpirabit, & pleniorem dabit exequendi hujus propoſiti facultatem.

Itaque ſi hoc, quod ſuper præmiſſa ſupplicatione noſtra excogitavit attentio, vobis videatur acceptum, id nobis per veſtras communes litteras declararetis, ut in effectum congruum animi noſtri conceptio, ſecundum communem approbationis veſtræ libitum, proferatur: Et, ut ſuper hoc melius procedatur, ſinguli veſtrûm Clericorum nomina, beneficia in ſuis Diocæſibus, ea proviſione prædictæ ſedis, obtinentium, & quam ſummam, ſecundum extimationem communem, attingant beneficia ſingulorum, nobis ſtudeant fideliter intimare.

Dat. Aſſiſii, undecimo Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno decimo.

Pro Comite Augy.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Pat. 36. H. 3. m. 8.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus dilecto nobis Alfonſo Comiti Augy ſalvum & ſecurum conductum noſtrum in eundo uſque Cantuar. cauſa peregrinationis, & abinde redeundo verſus partes ſuas:

Et ideo vobis mandamus quod eidem Comiti, ſeu familiæ ſuæ quam ſecum illuc ducet, in itinere ſuo, ad prædictam peregrinationem peragendam, non inferatis, nec inferri permittatis moleſtiam aut gravamen.

In cujus, &c. duraturas uſque ad Feſtum Sancti Michaelis proximo futurum.

Teſte Rege apud Radyng. viceſimo ſexto die Maii.

De termino ad paſſagium in Terram ſanctam aſſignato.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Pat. 36. H. 3. m. 6. d.

REX R. Dei gratia Patriarchæ Jeroſolym. ſalutem.

Cum caractere Crucis ſimus inſigniti, & pungat nos negotium Terræ ſanctæ ſtimulis interioribus, in quindena Paſchæ, anno Gratiæ milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo, præſentibus pluribus Magnatibus Regni noſtri, firmavimus paſſagium noſtrum, certum terminum eidem aſſignando, videlicet a Nativitate Sancti Johannis Baptiſtæ ejuſdem anni in quatuor annos; ad quem terminum, per auxilium Iheſu Chriſti, nos ad ipſius ſervitium accingemus, quod intimare poteritis Magnatibus Terræ ſanctæ, prout veſtra viderit diſcretio expedire.

Scire etiam vos volumus quod, ſi illuſtris Rex Franciæ terras noſtras, a progenitoribus ſuis, & ab ipſo occupatas, nobis reſtituerit, indubitanter paſſagium noſtrum anticiparemus.

Teſte Rege apud Weſtm. ſexto die Junii.

Eodem modo mandatum eſt,

Archiepiſcopo Tyrenſ,
Th. Regi Cypri.
Boemd. Principi Antiochiæ & Comiti Tripol,
AEtton. Regi Armeniæ,
Conſtantio Baiulo Arm.
Johanni de Ibelm. Comiti Jopen.
Johanni de Fogiis Conſtab. Acon,
Philippo de Monte Forti Domino Torron.
J. Domino Cæſareæ,
Conſuli & Communitati Januen.
Conſuli & Communitati Piſan,
Conſuli & Communitati Venetarum.

Eodem modo ſcribitur Magiſtris Templi, Hoſpital. &
Domus Hoſpitalis Teutonicorum, cum hac adjectione,

Cæterum cum bonas, ut audivimus, habeatis in domo veſtra naves, vos rogamus attentius quatinus meliores naves & fortiores, quas habetis, præparetis nobis commodandas: Ita quod præparentur, & munitæ ſint nautis & armamentis convenientibus per unum annum, ante paſſagium noſtrum; ut equi, arma, & alia, quæ præmittere volumus in Terram ſanctam, ſalvo valeant in eis deferri; providentes quod, cum applicuerint, ſervientes noſtri, cum prædictis præmiſſis, ſalvas habeant domos & receptacula ſecura, quibus ſe cum rebus prædictis uſque ad adventum noſtrum valeant receptari; & anno ſequenti remittantur naves prædictæ, quibus nos ipſi, cum ſequentibus noſtris, valeamus ſecure transfretare, tam ſollicitè vos habentes circa prædicta, quod per experientiam addiſcamus, quam ferventem habeatis ad ſuccurſum Terræ ſanctæ devotionem, & verſus perſonam noſtram affectionem.

Teſte ut ſupra.

Regi Franciæ, de Terris per ipſum occupatis Regi reſtituendis.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Pat. 36. H. 3. n. 5. d.

EXcellenti Principi Lodowico, Dei gratia, Regi Franciæ illuſtri, Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Requiſiti dudum per litteras veſtras quod adventum noſtrum acceleremus in ſuccurſum Terræ ſanctæ, recolimus Serenitati veſtræ reſcripſiſſe quod, ſi terras noſtras per vos & Progenitores veſtros occupatas freti ſalubri conſilio nobis redderetis, paſſagium noſtrum acceleraremus, & perſonam, & res noſtras exponeremus in obſequium crucifixi ad honoris veſtri incrementum.

Et licet jam paſſagium noſtrum ſit juratum, & certo tempore ſtatutum, idem tamen paſſagium anticipabimus, potenter nos accingendo ad prædictæ Terræ ſuccurſum, dum tamen occupata prædicta nobis benigne reſtituatis; quod veſtræ Regiæ dignitati ad ſalutem cedet perpetuam, & laudem famæ temporalis.

Teſte Rege apud Weſtm. octavo die Junii.

Ejuſmodi Littera Reginæ Franciæ.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Ibidem.

REX M. Reginæ Franciæ ſalutem.

Noverit dilectio veſtra quod paſſagium noſtrum in Terram ſanctam ſtatuimus a Nativitate Sancti Johannis Baptiſtæ, anno Gratiæ milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo in quatuor annos; &, ſi placeret Domino veſtro Regi Franciæ quod terræ noſtræ, a Predeceſſoribus ſuis & ab ipſo occupatæ, nobis reſtituerentur, proculdubio maturius paſſagium noſtrum pararemus, potenter nos accingendo ad honorem crucifixi, & Domini veſtri, & totius chriſtianitatis commodum & honorem.

Quod quidem ei ſcire faciatis, ipſumque efficaciter inducatis ad prædictam reſtitutionem nobis faciendam.

Nos enim extunc, ſine moræ diſpendio, terminum paſſagii noſtri anticipabimus, & manu valida ad perpetuum crucifixi & Domini veſtri honoris incrementum.

Teſte ut ſupra.

De diſcordiis in Waſconia ſedandis

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Pat. 36. H. 3. m. 7. d. in cedula.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, &c. omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, has litteras viſuris, vel audituris, ſalutem.

Cum, per crebras diverſorum relationes, ad noſtram notitiam perveniſſet graves ortas fuiſſe diſcordias inter Simonem de Monte-forti, Comitem Leiceſtriæ, locum noſtrum in Waſconia Tenentem: & quoſdam Magnates, Barones, Cives, Burgenſes, ac alios terræ noſtræ Waſconiæ;

Ad quas ſedandas remedium adhibere volentes, venerabilem patrem G. Burdegaliæ Archiepiſcopum, & quoſdam Magnates, ac alios Clericos, & Laicos illius terræ ad præſentiam noſtram fecerimus evocari:

Quorum auditis & intellectis hinc inde propoſitis, & viſo quod hinc inde propoſita coram nobis non potuimus in Anglia commodè diffinire,

De conſilio noſtro ſic duximus providendum, quod nos, aut Edwardus filius noſter primogenitus, in Feſto Purificationis beatæ Mariæ proximo venturo, vel citra idem Feſtum, erimus in Waſconia pro ſtatu illius terræ ſalubriter ordinando.

Et, ut terra illa interim in debita tranquilitate perſiſtat, volumus & firmiter præcipimus prædicto Comiti Leiceſtriæ, & Ballivis ſuis Waſconiæ, & omnibus aliis Ballivis & fidelibus noſtris ejuſdem terræ, quod omnes articuli ſubſcripti firmiter obſerventur; videlicet,

Quod treuga, per dilectum fratrem noſtrum Galfridum de Lezignan, fratrem R. Magiſtrum Militiæ Templi in Anglia, & Henricum de Wengham, quos in Nuncios noſtros miſimus in Waſconia, capta

capta uſque ad Nativitatem beati Johannis Baptiſtæ, anno Regni noſtri triceſimo ſexto, & poſtea, ad inſtantiam dictorum Magnatum & Baronum Waſconiæ, quos ad præſentiam noſtram evocavimus, in Anglia, prorogata uſque ad aſſumptionem beatæ Mariæ proximo ſequentem, in ſuo robore duret & perſeveret uſque ad purificationem beatæ Mariæ ſupradictam.

Et quod treuga, quam volumus & præcipimus eſſe inter præfatum Comitem Leiceſtriæ, & omnes alios de diſtrictu noſtro, adhærentes eidem Comiti; & etiam inter omnes alios qui de eo querimoniam habent, & qui voluerint eſſe in treuga, duret & remaneat uſque ad Purificationem prædictam.

Et quod Caſtrum de Burgo reddatur Arnoldo de Blankeford, ſecundum tenorem litterarum patentium, inde, inter dictum Comitem, & ipſum Arnaldum, factarum;

Ita tamen quod ille, quem mittimus in Waſconia executorem, & conſervatorem treugæ & articulorum iſtorum, perſonaliter adeat ipſum Arnaldum, & diligenter inquirat ab eo cui voluerit Caſtrum illud tradi; & ille, quem idem Arnaldus, in præſentia dicti conſervatoris, aſſignaverit ad dictum Caſtrum recipiendum nomine ſuo, receptis prius ab eodem litteris patentibus dicti Comitis, quas inde habet, Caſtrum illud ei faciet liberari.

Et quod currat judicium ſuper Caſtro de Frontiaco, & etiam ſuper Vicecomitatibus Caſtellion. videlicet, de Caſtellion, Gorſon, & de Podio Norman. in adventu noſtro, vel præfati filii noſtri.

Et quod captivi, qui capti fuerunt in manifeſtis guerris, motis contra dictum Comitem ex parte illa, qui manifeſte guerreaverunt contra ipſum Comitem, manu leventur; dum tamen Domini ipſorum captivorum ſint infra treugam;

Ita tamen quod, in prædicto Feſto Purificationis, de perſonis ipſorum, vel de pecunia, pro redemptionibus ſingulorum, reſpondeatur ipſi Comiti, ſecundum majus & minus.

Et quod reſiduum pecuniæ, quam idem Comes dicit ſibi deberi a Gaillardo de Solio & Complicibus ſuis, non exigatur ab ipſis, vel fide juſſoribus eorum, per dictum Comitem, vel ſuos, citra dictum Feſtum Purificationis; ut tunc currat judicium inter eos coram nobis, vel prædicto filio noſtro, ſuper exactione prædicta.

Et quod, in prædicto Feſto Purificationis, nos, vel præfatus filius noſter omnibus de terra noſtra Waſconiæ, tàm Clericis, Baronibus, Militibus, Civibus, Burgenſibus, quàm omnibus aliis de ipſo Comite, vel ſuis conquerentibus, juſtitiæ complementum faciemus exhiberi, ſecundum conſuetudinem Curiarum noſtrarum Waſconiæ.

Et quod Caſtrum de Saltu remaneat, ſicut nunc eſt, uſque ad dictum Feſtum Purificationis; ut tunc inde currat judicium coram nobis, vel dicto filio noſtro inter nos, & Gaſconem Vicecomitem de Bearn. Arn. Garſilam, Ernald de Navayles, & uxorem ejus; niſi tunc per pacem, vel concordiam cauſa illa terminetur.

Et quod treuga detur omnibus conquerentibus de dicto Comite, vel ſuis, uſque ad dictum terminum Purificationis:

Et quod treuga illa inviolabiliter obſervetur ab omnibus noſtris; & quod nullus noſtrorum contraveniat:

Et ſiquis, vel qui, treugam illam infregerint, & hoc emendare noluerint coram prædicto conſervatore, graviter nos, ad eoſdem, capiemus, prout de jure debeamus.

Et, ſi idem Comes, vel aliquis de parte ſua, aut alius, alicui de parte, Comiti contraria, querimoniam fecerit, vel facere voluerit, citra adventum noſtrum, vel dicti filii noſtri in Waſconia, non reſpondebitur inde coram dicto Comite, vel aliquo Ballivorum ſuorum, ſet coram prædicto Conſervatore.

Et, ſi aliquis, de parte Comiti contraria, de ipſo, vel aliquo de parte ſua querimoniam facere voluerit, citra dictum terminum, coram eodem Conſervatore juſtitiam conſequatur.

Et quod illi de Pinibus, qui capti fuerunt apud Burdeg. poſt conflictum ibidem habitum inter præfatum Comitem, & Columbingh. ex una parte; & Roſtandum de Solio ex altera; & etiam Petrus Boneſiis, & Bernardus Bydan. ſtatim in manu noſtra ſint, ſicut nunc ſunt in manu dicti Comitis, uſque adventum noſtrum, vel dicti filii noſtri in Waſconia: Ut tunc currat judicium ſuper omnibus quæ eis objicientur coram nobis, vel præfato filio noſtro.

Et quod illi de Regula, qui detenti fuerunt apud Oleronem; ſcilicet Santius de Mirallo, & filius Willielmi Eſclau & ſocii ſui, qui dicuntur obſides, per ſufficientem ſecuritatem deliberentur, uſque ad præfatum adventum noſtrum vel filii noſtri in Waſconia.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windeſoram, 13 die Junii, anno, &c. triceſimo ſexto.

A.D. 1252.
Hen. 3.

Bulla monitoria Regi Angliæ; pro Epiſcopo Menevenſi ſuper jure patronatus.

A.D. 1252.
An. 36. H. 3.
Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Regi Angliæ illuſtri ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Late patet quod ad extollenda juſtorum præconia, proſpiciens è cœlo juſtitia, erexit in populis Regnantium ſolia, & aliorum Principum poteſtates; nec etiam latet, ſi diligenter inſpicitur, quod potiſſimè, ad laudem bonorum, terrenæ juriſdictionis recipiunt gladium Regalis fortunæ faſtigio præſigniti.

Quæ utique antiqui Reges & Principes diligentiùs attendentes, ac conſiderantes provide quod viri eccleſiaſtici præ aliis ſunt pietatis operibus & divinis obſequiis deputati, ipſos & eccleſiam multis libertatum Privilegiis munierunt; quamquam à Domino, dicente apoſtolis, & in perſonis eorum, aliis aſſumptis in ſortem dominicam, *qui vos tangit, me tangit*, ſpecialis Privilegii receperint munimenta.

Sane, Venerabili Fratre noſtro Epiſcopo Menevenſi accepimus, conquerente quod, cum uſque ad hæc tempora ipſe, ac prædeceſſores ejus ſuper cognoſcendis & dirimendis quæſtionibus juris patronatûs Eccleſiarum ſuæ Civitatis & Dioceſis quæ inter quoſcumque pro tempore vertebantur, plenam juriſdictionem habuerint, fuerintque in plena quaſi poſſeſſione juriſdictionis hujuſmodi à tempore, cujus memoria non exiſtit,

Tu, prætextu conſuetudinis, vel corruptelæ potius, in Anglia, ut dicitur, obſervatæ, ubi de facto quæſtiones hujuſmodi in foro Regio deciduntur, conſuetudinem ipſam ad partes Walliæ extendere volens, cauſas eaſdem, in Dioceſe Menevenſi, de novo ſubortas, in foro Regio decidi & diſcuti mandaviſti; faciens eidem Epiſcopo inhiberi ne de hujuſcemodi quæſtionibus ſe intromitteret, ac ſi ad forum eccleſiaſticum non ſpectarent:

Nec hiis contentus, ipſum coram tuis Juſticiariis vocari præcipiens, feciſti eum, per terras & maneria ſua cogi, ut ad eorum veniret præſentiam, reſponſurus quare in foro eccleſiaſtico quæſtiones prædictas auderet diſcutere contra conſuetudinem Regni tui.

Et, licet idem Epiſcopus, apud celſitudinem tuam multipliciter ſe excuſans, protectioni ſedis apoſtolicæ ſummiſerit ſe & ſua, nichilominus tamen tu, reputans ipſum pro tuo libito contumacem, bona ejus mobilia & immobilia capi & ſequeſtrari, ac famulos & ſervientes ipſius ab eorum adminiſtrationibus amoveri; & alios, tuo nomine, in locum eorum induci, pro tua voluntate, mandaſti in ipſius Epiſcopi, & Eccleſiæ Menevenſis injuriam non modicam & gravamen.

Quocirca ſerenitatem Regiam rogamus attentius, & hortamur quatinus, conſiderato clementer quod tuam decet manſuetudinem jura eccleſiaſtica non elidere, ſed potius defenſare, hujuſmodi gravamina revocari faciens: & eidem Epiſcopo ſuper præmiſſis, quorum occaſione dampna incurrit gravia & expenſas, ſatisfactionem plenariam exhiberi, eum in ſuis juribus, pro apoſtolicæ ſedis & noſtra reverentia, taliter proſequaris, quod magnificentiam tuam proinde dignis in Domino laudibus extollamus.

Dat. Peruſii, 7 Idûs Julii, Pontificatûs noſtri anno decimo.

Plumbeo Sigil. pend. a Filo Canabeo.

Pro Comite Cornubiæ de Regno Siciliæ acceptando.

A.D. 1252.
An. 36. H. 3.
Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Quia nonnunquam ardua negotia deſiderant longum tractatum, mirari non debes aliquatenus, nec moveri ſi tantus tractatus, qui habitus eſt inter Eccleſiam Romanam, & dilectum filium nobilem virum R. Comitem Cornubiæ fratrem tuum, ſuper dando ſibi regno Siciliæ, ad eandem Eccleſiam legitime devoluto, non eſt adhuc, ut deſideratur, hinc inde diverſis impedimentis emergentibus, conſummatus.

Maxime cum non referat quantacunque ſit in agendis dilatio, ſi fæliciter terminentur; ſoleantque cum quodam augmento

A.D. 1252. Hen. 3.

mento venire, ſi protrahantur, non malitiosè ſet inevitabiliter, concupita.

Verum cum nos & fratres noſtri, diu ſuper hoc diligenti deliberatione præhabitâ, jam in Perſonam ejuſdem Comitis, quam ad id præelegimus, concordemus; ſperantes firmiter, & pro certo tenentes quod per ipſum (in quem non tàm noſtra, quam aliorum fere omnium, quos tangit negotium, vota concurrunt, quique, veluti filius dexteræ, pacis Princeps, & matutinus Lucifer expectatur) quieſcet orbis tumultuoſa quaſſatio, Eccleſia tranquillitatem recipiet & proſperabitur.

Ut ipſemet hæc omnia toto, ſicut credimus, corde deſiderat negotium terræ ſanctæ, dilectum filium Magiſtrum Albertum Notarium noſtrum ad tuam & ipſius præſentiam cum pleno mandato conſummandi prædictum negotium, & faciendi omnia, quæ ad illud pertinent, de fratrum noſtrorum conſilio deſtinamus, cui, tanquam tui, & ejuſdem Comitis honoris & commodi zelatori, adhibeas in omnibus, quæ tibi ex parte noſtrâ dixerit, plenam fidem.

Rogamus itaque celſitudinem regiam attentiùs & hortamur in remiſſionem tibi peccaminum, imponentes quatinus, conſiderato clementer quàm magnifice, quam utiliter, quamque virtuoſe dictus Comes Deo & Eccleſiæ, ac toti Chriſtianitati, hujuſmodi onus & honorem ſuſcipiendo, deſervit; cum per hoc ſummotâ perturbatione ſeculi quam ipſius regni opulentia nutrit, tranquillitas deſiderata proveniat, intendatur ad laudem Domini latius, & ſalubriter futuris periculis occurratur, nec præſumatur quod eum ad id temporalium rerum cupiditas, qui convertere in divinum obſequium aggregata deſiderat, ſed ſolus zelus & fervor fidei ac devotionis inducant præfatum Comitem; regalis magnificentia moneat & inducat ut idem regnum ei, & in ipſo tibi deſideranter oblatum, pro divina & apoſtolicæ ſedis, ac noſtra reverentia, cum humilitate & ylaritate, recipiat; ut de terreno ad cœleſte, ac temporali corona pervenire, propitiante illo cujus in hac parte negotium agitur, valeat ad æternam: Sciturus pro certo quòd univerſa, & ſingula, quæ ſuper hiis cum eo præfatus Notarius ordinabit, adimplebimus & ſervabimus inviolabiliter ſine aliqua diminutione, prout per eum fuerint ordinata.

Dat. Peruſii, 3 Non. Aug. Pontificatûs noſtri anno decimo.

Plumbeo Sigillo a Filo canabeo.

Bulla qua redarguit Archiepiſcopum Cantuarienſem.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri Archiepiſcopo Cantuarienſi ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Preces, quas tibi, pro tuis ſubditis, aliquando porrigimus, ut eos in ſuis juribus debite proſequaris, te decet animo devoto ſuſcipere, ac affectu promptitudinis exaudire; ut ad nos & apoſtolicam ſedem reverentiam debitam, ad eoſdem ſubditos pii patris animum, ad juſtitiam quoque zelum perfectum, ut unicuique quod ſuum eſt tribuas, habere certis indiciis comproberis.

Sane dilecti filii Prior, & Conventus eccleſiæ ſanctæ Trinitatis Londonien. nobis ſignificare curarunt quòd tu, proponens viſitationem & procurationem in eadem eccleſiâ te habere, prædictis Priore ac Conventu tibi reſiſtentibus ſuper hiis, & denegantibus te admittere ad prædicta, eos ipſorum eccleſiâ de Bixle, Roffenſi Dioceſe, occaſione hujuſmodi reſiſtentiæ, ſpoliaſti.

A.D. 1252.

Cum igitur cauſam, ſuper viſitatione ac procuratione prædictis exortam, per nos terminatam eſſe cognoſcas, & tuo non expediat honori ut illis, eccleſiam detinendo prædictam obſiſtas, quibus contra ſuorum bonorum invaſores præſidio defenſionis aſſiſtere debuiſti;

Fraternitatem tuam rogamus, monemus & hortamur attente, per apoſtolica tibi ſcripta mandantes quatinus eiſdem Priori & Conventui eccleſiam ipſam, cum fructibus indè perceptis, pro apoſtolicæ ſedis & noſtrâ reverentiâ, ſine omni difficultate ac moræ diſpendio, reſtituere non omittas;

Ut nos, qui in hoc nobis ſpecialem gratiam fieri reputamus, te, tuis temporibus, gratis actionibus gratiarum, & debitæ retributionis viciſſitudine in tuis poſtulationibus proſequamur.

Dat. Peruſii, 13 Kal. Auguſt. Pontificatûs noſtri anno decimo.

Sigillo plumbeo penden. a filo canabeo.

A.D. 1252. Hen. 3.

Bulla Innocentii de confirmatione Matrimonii, contracti cum Alianora, Nata Comitis Provinciæ, Regina Angliæ.

A.D. 1252. Hen. 3.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio H. illuſtri Regi Angliæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum; & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere; quia verò, vergente in ſenium ſeculi corruptelâ, nonnulli non ſolum in hiis, quæ ignorant, deteriora præſumere, verùm etiam ea, quæ indubitanter bona eſſe noverunt, non dubitant depravare;

Tu olim hæc prudenter attendens, & cavere cupiens tuæ proli, ne aliquorum æmulorum calumpniæ poſſet in poſterum ſubjacere, nobis humiliter ſupplicaſti ut, ſuper eo quòd juraveras cariſſimam in Chriſto Filiam noſtram Johannam, illuſtrem Reginam Caſtellæ, natam quondam Comitis Pontin. tunc ſolutam, ducere in Uxorem, & per interpoſitas perſonas cum ipſa, quantùm in te fuerat, matrimonium duxeras contrahendum;

Ac tandem, comperto quòd illam quarta conſanguinitatis linea contingebas, matrimonio hujuſmodi minime conſummato, cariſſimam in Chriſto Filiam noſtram Alyenoram illuſtrem Reginam Angliæ, natam claræ memoriæ Comitis Provinciæ, in facie Eccleſiæ, tibi matrimonialiter copulaveras,

Providere honori tuo, & filiorum tuorum paterna ſollicitudine curaremus.

Cum autem nos Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Eboracen. & Epiſcopo Hereforden. dediſſemus noſtris literis in mandatis ut, inquiſita ſuper hoc diligentiùs veritate, ſi eis ita eſſe conſtaret, primum matrimonium & juramentum quòd de contrahendo ipſe primo præſtiteras, non tenere; ac valere ſecundum auctoritate apoſtolica decernere procurarent:

Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo:

Tandem ipſo Archiepiſcopo, quòd non poterat intereſſe cognitioni hujuſmodi negotii, per ſuas literas legitime excuſato, idem Epiſcopus, prout ex noſtrarum literarum habebat beneficio, ſolus in negotio ipſo procedens, citatis partibus, & ſupradicta Regina Caſtellæ reſpondente quòd te prædicta conſanguinitatis linea contingebat; & quòd ad defendendum cauſam hujuſmodi non mitteret, nec veniret; nec ſe de ipſa intromitteret; &, demum neque per ſe, neque per alium comparente, præſente Procuratore tuo, cognitis ipſius cauſæ meritis, & juris ordine obſervato, de prudentum virorum conſilio ſententialiter pronunciavit,

Nullum fuiſſe matrimonium contractum inter te, ac prædictam Reginam Caſtellæ, impediente quarto gradu conſanguinitatis, quo contingebas eandem.

Ac matrimonium contractum inter te, ac prænominatam A. Reginam Angliæ, non obſtante juramento à te præſtito de contrahendo primo, legitimum extitiſſe, prout in literis inde confectis plenius continetur.

Nos itaque, proceſſu memorati Epiſcopi & ſententia diligenter inſpectis, proceſſum approbantes eundem, ipſamque ſententiam ratam habentes & gratam, eam cum proceſſu prædicto, tuis ſupplicationibus inclinati, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem ſententiæ hujuſmodi præſentibus, de verbo ad verbum, inſeri facientes, qui talis eſt.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen.

Nos Petrus, Dei miſeratione, Hereforden. Epiſcopus, a Domino Papa Judex Delegatus, unà cum Venerabili Patre Archiepiſcopo Eboracen. ſuper negotio Matrimonii, quod de facto interveniſſe quondam dicitur inter Dominum Henricum illuſtrem Regem Angliæ, & Dominam Johannam quondam Filiam Comitis Pontivi, nunc illuſtrem Reginam Caſtellæ, &c. *Ut in ſententia ipſa anno ſuperiori uſque hæc verba.*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Peruſii, 4 Kal. Septemb. Pontificatûs noſtri anno decimo.

Plumbeo Sigillo a Filo canabeo.

De Matrimonio Regis cum Johanna Regina Caſtellæ adnullando.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. *Ex Autogr.* A.D. 1252.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Cantuarienſi, & Epiſcopo Cicestren. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quia, vergente in ſenium ſeculi corruptela, nonnulli non ſolùm in hiis, quæ ignorant, deteriora præſumere, verum etiam, quæ indubitanter bona eſſe noverunt, non dubitant depravare: Cariſſimus in Chriſto filius noſter illuſtris Rex Angliæ, olim hæc prudenter attendens, & cavere cupiens ſuæ proli, ne aliquorum æmulorum calumpniæ poſſit in poſterum ſubjacere, nobis humiliter ſupplicavit ut, ſuper eo, quod juraverat cariſſimam in Chriſto filiam noſtram Johannam, illuſtrem Reginam Caſtellæ, natam quondam Comitis Pontivi, tunc ſolutam, ducere in uxorem, & per interpoſitas perſonas cum ipſa, quantùm in ſe fuerat, matrimonium duxerat contrahendum, ac tandem comperto quòd illam quarta conſanguinitatis linea contingebat, matrimonio hujuſmodi minimè conſummato, cariſſimam in Chriſto filiam noſtram, Alyenoram illuſtrem Reginam Angliæ, natam claræ memoriæ Comitis Provinciæ, in facie Eccleſiæ ſibi matrimonialiter copulaverat, providere honori ſuo & filiorum ſuorum paterna ſollicitudine curaremus. Cùm autem nos venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Eboracen. & Epiſcopo Hereforden. noſtris dediſſemus litteris in mandatis, ut, inquiſita ſuper hiis diligentius veritate, ſi eis ita eſſe conſtaret, primum matrimonium & juramentum, quod de ipſo contrahendo primo præſtiterat, non tenere, ac valere ſecundum, auctoritate Apoſtolica decernere procurarent, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; tandem ipſo Archiepiſcopo, quod non poterat intereſſe cognitioni hujuſmodi negotii, per ſuas litteras legitime excuſato, idem Epiſcopus, prout ex noſtrarum litterarum habebat beneficio, ſolus in negotio ipſo procedens, citatis partibus, & ſupradicta Regina Caſtellæ reſpondente quòd ipſum Regem Angliæ, prædicta conſanguinitatis linea, contingebat, & quod, ad defendendum cauſam hujuſmodi, non mitteret, nec veniret, nec ſe de ipſa intromitteret, & demum neque per ſe, neque per alium comparente, præſente Procuratore dicti Regis, cognitis ipſius cauſæ meritis, & juris ordine obſervato, de prudentum virorum conſilio ſententialiter pronunciavit nullum fuiſſe matrimonium contractum inter ipſum Regem, ac prædictam Reginam Caſtellæ, impediente quarto gradu conſanguinitatis, quo contingebat eandem; ac matrimonium contractum inter ipſum, & prænominatam A. Reginam Angliæ, non obſtante juramento, ab ipſo præſtito, de contrahendo primo, legitimum extitiſſe, prout in litteris inde confectis pleniùs continetur. Nos itaque proceſſu memorati Epiſcopi & ſententia diligenter inſpectis, proceſſum approbantes eundem, ipſamque ſententiam ratam habentes & gratam, eam cum proceſſu prædicto, ipſius Regis ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica duximus confirmandam. Ideoque fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinùs dictos Regem, & Alyenoram Reginam, necnon & liberos eorundem non permittatis contra prædictam ſententiam, & tenorem confirmationis noſtræ ab aliquibus indebitè moleſtari. Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtante, ſi aliquibus a ſede Apoſtolica eſt indultum quod interdici, ſuſpendi, & excommunicari, ſeu quod aliquorum terræ interdicto Eccleſiaſtico ſupponi non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali. Quod ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nichilominus exequatur.

Dat. Peruſii, 2 Kal. Septemb. Pontificatûs noſtri anno decimo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

De

De pecunia, in auxilium Terræ ſanctæ conceſſa, in tuto loco reponenda.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Cantuarien. & Eboracen. Archiepiſcopis Hereforden. Elyen. & Dunelmen. Epiſcopis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum cariſſimo in Chriſto filio noſtro Regi Angliæ illuſtri, ad exequendum magnificentius votum crucis, decimam Eccleſiaſticorum proventuum Regni Angliæ, ac aliarum terrarum, quæ ſunt ipſius juriſdictioni ſubjectæ, duxerimus per triennium concedendam;

Fraternitati veſtræ præſentium auctoritate mandamus quatinus, cum jam ſtatutum eſſe dicatur ejus paſſagium, & juratum per biennium ante idem paſſagium, decimam ipſam, necnon redemptiones votorum, Legata, relicta, ſeu alio modo conceſſa in prædictis Regno & terris ſubſidio Terræ ſanctæ a tempore cruceſignationis ipſius, dummodo aliis conceſſa vel aſſignata non ſint;

Necnon & illa de prædictis redemptionibus, legatis, & relictis, quæ conceſſa fuerunt cruceſignatis Regni & terrarum ipſarum, qui, vel ſunt mortui, vel adhuc vivi tempore paſſagii, vel juſto impedimento detenti, non potuerint, vel noluerint transfretare.

Per vos, & alios, quos, ad hoc idoneos videritis, de conſilio dicti Regis, fideliter colligentes, conſervetis ipſam in aliquibus tutis locis, aſſignaturi ea integre prædicto Regi, cum iter arripuerit tranſmarinum:

Non obſtantibus aliquibus indulgentiis, privilegiis, ſeu litteris, in generali, vel ſpeciali, ab Apoſtolica ſede obtentis & obtinendis; & quibuſlibet aliis, per quæ id impediri vel differri valeat; & de quibus ſpecialem oporteat in præſentibus fieri mentionem; & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali:

Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Quod, ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, quatuor, vel tres, aut duo veſtrum ea nichilominus exequantur.

Dat. Peruſii, Kal. Septembris, Pontificatûs noſtri anno decimo.

Sub plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

De privilegiis cruceſignatis conceſſis.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, conſtitutis per Regnum Angliæ, Hyberniam, Waſconiam, & alias terras ditioni cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Angliæ illuſtris ſubjectas, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum, ſicut lecta coram nobis, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Angliæ illuſtris, cruceſignati petitio continebat, ipſe quoſdam, tàm Clericos, quàm Laicos, Regni, & terrarum ſuarum, intendat tranſmittere ad portus maritimos, & etiam Terram ſanctam, ad præparanda executioni neceſſaria voti ſui,

Præſentium vobis auctoritate committimus ut ſinguli veſtrum, in ſuis Civitatibus & Diocæſibus ipſis Clericis & Laicis, quos ab eodem Rege, pro hiis, ad loca hujuſmodi, contigerit deſtinari, eam ſuorum peccatorum veniam, de quibus verè contriti fuerint & confeſſi, auctoritate noſtrâ, prout expedire videritis, per vos, vel per alios, quos ad hoc idoneos eſſe videritis, concedatis, quæ tranſeuntibus in ipſius terræ ſubſidium in generali concilio eſt conceſſa:

Ipſis quoque Clericis, qui ad Terram tranſibunt eandem, percipiendi & obligandi beneficia ſua, poſtquam iter arripuerint, uſque ad tempus in generali cruceſignatorum indulgentia comprehenſum; ita quod illi, quibus eadem beneficia committenda duxerint, vel etiam obliganda, extunc infra præſcriptum tempus, fructus cum ea integritate percipiant eorundem, cum qua iidem Clerici eos perciperent, ſi perſonaliter in Eccleſiis, in quibus eadem beneficia obtinent, reſiderent.

Necnon & illis de prædictis Clericis, qui, etſi non ad dictam terram, ad alia tamen loca, propter hoc, ab eodem

.D. 1252. …n. 3. Rege miſſi fuerint, percipiendi fructus beneficiorum ſuorum integrè interim, eadem auctoritate, liberam largiamini facultatem.

Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

A.D. 1252. Hen. 3. Dat. Peruſii, ſexto Kal. Octobr. Pontificatûs noſtri anno decimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla pro Clericis familiaribus Regis de non reſidendo.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio H. illuſtri Regi Angliæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm, ſicut tua nobis ſerenitas intimavit, olim nos, tuis precibus inclinati, Clericis, qui tuis inſiſtunt obſequiis, quòd ad ſuſceptionem ordinum, & ad reſidentiam in Eccleſiis, in quibus beneficia obtinent, faciendam a quoquam compelli non poſſint (dummodo in eiſdem Eccleſiis obſequia, Deo debita, faciant exhiberi) auctoritate litterarum noſtrarum, uſque ad decennium, duxerimus indulgendum: Et elapſum ſit jam ſeptennium & amplius de decennio ſupradicto;

Nos, obtentu precum, quas nuper, ex parte tuà, dilectus filius Magiſter Robertus Auketil Clericus, & Nuncius tuus nobis ſuper hoc porrexit, volentes hujuſmodi gratiam ampliare, ipſis Clericis ut, poſt completum ipſum decennium, per biennium uti eadem gratia valeant, auctoritate præſentium indulgemus.

A.D. 1252.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Peruſii, quinto Kal. Octobr. Pontificatûs noſtri anno decimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filis ſericis flavi rubeique coloris.

Bulla de non moleſtandis Clericis prædictis.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Abbati Weſtmonaſterii, Londonienſis Dioceſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm, ſicut nobis cariſſimi in Chriſto filii noſtri H. illuſtris Regis Angliæ ſerenitas intimavit, olim nos, ipſius precibus inclinati, Clericis, qui ſuis inſiſtunt obſequiis, *&c. ut in priori, uſque ad hæc verba.*

Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus præfatos Clericos non permittas ſuper hiis, contra conceſſionis noſtræ tenorem, ab aliquibus indebite moleſtari.

A.D. 1252.

Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Dat. Peruſii, quinto Kal. Octobr. Pontificatûs noſtri anno decimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla de Orationibus, & aliis ſpecialibus Devotionis operibus, faciendis pro Rege, dum proficiſcitur in Terram ſanctam.

A.D. 1252. An. 36. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis per Regnum Angliæ conſtitutis, Hyberniam, Waſconiam, & alias terras, ditioni cariſſimi in Chriſto filii noſtri H. illuſtris Regis Anglorum ſubjectas, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

A.D. 1252.

Ad liberationem Terræ ſanctæ totis affectibus aſpirantes, intenta vigilare ſollicitudine, omnique procurare ſtudio non ceſſamus ut eidem terræ, immo potius

tius Ieſu Chriſto, in cujus obprobrium reprobi Agareni orrendis eam abhominationibus polluunt, ut deſpectam, oportuna ſubventio tribuatur.

Ipſi namque ſalvatori gravis nimis irrogatur injuria dum locus, ubi totius mundi ſalutem extitit operatus, cum deberet ex hoc devotione omnimoda honorari, multiplici obprobrio exprobratur: & chriſticolas eo fortiùs ad ulciſcendam tantam ipſius terræ ignominiam exurgere convenit, quo magis in eorum improperium hoc noſcitur redundare:

Unde cariſſimus in Chriſto filius noſter illuſtris Rex Angliæ de hujuſmodi contumeliæ immanitate commotus, velut fidus athleta fidei, cum honorabili commilitonum exercitu, vexillo crucis explicito, intendit procedere in ſubſidium dictæ Terræ.

Verum etſi grandis ſit ejuſdem Regis, & aliorum cruceſignatorum devotio, quæ ipſos ad hoc crucefixi obſequium inflammavit, qui, natali ſolo, aliiſque opibus ſponte relictis, ſuas etiam non metuant perſonas exponere propter illud; non tamen ſuperfluum, ſed dignum utique ac conveniens reputamus quod pro ipſo apud Dominum attentis orationibus inſiſtatur, ut eadem devotio, ipſarum orationum adjuta ſuffragiis, ad obtinendum divinum auxilium contra inimicos chriſtiani nominis efficaciùs interpellet.

Ideoque fraternitatem veſtram rogamus & hortamur attentè, per Apoſtolica vobis ſcripta, in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo, mandantes quatinus, orationum offerri ſacrificia, miſſarum celebrari ſolempnia, & proceſſiones generales ac prædicationes ad populum fieri, præſentibus annotatis, per veſtras Civitates & Dioc. facientes;

Subditos veſtros ut a choreis, & aliis laſcivis tripudiis & inhoneſtis ludis, poſtquam idem Rex & cruceſignati acceſſerint, & recuperationi terræ inſtiterint memoratæ, penitùs abſtineant ſobriuſque veſcantur, necnon jejuniis, orationibus & elemoſinis crebrius ſolito vacent (cum per hæc cæleſte adjutorium ad eripiendam terram ipſam de manibus iniquorum ſperemus facilius impetrare) ſedulis per vos & alios exhortationibus inducatis.

Nos enim vobis relaxandi miſericorditer omnibus, verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad hujuſmodi proceſſiones, prædicationes & miſſas acceſſerint, quadraginta dies, juxta veſtrum arbitrium, de injuncta ſibi pœnitentia concedimus tenore præſentium poteſtatem.

Nolumus autem ut, propter iſta, ſpeciales orationes, quæ hactenus pro dicta terra, & eodem Rege fiebant, aliquatenus omittantur.

Forma verò ipſa talis eſt: In ſingulis Eccleſiis Cathedralibus, collegiatis, conventualibus, & parrochialibus, diebus ſingulis dicantur, poſt orationem Dominicam, Pſalmus, *DEUS, venerunt Gentes*; *cum Gloria Patri, &c. uſque oremus.*

Famulum tuum Regem noſtrum, quæſumus Domine, tua ſemper protectione cuſtodi, ut libera tibi mente deſerviat, &, te protegente, a malis omnibus ſit ſecurus: Deus, qui ammirabili providentia cuncta diſponis, te ſuppliciter exhoramus ut terram, quam unigenitus filius tuus proprio ſanguine conſecravit, de manibus inimicorum Crucis eripiens, reſtituas cultui chriſtiano, vota fidelium ad ejus liberationem inſtantium miſericorditer dirigendo in viam ſalutis æternæ, per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

Et, dum dicunt hujuſmodi preces, pulſentur duæ Campanulæ, ut illi, qui ad opera ſua exierint, vel in domibus ſuis remanſerint, auditis campanis, dicant *pater noſter*, & alias orationes, prout Dominus inſpiraverit eis.

Item proceſſio fiat a clero, & populo, ſingulis menſibus ſollempniter, prima ſexta feria menſis, vel alia ad arbitrium Prælati, ſi tunc commodè fieri non poſſet.

Et in Eccleſia, ad quam ibit proceſſio, vel in eadem Eccleſia unde exibit, ſi ad aliam de facili non poterit acceſſus haberi, cantetur *miſſa de Cruce*.

Et, dictâ miſſâ, fiat ſermo & exhortatio ad Clerum & populum, ut orent pro Rege, & totâ ſocietate ſuâ, & pro Terrâ ſanctâ, ut eam liberet Dominus de manibus Paganorum.

Et detur, auctoritate prædicta, indulgentia viginti, vel quadraginta dierum hiis qui interfuerint proceſſioni & miſſæ tantum, cum non poterit prædicator haberi.

Dat. Peruſii, tertio Kal. Octobr. Pontificatûs noſtri anno decimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla de Protectione Regis cum transfretaverit ad partes Terræ ſanctæ.

A.D. 1252.
An. 36. H. 3.
Ex Autogr.

A.D. 1252.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ cruceſignato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dignum eſt ut, cæleſtis Regis obſequiis inhærentes, prærogativa gaudeant gratiæ ſpecialis.

Cum igitur zelo fidei & devotionis accenſus, ſigno vivificæ crucis aſſumpto, pro ſubſidio Terræ ſanctæ, non ſolùm terram relinquere, verùm etiam perſonam exponere ſis paratus;

Nos, tuis precibus inclinati, perſonam tuam, cum uxore, familia, Regno, terris, & omnibus bonis, quæ impræſentiarum rationabiliter poſſides, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Statuentes ut, poſtquam iter fueris tranſmarinæ peregrinationis aggreſſus, ea omnia integra maneant & quieta, donec de reditu tuo, vel obitu certiſſimè cognoſcatur.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Peruſii, ſecundo Id. Octobris, Pontificatûs noſtri anno decimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filis ſericis crocei rubeique coloris.

Bulla ſuper excommunicatione defraudatorum decimarum.

A.D. 1252.
An. 36. H. 3.
Ex Autogr.

A.D. 1252.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati & Priori Weſtmonaſterii Londonienſis Diocæſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum cariſſimo in Chriſto filio noſtro, H. illuſtri Regi Angliæ, pro Terræ ſanctæ ſubventione, crucis ſignaculo inſignito, decimam omnium Eccleſiaſticorum proventuum Regni Angliæ, ac terrarum ſubjectarum ditioni ejuſdem, uſque ad certum tempus, pro ipſius terræ ſubſidio, duxerimus concedendam;

Nos, nolentes ipſum hujuſmodi gratia defraudari, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus in omnes illos, qui vel in ſubtrahenda ipſa decima, vel non ſolvenda ſcienter fraudem commiſerint, per vos, vel per alios auctoritate noſtra excommuncationis ſententiam proferatis, & faciatis eam uſque ad ſatisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter obſervari.

Non obſtantibus ſi aliquibus a ſede Apoſtolica eſt indultum quod interdici, ſuſpendi, & excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem; & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali.

Quod, ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrûm ea nichilominus exequatur.

Dat. Peruſii, ſecundo Id. Octobr. Pontificatûs noſtri anno decimo.

Sub filo canab.

Bulla ſuper Legatis indiſtinctis Regi tradendis cum iter arripuerit tranſmarinum.

A.D. 1252.
An. 36. H. 3.
Ex Autogr.

A.D. 1252.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati & Priori Weſtmonaſterii Londonienſis Diocæſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm, inter alios pios uſus, in quos decedentes interdum erogari præcipiunt bona ſua, ſubventio Terræ ſanctæ, in qua

A.D. 1252. Hen. 3. qua Ieſus Chriſtus Dominus noſter univerſa redemptionis noſtræ ſacramenta patravit, obtineat magnum locum;

Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus executores teſtamentorum illorum de Regno Angliæ, ac terris ditioni cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ cruceſignati ſubjectis, qui, infra triennium, deputatum Terræ ſanctæ ſubſidio, deceſſerunt vel deceſſerint, uſque ad reditum dicti Regis de partibus tranſmarinis,

Per vos, vel per alios moneatis attentius, & efficaciter inducatis quod ea, quæ ipſi decedentes per manus eorum indiſtincte in uſus pios mandarunt, ſi nondum ſunt aſſignata certis perſonis & locis, vel ipſa taliter mandaverint erogari, vobis cum integritate aſſignent, tradenda per vos eidem Regi cum iter arripuerit tranſmarinum; A.D. 1252. Hen. 3.

Non obſtantibus aliquibus litteris ſuper hoc a ſede Apoſtolica poſtmodum impetratis vel impetrandis, non facientibus de præſentibus mentionem, & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali.

Quod, ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrûm ea nichilominus exequatur.

Dat. Peruſii, ſecundo Id. Octobr. Pontificatûs noſtri anno decimo.

Sigillo avulſo.

Bulla ſuper uſuris & male acquiſitis aſſignandis Regi Angliæ, cum iter Terræ ſanctæ arripuerit.

A.D. 1252. *An.* 36. *H.* 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Abbati Weſtmonaſterii London. Diocæſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Volentes expenſarum onera, quæ ſubire oportet cariſſimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Regem Angliæ, qui, zelo fidei & devotionis accenſus, crucis aſſumpto ſignaculo, ad Terræ ſanctæ ſuccurſum potenter & magnificè ſe accingit, alicujus ſubventionis amminiculo ſublevari;

Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinùs, ſiqui uſurarii, vel alii aliqui, aliena illicitè detinentes, de Regno Angliæ, ac terris ditioni ejuſdem Regis ſubjectis, pœnitentia ducti, uſuras, & ſic ablata reſtituere voluerint, de quibus, cui reſtitui debeant, penitùs ignoratur:

Si, per Dioceſanos & Presbyteros parrochiales ipſorum hoc publicè propoſito in locis, in quibus viderint expedire, non apparuerint aliqui, quibus eorum reſtitutio debeatur, per te, vel per alios, quos ad hoc duxeris deputandos, eadem exigere ac recipere non poſtponas, aſſignaturus ea dicto Regi, cùm iter arripuerit tranſmarinum. A.D. 1252.

Quantitatem vero receptorum, & nomina eorum a quibus, & quantum a quolibet receperis, ſtudeas nobis tuis litteris fideliter intimare.

Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: Non obſtantibus litteris poſtmodum a ſede Apoſtolica impetratis, quæ de præmiſſis plenam & expreſſam non fecerint mentionem, & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali.

Dat. Peruſii, Id. Octobr. Pontificatûs noſtri anno decimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla de orando pro Rege Angliæ & ſocietate ſua ad Terram ſanctam tranſeuntibus.

A.D. 1252. *An.* 36. *H.* 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & Conventibus Sancti Benedicti Ciſtercien. Sancti Auguſtini, & aliorum quorumlibet Ordinum, ac religioſis aliis univerſis conſtitutis per Regnum Angliæ, Hyberniam, Waſconiam, & alias terras ditioni cariſſimi in Chriſto filii noſtri H. illuſtris Regis Angliæ ſubjectas, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. A.D. 1252.

Tactus dolore cordis intrinſecùs cariſſimus in Chriſto filius noſter, H. illuſtris Rex Angliæ, ac intimè confuſionis rubore perfuſus, quod Civitas Regis magni, terra Nativitatis ejus, videlicet Domina Gentium, nunc Imperio Domini ſubdita Babilonis, tributa ſibi ſervitutis igno-

A.D. 1252. Hen. 3.

ignominioſe perſolvit; quodque noſtra hæreditas, Chriſti pretioſo ſanguine dedicata, nunc gentis immundæ ſpurcitiis graviter infecta ſordeſcit:

Ac, propter hoc, velut Princeps catholicus, zelo fidei & devotionis vehementer accenſus, regales humeros devotè ſuppoſuit ad bajulandum honorabile ſignum Crucis.

Et, ſicut fidus athleta fidei, Regni & terrarum ſuarum abdicatis pro Deo deliciis, cum honorabili commilitonum exercitu, vexillo Crucis explicito, intendit, operante Domino, ad redemptionem procedere dictæ terræ.

Cùm itaque ad fælicem conſumationem, tam ardui, ſui conſideratione, negotii, & aſſumpti hactenùs a multis mundi Principibus, cognoſcat idem Rex humanam potentiam, niſi divino fulciatur auxilio, non poſſe ſufficere; quia non in multitudine exercitus eſt belli victoria, ſed fortitudo de cælo, ac per hoc veſtrorum, aliorumque fidelium orationibus, & aliis Eccleſiæ ſuffragiis indigeat adjuvari:

Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attentè, per Apoſtolica vobis ſcripta, in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandantes, quatinùs pro ipſo Rege, ac ſocietate ſua exnunc, & poſtquam ad terram ipſam tranſierint, thus orationum veſtrarum, in corde contricto & humili, purè Domino adolentes, ac offerentes veſtrorum vitulos labiorum, inſtetis ſuppliciter apud ipſum proceſſionibus & letaniis, præcipuè diebus Dominicis & Feſtivis,

A.D. 1252. Hen. 3.

Quòd, de habundantiâ pietatis ſuæ, quæ merita ſupplicum excedit & vota, ejuſdem Regis, & Comitivæ ſuæ greſſus fæliciter dirigat, & ipſum in propoſito bono corroboret & conſervet:

Ac terram, quam ipſe Chriſtus proprio ſanguine conſecravit, prædicti Regis ſtudio mediante, de manibus inimicorum Crucis eripiens, reſtituat cultui chriſtiano;

Votum ejuſdem Regis, & ſequentium eum, ad ejus liberationem inſtantium, in viam ſalutis æternæ miſericorditer dirigendo.

Dat. Peruſii, 14 Kal. Novemb. Pontificatûs noſtri anno decimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla de non permittendo Regem Angliæ moleſtari, quouſque reverſus fuerit a Terra ſancta.

A.D. 1252. An. 37. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Londonien. & Ciceſtren. Epiſcopis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Regis æterni benignitas cariſſimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Regem Angliæ inſignem reddidit tanta diverſitate virtutum, quod perſonam ipſius prærogativa favoris & gratiæ proſequi delectamur; ſed præcipuè hiis temporibus in quibus ipſe ſe, ac ſua proponit exponere in Terra ſancta, obſequiis Ieſu Chriſti; ſub illo jugiter vivens affectu, quòd & magnificè gloriam divini nominis augeat, & honorem Apoſtolicæ ſedis verbis & operibus potenter extollat.

Quia vero Regem tam nobilem, tam præclarum, cujus Progenitores inclitos gaudet Eccleſia ſemper habuiſſe devotos, decet dictæ ſedis auxilio ſic protegi, ſic foveri, ut eidem, ſuper bonis, nulla indignè irrogetur injuria vel jactura; ſed ipſa potius illibata maneant, & ſecura conſiſtant;

A.D. 1252.

Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinùs eundem ſuper terris, juribus & bonis, quæ in Burdegalen. & Auxitan. Provinciis obtinet, quouſque ad propria de prædictis partibus fæliciter, Deo propitio, revertatur, non permittatis ab aliquo moleſtari:

Moleſtatores, aut invaſores, ſeu turbatores ipſius, ſuper præfatis terris, juribus & bonis, quacunque dignitate vel honore præfulgeant, monitione præmiſſa, per excommunicationis in perſonas, & in terras eorum interdicti ſententias, per vos, vel per alios, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Non obſtantibus conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali;

Et ſi aliquibus eſt ab eadem ſede indultum, quòd, ſine ſpeciali mandato ipſius, ſuſpenſionis, vel interdicti aut excommunicationis; in eos non poſſit ferri ſententia; ſive indulgentia, cujuſcunque tenoris exiſtat, de qua in litteris noſtris plenam & expreſſam oporteat fieri mentionem.

Quòd, ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nichilominus exequatur.

Dat. Peruſii, Non. Novembr. Pontificatûs noſtri anno decimo.

Sub filo canabi.

Bulla de protectione uſque ad reditum a Terra ſancta.

A.D. 1252.
An. 37. *H.* 3.
Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Londonien. & Ciceſtren. Epiſcopis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Regis æterni benignitas cariſſimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Regem Angliæ inſignem reddidit tantâ diverſitate virtutum, quod perſonam ipſius prærogativâ favoris & gratiæ proſequi delectamur; ſed præcipuè hiis temporibus, in quibus ipſe ſe, ac ſua proponit exponere in Terrâ ſancta obſequiis Iehu Chriſti, ſub illo jugiter vivens affectu, quòd & magnificè gloriam divini nominis augeat, & honorem Apoſtolicæ ſedis verbis & operibus potenter extollat.

A.D. 1252.

Quià vero Regem tàm nobilem, tàm præclarum, cujus progenitores inclitos gaudet Eccleſia ſemper habuiſſe devotos, decet dictæ ſedis auxilio ſic protegi, ſic foveri, ut eidem, ſuper bonis, nulla indignè irrogetur injuria vel jactura, ſed ipſa potiùs illibata maneant, & ſecura conſiſtant:

Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eundem ſuper terris, juribus & bonis, quæ in Burdegalen. & Auxitan. Provinciis obtinet, &c.

Dat. Peruſii, Non. Nov. Pontificatûs noſtri anno decimo.

Sub filo canabi.

De ſubſidio pro Terra ſancta.

A.D. 1252.
An. 37. *H.* 3.
Pat. 37. *H.* 3.
m. 22.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem.

Cum venerabilis pater Epiſcopus Cyceſtrenſis, ad inſtantiam noſtram, de Concilio noſtro, auctoritate Apoſtolica benigne, propter Deum, ſalutem animarum, Terræ ſanctæ ſubſidium, & honorem noſtrum, aſſumpſerit onus & officium prædicationis Crucis Chriſti exequendum, collectionem decimæ beneficiorum Eccleſiaſticorum, in ſubſidium prædictæ Terræ, auctoritate præmiſſa nobis conceſſæ, & alia facienda, quæ pertinent ad dictum negotium, per Regnum noſtrum, per ſe, & per alios idoneos, quibus vices ſuas ſuper hoc duxerit committendum;

Vobis ſupplicamus, attentius rogantes & exorantes in Domino, in fide, qua Deo, & nobis tenemini, mandantes quatinus, ob amorem crucefixi, cujus negotium geritur in hac parte, & ob reverentiam noſtram, ſibi & aliis, quos pro prædicto negotio per litteras ſuas ad nos contigerit deſtinari favorabiliter aſſiſtentes, in omnibus hiis, quæ contingunt officium ſupradictum, ad promotionem dicti negotii, conſilium, auxilium, & favorem benivolum præbere ſtudeatis:

A.D. 1252.

Tantum facientes ut, præter merita quæ vobis inde accreſcent a Domino, vobis univerſis & ſingulis teneri debeamus in veſtris negotiis, penes nos expediendis, grata viciſſitudine ad gratias ſpeciales.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Merleberge, 13 die Novembris.

Per Regem.

Litera Papæ de expeditione in Terram ſanctam.

A.D. 1253.
An. 37. *H.* 3.
Clauſ. 37. *H.* 3. *m.* 19. *d.*

INnocentio, Dei gratia, ſummo Pontifici, Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Non ignorat ſanctitas veſtra quod, cum Dominus Johannes Rex, Pater noſter, vitam exceſſit præſentem, nobis adhuc infra adultam ætatem exiſtentibus, ſub alis ſedis Apoſtolicæ defenſi fuimus contra multorum inimicorum incurſus, & tunc caractere Crucis

A.D. 1253.

A.D. 1253. Hen. 3.

Crucis inſigniti, quem poſtea, conſilio quorumdam, ab humeris noſtris deponentes, meruimus a voto Crucis ad tempus abſolvi:

Set jam, non inmemores horum, quæ tunc nobis acciderunt, Crucem de novo ſaluberrimo voto, ſicut ſanctitati veſtræ non eſt incognitum, humeris noſtris aſſumpſimus; verum, cum non ſit tantum unius Principis opus, negotium Crucis, ut tanta res expoſtulat, adimplere:

Sanctitatem veſtram, cum omni mentis affectu, devotiſſimè rogamus, quatenus generaliter, per cætera Regna Chriſticolarum, Crucis negotium ſolempniter prædicari, ſimul & paſſagium noſtrum, quod ſtatutum eſt a Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximo futuro in tres annos, per Prædicatores publicari faciatis: Principes etiam, & alios chriſtianos, cruceſignatos, modis, quibus expedire videritis, moneri jubeatis & induci quod, ad terminum prædictum, ſecundum votorum ſuorum exigentiam, proficiſcantur ad impendendum, unà nobiſcum, negotio Crucis ſubſidium deſideratum.

A.D. 1253. Hen. 3.

Nos etiam, per crucifixi miſericordiam, totis viribus mentis & corporis, cæteriſque adminiculis ſecularibus, iter noſtrum præparabimus ad exequendum prædictum negotium Crucis, ad excellentiam honoris ipſius, cujus amore Crucem bajulamus.

Cæterum, cum ſoli non valeamus, ſinè cæterorum fidelium auxilio, votum Crucis, ut deceret, expedire, perquam durum nobis eſſet quod gens noſtra propria cruceſignata ſe diverteret aliàs, quàm nobiſcum perſonaliter in Terram ſanctam; præcipue cum de gente propria majorem geramus fiduciam, quam aliena.

Super prædictis igitur, tàm Terræ ſanctæ, quàm nobis ſolita clementiæ veſtræ providentia ſalubriter proſpicere non omittat.

Teſte Rege apud Weſtm. 28 die Januarii.

Pro Vicecomite Leoman.

A.D. 1253. An. 37. H. 3. Vaſcon. Pat. & Cart. 37. H. 3. m. 4. d. p. 1.

REX venerabili in Chriſto patri eadem gratia Auxitan. Archiepiſcopo, ſalutem.

Dilectus & fidelis noſter Arn. Octon. Vicecomes Leoman. gravi nobis conqueſtione monſtravit quod vos injuriati eſtis eidem, ſpoliando ipſum juramentis & fidelitatibus hominum ſuorum, & poſſeſſionibus ſuis, in Comitatibus de Fezenciac. & Armaniac.

A.D. 1253.

Et, quia idem Vicecomes homo ligius & fidelis noſter eſt, & obſequio noſtro jugiter intendit, & ei deeſſe non poterimus quin circa commodum & honorem ſuum ſalvandum & promovendum, conſilium & juvamen noſtrum liberaliter inpendamns, vos rogamus & hortamur diligenter quatinus prædictam injuriam ſibi faciatis celeriter emendari.

Teſte meipſo apud Milan, triceſimo die Aprilis.

Eodem modo ſcribitur Baronibus, Militibus Auxitan. Civibus, & toti Curiæ Comitatus Fezenciac.

Eodem modo ſcribitur Baronibus, Militibus, Burgenſibus de Noguartileo, & toti Curiæ Comitatus Armaniac.

Carta P. de Sabaudia, de juramento eundi ad Terram ſanctam in Comitiva Regis.

A.D. 1253. An. 37. H. 3. Pat. 37. H. 3. n. 26.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod dilectus & fidelis noſter Petrus de Sabaudia de eundo nobiſcum ad Terram Sanctam dedit nobis ſuas Patentes litteras ſub hac forma.

Omnibus præſentes litteras inſpecturis, vel audituris, Petrus de Sabaudia ſalutem.

A.D. 1253.

Sciatis quod, cum Henricus Rex Angliæ, caractere crucis dominicæ inſignitus, paſſagium ſuum in Terram Sanctam ſtabilierit in feſto Sancti Johannis Baptiſtæ anno Domini 1256. nos, ad ſuum beneplacitum, præſtito corporali Juramento tenore litterarum præſentium,

Proteſtamur & fideliter promittimus quod, cum idem Dominus noſter ad terram

terram

A.D. 1253. Hen. 3. terram prædictam ibit, nos cum ipſo proficiſcemur corporaliter, Deo nobis vitam & ſalutem concedente, & prædicto Domino noſtro Rege ſubſidium, quod nobis promiſit, nobis ſubminiſtrante, ſecundum quod in litteris ſuis, quas inde habemus, plenius continetur;

Nec aliquod aliud negotium ſcienter aſſumemus vel attemptabimus, per quod iter noſtrum cum Domino noſtro Rege debeat impediri.

In cujus, &c.

Datum London. 14 Kal. Maii, anno Domini 1252.

Nos verò, Rex prædictus, Sigillum noſtrum, unà cum Sigillis venerabilis Patris W. Dei gratiâ Norwicenſis Epiſcopi, J. Manſell. P. Chaceport Theſaurarii noſtri, Magiſtri Willielmi de Kilkenn. Cancellarii noſtri, & Johannis Prioris de Neuburt Capellani noſtri, & Henrici de Wengham præſenti ſcripto duximus apponendum.

Teſte ut ſupra.

De 10000 Marc. pro Petro de Sabaudia cum Rege in Terram Sanctam profecturo.

A.D. 1253. *An.* 37. *H.* 3. *Pat.* 37. *H.* 3. *m.* 12.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod, cum dilectus & fidelis noſter Petrus de Sabaudia, corporali Juramento interpoſito, per litteras ſuas ſe obligaſſet quod nobiſcum in Terram Sanctam corporaliter proficiſceretur;

Nos ei, ut Rex conſecratus & inunctus, fideliter promiſimus, & præſentium tenore obligavimus quod ei, in ſubſidium hujuſmodi peregrinationis, dabimus de Theſauro noſtro decem millia marcarum apud Marſill;

Et inveniemus ei, ad paſſagium ſuum, unam navem, victualibus & neceſſariis munitam, ad cuſtum noſtrum; &, cum pervenerimus in Terram Sanctam, dabimus eidem ibi viginti dextrarios.

Medio autem tempore licebit eidem Petro Negotiis ſuis, & amicorum ſuorum intendere & vacare, & nos ei, ad gwerram ſuam ſuſtinendam, & negotia ſua interim expedienda, ſubveniemus, ſecundum quod in litteris noſtris, quas inde habet, plenius continetur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 18 die Aprilis.

De 5500 Marcis datis P. de Sabaudia pro eundo cum Rege in Terram Sanctam.

A.D. 1253. *An.* 37. *H.* 3. *Pat.* 37. *H.* 3. *m.* 13.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noveritis quod, cum dilectus & fidelis noſter Petrus de Sabaudia, ad beneplacitum noſtrum, interpoſito corporali Sacramento, per litteras ſuas Patentes, ſecundum earumdem continentiam, ſe nobis obligaſſet quod, cum in Terram Sanctam iter arripiemus, ipſe una nobiſcum corporaliter proficiſcetur,

Nos, ex ſpontanea voluntate, & mera liberalitate noſtra ei conceſſimus, & præſentibus litteris noſtris nos obligavimus quod, ad negotia ſua interim expedienda, ſibi dabimus quinque millia & quingentas marcas ſterlingorum, infra triennium proximum a compoſitione præſentium, præter ea quæ ſibi promiſimus per alias litteras noſtras, quando nobiſcum iter arripiet.

Ad quarum quidem quinque millium & quingentarum marcarum ſolutionem aſſignavimus,

In primis mille libras, quas ad opus ſuum mutuo accepimus de Mercatoribus Senen. & Florent.

Item mille libras percipiendas, infra triennium prædictum, a dilecto & fideli noſtro Johanne filio Galfridi, Juſticiario noſtro Hiberniæ; videlicet, ſingulis annis, quingentas marcas, in quibus prædictus Johannes nobis tenetur pro cuſtodia terræ & hæredum Theobaldi le Butiller, & maritagio eorumdem hæredum.

Præterea aſſignavimus prædicto Petro proficuum, quantum attrahere poterimus, de cuſtodia terrarum, quæ fuerunt Geroldi de Prendregeſt, & de maritagio

A.D. 1253. Hen. 3.

hæredum ipſius Geroldi, qui exierunt de filia Johannis de Cogan; & etiam totum proficuum, quod attrahere poterimus de cuſtodia terrarum, quæ fuerunt Roberti filii Ricardi, & maritagio hæredum ſuorum uſque ad ſummam prædictam.

Et, ſi quid defuerit de ſolutione ſummæ prædictarum quinque millium & quingentarum marcarum, promittimus quod illud ſibi perficiemus in wardis vel maritagiis, primo nobis vacaturis, quæ ipſe melius duxerit acceptanda: Ita quod alteri ea dare vel vendere non debemus, donec prædictam ſummam pecuniæ ſibi perfecerimus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſt. 18 die Aprilis.

Pro Magno Hærede Manniæ.

A.D. 1253. An. 37. H. 3. Pat. 37. H. 3. m. 13.

M. Hæres Manniæ & Inſularum, cum familia ſua, habet literas Regis de conductu in eundo per poteſtatem Regis verſus partes Norwagiæ, & inde redeundo.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Merton. 30 die Aprilis.

De paſſagio Regis.

A.D. 1253. An. 37. H. 3. Pat. 37. H. 3. m. 13.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis cruceſignatis Hiberniæ ſalutem.

Sciatis quod juravimus & ſtatuimus paſſagium noſtrum in Terram Sanctam a feſto Sancti Johannis Baptiſtæ, anno Domini 1253. in tres annos; quod etiam Dominus Papa confirmavit: Ac, apud Marſil. mare ingredi proponentes, tractatum nuper habuimus, ob noſtrum & veſtrum commodum, ſuper dicto paſſagio cum probis hominibus Marſil. quos ad nos in Angliam venire propter hoc fecimus.

Et ideo vobis mandamus, rogantes quod, ad certos diem & locum, conveniatis ad ſciendum quot, & qui veſtrûm nobiſcum in Terram Sanctam perſonaliter proficiſcentur; & de numero omnium illorum nos ſine dilatione diſtincte & aperte certificetis; ut de ſecuris navibus, contra prædictum paſſagium, ad opus veſtrum & noſtrum, provideri faciamus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 9 die Maii.

Item mandatum eſt Archiepiſcopis, Epiſcopis, &c. Scotiæ.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De Conſenſu Regis & Magnatum Angliæ in Sententiam Excommunicationis.

A.D. 1253. An. 37. H. 3. Pat. 37. H. 3. m. 12. d.

NOverint univerſi, quod Dominus H. Rex Angliæ illuſtris, R. Comes Norff. & Mareſcallus Angliæ, H. Comes Hereford. & Eſſex, J. Comes de Warrewico, Petrus de Sabbaudia, cæterique Magnates Angliæ, conſenſerunt in Sententiam Excommunicationis generaliter latam apud Weſtm. tertio decimo die Maii, anno Regni Regis prædicti 37, in hac forma, ſcilicet,

Quod vinculo præfatæ Sententiæ ligentur omnes, venientes contra libertates, contentas in Cartis communium libertatum Angliæ, & de Foreſta; & omnes qui libertates Eccleſiæ Anglicanæ, temporibus Domini Regis & prædeceſſorum ſuorum, Regum Angliæ, optentas & uſitatas, ſcienter & malitioſe violaverint, aut infringere præſumpſerint:

Et omnes illi qui pacem Domini Regis & regni perturbaverint:

Et ſimiliter omnes qui jura & libertates Regis & Regni diminuere, infringere, ſeu immutare præſumpſerint:

Et quod omnes, venientes contra præmiſſa, vel eorum aliqua ignoranter, legitime moniti, infra quindenam poſt monitionem præmiſſam, dictam tranſgreſſionem non emendaverint, extunc prædictæ

A.D. 1253. Hen. 3.

dictæ Sententiæ Excommunicationis ſubjacebunt;

Ita tamen, quod Dominus Rex tranſgreſſionem illam per conſiderationem Curiæ ſuæ faciat emendari.

Sciendum autem quod, ſi in ſcriptis, ſuper eadem Sententiâ a quibuſcunque confectis ſeu conficiendis, aliud, vel aliter appoſitum, vel adjectum fuerit, aut articuli aliqui alii in eis contenti inveniantur,

Dominus Rex, & prædicti Magnates omnes, & Communitas populi proteſtantur publice, in præſentia venerabilium Patrum, Bonifacii, Dei gratiâ Cantuarienſis Archiepiſcopi, totius Angliæ Primatis; necnon & Epiſcoporum omnium, in eodem Colloquio exiſtentium, quod in ea nunquam conſenſerunt, nec conſentiunt; ſet de plano eis contradicunt.

A.D. 1253. Hen. 3.

Præterea, præfatus Dominus Rex, in prolatione præfatæ Sententiæ omnes libertates, contra conſuetudines regni noſtri antiquas & uſitatas, & dignitates, & Jura Coronæ ſuæ, ore proprio ſpecialiter ſibi, & regno ſuo ſalvavit, & excepit.

In cujus rei memoriam, & in poſterum veritatis teſtimonium, tàm Dominus Rex, quàm prædicti Comites, ad inſtantiam aliorum Magnatum, & populi, præſenti ſcripto ſigilla ſua appoſuerunt.

De Fœdere conjugali cum Rege Hiſpaniæ.

A.D. 1253. An. 37. H. 3. Pat. 37. H. 3. m. 13. d.

REX cariſſimo conſanguineo ſuo A. eadem gratiâ, illuſtri Regi Caſtell. Tolet. Legion. Gallic. Sibill. Cordub. Murc. & Gihenn. Salutem, & quicquid Regiæ convenit celſitudini.

Inter claras ſapientiæ & manſuetudinis veſtræ laudes, quæ, quaſi ſidus emicans, per diverſas mundi partes irradiant, illa dilectionis veſtræ erga nos concepta ſuavitas, per quam nobis adjungi ſatagitis mutuæ dilectionis affectu, nos habundantius excitat & inducit ut ſinceritati veſtræ, in quibus poſſumus, placeamus.

Cum igitur nullo competentiori modo inter Principes amicitia mutua contrahatur, quàm per vinculum fœderis conjugalis, ſerenitate veſtra illud affectante, de quo non modicum gratulamur;

Nos, vice verſa, eandem amicitiam perpetuare volentes, ad conſummationem illius fœderis proſequendam dilectos nobis in Chriſto venerabilem Patrem W. Epiſcopum Bathon. & fidelem noſtrum Johannem Maunſell Cancellarium London. ac Præpoſitum Beverlaciæ Secretarium noſtrum, Procuratores noſtros & Nuncios ad magnitudinis veſtræ præſentiam deſtinamus:

Quorum tractatum & factum, circa præmiſſi fœderis vinculum contrahendum, conjunctim vel diviſim, ratum & firmum habebimus & habemus, omni ſpecie calumpniæ circumſcripta;

A.D. 1253.

Plenam dantes eiſdem poteſtatem, conjunctim vel diviſim, omnia ea explicandi & agendi, quæ ad præmiſſum negotium fuerint neceſſaria, & quæ nos ipſi præſentialiter facere poſſemus ad dicti negotii perpetuam firmitatem; firmiter promittentes nos ratum & firmum habituros quicquid ſuper hoc, nomine noſtro duxerint faciendum.

Specialem inſuper damus poteſtatem prædicto Johanni, Secretario noſtro, præſtandi in animam noſtram cujuſlibet generis Sacramentum, quodcumque fuerit neceſſarium ad præmiſſum negotium proſequendum.

Et, ſi forte, quod abſit, dictus Johannes Maunſell in viâ deficiat, loco ſuo dilectum & ſpecialem Clericum noſtrum, Magiſtrum Johannem Clarel ſubſtituimu; eidem, cum Epiſcopo, in omnibus eandem dantes poteſtatem circa prædictum negotium proſequendum, quam prædicto Johanni Maunſell dedimus, & præſcripſimus ſub forma ſuperius declarata.

Teſte meipſo, London. 15 die Menſis Maii, anno, &c. 37.

De Matrimonio inter primogenitum Regis Aragoniæ & Beatricem Filiam Regis.

A.D. 1253. An. 37. H. 3. Pat. 37. H. 3. m. 13. d.

REX univerſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.

A.D. 1253.

Noverit univerſitas veſtra quod nos conſtituimus Procuratores noſtros, ſimul & diviſim, venerabilem in Chriſto Patrem

A.D. 1253. Hen. 3.

Patrem Bathon. & Wellen. Epiſcopum, & dilectum & fidelem noſtrum, Johannem Maunſel Præpoſitum Beverlaciæ, unumquemque illorum in ſolidum, ad tractandum de Matrimonio contrahendo inter filium primogenitum illuſtris Regis Aragon. & Beatricem filiam noſtram;

Promittentes bona fide quod Nos ratum habebimus & firmum, & fideliter ac inviolabiliter obſervabimus quicquid per eos, vel eorum alterum ſuper dicto negotio factum fuerit vel tractatum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud London. 24 die Maii.

A.D. 1253. Hen. 3.

De Inſtructionibus ſuper Matrimonio cum ſorore Regis Caſtellæ.

A.D. 1253. An. 37. H. 3. Ibidem.

REX dilectis & fidelibus ſuis W. eadem gratia Bathon. Epiſcopo, & J. Maunſell. Cancellar. London, ac Præpoſito Beverlaci, ſalutem.

Mandamus vobis firmiter injungentes quod ad Matrimonium inter Edwardum primogenitum noſtrum & hæredem, & A. illuſtrem Sororem Regis Caſtell. contrahendum procedatis; plenam quietantiam juris, quod idem Rex exigit in terra noſtra Waſconiæ, ab ipſo & hæredibus ſuis capientes, ſi meliores conditiones conſequi non poteritis, dum modo talis mutua confoederatio inter nos, & hæredes noſtros contrahatur; ita quod adinvicem ſimus impriſii & confœderati, juxta vires noſtras, contra omnes homines.

Ad hæc autem omnia & ſingula plenam vobis damus & concedimus poteſtatem.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1253.

De magno Sigillo commiſſo.

A.D. 1253. An. 37. H. 3. Pat. 37. H. 3. n. 18.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra quod nos, in Vaſconiam proficiſcentes, dimiſimus magnum ſigillum noſtrum in cuſtodia dilectæ Reginæ noſtræ, ſub Sigillo noſtro privato, & Sigillo dilecti fratris & fidelis noſtri Ricardi Comitis Cornubiæ, & quorundam aliorum de conſilio noſtro;

Tali conditione adjecta quod, ſi aliquid ſignatum fuit, nomine noſtro, dum extra Regnum Angliæ fuerimus, alio Sigillo, quam illo, quod vertere poterit in Coronæ noſtræ, vel Regni noſtri detrimentum vel diminutionem, nullius ſit momenti, ſet viribus careat omnino.

Teſte Rege apud Wynton. 22 die Junii.

A.D. 1253.

De proviſione facta ad gubernationem Regni transfretante Rege.

A.D. 1253. An. 37. H. 3. Pat. 37. H. 3. n. 14.

REX omnibus Juſticiariis ſuis, Vicecomitibus, Conſtabulariis, & omnibus aliis Ballivis, & fidelibus ſuis Angliæ, Walliæ & Hiberniæ ſalutem.

Quia in proximo transfretaturi ſumus in Waſconiam, vobis mandamus in fide, qua nobis tenemini, firmiter injungentes quod, dum extra Regnum noſtrum Angliæ fuerimus, intendentes ſitis & reſpondentes dilectæ Reginæ noſtræ Alianoræ in omnibus, quæ ad Ballivas veſtras pertinent.

Et, ſi ante reditum noſtrum de partibus prædictis Waſconiæ, de nobis humanitùs contingat, tunc Caſtra, & omnes terras noſtras, in cuſtodia veſtra exiſtentes, & omnes alias Ballivas veſtras, quas de nobis habetis, liberetis dilectæ Reginæ noſtræ Alianoræ, cuſtodiendas per ipſam ad opus dilecti filii noſtri Edwardi, uſque ad legitimam ætatem ejuſdem filii noſtri.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Suwic. 2 Julii. per Regem.

Hæc littera liberata eſt P. de Sabaudia, per manus H. de Wengham.

A.D. 1253.

A.D. 1253.
Hen. 3.
Ibidem.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum Gubernationem Regni noſtri Angliæ, & terrarum noſtrarum Walliæ & Hiberniæ, commiſerimus dilectæ Reginæ noſtræ Alianoræ, unà cum Conſilio dilecti fratris & fidelis noſtri Ricardi Comitis Cornubiæ, uſque ad reditum noſtrum de partibus Waſconiæ,

Volumus quod, cum Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus prædicti Regni noſtri Angliæ, & Epiſcopatus Menevenſ. in Wallia vacaverint, a nobis petatur licentia eligendi; &, factis electionibus, noſter ſuper hoc requiratur aſſenſus, & hoc idem fieri volumus de Abbatiis Weſtmonaſterii, Waltham, ſancti Edmundi, Rameſ. Burgi, Sancti Petri, Sancti Albani, Rading. Oſeneye, Cyrenceſtriæ, de Hyda, Glaſton. vacante ſede Malmeſbur. Sancti Petri Glouceſtr. Eveſham, Sanctæ Mariæ Eborum, & Sancti Auguſtini Cantuar.

Et de Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus terræ noſtræ Hiberniæ, cum vacaverint, cum facilior aditus, ſivè tranſitus de Hibernia in Waſconiam, quam de Hibernia in Angliam habeatur.

Vacantibus autem Epiſcopatibus Landavenſi, de Sancto Aſaph, & de Bangor. & omnibus Abbatiis & Prioratibus Angliæ, Walliæ, & Hiberniæ, ſuperiùs non expreſſis, volumus & concedimus quod licentia eligendi a præfata Regina noſtra, ante electionem, petatur; &, factis electionibus, ejus ſuper hoc requiratur aſſenſus, de conſilio præfati Comitis fratris noſtri, nobis in partibus Waſconiæ agentibus.

In cujus, &c.

Per Regem.

Teſte ut ſupra.

Quæ litteræ traditæ ſunt per manus W. de Kilkeny Reginæ & Comiti.

De cuſtodia Angliæ & Walliæ commiſſa Reginæ.

A.D. 1253.
An. 37. *H.* 3.
Pat. 37. *H.* 3.
n. 13.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, & omnibus aliis fidelibus ſuis Angliæ, Walliæ, & Hiberniæ ſalutem.

Sciatis quod, cum in proximo tranſfretaturi ſumus in Waſconiam, in ſubſidium ejuſdem terræ noſtræ, nos Regnum noſtrum Angliæ, & terras noſtras Walliæ, & Hiberniæ, committimus dilectæ Reginæ noſtræ Alianoræ, cuſtodiendas & gubernandas cum conſilio dilecti fratris & fidelis noſtri Ricardi Comitis Cornubiæ, uſque ad reditum noſtrum de partibus prædictis.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Reginæ, tanquam Cuſtodi & Gubernatrici dicti Regni, & prædictarum terrarum, dum extra idem Regnum fuerimus, intendentes ſitis & reſpondentes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Porteſmu. ſeptimo die Julii.

Per Regem traditæ fuerunt Reginæ.

De Homagio Davidis Filii Griffini.

A.D. 1253.
An. 37. *H.* 3.
Pat. 37. *H.* 3.
n. 11.

DAvid filius Griffini & familia ſua, quam ſecum ducet, habent litteras Domini Regis de conductu in veniendo ad Regem in Angliam, vel ad Reginam, vel ad Ricardum Comitem Cornubiæ, ſi Rex fuerit extra Regnum, ad faciendum Regi homagium, & alia quæ Regi facere debet;

Et durant uſque ad feſtum Sancti Michaelis proximo futurum.

Teſte Rege apud Porteſmu. 8 die Julii.

Poſtea prorogatus fuit terminus ille uſque ad Quindenam Sancti Martini proximo futuram.

Pro Thoma de Sabaudia.

A.D. 1253.
An. 37. *H.* 3.
Pat. 37. *H.* 3.
n. 21.

REX dilecto & fideli ſuo Hugoni le Bigod ſalutem.

Sciatis quod aſſignavimus vos ad reddendum, ſingulis annis, dilecto & fideli noſtro Thomæ de Sabaudia, vel ejus certo Attornato, ad Scaccarium noſtrum, vel apud novum Templum London. quingentas Marcas de ſeptin-

A.D. 1253. Hen. 3.

ſeptingentis marcis, quas nobis redditis per annum, ad prædictum Scaccarium, de fine quem Johanna Wak, uxor veſtra, fecit nobiſcum, pro cuſtodia terræ & hæredis Hugonis Wake, & maritagio ejuſdem hæredis, & pro ſeipſa maritanda cui vellet, quamdiu finis ille duraverit, pro annuo feodo ſuo quingentarum marcarum, quod ei conceſſimus percipiendum, donec ei in Wardis, vel Eſcaetis noſtris, in quingentis marcis terræ providerimus.

A.D. 1253. Hen. 3.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Comiti, vel ejus certo Attornato prædictas quingentas Marcas ſingulis annis liberetis ſicut prædictum eſt.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windleſ. 12 die Julii.

De Caſtro Doveriæ.

A.D. 1253. An. 37. H. 3. Pat. 37. H. 3. n. 7.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod firmiter injunximus dilecto & fideli noſtro, Bertramo de Crioill, Conſtabulario noſtro Dovor. & volumus quod, ſi ante legitimam ætatem dilecti filii noſtri Edwardi de nobis humanitus contingat, non liberet Caſtrum noſtrum Dovor. eidem Edwardo ante legitimam ætatem, niſi de aſſenſu & voluntate dilectæ Reginæ noſtræ Alianoræ.

A.D. 1253.

Teſte Rege apud Porteſmu. 20 die Julii.

Per Regem.

Littera per quam Dominus Papa excommunicat omnes illos qui pacem Domini Regis Angliæ perturbant, aut perturbare præſumunt poſtquam Dominus Rex iter arripuerit verſus Terram Sanctam.

A.D. 1253. An. 37. H. 3. *Ex Tranſcrip. authent.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabili Fratri Bathon. & Wellen. Epiſcopo, & dilecto filio Decano Burdeg. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Angliæ illuſtris, crucis aſſumpto ſignaculo, ad transfretandum in Terræ Sanctæ ſubſidium potenter ac viriliter ſe accingat, perſonam ipſius & terram nos convenit eo attentius Apoſtolicæ protectionis præſidio communire, quo eundem Regem Eccleſia Romana ſincera in Domino affectione complectitur, & inter cæteros orbis Catholicos Principes Deo ac ſibi eſt experta devotionem.

Ne igitur tam pium votum, támque laudabile ipſius Regis propoſitum per aliquorum inſolentiam impediri contingat, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica Scripta mandamus quatinus omnes illos, qui conjunctim, vel diviſim præfatum Regem, aut terram ejuſdem invadere, vel perturbare quacumque temeritate præſumpſerint, monitione præmiſſa, per excommunicationis in perſonas, & terras eorum interdicti ſententias, à perturbatione & invaſione hujuſmodi, appellatione poſtpoſita, compeſcatis; facientes illos, in quos hujuſmodi ſententias tuleritis, ſicut protervitas eorum exegerit excommunicatos, ubi expedire videritis, ſolempniter, uſque ad ſatisfactionem congruam, nunciari,

A.D. 1253.

Non obſtante ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari, vel eorum terræ ſupponi Eccleſiaſtico interdicto non poſſint, abſque ipſius ſedis ſpeciali mandato, faciente plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi & ejus continentia mentionem; ſeu qualibet alia idulgentia dictæ ſedis quibuſcumque, ſub quacumque forma verborum, conceſſa, per quas attributæ vobis Juriſdictionis explicatio in hac parte valeat impediri.

Quod, ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrûm ea nichilominus exequatur.

Dat. Aſſitii, tertio Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno undecimo.

Bulla de Protectione pro Rege, Regina, &c.

A.D. 1253. *An.* 37. *H.* 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Cantuarienſi & Eboracenſi Archiepiſcopis & Bathon. & Wellen. Epiſcopo, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ad archana pectoris faciem mentis convertimus, inter alia, quæ de Chriſti fidelibus, ſub diverſitate temporum, eligimus commendanda memoriæ, immaculata cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ Progenitorum fides & ſincera devotio nobis occurrunt dignis laudibus ſpecialiter recolenda; & præſertim cum Progenitoribus ipſis, non ſolum derivatione ſanguinis, ſed illarum propagatione ſuccedens, eo crebriùs in nobis illorum memoriam refricet, quo eorumdem imitando veſtigia, ipſos frequentiùs repræſentat.

Sua quoque ſerenitas, ſic ſemper, circa Eccleſiam, affectione purâ & inconcuſſâ conſtantia claruit, ut, ſuis obſequiis, opportunitatis tempore, ſe offerens reverenter, honorem ejus inter cæteros orbis Principes ferventer obtavit; eumque ſtuduerit, ex propoſito adhoc ſuæ potentiæ brachio, indefeſſa ſollicitudine procurare:

Dignè itaque, ſuis dictorumque Progenitorum exigentibus meritis, Romana Eccleſia ipſum, tantæ devotionis titulo inſignitum, inter Clauſtra cordis affectione præcipua bajulans, & infra mentis ubera brachiis ſinceritatis aſtringens, illo ſuam privilegiat amore perſonam, ut eam inter Reges alios favoris & gratiæ prerogativâ efferat ſpecialis.

Cum igitur, in ſuccurſum Terræ ſanctæ, quam in contemptu Chriſti, & fidelium ejus opprobrium occupatam detinent Agareni, velut fidus ad loca fidei, & ultionis injuriarum Domini anxius, eum honorabili commilitonum exercitu, crucis jam aſſumpto ſignaculo, transfretare proponat;

A.D. 1253.

Nos, ſuum tam laudabile propoſitum commendantes, ac volentes Apoſtolicis ſibi adeſſe favoribus in hac parte, ſuam & cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Alienoræ Angl. Reginæ illuſtris uxoris, necnon Edwardi primogeniti & hæredis, ac aliorum liberorum ſuorum perſonas, cum familiis, & Regno Angliæ, Hyberniâ, Walliâ, Waſconiâ & aliis terris, poſſeſſionibus, juribus, libertatibus, rationabilibus conſuetudinibus, & cæteris bonis ſuis, quæ impræſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, ſub beati Petri & noſtrâ protectione duximus admittendos.

Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinùs dictos Regem, Reginam, Edwardum, & alios liberos ſuos non permittatis contra protectionis noſtræ tenorem, ſuper hiis, ab aliquibus indebitè moleſtari:

Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Non obſtante ſi perſonis aliquibus a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas, plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, non facientes de indulto hujuſmodi mentionem; & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali.

Quod, ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrûm ea nichilominus exequantur.

Dat. Aſiſii, Non. Sept. Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Sub filo canabi.

Bulla de Proviſionibus.

A.D. 1253. *An.* 38. *H.* 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo, & dilectis filiis Capitulo Roffenſi, ac Prælatis Eccleſiarum, & Patronis, Cleris ſeu Laicis, per Roffenſ. Civitatem & Dioceſ. conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Editum a nobis de novo ſtatutum, de verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari, cujus tenor talis eſt;

A.D. 1253.

Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, & aliis Eccleſiarum Prælatis, earumque Capitulis, & Conevntionibus, ſeu Collegiis, tàm

tàm

tàm exemptis, qàam non exemptis, ac Patroni, Clericis, ſeu Laicis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Poſtquàm regimini generalis Eccleſiæ nos, licet immeritos, divina pietas voluit præſidere, cordi ſemper habuimus quod honeſtatem & ordinem in omnibus ſervaremus, ac in proviſionibus faciendis haberemus illius providentiæ modum, per quem Eccleſiis, & Monaſteriis, ſive aliis piis locis honor & commodum proveniret.

Quod autem quicquid contrarium accidiſſe dinoſcitur, tum propter malitiam temporum, tum propter improbitatem nimiam petitorum, ſæpe nobis dolorem intulit, & cordi noſtro ſuſpiria cumulavit; maxime cum poſt multa diffugia, & excogitatæ dilationis ſtudium, proviſiones quaſdam prorſus inviti fecerimus; quas potuiſſe vitare pro magno & ſolempni gaudio duceremus.

Cum itaque dudum mente vigiles, ut ſuper hiis adhibere poſſemus remedium oportunum, nos pro quiete mentis noſtræ, ac pro Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorum prædictorum ſalute, duximus ſtatuendum, quod ſinguli veſtrûm Canonicas & Præbendas, ac beneficia ſeu perſonatus, & dignitates cum curâ vel ſine curâ, redditus etiam & penſiones ad collationem, aut electionem, ſeu præſentationem noſtram ſpectantia, quæ obtinentur a quibuſcumque oriundis extra Regna, in quibus habentur Canonicatus & Præbendæ, & alia ſupradicta, ſive apud ſedem Apoſtolicam maneant, ſive alibi commorentur exnunc perſonis idoneis, Deum habendo præ oculis, & conferre, vel eas ad illa eligere, & electas confirmare, ſeu præſentare, & præſentatas admittere, ſublato cujuſlibet contradictionis & appellationis obſtaculo, valeant;

Et extunc perſonæ in eiſdem Canoniis, & Præbendis, ac beneficiis, ſeu dignitatibus, & perſonatibus, redditibus, & penſionibus plenum jus & inconcuſſum obtineant.

Nec tamen de hiis, priuſquam vacent, ſe aliquatenus intromittant, ſet ea ipſo jure, quamcitius vacaverint, aſſequentur, & ipſa intrandi ac retinendi, nullius requiſito conſenſu, liberam habeant facultatem; ita tamen quod illi, qui nunc ipſa obtinent, ea, quouſque ceſſerint vel deceſſerint, pleno jure pacifice habeant & quiete, ac nullum omnino ſuper hiis, prætextu ſtatuti ejuſdem, præjudicium patiantur.

Volumus tamen quod, ſi ſub expectatione Præbendarum, in Eccleſiis, in quibus proviſum fuerit dictis perſonis, prius aliqui ſint recepti; vel ſi, ſuper proviſione ſua, in eis litteras Apoſtolicas impetraverunt, ſicut in receptione vel impetratione, ſic in Præbendarum aſſecutione perſonis præferantur eiſdem.

Si vero aliqua perſonarum ipſarum, cui obtentu ejuſdem ſtatuti proviſum fuerit, vel ei per vos, juxta modum inferius annotatum contigerit de veſtra liberali gratia provideri, cedat interim vel decedat, licitum ſit vobis tam cito, loco ſui, aliam perſonam ſubrogare, ac ſucceſſivè hoc facere in cujuſvis earumdem ceſſione vel obitu perſonarum.

Sub divini tamen judicis obteſtatione præcipimus quod perſonæ ipſæ contra poſſeſſores dictorum Canonicatuum & beneficiorum, ac Præbendarum ſeu perſonatuum, & dignitatum & reddituum, ſeu penſionum, nullas inſidias, aut fraudem, vel moleſtias, ſive quodcunque aliud inconveniens machinentur; alias autem, ipſo facto, cadant ab omni jure eis, ſuper proviſione hujuſmodi, acquiſito; cum dignum ſit quod, ſicut gratia pro virtute tribuitur, ita pœna pro vitio compenſetur.

Pro malitiis etiam cohibendis, quæ, hujuſmodi forſitan occaſione ſtatuti, oriri poſſent in mentibus perverſorum, volumus ut, ſi aliquem, cui ſubrogatio, ex beneficio ejuſdem ſtatuti, facta fuerit (quod abſit) perimi contigerit quoquo modo, taliter ſubrogatus poſſeſſionem ſuæ proviſionis non habeat, nec aliquatenus apprehendat, niſi prius Apoſtolicas, vel ordinarii, vel aliquorum religioſorum virorum, Deum timentium, patentes litteras obtinuerit, quod de morte ſic occiſi ſuſpectus nullatenus habeatur.

Cæterum, quia perſonis eiſdem in grave poſſit redundare tædium, quod vacationem Canonicatuum, & Præbendarum, ac aliorum prædictorum per longa tempora expectarent; ad hoc veſtra deſudet intentio, ut de Canoniis & Præbendis, ac beneficiis ſeu perſonatibus, & dignitatibus, redditibus, & penſionibus, ad noſtram collationem aut electionem, vel præſentationem ſpectantibus, quæ, præter hujuſmodi proviſionem noſtram, vacant ad præſens, ſeu vacare contigerit, dummodo nulli alii de jure competant, liberaliter ac ſine mora provideatis eiſdem, & poſtmodum ipſarum loco alias perſonas ydoneas quamcitius ſubrogetis.

Ad hæc ſtatutum prædictum, quamvis juri oppoſitum, quod pro cauſa legitima & ſalubri, ad nullius requiſitionem vel inſtantiam, proprio motu fecimus,

plenam

A.D. 1253.
Hen. 3.

plenam & inviolabilem firmitatem volumus obtinere; ſet tamen ad alias collationes, & electiones, ſeu præſentationes, quas a quocumque, de cætero fieri contigerit, idem ſtatutum nullatenus extendatur, nec ſanctionibus Canonicis, propter ipſum, in poſterum aliquod præjudicium generetur.

Præterea nulla privilegia, vel indulgentiæ, ſeu literæ Apoſtolicæ ſedis, vel Legatorum ejus, ſub quacumque forma verborum, de cætero impetranda, obſiſtant præfato ſtatuto; cum jam plenum jus, per hujuſmodi collationem, aut electionem, ſeu præſentationem acquiratur perſonis eiſdem, & illud eis tolli non poſſit abſque divini offenſa nominis, & Apoſtolicæ ſedis injuria manifeſta.

Nos enim nichilominus, ſi aliquid ſuper hiis, contra præfatum ſtatutum contigerit attemptari, non ſolum irritum & inane decernimus, ſet omnes, qui contravenire præſumpſerint, divinæ maledictioni & noſtræ volumus ſubjacere; licitumque ſit vobis univerſis, & ſingulis, tanquam noſtris, in hac parte, miniſtris, noſtras ſeu Legatorum noſtrorum lacerare litteras, ſiquæ, ſtatuto ipſi contrariæ, vobis, aut alicui veſtrûm fuerint præſentatæ.

A.D. 1253.
Hen. 3.

Canonicatuum inſuper, & Præbendarum, ac beneficiorum, & aliorum prædictorum poſſeſſio, ſicut prædictum eſt, nichilominus intretur, ac retineatur libere, non obſtantibus literis memoratis.

Sæpedictum vero ſtatutum ad Pontificatus, & Abbatias, & alias regulares extendi volumus dignitates.

Vos itaque, frater Epiſcope, ac filii Capitulum, & Prælati, ſeu Patroni ſtatutum ipſum, prout expedire videritis, auctoritate noſtra fideliter & diligenter exequi ſtudeatis.

Dat. Lateran. tertio Non. Novembr. Pontificatûs noſtri anno undecimo.

De diſputatione Papæ & Regis de ſuis ætatibus.

A.D. 1253.
An. 38. *H.* 3.
Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem,

Regiam gratitudinem digna gratiarum actione proſequimur; quæ, Apoſtolicam ſedem in tua recognoſcens gratanter vota proclivem ſuper hiis, quæ honeſte poſtulanda decreveris, favorem tibi ex hoc benivolum vendicavit.

Perpendimus enim quod plenam de nobis ſpei tibi fiduciam ſuggerit ſinceritas filialis, affectum noſtrum ad tuæ beneplacita voluntatis aſtringens, ut, ſicut ſecundum Deum poterimus, voto tibi & opere placeamus.

Porro in litteris tuis, ad jocunditatis ſolatium, ſeriis ludicra miſcuiſti, de illius, videlicet, ſcrupulo quæſtionis qua coram nobis, ut aſſeris, uter noſtrum alterum naſcendo prævenerit, extitit diſceptatum.

Sane licet contendere videaris te nobis eſſe minorem, noſque reponas in conſortio ſeniorum, ſuper hoc tamen dubitantium forſitan vacillat opinio, quibuſdam annos tuos producentibus, aliis corripientibus annos noſtros.

A.D. 1253.

Ad hoc autem aliud non reſpondemus, ad præſens, niſi, quia de tranſmiſſo verborum ſolatio, quo nos lætificare curaſti, tuæ Celſitudini gratias exhibentes, tecum optamus ut, mutuæ viſionis indicio, poſſimus dirimere propoſitam quæſtionem.

O ſi unquam nobis deſuper illuceſceret dies illa quæ commode noſtram tibi, tuamque nobis deſiderabilem præſentiam exhiberet! Multa quidem præteritorum dierum malignitas, quos in tribulationis amaritudine traximus, in copioſa illius conſolationis dulcedine leniretur.

Dat. Lateran. 15 Kal. Januarii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Plumbeo ſigillo.

De diverſis in Vaſconia, ſecundum mandatum Papæ excommunicatis, pro eo quod Pacem Regis perturbarunt.

A.D. 1253.
An. 38. *H.* 3.
Lib. B. fol. 271. penes Camerar. Scaccar.

REverendo Patri in Chriſto Dei gratia, Adurenc. Epiſcopo, Decanus Sancti Andreæ Burdeg. Judex a Domino Papa Delegatus, ſalutem in Domino.

A.D. 1253.

Noveritis nos mandatum Domini Papæ recepiſſe in hæc verba:

Inno-

A.D. 1253. Hen. 3.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Bathon. & Wellen. Epiſcopo, & dilecto filio Decano Burdegaliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Angliæ illuſtris, Crucis aſſumpto ſingnaculo, ad transfretandum in Terræ ſanctæ ſubſidium potenter ac viriliter ſe accingat, perſonam ipſius, *&c. ut in Bulla de* 30 *Julii, anno præeunte, deinde hoc modo,*

Cujus auctoritate mandati monuimus Gaſconem de Biarn. de Fronſat. & de Caſtellione Vicecomites, Willielmum Priorem de Manſo, Bertrandum de la Dye, Majorem & omnes Juratos de Regula, Bernardum de Bonyll, ut ipſi a perturbatione & invaſione terrarum & poſſeſſionum præfati Regis cruceſignati deſiſterint;

Et, quia ab hujuſmodi perturbatione & invaſione non deſiſtunt, nos omnes prædictos nominatim, & omnes alios generaliter, qui terram & poſſeſſionem ipſius Regis invadere vel perturbare præſumunt, excommunicamus, & denunciari fecimus excommunicatos in Diocæſe Burdegalenſi, & Epiſcopatn Vaſcon.

Unde eadem auctoritate vobis mandamus, firmiter injungendo, quatinus omnes prædictos excommunicetis, & excommunicatos denuntietis, per totum Epiſcopatum veſtrum, ſingulis diebus Dominicis & Feſtivis, candelis accenſis, & pulſatis campanis.

Et, quia creſcente contumaciâ creſcere debet pœna, nos terras omnium prædictorum Eccleſiaſtico ſuppoſuimus interdicto, vobis mandantes, ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, quatinus infra octo dies, poſt receptionem præſentium, ſingulis eorum, terras vel poſſeſſiones habentibus in Epiſcopatu veſtro, prædicta ſcire faciatis.

Et nos, per litteras veſtras patentes, ſuper præmiſſis certificetis; ita quod nos & Epiſcopi de hujuſmodi excommunicationis & interdicti ſententiis latis certitudinem plenariam habeamus:

Quod, ſi non feceritis, noveritis vos eſſe ſtatim, poſt prædictos octo dies, eadem auctoritate ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenſos.

Datum apud Vaſatum in Feſto Sancti Thomæ Apoſtoli, anno Domini milleſimo duconteſimo quinquageſimo tertio.

De Alfonſo Rege Caſtellæ, & Exercitu Saracenorum, invadendo Aquitaniam, Angliam & Hyberniam.

A.D. 1253. 38. H. 3. Pat. 38. H. 3. 8.

REX univerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in Hibernia conſtitutis, ſalutem.

Cum Rex Caſtellæ, cum multitudine exercitûs Chriſtianorum & Saracenorum, terram noſtram Vaſconiæ, in quindena Paſchæ proximo futurâ, ingreſſurus ſit hoſtiliter, ad terram illam deſtruendam & occupandam, ac per introitum ejuſdem terræ, ſi eam optineret, quod abſit, terras noſtras Angliæ & Hiberniæ invadere aſpiret;

Nos, ſuper tam arduis & urgentibus negotiis conſilium veſtrum & auxilium requirere proponentes, vos requirimus, in fide qua nobis tenemini, affectuoſe rogantes quatinus, ſicut nos & honorem noſtrum, necnon & indempnitatem corporis noſtri diligitis, nullatenus omittatis quin, in inſtanti mediæ quadrageſimæ, conveniatis apud Dublin. coram Johanne filio Galfridi Juſticiario Hiberniæ (quem propter hoc ad partes illas mittimus) audituri voluntatem noſtram ſuper prædictis negotiis, quæ idem Juſticiarius vobis tunc viva voce plenius exponet, & cum aliis Magnatibus terræ noſtræ Hiberniæ, quibus id injunximus, ſuper eiſdem negotiis tractaturi, & conſilium veſtrum & auxilium adhibituri.

Et vos, circa dictum diem, provideatis & deliberetis quam honeſte & potenter nos, in tam urgenti & inexcuſabili neceſſitate, de bonis veſtris velitis reſpicere: Inducentes efficaciter ſubditos noſtros quod nobis in tanta neceſſitate & periculo munifice ſubveniant.

Quia nullo tempore futuro tantum indigebimus, Deo dante, ſubventione amicorum noſtrorum, quantum in præſenti indigemus.

Teſtibus Alianora Regina noſtra, & Ricardo Comite Cornubiæ apud Weſtm. 29 die Decembris.

Per Reginam, Comitem, & totum Concilium.

Littera Willielmo de Odingge ſuper negotio prædicto.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Clauſ. 38. H. 3. m. 14. d.

REX dilecto & fideli ſuo Willielmo de Odinggeſelles ſalutem.

Cum venerabilis Pater Bonifacius Cantuarienſis Archiepiſcopus, Epiſcopi Provinciæ Cantuarienſis, Ricardus Comes Cornubiæ, frater noſter, R. Comes Glouceſtriæ, & alii Comites, & Barones in quindena Sancti Hilarii, jam præteriti, apud London, coram dilecta Regina noſtra, & Concilio noſtro, commorante in Anglia, conſtituti, nobis promiſerunt liberaliter & benigne facere auxilium decens & perutile, videlicet quidam Prælati in propriis perſonis, & quidam in pecunia, Comites vero & Barones in propriis perſonis ſuis, potenter contra Regem Caſtellæ qui terram noſtram Vaſconiæ in manu forti, in quindena Paſchæ proximò futura, hoſtiliter eſt ingreſſurus;

Vos ex toto corde requirimus quod, ſicut ſupradicti Comites & Barones nobis promiſerunt quod erunt London. a die Paſchæ proximò futuræ in tres ſeptimanas, parati & bene muniti ſine ulla dilatione verſus Vaſconiam ad nos properiter movere, vos ad dictum diem & locum, modo conſimili, veniatis omni occaſione & dilatione poſtpoſitis, ad tendendum verſus Porteſm. cum præfatis Magnatibus, ad tranſfretandum cum eiſdem ad nos in Vaſconiam, & hoc in fide qua nobis tenemini, vobis firmiter injungimus, & ſicut honorem noſtrum, & indempnitatem corporis veſtri diligitis.

Teſte A. Regina, & R. Comite Cornubiæ apud Weſtm. quinto die Februarii.

A.D. 1254.

Idem mandatum eſt Willielmo de Bello Campo de Bed. hoc addito, vel filium ſuum primogenitum, cum decenti numero militum, pro eo mittat, qui a Rege recipiet cingulum militare in inſtanti Feſto Pentecoſtes.

Teſte ut ſupra per Concilium.

De Excommunicatione exercitus.

REX Vicecomiti Wiltſ. ſalutem.

Cum venerabilis pater B. Cantuar. Archiepiſcopus, &c. ut ſupra. uſque ad illam clauſulam, vos ex toto corde requirimus, *& tunc ſic,* tibi firmiter præcipimus,

Quod capias ſecuritatem ab omnibus illis de Balliva tua, qui tenent de nobis in capite 20 libr. terræ, & etiam de eis qui tenent 20 libr. terræ de illis qui ſunt infra ætatem & in cuſtodia noſtra, quod ſint London. a die Paſchæ proximo futur. in tres ſeptimanas parati & bene muniti ad tendend. ſine ulla dilatione verſus Portſm. ad tranſfretand. ad nos in Vaſconiam cum dictis Magnatibus ad defenſionem corporis noſtri & prædictæ terræ noſtræ Vaſconiæ;

Et etiam nomina illorum omnium qui tenent de nobis in capite 20 libr. terræ in Balliva tua, quam eorum qui tenent 20 libr. terræ de illis qui ſunt infra ætatem & in cuſtodia noſtra, Reginæ noſtræ & præfato Conſilio noſtro in inſtanti media quadrageſima ſub ſigillo tuo diſtincte & aperte ſignificetis. Et hoc ſicut tuam indempnitatem diligis, non omittas.

Teſte ut ſupra.

De pace inter Regem & Regem Caſtellæ tractanda & firmanda.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. L. A. fol. 289. Penes Camerar: Scaccar.

A.D. 1254.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus præſentes literas viſuris, vel audituris, ſalutem.

Noveritis nos feciſſe, conſtituiſſe, & ordinaſſe Procuratores noſtros & ſollempnes Nuncios, dilectos & fideles noſtros venerabilem patrem Petrum Hereforden. Epiſcopum, & Johannem Maunſell Præpoſitum Beverlaci, ad tractandum de pace, & ad firmandum eandem, inter illuſtrem Principem Alfonſum Regem Caſtellæ & Legionis, & ſuos Hæredes ex una parte; & nos & Hæredes noſtros ex altera;

Gratum & firmum habituri quicquid per eoſdem Nuncios, vel eorum alterum, ſi eorum alterum, quod Deus avertat, abeſſe contigerit, firmatum fuerit vel etiam ordinatum;

A.D. 1254. Hen. 3.

Dantes in ſolidum eiſdem, & cuilibet eorum ſeparatim, plenam & liberam poteſtatem tractandi pacem & firmandi eam, ut dictum eſt, & jurandi in animam noſtram, & obligandi per juramentum nos, & hæredes noſtros, ſi viderint expedire, ad ſervandum omnia, quæ iidem Nuncii ſuper præmiſſis duxerint pro nobis & hæredibus noſtris ordinanda, & etiam promittenda.

In cujus rei teſtimonium has literas fieri fecimus patentes.

Teſte meipſo apud Vaſatum, octavo die Februarii, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

De adventu Regis Caſtellæ contra Regem in Vaſconia.

A.D. 1254. An. 38. H. 3.

DOmino Regi Angliæ, &c. Regina & Richardus Comes Cornubiæ, ſalutem.

Recepimus litteras veſtras ad natale Domini proxime præteritum, quod in craſtino ſancti Hillarii convocaremus Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Priores, Comites, & Barones Regni Angliæ: ad oſtendendum eis ſtatum veſtrum, & adventum Regis Caſtellæ in Vaſconiam contra vos.

Et, quia brevitas temporis non patiebatur quod dicti Magnates ad dictum diem poſſent convenire, vocavimus eoſdem apud Weſtmonaſterium in quindena dicti Feſti ſancti Hillarii.

Quibus congregatis, & expoſitis eis adventu dicti Regis & ſtatu veſtro; reſponſum recepimus, quod Comites & Barones erunt Londoniæ a die Paſchæ proximo futuræ in tres ſeptimanas, parati indilate tendere verſus Porteſmuam, aſcenſuri naves ad veniendum potenter in ſuccurſum veſtrum, contra dictum Regem Caſtellæ: Si dictus Rex Caſtellæ, contra vos in Vaſconiam ſit venturus.

Et hoc promiſerunt Comes Gloverniæ, & omnes alii Magnates.

Præterea Archiepiſcopus Cantuarienſis, Electus Wintonienſis, Londonienſis, & Wigornenſis Epiſcopi, promiſerunt ſe perſonaliter ad vos acceſſuros in manu forti.

Et alii Epiſcopi & Abbates Angliæ tunc præſentes, promiſerunt quod efforcialiter vobis ſubvenirent de pecunia ſua, contra dictum Regem Caſtellæ; ſummam tamen tunc exprimere noluerunt: Sed quilibet habebit ſummam, quam daturus eſt, Londoniæ in termino prænotato, hoc eſt, a die Paſchæ in tres ſeptimanas, ſicut conſtanter aſſeruerunt; ſi ita ſit quod dictus Rex Caſtellæ, contra vos in Vaſconiâ ſit venturus.

Sed de Clericis ſuis nullam vobis voluerunt facere conceſſionem, propter decimam colligendam, ad opus veſtrum, in ſubſidium Terræ ſanctæ, in proximum.

Nos vero, cum Regina veſtra, ad vos veniemus juxta mandatum veſtrum: Et Edwardus filius veſter, & Beatrix filia veſtra, & ego frater veſter Richardus Comes Cornubiæ vobis non deficiam; ſed ad vos veniam cum poteſtate, ad veſtrum profectum & honorem meum: Ita quod vos & Hæredes veſtri, mihi ſcietis grates, Deo dante, imperpetuum, ſi dictus Rex Caſtellæ contra vos in Vaſconia ſit venturus, ſicut mihi mandatis.

Et, per Conſilium Dominæ Reginæ, & aliorum benevolorum veſtrorum, dimittam Regnum veſtrum Angliæ in bonis manibus & fidelibus, Deo dante, ad veſtrum commodum & honorem.

Et, ſi vobis placet, & bonum videatur, quod Domina Regina veniat in communi paſſagio Magnatum & Baronum veſtrorum Angliæ, hoc ei tempeſtivè ſignificetis, ſi placet: Ut ſic ad vos cum Edwardo filio veſtro, & Beatrice filia veſtra, ſecurius & decentius venire valeat.

Volunt autem præfati Prælati & Magnates, ante paſſagium ſuum, & auxilium dandum, habere litteras veſtras patentes, ſibi de Vaſconia mittendas; quod ex præſenti ſubventione vobis perſolvenda, & in rebus facienda, non fiat in poſterum ipſis ſucceſſoribus ſeu hæredibus ſuis præjudicium, tempore veſtro vel hæredum veſtrorum.

De Obligatione Regis Abbati & Conventui Sanctæ apud Burdegal.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ex Bundel. Infra Turrim London.

HEN. Dei gratia, Rex Angliæ, &c. omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod tenemur dilectis nobis in Chriſto Abbati & Conventui Sanctæ apud Burdegal. in treſcentis Marcis ſterlingorum; quas dilectus & fidelis noſter Johannes Manſell, Præpoſitus Beverlaciæ ab eis mutuo recepit pro negotiis noſtris expediendis, quando alias fuit in ſervitio noſtro in Vaſconia.

De quibus eiſdem Abbati & Conventui reddemus unam medietatem, ad Feſtum Sancti Michaelis, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

Teſte meipſo apud Vaſatum, undecimo die Februarii, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

Carta pro Edvardo primogenito Regis, de completione quindecim millium Marcarum per annum.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. L.B. fol. 212. penes Camerar. Scaccar.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus Chriſti fidelibus, præſentes litteras viſuris vel audituris, ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus Edwardo, filio noſtro primogenito & Hæredi, quod, ſi terra Vaſconiæ, & aliæ terræ, quas, per cartam noſtram, ei dedimus in Hibernia, & Anglià, & alibi, non ſufficiant ad completionem quindecim millium Marcarum per annum, & invenire poſſimus aliquas terras in manu noſtra, quæ non ſint de Dominico Coronæ noſtræ, nos defectum illius ſummæ eidem Edwardo ſupplebimus in eiſdem terris, ſi ſufficiant.

Si vero hujuſmodi terras ad præſens non habeamus, aut non ſufficiant, nos in omnibus primis Wardis, quam citius nobis acciderint, ei perficiemus quod ſupererit de ſupradictis quindecim millium Marcarum terræ, donec nobis acciderint excaetæ, in quibus hujuſmodi complementum ſibi facere poſſimus,

In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris parvum ſigillum noſtrum, quo utimur in Waſconia, duximus apponendum.

Teſte meipſo apud Vaſcatum, 18 die Februarii, anno Regni noſtri 38.

A.D. 1254.

Carta pro Edwardo primogenito Regis, de conceſſione omnium terrarum per Reges Franciæ ablatarum in partibus tranſmarinis.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. L.B. fol. 220. penes Camerar. Scaccar.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus Chriſti fidelibus, præſentes litteras viſuris vel audituris, ſalutem.

Sciatis nós totum jus & clamium, quod habuimus, vel aliquo modo habere potuimus in omnibus Terris, Civitatibus, Burgis, Caſtris, & omnibus aliis locis occupatis, ſeu quolibet alio modo ablatis progenitoribus noſtris, & nobis per Reges Franciæ, ſeu quoſcunque alios, citra mare quacumque de cauſa, in dilectum filium noſtrum Edwardum tranſtuliſſe.

Ita quod nullam amodo de hiis, ſive de aliqua parte prædictarum terrarum, Civitatum, Burgorum, Caſtrorum, & omnium aliorum facere poſſimus quietam clamationem; ſet ipſi Edwardo & hæredibus ſuis, cum ea adquiſierit, remaneant in perpetuum, una cum Waſconia quam ei prius dederamus.

In cujus rei teſtimonium præſentibus parvum ſigillum noſtrum, quo utimur in Waſconia, duximus apponendum.

Teſte meipſo apud Vaſatum, 18 die Februarii, anno Regni noſtri 38.

A.D. 1254.

Manda-

Mandatum Ricardo de Grey quod ſeiſinam Inſularum daret Edwardo primogenito Regis.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Lib. A. fol. 212. a. penes Camerar. Scaccar.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, dilecto & fideli ſuo Ricardo de Grey, ſalutem.

Sciatis quod dedimus & conceſſimus, per Cartam noſtram, Edwardo, filio noſtro primogenito, & hæredi, Inſulas, quas vobis commiſimus cuſtodiendas, cum omnibus pertinentiis.

TENENDAS & habendas ſibi & hæredibus ſuis in perpetuum.

Et ideo vobis mandamus quod, omni dilatione & occaſione remotis, dicto Edwardo, vel certo ejus attornato, has litteras deferenti, plenam ſeiſinam prædictarum Inſularum cum omnibus pertinentiis ſuis habere faciatis. A.D. 1254.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes.

Teſte meipſo apud Vaſſatum, decimo quarto die Februarii, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

De Conceſſione pro Edwardo filio Regis.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Vaſconia Pat. & Cart. 37. H. 3. m. 8.

REX Archiepiſcopis, &c.

Sciatis nos dediſſe, conceſſiſſe, & hac Carta noſtra confirmaſſe Edwardo filio noſtro primogenito, & hæredi, totam terram Hiberniæ (exceptis Civitatibus Dublin. & de Limeric. cum Comitatibus ſuis; & Villa de Dalon. cum pertinentiis, quas retinemus in manum noſtram; & exceptis quingentis libratis terræ, quas aſſignare tenemur dilecto fratri noſtro Galfrido de Lezignan in terra vaſta Hiberniæ; & quadragintis libratis terræ, quas promiſimus dilecto & fideli noſtro Roberto Walerand, ſimiliter in terra vaſta Hiberniæ) & totum Comitatum Ceſtriæ, cum Caſtris, & Villis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, ſine aliquo retenemento; unà cum conqueſtu noſtro Walliæ in finibus illis, videlicet, Rothelan. Biſſard, & Gannoc, & cum tota [illegible] terra de Pernechelac: Et totam Villam Briſtoll, cum Caſtello, & aliis omnibus pertinentiis ſuis: Et tria Caſtra, ſcilicet, Greſmunt, Skenefrith, & alium Caſtrum, cum Honore & omnibus pertinentiis ſuis: Caſtra de Mungomery, Kermerdyn, & Cardigan, cum pertinentiis ſuis: Caſtrum de Buelt: Caſtrum de Pecco cum honore & pertinentiis: Stamford & Grantham, cum honore & pertinentiis ſuis: Et totam terram, quæ fuit Comitiſſæ Augy in Anglia, cum pertinentiis ſuis: Gernes. & Gereſy, & cæteras Inſulas maris, & Manerium de Frigido Manſello cum pertinentiis ſuis (ſalvis nobis omnibus Crociis & Cuſtodiis Eccleſiarum, vacantium in omnibus terris, ſuperius nominatis, ubi cuſtodiam de jure habere debuerimus) A.D. 1254.

HABENDA & tenenda eidem Edwardo & hæredibus ſuis, de corpore ſuo legitimè procreatis, imperpetuum; ita tamen quod prædictæ terræ & Caſtra omnia nunquam ſeparentur a Corona, & quod nullus, ratione iſtius donationis, eidem Edwardo factæ, aliquid juris vel clamii aliquo tempore ſibi vendicare poſſit in terris & Caſtris prædictis; ſet integre remaneant regibus Angliæ in perpetuum.

Præterea præſenti Carta innovamus donationem, quam prius dicto Edwardo fecimus, de tota terra Vaſconiæ, & Inſulæ Oleronis, cum omnibus pertinentiis ſuis; ita quod imperpetuum remaneant Dominio Coronæ Angliæ, ſicut in prædicta Carta plenius continetur.

TESTIBUS,

Petro Hereford. Epiſcopo,
J. de Pleſſet. Comite War.
Galfrido de Lezungnan, &
Willielmo de Valenc. fratribus noſtris,
Petro de Sabaudia,
Johanne Maunſell Præpoſito Beverl.
J. Priore de Novo Burgo Capellano noſtro,
Willielmo de Gray,
Willielmo de Chaeny,
Nicholao de Sancto Maur.
Willielmo Gerun. & aliis.

Dat. per manum noſtram apud Vaſſatum, quarto decimo die Februarii, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

A.D. 1254.
Hen. 3.

Et triplicata eſt Carta iſta: Et mandatum eſt J. filio Galfridi Juſticiario Regis, quod de tota terra Hiberniæ (exceptis Civitatibus Dublin. & de Limeric. cum Comitatibus ſuis, & Villa de Dalon. quas Rex retinet in manu ſua) eidem Edwardo plenam ſeiſinam habere faciat; & hoc per litteras Regis patentes ſecundum tenorem prædictæ Cartæ.

Eodem modo mandatum eſt Dominæ Reginæ, & R. Comiti Cornubiæ, quod ſecundum tenorem Cartæ prædictæ de Terris, Maneriis, Villis, Inſulis, & aliis plenam ſeiſinam habere faciant per litteras patentes.

Petro de Sabaudia, de ſeiſina terrarum danda Edwardo Regis primogenito.

A.D. 1254.
An. 38. *H.* 3.
Lib. A. fol. 214. *b. penes Camerar. Scaccar.*

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, dilecto & fideli ſuo Petro de Sabaudia, ſalutem.

Sciatis quod dedimus & conceſſimus, per Cartam noſtram, Edwardo filio noſtro primogenito, & Hæredi, omnes terras quæ fuerunt Comitiſſæ Augii in Anglia, cum omnibus pertinentiis ſuis,

TENENDAS & HABENDAS ſibi & hæredibus ſuis in perpetuum;

Et ideo vobis mandamus quod, omni occaſione & dilatione remotis, dicto Edwardo, vel certo ejus attornato, has litteras deferenti, plenam ſeiſinam prædictarum terrarum, cum omnibus pertinentiis ſuis, habere faciatis.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes.

Teſte meipſo apud Vaſatum, decimo quarto die Februarii, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

De Conceſſione Siciliæ, nomine Papæ, facta Edmundo filio Regis.

A.D. 1254.
An. 38. *H.* 3.
Ex Tranſcrip. authent.

Excellenti viro Domino Edmundo, nato Domini H. Regis Angliæ illuſtris, Albertus Domini Papæ Notarius, Apoſtolicæ ſedis Legatus, ſalutem, & paratam ad obſequia voluntatem.

Ut ſincera & inconcuſſa devotio, quam Dominus H. Rex Angliæ illuſtris, pater veſter, habet ad Romanam Eccleſiam in vobis, paterna veſtigia imitantibus, propagata fructum, non tàm eidem Eccleſiæ, quàm toti Chriſtianitati neceſſarium afferat, voſque inſigniat faſtigio Regiæ dignitatis, de ſpeciali auctoritate, & mandato Domini Papæ, facto nobis, de ſuorum fratrum conſilio & aſſenſu, vobis & hæredibus veſtris Regnum Siciliæ, & totam terram, quæ eſt citra Farum, uſque ad confinia terrarum Eccleſiæ, cum omnibus juribus, honoribus, diſtrictibus, & pertinentiis ſuis (excepta Civitate Beneventan. cum ipſius juribus, & pertinentiis) univerſis in feudum concedimus, ſalvis libertatibus & immunitatibus Eccleſiarum prædictorum Regni & Terræ, tàm in electionibus, quàm in aliis pertinentibus ad eaſdem.

Super conditionibus vero, quæ pertinent ad idem negotium, apponendis, venerabilium patrum Dominorum, O. Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, Phy. Electi Lugdunen. & Epiſcopi Herefordensis...

Dat. Vindocin. anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio, pridie Non. Martii, Pontificatûs Domini Innocentii Papæ IV. anno undecimo.

Confœ-

Confœderatio inter Henricum Angliæ, & Alfonſum Caſtellæ, Reges, pro ipſis & eorum hæredibus, perpetuo duratura, contra omnes homines de Mundo; ſalva fide Eccleſiæ Romanæ.

A.D.1254. An.38. H.3. *Ex Bundello Miſcellan. in Turri Lond.*

I. NOverint univerſi, præſentem paginam inſpecturi, quod nos frater Lupus, Dei gratia, Marochitanen. Epiſcopus, & Garſias Martini, Procuratores & ſolempnes Nuncii illuſtris Regis Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galletiæ, Sibilliæ, Cordubiæ, Murciæ, & Jahennæ, litteras dicti Domini R. recepimus in hæc verba.

Alfonſus, Dei gratia, Rex Caſtellæ, Toleti, Legion. Galletiæ, Sibilliæ, Murciæ, & Jahennæ, omnibus præſentes litteras viſuris & audituris, ſalutem.

Noveritis nos feciſſe, conſtituiſſe, & ordinaſſe Procuratores noſtros, & ſolempnes Nuncios, venerabilem in Chriſto patrem, fratrem Lupum, Dei gratia, Marochitan. Epiſcopum, & nobilem virum Garſiam Martini de Toleto, ad tractandum de pace, & ad firmandum eandem inter illuſtrem Principem Henricum Regem Angliæ & ſuos hæredes ex una parte; & nos & hæredes noſtros ex altera: gratum & firmum habituri quicquid per eoſdem Nuncios firmatum fuerit, vel etiam ordinatum;

Dantes eiſdem plenariam & liberam poteſtatem tractandi pacem, & firmandi eam, ut dictum eſt, & jurandi in animam noſtram, & obligandi, per juramentum, nos & hæredes noſtros, ſi viderint expedire, ad ſervanda omnia quæ iidem Nuncii ſuper præmiſſis duxerint pro nobis & hæredibus noſtris ordinanda, & etiam promittenda.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes.

Dat. apud Toletum. Kal. Aprilis, Æra milleſima ducenteſima nonageſima ſecunda.

Harum igitur auctoritate litterarum, pro prædicto Domino noſtro Rege Caſtellæ & Legion. & hæredibus ſuis, inivimus fœdus perpetuæ amicitiæ cum Domino Henrico, Dei gratia, illuſtri Rege Angliæ, Domino Hiberniæ, Duce Normanniæ & Aquitanniæ, & Comite Andegaviæ, & hæredibus ſuis, iſto modo.

2. Quod idem Dominus Rex Caſtellæ & Legionis, & hæredes ſui, ab hac hora, in antea, ſint amici, & inpriſii prædicti Regis Angliæ, & hæredum ſuorum, contra omnes homines de Mundo imperpetuum; ita quidem quod idem Dominus noſter Rex Caſtellæ & Legionis, & hæredes ſui juvabunt eundem Regem Angliæ, & hæredes ſuos, bona fide, cum toto poſſe, contra omnes homines de mundo; ſalva fide Eccleſiæ Romanæ.

A.D.1254.

3. Dimittimus etiam, & quitamus, pro prædicto Domino noſtro Rege Caſtellæ & Legion. & hæredibus ſuis, Domino Henrico illuſtri Regi Angliæ, & ſuis hæredibus, ſicut melius & ſanius intelligi poteſt, quicquid juris vel quaſi habet, vel habere debet Dominus Rex Caſtellæ & Legion. & hæredes ſui, in tota Vaſconia, vel in parte, in terris, poſſeſſionibus, hominibus, juribus vel quaſi, dominiis vel quaſi, actionibus, & rebus aliis, ratione donationis, quam fecit, vel feciſſe dicitur Dominus Henricus quondam Rex Angliæ, & Alienora uxor ſua, Alianoræ filiæ ſuæ, & bonæ memoriæ Domino Alfonſo Regi Caſtellæ:

4. Et quicquid juris, vel quaſi, ibidem idem Dominus Rex Caſtellæ & Legionis habet, vel habere debet, vel hæredes ſui per ſucceſſionem ſupradictorum; vel per collationem Regis Ricardi, ſeu Regis Johannis; vel per collationem ipſi vel alii, cujus jus ad ipſum pertineat, factam a Regina Berengaria, filia Alfonſi Regis & Reginæ Alianoræ: Et omnes Cartas, quas idem Dominus Rex Caſtellæ & Legion. habet, ſuper hoc, a prædictis, vel aliquo eorum, promittimus bona fide, pro dicto Domino noſtro Rege Caſtellæ & Legion. & hæredibus ſuis, dicto Regi Angliæ & hæredibus ſuis reſtituere, vel delere: Et, ſi inventæ fuerint ex hac hora ulterius, concedimus quod ſint vacuæ & caſſæ.

5. Et hoc facimus propter multas bonas rationes, & multa alia, quæ præfatus Rex Angliæ prædicto Domino noſtro Regi Caſtellæ & Legion. conceſſit per ſe, & Procuratores ſuos, & ſolempnes Nuncios, Petrum Dei gratia, Herefordeн. Epiſcopum, & Johannem Maunſell Beverlacenſem, Præpoſitum, prout continetur in ſcriptis eorum, ſigillis eorumdem ſigillatis.

A.D. 1254. Hen. 3.

6. Nos vero, ſupradicti Frater Lupus Epiſcopus, & Garſias Martini, Procuratores & Nuncii prænominati Domini Regis Caſtellæ & Legionis, juravimus, in animam ejuſdem Domini Regis Caſtellæ & Legionis, quod idem Rex, & hæredes ſui univerſa, & ſingula, ſuperius adnotata, bene, & integre, & fideliter imperpetuum obſervabunt.

In cujus rei teſtimonium præſentem Cartam, ſigillis noſtris appendentibus præmunitam, ſæpefato Domino Regi Angliæ duximus concedendam.

Facta apud Toletum, Pridie Kalen. Aprilis, Æra milleſima ducenteſima nonageſima ſecunda.

De Conductu pro Edwardo Principe.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Clauſ. 37. & 38. & Princ. 39. H. 3. m. 2. d.

Miſſa eſt Epiſcopo Wigornienſi Petro de Monte-forti, & Roberto Walerand per Henricum de Nevill, ſervientem Regis, littera Regis Caſtellæ Patens in hæc verba.

Alfonſus Dei gratiâ, Rex Caſtellæ, &c. Univerſis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & gratiam.

Noveritis quod, cum Edwardus, primogenitus illuſtris Regis Angliæ, ad nos venire debuerit, ſibi & ſuis in ſecuro conductu providebimus in eundo, & redeundo, & in noſtro Dominio exiſtentibus.

Data apud Toletum, Kal. Aprilis, Rege Exprimante Æra 1292.

Didacus Johannes ſcripſit.

Et mandatum eſt prædicto Epiſcopo, Petro, & Roberto quod litteras præſcriptas Regis Caſtellæ tranſcribi faciant, & earum tranſcriptum deferant, cum Edwardo memorato in Hiſpaniam, ſigillatum ſigillo Baion. Epiſcopi, & Prioris fratrum prædicatorum ejuſdem Villæ, vel alicujus alius autenticæ perſonæ; & dictas Litteras Patentes Regis Caſtellæ in aliquo loco certo & tuto apud Baion. deponant, propter diſcrimina viarum, & ea quæ fortuito a ſiniſtro poſſent accidere.

A.D. 1254.

De Proventibus Terrarum Sabinæ de Orcito, Edwardo primogenito Regis cenceſſis.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. L. B. f. 212. b. penes Camer. Scaccar.

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, &c. omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod dedimus & conceſſimus Edwardo, Filio noſtro primogenito & hæredi, omnes profectus & totum emolumentum, quod recipere poterimus, vel habere de Cuſtodiâ Terrarum & Tenementorum, quæ fuerint Sabinæ de Orciato, jam defunctæ, quæ ad nos pertinet:

Ita quod idem Edwardus percipiet totum commodum quod, pro venditione ſeu dimiſſione prædictæ Cuſtodiæ, poſſemus aliquâ ratione reportaſſe, ad cujuſcumque ſeu quorumcumque manus prædicta Cuſtodia devenerit.

In cujus rei teſtimonium hiis Litteris patentibus Sigillum noſtrum fecimus apponi.

Teſte meipſo apud Millau. decimo octavo die Aprilis, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

A.D. 1254.

Fœdus perpetuum cum Alfonſo Rege Caſtellæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. L. A. f. 289. penes Camer. Scaccar.

I. Noverint univerſi, præſentem paginam inſpecturi, quod nos Petrus, Dei gratiâ, Hereford. Epiſcopus, & Johannes Maunſell Præpoſitus Beverlaci, Procuratores & Nuncii Domini Henrici, Dei gratiâ, illuſtris Regis Angliæ, Domini Hiberniæ, Ducis Normanniæ & Aquitanniæ, & Comitis Andegaviæ, litteras dicti Domini Regis recepimus in hæc verbâ.

Henricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus, præſentes literas viſuris, vel audituris, ſalutem.

A.D. 1254.

Noveritis

Noveritis nos feciſſe, conſtituiſſe, & ordinaſſe Procuratores noſtros & ſollempnes Nuncios, dilectos & fideles noſtros venerabilem patrem Petrum Hereforden. Epiſcopum, & Johannem Maunſell Præpoſitum Beverlaci ad tractandum de pace, & ad firmandum eandem inter illuſtrem Principem Alfonſum Regem Caſtellæ & Legionis & ſuos hæredes ex una parte; & nos & hæredes noſtros ex altera: Gratum & firmum habituri quicquid per eoſdem Nuncios, vel eorum alterum, ſi eorum alterum, quod Deus avertat, abeſſe contigerit, firmatum fuerit vel etiam ordinatum;

Dantes in ſolidum eiſdem, & cuilibet eorum ſeparatim, plenam & liberam poteſtatem tractandi pacem, & firmandi eam, ut dictum eſt, & Jurandi in animam noſtram, & obligandi per Juramentum nos, & hæredes noſtros, ſi viderint expedire, ad ſervandum omnia, quæ iidem Nuncii ſuper præmiſſis duxerint pro nobis & hæredibus noſtris ordinanda, & etiam promittenda.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus Patentes. Teſte meipſo apud Vaſatum, 8 die Februarii, anno Regni noſtri 38.

Harum igitur auctoritate literarum, pro prædicto Domino noſtro Rege & hæredibus ſuis, inivimus fœdus perpetuæ amicitiæ cum illuſtri Domino Alfonſo, Dei gratia, Rege Caſtellæ & Legionis & hæredibus ſuis iſto modo:

2. Quod Dominus Rex Angliæ, & hæredes ſui, ab hac hora in antea, ſint amici & impriſii ipſius Regis Caſtellæ, & hæredum ſuorum contra omnes homines de mundo imperpetuum; ita quidem quod Dominus noſter Rex Angliæ, & hæredes ſui juvabunt eundem Dominum Caſtellæ, & hæredes ſuos, bona fide, cum toto poſſe ſuo, contra omnes homines de mundo; ſalva fide Eccleſiæ Romanæ.

3. Promittimus etiam & concedimus, pro prædicto Domino noſtro Rege, quod Dominus Edwardus, primogenitus & hæres ſuus, veniat apud Burdegal. ſuſcepturus Cingulum Militiæ à præfato Rege Caſtellæ & Legionis, uſque feſtum beatæ Mariæ in Auguſto proximo venturum.

4. Promittimus etiam & concedimus, pro præfato Domino noſtro Rege Angliæ, quia idem Rex eſt cruce ſignatus, quod mittat filium ſuum Dominum Edwardum ad guerram Navarræ, cum magna & bona potentia, in auxilium Domini Regis Caſtellæ & Legionis: Et, ſi forſitan præfatus Edwardus, aliquo juſto impedimento detentus, ad guerram Navarr. in auxilium præfati Regis Caſtellæ & Legionis venire non potuit, quod mittat Seneſcallum ſuum ſimili modo,

5. Promittimus etiam & concedimus, pro prænominato Domino noſtro Rege Angliæ, quod idem Rex det operam, bona fide, erga Dominum Papam, ad convertendum exercitum cruce ſignatorum ad partes Marrochianas, vel Affricanas: Et, ſi Dominus Rex Angliæ hoc per ſe potuit impetrare, vel Dominus Rex Caſtellæ & Legionis per ſe, vel per alios hoc idem potuit impetrare, quod idem Rex eat cum prædicto exercitu ad partes prænominatas, in ſocietate Regis Caſtellæ & Legionis; &, quicquid lucrati fuerint in dictis partibus, inter eos æqualiter dividatur.

6. Promittimus etiam & concedimus, pro ſæpedicto Domino noſtro Rege Angliæ, quod omnia dampna, quæ illata ſunt Dompno Gaſtoni, Baronibus, Militibus, & aliis de Vaſconia, cauſa prædicti Domini Regis Caſtellæ & Legionis, à tempore quo idem Gaſto recepit Militiam à præfato Rege Caſtellæ & Legionis, & fuit ejus Vaſſallus, ſive in Caſtris, ſive in hæreditatibus, ſive aliis rebus, quod omnia, ad rogatum Domini Regis Caſtellæ & Legionis, Dominus Rex Angliæ reſtituat, & melioret eiſdem, & parcat eis de querimoniis omnibus, quas habet de eis.

7. Et, ſi aliqui illorum de Vaſconia aliquid habeant, ſive in Caſtris, ſive de villis, ſive de terris, ſive de aliis rebus, quæ debent eſſe Domini Regis Angliæ, vel Edwardi filii ſui, vel ad eos pertineant, quod ſtatim reſtituant eidem Regi, vel Edwardo filio ſuo.

8. In aliis cauſis quod ſtent Judicio Curiæ Domini Regis Angliæ, ſecundum quod conſuevit judicari cum Curia Vaſconiæ: Et, ſi ipſi noluerint, vel non potuerint Judicium ſuſtinere, Dominus Rex Caſtellæ debet rogare pro eis, ſicut amicus rogat amicum, & Dominus Rex Angliæ faciat pro Domino Rege Caſtellæ & Legion. tanquam pro amico.

9. Promittimus etiam & concedimus, pro ſæpedicto Domino noſtro Rege Angliæ, quod idem Dominus Rex Angliæ faciet, cum Concilio Domini Regis Caſtellæ & Legionis, in facto Dompni Gaſtonis, quoad Seneſcalciam Vaſconiæ, ſimiliter & de facto Vicecom. Lemovic. quod faciat prout videbitur eſſe honeſtum.

10. Promittimus inſuper & concedimus, pro ſæpefato Domino noſtro Rege Angliæ, quod idem Dominus Rex det filiam ſuam præfato Regi Caſtellæ &

A.D. 1254. Hen. 3. Legionis, maritandam uni ex Fratribus ſuis germanis cui voluerit; dummodo idem Rex Caſtellæ & Legionis det eidem Fratri ſuo tales divitias, ex quibus poſſit illam honorifice dotare & ſuſtentare, ſecundum quod decebit filiam Regis; & hoc debet fieri infra annum.

11. Et hæc omnia facimus propter multas & bonas rationes, & multa alia, quæ illuſtris Rex Caſtellæ & Legionis prædictus per ſe, & Procuratores, & Nuncios ſuos ſolempnes, Lupum, Dei gratiâ, Marrochitan. Epiſcopum, & Dominum Garſiam Martini, ſæpefato Domino noſtro Regi Angliæ & hæredibus ſuis conceſſit, prout continetur in ſcriptis ſuis, ſigillis eorum ſigillatis.

12. Nos vero ſupradicti Petrus, Dei gratia, Epiſcopus Herefordenſis, & Johannes Maunſell Præpoſitus Beverlacenſis, Procuratores & Nuncii ſæpefati Domini Regis Angliæ, juravimus in animam ejuſdem Domini Regis Angliæ, quod idem Rex, & hæredes ſui univerſa, & ſingula, ſuperius annotata, bene, & integre, & fideliter imperpetuum obſervabunt. A.D. 1254. Hen. 3.

In cujus rei teſtimonium præſentem Cartam, ſigillis noſtris appendentibus præmunitam, ſæpefato Domino Regi Caſtellæ & Legionis duximus concedendam.

Facta apud Tolletum, ſecundo Kal. Aprilis, anno Domini 1254.

Promiſſio ex parte Procuratorum Regis de prædicta Coventione, ſigillo Regis ſignata, mittenda procuratoribus Hiſpaniæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ibidem.

Noverint univerſi, præſentem literam inſpecturi, vel audituri, quod nos Petrus, Dei gratia, Herefordenſis Epiſcopus, & Johannes Maunſell, Præpoſitus Beverlacenſis, ſolempnes Nuncii & Procuratores Domini Henrici, Dei gratia, Regis Angliæ, promittimus vobis venerabili patri Marrochitan. Epiſcopo, & vobis Nobili viro Garſiæ Martini de Toleto Militi, quod dabimus vobis ambobus, vel alteri veſtrum, ſi alterum abeſſe contigerit, uſque ad duo menſes, vel ante, ſi fieri poteſt, poſtquam fuerimus in Curia Domini noſtri Regis ſupradicti, ambo vel alter noſtrûm, ſi alterum abeſſe contigerit, Literam Domini noſtri Regis Angliæ memorati, ſigillatam ſigillis ſuis, videlicet quo utitur in Vaſconia, & ſigillo majori quo utitur in Anglia, ſine contradictione & exceptione aliqua in hæc verba.

Noverint univerſi, præſentes literas inſpecturi, & audituri, quod nos Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, inimus fœdus perpetuæ amicitiæ, cum kariſſimo conſanguineo noſtro Domino Alfonſo, Dei gratia Rege Caſtellæ & Legionis illuſtri, pro nobis & hæredibus & ſucceſſoribus noſtris iſto modo.

Quod nos, & hæredes & ſucceſſores noſtri, ab hac hora, in antea ſimus amici & impriſii prædicti Regis Caſtellæ & Legionis, & hæredum, & ſucceſſorum ſuorum contra omnes homines de mundo imperpetuum; ita quidem quod nos & hæredes & ſucceſſores noſtri juvabimus eundem Regem Caſtellæ & hæredes & ſucceſſores ſuos, cum toto poſſe noſtro bona fide ſine fraude & ſine dolo contra omnes homines de mundo, ſalva fide Eccleſiæ Romanæ. A.D. 1254.

Concedimus etiam quod Edwardus primogenitus & hæres noſter veniat apud Burg. ſuſcepturus cingulum Militiæ a præfato Rege Caſtellæ & Legionis, uſque feſtum beatæ Mariæ in Auguſto proximo venturum.

Concedimus etiam quod mittamus eundem Edwardum ad guerram Navarr. cum magna & bona potentia in auxilium dicti Regis Caſtellæ & Legionis, quod cum cruce ſignati ſimus, ad guerram ipſam venire perſonaliter non valemus; & ſi forſan præfatus Edwardus aliquo juſto & evidenti impedimento detentus, ad guerram Navarr. in auxilium præfati Regis Caſtellæ & Legionis perſonaliter venire non potuit, promittat Seneſcallum ſuum ſimili modo: &, ſi forſan durante guerra impedimentum ceſſare contigerit, idem Edwardus ad guerram prædictam perſonaliter venire teneatur: & in pace vel in guerra Navarr. remaneant nobis & hæredibus noſtris Caſtra Villæ & Terræ quas occupaverunt & abſtulerunt nobis & Progenitoribus noſtris Reges Navarr.

Promittimus etiam & concedimus quod demus operam quam potuerimus bona fide erga Dominum Papam, ad convertend. exercitum cruce ſignatorum ad partes Affricanas; & ſi hoc per nos ſeu per noſtros potuerimus impetrare, vel dictus Rex Caſtellæ & Legionis per ſe vel per alios

A.D. 1254. Hen. 3.

alios, hoc idem poterit obtinere, vel per quemcunque alium fuerit impetratum, quod eamus cum prædicto exercitu cruceſignatorum ad partes prænominatas in ſocietate prædicti Regis Caſtellæ & Legionis; & quicquid de inmobilibus, videlicet de civitatibus, villis, caſtris, poſſeſſionibus, terris & hæreditatibus aliis lucrati fuerimus in dictis partibus, inter nos & dictum Regem Caſtellæ & Legionis æqualiter dividatur.

Concedimus etiam quod omnia dampna, quæ illata ſunt Gaſtoni, Baronibus, Militibus & aliis de Vaſconia, cauſâ prædicti Regis Caſtellæ & Legionis, à tempore quo idem Gaſto recepit militiam à prænominato Rege Caſtellæ & Legionis, & fuit ejus Vaſſallus, ſive in Caſtris ſive in hæreditatibus, ſive in aliis rebus, quod omnia ad rogatum dicti Domini Regis Caſtellæ & Legionis reſtituamus, & melioremus eiſdem & parcamus eis de querimoniis omnibus quas habemus de eis.

Et ſi aliqui illorum de Vaſconia aliquid habeant, ſive de caſtris, ſive de villis, ſive de terris, ſive de aliis rebus, quæ debent eſſe noſtra vel Edwardi filii noſtri, vel ad nos pertineant, quod ſtatim ea nobis reſtituant vel Edwardo filio noſtro: In aliis cauſis quod ſtent judicio Curiæ noſtræ ſecundum quod conſuevit judicari cum Curia Vaſcon. & ſi ipſi noluerint vel non potuerint judicium ſuſtinere, Dominus Rex Caſtellæ debet rogare pro eis ſicut amicus rogat amicum, & nos faciemus pro dicto Rege Caſtellæ & Legionis tanquam pro amico.

Concedimus etiam quod faciemus cum Conſilio dicti Domini Regis Caſtellæ & Legionis in facto Gaſton. quoad Seneſcalciam Vaſcon. ſimiliter & de facto Vicecom. Lemovic. quod faciamus prout videbitur eſſe honeſtum.

Concedimus inſuper quod demus filiam noſtram præfato Regi Caſtellæ & Legionis maritand. uni ex Fratribus ſuis germanis cui voluerit; dummodo idem Rex Caſtellæ & Legionis det eidem Fratri ſuo tales divitias, ex quibus poſſit illam honorifice dotare & ſuſtentare, ſecundum quod decebit filiam Regis, & hoc debet fieri infra annum.

Et hæc omnia facimus & promittimus nos facturos, pro nobis & hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, propter multas & bonas rationes & multa alia, quæ illuſtris Rex Caſtellæ & Legionis prædictus conſanguineus noſter per ſe & Procuratores & Nuncios ſuos ſolempnes, Fratrem Lupum, Dei gratia, Marochitan. Epiſcopum, & Garſiam Martini de Toleto Militem ejuſdem Regis Caſtellæ & Legionis, nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris conceſſit, prout continetur in ſcriptis ſuis ſigillis eorumdem ſigillatis.

Nos autem, tactis ſacroſanctis Evangeliis, pro nobis & hæredibus & ſucceſſoribus noſtris præſtamus corporaliter Juramentum univerſa & ſingula ſuperius annotata bene integre & fideliter imperpetuum obſervare; quod ſi forte aliquo tempore contravenerimus, quod non eſt intentionis noſtræ nec erit, maledictionem Dei, & pœnam perjurii incurramus.

In cujus rei teſtimonium præſentem Cartam, Sigillis noſtris, viz. quo utimur in Vaſconia, & Sigillo majori quo utimur in Anglia appendentibus communitam, præfato Regi Caſtellæ & Legionis & hæredibus & ſucceſſoribus ſuis duximus concedendam.

In cujus rei teſtimonium & majorem evidentiam, nos, ſupradictus Petrus, Dei gratia Herefordenſis Epiſcopus, & Johannes Maunſell Præpoſitus Beverlacenſis, præſentem Cartam, ſigillis noſtris appendentibus, fecimus ſigillari.

Facta apud Toletum, 12 Kal. Maii, anno Domini 1254.

Litteræ Regis ad eandem Formam.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ibidem.

NOverint univerſi, præſentes literas inſpecturi, & audituri, quod nos Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitan. & Comes Andegaviæ inimus fœdus perpetuæ amicitiæ cum kariſſimo conſanguineo noſtro Domino Alfonſo, Dei gratia, Rege Caſtellæ & Legionis, pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris iſto modo, quod nos, & hæredes, & ſucceſſores noſtri ab hac horâ in antea ſimus amici & impriſii prædicti Regis Caſtellæ & Legionis & hæredum & ſucceſſorum ſuorum contra omnes homines de mundo imperpetuum; ita quidem quod nos & hæredes & ſucceſſores noſtri juvabimus eundem Regem Caſtellæ & hæredes & ſucceſſores ſuos, cum toto poſſe noſtro, bona fide ſine fraude & ſine dolo, contra omnes homines de mundo, ſalva fide Eccleſiæ Romanæ.

A.D. 1254.

Concedimus etiam quod Edwardus primogenitus & hæres noſter veniat apud Burg. ſuſcepturus Cingulum Militiæ a præfato Rege Caſtellæ & Legionis, uſque Feſtum Sancti Edwardi proximo

proximo venturum, quod erit in quindena Sancti Michaelis.

Concedimus etiam quod mittamus eundem Edwardum ad guerram Navarræ cum magna potentia in auxilium præfati Regis Caſtellæ & Legionis, quod cum cruce ſignati ſimus, ad guerram ipſam venire perſonaliter non valemus: & ſi forſan præfatus Edwardus, aliquo juſto & evidenti impedimento detentus, ad guerram Navar. in auxilium præfati Regis Caſtellæ & Legionis perſonaliter venire non potuit, quod mittat Seneſcallum ſuum ſimili modo: & ſi forſan durante guerra impedimentum ceſſare contigerit, idem Edwardus ad guerram prædictam perſonaliter venire teneatur; & in pace & in guerra Navarræ remaneant nobis & hæredibus noſtris Caſtra, Villæ, & terræ, quas occupaverunt & abſtulerunt nobis & Progenitoribus noſtris Reges Navarr.

Promittimus etiam & concedimus quod demus operam quam poterimus bona fide erga Dominum Papam ad convertend. exercitum Cruceſignatorum noſtrorum ad partes Affricanas; & ſi hoc per nos ſeu per noſtros poterimus impetrare, vel dictus Rex Caſtellæ & Legionis per ſe vel per alios hoc idem poterit obtinere, vel per quemcumque alium fuerit impetratum, quod eamus cum prædicto exercitu Cruceſignatorum ad partes prænominatas in ſocietate prædicti Regis Caſtellæ & Legionis: & quicquid de immobilibus, videlicet de Civitatibus, Villis, Caſtris, Poſſeſſionibus, terris & hæreditatibus aliis lucrati fuerimus in dictis partibus, inter nos & prædictum Regem Caſtellæ & Legionis æqualiter dividatur.

Concedimus etiam quod omnia dampna quæ illata fuerint Gaſtoni, Baronibus, Militibus & aliis de Vaſconia, cauſa prædicti Regis Caſtellæ & Legionis, à tempore quo idem Gaſtò recepit Militiam à prænominato Rege Caſtellæ & Legionis, & fuit ejus Vaſſallus, ſive in Caſtris, ſive in hæreditatibus, ſive in aliis rebus, quod omnia ad rogatum Domini Regis Caſtellæ & Legionis reſtituamus, & melioremus eiſdem, & parcamus eis de querimoniis omnibus quas habemus de eis: & ſi aliqui illorum de Vaſconia aliquid habeant ſive de Caſtris, ſive de villis, ſive de terris, ſive de aliis rebus, quæ debent eſſe noſtra vel Edwardi filii noſtri, vel ad nos pertineant, quod ſtatim nobis ea reſtituant vel Edwardo filio noſtro. In aliis cauſis quod ſtent judicio Curiæ noſtræ ſecundum quod conſuevit judicari cum Curia Vaſconiæ; & ſi ipſi noluerint vel non potuerint judicium ſuſtinere, dictus Rex Caſtellæ debet rogare pro eis ſicut amicus rogat amicum, & nos faciemus pro dicto Rege Caſtellæ & Legionis tanquam pro amico.

Concedimus etiam quod faciemus cum Conſilio dicti Regis Caſtellæ & Legionis in facto Gaſtonis quoad Seneſcal. Vaſconiæ, ſimiliter & de facto Vicecom. Lemovic. quod faciamus prout videbitur honeſtum.

Concedimus etiam quod demus filiam noſtram præfato Regi Caſtellæ & Legionis, maritandam uni ex Fratribus ſuis germanis cui voluerit; dummodo idem Rex Caſtellæ & Legionis det eidem Fratri ſuo tales divitias ex quibus poſſit illam honorifice dotare & ſuſtentare, ſecundum quod decebit filiam Regis, & hoc debet fieri infra annum.

Et hæc omnia facimus & promittimus nos facturos pro nobis & hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, propter multas rationes bonas & multa alia, quæ illuſtris Rex Caſtellæ & Legionis prædictus Conſanguineus noſter per ſe & Procuratores & Nuncios ſuos ſolempnes, Fratrem Lupum, Dei gratia, Marrochitan. Epiſcopum, & Garſiam Martini de Toleto, Militem ejuſdem Regis Caſtellæ & Legionis, nobis & hæredibus & ſucceſſoribus noſtris conceſſit, prout continetur in ſcriptis, ſigillis eorundem ſigillatis.

Nos autem, tactis Sacroſanctis Evangeliis, pro nobis & hæredibus & ſucceſſoribus noſtris præſtamus corporaliter Sacramentum univerſa & ſingula, ſicut ſuperius ſunt annotata, bene & integre & fideliter imperpetuum obſervare; & ſi forte aliquo tempore contraveniremus, quod non eſt intentionis nec erit, maledictionem Dei & pœnam perjurii incurramus.

In cujus rei teſtimonium præſentem Cartam Sigillis noſtris quo utimur in Vaſcon. & Sigillo majori quo utimur in Anglia, appendentibus communitam, præfato Regi Caſtellæ & Legionis & hæredibus & ſucceſſoribus ſuis duximus concedendam.

Facta 12 Kal. Maii, anno incarnationis Dominicæ 1254.

A.D. 1254. Hen. 3.

Carta Regis Caſtellæ de Fœdere cum Rege Angliæ obſervando.

A.D. 1254. Hen. 3.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Lib. A. Fol. 284. A. penes Camerar. Scaccar.

A.D. 1254.

1. NOverint univerſi, præſentes litteras inſpecturi, quod nos Alfonſus, Dei gratia, Rex Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galliciæ, Sibilliæ, Cordubæ, Murciæ, & Jahennæ, pro nobis, & Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, inimus fœdus perpetuæ amicitiæ cum kariſſimo conſanguineo noſtro Domino Henrico, Dei gratiâ, illuſtri Rege Angliæ, Domino Hiberniæ, Duce Normaniæ & Aquitaniæ, & Comite Andegaviæ, & Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis iſto modo.

2. Quod nos, & Hæredes, & Succeſſores noſtri, ab hac hora, in antea ſumus amici, & impriſii prædicti Regis Angliæ, & Hæredum, & Succeſſorum ſuorum contra omnes homines de mundo imperpetuum: Et ipſum, & Hæredes, & Succeſſores ſuos juvabimus nos, & Hæredes, & Succeſſores noſtri, cum toto poſſe noſtro, bona fide, & ſine fraude, & ſine dolo contra omnes homines de mundo; ſalva fide Eccleſiæ Romanæ.

3. Et dimittimus & quitamus pro nobis, & Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, Domino Henrico illuſtri Regi Angliæ, & Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis, ſicut melius & ſanius intelligi poteſt, quicquid juris, vel quaſi habemus, vel habere debemus in tota Vaſconia, vel in parte, in terris, poſſeſſionibus, hominibus, juribus, vel quaſi Dominiis, vel quaſi actionibus, & rebus aliis, ratione donationis, quam fecit, vel feciſſe dicitur Dominus Henricus quondam Rex Angliæ, & Alianora Uxor ſua Alienoræ Filiæ ſuæ, & bonæ memoriæ Domino Alfonſo Regi Caſtellæ.

4. Et quicquid juris, vel quaſi, ibidem habemus, vel habere debemus per ſucceſſionem ſupradictorum, vel per collationem Regis Ricardi, ſeu Regis Johannis, vel per collationem nobis, vel alii, cujus jus ad nos pertineat, factam à Regina Berengaria, Filia Alfonſi Regis & Reginæ Alianoræ; & omnes cartas, quas habemus ſuper hoc, a prædictis, vel aliquo eorum, promittimus bona fide dicto Regi Angliæ reſtituere, vel delere; & volumus quod, ſi inventæ fuerunt, ex hac hora in antea ſint vacuæ & caſſæ.

5. Et hoc facimus propter multas bonas rationes, & multa alia, quæ illuſtris Rex Angliæ prædictus, conſanguineus noſter nobis conceſſit per ſe, & procuratores ſuos, & ſollempnes nuncios, Petrum, Dei gratia, Herefordenſem Epiſcopum, & Johannem Manſell Beverlacenſem præpoſitum, prout continetur in ſcriptis eorum, ſigillis eorumdem ſigillatis.

6. Nos autem, tactis ſacroſanctis Evangeliis, pro nobis, & hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, præſtamus corporaliter juramentum univerſa, & ſingula, ſuperius adnotata, bene, & integre, & fideliter imperpetuum obſervare; quod, ſi forte aliquo tempore contravenerimus, quod non eſt intentionis noſtræ, nec erit, maledictionem Dei & pœnam perjurii incurramus.

In cujus rei teſtimonium præſentem cartam, ſigillo noſtro aureo præmunitam, ſæpefato Regi Angliæ, & Heredibus, & Succeſſoribus ſuis duximus concedendam.

Facta Toletum Rege expreſſante, decimo Kalend. Maii, Æra 1292.

Didacus Johannis ſcripſit.

Litera Regis Caſtellæ directa Vicecomiti Biarn. Baronibus, Militibus, ac Prioribus Vaſconiæ, de intendendo Henrico Regi Angliæ & Edwardo filio ſuo, tanquam vero Domino ſuo, poſt quietam clamationem juris dicti Regis Caſtellæ, in terra Vaſconiæ.

.D. 1254. n. 38. H. 3. nfra Turrem ondon.

A.D. 1254.

ALfonſus, Dei gratia, Rex Caſtellæ, Toleti, &c. Nobili viro G. Vicecomiti Bearn. Baronibus, Militibus, Priori de Manſo, Majori & Communitati de Reula, & omnibus aliis de Vaſconia, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem & dilectionem.

Noveritis inter nos & Dominum Henricum Regem Angliæ ſuper facto Vaſ-

A.D. 1254. Hen. 3. coniæ amicabilem compoſitionem initam; in qua, quantum debuimus & potuimus, veſtræ indempnitati providimus pariter & honori:

Quocirca rogamus, mandamus vobis, & præcipimus quatenus eidem Regi & Edwardo filio ſuo, ſine dilatione & contradictione aliqua, tanquam Dominis veſtris ligiis, amodo intendentes ſitis & obedientes.

Mandamus inſuper vobis & præcipimus quod, ſi qui veſtrum Caſtra, ſeu Villas, ac terras, vel res alias, quæ debent eſſe dicti Regis Angliæ, vel Edwardi filii ſui, vel ad eos pertineant, detinetis, ſine difficultatis obſtaculo, mora poſtpoſita, reſtituatis eiſdem; non obſtante ſi a nobis aliquando mandatum contrarium recepiſtis.

In aliis vero, quæ dubia fuerint, ſecundum formam compoſitionis, quæ in majori litera, ſigillis Procuratorum ejuſdem Regis conjuncta, continetur, plenius procedatur.

Dat. apud Toletum, decimo Kalend. Maii, Æra milleſima ducenteſima nonageſima ſecunda.

Johannes Petri Legionen. ſcripſit.

Carta Regis Caſtellæ pro Rege Angliæ, per quam concedit quod, ſive Pacem, ſive Treugam habeat cum Rege Navarræ, Regi Angliæ remaneant Caſtra & loca, quæ ſuper eum fuerant occupata.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. *Ibidem.*

Noverint univerſi præſentem paginam inſpecturi, quod nos Alfonſus, Dei gratia, Rex Caſtellæ, Toleti, &c. volumus, & concedimus Domino Henrico, Dei gratia, illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, Duci Normanniæ & Aquitaniæ, & Comiti Andegaviæ, & hæredibus & ſucceſſoribus ſuis quod, ſive pacem, ſeu treugam cum Rege Navar. fecerimus, quod remaneant ſibi, & ſucceſſoribus ſuis Caſtra, Villæ, & terræ, quas Reges Navarræ per violentiam occupaverunt, & ſibi & ſuis progenitoribus abſtulerunt;

Et, ut hoc in dubium venire non poſſit, præſentem Cartam, ſigillo noſtro communitam, eidem Regi Angl. duximus concedendam.

Facta apud Toletum Rege exp. decimo Kal. Maii, Æra milleſima ducenteſima nonageſima ſecunda.

Litera Regis Caſtellæ, per quam concedit Regi Angliæ medietatem bonorum immobilium, in partibus Africanis lucrandorum.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. *Ibidem.*

Noverint univerſi præſentem paginam inſpecturi, quod nos Alfonſus, Dei gratia, Rex Caſtellæ, Toleti, &c. concedimus ut, cum cariſſimus conſanguineus noſter, Dominus Henricus, Dei gratia, illuſtris Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, Comes Andegaviæ, cum exercitu cruceſignatorum ſuorum, ad partes Africanas, in ſocietate noſtra acceſſerit, quod quicquid in ipſis partibus, nos, & ipſe, ſeu noſtri, lucrati fuerimus de immobilibus, videlicet, de Civitatibus, Villis, Caſtris, Poſſeſſionibus, Terris & hæreditatibus aliis, inter nos, & prædictum Regem Angl. æqualiter dividatur.

In cujus rei teſtimonium præſentem Cartam ſigillo noſtro communitam eidem Regi Angl. duximus concedendam.

Facta apud Toletum decimo Kalend. Maii, Æra milleſima ducenteſima nonageſima ſecunda.

Bulla pro Priore Sanctæ Trinitatis London.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati de Waltham & Priori de Crucerois, Londonien. Dioc. & Magiſtro Johanni de Cadomo Canonico Eccleſiæ Sancti Pauli Londonien. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Precibus dilecti filii Prioris Eccleſiæ ſanctæ Trinitatis Londonien. Ordinis Sancti Auguſtini, benignum impertientes aſſenſum, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus ea, quæ poſt ipſius iter arreptum ad ſedem Apoſtolicam veniendo, inveneritis temere in ejus præjudicium attemptata, in ſtatum debitum legitime revocetis:

A.D. 1254.

Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: Non obſtante ſi aliquibus, de partibus illis, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, aut conveniri extra certa loca non valeant, a ſede Apoſtolica ſit indultum: Et conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali.

Quod, ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrûm ea nichilominus exequantur.

Dat. Aſiſii, 2 Non. Sept. Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Plumbeo ſigillo pendente à filo canabeo.

Bulla de mutuo, ad opus Regis, pro Regno Siciliæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Cantuarien. & Epiſcopo Ciceſtren. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum cariſſimo in Chriſto filio noſtro Edmundo Regi Siciliæ illuſtri, nato cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Angliæ illuſtris, ad proſequendum potenter & viriliter, prout decet tantum Principem, aſſumptum Dei & Eccleſiæ negotium, multa, cum magnas impenſas exigat, ſit pecunia oportuna;

Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta, in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo, mandamus, quatinus, ad requiſitionem prædicti Regis Angliæ, a quibuſcumque, mutuare volentibus, recipiatis nomine noſtro, & Eccleſiarum Regni Angliæ, ac aliarum terrarum ſub ipſius Regis Dominio conſiſtentium, pecuniam mutuò quantumcumque poteritis invenire.

Eccleſias ipſas univerſas, & ſingulas, prout ad promotionem ipſius negotii expedire videritis, illis, a quibus mutuum receperitis, nunc hiis, nunc aliis, uſque ad plenam reſtitutionem ipſius mutui, ejuſque conſtamentorum omnium obligantes;

Ita quod eiſdem creditoribus, quod hujuſmodi mutuum in utilitatem Eccleſiarum, quarum nomine id contraxeritis, converſum fuerit, probandi neceſſitas non incumbat; aſſignaturi hujuſmodi pecuniam quibuſcumque prædictus Rex Angliæ mandaverit aſſignari;

A.D. 1254.

Non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus, ſeu ſtatutis, vel ſi aliquibus de partibus illis, quòd excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, aut conveniri extra certa loca non valeant, a ſede Apoſtolica ſit indultum; & univerſis privilegiis, indulgentiis, vel litteris Apoſtolicis generalibus, ſeu ſpecialibus, ſub quacumque forma verborum, obtentis & obtinendis; & quibuſlibet aliis, per quæ id impediri, vel differri valeat; & de quibus, ſeu prædictorum privilegiorum, indulgentiarum, & litterarum totis tenoribus, de verbo ad verbum, plenam & expreſſam fieri oporteat in præſentibus mentionem; & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali.

Et nichilominus ſi aliqui Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, aut alii Prælati, vel Clerici, de partibus illis, ſuper hoc ſe duxerint pertinaciter opponendos, ipſos, ab officio beneficioque ſuſpenſos, mittatis ad præſentiam noſtram pro meritis recepturos.

Quod, ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrûm ea nichilominus exequatur.

Dat. Aſiſii, ſecundo Id. Maii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Confirmatio Donationis primæ a Domino Papâ Innocentio factæ de Regno Siciliæ, in tenore literæ Magiſtri Alberti factæ de eadem donatione, cum nominibus illorum, quorum arbitrio ſtabitur ſuper conditionibus.

Continet etiam novam conceſſionem in feudum.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Edmundo Regi Siciliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Specialis dilectionis affectum, quem habemus ad cariſſimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Regem Angliæ, patrem tuum, cupientes in ſuis evidentius oſtendere per effectum, Regnum Siciliæ, & totam terram quæ eſt citra Farum, uſque ad confinia terrarum Eccleſiæ Romanæ, ad eandem Eccleſiam devoluta, tibi, quem ad id inter alios orbis Principes præelegimus, jampridem duximus offerenda.

Te igitur, de aſſenſu ejuſdem Regis, oblationem hujuſmodi, tamquam ipſius Eccleſiæ devoto & catholico Principe, humiliter acceptante, dilectus filius Magiſter Albertus, Notarius noſter, Apoſtolicæ ſedis Legatus, cui velut illi, qui tuum honorem & commodum zelatur ut proprium, negotium ipſum tecum conſummandum de conſilio & aſſenſu fratrum noſtrorum commiſimus, tibi tuiſque hæredibus, in feudum, in perpetuum Regnum & terram prædicta (excepta Civitate Beneventan.) de ſpeciali mandato noſtro conceſſit, prout in ejus literis, inde confectis (quarum tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus) plenius continetur.

Nos itaque conceſſionem eandem ratam & gratam habentes, ac defectum, ſiquis ex quacumque cauſa vel omiſſione in ea extitit, ſupplentes de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, Regnum & Terram prædicta, cum omnibus juribus, honoribus, diſtrictibus, & pertinentiis ſuis (excepta Civitate Benevent. cum ejus juribus, honoribus, diſtrictibus, & pertinentiis) univerſis tibi, qui de voluntate prædicti Regis hoc acceptaſſe dinoſceris, tuiſque hæredibus, in feudum, in perpetuum Apoſtolica auctoritate, de prædictorum fratrum noſtrorum conſilio, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ea tibi de novo, in feudum (ſalvis libertatibus & immunitatibus Eccleſiarum prædictorum Regni & terræ, tam in electionibus, quàm in aliis eas pertinentibus) concedentes. A.D. 1254.

Tenor autem literarum prædicti Legati talis eſt;

Excellenti viro Domino Edmundo, nato Domini H. Regis Angliæ illuſtris, Albertus, Domini Papæ Notarius, Apoſtolicæ ſedis Legatus, ſalutem, & paratam ad obſequia voluntatem.

Ut ſincera & inconcuſſa devotio, quam Dominus H. Rex Angliæ illuſtris pater veſter habet ad Romanam Eccleſiam in vobis, paterna veſtigia imitantibus, &c. *ut in ipſa conceſſione ante, de 14 Martii.*

Nulli, ergo, &c.

Dat. Aſiſii, 2 Id. Maii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Sub filis ſericis, flavi rubeique coloris.

Bulla de renovandis litteris collationis de Regno Siciliæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Magiſtro Alberto, Notario noſtro, Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Gratum gerimus & acceptum, diligentiam tuam dignis in Domino laudibus commendantes, ſuper eo quod negotium, tibi ab Apoſtolica ſede commiſſum, cum cariſſimo in Chriſto filio noſtro Edmundo Rege Siciliæ illuſtri laudabiliter conſummaſti.

Cum igitur collationem, ſibi a te de ipſo Regno factam, duxerimus, de fratrum noſtrorum conſilio, confirmandam, defectum, ſiquis ex quacunque cauſa in ea extitit, ſupplentes de plenitudine poteſtatis, A.D. 1254.

Volumus & per Apoſtolica tibi ſcripta, firmiter præcipiendo, mandamus quatinus, cariſſimum in Chriſto filium noſtrum, Regem Angliæ illuſtrem, ad mittendum quamtocius eundem Regem in manu forti ad proſequendum, prout decet tantum Principem, viriliter & potenter idem negotium inducens, & induci

A.D. 1254. Hen. 3.

duci faciens modis quibus expedire videris, ſecundum prudentiam tibi à Domino datam,

Collationis tuæ litteras eidem Regi Siciliæ renoves, ſub priori datâ in illum modum, quem in confirmationis noſtræ litteris, in quibus litterarum tuarum renovandarum tenor inſeritur, perſpexeris contineri. Eam in hiis, & aliis, quæ pertinent ad feſtinationem & promotionem ejuſdem negotii, ſollicitudinem, prout benè feciſti hactenus, habiturus, quod proinde poſſis apud Deum & homines non immerito commendari.

Dat. Aſiſii, ſecundo Id. Maii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

De Magno Sigillo fabricando pro Regno Siciliæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem,

Ut eo ſimus, quod tibi ſit cordi, negotium quod in perſonâ cariſſimi in Chriſto filii noſtri Edmundi, Regis Siciliæ illuſtris, nati tui, aſſumpſiſſe dinoſceris, certiores quod idem Rex, aſſumptæ dignitatis faſtigio, reddiderit de tuo beneplacito ſe inſignem,

Deſideramus & volumus, Regalem magnificentiam attentè rogantes, quatinus portinus jubeas quod idem Rex ſtatim ſigillum Regium, faciens fabricari, nobis, infra Feſtum beati Michaelis proximo venturum, quod aſſumpto negotio expreſsè conſentit, ſignificet ſuis patentibus litteris Regiis Bullâ aureâ communitis; tuque ſimiliter infra eundem terminum ſuper hoc, & quod id de tuâ voluntate procedit, mittas nobis tuas patentes litteras in quibus nomines ipſum Regem.

Dat. Aſiſii, octavo Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

De Henrico Frederici quondam Imperatoris ex Iſabella Sorore Regis Filio, in Sicilia mortuo, necnon de Facto Siciliæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. *Ex Autogr.*

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Regale genus Angliæ, quod ſpeciali quodam affectu, & intimæ dilectionis prærogativâ proſequimur, exaltare ſuper cæteros orbis Reges & Principes cupientes, dilectum filium Magiſtrum Albertum, Notarium noſtrum, Apoſtolicæ ſedis Legatum, qui ejuſdem generis honorem & commodum zelatur ut proprium, ad partes illas principaliter hac de cauſa tranſmiſimus, ut idem genus locupletans & exaltans, conferret ei Regnum Siciliæ, quod opulentiâ & deliciis alia Regna mundi ſuperat, ad Romanam Eccleſiam devolutum.

Et, licet ſuper hoc fuerit hinc inde plerumque tractatum, pro eo tamen quod in eodem Regno adhuc ſupererat unicus nepos tuus, nè videreris ſitire ſanguinem proprium, & proximorum tuorum ſpolia concupire, tantum honorem & commodum recipere uſque ad hæc tempora diſtuliſti.

A.D. 1254.

Sed, eodem nepote tuo impiè, ut aſſeritur, ſublato de medio, tu, deſiderans cum Apoſtolica ſede filium habere communem, devoviſti perpetuò ad ejus obſequia, cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Edmundum, illuſtrem Regem Siciliæ, natum tuum, faciens ipſum, de præfati Legati manibus, habentis ſuper hoc a nobis poteſtatem plenariam, recipere prædictum Regnum ad honorem Dei & Eccleſiæ, ac tranquillitatem & pacem totius populi chriſtiani.

Super quo Celſitudini tuæ referimus actiones multimodas gratiarum, parati & prompti ad omnia, quæ placere noverimus cordi tuo.

Cum igitur collationem, prædicto Regi ab eodem Legato factam, duxerimus, de fratrum noſtrorum conſilio, confirmandam, defectum, ſiquis ex quacumque cauſa in ea extitit, ſupplentes de plenitudine poteſtatis,

Magnificentiam Regiam rogamus, & hortamur attente quatinus, conſiderato diligenter, ſi placet, quod, cum omnes de illo Regno redemptionem a nobis expetant

A.D. 1254. Hen. 3.

petant jugiter & expectent, negotium ipſum ex ſui natura multum accelerationem poſtulat & requirit, quodque dilatio in talibus conſuevit maximum parere detrimentum, prædictum Regem ad proſequendum in manu forti aſſumptum negotium ſic in militiâ, pecunia, & aliis, quæ oportuna fuerint, viriliter, celeriter, & potenter accingas, quod ad faſtigium ejuſdem Regni, ubi recipietur cum deſiderio, ut matutinus lucifer, poſſit magnifice, prout decet tantum Principem, pervenire.

Sciturus pro certo quod, cum idem negotium ſit Dei, non hominis, prædicto Regi proſpera cuncta ſuccedent, noſque ſibi curabimus in perſonis & rebus, & aliis modis, quibuſcumque poterimus, opulentiſſimè ſubvenire; parati obligare nos & Romanam Eccleſiam, fidejuſſorio nomine, pro hiis quæ ſibi fuerint ad proſecutionem ejuſdem negotii oportuna.

Dat. Aſiſii, Id. Maii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Plumbeo ſigillo penden. a filo canabeo.

Conradi Romanorum & Siciliæ Regis Epiſtola Regi de Morte Fratris, Nepotis Regis Angliæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3.

Nollemus auditus veſtros, vulgatis forte famæ præloquiis ſtupefactos, illis pulſare rumoribus, quorum & veſtram exaggeraret relatio lacrymoſa memoriam, & cordis veſtri præſumitur corruptura quietem; ſed ex eo præcipue nos, his caſibus, perſonam elegimus relatoris, quod, dum acerbitatem doloris noſtri ſilentio cohibere vix poſſumus, in vobis mæroris impetum, perſuaſionis noſtræ remedio, facilius credimus mitigandum.

Nec mirari vos volumus ſi de iis, quæ inviti referimus, ad notitiam veſtram nunciatio ſera perveniat, cum hactenus ex recenti vulnere mæſtitiæ prævaleret immenſitas, & ex oculis noſtris naturæ ſuggerentis imperium fluxum emungeret lacrymarum, ſicque fluctuabat mentis noſtræ turbata tranquilitas ut, ad extinguenda doloris incendia, neceſſario ſolatoris alterius lenitivis liquoribus egeremus.

Jam verò, dato tempore luctibus, quod eventûs tam turbidi qualitas exigebat, lugubrem obitum Henrici cariſſimi fratris noſtri, nepotis veſtri, vobis infeſtis rumoribus nuntiamus;

De cujus caſu tam horrendo, licet, ex deciſione carnis, noſtra ſatis amaricata ſint pectora, dum pretioſiſſimam pectoris noſtri partem perdidiſſe dolemus; ex eo tamen turbamur amariùs quod, dum ad regiminis noſtri gubernanda molimina viriles animos habere nos expedit, nunc ad deplorandam fratris noſtri deceſſum mollitiem quaſi ſubivimus muliebrem.

Quia, dum ejus jam eſſet ætas provecta virtutibus, in cujus humeris curas noſtras confidenter appendere poteramus, metentis æqualiter omnia mortis auſteritas, flore juventutis ſuæ, præmaturâ nimis falce præſecuit, & quaſi prædonis ſagacitate ſubrepens, ſic improviſe, ſic ſubito naturæ magiſtras manus eluſit.

Verùm, cum ad hæc reparanda diſcrimina artes & opes humanæ deficiant, quæ potius diſpoſitionis ſupernæ proviſio, & facti generalis æqualitas conſolatur; doloris ejuſdem, cujus vix de corde noſtro cicatricis occiduæ ſigna tranſibunt, vobis *ſolamen* affectuosè providimus porrigendum; nec credat unquam dilectio veſtra quod affinitatis noſtræ per hoc debilitata ſint fœdera, quæ in eo, nobis convivente, memoriter remanſerunt, & in M. cariſſima ſorore noſtra ſuperſtite, conſorte nobilis viri Marchionis Meſſanenſis, ſolidata perſpicimus, & in hæredibus ejus partu gratifico perpetuata ſentimus.

Quocirca non minus, quàm fratre noſtro vivente, de nobis puro corde confidite; &, ſiqua ſunt in Regnis noſtris, quæ ſerenitatis veſtræ grata ſint uſibus, vel affectui blandiantur, nobis exinde vota veſtra, exauditionem omnimodam relatura, per litteras vel Nuncios aperite.

Quod

Quod Rex cohibeat manus ſuas ab expenſis non neceſſariis, ut utilius proſequi poſſit negotium Regni Siciliæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ad negotium, quod in perſona cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Siciliæ illuſtris, nati tui, aſſumpſiſſe dinoſceris proſequendum potenter & viriliter, prout decet tantum Principem, multa ſit pecunia oportuna, Celſitudinem tuam rogamus, & hortamur attentè, in remiſſionem tibi peccaminum diſtrictiùs imponentes, quatinus ab omnibus expenſis, tàm piis (cum ipſius proſecutio negotii ſuperet omnia opera pietatis) quàm aliis (exceptis dumtaxat neceſſariis, quæ quoquo modo vitari non poſſunt) cohibeas de cætero penitus manus tuas,

A.D. 1254.

Sciturus pro certo quod, niſi ab hiis refrænaveris te, omnino credere non poſſumus quod habeas animum prædictum negotium proſequendi.

Dat. Aſiſii, undecimo Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Sub filo Canabeo.

Dominæ Reginæ, quod inducat Regem quod caveat ſibi de ſuperfluis expenſis, idque propter negotium Siciliæ quod aſſumpſit.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimæ in Chriſto filiæ Reginæ Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ad negotium, quod cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Angliæ illuſtris, in perſona cariſſimi in Chriſto filii noſtri Edmundi Regis Siciliæ illuſtris, tui & ejus nati, aſſumpſiſſe dinoſcitur, proſequendum potenter & viriliter, prout decet tantum Principem, multa ſit pecunia oportuna,

Eundem Regem Angliæ rogandum duximus attentius & hortandum, in remiſſionem ei peccaminum diſtrictiùs imponentes, ut ab omnibus expenſis, tàm piis (cum ipſius negotii proſecutio ſuperet omnia opera pietatis) quàm aliis (exceptis dumtaxat neceſſariis, quæ quoquo modo vitari non poſſunt) cohibeat de cætero penitùs manus ſuas:

A.D. 1254.

Sciturus pro certo quòd, niſi ab hiis refrænaverit ſe, omnino credere non poſſumus quòd habeat animum prædictum negotium proſequendi.

Quocirca Celſitudinem tuam rogamus, monemus, & hortamur attentè quatinus & tu ab hiis teipſam coherceas, & prædictum Regem ad id ſæpè ſæpiùs ſollicitis exhortationibus, ex parte noſtrâ, quotiens expedire videris, moneas attentiùs & inducas.

Dat. Aſiſii, undecimo Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Domino Petro de Sabaudia, quod moneat & inducat Regem ut parcat ſumptibus, pro negotio Terræ Siciliæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio nobili viro Petro de Sabaudia, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ad negotium, quod cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Angliæ illuſtris, in perſona cariſſimi in Chriſto filii noſtri Edmundi Regis Siciliæ illuſtris, nati ejus, nepotis tui, aſſumpſiſſe dinoſcitur proſequendum potenter & viriliter, prout decet tantum Principem, multa ſit pecunia oportuna, eundem Regem Angliæ rogandum duximus attentiùs & hortandum, in remiſſionem ei peccaminum, diſtrictiùs imponentes ut ab omnibus expenſis, tàm piis (cum

A.D. 1254.

ipſius

A.D. 1254. Hen. 3.

ipſius negotii proſecutio ſuperet omnia opera pietatis) quàm aliis (exceptis dumtaxat neceſſariis, quæ quoque modo vitari non poſſunt) cohibeat de cætero penitus manus ſuas:

Sciturus pro certo quod niſi ab hiis refrænaverit ſe, omnino credere non poſſumus quod habeat animum prædictum negotium proſequendi.

Quocirca nobilitatem tuam duximus attente rogandam, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes quatinus eundem Regem ad id ſæpe ſæpius ſollicitis exortationibus, ſecundum datam tibi a Deo prudentiam, ex parte noſtra, moneas attentius & inducas.

Dat. Aſiſii, undecimo Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

De bis quinquaginta mill. Librarum Turon. Regi aſſignand. in ſubſidium proſecutionis negotii Siciliæ per Dominum Papam Innocentium.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum proponamus te ac tuos, modis quibuſcumque poterimus, exaltare, gaudemus plurimum quòd in exaltationem cariſſimi in Chriſto filii noſtri Edmundi illuſtris Regis Siciliæ, nati tui, voto non diſpari concordamus.

Quia vero tua & ipſius Regis permaximè intereſſe, ut Regni Siciliæ negotium, quod aſſumpſiſſe noſcimini, celerem & optatum effectum, ex quo vobis multa, magna & honorabilia commoda, de quibus nec actum, nec cogitatum eſt, provenire poterunt, ſortiatur:

Celſitudinem tuam rogamus attentiùs & hortamur, quatinùs magnificentia regali conſiderans quod, eodem negotio expedito, fæliciter cætera, quantumcunque ardua, difficultatem aliquam non habebunt, ad idem negotium, in manu forti viriliter proſequendum, ſic te ac prædictum Regem in pecunia, & aliis, quæ oportuna fuerint, præparare ſtudeas feſtinanter, ut, cum ex inſperato adventus veſter validus in hiis partibus intonuerit, veluti vox de cœlo, devoti audaciam ſumant, & adverſarii exindè terreantur, ſicque quod intenditur faciliùs compleatur:

Pro certo ſciturus quòd idem Rex, ſi bonam ſecum ducat militiam, reſiſtentiam aliquam non habebit.

Nos enim quinquaginta millia librarum Turonen. faciemus apud Lugdunum Nunciis tuis, quamprimum id nobis ſignificaveris, ad proſecutionem prædicti negotii ſine aliqua dilatione perſolvi.

Reliqua vero quinquaginta millia ibidem vel alibi, ubicunque volueris, tibi, vel cui mandaveris, niſi pro defenſione terræ noſtræ nobis eſſent multum neceſſaria, protinùs ad id proſequendum negotium perſolvemus; dictumque Regem tàm in pecuniâ, quàm in hominibus, & aliis, quæ oportuna fuerint, multo plus juvabimus quàm valeas extimare.

Dat. Aſiſii, decimo Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Sigillo avulſo.

Bulla ſuper incremento biennii ultra triennium, de decima conceſſa pro ſubſidio Terræ ſanctæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum olim decimam omnium Eccleſiaſticorum proventuum Regni Angliæ, necnon & terrarum aliarum ſub tuo Dominio conſiſtentium, Regiæ Celſitudini, pro Terræ ſanctæ ſubſidio duxerimus per triennium concedendam;

Volentes adhuc tibi, ad celeriorem & efficaciorem promotionem negotii, habundantius ſubvenire, Magnitudini tuæ hujuſmodi decimam per biennium, ultra ipſum triennium, pro eodem exequendo negotio elargimur.

Et ecce venerabilibus fratribus noſtris Norwicenſi & Ciceſtrenſi Epiſcopis, ac dilecto filio Abbati Weſtmonaſterii litteris noſtris injungimus, ut decimam eorum-

A.D. 1254. Hen. 3.

eorumdem proventuum ipſius biennii per ſe, vel alios fideliter colligentes, eam in tutis locis deponant, & faciant cum diligentia conſervari, ut de ipſa poſtmodum diſponamus qualiter pro eodem negotio expendatur.

Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo;

Non obſtantibus quibuſcumque Prælatis Eccleſiarum, ſeu perſonis aliis, a ſede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, in quibus plena & expreſſa de indulto hujuſmodi mentio non habetur; & quibuſlibet aliis indulgentiis & litteris Apoſtolicis, per quas hujuſmodi ſubventio, vel ſubſidium impediri poſſet quomodolibet vel differri; & de quibus, & quarum tenore de verbo ad verbum ſpecialem fieri oporteret in præſentibus mentionem; & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali.

Dat. Aſiſii, decimo Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Sigillo avulſo.

Bulla de viceſima in Regno Scotiæ Regi Angliæ conceſſa, in ſubſidium Terræ ſanctæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Magiſtro Johanni de Fruſinon, Capellano noſtro in Regno Scotiæ commoranti, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quia conceptum cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Angliæ illuſtris propoſitum, circa oportunum terræ ſanctæ ſubſidium, debet mater eccleſia vigilanti conſilio, & quo poteſt auxilio confovere, Celſitudini ſuæ viceſimam omnium eccleſiaſticorum proventuum Regni Scotiæ, ad celeriorem & efficaciorem promotionem negotii, duximus uſque ad triennium concedendam;

Ideoque diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus, viceſimam ipſam per te, vel per alios, ſi abſque ſcandalo fieri poterit, fideliter colligens, eam in tutis locis deponas, & facias cum diligentia conſervari, ut de ipſa poſtmodum diſponamus qualiter pro eodem negotio expendatur:

Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo;

Ita quod illi, qui hujuſmodi viceſimam, in eodem Regno, pro triennio, ſecundum quod in Lugdunenſi Concilio ſtatutum & ordinatum extitit, jam ſolverunt, nullatenus ad ſolvendam aliam viceſimam; & hii, qui non plenè ipſam, quantum ad rei, vel temporis quantitatem dederunt, ad ſolvendum integrè reſiduum compellantur,

A.D. 1254.

Non obſtantibus ſi quibuſcumque Prælatis Eccleſiarum, ſeu perſonis aliis, a ſede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas, in quibus plena & expreſſa de indulto hujuſmodi mentio non habetur; & quibuſlibet aliis indulgentiis, & litteris Apoſtolicis, per quas hujuſmodi ſubventio, vel ſubſidium impediri poſſet quomodolibet vel differri; & de quibus, & quarum tenore, de verbo ad verbum, ſpecialem fieri oporteret in præſentibus mentionem, & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali.

Dat. Aſiſii, decimo Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Sub filo canabeo.

Bulla de commutatione voti Crucis pro negotio Siciliæ, & de morte Conradi.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilecti filii nobilis vir Thomas de Sabaudia, Comes G. de Roſſillion. Archidiaconus Lugdunen. & Johannes de Amblion. Capellani noſtri, tui Nuncii ſpeciales ex parte tua petierunt a nobis ut, cum, aſſumpto Crucis ſignaculo, propoſueris in Terræ ſanctæ ſubſidium proficiſci, commutare votum hujuſmodi in auxilium Eccleſiæ pro negotio Regni Siciliæ curaremus;

A.D. 1254.

Verum, quia ex eo potiſſimè Regio adicietur honori, ſi per te ipſi Terræ opor-

A.D. 1254.
Hen. 3.

oportunum adjutorium impendatur, conſiderantes quod, eodem Regno Siciliæ habito, faciliùs, commodiùs, & efficacius eidem Terræ poteris ſubvenire; præſertim quia, mortuo jam Conrado, nato quondam Fr. olim Romanorum Imperatoris, tantum obſtaculum circum idem Regni negotium minimè repperitur, non cognovimus expedire quod ſuper hujuſmodi commutatione admitteremus eorumdem precamina Nunciorum.

Attamen, ſi omnino tibi commutatio ipſa placuerit, annuemus votis tuis quantum cum Deo poterimus in hac parte.

Dat. Aſiſii, ſecundo Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla ſuper facto Regni Siciliæ, ne Rex ſit negligens aut remiſſus.

A.D. 1254.
An. 38. *H.* 3.
Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ut planè ſcias, & ex hoc exindè nobis, & Eccleſiæ Romanæ potius tenearis, quantâ te, ac tuos affectione proſequimur, Celſitudinem tuam volumus non latere, quòd licet Nunciis tuis, apud ſedem Apoſtolicam pro negotiis Regni Siciliæ conſtitutis, de morte Conradi, nati quondam Frederici dudum Imperatoris, receperimus certa nova;

Et ob hoc videretur aliquibus, quòd negotium ipſum non proſequi ſed revocare potius deberemus, nos tamen, qui ad tuam, tuique generis exaltationem totis anelamus affectibus, commoda propria, ut tuis provideamus & commodis & honoribus, poſtponentes, ad illud propenſiùs & favorabiliùs proſequendum eo libentiùs procedere volumus, quo ipſum, impedimento ſummoto, ad expeditionem celerem intelleximus magis aptum.

Tua igitur magnificentia intereſt (ut ne, ſi, quod abſit, fueris in proſecutione remiſſus vel negligens, nobis a noſtris, & tuis æmulis totaliter imponatur) ſic venire, tecumque communem filium ducere in potenti manu ſtudeas feſtinanter, quòd non tàm tu, quàm nos commendari exinde, non immerito, valeamus.

Ad quod debes ex eo fortiùs animari, quòd manifeſtè videtur in hoc negotio Dominus eſſe tecum, qui ad illud expediendum facilius ſic ex inſperato præparat undique tibi vias.

Dat. Anagniæ, quinto Id. Junii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

De matrimonio infra quinque ſeptimanas poſt Feſtum Sancti Michaelis inter Edwardum primogenitum Regis, & Alianoram ſororem Regis Caſtellæ.

A.D. 1254.
An. 38. *H.* 3.
Ex lib. B. fol. 50. b. penes Camerar. Scaccar.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Noveritis quod promittimus & concedimus Domino conſanguineo noſtro, Domino Alfonſo illuſtri Regi Caſtellæ & Legionis, quod Edwardus primogenitus noſter & hæres contrahat matrimonium cum inclita puella Alianora, ſorore dicti Regis ſecundum ſtatuta catholicæ fidei infra quinque ſeptimanas poſt Feſtum ſancti Miachelis proximo venturum, vel ante ſi fieri poterit; ratum & firmum habituri quicquid per eundem Edwardum, vel Procuratorem ſuum ab eodem Edwardo legitimè conſtitutum ſuper eodem matrimonio actum fuerit vel firmatum.

Promittimus etiam & dabimus efficacem operam bona fide quod prædicta omnia compleantur, & hoc jurari fecimus in animam noſtram per dilectum Seneſcallum noſtrum Johannem de Grey.

In cujus rei teſtimonium præſentibus literis ſigillum noſtrum, quo utimur in Gaſcon. duximus apponendum.

Teſte meipſo apud Sanctum Macarium, decimo octavo die menſis Julii, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

De Dote pro Alianora ſorore Regis Caſtellæ per Edwardum primogenitum Regis.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Vaſconia Pat. 37. & 38. H. 3. p. 2. m. 10. n. 2. d. A.D. 1254.

UNiverſis, præſentes litteras viſuris vel audituris, Edwardus illuſtris Regis Angliæ primogenitus & hæres, ſalutem.

Noveritis nos, de aſſenſu & voluntate præfati Domini Regis patris noſtri, aſſignaſſe in dotem inclitæ puellæ Alianoræ, Domini Alfonſi illuſtris Regis Caſtellæ & Legionis ſorori, Caſtrum & Villam de Tikhull cum pertinentiis: Stamford & Grantham cum pertinentiis; & Caſtrum & Villam de Peck cum ſuis pertinentiis, pro mille libratis terræ ſi ſufficiant; ſin autem, defectum illius ſummæ eidem Alianoræ ſupplebimus in aliis terris noſtris Angliæ.

Et, cum ſublimata fuerit in Reginam, nos prædictam dotem ſuam augebimus de quingentis mercatis terræ per annum, aſſidendis ei in Regno Angliæ in locis competentibus.

Et, ad majorem hujus rei ſecuritatem, tàm prædictus Dominus Rex pater noſter, quàm nos præſenti ſcripto ſigilla noſtra fecimus apponi.

Hiis Teſtibus,

Venerabili Patre P. Hereford Epiſcopo,
Guidone & Galfr. de Lezign. &
Willielmo de Valenc. avunculis noſtris,
Petro de Sabaudia avunculo noſtro,
J. de Pleſſet Comite Warr.
Johanne Maunſel Præpoſito Beverlaci,
Radulpho filio Nicholai Seneſcallo Domini Regis,
Ricardo, Johanne, & Willielmo de Gray fratribus,

Et aliis.

Dat. apud Sanctum Macar. viceſimo die Julii, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto.

De aſſenſu Edwardi primogeniti Regis in matrimonium cum Alienora ſorore prædicti Regis Caſtellæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ex lib. B. fol. 50. b. penes Camerar. Scaccar. Pat. 38. H. 3. m. 3. A.D. 1254.

OMnibus Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum inſpecturis vel audituris, Edwardus illuſtris Regis Angliæ primogenitus & hæres, ſalutem.

In contrahendis matrimoniis, nomine filiorum familias licet, ſecundum ritum & morem antiquorum, parentum conſenſus ſufficere conſueverit, (cum patrum pietas conſilium capiat plerunque pro liberis) decens tamen credimus & honeſtum in matrimonium, contrahendum inter nos ex parte una; & liberam puellam Alianoram, ſororem præcellentis Regis Caſtellæ & Legionis ex altera (cujus venuſtatem & prudentiam, famâ atteſtante, cognovimus) propter antiquæ conſuetudinis obſervantiam, ſpecialem præbeamus aſſenſum; cum ea, quæ ex habundanti fuerint, jus commune non lædant, nec per hoc obtentæ conſuetudini derogetur, ſed evidentius approbetur.

Proinde notum fieri volumus univerſis, quod non ſolum ad patris noſtri Domini Henrici Regis Angliæ juſſum & conſenſum, & reverentiſſimæ matris noſtræ Alianoræ Reginæ Angliæ beneplacitum, ſed etiam volentes & ſpontanei in dictum matrimonium, noſtro nomine contrahendum, quantum in nobis eſt, per has litteras noſtras patentes expreſſe conſentimus in ſtatu legitimæ ætatis ad contrahendum, in quo nos exiſtere profitemur.

Ad hoc avunculorum, & aliorum parentum noſtrorum, magnatum & nobilium, cleri & Populi totius Regni Angliæ, accedente conſenſu.

Hinc eſt quod dilectum & ſpecialem noſtrum Johannem Manſell Cancellarium London, & Præpoſitum Beverlaci, præfati patris noſtri Secretarium, quem ejuſdem patris noſtri prudentia præelegit ad hoc negotium proſequendum, Procuratorem noſtrum & Nuncium conſtituimus, ad matrimonium nomine noſtro contrahendum per verba de præſenti, cum antedicta nobili Alienora prædicti Regis Caſtellæ & Legionis ſorore, & ad ea omnia

A.D. 1254. Hen. 3.

omnia agenda, quæ in abſentium matrimoniis contrahendis fuerint neceſſaria;

Firmiter promittentes nos ratum & firmum habituros quicquid ſuper hoc nomine noſtro duxerit faciendum.

Ad cujus rei ſecuritatem, plenam damus eidem poteſtatem in animam noſtram præſtandi cujuſlibet generis ſacramentum, quodcunque fuerit neceſſarium ad præmiſſum negotium proſequendum & complendum.

Et ſi forte, quod abſit, prædictus Johannes Manſel, patris noſtri Secretarius, in via deficiat, loco ſui dilectum & ſpecialem Clericum Johannem Clarell ſubſtituimus; eidem in omnibus eandem dantes poteſtatem, circa prædictum negotium proſequendum, quam prædicto Johanni Manſell dedimus & præſcripſimus ſub forma ſuperius declarata;

A.D. 1254. Hen. 3.

Cujus factum, in præmiſſo negotio nomine noſtro proſequendo, tenere firmiter promiſimus & obſervare, ac ſuper hoc, inſpectis & tactis ſacroſanctis, corporale præſtitimus ſacramentum.

Dat. apud Sanctum Macarium die Jovis in craſtino beatæ Mariæ Magdalenæ, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto.

De Juramento ſuper Matrimonio prædicto per Edwardum præſtito.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Pat. 38. H. 3. m. 3.

Noverint univerſi, præſentes litteras inſpecturi, quod nos Edwardus, illuſtris Regis Angliæ primogenitus & hæres, bona fide promittimus, & etiam ſuper ſancta Dei Evangelia juramus, quod nos cum inclyta Alienora, præcellentis Regis Caſtellæ & Legionis ſorore, matrimonialiter contrahemus, & ex nunc in eam, quantum in nobis eſt, tanquam in uxorem legitimam conſentimus, & hoc etiam per ſacramentum præſtitum confirmamus, dummodo ipſa in nos conſentiat, uſque ad menſem poſt Feſtum Sancti Michaelis proximo venturi; Et hoc facimus de aſſenſu & beneplacito prædicti Domini Regis Angliæ patris noſtri, & illuſtriſſimæ Dominæ Alienoræ matris noſtræ.

Et ſuper hoc etiam mittimus, cum noſtris literis, procuratorem noſtrum dictum Johannem Manſell, Præpoſitum Beverlaci, patris noſtri Secretarium, ut cum dicta Alienora, ſorore præfati Regis Caſtellæ & Legionis, nomine noſtro matrimonium contrahat per verba de præſenti:

A.D. 1254.

Cui etiam dedimus noſtram plenariam poteſtatem contrahendi & etiam firmandi matrimonium ſupradictum.

Et præſtitimus etiam corporale juramentum ſervare omnia quæ per prædictum Procuratorem, nomine noſtro, in contractu prædicti matrimonii facta fuerint, vel etiam ordinata.

Et, in teſtimonium omnium prædictorum, &, ad majorem hujus rei confirmationem, præſentem Cartam ſigillo noſtro fecimus ſigillari.

Actum apud Sanctum Macarium, die Jovis in craſtino beatæ Mariæ Magdalenæ, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto.

Conceſſiones Henrici Regis Edwardo filio primogenito.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Lib. B. fol. 212. a. penes Camerar. Scaccar.

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus, & bona fide promiſimus Edwardo filio noſtro primogenito, quod nulli viventi in mundo aliquas Wardas conferre poſſimus donec eidem Edwardo providimus in tribus millibus marcatis terræ in primis Wardis & Eſcaetis noſtris, ad completionem quindecim millium marcatarum terræ, in quibus ei tenebamur per Cartam noſtram, ad ſuſtentationem ſuam.

A.D. 1254.

Nec volumus quod aliqua Eſcaeta in Waſconia ei computetur in ſumma prædicta, ſet illas quietas habeat omnino de dono noſtro.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras ei fieri fecimus patentes.

Teſte meipſo apud Burdegaliam, viceſimo octavo die Auguſti, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

De interceptionibus in Treugis cum Comite Tholoſ. emendandis.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Pat. Vaſcon. 37, 38. H. 3 m. 7. d. p. 2.

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit Henricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem in Domino.

Noveritis quod nos, & Alfonſus filius Regis Franciæ Comes Tholoſ. elegimus W. Wigornienſem, & P. Herefordenſem Epiſcopos, Willielmum Agenenſem Epiſcopum, & G. Subdecanum beati Martini Turon.

Nos videlicet pro nobis W. Wigornienſem & P. Herefordenſem Epiſcopos; & dictus Comes pro ſe Willielmum Epiſcopum Agenenſem, & Subdecanum prædictum, ad inquirendum de dampnis, indebitè & contra jus datis ab hominibus noſtris, hominibus Comitis nominati; &, vice verſâ, ab hominibus dicti Comitis hominibus noſtris.

Quæ quidem dampna non pertinent ad interceptionem Treugarum; cum de ipſis ad interceptionem Treugarum pertinentibus ad emendatores Treugarum cognitio pertineat, & emendatio facienda.

Dantes, tam nos, quam ipſe Comes, præfatis Epiſcopis, & Subdecano, poteſtatem inquirendi de prædictis dampnis hinc inde datis, ad Treugas ſeu interceptionem earum, ſicut dictum eſt, minime pertinentibus; &, veritate per eos diligenter inquiſita, condempnandi eos, quos viderint condempnandos, ad emendationem damnorum hujuſmodi faciendam.

Ita tamen quod ea, quæ emendanda ſunt, ex virtute & forma cirographi, ſuper emendatione facienda confecti (à nobis hominibus præfati Comitis) aut cujuſlibet conventionis, primitus emendantur antequam ad alia procedatur, ſi appareat Epiſcopis & Subdecano prædictis quod, ex virtute & forma cirographi, ſit hominibus dicti Comitis emendatio primitùs facienda.

A.D. 1254.

Et, ſi aliqua quæſtio orta fuerit, aut etiam oriatur inter nos & ipſum Comitem, ſuper hiis ad quæ dicit pars Comitis nos teneri, ex virtute & forma cirographi, confecti ſuper damnis hominibus dicti Comitis emendandis à nobis, conſentimus ac volumus nos, & Comes prædictus, quod præfati Epiſcopi unà cum Subdecano de dicta quæſtione cognoſcant, & eam determinent ſecundum quod eis videbitur decidenda; & dictum eorum tàm ſuper hoc, quàm ſuper prædictis, de quibus habent cognoſcere, ſervabimus bona fide.

Si vero contingeret dictos Epiſcopos atque Subdecanum ſuper prædictis in aliquo diſſentire; ita quod duo conſentirent in uno & in eodem, duo alii diſſentirent, nos & præfatus Comes quintum eligemus Altiſidor. Epiſcopum, per quem, una cum duobus prædictorum ad minus, hujuſmodi diſſenſio ſopiatur: Et bona fide ſervabimus & tenebimus dictum ejus & aliorum duorum cum quibus conſentiet, & faciemus ſervari.

Conſentimus inſuper & volumus quod, ſi aliquem, de prædictis Epiſcopis & Subdecano mori vel abeſſe contigerit, ita quod non poſſit intendere negotio memorato, quod nos alium, loco ipſius quem ad hæc agenda poſuimus, in caſu prædicto ſubrogare poſſimus; & ſimile de ſuis poſſit facere dictus Comes.

Et eſt aſſignata dies ad procedendum ſuper prædictis de communi aſſenſu, dies Martis in quindena Nativitatis beatæ Mariæ apud Coniac.

Eodem modo ſcribit Dominus Comes Tholoſ. mutatis nominibus, & mittet ad diem, quem Dominus Rex elegerit, per ſuos illam ſcripturam, ſigillo ſuo ſignatam.

De Fœdere cum Alfonſo Rege Caſtellæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. L.B. f. 269. penes Camer. Scaccar.

OMnibus præſens ſcriptum viſuris Willielmus Prior de Manſ. ſalutem.

Noveritis quod, cum illuſtris Dominus Henricus, Dei gratiâ Rex Angliæ, ratione pactorum, contentorum in formâ pacis, initæ inter illuſtrem Regem Caſtellæ, & prædictum Dominum Regem Angliæ, tenetur ſatisfacere omnibus hominibus de Regula de dampnis eis illatis, cauſa prædicti Regis Caſtellæ;

A.D. 1254.

Ego Prior prædictus, in quem populus dictæ villæ ſuam, in hac parte, tranſtulit poteſtatem, circa expeditum & tracta-

A.D. 1254. Hen. 3.

tractatum eorum, quæ cum dicto Domino Rege Angliæ habebant expedire, ratione pacis prædictæ, de prudentum conſilio,

Pro honore memorati Domini Regis Angliæ, & utilitate jam dictæ villæ, & pro optinenda pace & gratia ejuſdem Domini Regis, & Domini Edwardi illuſtris primogeniti ſui & hæredis, & pro gratia, quam Dominus Rex fecit Gayllardo de Solia & amicis ſuis, de ingreſſu Civitatis Burdegal. & aliorum locorum in quibus habitare conſueverant, & pro reſtitutione hæreditatum ſuarum in locis ipſis, prout continetur in littera Domini Regis exinde eis conceſſa,

Auctoritate prædicta, a dicto populo mihi commiſſa, remiſi dampnorum prædictorum emendam Domino Regi Angliæ ſupradicto.

In cujus rei teſtimonium ego, dictus Prior, ſigillum meum præſentibus litteris duxi apponendum.

Nos vero Lupus, Dei gratia, Marrochican. Epiſcopus, & Garſias Martini prædictis interfuimus, in teſtimonium eorumdem; & una cum ſigillo dicti Prioris, ſigilla noſtra præſentibus fecimus apponi.

Datum Burdegal. menſe Auguſti, anno Domini 1254.

A.D. 1254. Hen. 3.

De Aſſenſu Regis in Matrimonium cum ſorore Regis Caſtellæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3.
Vaſcon. Pat. 37. & 38. H. 3. p. 2. m. 8.

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, univerſis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem.

Quoniam, ad Regni noſtri & eorum, qui ditioni noſtræ ſunt ſubjecti, tranquillitatem & pacem, non ſolum modernis, ſed etiam futuris temporibus obſervandum, prout Regiam decet Majeſtatem, libenter intendimus;

Univerſitati veſtræ notum facimus quod, affectione non modica erga Dominum Alfonſum illuſtrem Regem Caſtellæ concepta, ad utriuſque Regni, tam ſui, quam noſtri decus & ſubſidium, & ad propoſitum, tàm ſuum, quam noſtrum, ampliandum, cupientes mutuæ dilectionis nexibus obligari, cum ipſo per modum fœderis conjugalis amicitiam duximus contrahendam:

Ad quod negotium proſequendum Procuratorem noſtrum & Nuncium Johannem Manſel, Cancellarium London. ac Præpoſitum Beverlaci, Secretarium noſtrum & fidelem, ad ipſius Regis præſentiam duximus deſtinandum.

Cui, tenore præſentium, plenam damus poteſtatem ad conſentiendum, pro nobis, & quantum in nobis eſt, in matrimonium contrahendum inter Edwardum primogenitum & hæredem noſtrum, & reverentiſſimam puellam, Aleonoram prædicti Regis Caſtellæ ſororem, quam intimæ dilectionis amplexamur affectu; ita quidem quod quicquid ab eodem Johanne, circa hoc negotium proſequendum, factum fuerit, perinde valeat & finaliter ac ſi omnia, dictum conſenſum & contractum contingentia, à nobis corporaliter præſentibus fierent.

A.D. 1254.

Cujus factum & tractatum, per has literas noſtras Patentes, nos ratum & firmum promittimus habituros; dicto Johanni Manſell, Secretario noſtro, plenam dantes poteſtatem in animam noſtram præſtandi cujuſlibet generis Sacramentum, quod ad prædicti negotii proſecutionem & omnium aliorum, dictum negotium tangentium, fuerit neceſſarium; quæ omnia nos fideliter obſervaturos promittimus, omni ſpecie calumpniæ circumſcripta.

Et ſi forte, quod abſit, dictus Johannes Manſell, Secretarius noſter, in via deficiat, loco ſuo dilectum & ſpecialem Clericum noſtrum Magiſtrum Johannem Clarel ſubſtituimus; eidem in omnibus dantes poteſtatem, circa negotium proſequendum, quam prædicto Johanni Manſell dedimus, & præſcripſimus ſub forma ſuperius declarata.

Teſte meipſo apud Burdigalam, viceſimo ſecundo die Auguſti, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

De

Littera Regis de Conceſſionibus Edvardo filio, ſub magno ſigillo conſignandis.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. L.B. f. 214. b. penes Camerar. Scaccar.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis, quod concedimus & bona fide promittimus kariſſimo conſanguineo noſtro Domino Alfonſo, illuſtri Regi Caſtellæ & Legionis, quod, quàm cito copia magni ſigilli noſtri Angliæ haberi poterit, omnes donationes, conceſſiones, & quietas clamantias, quas fecimus Edwardo, Filio noſtro primogenito & hæredi, de terris, caſtris, & aliis poſſeſſionibus quibuſcunque, prædicto magno ſigillo faciemus conſignari.

In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris Sigillum noſtrum duximus apponendum.

Teſte meipſo apud Burdegalen. 22 die Auguſti, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

A.D. 1254.

De quibuſdam Secretis Regi Scotiæ reſerandis.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Pat. Vaſc. 37. & 38. H. 3. m. 8. p. 2.

REX miſit Simonem de Monteforti Comitem Leyceſtriæ ad Regem Scotiæ, in cujus ore poſuit quædam Secreta, de quibus ſollicitus fuit eidem Regi reſeranda:

Et mandatum eſt eidem Regi quod hiis, quæ idem Comes ei exponet, ex parte Regis, fidem adhibeat.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Burdeg. 25 die Auguſti.

Per J. Maunſell.

A.D. 1254.

De Dote Alienoræ ſorori Regis Caſtellæ aſſignata per voluntatem Henrici Regis.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. L.B. fol. 50. b. Penes Camerar. Scaccar. Pat. 38. H. 3. p. 2. m. 8.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, ſalutem.

Notum fieri volumus quod (ſi Dominus Alfonſus illuſtris Rex Caſtellæ & Legionis, conſanguineus noſter kariſſimus, non fuerit contentus de Dote, per noſtram voluntatem aſſignata inclytæ puellæ Alienoræ, ipſius Regis germanæ; vel ipſa Alienora non fuerit inde contenta in Villis & Caſtris de Stanford, Grantham, de Pecco, de Tichull) nos, per has literas noſtras, promittimus & concedimus quod Edwardus, filius noſter & hæres, aſſignet Alianoræ mille libratas terræ, nomine dotis in locis competentibus;

Et, cum ſublimata fuerit in Reginam, volumus dotem ſuam augeri de quingentis Mercatis terræ; &, ſi de nobis humanitùs contingat, antequam completum fuerit quod in hac litera promittitur, nos & hæredes noſtros obligamus ad hoc idem faciendum,

In cujus rei teſtimonium, tàm nos, quàm prædictus Edwardus, huic ſcripto Sigilla noſtra apponi fecimus.

Teſte meipſo apud Burdegalam, 26 die Auguſti, anno Regni noſtri 38.

A.D. 1254.

De Catallis Gaſtonis de Byarn arreſtandis.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Vaſc. Clauſ. 37. & 38. H. 3. m. 20.

MAndatum eſt majori & probis hominibus de Baion, per literas Regis Patentes, quod, ſicut honorem Regis & ſuum diligunt, omnia bona & Catalla, quæ ſunt Gaſtonis de Byarn & hominum ſuorum, & quæ

A.D. 1254.

A.D. 1254. Hen. 3. quæ inveniri poterant in poteſtate eorum, & quandocunque, arreſtari faciant, & ſalvo cuſtodiri, donec a Rege aliud habuerint in Mandatis, & hoc de Conſilio Galfridi de Bello campo. A.D. 1254. Hen. 3.

Teſte Rege in Caſtris de Keyal. 9 die Septembris, anno, &c. 38.

Bulla pro Mercatoribus Senenſ. de pecunia, Electo & Capitulo Caſſellen. mutuo data.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ex Autogr. Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Magiſtris Alexandro de Ferentin, & Berardo de Nimpha, Capellanis noſtris, in Anglia commorantibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. A.D. 1254.

Significarunt nobis Bonifacius Bonſignoris, Bernardinus Proſperini, & Aldebrandus Ildebrandi, ac eorum Socii, Cives & Marcatores Senenſes, quòd ipſi dilectis filiis Magiſtro Johanni Capellano noſtro Theſaurario, & Kyrano Canonico Caſſellenſi & Dioniſio presbytero, procuratoribus dilectorum filiorum Electi & Capituli Caſſellen. renunciantibus conſtitutioni de duabus dietis editæ in concilio generali, & omnibus litteris, ac indulgentiis a ſede Apoſtolica impetratis, ac etiam impetrandis, quaſdam mutuarunt pecuniæ ſummas, certis loco & termino perſolvendas eiſdem, prout in publicis inſtrumentis exinde confectis pleniùs dicitur contineri.

Nos igitur hujuſmodi renunciationem, ab ipſis Procuratoribus factam, ratam habentes, ac illam auctoritate Apoſtolica confirmantes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus, ſi dicti Electus & Capitulum, ac ſucceſſores ipſius Electi, a vobis moniti de pecunia ipſa, infra duos menſes poſt monitionem veſtram faciendam, poſt terminum ſupradictum, juxta tenorem inſtrumentorum prædictorum nulla alia certitudine vel probatione, præter ipſa inſtrumenta, ſuper præmiſſis exacta, ſublata etiam neceſſitate probandi, quod pecunia ipſa in utilitatem Caſſellenſis Eccleſiæ ſit converſa, prætextu alicujus conſtitutionis canonicæ vel civilis, non ſatisfecerint mercatoribus ſupradictis,

Vos extunc in eundem Electum vel ſucceſſorem ſuum qui tunc temporis fuerit, ac Decanum Sacriſtam & Cellararium, ac alios de Capitulo excommunicationis ſententiam auctoritate noſtra promulgare curetis.

Capitulum verò appellatione poſtpoſita, interdicto ſubjiciatis, & faciatis ipſos, tamdiu, appellatione remota, in locis, in quibus expedire videritis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, excommunicatos nunciari publice, ac ab omnibus artius evitari, donec eiſdem Mercatoribus, de dictis ſummis pecuniæ, cum juſtis & moderatis expenſis, & congrua reſtauratione dampnorum, uſuris omnino ceſſantibus, juxta continentiam inſtrumentorum prædictorum, fuerit integrè ſatisfactum.

Si vero idem Electus, & alii de Capitulo per duos Menſes in hujuſmodi excommunicatione permanſerint, vos eos extunc ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium ſuſpendere procuretis, præfigentes eis terminum peremptorium competentem quo Electus perſonaliter, & Capitulum, per procuratorem, Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent, pro meritis recepturi.

Non obſtante conſtitutione prædicta; ſive ſi eiſdem Electo & Capitulo ab eadem ſit ſede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint; quodque extra ſuam Civitatem, Dioceſin, vel Provinciam in cauſam trahi, vel ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas, plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum non facientes de indulto hujuſmodi mentionem.

Terminum autem, quem eis præfixeritis, & quicquid inde feceritis, nobis veſtris litteris, harum ſeriem continentibus, ſtudeatis fideliter intimare.

Quod, ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrûm ea nichilominus exequatur.

Dat. Anagniæ, 5 Id. Septembr. Pontificatûs noſtri anno duodecimo.

Sub filo canabeo.

De inquirendo ſuper Homagio Giraldi Armanaci quondam Johanni Regi præſtito.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Pat. Vaſcon. 37, 38. H. 3. m. 5. d. p. 2.

NOverint univerſi quod ego Giraldus de Armanaco, Comes Armanaci, & Feſenc. Promiſi Henrico Regi Angliæ quod, ad probandum homagium, quod fecit Giroldus de Armanaco, quondam Patruus meus bonæ memoriæ, Domino Johanni quondam Patri Domini Henrici Regis Angliæ, inquiram & referam fideliter per litteram meam Patentem, ſigillatam ſigillo meo, omnem quam bono modo potero veritatem; & hoc promiſi eidem in fidelitate, qua ſibi teneor, fideliter me facturum.

Datum apud Burdegal. anno Domini 1254. in octabis Nativitatis beatæ Mariæ Virginis.

De Conventione inter Regem & Giraldum hodiernum ſuper Recognitione homagii ſupradicti, & pro homagio ſuo.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Ibidem.

NOverint univerſi & ſinguli, præſentem paginam inſpecturi, quod Giraldus de Armanaco, in præſentia illuſtris Henrici Regis Angliæ conſtitutus, ſpontaneus recognovit quod Giraldus de Armanaco, quondam Patruus ſuus, fecit homagium & juramentum bonæ memoriæ Domino Johanni, quondam Patri dicti Henrici Regis Angliæ, pro Comitatibus Armanac. & Frenſenc. pro quibus Comitatibus & quibuſdam aliis dictus Giraldus fecit dicto Domino Henrico Regi Angliæ homagium & juramentum.

Pro dicta vero recognitione & homagio, quod ipſe Giraldus fecit dicto Regi Angliæ, dedit & quitavit dictus Dominus Rex dicto Giraldo omnes denarios, ſeu ſummas pecuniarum, in quibus dictus Giraldus tenebatur Eſchivaco de Chalbeneys Comiti Bigor. (quas pecunias Dominus Rex ſolverat Eſchivaco prædicto) & quicquid dictus Dominus Rex poterat, ratione expenſarum factarum, repetere a dicto Giraldo, vel hæredibus, vel ſucceſſoribus ſuis.

Dictus verò Giraldus, pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, promiſit, ſub incurramento dictorum Comitatuum, quod nunquam ab homagio, ſeu fidelitate dicti Domini Regis, vel hæredum ſuorum recedet: Quod incurramentum latum haberet, niſi infra ſpatium trium menſium computandorum a die receſſus, ad obedientiam & fidelitatem ipſius rediret.

Et ſciendum, quod omnes Milites Armanac. & Feſenc. juraverunt & promiſerunt, pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, Domino Henrico, pro ſe, & ſuis, poſt ipſum, quod, ſi dictus Giraldus a fidelitate dicti Domini Regis recederet, eſſent intendentes dicto Domino Regi, niſi dictus Giraldus ad obedientiam & fidelitatem dicti Domini Regis, infra terminum ſuperius nominatum redeat; & ſuper hoc prædicti Milites dederunt literas ſuas patentes dicto Domino Regi, ſigillatas ſigillo ſuo; &, qui ſigillum non habebant, dederunt cartam ſuam ſcriptam per manum Tabellionis;

Et hoc idem juravit Communitas de Nogerall. & dedit ſuper hoc litteras ſuas, ſigillatas ſigillo communi.

Hoc idem fecerunt homines Auxitan. & illi de Elya, & Aubiek, & de Giguir, & de Bik. & de Aynarg, & de Spans, & de Bic.

Et ſciendum quod omnes proximò nominati, quorum Communitas non habebat ſigillum, dederunt ſuper hoc Cartam Tabellionis.

Dictus vero Rex tenet le Capcoſted, cum tota villa de Laverding, uſque ad quinquennium, a die facti homagii computandum, ad expenſas proprias; quo termino, ipſo Giraldo ſtante in fidelitate Domini Regis, dictus Dominus Rex debet reddere ipſam fortaliciam, ſive le Capcoſted, cum villa, non deterioratam dicto Giraldo; nec imputabit ſi quas meliorationes fecerit in ipſo capite Caſtri, vel in Villa.

Et ſciendum quod Dominus Rex promiſit dicto Giraldo, quod ipſum juvabit & defendet, tanquam hominem ſuum ligium, in prædictis Comitatibus, & aliis feodis, quæ tenet ab eo, contra omnem hominem, quamdiù dictus Giraldus erit

A.D. 1254. Hen. 3. paratus facere jus coram dicto Domino Rege, vel mandato ipſius.

Ad hoc ſciendum quod Dominus Rex, pro aliquo facto præterito, ante diem dicti homagii, non debet compellere dictum Giraldum, vel aliquem, de ſuis, de Comitatibus prædictis, ad reſpondendum ſuis querelantibus de rapinis, factis ante diem homagii (niſi ſecundum quod prius deberet diſtringere, antequam feciſſet homagium) præterquam pro treugâ, initâ inter ipſum, & Vicecomitem Leoman.

Et, ſi pro aliquo facto futuro Dominus Rex, vel alius conquereretur de ipſo Giraldo, ipſe Giraldus, cum ſit de Curia Sancti Severi, faciet quod debebit facere, ſecundum uſus & conſuetudines Curiæ Sancti Severi.

Et, ſi nollet ſtare judicio Curiæ dictæ, tunc Milites, & omnes alii, & eorum Hæredes, & Succeſſores, tamdiu ſint intendentes Domino Regi, & Hæredibus ſuis, donec de commiſſis fecerit ad judicium Curiæ ſupradictæ.

Et ſciendum quod ipſe Giraldus de Armanaco recognovit, quod Milites Caſtrorum & Burgorum Armanac. & Feſenc. de ſpeciali mandato ſuo, juraverunt Domino Regi Angliæ, in formâ ſuperius ſcripta; quibus mandavit & injunxit quod, ſi in aliquo caſu veniret contra homagium & fidelitatem, Domino Regi, & ſuis hæredibus præſtitam, tamdiu eſſent intendentes Domino Regi, donec ad ipſius Regis fidelitatem rediret ipſe Giraldus: Et hoc infra terminum trium menſium ſuperius nominatum; &, niſi infra ipſum terminum rediret ad ipſius fidelitatem, extunc ad obediendum, & intendendum imperpetuum Domino Regi, & Hæredibus ejus remanent ipſi, & Hæredes, & Succeſſores obligati. A.D. 1254. Hen. 3.

Et in teſtimonium omnium prædictorum nos H. Dei gratia Rex Angliæ huic ſcripto, remanenti penes dictum Giraldum de Armanac. ſigillum noſtrum duximus apponendum, decimo quinto die Septembris, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

De conceſſionibus Edvardo Regis filio in Hibernia.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. L.B. f. 215. b. Penes Camerar. Scaccar.

Henricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod dedimus & conceſſimus Edwardo filio noſtro omnia debita, & arreragia debitorum quæ nobis debentur in Hibernia, & quæ nos quacumque ratione exigere poſſemus a quocumque tempore, & de quibuſcumque exitibus, ſeu proventibus ad nos in Hibernia pertinentibus; ſalvis tamen nobis omnibus exitibus provenientibus de cuſtodiis, & vacationibus Eccleſiarum Cathedralium, Crocearum & Abbatiarum terræ Hiberniæ, quos in manu noſtra retinuimus, quando eidem Edwardo dedimus prædictam terram Hiberniæ.

Dedimus etiam & conceſſimus eidem Edwardo omnes exitus, qui provenerunt de eadem terra poſtquam primo dedimus eidem terram prædictam; videlicet, tàm de terris illis, quas ei primo dedimus in ipſa terra Hiberniæ, quàm de aliis, quas in manu noſtra retinueramus, & eas ei poſtea donavimus per cartas noſtra, quas inde habet a tempore datæ earundem cartarum. A.D. 1254.

Quos quidem exitus eidem Edwardo, vel certo Attornato ſuo, per alias litteras noſtras patentes, Johanni Filio Galfridi Juſticiar. Hiberniæ, & ejus locum Tenenti in Hibernia, & Theſaurariis, ac Baronibus noſtris de Scaccario Dublinenſi directas, integre reſtitui præcepimus.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes.

Teſte meipſo apud Burdegal. decimo octavo die Septembris, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

Littera Papæ de commutando voto de Terra ſancta in paſſagium ad partes Affricæ.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Clauſ. 37. & 38. & Princ. 39. H. 3. m. 2. d.

DOmino Papæ.

Quia ſcimus vos pacem & tranquillitatem Regum & Regnorum, & præcipue inter nos & Regem Caſtellæ ſpecialiter affectare, Sanctitati veſtræ volumus eſſe notum quod cum eodem Rege perpetuæ pacis & amicitiæ fœdus inivimus peroptatum.

Et, cum inter cæteras conditiones, in ordinatione & firmatione dictæ pacis appoſitas, promiſerimus dicto Regi quod diligenter inſtabimus erga vos, & procurabimus bonâ fide quod paſſagium, quod ratione Crucis aſſumptæ dirigere proponimus in Terram ſanctam, ad partes Affricæ transferatur, & votum noſtrum ibidem compleatur de veſtra gratia ſpeciali;

A.D. 1254.

Paternitati veſtræ ſupplicamus quatinus, peregrinationem noſtram ſub forma prædicta, tranſmutantes, eaſdem, ſi placet, conditiones & indulgentias concedatis quibus gaudere debeamus in ſubſidio Terræ ſanctæ;

Pro quo negotio procurando Magiſtrum Willielmum de Fraxino ad veſtræ Sanctitatis præſentiam deſtinamus, qui ſuper dicta pace & aliis circumſtantiis vos poterit, ex parte noſtra, reddere certiores:

Et, ſuper præmiſſis & aliis, nobis, per eundem, ſignificetis veſtræ beneplacitum voluntatis.

Teſte apud Burdeg. decimo octavo die Septembris.

De Principatu Capuæ Thomæ de Sabaudia per Edmundum Regem Siciliæ conceſſo.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Pat. Vaſcon. 37. & 38. H. 3. p. 2. m. 2.

REX Archiepiſcopis, &c. & omnibus aliis Chriſti fidelibus, præſentem paginam inſpecturis, ſalutem.

Cum Edmundus, Dei gratiâ, Siciliæ Rex, natus noſter, de aſſenſu & voluntate noſtra, dederit & conceſſerit, per cartam ſuam, dilecto avunculo noſtro Thomæ de Sabaudia Comiti, pro homagio & ſervitio ſuo, Principatum Capuæ, cum omnibus apendiciis & pertinentiis ſuis, cum omnibus honoribus, juribus, exactionibus, & cum omnibus aliis libertatibus & liberis conſuetudinibus, ad Principatum illum pertinentibus, ſine aliquo retinemento dicto Thomæ & hæredibus ſuis utriuſque ſexus inperpetuum poſſidendum;

A.D. 1254.

Nos, donationem & conceſſionem illam ratam habentes & gratam, ſimiliter concedimus & confirmamus, ſicut in carta prædicta plenius & evidentius continetur.

Hiis Teſtibus,

Petro de Hereford Epiſcopo,
Petro de Sabaudia,
Petro Chacep. Archidiacono Wellenſi,
Henrico de Wengham, Decano Sancti Martini magni London.
Radulpho filio Nicholai,
Ricardo de Grey,
Johanne de Grey,
Roberto Walerand. Seneſc. noſtro, & aliis.

Ad horum omnium & ſingulorum evidentem memoriam & robur irrevocabile inpoſterum valiturum, præſenti cartæ ſigillum noſtrum, quo utimur in Waſconia, duximus apponendum.

Datum per manum noſtram apud Burdeg. tertio die Octobris, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

De

A.D. 1254.
Hen. 3.

De conceſſionibus prius Edwardo primogenito factis ſub parvo ſigillo, jam ſub magno ſigillo confirmatis.

A.D. 1254.
An. 38. *H.* 3.
L. B. f. 215. *penes Camer. Scaccar.*

HEnricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Univerſis, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, ſalutem. Sciatis nos dediſſe, conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe Edwardo, filio noſtro primogenito & hæredi, totam Hiberniam, *&c. ut in conceſſione de* 14 *Febr. deinde ſic.*

Iſtam autem donationem & conceſſionem, quam fecimus per parvum ſigillum noſtrum quo utimur in Vaſcon. iteratò facimus, innovamus, concedimus, & irrevocabiliter, quantumcumque poſſumus, ratificamus per magnum Sigillum noſtrum.

In cujus rei teſtimonium dictum magnum Sigillum noſtrum præſenti cartæ apponi fecimus.

Præſentibus Teſtibus,

Venerabili Patre Petro Hereford. Epiſcopo,
Petro de Sabaud.
Johanne filio Galfridi, Juſticiar. Hiberniæ,
Radulpho filio Nicholai,
Henrico de Wyngham, & aliis.

Datum per manum noſtram apud Burd. undecimo die Octobris, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

Carta, per quam Henricus Rex confirmavit Edwardo filio ſuo donationem prius ei factam, de omnibus terris, & tenementis, & omnibus aliis rebus, in tranſmarinis partibus.

A.D. 1254.
An. 38. *H.* 3.
L. B. fol. 200. *a. penes Camerar. Scaccar.*

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus Chriſti fidelibus, præſentes litteras viſuris vel audituris, ſalutem.

Sciatis nos totum jus & clamium, quod habuimus, vel aliquo modo habere potuimus in omnibus terris, Civitatibus, Burgis, Caſtris, & omnibus aliis locis occupatis, ſeu, quolibet alio modo, ablatis progenitoribus noſtris, & nobis per Reges Franciæ, *&c. ut in Carta de* 18 *Febr. deinde hoc modo.*

Iſtam autem donationem & conceſſionem, quam fecimus per parvum ſigillum noſtrum, quo utimur in Waſcon. iteratò facimus, innovamus, concedimus, & irrevocabiliter, quantumcumque poſſumus, ratificamus per magnum ſigillum noſtrum.

In cujus rei teſtimonium dictum magnum ſigillum noſtrum præſenti Cartæ apponi fecimus.

Præſentibus Teſtibus,

Venerabili Patre Petro Herefordiæ Epiſcopo,
Petro de Sabaudia,
Johanne filio Galfridi, Juſticiario Hiberniæ,
Radulpho filio Nicholai,
Henrico de Wingeham, & aliis.

Datum per manum noſtram apud Burdegalem, undecimo die Octobris, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

Confirmatio

Confirmatio Cartæ de ſuppletione 15000 Marcarum per annum ſub ſigillo magno.

A.D. 1254. An. 38. H. 3. Lib. B. fol. 111. a. penes Camerar. Scaccar.

Henricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus Chriſti fidelibus, præſentes litteras viſuris vel audituris, ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus Edwardo, filio noſtro primogenito, & hæredi, quod ſi terra Vaſconiæ, & aliæ terræ, quas, per Cartam noſtram, ei dedimus in Hibernia, & Anglia, & alibi, *&c. ut in Carta Conceſſ. de* 18 *Febr. deinde ſic*,

Iſtam autem donationem & conceſſionem, quam fecimus per parvum ſigillum noſtrum, quo utimur in Vaſconia, iteratò facimus, innovamus, concedimus & irrevocabiliter, quantumcumque poſſumus, ratificamus, per magnum ſigillum noſtrum.

In cujus rei teſtimonium dictum magnum ſigillum noſtrum præſenti Cartæ apponi fecimus.

Præſentibus Teſtibus,

Venerabili Patre Petro Herefordenſi Epiſcopo,
Petro de Sabaudia,
Johanne filio Galfridi Juſticiario Hiberniæ,
Radulpho filio Nicholai,
Henricò de Wyngeham, & aliis.

Datum per manum noſtram apud Burdegal. undecimo die Octobris, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

De Confirmatione Cartæ de Terris Sabinæ de Orciato Edwardo primogenito.

D. 1254. 38. H. 3. B. fol. a. penes merar. ccar.

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod dedimus & conceſſimus Edwardo, filio noſtro primogenito & hæredi, omnes profectus, & totum emolumentum, *&c. ut in Carta de* 8 *April. deinde hoc modo.*

A.D. 1254.

Iſtam autem donationem & conceſſionem, quam fecimus per parvum ſigillum noſtrum, quo utimur in Waſcon. iteratò fecimus, innovamus, concedimus, & irrevocabiliter, quantumcunque poſſumus, ratificamus per magnum ſigillum noſtrum.

In cujus rei teſtimonium dictum magnum ſigillum noſtrum præſenti Cartæ apponi fecimus.

Præſentibus Teſtibus,

Venerabili Patre Petro Herefordenſi, Epiſcopo,
Petro de Sabaudia,
Johanne filio Galfridi Juſticiario Hiberniæ,
Radulpho filio Nicholai,
Henrico de Wengham, & aliis.

Datum per manum noſtram apud Burdegaliam, undecimo die Octobris, anno Regni noſtri triceſimo octavo.

Conceſſiones Henrici Regis Edvardo filio primogenito.

A.D. 1254. *An.* 38. *H.* 3. *Lib. B. fol.* 212. *a. penes Camerar. Scaccar.*

HEnricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitan. & Comes Andegaviæ, omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus, & bona fide promiſimus Edwardo filio noſtro primogenito, quod nulli viventi in mundo aliquas Wardas conferre poſſimus, *&c. ut in Carta de* 28 *Aug. deinde hoc modo,*

Iſtam autem donationem & conceſſionem, quam fecimus per parvum ſigillum noſtrum, quo utimur in Vaſconia, iteratò fecimus, innovamus, concedimus, & irrevocabiliter, quantumcunque poſſumus, ratificamus per magnum ſigillum noſtrum.

In cujus rei teſtimonium dictum magnum ſigillum noſtrum præſenti Cartæ fecimus apponi.

Præſentibus Teſtibus,

Venerabili Patre Petro Herefordenſi Epiſcopo,
Johanne filio Galfridi, Juſticiario Hiberniæ,
Radulpho filio Nicholai,
Henrico de Wingeham, & aliis.

Dat. per manum noſtram apud Burdegal. undecimo die Octobr. anno Regni noſtri triceſimo octavo.

De ſeiſina Regni Siciliæ nomine Regis & Edmundi recipienda.

A.D. 1254. *An.* 38. *H.* 3. *Pat. Vaſcon.* 37. & 38. *H.* 3. *n.* 10. *p.* 2. *m.* 2.

REX, Tutor Edmundi Regis Siciliæ, filii ejus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis de Regno Siciliæ, ſalutem.

Cum Dominus Papa nobis & prædicto Edmundo prædictum Regnum Siciliæ, cum omnibus appenditiis & pertinentiis ſuis liberaliter ſui gratia contulerit, dicto Edmundo & hæredibus ſuis inperpetuum poſſidendum;

Vobis mandamus firmiter injungentes quatenus H. Ebridunenſi Archiepiſcopo, & P. Herefordenſi Epiſcopo, vel eorum alteri, qui ad vos venerint, cum præſentibus, circa poſſeſſionem & ſeiſinam ejuſdem Regis, nomine noſtro & dicti Regis Siciliæ filii noſtri naſciſcendam & recipiendam, intendentes ſitis, obedientes & reſpondentes in omnibus, quæ ad nos & dictum Regem Siciliæ pertinent in Regno prædicto, donec aliud a nobis receperitis ſuper hoc in mandatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Burdeg. decimo quarto die Octobris.

De

Q

Vm regalis celsitudo uiros clare progeniei dignit. ac honoris te

ALFONSUS dei gra. Rex Castelle Tolet. Legion. Gallecie Sibille Cord

dem quem cingulo accinxim. militari inter ceteros orbis principes affectione multiplici

Castelle Legion. p presen. scriptum notum fieri uolumus uniuersis q. nos prefatum Eduardu

τ heredib. τ successorib. suis libere τ absolute omni exceptione remota quicquid iuri

ut quasi actionib. τ reb. aliis ratione donationis q. fecit ut fecisse dicitur dom. Henricus quondam Rex Angl. et

habem. ut habe debem. p successione supradcor. ut p collõne Regis Ricardi seu Regis Iohannis ut p collõne nob. ut aliq

habem. sup hoc a predcis ut aliq eorum promittim. bona fide dicto Eduardo restituere ut delere τ uolum. q

M. CC. Quinquagesimo quarto Et nos prenominat. Rex ALFONSUS unacum uxore nostra Regina YOLANT et cum f

τ in Algarbium. a que in hoc Priuilegio sunt expressa concedim. p nob. τ heredib. nris imppetuum ualitura τ ad maioris

conf. Infas Emric. conf. Infas Manuel conf. Infans Ferrandus conf. Infans ...... Filipp. ...... elect. ...... ecclie ......

Johns .... compostel .... Arc

Aboabdille abenazer Rex Granate uassall. dom. Regis conf. ..... Mahomat abenmahomat abenhut Rex Murc

Aparici. burgn. Eps.

Ecclia Palentina uacat

Mandus Segobien. eps.

Petrus Segobien. eps.

Egidi. Oxomen. eps.

Matheus Conchen. eps.

Benedictu. Abulen. eps.

Aznari. Calagũtan. eps.

Lupus electus Corduben.

Adam Plazentin. eps.

...sus Jaben. eps.

Frat. Petr. Carthagen. eps.

Petr. Johis magister milicie de Calatraua.

Aluari. ......

Alffons. lupi.

Roderic. gomez ...

Sym ......

Alffons. ......

Ferrand. rodici ... astre.

Petr. ......

Run. guillum.

Petrus guzman.

...icus gonçalui nunnor.

Roderic. aluari.

Ferrand. garsie.

Alffons. garsie.

Didac. gomez.

Gomec. rodici.



Didac. lupi de Calze do maior merin. in regno Castelle conf. Roderic. lupi Almirag. Mar

... tempore illos tam precipue qui sibi ex consanguinitate uel affinitate sunt coniuncti et inueniunt in beneplacitis promptiores Idcirco nos
... Cordube Murcie et Jahen Inclitum et carissimum affinem et sororium nostrum Aduardum illustris Regis Anglie primogenitum et here
... multiplici diligentes ac affectantes eundem dignis uirtutis honorare specialis gratie prosequimur et fauore Propter nos memoratus Rex
... Aduardum amplecti quadam prerogatiua gratie cupientes damus donamus cedimus seu quitamus pro nobis et heredibus nostris eidem Aduardo
... quid iuris habemus uel quasi habemus uel habere debemus in tota Vasconia uel in parte in terris possessionibus hominibus iuribus uel quasi dominus
... Anglie et Alienora uxor sua Alienore filie sue et bone memorie domino Alfonso Regi Castelle et quicquid iuris uel quasi ibidem
... aliquid eius ius ad nos pertineat factam a Regina Berengaria filia Alffonsi Regis et Regine Alienore et omnes cartas quas
... quod si inuente fuerint ex hac hora in antea sint uacue et casse Facta carta apud Burgos Regis exp prima die Nouembris Anno domini
... cum filia nostra Infante Berengaria Regnans in Castella Toleto Legione Galletia Sibilla Corduba Murcia Jahenno Badallocio Baecia
... maioris roboris firmitate hoc priuilegium communitum nostro sigillo aureo roborauimus Infans Alffonsus dominus Molline conf. Infans Fredericus conf.
... Hyspalensis conf. Infans Sancius electus ecclesie toletanus conf.
... Archiepiscopus conf.
... Murcie uassallus domini Regis conf. Almaffor Rex Niebule uassallus domini Regis conf.

Martinus ... Oxomensis electus conf.
Petrus Ouetensis episcopus conf.
Petrus zemorensis episcopus conf.
Petrus Salamantinus episcopus conf.
Petrus Astoricensis episcopus conf.
Leonardus ... uitatensis episcopus conf.
... ichael Lucensis episcopus conf.
Johannes Auriensis episcopus conf.
Egidius Tu...n episcopus conf.
Johannes ... endoniensis episcopus conf.
Petrus Cauriensis episcopus conf.
Frater Robertus Siluensis episcopus conf.
Pelagius petri magister
milicie Sancti Jacobi conf.

Rodricus alffonsi conf.
Martinus alffonsi conf.
Rodricus gomecii conf.
Roder ...
Fferrandus iohannis conf.
Johannes petri conf.
Martinus egidii conf.
Andreas pertigarius Sancti Jacobi
Gonzaluus remigii conf.
Rodericus roderici conf.
Aluarus didaci conf.
Pelagius petri conf.

... Maris conf.
Gonçaluus morant maior merinus in regno Legionis conf.
... in Gallecia conf.



[illegible]

militie de Calatrauaꝰ

Didacꝰ gomeciꝰ

Gomeciꝰ rodriciꝰ

Didacꝰ lupi de Calzedo maior merinꝰ in regno Castelle conf.

Garsias suerii maior merinꝰ in regno Murcie ꝯf.

Magister Fferrandꝰ dni Regis notariꝰ in ---stella ꝯf.

Rodericꝰ lupi Almiragi

Sanciꝰ martini de xod

Garsias petri Notariꝰ

Aluarꝰ garsie de Ffrom

5. a.


S: ALFONSI ILLVSTRIS REGIS CASTELLE ET LEGIONIS

6. a.



...uragi9 Maris conſ.

...e xodar prefect9 ffrontare, conſ.

...ari9 dni regis in va------ conſ.

...ffromeſta ſcripſit ;;

militie ſci Jacobi9

Goncaluus morant maior merin9 in regno Legiōis ꝯf.

Roderic9 ſuery maior merin9 in Gallecia ꝯf.

Suerius peti dni regis notari9 in regno Legionis ꝯf.

Tom. 1. Fol. 531.


S. ALFONSI ILLVSTRIS REGIS CASTELLE ET LEGIONIS

Tom. 1. Fol 53

CVm regalis celsitudo u

ALFONSUS dei gratia

dem quem cingulo accinximus militari

Castelle Legionis per presens scriptum notum

et heredibus et successoribus suis libere et ab

uel quasi actionibus et rebus aliis ratione donationis quam fecit uel fecisse di

habemus uel habere debemus per successionem supradictorum uel per collationem Regis Rica

habemus super hoc a predictis uel aliquo eorum promittimus bona fide dicto

M. CC. Quinquagesimo quarto Et nos prenominatus Rex ALFONSUS una

et in Algarbium uniuersa que in hoc Priuilegio sunt expressa concedimus per nos et

De Alfonſo Rege Caſtellæ, dimittente Edwardo primogenito Regis, quicquid juris habuit in Vaſconia.

A.D. 1254.
An. 39. H. 3.
Ex Autogr.

CUM Regalis Celſitudo viros claræ propaginis diligere ac honorare teneatur, illos tamen præcipue qui ſibi ex conſanguinitate vel affinitate ſunt conjuncti, & inveniuntur in beneplacitis ſuis promptiores:

Idcirco nos Alfonſus, Dei gratiâ, Rex Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galletiæ, Sibillæ, Cordubæ, Murciæ, & Jahen. inclitum & cariſſimum affinem & ſororium noſtrum Edvardum, illuſtris Regis Angliæ primogenitum & hæredem, quem cingulo accinximus militari, inter cæteros orbis Principes affectione multiplici diligentes & affectantes, eundem dignis meritis honorare, ipſum ſpeciali gratia proſequimur & favore.

Qua propter nos, memoratus Rex Caſtellæ, Legionis, &c. per præſens ſcriptum notum fieri volumus univerſis quod nos, præfatum Edvardum amplecti quadam prærogativâ gratiæ cupientes, damus, dimittimus, cedimus, ſeu quitamus, pro nobis & hæredibus noſtris, eidem Edvardo & hæredibus & ſucceſſoribus ſuis, liberè & abſolutè, omni exceptione remotâ, quicquid juris habemus, vel quaſi habemus, vel habere debemus in tota Vaſconia, vel in parte, vel in terris, poſſeſſionibus, hominibus, juribus, vel quaſi, dominiis, vel quaſi, actionibus & rebus aliis ratione donationis quam fecit, vel feciſſe dicitur, Dominus Henricus, quondam Rex Angliæ, & Alienora uxor ſua Alienoræ filiæ ſuæ, & bonæ memoriæ, Domino Alfonſo Regi Caſtellæ.

A.D. 1254.

Et quicquid juris, vel quaſi ibidem habemus, vel habere debemus per ſucceſſionem ſupradictorum; vel per collationem Regis Ricardi, ſeu Regis Johannis; vel per collationem nobis vel alii, cujus jus ad nos pertineat, factam a Regina Berengaria, filia Alfonſi Regis & Reginæ Alienoræ.

Et omnes Cartas, quas habemus ſuper hoc a prædictis, vel aliquibus eorum, promittimus bona fide dicto Edvardo reſtituere vel delere; & volumus quod, ſi inventæ fuerint, ex hac hora in antea, ſint vacuæ & caſſæ.

Facta Carta apud Burdos, Rege exprimante, prima die Novembris, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto.

Et nos, prænominatus Rex Alfonſus, una cum uxore noſtro Regina Yolana, & cum filiâ noſtrâ infante Berengaria, regnans in Caſtella, Toleto, Legione, Galetia, Sibilla, Corduba, Murcia, Jahenna, Vadallacio, Baccia & in Algarbia, univerſa, quæ in hoc privilegio ſunt expreſſa, concedimus pro nobis & hæredibus noſtris in perpetuum valitura.

Et, ad majoris roboris firmitatem, hoc privilegium, communitum noſtro ſigillo aureo, roboramus, *&c. ut in Tabella.*

Cyrographum per litteras Majuſculas diviſum de pace per Edwardum primogenitum Regis reformata inter Cives ſuos Baion: Necnon de Juramento per eoſdem ſuper hac præſtito.

A.D. 1254.
An. 39. H. 3.
Ex Autogr.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, amen.

Notum ſit omnibus, tàm præſentibus, quàm futuris, quod Dominus Edvardus, illuſtris Regis Angliæ primogenitus, & hæres, jam regnans in Vaſconia, ſicut Princeps & Dominus, deliberato conſilio, pro communi utilitate Baion. voluit, diſpoſuit, & præcepit ſuis fidelibus Civibus urbis Baion, quod facerent & reformarent inter ſe pacem & concordiam, ut eſſent unanimes de cætero & concordes, & urbe ſua ſubditi ſui pace perpetua fruerentur.

A.D. 1254.

Cujus diſpoſitioni & præceptis acquievit concorditer totus populus Baion. & omnes de Civitate prædicta, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, a quinto decimo anno & ſupra; &, prætactis ſacroſanctis Evangeliis, ſingulariter juraverunt quod nunquam facient ulteriùs conſpirationem, confratriam, confœderationem,

A.D. 1254.
Hen. 3.

rationem, conjurationem, ligationem, ſeu impriſiam aliquam, vel levatam; vel aliquod genus, ſeu ſpeciem, aut materiam impr*iſiæ vel levatæ modo* aliquo, vel *ingenio, ſeu* forma, alter contra alterum, aut ſuum Dominum naturalem.

Quod, quicumque per ſe, vel per alterum facere, vel conſentire, aut attemptare, præſumpſerit, punietur tanquam proditor & perjurus, & privabitur a vicinitate & habit*atione* prædictæ imperpetuum Civitatis.

Et ipſe, & omnes res ejus, tàm mobiles, quàm immobiles, incurrentur erga Dominum Edvardum, ad faciendum quicquid voluerit de eiſdem.

Renunciaverunt quoque omnes, & ſinguli in principio juramenti, omnibus confœderationibus & impriſiis, quaſcumque fecerant, tenuerant, vel habuerant cum aliquo extraneo, vel vicino; & quitaverunt ſe, & abſolverunt ſe ab omnibus pactis, conventionibus, ſeu ligamentis, quæ verbo, vel nutu, vel aſſenſu, ſeu juramento per ſe, vel per alium, credebantur feciſſe, vel conſpiraſſe alteri contra alteros, uſque modo.

Inſuper Cives inferius annotati juraverunt omnes & ſinguli ſuper Sancta Sanctorum in Baionenſi Eccleſia ſub hac forma,

EGO VERO JURO, concedo & obligo me Domino meo Regi Angliæ, & ejus primogenito Domino Edvardo, quod perſona mea, & omnia bona mea, tàm mobilia, quàm immobilia incurrantur, ſi contigerit me tranſgredi antedicta, quorum nomina ſunt hæc, Michael de Mans, Johannes Dardir, &c.

Iſti & omnes alii juraverunt quod erunt fideles, favorabiles, & benigni adjutores & auxiliatores, intendentes & reſpondentes, pro ſuo Legali poſſe, Majori, quem Dominus Edvardus, vel pater ejus, aut eorum ſucceſſores, vel eorum mandatum conſtituerit in Baion.

Voluerunt & conſenſerunt omnes Cives Baionen. pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis, quod hoc juramentum, pro ſupradictis omnibus fideliter obſervandis, renovetur ab univerſis Civibus Civitatis, qui pro tempore fuerunt, quolibet anno in principio Majoriæ.

Et, ut prædicta pacta & ſacramenta melius, & firmius, & fidelius in omnibus conſerventur, fecit fieri hoc Cyrographum, & dividi inter ſe, & dictos Cives ſuos, ſigillatum ex utraque parte ſigillo ſuo, & ſigillo Communiæ Baion. quod, quicumque præſumpſerit in aliquo violare, iram & indignationem ejus, & pœnam ſuperius ſcriptam ſe noverit incurſurum.

Act. Baion. menſe Novembri, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto,

Sub ſigillis Edvardi, & Communiæ Baion, pendent. a ſerico texto Variis Color.

De Officio magnæ Seneſcalciæ Regni Siciliæ, conceſſo per Papam Bertoldo Marchioni de Hohemburch ad vitam ſuam. Originalia, propter viarum diſcrimina, tuto mitti non poterant, ideo tranſcripta a Papa bullantur, ut ſic eandem vim habeant cum originalibus.

A.D. 1254.
An. 39. H. 3.
Ex Tranſſcrip. Bullato.

HOC eſt tranſcriptum cujuſdam privilegii Apoſtolici, cum ſubſcriptionibus Papæ & Cardinalium, conceſſi nobili viro Bertholdo, Marchioni de Hohemburch.

Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio nobili viro Bertholdo Marchioni de Hohemburch, fideli noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Clemens ſemper & mitis, in ſuis actibus, mater Eccleſia illum benignitatis, circa ſuos filios & ſubditos, tenet modum, ut tanquam vehementer in operibus pietatis exultans, & quaſi amœnas ſibi delicias extimans miſereri, eligat magis ſervare manſuetudinem, quam rigorem, & ignoſcere potius, quam ſævire.

A.D. 1254.

Undè, ſi culpam in quoquam reperiat vel offenſam, quia delectabile & jocundum eſt ſibi dimittere delinquentem, in pœnæ diminutione vel moderatione jucundum, libentius parcit, quam feriat, & plus ſe illi propitiam exhibet, quam ſeveram; ſcit & agnoſcit quod revera tunc egregiè de aliquo vindicta ſumitur, cum ei magnanimiter indulgetur.

Id enim in ſuis præcipue quærit & optat Eccleſia quod, in ſuo benigno collecti

lecti gremio, amore ac devotione proficiant, & in ſuorum dulcedine uberum continuè delectentur; quibus ſponte nos, in donis & gratiis, largifluos exhibemus, ut, benevolentia & liberalitate noſtra percepta, in noſtris & ejuſdem Eccleſiæ beneplacitis fortius roborentur.

Quia igitur ipſius eccleſiæ brachiis te totaliter commiſiſti, eam matrem & Dominam recognoſcens, tua firmata ſalubriter ad ipſius mandata & obſequia voluntate; nos, de hoc multo concepto gaudio, recipientes te in noſtram & apoſtolicæ ſedis gratiam, tibique omnes injurias & offenſas, quas nobis, & eidem ſedi, ac eccleſiæ intuliſti, totaliter remittentes, quoniam per te, in quo nobilitas generis, potentiæ induſtria, & alia pura digna laude concurrunt, honor, commodum, & exaltatio eccleſiæ poterunt efficaciter procurari, providimus perſonam tuam (præſertim cum dudum diligenter & multipliciter laboraveris Fredericum olim Romanorum Imperatorem, & C. natum ejus, ad ipſius devotionem ſedis attrahere; ac inter eos, & eccleſiam pacis fœdera reformare) donis honorare condignis, ejuſque ſtatum gratiis magnificis adaugere.

Hinc eſt quod, cum Regnum Siciliæ, cum omnibus diſtrictibus & pertinentiis ſuis, ad apoſtolicam ſedem plene pertineat, ſitque ad ejus dominium totaliter devolutum,

Nos, volentes te in illo prærogativa beneficiorum efferre, Officium magnæ Seneſcalciæ ipſius Regni, prout illud tempore prædicti C. habuiſti & exercuiſti, tibi, de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, auctoritate apoſtolica confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Ac inſuper, ut ipſum jure obtineas potiori, de novo concedimus, ex certâ ſcientiâ & gratiâ ſpeciali; ita quod illud, cum proventu unius unciæ auri, ad pondus Curiæ, cotidie tibi de noſtro pro expenſis, ubicunque in Regno ipſo fueris, perſolvendæ; & cum conſuetis ferculis panis, & vini menſuris, diebus tibi ſingulis, cum perſonaliter apud nos fueris, tribuendis; nec non & cum ſolitis juriſdictionibus, quantum ad cognitionem appellationum, & alia; & cum omnibus honoribus, dignitatibus, cunctiſque juribus ad idem officium pertinentibus (de quo per virgam rubeam, in eorundem fratrum noſtrorum præſentiâ, inveſtivimus) plene habeas & exerceas durante vitâ tuâ.

Nulli ergo omnino, &c.

Dat. Neapoli, 3 Non. Novemb.
Indict. 13.
Incarnat. Domin. anno 1254.
Pontificat. vero Domini Innocentii Papæ 4. anno duodecimo.

Sigillo plumbeo pendente a filo canabeo.

De ratificatione conceſſionum Comitatus Montis Caveoſi, &c. factarum Bertholdo Marchioni de Hohemburgh in Sicilia per Conradum.

A.D. 1254. *An.* 39. *H.* 3. *Ex Tranſc. Bullat.*

HOC eſt tranſcriptum cujuſdam privilegii Apoſtolici, cum ſubſcriptionibus Papæ & Cardinalium, conceſſi nobili viro Bertholdo, Marchioni de Hohemburch.

Innocentius, &c. *uſque ad hæc quæ ſequuntur,*

Nos volentes te in illo prærogativa beneficiorum efferre, conceſſiones de Comitatu Montis Caveoſi, & de Caſtri, & honoris ejus Baronia, & de Policorii Montis Pilioſi, Caurati, & Cilii de Gualdo Caſtris, factas olim tibi a prædicto C. ratas habendo, illas tibi tuiſque hæredibus (non obſtantibus quod idem C. erat tunc temporis vinculo excommunicationis adſtrictus, quodque alias poteſtatem conferendi vel concedendi taliter non habebat, & qualibet in te privationis dignitatis & honorum, aliorumque jurium ſententia per nos lata) de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ſupplentes defectum, ſiquis alias in ipſis conceſſionibus extitit, de noſtræ plenitudine poteſtatis.

Ac inſuper, ut tua erga nos & Eccleſiam magis creſcat devotio, & tu tuique hæredes præmiſſa firmius & efficacius habeatis, eaque potiori jure, ac pleniori ſemper integritate conſiſtant, Comitatum, Baroniam, & alia prædicta, cum Civitatibus, Caſtris, Villis, Caſalibus, hominibus, honoribus, &c.

Nulli ergo, &c.

A.D. 1254. Hen. 3. Dat. Neapoli per manum Guillielmi Magiſtri Scolarum Parmen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii, tertio Non. Novembr. Indictione decima tertia.

Incarnationis Dominicæ anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto. Pontificatûs vero Domini Innocentii Papæ quarti, anno duodecimo. A.D. 1254. Hen. 3.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

De mille & quingentis unciis auri conceſſis per Papam Bertholdo Marchioni de Hohemburgh percipiendis, ſingulis annis de proventibus doanarum.

A.D. 1254. An. 39. H. 3. Ex Tranſc. Bullat. HOC eſt tranſcriptum cujuſdam privilegii Apoſtolici cum ſubſcriptionibus Papæ & Cardinalium conceſſi nobili viro Bertholdo Marchioni de Hohemburch.

Innocentius, &c. *uſque ad hæc quæ ſequuntur.*

Nos, volentes te in illo prærogativa beneficiorum efferre, mille & quingentas uncias auri, de proventibus doanarum noſtrarum Baroli, Trani, & Bari percipiendas a te quoad vixeris annuatim, per doanarios noſtros, ſeu eorumdem proventuum collectores, a nobis inibi conſtitutos, perſonæ tuæ, de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, concedimus ex gratia liberali.

Ut quod tertia pars unciarum ipſarum in Kal. Decembris, & alia tertia in Kal. Aprilis, & reliqua in Kal. Auguſti tibi, annis ſingulis, a doanariis ipſis, & collectoribus integre perſolvantur. A.D. 1254.

Et, ſi forte doanarum earumdem proventus ad plenam unciarum ipſarum ſolutionem non ſuffecerint, defectus hujuſmodi de proventibus Sicle-Brunduſii ſuppleatur.

Nulli ergo, &c.

Dat. Neapoli, tertio Non. Novembris, Indictione decimâ tertiâ. Incarnationis Dominicæ anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto. Pontificatûs vero Domini Innocentii Papæ quarti, anno duodecimo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

De Comitatu Cotronen. in Sicilia, conceſſo Lodoyco, Germano Bertholdi, Marchionis de Hohemburgh, per Papam.

A.D. 1254. An. 39. H. 3. Ex Tranſc. Bullat. HOC eſt tranſcriptum cujuſdam privilegii apoſtolici cum ſubſcriptionibus Papæ & Cardinalium conceſſi Nobili viro Lodoyco Germano Nobilis viri B. Marchionis de Hohemburch. Innocentius, &c. *uſquæ ad hæc quæ ſequuntur.*

Nos, volentes te in illo prærogativa beneficiorum efferre, Comitatum Cotronen. cum Civitatibus, Caſtris, villis, Caſalibus, hominibus, honoribus, juribus, juriſdictionibus, jurepatronat. Conventualium, & non conventualium eccleſiarum, paſcuis, nemoribus, venationibus, pratis, poſſeſſionibus, terris cultis & incultis, aquis, aquarum decurſibus, juſticiis, & cum omnibus rationibus & pertinentiis ſuis, & cum hiis quæ ad merum & mixtum imperium pertinent, ea videlicet quæ ſunt de demanio, in demanium, & quæ ſunt de ſervitio in ſervitium, tibi, dictiſque hæredibus in perpetuum, de fratrum noſtrorum conſilio & conſenſu, in concambium pro Baronia Argentiæ Montisfortis, quam ex conceſſione quondam Conradi, nati quondam Frederici olim Romanorum Imperatoris obtines, concedimus & donamus ex certâ ſcientia & gratia ſpeciali; qualibet conſtitutione, generaliter vel ſpecialiter editâ, vel edenda, per quam infringi vel vacuari poſſet hæc noſtra conceſſio ſeu donatio, aut ei quomodolibet derogari, aliquatenus non obſtante. A.D. 1254

Ita quod nullus juſticiarius, nec quiſquam alius Officialis curiæ, major aut minor (excepto legato ſedis apoſtolicæ) in Comitatu ipſo aliquid quærere, vel exigere, aut ordinare, vel ſtatuere, ſeu poteſtate, ſive juriſdictione aliqua uti poſſit:

Set tu, iidemque hæredes, ea omnia, de quibus te, in prædictorum fratrum præſentia, per anulum inveſtivimus, immediate à Romanâ eccleſia integre habeatis & teneatis; nullum alium, præter ipſam, exinde ſuperiorem vel Dominum cognoſcendo.

Volumus

A.D. 1254. Hen. 3. Volumus autem ut, quotienſcumque ipſa Romana eccleſia generalem exercitum, pro defenſione Regni præfati, congregaverit vel indixerit, tu, dictique hæredes teneamini, pro Comitatu prædicto, ſex milites, armis & equis decenter munitos, ad ſerviendum per quadraginta dies in veſtris ſumptibus, eidem eccleſiæ, infra dicti Regni confinia, exhibere.

Nos quoque, ac eadem eccleſia te, ac ipſos hæredes, in prædicti Comitatus poſſeſſione manutenebimus, & contra omnes, qui vos moleſtaverint, impediverint, vel turbaverint ſuper illis, defenſione vobis aſſiſtere curabimus opportuna.

Et, ſi aliquem jus in eo, vel ipſius aliquo, ex ſucceſſione, donatione, emptione, permutatione, aut quocumque alio modo, vel titulo habere conſtiterit; nos de condigno illi concambio, vel tibi, priuſquam præmiſſa vel aliquod eorum dimittas, in eodem Regno ſtudebimus providere.

Nulli ergo, &c.

Dat. Neapoli, 3 Non. Novembr.
Indictione 13.
Incarnat. Dominicæ anno 1254.
Pontificatûs vero Domini I. Papæ 4. anno duodecimo.

Plumbeo Sigil. penden.
a Filo canabeo.

Bulla quod Rex feſtinanter mittat in Apuliam ad cuſtodiendam illam, aut oportebit Papam eam aliter concedere.

A.D. 1254. An. 39. H. 3. Ex Autogr.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Recepimus nuper tuas litteras, inter alia continentes quod venerabilem fratrem noſtrum Hereforden. Epiſcopum, pro arduo & occulto, quod ſcis, negotio ad perficiendum, pro parte tuâ, in eo quæ opportuna fuerint ad Sedem Apoſtolicam deſtinabas:

Sane ſcire te volumus quòd in re illâ bonum Eccleſiæ Dominus conceſſit initium, & proſperum ſibi, de ſuæ benignitatis affluentiâ continuæ, dat proceſſum.

Nam ab omnibus ibi devotè nobis intenditur, & mandata noſtra ſuſcipiuntur humiliter & ſervantur, cunctaque juxta noſtrum beneplacitum per Dei gratiam diſponuntur.

Sed, quia Eccleſia, propter ſui mollitiem & ſuavitatem Regiminis, vix poſſet diù in illis partibus efficaciter dominari, expedit prorſus quod ex parte tua omnis adhibeatur feſtinantia, & quælibet mora vel tarditas omittatur;

Quia, cum jam parata & directa ſint omnia, & procedant ad votum, de plano, & ſine laborioſâ difficultate rem habere poteris, eamque nos tibi, quaſi jam expeditam, celeriter & libere poterimus aſſignare.

Propter quod nullatenus differas, neque tardes, ſed præpares & acceleres, nullam in hoc pigritiam immiſcendo; quia conſuevit dilatio parere nocumentum;

Sciturus pro certo quod Eccleſia multum differre vel expectare non poſſet, quin ſuper re illa, & de concedendo ipſam alteri aliter provideret.

Ad hæc illa, quæ per dilectum filium Johannem Lettacoruum, Capellanum dilecti filii noſtri Ottoboni, Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, tibi ſignificavimus, efficere ſtudeas & complere.

Dat. Neapoli, 15 Kal. Decemb. Pontificatûs noſtri anno duodecimo.

Plumbeo Sigl. penden.
a Filo canabeo.

De Com. Theatini in Sicilia conceſſo per Papam Oddoni, Germano Bertholdi Marchionis de Hohemburgh.

A.D. 1254. An. 39. H. 3. Ex Tranſcr. Bullat.

HOC eſt Tranſcriptum cujuſdam privilegii Apoſtolici, cum Subſcriptionibus Papæ & Cardinalium, conceſſi Nobili viro Oddoni Germano Nobilis viri B. Marchionis de Hohemburch.

Innocentius, &c. *uſque ad hæc quæ ſequuntur.*

A.D. 1254. Hen. 3.

Nos, volentes te in illo prerogativa beneficiorum efferre, conceſſionem de Comitatu Theatini, & aliis quibuſque bonis, à quondam Conrado, nato quondam Frederici olim Romanorum Imperatoris, tibi factam, ratam habendo, illam tibi tuiſque hæredibus (non obſtantibus quod idem Conradus erat tunc temporis vinculo excommunicationis aſtrictus, quodque alias poteſtates conferendi vel concedendi taliter non habebat; & qualibet in te privationis dignitatis, & honorum, aliorumque jurium ſententia per nos lata) de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: Supplentes defectum, ſi quis alias in ipſis conceſſionibus extitit, de noſtræ plenitudine poteſtatis.

Ac inſuper, ut tua erga nos & eccleſiam devotio magis creſcat, & tu, dictique hæredes præmiſſum Comitatum, & alia firmius & efficacius habeatis, eaque potiori jure ac pleniori ſemper vobis integritate conſiſtant, Comitatum, & alia prædicta, cum Civitatibus, Caſtris, Villis, Caſalibus, Hominibus, Honoribus, Juribus, Juriſdictionibus, Jure Patronatus Conventualium, & non Conventualium Eccleſiarum, Paſcuis, Nemoribus, Venationibus, Pratis, Poſſeſſionibus, Terris cultis & incultis, Aquis, aquarum decurſibus, Juſticiis, & cum omnibus rationibus & pertinentiis ſuis, & cum hiis, quæ ad merum & mixtum Imperium pertinent, ea videlicet quæ ſunt de demanio in demanium, & quæ ſunt de ſervitio in ſervitium, tibi, dictiſque hæredibus in perpetuum, de Fratrum eorumdem conſilio & aſſenſu, de novo concedimus & donamus ex certa ſcientia & gratia ſpeciali; qualibet conſtitutione, generaliter vel ſpecialiter edita, vel edenda, per quam infringi vel vacuari poſſet hæc noſtra conceſſio vel donatio, aut ei quomodolibet derogari, aliquatenus non obſtante.

Ita quod nullus Juſticiarius, nec quiſquam alius Officialis Curiæ, major aut minor (excepto Legato Sedis Apoſtolicæ) in Comitatu, & aliis bonis prædictis aliquid quærere, vel exigere, aut ordinare, vel ſtatuere, ſeu poteſtate, ſive juriſdictione aliqua uti poſſit.

A.D. 1254. Hen. 3.

Set tu, iidemque Hæredes ea omnia, de quibus te, in prædictorum Fratrum præſentia, per anulum inveſtivimus, immediate à Romana Eccleſia integre habeatis & teneatis, nullum alium, præter ipſam, exinde ſuperiorem, vel Dominum cognoſcendo.

Volumus autem ut, quotienſcumque ipſa Romana Eccleſia generalem exercitum, pro defenſione Regni præfati, congregaverit vel indixerit, tu, dictique Hæredes teneamini, pro Comitatu prædicto & aliis, ſex Milites, armis & equis decenter munitos, ad ſerviendum per quadraginta dies, in veſtris ſumptibus, eidem Eccleſiæ, infra dicti Regni confinia, exhibere.

Nos quoque, ac eadem Eccleſia, te, ac ipſos Hæredes, in prædictorum Comitatus & aliorum bonorum poſſeſſione, manutenebimus, & contra omnes, qui vos moleſtaverint, impetiverint, vel turbaverint ſuper illis, defenſione vobis aſſiſtere curabimus oportuna.

Et, ſi aliquem jus in eis, vel ipſorum aliquo, ex ſucceſſione, donatione, emptione, permutatione, aut quocumque alio modo, vel titulo, habere conſtiterit, nos de condigno illi concambio, vel tibi, priuſquam præmiſſa vel aliquod eorum dimittas, in eodem Regno providere ſtudebimus.

Nulli ergo, &c.

Dat. Neopoli, 3 Non. Decemb.
Indictione 13.
Incarnat. Dominicæ anno 1254.
Pontificatûs vero Domini I. Papæ 4. anno duodecimo.

Plumbeo Sigillo pendente a filo canabeo.

Bulla Alexandri Papæ Quarti Regi Angliæ directa de nova Creatione ſua.

A.D. 1254. An. 39. H. 3. *Ex Autogr.*

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cathedra præeminentiæ Paſtoralis, in hac militanti Eccleſia, per plurimos Pontifices, frequenti ſucceſſionis viciſſitudine, variatur, pro eo quod illos manere diutius naturæ mortalis conditio non permittit.

A.D. 1254.

In Eccleſia ſiquidem triumphanti, quæ ſupernæ patriæ regionem inconcuſſa poſſeſſione jam obtinet, ſalvator noſter, Dei filius, ſummus eſt Pontifex, qui ſempiterno

terno fungitur Sacerdotio, manens in æternum, &, ſubacto mortis Imperio, ſemper vivens.

In hac autem, quam exemplarium inſtar cœleſtium, in conſumationem Sanctorum ſuper Terram, Dei ſapientia fabricavit, Pontifices mortalitatis infirmitate circumdati, ut conſtituantur pro hominibus apud Deum, ex hominibus aſſumuntur.

Hinc eſt quod illa, indeficienti æterni ſponſi gaudio, & immortalitate beata, luctum viduitatis ignorat; hæc autem, dum peregrinatur in terris, corporum carceribus obligata, frequenter cogitur viduitatis ſuæ lamenta reſumere, ac tædia experiri.

Hiis lamentis & tædiis, ſicut Domino placuit, qui aufert ſpiritum Principum, Eccleſiæ ſanctæ nuper concuſſa ſunt viſcera, ejuſque maxillæ perfuſæ amaro profluvio lacrimarum, fœlicis recordationis Innocentio Papa Prædeceſſore noſtro, 7 Id. Decembris apud Neapolim, per univerſæ carnis viam, de nequitia hujus ſeculi evadente: Qui cum adhuc neceſſarius eſſet & admodum utilis populo Chriſtiano, forſitan ideo vocatus eſt à Domino, ante tempus, ut mundus, in maligno poſitus, præſentia ejus agnoſceretur indignus, & ipſe de iniquitatum medio, quæ animam ejus diu cruciaverant, tolleretur.

Die itaque ſequenti, juxta morem, exequiarum ſollempnitate præmiſſa, ejuſque corpore in Neapolitan. Eccleſia tumulato, nos, & Fratres noſtri ad ſubſtituendum convenimus ſucceſſorem:

Et, miſſarum ſollempniis, in honore Sancti Spiritûs, devote ac humiliter celebratis, poſt aliquantulum de futuri ſubſtitutione paſtoris tractatum, iidem Fratres noſtri oculos ſuos ad imbecillitatem noſtram communiter & concorditer direxerunt: Nos ad conſcendendam ſpeculam apoſtolici culminis & ſubeundam graviſſimam orbis ſarcinam eligendo.

Verum nos, ea re ſupra quam dici valeat ſtupefacti, & quæ ac qualis eſſet illa diſpoſitionis divinæ vocatio anxiæ cogitationis examine revolventes intra nos ipſos, quantum in illa potuimus fraternæ inſtantiæ preſſura reſedimus, meditando negotii gravitatem, metiendo vires, ponderando prudentiam, comparando merita, & ad perficiendum ſumptus virtutum neceſſarios computando.

Denique, videntes, hæc nobis non habundanter adeſſe, quin potius advertentes quod nichil nobis de noſtris meritis revelabat propriæ conſiderationis attentio, unde conſtitui mereremur in mundi vertice ſuper gentes & regna, & univerſalem in orbe terrarum evellendi atque plantandi accipere poteſtatem, in ſpiritu, non contumaciæ vel contemptus, ſed timoris, de noſtrorum defectuum conſcientia procedentis, non ſequenda judicavimus vota fratrum, ſed manus ab opere, ac humeros ab onere cohibendos.

Conſideratio enim gradus caſus nobis formidinem ingerebat; quia de tam alto culmine dignitatis, terribili, videlicet, loco Apoſtolorum Principis, quiſnam animus, quantumlibet magnus, inſpecta jacentis deorſum abyſſi facie, non paveret?

Quis nempe jugum publicæ ſervitutis, ſub quo probata gigantum virtus, & fortitudo virorum, a ſeculo laudatorum, hactenus gemuit, audeat ſcienter & prudenter appetere, quod ſpiritum mæroribus torquet, mentem eviſcerat, dies laboribus obſidet, & noctes producit inſompnes?

O quam ſani conſilii, & quam conſultæ deliberationis electio, abjectum eſſe in Domo Dei, magis quam loci eminentioris celſitudine præminere! In convivio Chriſti locum tenere noviſſimum, quam, cum pacatæ quietis diſpendio, ſuperius promoveri!

Deficit nimirum ſpiritus conſiderantibus nobis undique, quanta nunc ager mundi hujus malorum denſitate ſilveſcit, & ſpem de viribus circa ejus cultum difficultas operis vix relinquit; cumque invaleſcens malignitas diſſidentium corda populorum duraſſe videatur in lapides, ita ut manum Domini pauci ſentiant in flagellis; cui dabitur filios Abrahæ de lapidibus ſuſcitare, & reddere Domino populum acceptabilem, bonorum operum ſectatorem.

Propterea excuſavimus cum lacrimis, & uſque ad contriſtationis & indignationis offenſam, eiſdem fratribus, importabilem nobis ingerentibus Apoſtulatûs ſarcinam, duximus reſiſtendum, orantes eos, & per obteſtationem divini judicii obſecrantes ut à nobis calicem hunc transferrent, & traderent alteri fortiori.

Sed ipſi, utinam non in noſtrorum exigentiam peccatorum! Irrevincibilis importunitatis inſtantiâ, noſtram reſiſtentiam evicerunt, cogentes nos invitos ſuis deſideriis conſentire; & ſic cum dolore cordis, ac tremore quam plurimo infirmitatis noſtræ colla ſummiſimus jugo apoſtolicæ ſervitutis; confidentes in Deo, qui dat omnibus affluenter, quod inſufficientiam noſtram, quam humiliter recognoſcimus, & libere profitemur, ex ſeipſo miſericorditer adimplebit.

A.D. 1254. *Hen.* 3.

Sollicitudine igitur Eccleſiaſticæ adminiſtrationis aſſumpta, divinæ propitiationis miſericordiam imploramus ut, per ſuæ voluntatis beneplacita, in viam pacis dirigens greſſus noſtros, in hiis, quæ ſunt ad ipſum pro populo, favorem nobis auxilii cœleſtis aſpiret; &, eo nobis incrementum deſuper largiente, ſub ſacerdotio noſtro proveniat quies Regnis, pax Eccleſiis, concordia plebibus, & moribus diſciplina.

Tuam autem Celſitudinem (cariſſime Fili) monemus in Domino, & hortamur attentè, quatinus, Deum timens, in cujus manu cor tuum eſt, & in cujus eſt arbitrio vita tua, ipſius ſtudeas cuſtodire mandata:

In devotione quoque ſanctæ Eccleſiæ Matris tuæ, ad cujus defenſionem principaliter accepiſti a Domino gladii poteſtatem, tua ſublimitas ſemper creſcat, ut ex hoc augeatur tibi in præſenti gratia, & gloria in futuro.

A.D. 1254. *Hen.* 3.

Juſtitiam inſuper cole, ac dilige in omnibus æquitatem, ſciens quod ad hoc te naturæ tuæ participibus prætulit Dominus Deus tuus.

Porro firmam de nobis te volumus tenere fiduciam, quod Regnum tuum ſpecialis benevolentiæ gratia proſequentes, regalem magnificentiam oportunis curabimus, quantum Dominus dederit, fulcire favoribus, & dignis honoribus prævenire; ita quod, innoteſcens tibi, per operationis indicia, paternæ caritatis affectio, in te filialem benivolentiam excitabit.

Dat. Neapoli, 11 Kal. Januar. Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo Sigil. penden. a filo canabeo.

Pro Archiepiſcopo Armacano, ut Rex favorabilem ſe præbeat eidem, & quod non credat detractationibus factis contra eum.

A.D. 1255. *An.* 39. *H.* 3. *Ex Autogr.*

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum inter alia, quæ majeſtati ſunt odioſa divinæ, detractores & ſeminatores diſcordiæ, juxta ſententiam ſapientis, plurimum altiſſimus deteſtetur, dignè & talibus ſuum avertet auditum regia excellentia, per quos depravatur multotiens veritas, &, abſque reatu, vel culpa, innocentia noxiæ condempnatur.

Nuper ſiquidem ad audientiam noſtram pervenit quòd quidam iniquitatis filii, qui velut incentores malorum, nonnunquam labiis doloris loquuntur, linguas ſuas ad nocendum, more ſerpentum, malivolè acuentes, arcum detractionis adverſus venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Armacanum nequiter tetenderunt, & ſagittis doloſis, quas in pharetra parant, mendacii regalis conſcientiæ lædere integritatem nitentes, prava de ipſo, quibus Regii affectus ad eum turbari poſſet ſinceritas, tuis dicuntur auribus inculcaſſe,

Mendaciter aſtruentes quòd idem Archiepiſcopus apud Apoſtolicam ſedem Regiæ ſerenitati detraxerat, & in ea tibi, cui plurimum de tanto filio complacet, & complacere in Chriſto affectat, tamquam adverſarius extiterit noxius ac moleſtus;

Sicque ſuis virulentis ſuaſibus regalem adverſus eundem Archiepiſcopum dicuntur manſuetudinem provocaſſe, quod Archiepiſcopalia bona direptioni & prædas in ipſius abſentia pateant, & adverſus diripientium & moleſtantium auſus ſacrilegos oportunæ defenſionis te ſubtrahente munimen, & cenſuram æquitatis Regiæ remittente, gravia in bonis & redditibus ſuis incurrit jugiter idem Archiepiſcopus detrimenta.

A.D. 1255.

Occaſione inſuper ſumpta ex eo quod nullus in Regno Angliæ abſens procuratorem, qui atturnatus vulgariter dicitur, conſtituere ſecundum antiquam Regni ejuſdem conſuetudinem valeat: Nonnulla, prætextu ipſius conſuetudinis, in præfati Archiepiſcopi & Eccleſiæ Armacan. gravamen, ſuorumque læſionem reddituum intemptantur; cum ipſum, ſuper cauſis civilibus interdum in Curia Regali citatum, vel jura ejuſdem nullus tueri poſſit in abſentia procurator.

Cum igitur idem Archiepiſcopus ſuper hoc & aliis, quæ manſuetudinem regalem offenderent, exiſtat innoxius, & aliis a ſe relegaſſe credatur omnia quæ in offenſam cederent Regis Regum, ſitque ab hujuſmodi malorum inventionibus, & fictionibus malignantium alienus, ſerenitatem tuam, ad inſtar felicis recordationis Innocentii, Papæ prædeceſſoris noſtri, attentè rogandam duximus & hortandam, quatinus, ſi talia de ipſo Archiepiſcopo magnificentiæ ſunt regali ſuggeſta, credulitatem hiis, tamquam

pravis

A.D. 1255. Hen. 3.

pravis ſuſurrorum ſuaſibus, nequaquam adhibeas, ac, ſiquod exinde affectibus tuis nubilum turbationis inhæſit, illud, ob reverentiam dictæ ſedis, erga ipſum Archiepiſcopum in gratiæ ſerenum convertas; aliàs eum plena proſequens benivolentia & favore.

Et, quia minus indignum exiſteret ut mora, quam apud ſedem ipſam pro Eccleſiæ ſuæ protraxit negotiis, præjudicium ſibi, & ipſi Eccleſiæ pareret vel gravamen, ſiquid occaſione prædictæ conſuetudinis adverſus eum, & Armachan. Eccleſiam, in ſuis juribus, eſt præſumptum, noſtræ interventionis obtentu Serenitas tua cenſeat & faciat revocari, & eidem Archiepiſcopo benignè concedat quod, in abſentia, per ſuas litteras, vel quod ejus officialis, ſuo nomine, conſtituere valeat attornatos.

A.D. 1255. Hen. 3.

Preces noſtras ſuper hoc & aliis erga eundem Archiepiſcopum taliter adimplendo, quod ſperatum ex eis conſequatur effectum, & regalis magnificentia de Zelo devotionis ſinceræ ab eadem ſede poſſit non immerito commendari.

Dat. Neapoli, Id. Januarii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla pro Priore & Conventu Monaſterii Sanctæ Trinitatis Ordinis Sancti Auguſtini London.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo, & dilecto filio Officiali Londonien. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Sua nobis dilecti filii Prior & Conventus Monaſterii ſanctæ Trinitatis Londonien. ordinis Sancti Auguſtini, petitione monſtrarunt quod, cum in cauſâ, quæ inter ipſos ex parte unâ, & venerabilem fratrem noſtrum Cantuarien. Archiepiſcopum ex alterâ vertitur, ſuper eo quod idem Archiepiſcopus ipſos eorum Eccleſia de Bixle Roffen. Dioc. pro ſuæ voluntatis libito ſpoliavit, fuiſſet hinc inde diutius litigatum;

Tandem, eodem Archiepiſcopo Eccleſiam ipſam de facto Magiſtro Guillielmo de Papia Clerico conferente, fælicis recordationis Innocentius Papa prædeceſſor noſter dilectis filiis Electo, & Officiali Wintonien. ſuis dedit litteris in mandatis ut eundem Magiſtrum, qui eandem Eccleſiam occupatam detinet, peremptoriè citare curarent ut, infra quatuor menſes, poſt citationem ſuam, per ſe, vel per Procuratorem idoneum, Apoſtolico ſe conſpectui præſentaret, in eodem negotio, prout ordo juris exigeret, proceſſurus:

Idem vero Electus, prout ex tenore litterarum ipſarum pateat, Magiſtrum peremptoriè citare curavit eundem, ut in hujuſmodi termino Apoſtolico ſe conſpectui per ſe, vel per Procuratorem idoneum præſentaret.

Cumque poſtmodum dictus prædeceſſor Procuratori eorumdem Prioris & Conventus, quem propter hoc in eodem termino ad ſedem Apoſtolicam deſtinarunt, dilectum filium Magiſtrum Raynerium de Viterbio Capellanum noſtrum ſuper hoc dederit auditorem, idem Capellanus, pro dicto Magiſtro nemine comparente, quamquam ipſum in audientia publica, prout moris eſt, pluries citari fecerit, & diutius poſt terminum expectarit,

A.D. 1255.

Pronunciando decrevit eoſdem Priorem, & Conventum, & Procuratorem ſuum, eorum nomine, fore in poſſeſſionem Eccleſiæ præfatæ, cauſa cuſtodiæ, inducendos, prout in litteris ipſius Capellani confectis exinde dicitur plenius contineri;

Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus præfatos Priorem, & Conventum, vel ipſorum Procuratorem, eorum nomine, in ejuſdem Eccleſiæ corporalem poſſeſſionem, auctoritate noſtra, per vos, vel alios inducere procuretis.

Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Non obſtante ſi aliquibus a ſede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, niſi plenam & expreſſam, vel de verbo ad verbum fecerint de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. Neapoli, ſecundo Kal. Februarii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla Alex. Papæ pro Bertoldo, Ottone, & Ludowyco, de conceſſione eis facta de Ducatu Amalfiæ, & pluribus Terris in Sicilia.

A.D. 1255. *An.* 39. *H.* 3. *Ex Autogr.*

HOC eſt tranſcriptum cujuſdam privilegii Apoſtolici, cum ſubſcriptionibus Papæ & Cardinalium, conceſſi Bertoldo, & Oddoni, ac Lodoico Fratribus Marchionibus de Hohemburch.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, nobilibus viris, Bertoldo, & Oddoni, ac Lodoyco fratribus, Marchionibus de Hohemburch, fidelibus noſtris, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Clemens ſemper & mitis, in ſuis actibus, mater Eccleſia illum benignitatis, circa ſuos filios & ſubditos, tenet modum, ut, tamquam vehementer in operibus pietatis exultans, & quaſi amænas ſibi delitias extimans miſereri, eligat magis ſervare manſuetudinem, quam rigorem, & ignoſcere potius, quam ſævire.

Unde, ſi culpam in quoquam repperiat vel offenſam, quia delectabile ac jocundum eſt ſibi dimittere delinquentem, in pœnæ dimiſſione vel moderatione jocundum, libentius parcit, quàm feriat, & plus ſe illi propitiam exhibet, quam ſeveram: Nam & agnoſcit quod revera tunc egregie de aliquo vindicta ſumitur, cum ei magnanimiter indulgetur.

Id enim in ſuis præcipue quærit & obtat Eccleſia quod, in ſuo benigno collecti gremio, amore ac devotione proficiant, & in ſuorum dulcedine uberum continue delectentur; quibus ſponte nos in donis & gratiis, largifluos exhibemus, ut, benevolentia & liberalitate noſtra percepta, in noſtris & ejuſdem Eccleſiæ beneplacitis fortiùs roborentur.

Quia igitur ipſius Eccleſiæ brachiis vos totaliter commiſiſtis, eam matrem recognoſcentes & Dominam, veſtra firmata ſalubriter ad ipſius mandata & obſequia voluntate; nos, de hoc multo concepto gaudio, quoniam per vos, in quibus nobilitas generis, potentia, induſtria & alia plura digna laude concurrunt, honor, commodum & exaltatio Eccleſiæ poterunt efficaciter procurari: Providimus perſonas veſtras, præſertim cum dudum diligenter & multipliciter laboraveritis quondam Fredericum Romanorum Imperatorem & Conradum natum ejus, ad ipſius ſedis devotionem attrahere, ac inter eos & Eccleſiam pacis fœdera reformare, donis honorare condignis, veſtrumque ſtatum gratiis magnificis adaugere.

A.D. 1255.

Hinc eſt quod, cum Siciliæ Regnum, cum omnibus diſtrictibus & pertinentiis ſuis ad Apoſtolicam ſedem plene pertineat, ſitque ad ejus Dominium totaliter devolutum;

Nos, volentes vos in illo prærogativa beneficiorum efferre, Ducatum Amalfiæ, cum Civitatibus, Caſtris, Villis, Caſalibus, videlicet Amalfia, Plajana, Vetita Majore, Vetita Minore, Rufforore, Caſanova, Laureto, Toboli, Scala, Ravello, Tramonte, Agerula, Pogerula, Pino, Pigmonte, Atran Majori, Minori Inſula, Crapitana, & Paſitana; necnon cum hominibus eorumdem, honoribus, juribus, juriſdictionibus, jure patronatus conventualium, & non conventualium Eccleſiarum, paſcuis, nemoribus, pratis, poſſeſſionibus, terris cultis & incultis, aquis, aquarumque decurſibus, juſticiis, & cum omnibus rationibus & pertinentiis ſuis, & cum hiis, quæ ad merum & mixtum Imperium pertinent, ea videlicet quæ ſunt de demanio in demanium, & quæ ſunt de ſervitio in ſervitium (Civitate Littan. & Caſtro Gravian. dumtaxat exceptis) vobis veſtriſque hæredibus in perpetuum, de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, in feudum concedimus, & donamus ex certa ſcientia & gratia ſpeciali (non obſtantibus qualibet conſtitutione, generaliter vel ſpecialiter edita, vel edenda, per quas infringi, vel vacuari poſſet hæc noſtra conceſſio, ſeu donatio, aut ei quomodolibet derogari) ita quod nullus juſticiarius, nec quiſquam alius officialis Curiæ major, aut minor (excepto Legato ſedis Apoſtolicæ) in Ducatu, Civitatibus, Caſtris, Villis, Caſalibus, & aliis prædictis aliquid quærere, vel exigere, aut ordinare, vel ſtatuere, ſeu poteſtate, ſive juriſdictione aliqua uti poſſit.

Sed vos, iidemque hæredes ea omnia, de quibus vos, in prædictorum fratrum præſentia, per anulum inveſtivimus, in feudum immediate a Romana Eccleſia integre habeatis & teneatis; nullum alium, præter ipſam, exinde ſuperiorem, vel Dominum cognoſcendo.

Volumus

A.D. 1255. Hen. 3. Volumus autem ut, quotienſcumque ipſa Romana Eccleſia generalem exercitum, pro defenſione Regni præfati, congregaverit vel indixerit, vos, dictique hæredes, teneamini, pro Ducatu prædicto, viginti milites, equis & armis decenter munitos, ad ſerviendum per quadraginta dies in veſtris ſumptibus eidem Eccleſiæ, infra dicti Regni confinia, exhibere.

Nos quoque & eadem Eccleſia vos, ac ipſos hæredes in Ducatus & aliorum prædictorum omnium poſſeſſione manutenebimus, & contra omnes, qui vos moleſtaverint, impetierint vel turbaverint ſuper illis, defenſione vobis aſſiſtere curabimus oportuna.

Et, ſi aliquem jus in eis, vel ipſorum aliquo, ex ſucceſſione, donatione, emptione, permutatione, aut quocumque alio modo, vel titulo habere conſtiterit; nos de condigno illi concambio, vel vobis, priuſquam præmiſſa, vel aliquid dimittatis eorum, in eodem Regno ſtudebimus providere. A.D. 1255. Hen. 3.

Nulli ergo, &c.

Dat. Neapoli per manum Magiſtri Scolarum Parmen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii, quinto Id. Febr. Indictionis 13.

Incarnationis Dominicæ anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto, Pontificatûs vero Domini Alexandri Papæ Quarti, anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla de Confirmatione per Alexandrum omnium Conceſſionum factarum per Innocentium Papam Marchionibus de Hohemburch.

A.D. 1255. *An.* 39. *H.* 3. *Ex Tranſc. Bullat.*

HOC eſt tranſcriptum cujuſdam privilegii Apoſtolici, cum ſubſcriptionibus Papæ & Cardinalium, conceſſi nobilibus viris Bertoldo, Oddoni & Lodoyco fratribus Marchionibus de Hohemburch.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, nobilibus viris, Bertoldo, Oddoni, & Lodoyco, fratribus Marchionibus de Hohemburch, fidelibus noſtris, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Decet & expedit devotorum & ſubditorum merita debita conſideratione penſari, ut digni ab indignis, ut ſingulorum acta, qualiter quiſque ſe geſſerit, provide diſcernantur.

Et quoniam diverſi & varii promerendi ſunt modi, qui amplius & melius ſerviverit liquido agnoſcatur, quatenus unicuique, ſecundum quod meruerit, retributio condigna proveniat: Et, quia ubi magnum procedit obſequium, merces non modica ſequi debet; ei, qui plus famulando impendit, majus præmium rependatur;

Sane quanta ſinceritate erga nos, & Romanam Eccleſiam fulgeatis, non oportet multa verborum congerie, aut prolixi ſtili oraculo explicare; cum ſatis manifeſtum exiſtat, & plus id facta notificent, quàm poſſet narrantibus reſerari, propter quod dignè proponimus & Apoſtolicos circa vos multiplicare favores, & ſtatum veſtrum condignis munificentiis ampliare. A.D. 1255.

Cum itaque, ſicut in noſtra propoſuiſtis præſentia conſtituti, fælicis recordationis Innocentius Papa prædeceſſor noſter, nonnullos Comitatus, & quaſdam Baronias, & Civitates, ac quamplura Caſtra, Caſalia, & bona alia vobis, veſtriſque hæredibus, in Regno Siciliæ, de fratrum ſuorum conſilio & aſſenſu, confirmaverit, conceſſerit, & donarit ex certa ſcientia & gratia ſpeciali, prout in Apoſtolicis privilegiis & litteris ſuper hoc obtentis plenius continetur:

Nos, veſtris ſupplicationibus inclinati, confirmationes, conceſſiones & donationes hujuſmodi ratas habentes & gratas, illas, de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo, &c.

Dat. Neapoli, 4 Id. Februarii.
Indictionis 13.
Incarnat. Dominicæ anno 1254, Pontificatûs vero dompni Alexandri Papæ Quarti anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla promiſſoria de ponendis prædictis Marchionibus de Hohemburch in pace & concordia cum Manfredo Principe Tarentin.

A.D. 1255. *An.* 39. *H.* 3. *Ex Tranſcr. Bullat.*

HOC eſt tranſcriptum cujuſdam privilegii Apoſtolici, cum ſubſcriptionibus Papæ & Cardinalium, conceſſi nobilibus viris Bertoldo, Oddoni & Lodoyco fratribus Marchionibus de Hohemburch.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis nobilibus viris Bertoldo, Oddoni, & Lodoyco, fratribus Marchionibus de Hohemburch, fidelibus noſtris, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Nos, cupientes indempnitati veſtræ paternâ ſollicitudine providere, fidelitati veſtræ, de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, præſentium tenore promittimus, quod nos iidemque fratres, vos cum nobili viro Manfredo, Principe Tarentin. ſi eum ad devotionem & mandata Eccleſiæ redire contigerit, in plena concordia & pace ponemus & faciemus,

A.D. 1255.

Quod omnia bona, vobis, per Eccleſiam Romanam conceſſa, de quibus habetis privilegia ab eâdem, integra & illæſa vobis & hæredibus veſtris remanebunt, & vos defendemus in eis, & ad hoc nos & eandem Eccleſiam obligamus de ipſorum fratrum conſilio & aſſenſu.

Nulli ergo, &c.

Dat. Neapoli, 15 Kal. Martii.

Indict. 13. Incarnationis Dominicæ, anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto, Pontificatûs vero Domini Alexandri Papæ Quarti anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla obligatoria de protegendo Marchiones ſæpedictos contra jam dictum Manfredum.

A.D. 1255. *An.* 39. *H.* 3. *Ex Tranſcr. Bullat.*

HOC eſt Tranſcriptum cujuſdam privilegii Apoſtolici, cum ſubſcriptionibus Papæ & Cardinalium, conceſſi nobilibus viris Bertoldo, & Oddoni, ac Lodoyco, fratribus Marchionibus de Hohemburch.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis nobilibus viris Bertoldo, & Oddoni, ac Lodoyco, fratribus Marchionibus de Hohemburch, fidelibus noſtris, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quia Manfredus, Princeps Tarentinus, poſtquam a Tiano illicenciatus receſſit, propter mortem quondam Burelli de Anglone, & ſpiritum rebellionis aſſumpſit, vobis, in devotione fidelitatis & ſervitio Roman. Eccleſiæ perſiſtentibus, multa damna intulit, & inferri fecit per ſe, ac alios, & adhuc inferre nititur, prout nobis & fratribus noſtris plenè conſtat.

A.D. 1255.

Et vos, ſuper prædictis dampnis illatis, vel adhuc, quod abſit *inferendis noſtræ miſericordiæ* ac providentiæ totaliter commiſiſtis, nos devotioni veſtræ, de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, *præſentium* tenore promittimus quod per eundem Principem, ſi eum ad fidelitatem & mandata Eccleſiæ redire contigerit, vel aliàs etiam ſic vobis ſatisfacere curabimus de dampnis illatis, vel, quod abſit, adhuc inferendis, quod meritò poteritis eſſe contenti; & ad hoc nos & Romanam Eccleſiam, de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, obligamus.

Nulli ergo, &c.

Dat. Neapoli, 15 Kal. Martii, Indict. 13. Incarnat. Dominicæ anno 1254, Pontificatûs vero dompni Alexandri Papæ Quarti anno primo.

Plumbeo Sigil. penden. a filo canabeo.

Bulla pro Bertoldo Oddone & Lodoyco Fratribus Marchionibus, quod, ſi aliquem eorum decedere contigerit, ei ſuperſtes ſuccedat.

A.D. 1255.
An. 39. *H.* 3.
Ex Tranſcrip. Bullato.

HOC eſt tranſcriptum cujuſdam Privilegii Apoſtolici, cum ſubſcriptionibus Papæ & Cardinalium, conceſſi nobilibus viris Bertoldo, Oddoni, & Lodoyco, Fratribus Marchionibus de Hohenburch.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis Filiis, Nobilibus viris, B. Oddoni, & Lodoyco Fratribus Marchionibus de Hohemburch, fidelibus noſtris, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Eximia devotionis & conſtantiæ veſtræ merita ſic præeminent & præfulgent quòd, dum præcellentiam & claritatem ipſorum attendimus, tot illa digna gratiis & beneficiis arbitramur, quod vix aliquis nobis modus retributionis occurrit, per quem eorum altitudinem condigno poſſumus præmio compenſare.

Propter quod attenti ſedulo ſumus & vigiles, & circa hoc jugis cogitatio noſtra verſatur ut, pro talibus tantiſque meritis, perſonas veſtras & oportunis fulciamus gratiis, & congruis honoribus exaltemus.

Cum igitur, ſicut in noſtra propoſuiſtis præſentia conſtituti, nonnulla bona vobis, tam a felicis recordationis Innocentio Papâ Prædeceſſore noſtro, quam a nobis etiam, de Fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, in Regno Siciliæ ſunt confirmata, conceſſa, & donata, prout in Apoſtolicis privilegiis ſuper hoc obtentis plenius continetur,

A.D. 1255.

Volumus &, de prædictorum Fratrum conſilio & aſſenſu, præſentium vobis auctoritate concedimus ut, ſi aliquis, vel aliqui veſtrûm ſine legitimis deceſſerint liberis, reliquus, vel reliqui, in hujuſmodi bonis ſuccedant, & illa habeant ſicut ea vobis a ſede apoſtolicâ confirmata, conceſſa, & donata eſſe noſcuntur; exceptis officio Seneſcalciæ ipſius Regni, ac mille quingentis auri unciis annuis, quæ ibidem tibi, fili Bertolde, ab eadem ſede, quoad vixeris, ſunt conceſſa.

Nulli ergo omnino hominum liceat, &c.

Dat. Neapoli, 15 Kal. Martii.
Indict. 13.
Incarnat. Dominicæ, anno 1254.
Pontificatûs Domini Alexandri Papæ 4 anno primo.

Plumbeo Sigil. penden. a filo canabeo.

De Judæis Comiti Cornubiæ aſſignatis, pro Solutione pecuniæ ſibi a Rege debitæ.

A.D. 1255.
An. 39. *H.* 3.
Pat. 39. *H.* 3. *m.* 13.

REX omnibus, &c.

Noveritis nos mutuò accepiſſe à dilecto fratre & fideli noſtro Ricardo, Comite Cornubiæ, quinque millia Marcarum, ſterlingorum novorum & integrorum;

Ad quorum ſolutionem aſſignavimus & tradidimus ei omnes Judæos noſtros Angliæ:

Aſſignavimus etiam & obligavimus eoſdem Judæos prædicto Comiti ad Solutionem trium millium Marcarum, in quibus nobis tenebantur de tallagio, eidem Comiti faciendo in hunc modum; videlicet, quod prædicti Judæi ſolvant ſibi, executoribus, vel aſſignatis ſuis, apud Walingford, vel apud Novum Templum London. alternatim pro captione ſua, vel Executorum ſuorum,

A.D. 1255.

In quindena Sanctæ Trinitatis, anno *Regni noſtri* 39 mille libras,

Et in quindena Sancti Michaelis, proximo ſequentis anno eodem, mille libras, altero locorum prædictorum,

Et in quindena Purificationis beatæ Mariæ, proximo ſequentis anno, &c. 40. mille libras, altero locorum prædictorum,

Et in quindena Sanctæ Trinitatis, proximo ſequentis anno eodem, mille libras, altero locorum prædictorum,

Et in feſto Sancti Martini anno 41. duo millia Marcarum altero locorum prædictorum.

Ita tamen quod prædicta tria millia Marcarum cedant in partem ſolutionis pecuniæ, in qua ſibi tenemur pro jocalibus noſtris, alias ſibi inpignoratis pro quinque

A.D. 1255. Hen. 3.

quinque millibus Marcarum; volentes, & pro nobis, & hæredibus noſtris firmiter concedentes quod, ſi dicti Judæi in ſolutione prædictæ pecuniæ, aliquo terminorum prædictorum, defecerint, ſolvant prædicto Comiti, vel ſuis aſſignatis quingentas Marcas pro tranſgreſſione cujuſlibet termini non obſervati.

Ad quod fideliter obſervandum damus, ac pro nobis, & hæredibus noſtris concedimus dicto Comiti, executoribus, vel aſſignatis ſuis, plenam poteſtatem diſtringendi prædictos Judæos per eorum catalla, & corpora, ponenda quo voluerit de termino in terminum, ſi in aliquo defecerint, donec prædicta omnia plenariè compleantur.

Concedimus etiam, pro nobis, & hæredibus noſtris quod non concedemus, nec permittemus aliquam extentam fieri de debitis Judæorum, medio tempore; nec debita eorum alicui dabimus, vel pardonabimus; nec prædictos Judæos tallabimus, nec aliquid ab eis interim exigemus, niſi placita conſueta, & relevia Judæorum, ſecundum conſuetudinem Judaiſmi.

Volumus etiam & concedimus, pro nobis, & hæredibus noſtris, quod dictus Comes, Executores, vel Aſſignati ſui, de termino in terminum, pecuniam termino deputatam per ſe, vel ſuos, vel alios, quos ad hoc aſſignare voluerint, poſſint aſſidere, ſicut eis melius viderint expedire.

A.D. 1255.

Et, ad omnia præſcripta totaliter complenda, & etiam ad conventionem emptionis ſtagminis, quod ab ipſo emimus, fideliter & ſine ſcrupulo obſervandam, unà cum conventione de jocalibus noſtris, ſibi impignoratis, fecimus jurare in animam noſtram, pro nobis & hæredibus noſtris, dilectos & fideles noſtros Johannem de Grey, & Bertramum de Crioll, quod omnia & ſingula prædictarum conventionum, unà cum iſtâ plenarie complebimus, prout in ſcriptis ſuper hiis ſibi confectis plenius continetur.

In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigillum noſtrum fecimus apponi.

Teſte Rege apud Weſt. 24 die Februarii, anno Regni noſtri 39.

Volumus quod ſalvum ſit in omnibus Reginæ noſtræ aurum ſuum de prædicto Judaiſmo, & volumus quod diſtrictiones fiant pro prædicto auro, & pro arreragiis ejuſdem auri, ſolvendis ad terminos rationabiles prout fieri conſueverunt.

Appoſita autem eſt hæc clauſula poſt datum, de communi conſenſu noſtro & Comitis ſupradicti.

De Obligatione Mercatoribus de Luk facta.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. m. 11.

REX omnibus, &c.

Sciatis quod cum teneremur Bono Runcini, Galteri Petro Hugolinelli, Percevallo Gerardoth, Aldebrandino Malagabye, Osberto Galteri, & aliis Sociis ſuis Mercatoribus de Luk in duobus millibus, centum, & ſexdecim Marcis, decem Solidis, & octo Denariis, computatis & aſſumatis coram Concilio noſtro pro diverſis mercibus, captis ad opus noſtrum, & ad opus Edwardi filii noſtri, per manus Rogeri Ciſſoris, & Bonatii Lumb. captorum Garderobæ noſtræ, de quibus iidem Mercatores receperunt de Garderoba noſtra, per manus Artaldi de Sancto Romano, Cuſtodis ejuſdem Garderobæ, quingentas Marcas,

Nos aſſignavimus quod iidem Mercatores, vel unus eorum, nomine ſingulorum, de reſiduo debitorum illorum, videlicet, de mille, ſexcentis, ſexdecim Marcis, decem Solidis, & octo Denariis, recipiant mille Marcas a die Paſchæ in unum menſem, de tallagio Civitatis noſtræ London,

A.D. 1255.

Et centum & quinquaginta Marcas, ad eundem terminum, de tallagio Civitatis noſtræ Eborum,

Et quadringentas, ſexaginta & ſex Marcas, decem Solidos, & octo Denarios, à die Sancti Michaelis in unum menſem, de tallagio Civitatis noſtræ London. prædictæ.

Et mandavimus Civibus noſtris prædictarum Civitatum, quod pecuniam illam terminis prædictis præfatis Mercatoribus, aut uni eorum, nomine ſingulorum, liberent.

Et, pro aſſignatione prædicta, dicti Mercatores reddiderunt nobis litteras obligatorias, quas à nobis habuerint, & etiam nobis quietaverint omnia debita, quæ à nobis petere poſſent de temporibus præteritis, uſque ad diem confectionis præſentium.

Et promiſimus eis quod nullam faciemus aſſignationem, vel ordinationem de tallagiis præmiſſis, per quas dicti mercatores poſſint eſſe impediti quominus dicta pecunia terminis præmiſſis, eis vel uni eorum, nomine ſingulorum, perſolvatur.

Con-

A.D.1255. Hen. 3.

A.D.1255. Hen. 3.

Conceſſimus etiam eiſdem Mercatoribus, quod diſtrictionem fieri faciemus ſuper Cives prædictarum Civitatum, per terras & Catalla ſua, ad reddendum dictis Mercatoribus omnes expenſas, & omnia dampna, quæ ipſos contigerit rationabiliter ſuſtinere per defectum ſolutionis dictæ pecuniæ, ſi termini præmiſſi ſolutionis ejuſdem eis non fuerint obſervati.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Sanctum Albanum, 11 die Martii.

De Conductu pro Hugone Duce Burgundiæ.

A.D.1255. An. 39. H. 3.
Vaſconia 39. H. 3. m. 9.

A.D.1255.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis Vaſconiæ, ad quos, &c. ſalutem.

Sciatis quod recepimus in ſalvo & ſecuro conductu, & guidagio noſtro, Nobilem virum Hugonem Ducem Burgundiæ, qui in brevi ad Sanctum Jacobum peregre profecturus eſt, & omnes illos, quos ſecum duxerit, & omnia ſua, in eundo per totum diſtrictum veſtrum in peregrinatione prædictâ, morando, & redeundo:

Et ideo vobis mandamus quod, ipſum Ducem & ſuos honorifice admittentes, illi, vel alicui de ſuis nullum gravamen, ſeu injuriam inferatis, aut inferri permittatis;

Et, ſi quid forte ei vel ſuis foriſfactum fuerit, id eis ſine dilatione faciatis emendari.

In cujus rei, &c. Duraturas uſque ad feſtum Omnium Sanctorum proximo futurum.

Data apud Silvam Majorem, 12 die Martii, anno Regni Domini, &c.

De mutando voto de Terra Sancta pro Expeditione contra Saracenos in Africa.

D.1255. n. 39. H. 3. x Autogr.

A.D.1255.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilectus filius Magiſter Guilielmus de Fraſſium, Capellanus noſter, quem ad nos cum tuis litteris deſtinatum affectuoſe recepimus, attentâ, diſcretâ, & fideli ſupplicatione penes nos ex parte tua inſtitit (nichil de hiis, quæ petitionem poſſent efficacem reddere, penitus omittendo) ut votum, quod in ſubſidium terræ ſanctæ dudum emiſiſſe dinoſceris, contra Sarracenos de Affrica, (cum magna exinde utilitas ſequeretur) commutare de Apoſtolica Providentia curaremus.

Sane noſtri hactenus propoſiti extitit & exiſtit petitiones tuas, cum te inter cæteros orbis Principes geramus in cordis viſceribus prædilectum, audire libenter ac favorabiliter, quantum cum Deo poſſumus exaudire, nichilque tibi quod abſque gravi nota concedi valeat, denegare;

Sed, quia clamat inſtanter ad nos pro feſtino ſuccurſu miſera illa Jeroſolimitana Regio, in anguſtiis vehementibus poſita, tribulationibus afflicta continuis, duriſque attrita flagellis, & ignominioſæ nimis ſubjectionis jugo depreſſa, ſecundum dolorum ſuorum multitudinem amariùs voces ſuæ lamentationis replicat & exaltat, nequaquam utile fore providimus quod tuæ potentiæ brachium, in quo utique ſpem ſuæ liberationis totaliter firmaſſe dinoſcitur, ſibi, præſertim hoc tempore, in quo omnium, quaſi præſidio deſtituta eſſe cernitur, ſubtrahatur.

Quia igitur inclitum nomen tuum continuis, tàm honoris, quàm famæ, proficere cupimus incrementis, illa petere ſincero tibi animo ſuademus quæ ad majoris gloriæ titulum tibi cedant, & quæ etiam nos ſecundum Deum honeſtè concedere valeamus.

Et quidem, ſi nos motu proprio ad hujuſmodi voti commutationem te vellemus inducere, tu nequaquam deberes conceptum dudum, circa prædictæ terræ ſubſidium, tam pium & ſalubre vacuare propoſitum;

Quin immo ad memoriam revocando quod patris æterni filius, noſtræ carnis indumento veſtitus, ſalutem humani generis in terra ipſa, pietate ineffabili, extitit operatus;

Quodque illam ſua præcipue voluit inſignire præſentia, & proprii aſperſione ſanguinis conſecrare, deberes hujuſmodi propoſitum efficacius proſequi, &

A.D. 1255. Hen. 3. in eo firmius & conſtantius roborari;

Ideoque excellentiam tuam rogamus & hortamur attente, quatinus nec moleſte, nec grave feras quod petitioni regiæ annuere nequivimus in hac parte; ſed potiùs gratum habeas quod ab ipſa ſic provide ac ſalubriter, paternam oſtendendo diligentiam, te duximus retrahendum.

Dat. Neapoli, Id. Martii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigil. penden. a filo canabeo.

De donationibus & privilegiis, factis Bertoldo, Oddoni, & Lodowyco Marchionibus de Hoemburch, in Sicilia, per Papam notificatis Regi Angliæ.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio H. illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum, inter conditiones, ſub quibus Regnum Siciliæ cariſſimo in Chriſto filio noſtro Edmundo, illuſtri Regi Siciliæ, nato tuo, conceſſimus, contineatur expreſſe quod donationes, conceſſiones, & privilegia a fælicis Recordacionis Innocentio Papâ prædeceſſore noſtro, vel a nobis, cum ſubſcriptionibus fratrum noſtrorum, facta dilectis filiis, nobilibus viris, Bertoldo, Oddoni, & Lodowico fratribus Marchionibus de Hohemburch, firma ipſis, integra, & illibata manebunt;

Iidemque tenebuntur in bono ſtatu, & conceſſæ ſibi libertates, gratiæ, cæteraque alia ſervabuntur, ac omnia donata, confirmata, & conceſſa eis a ſede Apoſtolica per eundem Regem confirmabuntur ipſis, & de novo etiam, per ſua privilegia, concedentur, ac privilegiorum Apoſtolicorum, quæ ſuper hiis habent, confirmatio eis, & de verbo ad verbum renovatio per eum fiet;

Quia iidem Marchiones, ipſa privilegia ad vos, propter viarum diſcrimina & pericula, quæ alias poſſent contingere, mittere dubitarunt, nos ſingula eadem privilegia diligenter inſpici fecimus, &, de verbo ad verbum tranſcribi, ac tranſcriptis hujuſmodi bullam noſtram apponi, ut, per eorumdem privilegiorum tranſcripta, & exemplaria ſic bullata, fiat ſibi & tibi de prædictis privilegiis plena fides, ac ſi ipſa autentica & originalia, cum fratrum noſtrorum ſubſcriptionibus, veſtris præſentata aſpectibus videretis.

Cum igitur præfati Marchiones ſibi & tibi hujuſmodi tranſcripta tranſmittant, Celſitudinem tuam rogamus attente, quatinus illa, loco eorumdem privilegiorum, recipias, & quæcunque continent firmiter credas & teneas, tanquam ſi ipſa eadem privilegia deſtinarent.

Dat. Neapoli, 13 Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigil. penden. a filo canabeo.

De ſatisfactione per Edmundum Regem Siciliæ facienda Marchionibus de Hoemburch de damnis eis illatis.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio H. illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quia inter conditiones ſub quibus Regnum Siciliæ, cariſſimo in Chriſto filio noſtro Edmundo illuſtri Regi Siciliæ, nato tuo conceſſimus, continetur expreſſe quod dilectis filiis nobilibus viris, Bertoldo, Oddoni, & Lodowico fratribus Marchionibus de Hohemburch, fidelibus noſtris, de dampnis eis illatis, de quibus ipſis ſatisfacere promiſimus, nos ad hoc & Romanam Eccleſiam obligantes, ſatisfactionem, ad quam idem Rex ſe obligavit, impendet;

Nos inquiſivimus ſollicitè ac diligentèr de dampnis hujuſmodi, & licet invenerimus quod multa & gravia eſſent, illa tamen ad competentem, prout potuimus, ad Nunciorum ſuorum inſtantiam, redigi fecimus pecuniæ quantitatem, viz. ad ſummam octo millium unciarum auri Tarenor. ad pondus Regni Siciliæ generale in ipſo Regno, in infra ſcriptis terminis taliter perſolvendam;

Scil. quod in Feſto Reſurrectionis Domini proximo venturo unciæ auri mille,

A.D. 1255. Hen. 3.

Ac deinde in Feſto Nativitatis Dominicæ ſubſequenti aliæ unciæ auri mille,

In altero autem Feſto Reſurrectionis proximo futuro poſt prædictum, duo millia unciarum auri ſolvantur eiſdem; ita quod infra unum annum, computandum a prædicto Reſurrectionis Feſto proximo venturo uſque ad ſubſequens aliud, ſit eis, de totâ hujuſmodi quatuor millium unciarum auri ſummâ, integrè & plenariè ſatisfactum.

Pro relliquis verò quatuor millibus unciarum auri tamdiu teneant Comitatum Gravinæ, ac Civitatem Botonti, fructibus ipſius Comitatûs & Civitatis ejuſdem deductis (tamtum expenſis neceſſariis, quæ pro cuſtodiâ Caſtrorum, & aliis fient, computandis in ſortem) donec ipſis hujuſmodi reliqua quatuor millium unciarum auri fuerint totaliter perſoluta.

Ideoque Serenitatem tuam rogamus & hortamur attentè quatinus, ad obſervationem prædictarum *ſolutionum* præfatum natum tuum, & ejus Regnum obligari facias, & ejuſdem nati tui litteras eiſdem Marchionibus ſuper hoc patentes, ſuo ſigillo munitas, liberaliter exhiberi.

Dat. Neapoli, undecimo Kalend. Maii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla pro Epiſcopo Bononienſi, de pecunia ſibi ſolvenda pro negotio Siciliæ.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm venerabilis frater noſter Epiſcopus Bononienſis olim, ad mandatum fælicis recordationis Innocentii Papæ prædeceſſoris noſtri, in ſervitium Eccleſiæ Romanæ, pro negotio Regni Siciliæ, cum honorabili acceſſerit militum Comitiva, & propter hoc gravia ſubierit onera expenſarum, & hujuſmodi expenſæ præter dampna plurima, quæ hac occaſione incurriſſe dinoſcitur, uſque ad quatuor millium librarum Turonen. ſummam aſcendant: Noſque ac ipſa Eccleſia ſimus ei in prædictâ quantitate pecuniæ obligati, & ad reſtitutionem teneamur ipſis:

Excellentiam tuam rogamus & hortamur attente quatinus, cùm hujuſmodi debitum ſit comprehenſum in univerſali ſummâ expenſarum, factarum pro eodem negotio, plenius in aliis noſtris expreſſa litteris, de quâ uſque ad annum, computandum a Feſto Sancti Michaelis proximo venturo, ſatisfacere plene debes eidem Epiſcopo;

Quem, utpote, prædilectum à nobis, & inter alios præelectum, ad te, pro cariſſimi in Chriſto filii noſtri Edmundi, illuſtris Siciliæ Regis, nati tui negotio, duximus deſtinandum, prædicta quatuor millia librarum Turonen. ante præmiſſum terminum, cum tuam ſuper hoc magnitudinem idem Epiſcopus requiſiverit, pro noſtra & ſedis Apoſtolicæ reverentia facias liberaliter exhiberi.

Nos enim de hujuſmodi quatuor millibus libris Turonenſ. poſtquam ea ipſi Epiſcopo ſolvi feceris, reputabimus nobis & Eccleſiæ præfatæ fore plenariè ſatisfactum.

Dat. Neapoli, undecimo Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigil. penden. a filo canabeo.

Bulla Archiepiſcopo Cantuarienſi, & Magiſtro Roſtando, de abſolvendo Rege a voto Terræ ſanctæ, & commutando illud idem in negotium Siciliæ.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Cantuarienſi, & dilecto filio Magiſtro Roſtando, Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm nos Regnum Siciliæ cariſſimo in Chriſto filio noſtro Edmundo, illuſtri Regi Siciliæ, nato cariſſimi in Chriſto filii noſtri Angliæ Regis illuſtris cruceſignati, de fratrum noſtrorum conſilio, duxerimus concedendum, prout in Apoſtolico

A.D. 1255. *Hen.* 3.

ſtolico privilegio confecto exinde plenius continetur;

Aſſolvendi eundem Regem Angliæ a voto crucis, illudque in ſuſceptionem & exequutionem negotii præfati Regni Siciliæ commutandi, plenam & liberam tribuimus vobis, vel veſtrûm alteri, auctoritate præſentium, poteſtatem.

Nos enim prædictum Regem Angliæ illa indulgentia, illoque privilegio, eaque immunitate gaudere volumus, quæ Terræ ſanctæ ſuccurrentibus in generali conſilio ſunt conceſſa.

Dat. Neapoli, quinto Non. Maii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sigillo avulſo.

Bulla de Manfredo adhærente Saracenis; necnon de abſolutione Regis Angliæ ſuper voto commiſſo ad Terram ſanctam, & de commutatione ejuſdem voti in negotium Regni Siciliæ.

A.D. 1255. *An.* 39. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Cantuarien. & dilecto filio Magiſtro Roſtando, Subdiacono & Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Pia matris Eccleſiæ ſtudia circa proſecutionem negotii Regni Siciliæ (quod tamquam ſpeciale ac præcipuum reſidet cordi noſtro) Manfredi quondam Principis Tarentin. proterva temeritas, & ſuperba rebellio impiè impedire conatur;

Et non veritus idem M. eidem Eccleſiæ, ad evacuandam ejus in hac parte ſollicitudinem, ſuorumque labores fidelium, cum infidelibus obviare Sarracenis *Luceriæ* deteſtabiliter & impudenter adhæſit;

Eiſque nefando fœdere *copulatus* ipſorum præcipuè contra Chriſtianos aſſumpſit, & præelegit auxilium, propugnatores Eccleſiæ, & defenſores libertatis & fidei dampnabiliter cum illorum viribus, in injuriam Chriſtiani nominis, oppugnando; nobiſque in tam boni exequutione propoſiti ſe, cum inimicis crucis & fidei, obicem opponendo.

Profecto, ſi benè a fidelibus & diligenter attenditur in quantum animarum diſpendium, detrimentum catholicæ fidei, & Eccleſiæ obprobrium id redundet, non juſſi, non rogati, nec moniti animis deberent promptis conſurgere, ac in unum omnes in ipſius Luceriæ ſuorumque habitatorum exterminium potenter congerere vires ſuas, ut nullis amplius, in nocumentum Eccleſiæ ac ſuorum, rebellium refugium eſſe poſſet.

Cum igitur Apoſtolica ſedes, pro ipſius defenſione fidei, eamque impugnantium debellatione ſalubri, ad remotiora mundi climata copioſa ſubſidia conſueverit deſtinare, ſuffragantibus ad hoc largas remiſſiones & indulgentias concedendo:

Nos, attendentes quod peſtis hujuſmodi Romanæ Eccleſiæ, matri fidelium tam vicina, peſtilentior eſſe poſſet, ſi ad eandem radicitùs extirpandam, nè deterius graviuſque circumpoſita loca corrumpat, proviſionis apponere oportuna conſilia, ſuæque ulterius ipſa Eccleſia conflare differret molimina poteſtatis,

Providimus cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ, cruceſignati, fore in hac parte ſubſidium invocandum, ut, illius adjuti ſuffragiis, tam venenoſam peſtem de ipſius Regni viſceribus auferre poſſimus, & herbam tam noxiam, tot jam firmatam radicibus, totque diſtenſam ramis, de tam caro & amæno Eccleſiæ Romanæ pomerio funditùs extirpare.

Ideoque diſcretioni veſtræ abſolvendi præfatum Regem a voto crucis, illudque in ſuſceptionem, & exequutionem præfati negotii prædicti Regni Siciliæ commutandi, plenam & liberam tribuimus, auctoritate præſentium, poteſtatem.

Nos enim eundem Regem, poſtquam hujuſmodi votum taliter commutaveritis, illis indulgentiis & privilegiis, illiſque immunitatibus gaudere volumus, quæ Terræ ſanctæ ſuccurrentibus in generali concilio ſunt conceſſa.

Dat. Neapoli, Non. Maii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sigillo avulſo.

Bulla quod, facta commutatione votorum Regis Norweyæ, & aliorum ejuſdem Regni ad Terram ſanctam in negotium Regni Siciliæ, compellantur accedere ibidem.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Autogr. A.D. 1255.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Cantuarienſi, & dilecto filio Magiſtro Roſtando, Subdiacono & Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum nos vobis abſolvendi cariſſimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Regem Norweyæ cruceſignatum, ac alios cruceſignatos Regni Norweyæ, ac aliarum terrarum ipſius Regis, a voto crucis, quod in ſubſidium Terræ ſanctæ emiſiſſe noſcuntur, illudque in ſuſceptionem & exequutionem negotii Regni Siciliæ commutandi, plenam & liberam tribuerimus per alias noſtras literas poteſtatem;

Diſcretioni veſtræ, ut omnes cruceſignatos prædicti Regni Norweyæ, & terrarum ipſarum, quorum vota taliter commutaveritis, ad veniendum cum eodem Rege Angliæ, in præfatum Regnum Siciliæ, pro ipſius proſequutione negotii, vel cum illo quem idem Rex propter hoc deſtinavit, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, per vos, vel per alium, ſeu alios compellere valeatis (non obſtante ſi quibuſcumque perſonis a ſede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, plenam & expreſſam non facientes de indulto hujuſmodi mentionem) auctoritate præſentium duximus concedendum.

Dat. Neapoli, 5 Id. Maii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigil. penden. a filo canabeo.

Bulla Archiepiſcopo Cantuarienſi, & Magiſtro Roſtando ſuper commutatione voti Regis Norweyæ, & aliorum de terra ſua ad Terram ſanctam in negotium Siciliæ, & abſolutione prædictis Regi & ſuis inde facienda.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Autogr. A.D. 1255.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Cantuarien. & dilecto filio Magiſtro Roſtando, Subdiacono & Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Pia matris Eccleſiæ ſtudia circa proſequutionem negotii Regni Siciliæ (quod tanquam ſpeciale ac præcipuum reſidet cordi noſtro) Manfredi quondam Principis Tarentin. proterva temeritas & ſuperba rebellio impiè impedire conatur;

Et, non veritus idem M. eidem Eccleſiæ, ad evacuandam ejus in hac parte ſollicitudinem, ſuorumque labores fidelium cum infidelibus obviare Sarracenis Luceriæ deteſtabiliter & impudenter adhæſit:

Eiſque nefando fœdere copulatus ipſorum præcipuè contra Chriſtianos aſſumpſit & præelegit auxilium, propugnatores Eccleſiæ, & defenſores libertatis & fidei dampnabiliter, cum illorum viribus, in injuriam Chriſtiani nominis, oppugnando, nobiſque in tam boni exequutione propoſiti ſe, cum inimicis crucis & fidei, obicem opponendo.

Profecto, ſi bene a fidelibus & diligenter attenditur in quantum animarum diſpendium, detrimentum catholicæ fidei & Eccleſiæ obprobrium id redundet, non juſſi, non rogati, nec moniti animis deberent promptis conſurgere, ac in unum omnes in ipſius Luceriæ, ſuorumque habitatorum exterminium potenter congerere vires ſuas, ut nullis amplius in nocumentum Eccleſiæ ac ſuorum, rebellium refugium eſſe poſſet.

Cum igitur Apoſtolica ſedes pro ipſius defenſione fidei, eamque impugnantium debellatione ſalubri, ad remotiora mundi climata copioſa ſubſidia conſueverit deſtinare, ſuffragantibus ad hoc largas remiſſiones & indulgentias concedendo,

Nos attendentes quod peſtis hujuſmodi Romanæ Eccleſiæ, matri fidelium, tam vicina, peſtilentior eſſe poſſet, ſi ad eandem radicitus extirpandam, ne dete-

A.D. 1255. Hen. 3.

rius graviuſque circumpoſita loca corrumpat, proviſionis apponere oportuna conſilia, ſuæque ulterius ipſa Eccleſia conflare differret molimina poteſtatis;

Providimus cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Norweyæ cruceſignati, & aliorum fidelium cruceſignatorum Regni Norweyæ, ac aliarum terrarum ipſius Regis, fore in hac parte ſubſidia invocanda, ut, illorum adjuti ſuffragiis, tam venenoſam peſtem de ipſius Regni Siciliæ viſceribus auferre poſſimus, & herbam tam noxiam, tot jam firmatam radicibus, totque diſtenſam ramis, de tam caro & amæno Eccleſiæ Romanæ pomerio funditùs extirpare:

Ideoque diſcretioni veſtræ abſolvendi per vos, vel per alium, ſeu alios, præfatos Regem & cruceſignatos alios a voto crucis, illudque in ſuſceptionem & exequutionem præfati negotii prædicti Regni Siciliæ commutandi, plenam & liberam tribuimus auctoritate præſentium poteſtatem.

A.D. 1255. Hen. 3.

Nos enim hujuſmodi cruceſignatos, quorum vota taliter commutaveritis, illis indulgentiis & privilegiis, illiſque immunitatibus gaudere volumus, quæ Terræ ſanctæ ſuccurrentibus in generali conſilio ſunt conceſſa.

Dat. Neapoli, quarto Id. Maii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Bulla qualiter Epiſcopus Bononien. mittitur H. Reg. Angliæ, ad confirmationem, ſeu ordinationem negotii Siciliæ, ſuper promiſſione inde facta per Papam Edmundo Filio Regis.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Laudanda magnæ providentiæ virtus venerabilis fratris noſtri Bononien. Epiſcopi, quæ diu in multorum & arduorum executione negotiorum enituit, noſtro ſuggerit animo, ut ſuis robuſtis humeris, gravium agendorum deferre onera conſuetis, incumbentium nobis undique ponderum partem non minimam imponamus, quatinus Apoſtolicæ moles ſarcinæ, diviſa provide ſic per plures, a nobis leviùs ſupportetur.

Propter quod, cum grandia nimis & difficilia nobis inceſſanter emergant, ſecurè nonnulla ex hiis expertæ ſuæ probitati committimus; quia, cum impoſita ſibi hactenus conſtanter geſſerit & prudenter, certo nimirum experimento tenemus quod, quæ injungemus deinceps, diligenter & efficaciter exequetur.

Hinc eſt quod, cum Regnum Siciliæ, ac totam terram, quæ eſt citra Farum uſque ad confinia terrarum Eccleſiæ Romanæ, cariſſimo in Chriſto filio noſtro Edmundo, illuſtri Regi Siciliæ, nato tuo, & ejus hæredibus, de fratrum noſtrorum conſilio, ſub certis conditionibus, in feudum duxerimus concedenda; prout in Apoſtolico privilegio, confecto ſuper conceſſione hujuſmodi, plenius continetur; quia tam grande, tamque præcipuum Apoſtolicæ ſedis negotium cum magna diligentia multoque ſtudio eſt gerendum, propter quod probati & experti viri circumſpectionem & prudentiam pro ſui profectione requiret;

A.D. 1255.

Nos illud præfato Epiſcopo, tamquam ei, cujus eſt nobis & eidem ſedi providentia valde nota, & quem, pro grata familiaritate, ac multiplici & laudabili obſequio, benivolentia proſequimur ſpeciali, duximus committendum; ejus ſollertiam & induſtriam, pro perficiendo eodem negotio, ſic arduo ſicque præcordiali nobis, principaliter eligentes,

Ipſumque propter hoc in Angliam, de fratrum prædictorum conſilio, cum multa fiducia deſtinantes; noſtris ſibi dando literis in mandatis ut, ipſius negotii magnitudinem, ejuſque circumſtantias diſcrete conſiderans, & præfati tenorem privilegii ac conceſſionem, de prædictis Regno & terra eidem Edmundo ſuiſque hæredibus factam a nobis, & ipſius conceſſionis modum, & conditiones omnes, ſub quibus facta eſt, & quid idem Edmundus, & tu & alii etiam ſecundum hæc facere debeatis,

Et univerſa negotium ipſum contingentia diligenter & ſapienter attendens, ſic vigilanter, ſic caute, ſic ſtudioſe ac circumſpecte ſe gerat & habeat in ejuſdem executione ac conſumatione negotii, quod ſua prudenti ſollicitudine, prudentiaque ſollicita perfecte illud compleatur in omnibus; ita quod de hiis, quæ in eo, & circa ipſum agenda ſunt nichil penitus omittatur.

A.D. 1255. Hen. 3.

Ideoque Celſitudinem tuam rogamus & hortamur attente quatinus, eundem Epiſcopum, tamquam virum religione conſpicuum, ſcientia præditum, probitate pollentem, & nobis, & prædictis fratribus carum inter Prælatos alios admodum & acceptum, lætanter & benigne recipiens, ipſum, immo potius nos in eo, decenter & honeſte pertractes;

Vigilem, ſtudioſum, promptum & omnino paratum te ad ipſius negotii conſumationem exhibendo, cum tua, & præfati Edmundi, tui nati, exaltatio in hac parte potiſſime attendatur, & pro tuo, ac ipſius honore filii noſcatur idem Epiſcopus ſpecialiter laborare.

A.D. 1255. Hen. 3.

Dat. Neapoli, tertio Id. Maii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla quod illi, qui pecuniam receperunt pro ſubſidio Terræ ſanctæ, & ſunt inhabiles ad pugnam, eam Regi reddant pro negotio Siciliæ.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Cantuarienſi, & dilecto filio Magiſtro Roſtando, Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Intelleximus quod nonnullis cruceſignatis, de Regno Angliæ, & aliis terris cariſſimi in Chriſto filii noſtri, illuſtris Regis Angliæ, auctoritate litterarum ſedis Apoſtolicæ, aliquibus verò per venerabiles fratres noſtros, Wigornien. & bonæ memoriæ Lincolnien. Epiſcopos, ſeu alios prædicatores, & exequutores negotii Crucis, in Regno & terris eiſdem, a ſede Apoſtolicâ deputatos, pro exequutione votorum ſuorum, certæ aſſignatæ ac conceſſæ ſunt pecuniæ quantitates, Terræ ſanctæ ſubſidio deputatæ.

Cum igitur vobis commutandi vota cruceſignatorum prædicti Regni & earumdem terrarum, in ſuſceptionem & exequutionem negotii Regni Siciliæ per alias, ſub certâ formâ, conceſſerimus litteras poteſtatem;

Volumus, & præſentium vobis auctoritate mandamus quatinus vos, vel alter veſtrûm, omnes cruceſignatos, quibus hujuſmodi pecunia taliter aſſignata extitit & conceſſa, poſtquam vota ipſorum in hujuſmodi ſuſceptionem & exequutionem negotii per vos, vel veſtrum alterum, fuerint commutata, ut in prædictum Regnum Siciliæ cum præfato Rege, vel cum eo, quem idem Rex in ipſum Regnum deſtinandum duxerit, veniant; vel pecuniam, quam taliter recepiſſe noſcuntur, integrè ipſi Regi reſtituant pro exequutione negotii præfati Regni Siciliæ, per vos, vel per alium, ſeu alios, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remotâ, cogatis:

A.D. 1255.

Hæredes & exequutores teſtamentorum eorum, qui, hujuſmodi receptâ pecuniâ, priuſquam vota ſua exequerentur, carnis debitum perſolverunt; necnon & omnes, qui, poſt talem receptionem ipſius pecuniæ, effecti ſunt inhabiles ad pugnandum, vel alias ſic impediti ſunt quòd exequi nequeunt votum ſuum, ad integram reſtitutionem prædictæ pecuniæ, ipſi Regi faciendam, cenſurâ ſimili compellendo;

Non obſtante ſi perſonis aliquibus a ſede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, plenam & expreſſam non facientes de indulto hujuſmodi mentionem; & conſtitutione de duobus dietis edita in concilio generali.

Dat. Neapoli, Id. Maii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sigillo avulſo.

Bulla pro Archiepiſcopo Cantuarienſi, & Magiſtro Roſtando, de commutatione voti Regis Angliæ Crucis, in negotium Apuliæ & Siciliæ.

A.D. 1255.
An. 39. *H.* 3.
Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Cantuarien. & dilecto filio Magiſtro Roſtando, Subdiacono & Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm cariſſimus in Chriſto filius noſter illuſtris Rex Angliæ cruceſignatus transfretare, in ſubſidium Terræ ſanctæ, uſque ad Feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ ſequens poſt proximo venturum, præſtito juramento, promiſerit:

Noſque vobis abſolvendi eundem Regem a voto Crucis, illudque in ſuſceptionem & exequutionem negotii Regni Siciliæ commutandi plenam & liberam conceſſerimus per noſtras litteras facultatem,

Diſcretioni veſtræ, præſentium auctoritate, committimus ut vos, vel alter veſtrûm, poſtquam hujuſmodi votum taliter commutaveritis, præfatum Regem a prædicto juramento abſolvere per vos, vel per alium, ſeu alios valeatis.

Dat. Neapoli, 17 Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sigillo avulſo.

Bulla de Viceſima Scotiæ, pro executione negotii Terræ ſanctæ facienda per Regem Angliæ, eidem Regi conceſſa per triennium, ultra primos tres annos.

A.D. 1255.
An. 39. *H.* 3.
Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum olim viceſima omnium Eccleſiaſticorum Proventuum Regni Scotiæ Regiæ Celſitudini, a ſede Apoſtolica, pro Terræ ſanctæ ſubſidio, per triennium ſit conceſſa; volentes adhuc tibi ad celeriorem & efficaciorem promotionem hujuſmodi negotii habundantius ſubvenire, Magnitudini tuæ hujuſmodi viceſimam per aliud triennium, ultra prædictum, pro eodem exequendo negotio elargimur.

Et ecce! venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo Cantuarien. & dilecto filio Magiſtro Roſtando, Subdiacono & Capellano noſtro, literis noſtris injungimus, ut viceſimam eorumdem proventuum, ejuſdem alterius triennii, per ſe vel per alios fideliter colligentes, eam in tutis locis deponant, & faciant cum diligentia conſervari, ut de ipſa poſtmodum diſponamus qualiter pro eodem negotio expendatur; contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo;

Non obſtantibus ſi quibuſcumque Prælatis Eccleſiarum, ſeu perſonis aliis, a ſede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, in quibus plena & expreſſa de indulto hujuſmodi mentio non habetur; & quibuſlibet aliis indulgentiis & literis Apoſtolicis per quas hujuſmodi ſubventio vel ſubſidium impediri poſſet quomodolibet, vel differri, & de quibus, & quarum tenore, de verbo ad verbum, ſpecialem fieri oporteret in præſentibus mentionem; & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali.

Dat. Neapoli, 17 Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Bulla quod Redemptiones votorum Cruceſignatorum in Regno Scotiæ ad Terram Sanctam, & obventiones integre colligantur, & integre aſſignentur Regi Angliæ in ſubſidium terræ Sanctæ.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Cantuarienſi, & dilecto filio magiſtro Roſtando, Subdiacono & Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Volumus, & præſentium vobis auctoritate mandamus quatinus vos, vel alter veſtrum redemptiones votorum cruceſignatorum, qui per deputatos ad hoc ab Apoſtolicâ ſede a votis hujuſmodi abſoluti fuerunt, & per vos abſolventur deinceps (quibus plenam ſuper hoc concedimus, auctoritate præſentium, facultatem) & legata indiſtinctè, necnon & obventiones, ex quacumque cauſâ provenientes,

A.D. 1255.

Subſidio terræ ſanctæ in Regno Scotiæ per vos, vel per alios, integrè colligere, ipſaque in tutis locis deponere, ac poſtmodum cariſſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri Regi Angliæ cruceſignato, ut votum crucis efficaciùs exequi valeat, integrè aſſignare curetis; contra dictores per cenſuram eccleſiaſticam, &c.

Dat. Neapoli, 16 Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo Sigil. penden. a filo canabeo.

Bulla Henrico Regi Angliæ directa, de fidelitatis juramento Papæ & Eccleſiæ Romanæ præſtando nomine Edmundi Filii ſui pro Regno Siciliæ.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm nos Regnum Siciliæ & totam terram, quæ eſt citra Farum uſque ad confinia terrarum Eccleſiæ Romanæ, cariſſimo in Chriſto filio noſtro Edmundo, illuſtri Regi Siciliæ, nato tuo, duxerimus concedenda, prout in Apoſtolico privilegio, confecto exinde, plenius continetur;

Ac, inter alia, in eodem privilegio habeatur expreſſe quod tu, ipſius Edmundi nomine, nobis, noſtriſque Succeſſoribus, & Eccleſiæ Romanæ, pro præfatis Regno & terra, juramentum fidelitatis, ſub forma in ipſo privilegio contenta, præſtabis,

Et in manibus illius, quem ad hoc ſpecialiter mittimus, nobis & ipſi Eccleſiæ, pro eodem Edmundo, ligium homagium facies,

Ac formam juramenti hujuſmodi ſeriatim per tuas patentes litteras, ſub tuo Sigillo, & ipſius Edmundi, bulla aurea nobis mittes:

A.D. 1255.

Noſque venerabilem Fratrem noſtrum, Bononien. Epiſcopum propter hoc, & pro recipiendis obligationibus, & pro univerſis aliis, quæ in præfato privilegio declarantur, ad te ſpecialiter deſtinemus;

Serenitatem tuam rogamus & hortamur attente quatinus hujuſmodi juramentum fidelitatis nobis, & Succeſſoribus noſtris, ac Romanæ Eccleſiæ præſtes,

Et, in ejuſdem Epiſcopi manibus, nobis, & prædictæ Eccleſiæ, pro ipſo Edmundo, ligium homagium facias,

Ac formam juramenti hujuſmodi ſeriatim per tuas patentes literas nobis, ſub tuo Sigillo, & prædicti Edmundi aurea bulla tranſmittas.

Dat. Neapoli, 12 Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

De prohibitione torneamenti, eo quod Edwardus Filius in gravi periculo exiſtit in Waſconia.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. n. 5. d.

REX Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis, conventuris apud Blidam, in octabis Sanctæ Trinitatis, ad Torneandum ibidem, ſalutem.

Licet nuper apud Clarendon, ad inſtantiam Ducis Limburg. & Domini Henrici de Leſſingburn. licentiam vobis dederimus, hac vice, in octabis prædictis, torneandi apud Blidam;

Quia tamen poſtmodum tales audivimus rumores de Statu Edwardi filii noſtri in Waſconia, quod ſicut ipſum indempnem, & a periculis conſervare voluerimus immunem, feſtinum ad ejus negotia oportet nos apponere conſilium;

Nolumus, nec vos etiam velle debetis quod, ipſo filio noſtro in adeo gravi exiſtente periculo, ibidem, vel alibi hac vice torneatis.

Et ideo vobis mandamus in fide, homagio, & dilectione quibus nobis tenemini, diſtrictius ſuper omnes terras & tenementa, quæ de nobis, vel aliis in Regno noſtro tenetis, inhibentes ne ullo modo, dictis die & loco, vel aliis diebus & locis, hac vice, vel alio termino, torneare præſumatis, ſine voluntate noſtra; ſet ſic vos in hac parte habeatis, ne ad vos, tanquam ad mandati noſtri tranſgreſſores, graviter capere debeamus.

A.D. 1255.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Clarendon. 25 die Maii.

Item mandatum eſt R. Comiti Glouceſtriæ, & quadraginta aliis Magnatibus Angliæ.

Teſte ut ſupra.

Bulla directa Regi Angliæ, pro ordine Ciſtercienſi, de decima, in ſubſidium Terræ Sanctæ conceſſa, per eos non ſolvenda.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ciſtercienſis ordins profeſſores, inter alios, qui ſub regulari habitu Regi Regum, & dominantium Domino famulantur, ob ſuæ religionis merita, ſpecialis prærogativâ gratiæ proſequentes (prædeceſſorum noſtri Romanorum Pontificum qui eorum ordinem boneſtate floridum, virtute fæcundum extulerunt gratiis & favoribus munierunt, veſtigiis inſiſtendo) ipſos gaudere volumus, prout tuam manſuetudinem velle confidimus, privilegio gratiæ ſingulari; & eiſdem, ut in ſanctæ contemplationis otio non turbentur, remedio, quo cum Deo poſſumus, providere.

Licet igitur dictum ordinem tuæ Magnificentiæ ſuperfluè commendemus, cum illum, propter Deum, cui laudabiliter militat, te diligere operum teſtimonio comprobes, eundem in tuo Regno, prout inclitæ memoriæ progenitores tui hactenus feciſſe noſcuntur, animo generoſo, gratiis & beneficiis magnificè dilatando, ~~ex habundanti tamen, quia tuæ~~ in hoc ſalutis cognoſcimus incrementum, ſerenitatem tuam attentè depoſcimus & affectuoſè rogamus quatinus erga ipſum ordinem tuæ favore gratiæ, pro divinâ & noſtrâ reverentiâ continuare procurans,

A.D. 1255.

Dilectos filios Abbates & Conventus ejuſdem ordinis, in tuo Regno, & locis, tuæ ditioni ſubditis, exiſtentes, ſuper ſolvendis tibi decimis proventuum ipſorum, vel exactionibus aliis, ſeu obligatione bonorum ſuorum, prætextu conceſſionis, de decimis eccleſiaſticorum proventuum, in terræ ſanctæ ſubſidium, factæ tibi a ſede Apoſtolica, non moleſtes, nec facias, pro te, vel alio, ab aliquibus moleſtari:

Sed, ipſarum loco, devotarum orationum dicti ordinis recipias fulcimenta, quibus armata Regalis ſublimitas ad victoriæ incrementa procedat, & contra hoſtes earum virtute pugnet melius, quàm armorum.

Æquanimiter ſuſtinens & gratanter, quòd præfati ordinis fratres ab earumdem præſtatione decimarum duximus eximendos, ut pro tua, & Regni tui, necnon & filiorum

A.D. 1255. Hen. 3. liorum tuorum ſalute, tanto affectuoſius Domini miſericordiam interpellent, quanto ab aliorum gravaminibus ſenſerint ſpecialius ſe immunes.

Præter hæc cauſam nobis exemptionis hujuſmodi ſuggerente, quod ipſius ordinis monaſteria Regni Franciæ in præſtatione hujuſmodi decimæ, cariſſimo in Chriſto filio noſtro Regi Francorum illuſtri conceſſæ, in ſubſidium dictæ terræ, felicis recordationis Innocentius Papa, prædeceſſor noſter, noluit comprehendi; quæ à ſolutione ſpiritualium etiam decimarum ſpeciali quodam privilegio ſunt exempta.

Dat. Neapoli, 8 Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Pro Comitiſſa Thoarcenſi.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. m. 6.

REX omnibus, &c. ſalutem. Sciatis quod dedimus & conceſſimus, pro nobis, & Hæredibus noſtris, dilectæ ſorori noſtræ, Margaretæ Comitiſſæ Thoarcenſi, centum Marcas ſterlingorum, ſingulis annis percipiendas ad Scaccarium noſtrum in Feſto Sancti Michaelis, quamdiu vixerit, ad voluntatem ſuam inde omnimode faciendam.

Teſte Rege apud Wodeſtock, 14 die Junii.

De proviſione pro Proconſule Romæ, per Edmundum Regem Siciliæ facienda.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. m. 13.

REX omnibus, &c. ſalutem. Sciatis quod multùm nobis placet, & benè volumus quod Edmundus filius noſter, Rex Siciliæ provideat dilecto & fideli noſtro Mathæo Hanybald, Civi & Proconſuli Romæ, in terris & poſſeſſionibus, ſecundum dictum & arbitrium venerabilis Patris Ricardi Sancti Angeli Cardinalis, & dilecti & fidelis noſtri Johannis Maunſell præpoſiti Beverlaci; & nos proviſionem illam ratam habebimus & acceptam.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wodeſtock, 24 die Junii.

De Treuga cum Rege Franciæ inita.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. m. 4.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, &c. Univerſis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Notum facimus quod nos, pro nobis, & Edwardo filio noſtro, & Ricardo Comite Cornubiæ, Willielmo de Valentia Comite Pembrochiæ, fratribus & hæredibus noſtris, hominibus & Coadjutoribus noſtris manifeſtis, terris & feodis eorumdem, tam per mare, quam per terram, Treugas, quæ erant inter nos, & Ludovicum Regem Franciæ illuſtrem, pro ipſo, & fratribus ſuis, hæredibus, hominibus & coadjutoribus ſuis manifeſtis, terris & feodis eorumdem, prorogavimus in forma in qua erant prius (quibuſdam, quæ in fine litterarum continentur, additis & mutatis) ab inſtanti feſto Sancti Remigii, uſque ad terminum trium annorum continue ſequentium duraturas: forma autem prædicta talis eſt;

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, &c. omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Notum facimus quod nos, pro nobis, & fratribus, & hæredibus noſtris, hominibus & coadjutoribus noſtris manifeſtis, & terris & feodis eorumdem, tam per mare, quam per terram cum Ludovico Rege Franciæ illuſtri, pro ipſo, & fratribus, & hæredibus ſuis, hominibus & adjutoribus ſuis manifeſtis, terris & feodis eorumdem, Treugas inivimus, a feſto beati Benedicti in Martio, uſque ad feſtum Sancti Michaelis, quod erit ab inſtanti feſto Sancti Michaelis, in quinque annos, per totum diem, duraturas.

A.D. 1255. Hen. 3.

Nos autem, inter noſtros, nominamus *Petrum Ogerin*, *Olyverum de Chaleys*, *Berardum de Montcluder*. Rex autem Franciæ nominat, inter ſuos, *Comitem Tholoſan. Comitem March. Comitem Wilon. Avern. Guillelmum Archiepiſcopum, Galfrid. de Lezyn. Galfr. de Thalneye, Regin. de Pontibus, Galfr. & Benedictum de Mauric. Pontin. de Myrebel, Fulconem de Maſtac. Dominum Mortan. Elyam de Talemont, Elyam Grymbald de Coſynack, Willielmum de Rupe, Dominum Roent, Iterum de Berbeozy, Petrum Reymund, Petrum Becheter, Waweynum de Taln. Galfridum de Rupeforti, Reymundum de Muntaut, Elyam Rydelli Juvenem, Bondinum de Grinol, Petrum Ays, Fulconem de Archiak, Emer. de Rupe Chimardi, & Emer. filium ejus, Emer de Rupe, Dominum Blangac. Radulfum de Bello Monte Dominum Berteriar, Drogonem de Monte Auſzer, Willielmum de Sancto Quintino, Ebulonem de Rupe forti, Karolum de Rupeforti, & Elyam de Laverne.*

Et ſciendum eſt quod nos dimittimus Inſulam de Re in Treuga, ex parte Regis Franciæ, eo modo quo erat in alia treuga præcedenti.

Talis eſt autem forma treugarum; quod, ſi in treuga fuerit interceptum, de interceptione emendanda ſic erit, interceptio facta nunciabitur Dictatoribus treugarum hinc inde conſtitutis (qui ſunt ex parte noſtra Bozo de Maſtac. Com. Bygorr. Galfridus Rydelli de Blavia, & Petrus de Burdegalia: Ex parte Regis Franciæ Seneſcallus Pictaviæ, Galfr. de Ranucon. & Regin. de Pontibus, tali modo quod, ſi ex alterutra parte omnes illi tres non poſſent, vel non vellent intereſſe, duo illorum nichilominus poſſent procedere, ſicut ſi tres intereſſent: Si vero aliquis illorum moreretur, alius ex parte ejus, cujus eſſet Dictator, poneretur) ita quod, ſi infra duos Menſes, poſtquam eis foriſfactum conſtiterit, non fuerit emendatum, extunc illi, cui foriſfactum fuerit, poterit currere ſuper foriſfactorem ſuum, donec plenarie fuerit emendatum.

Et nos, ſine nos mesfacere, poterimus juvare hominem noſtrum contra malefactorem, qui foriſfactum emendare noluerit.

Et Rex Franciæ poterit ſimiliter facere, in caſu conſimili.

Dominus autem Malefactoris non poterit juvare Malefactorem, qui foriſfactum emendare noluerit, nec aliquis, qui ſit de poſſe, vel Dominio ipſius Domini, donec ſoriſfactum plenius fuerit emendatum; & nos idem poterimus facere in caſu conſimili.

Nec Dominus Malefactoris, nec ſui poterunt juvare Malefactorem, ſicut prædictum eſt.

Illud etiam Condictum eſt quod, ſi aliqua fortericia, vel caſtrum aliquod, vel perſona alicujus nobilis, durantibus treugis caperetur, vel furtive ſubtraheretur à Rege Franciæ, ſive a ſuis, & duceretur, & teneretur in poſſe, vel territorio Regis Franciæ, & requiſitus ſuper hoc integrè non emendaret, ſine morâ ſtatim nos, per nos, vel per noſtros, ſine nos mesfacere, poterimus nos juvare.

Nichilominus tamen Dominus caſtri, fortericiæ, vel nobilis capti, modis omnibus, ſine ſe mesfacere, contra captorem, & contra detentorem poterit guerreare, donec plenarie eſſet emendatum.

Quod autem dictum eſt pro parte noſtra, ſi ex parte Regis Franciæ, vel ſuorum in caſtro, vel forticia, vel nobili capto & detento fuerit interceptum, omnino idem concorditer eſt conceſſum pro parte Regis Franciæ; videlicet, ſi ex parte noſtra, vel noſtrorum, in caſtro, vel forticia, ſeu nobili capto & detento fuerit interceptum.

Inſuper nos, & prædictus Rex Franciæ, pro nobis, & fratribus noſtris, & hominibus noſtris, & adjutoribus manifeſtis, toto tempore Treugarum iſtarum, erimus in ſeiſina eadem, in qua eramus aperte illa die qua treugæ iſtæ captæ fuerunt a nobis; ſalvo eo quod de Inſula de Re, & de noſtris hominibus, & adjutoribus ſuperius nominatis, ſuperius eſt expreſſum.

Additum eſt etiam quod hæredes illorum, qui pro utraque parte nominati ſunt in forma prædicta & poſtmodum deceſſerunt, in treugis remaneant loco ipſorum, quibus in hæreditate, ad noſtrum, & dicti Regis Franciæ feodum vel Dominium, pertinente ſuccedent.

Et quod etiam nos Dictatores Treugarum à nobis inſtitutos, pro treugarum interceptionibus emendandis; & prædictus Rex Franciæ Dictatores ſuos ſimiliter mutare poterimus, quotiens viderimus faciendum, & noſtræ placuerit voluntati.

Nos autem prædictas Treugas, ſæpedicto Regi Franciæ, & hæredibus ſuis, a nobis bona fide obſervandas firmiter jurari fecimus, nobis præſentibus, per dilectos & fideles noſtros Johannem de Lexinton, & Willielmum de Grey, Milites noſtros.

Præterea volumus, & præcipimus quod hæredes noſtri prædictas Treugas jam dicto Regi Franciæ, & hæredibus ſuis obſervent; & ad eaſdem firmiter

obſer-

A.D. 1255. Hen. 3. obſervandas ipſos hæredes noſtros, per præſentes litteras, quantum poſſumus, obligamus.

Actum apud Notingham. anno Domini 1255. Menſe Julii. A.D. 1255. Hen. 3.

Litteræ de Credentia Duci Sueorum.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Clauſ. 39. H. 3. m. 9. d.

REX Domino B. Duci Sueorum ſalutem.

Cum, de contrahendo inter nos, & vos, ac Regem Sueorum, natum veſtrum, perpetuo amicitiarum vinculo, ad nos dudum veſtros Nuncios duxeritis tranſmittendos; noſque multiplici guerrarum diſcrimine turbati, & pleriſque negotiis occupati, Nuncios a latere noſtro ad vos, pro ſtatu & qualitate rerum inveſtigandis, prout vobis ſcripſimus, eo tempore mittere nequiremus;

Ac per diſcretos & religioſos fratres, Priorem Bert, & Commer. de Ordine Prædicatorum, laudabilis induſtriæ & ſagacitatis viros, veſtram denuo voluntatem nobis lucidius explicandam duxeritis, & quomodo nobis, præ cæteris mundi Principibus, veſtra Serenitas optarit copulari: A.D. 1255.

Nos veſtræ dilectioni proinde grates referimus ſpeciales, diſcretos ac religioſos Gilbertum de Bello, & Rogerum de Reſham, de ordine ſupradicto, ad vos pro facto mittentes memorato, & ad ſtatum Regni & qualitatem negotii per ipſos inveſtigandos; quibus ſuper hiis omnibus fidem adhibere, & veſtram inde voluntatem nobis per eoſdem demandare velitis.

Teſte Rege apud Notingham, 22 die Julii.

De vino pro Nunciis Regis Caſtellæ capiendo.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Clauſ. 39. H. 3. m. 6.

QUia Electus Tolet. & Garſyas Martini, ſolempnes Nuncii illuſtris Regis Caſtellæ in brevi venturi ſunt in Angliam (quos Rex quamplurimum optat honorari) mandatum eſt Johanni de Gyſorc. Camerario Regis London, quod, ſine dilatione, capiat quatuor dolia boni vini, & ea liberet Johanni de Suwerk, ponenda in Cellaria novi Templi London. ubi ipſos Nuncios Regis hoſpitari præcepit, ad opus ipſorum Nunciorum. A.D. 1255.

Teſte Rege apud Notingham, 25 die Julii.

De Ferina pro prædictis Nunciis Caſtellæ providenda.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Clauſ. 39. H. 3. m. 6.

ET mandatum eſt Richardo de Muntfichet, Cuſtodi Foreſtæ Regis Eſſex, quod in eadem Foreſta, ſine dilatione, capiat 10 Damos, & eos uſque novum Templum London cariari faciat, liberandos prædicto Johanni, ad opus Nunciorum prædictorum; cui Rex injunxerit quod eos recipiat. A.D. 1255.

Et, cum Rex ſciverit cuſtum illius cariagii, illud faciet ei aquietari.

Teſte Rege apud Notingham, 25 die Julii.

De Nunciis Regis Caſtellæ curialiter recipiendis, & de iiſdem non moleſtandis.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Clauſ. 39. H. 3. m. 8. d.

QUia Electus Tolet. & Garſyas Martini, ſolempnes Nuncii illuſtris Regis Caſtellæ, in brevi venturi ſunt in Angliam (quos Rex optat in terra ſua plurimum honorari) Mandatum eſt Majori & Vicecomitibus London. & Communitati ejuſdem Civitatis, in fide qua Regi tenentur, quod, aſſumpta cum eis decenti comitativa Concivium ſuorum Londonenſium, præfatis Nunciis extra Civitatem prædictam occurrant, & eos curialiter recipiant, & honorent, & conducant eos uſque novum Templum London (ubi ipſos Rex A.D. 1255.

A.D. 1255.
Hen. 3.

hoſpitari præcepit dum moram ibi fecerint) & quod eis curialitates & honores, intuitu Regis, impendant.

Publice etiam clamari faciatis per totam Civitatem prædictam, & firmiter ex parte Regis inhiberi, ne quis, ſicut ſeipſum diligit, præfatis Nunciis, aut hominibus ſuis, vel aliis alienigenis, cum ipſis venientibus, aliqua proferat verba contumelioſa, vel eos in aliquo moleſtare, aut quantum in ipſo fuerit offendere præſumat.

A.D. 1255.
Hen. 3.

Et, ſi quis contra hanc inhibitionem Regis venire præſumpſerit, Rex ad corpus ſuum & omnia bona ſua taliter capiet, quod imperpetuum ſentiet ſe gravatum.

Teſte Rege apud Notingham, 26 die Julii.

Bulla inhibitoria, ne quid attemptetur in præjudicium conceſſionis Regi Angliæ factæ per Innocentium Papam, de redemptionibus votorum, obventionibus, & Legatis, in ſubſidium Terræ Sanctæ.

A.D. 1255.
An. 39. *H.* 3.
Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis fratri Johanni de Canter, ordinis fratrum minorum Wigornien. & Archidiacon. Midelſexiæ, Londonien. Dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Lecta coram nobis cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Anglorum illuſtris petitio continebat, quod fœlicis recordationis Innocentius Papa, Prædeceſſor noſter, ſibi, de ſpeciali gratia, indulſiſſet ut redemptiones votorum cruceſignatorum, obventiones, legata, & relicta ſubſidio Terræ Sanctæ in Regno Angliæ, ac aliis Terris Regis ejuſdem, ad opus ipſius Terræ, percipiendi haberet liberam facultatem;

Nos vobis, per literas noſtras, poſtmodum dediſſe dicimur in mandatis ut, redemptiones votorum, & alia prædicta fideliter colligentes, cruceſignatis Regni ejuſdem deberetis de ipſis, juxta veſtræ diſcretionis arbitrium, providere.

A.D. 1255.

Quia vero intentionis noſtræ non extitit, nec exiſtit indulgentiam ipſam ſæpedicto Regi adimere, ſed potius conſervare, maxime cum prædictæ literæ noſtræ de illa, prout dicitur, nullam faciant mentionem, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus, per eaſdem literas noſtras, in præjudicium Regis ejuſdem nullatenus procedatis.

Dat. Anagniæ. 5 Kal. Auguſti, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigil. penden. a filo canabeo.

Litteræ de Credentia Magnatibus Scotiæ.

A.D. 1255.
An. 39. *H.* 3.
Pat. 39. *H.* 3.
n. 8.

Rex Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis illuſtris Regis Scotiæ fidelibus, ſalutem.

Cum pro commodo & utilitate ſpeciali præfati filii & fidelis noſtri Alexandri Regis Scotiæ, quæ in facto noſtro intendimus, & non aliud, dilectos & fideles noſtros R. Comitem Glouceſtriæ & Hertford, W. de Fortibus Comitem Albemarliæ, & J. Maunſell Præpoſitum Beverlaci, & R. Walerand. Seneſcallum noſtrum, ad partes veſtras duxerimus tranſmittendos,

A.D. 1255.

Vos omnes & ſingulos rogamus & requirimus quatinus hiis, quæ præfati fideles noſtri, aut ipſorum duo, quos adeſſe contigerit, vobis exponenda duxerint ex parte noſtra, fidem adhibere & eiſdem libentius annuere velitis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Kawode, 10 die Auguſti.

De poteſtate admittendi quoſdam Barones Scotiæ in protectionem Regis.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis nos plenam poteſtatem dediſſe dilectis & fidelibus noſtris, Ricardo de Clare Comiti Glouceſtriæ & Hertford. Willielmo de Fortibus Comiti Albemarliæ, Johanni Maunſel Præpoſito Beverlaci, & Roberto Walerand, Seneſcallo noſtro, quos ad partes Scotiæ deſtinamus, ſeu duobus ex ipſis, quos adeſſe contigerit, admittendi nomine noſtro, amicos noſtros dilectos Patricium Comitem de Dunbar. Maliſ. Comitem Straern, Nigellum Comitem de Karrike, Robertum de Brus, Alexandrum Seneſcallum Scotiæ, Alanum Hoſtiarium, David de Lindeſ. Willielmum de Brethun, Walterum de Murrenya, Robertum de Meſneres, Hugonem Giffard, Walterum le Seneſcall, Johannem de Crauford, Hugonem de Crauford, Willielmum Kalebraz, & omnes alios, qui nobis hærere voluerint, contra omnes illos de Regno Scotiæ, qui dampna intulerunt, vel inferre præſument dilecto filio & fideli noſtro Alexandro Regi Scotiæ, vel amicis & inpriſiis noſtris injuſte, & qui rebelles extiterint kariſſimæ filiæ noſtræ Margaretæ Reginæ Scotiæ; quorum ſtatum, ad commodum & utilitatem eorumdem, reformare intendimus bona fide. A.D. 1255.

Plenam etiam poteſtatem dedimus eiſdem fidelibus noſtris, vel duobus ex ipſis, quos præſentes eſſe contigerit, providendi & faciendi plenam & ſufficientem ſecuritatem omnibus prædictis amicis noſtris, & aliis nobis in dicto negotio adhærentibus, modis omnibus quibus expedire viderint, & ſuper quibus expedire viderint.

Et promittimus nos, pro nobis, & hæredibus noſtris, ratum habituros id, quod per præfatos fideles noſtros, circa prædictam ſecuritatem, actum fuerit in formâ & modo, quibus ipſi, vel duo ex ipſis, quos adeſſe contigerit, eam providendam duxerint & firmandam.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De prædictis in protectionem Regis receptis.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra nos recepiſſe in protectionem & defenſionem noſtram Patricium Comitem Dunbarr. Maliſ. Comitem Straern. Nigellum Comitem Carrik, & alios qui continentur in præcedenti littera, contra omnes illos, de Regno Scotiæ, qui dampna intulerunt, vel inferre præſument dilecto filio & fideli noſtro Alexandro Regi Scotiæ illuſtri, vel prædictis nobilibus injuſte, & qui rebelles & moleſti fuerint, vel erunt kariſſimæ filiæ Noſtræ Margaretæ Reginæ Scotiæ.

Et volumus quod eos gravent omnibus modis & expugnent, promittentes quod ad hoc eos juvabimus bona fide.

Et, ſi de nobis, quod abſit, humanitus contingat, hæredes noſtros, qui eos debeant, ſicut prædictum eſt, juvare, obligamus; promittentes quod contra perſonam dicti Regis per nos nichil mali attemptabitur, nec ipſius exhæredationi inſiſtemus. A.D. 1255.

Promittimus etiam quod matrimonium, inter prædictum Regem & dictam filiam noſtram contractum, nullo modo dirimi procurabimus; nec pacem vel treugam, cum prædictis rebellibus & maleficis, faciemus ſuper prædictis: Præſentibus valituris, donec idem Rex viceſimum primum annum compleverit.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Kawode, decimo die Auguſti.

A.D. 1255. Hen. 3.

Sub hac forma mandatum eſt Magnatibus & Militibus Angliæ pro negotio Scotiæ.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Clauſ. 39. H. 3. m. 7. d.

REX dilecto & fideli ſuo ſalutem.

Cùm, pro reformatione & melioratione ſtatus illuſtris Regis Scotiæ, & kariſſimæ filiæ noſtræ Margaretæ, Reginæ ſuæ, dilectos & fideles noſtros R. Comitem Glouceſtr. & J. Maunſell Præpoſitum Beverl. ad partes Scotiæ nuper miſerimus, & jam ab eiſdem receperimus in reſponſis quod Propoſitum noſtrum, ad honorem noſtrum, & ad commodum & utilitatem præfati Regis, & Regni ſui, explere poterimus ad votum; dum tamen honorifice, cum poſſe noſtro, prout decet, ad partes illas perſonaliter accedamus;

Vobis mandamus, in fide, & homagio, & dilectione, quibus nobis tenemini firmiter injungentes, quod, ſtatim viſis litteris iſtis, omni dilatione & occaſione poſtpoſitis, ad nos, de die & nocte, cum equis & armis, & toto poſſe veſtro, veniatis profecturi nobiſcum ad partes prædictas:

Et hoc, ſicut nos & honorem noſtrum diligitis, non omittatis; pro certo habentes quod niehil aliud in facto iſto intendimus quàm commodum & utilitatem præfati Regis, & Regni ſui, & noſtrum honorem.

Teſte Rege apud Eborum, 16 die Auguſti.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ibidem.

MAndatum eſt ſingulis Vicecomitibus Angliæ, quod cum omni feſtinatione, clamari faciant publicè per totam Ballivam ſuam, quod omnes illi, qui de Rege tenent in capite, & ſervitium ei debent, quod, omni dilatione & occaſione poſtpoſitis, veniant ad Regem cum equis & armis, & toto poſſe ſuo, profecturi cum eo ad partes Scotiæ, ſicut ipſum Regem, & honorem ſuum, necnon & terras & tenementa, quæ de Rege tenent, diligunt: Et alios vavaſſores & milites, qui de Rege non tenent in capite, ſimiliter veniant cum equis & armis, ſicut ipſum Regem & honorem ſuum diligunt, & gratiam & favorem Regis perpetuum promereri voluerint.

Teſte ut ſupra.

Pro Edvardo filio Regis extra Vaſconiam in Hyberniam tranſfretante.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Clauſ. 39. H. 3. m. 7. d.

REX Edwardo filio ſuo, ſalutem.

Sciatis quod dilectus & fidelis noſter Petrus de Sabaudia nuper nobis conſulendo mandavit quod, ex quo treugæ inter nos, & Regem Franciæ prolongatæ ſunt, bonum ſibi videtur quod, proviſo & ordinato ſtatu terræ veſtræ Waſconiæ, tàm de Seneſcallo, quàm aliis, extra inſtantem hyemen tranſferatis vos in Hibernia, ibidem moraturi in hac hyeme, pro negotiis veſtris ibidem expediendis; & quod ad Paſcha ad nos in Angliam veniatis; Quod quidem conſilium gratum reputamus & congruum, dum tamen commodo fieri poſſit.

Quapropter vobis mandamus quod, ſi videritis, & hoc facere poſſitis ſine periculo maris propter hyemem, & vobiſcum habueritis navigium, & competentem gentem, tunc, ordinato ſtatu terræ prædictæ, ut prædictum eſt, quamcitius poteritis tranſferatis vos ad partes illas, ad reformandum & ordinandum ſtatum dictæ terræ Hiberniæ; ut ad Paſcha ad nos redire poſſitis in Angliam: Et quid ſuper hiis facere decreveritis, nobis per dilectum & fidelem noſtrum N. de ſancto Mauro remandetis.

Videtur etiam nobis valde bonum, & tranquillitati & paci terræ veſtræ Waſconiæ nimis expediens, quod cuſtodiam & Seneſcaltiam totius terræ prædictæ committatis dilecto & fideli noſtro Stephano Lungeſper, quem ad hoc aſſumendum, modis omnibus, quibus expedire videritis, inducatis; nos enim ipſum ſuper hoc rogamus, ſicut aliàs rogavimus.

Et in præmiſſis omnibus utamini conſilio prædicti Petri, ſi ipſum ad vos venire contigerit, in Waſconia, prout ipſum rogavimus.

Teſte Rege apud Eborum, 17 die Auguſti.

Pro Petro de Sabaudia.

A.D. 1255. *An.* 39. *H.* 3. *Ibidem.*

ET mandatum eſt eidem Petro quod, ſi contingat ipſum venire in Vaſconia, ſtatum ipſius terræ, & receſſum Edwardi filii Regis ab eadem, & transfretationem ſuam in Hibernia, totaliter ordinet, prout melius viderit expedire.

Et, facta illa ordinatione ſub omni celeritate, qua poterit, ad Regem veniat in Angliam, cum eo tractaturus ſuper illis ſecretis negotiis, pro quibus venerabilis pater P. Hereford. Epiſcopus in Curia Romana diligenter & efficaciter laboravit.

A.D. 1255.

Teſte ut ſupra.

Publicatio Propoſiti Regis, de non inſerendo aliquod præjudicium libertatibus Scotiæ.

A.D. 1255. *An.* 39. *H.* 3. *Pat.* 39. *H.* 3. *m.* 3.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Quia quidam, ut audivimus, formidant quod ſtatum Regni Scotiæ, ſeu ejuſdem libertates in aliquo proponimus infirmare; cum tamen potius, ex multiplici fœdere, inter nos, & kariſſimum filium noſtrum Alexandrum illuſtrem Regem Scotiæ contracto, honorem ſuum & Regni ſui libertates, pro poſſe noſtro, teneamur illæſas in omnibus conſervare;

Univerſitati veſtræ præſentibus litteris notum facimus, & fideliter promittimus, quod occaſione eorum, quæ acta fuerunt apud Eborum, tempore matrimonii, contracti inter ipſum Regem, & Margaretam primogenitam filiam noſtram Reginam Scotiæ, ſponſam ſuam, ſuper ſtatu Conſiliariorum & Balliorum dicti Regis, nullum volumus ejuſdem Regis & Regni ſui libertatibus præjudicium generari.

A.D. 1255.

Promittimus ſimiliter quod, cum ſimus verſus partes Scotiæ appropinquantes, ad videndum ipſum Regem, & Reginam, ſponſam ſuam, filiam noſtram kariſſimam, juxta magnum deſiderium cordis noſtri, nichil faciemus, nec aliquid fieri per aliquos permittemus, in hoc præſenti adventu noſtro ad partes boreales, ſine adventu ipſius Regis ad nos, per quod ipſi Regi, Regno ſuo, vel ſuis libertatibus in aliquo præjudicetur; ſet magis, ex paternæ dilectionis vinculo, quo ei aſtringimur, ad ſalvandum libertates & jura ipſius Regis, & Regni ſui, pro noſtris viribus conſilium & auxilium efficax, ſi opus fuerit, apponemus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo quinto die Auguſti.

De emendis faciendis & recipiendis contra Treugas cum Rege Franciæ.

A.D. 1255. *An.* 39. *H.* 3. *Pat.* 39. *H.* 3. *m.* 3.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noveritis quod nos habebimus ratum & gratum quicquid, ad diem conſtitutum inter illuſtrem Regem Franciæ, & Dominum Comitem Toloſ. ex una parte; & nos ex altera, in Octabis Sancti Michaelis apud Motam de Conak. fiet per dilectos & fideles noſtros Petrum de Burdeg. Amaunium de Varreys, & Petrum Caylon, quos dictatores treugarum ex parte noſtra conſtituimus, quamdiu nobis placuerit.

Super emendis faciendis & recipiendis de dampnis indebite & contra jus datis, a prædictis Rege, & Comite, & hominibus ſuis, nobis & hominibus noſtris:

A.D. 1255.

Et, vice verſa, dictis Regi, & Comiti, & hominibus ſuis, a nobis, & hominibus noſtris, tangentibus, ſive non tangentibus interceptiones treugarum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo octavo die Auguſti.

De procuratoribus ſuper prædictis Treugis conſtitutis.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noveritis quod nos ad diem, collectum in Octabis Sancti Michaelis, apud Motam de Conak. inter illuſtrem Regem Franciæ, & Dominum Comitem Tholoſ. ex una parte; & nos ex altera, pro emendatione facienda & recipienda de dampnis indebite & contra jus datis a præfatis Rege, & Comite, & hominibus ſuis, nobis, & hominibus noſtris,

Et vice verſa dictis Regi, & Comiti, & hominibus ſuis, a nobis & noſtris hominibus;

Et etiam de dampnis tangentibus interceptionem treugarum,

Dilectos & fideles noſtros Willielmum Reymund Columb. Magiſtrum Petrum Franc. & Magiſtrum Regin. de Bos, Procuratores noſtros ſub alternatione conſtituimus ad faciendas & recipiendas, nomine noſtro, emendas ſupradictas;

Ratum & gratum habituri quicquid per eoſdem, ſeu unum ipſorum, quantum ad præmiſſa actum fuerit, ſeu etiam procuratum.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Et ſciendum quod iſta duo paria litterarum præcedentium compoſita fuerunt & formata juxta formam, quam Magiſter Gilbertus de Millers miſit ad Curiam, & tranſmiſſa fuerunt in Waſconia per Henr. de Chelmerford, Nuncium Regis, die Dominica proxima poſt Feſtum Sancti Bartholomæi, Rege tunc exiſtente apud Novum Caſtrum ſuper Tynam.

De poteſtate conducendi Regem & Reginam Scotiæ in præſentiam Regis.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. m. 3.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra nos dediſſe dilectis & fidelibus noſtris, Galfrido de Lezignan, & Willielmo de Valentia, fratribus noſtris, Rogero le Bygod Comiti Norfolk & Mareſcallo Angliæ, Johanni de Warenna, Willielmo de Fortibus Comiti Albimarl. & Edmundo de Lacy, plenam poteſtatem ſalvo & ſecure conducendi, vice noſtra, ad noſtram præſentiam, dilectum filium & fidelem noſtrum Alexandrum Regem Scotiæ illuſtrem, & Margaretam filiam noſtram Reginam Scotiæ, conſortem ſuam, & omnes alios quos ſecum ad nos ducere voluerint;

Ita quod ad nos ſecure veniant, nobiſcum morentur, & revertantur ad propria pro ſuæ libito voluntatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Alnewyk, ſecundo die Septembris.

Hæc Littera eſt duplicata.

De Conductu pro Rege & Regina Scotiæ.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. m. 3.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noveritis nos dediſſe & conceſſiſſe kariſſimo filio noſtro Alexandro illuſtri Regi Scotiæ, & kariſſimæ filiæ noſtræ Margaretæ Reginæ Scotiæ, ſponſæ ſuæ, & omnibus hominibus ſuis, quos ſecum ducere volent, noſtrum ſalvum & ſecurum conductum veniendi ad nos, apud Werk. & alibi in Marchia Regnorum Angliæ & Scotiæ, ſalvo morandi, & ſalvo redeundi ad partes ſuas, quo voluerint.

Promiſimus etiam eis fideliter, quod nec ipſi Rex & Regina, nec aliquis ex ſuis, quos ſecum ducent, infra Regnum noſtrum moram facient, niſi de omnium Magnatum Scotiæ voluntate:

Nec aliquid faciemus, aut fieri permittemus per quod dicto Regi, aut Regno ſuo, aut libertatibus ſuis Regiis poſſit aliquid præjudicium generari.

Ad hæc autem prædicta, prædicto Regi, & omnibus ſuis, tales dedimus conductores; ſcilicet, dilectos fratres noſtros,

A.D. 1255.
Hen. 3.

Galfridum de Lezignan, & Willielmum de Valentia, R. de Clare Comitem Glouceſtriæ & Hereford. R. de Bygod Comitem Norfolkiæ & Mareſcallum Angliæ, W. de Fort. Comitem Albemarl. Edmundum de Lacy Comitem de Lincoln. & J. Maunſel Præpoſitum Beverlaci;

A.D. 1255.
Hen. 3.

Qui de voluntate, & de præcepto noſtro, ipſum, & omnes ſuos ſalvo ad nos ducere, & reducere, ut prædictum eſt, manuceperunt; præſentibus poſt Feſtum Sancti Michaelis, anno Regni noſtri triceſimo nono minime valituris.

Teſte Rege apud Chinelingh. quinto die Septembris.

De Feſto Sancti Edwardi celebrando.

A.D. 1255.
An. 39. H. 3.
Clauſ. 39. H. 3. m. 6. d.

QUIA Rex non eſt certus quod intereſſe poſſit ſolemnitati inſtantis Feſti beati Edwardi apud Weſtm. pro variis & urgentibus negotiis quibus intendit in partibus Scotiæ, mandatum eſt Philippo Luvel, Theſaurario Regis, & Edwardo de Weſtm. in fide & dilectione quibus Regi tenentur, quod prædictum Feſtum, una cum venerabilibus Patribus Sar. Norwic. Bathon. & Ciceſtr. Epiſcopis, Abbatibus & Prioribus vicinis, quos ad Feſtum illud Rex per literas ſuas invitavit, vice Regis teneant, & ſolemniter celebrent ad cuſtum Regis, & Capitagium Regis & Reginæ, & liberorum ſuorum, ſcilicet de 36 Almuciis nomine eorum offerri, & Cruci argenteæ ſupra magnum Altare Weſtmonaſt. attachiari faciant;

Et unam platam auri ponderis unius unciæ nomine Regis offerant, prout moris eſt in ſolemnitate miſſæ prædicti Edwardi, ac ſi Rex præſens eſſet ibidem,

A.D. 1255.

Et duas aulas Regis Weſtm. impleri pauperibus in dicto Feſto, & eos paſci faciant, ſicut fieri conſuevit, & proceſſionem Eccleſiæ beati Margaretæ & omnes proceſſiones Civitatis London. cum cereis & aliis proceſſionibus ſuis ſolemniter venire faciant uſque Weſtm. in die Sancti Edwardi, prout Rex ſimiliter mandavit Majori & probis hominibus London.

Et hæc & omnia alia, quæ viderint fore facienda ad honorem prædicti Sancti, & ſolemnitatem feſtivitatis ipſius, honorifice fieri faciant, prout melius & decentius nomine Regis fuerit faciendum; ita quod prudentiam ſuam Rex merito poſſit commendare.

Teſte Rege apud Werk. 13 die Septembris.

Pro Nunciis Regis Caſtellæ.

A.D. 1255.
An. 39. H. 3.
Clauſ. 39. H. 3. m. 4.

LIcet nuper Rex dederit in mandatis Regin. de Cobham, quod venerabili Patri Electo Tolet. & Garſiæ Martini, qui, in Nuncium Regis Caſtellæ illuſtris, in Angliam ſunt venturi, neceſſaria inveniret uſque ad adventum ſuum London; quia tamen non eſt neceſſe quod id faciat, mandatum eſt eidem quod ipſos ſumptibus ſuis propriis venire London permittat.

A.D. 1255.

Verumptamen eos curialiter recipiat & honoret, & conſuetudinem portus Dovor. pro paſſagio ſuo debitam, acquietet, & ſingulis diebus, dum fuerint in balliva ſua, exennia, ex parte Regis, eis habere faciat;

Et cum Rex ſciverit cuſtum, quod ad hoc appoſuerit, faciet ei allocari.

Teſte Rege apud Werk. 15 die Septembris.

De Credentia pro Jo. de Dya, & de Capitaneo ac pecunia pro Regno Siciliæ ſine mora mittendis.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

De multa cordis benivolentia & animi ſinceritate proceſſit quod Romana Eccleſia ſuper Regno ſuo Siciliæ fecit gratiam nato tuo, illum inter Principes cæteros tanti doni tantique honoris largitione magnificans & ſublimans, prout in Apoſtolico, ſuper hoc obtento privilegio, continetur.

Et licet fœlicis recordationis Innocentius Papa prædeceſſor noſter, tibi & eidem nato in hoc, ſicut plene noviſti, fuerit plurimum gratioſus; nichilominus tamen poſtmodum ipſius Regni negotium per ſeipſum extitit proſecutus, cunctis illud promovendo ſtudiis & auxiliis, nichilque in hoc de contingentibus omittendo.

Unde, oportunitate habitâ, dictum Regnum ipſe, cum ſuis fratribus, perſonaliter introivit, moram ibi contrahens, & exequens diligenter præmiſſum negotium ad ejuſdem Eccleſiæ, ac tuum, & ipſius nati honorem & commodum, quouſque ibidem debitum carnis exolvit.

Multam profecto in eodem negotio vigilantiam idem prædeceſſor adhibuit, anxios propter hoc labores pertulit, & importabilia quaſi pro illo ſubivit onera expenſarum.

Nos autem, poſtquam ad culmen fuimus ſummi Apoſtolatûs aſſumpti, mox ad amplexus tuos brachia internæ dilectionis extendimus, mox tibi noſtri pectoris, ad exauditionis beneficium reſeravimus januam; moxque ad omnem gratiam Apoſtolicum expandimus tibi ſinum.

Nam quàm affectuoſe te, dictumque natum, in præfato negotio, reſpexerimus, quam favorabiliter prædicti prædeceſſoris intentionem & gratiam in hac parte duxerimus approbandam; & quam inſuper gratioſè nos & fratres noſtri, te ac natum eundem, in ipſius Regni conceſſione honoraverimus, non ignoras.

Quam etiam ſolliciti circa idem negotium extiterimus & ferventes; quanta quoque ad id ſubſidia miniſtraverimus; quantumque laboraverimus ad colligendum undique ob hoc, & habendum ſuffragia oportuna, cunctis luce clarius innoteſcit: Cùm, noſtris ſtudiis non contenti, aliorum curas & vires, ad hujus rei proſecutionem, curaverimus adhibere.

Sed ut proceſſum nuper in eodem Regno habitum plene noſcas, illum tibi præſentibus duximus exponendum: *SCIAS IGITVR* quod, cum dilectus filius noſter O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legatus, cum magno & honorabili exercitu ad partes Apuliæ proceſſiſſet, & memoratum negotium laudabiliter convaleſceret, & ſucceſſibus proſperis firmaretur; tandem, quorundam proditorum faciente nequitia, de quibus quod fideliter agerent præcipue ſperabatur, tot fuere fabricata contraria, tot injecta offendicula & obſtacula præparata, quod propter hæc (cum liquidò appareret illorum dolus, proditio atque fraus) coactus eſt idem Legatus in terram Laboris cum tota ſua comitiva redire: Propter quod tanto eſt feſtinantius ſuccurrendum, quanto propinquiùs confuſio imminet & diſcrimen.

Verùm, quia ſumus ad ferendum ulterius tantum pondus penitus impotentes, cùm pro ipſius promotione negotii exauriverimus omnino Cameram noſtram, innumera contraxerimus debita, Roman. Eccleſiam multis & gravibus obligationibus aſtringentes, omnium quaſi Mercatorum morantium apud ſedem Apoſtolicam, multorum officialium & familiarium noſtrorum, ac aliorum etiam, pro hujuſmodi neceſſitate, pecuniis jam receptis, ita quod de cætero mutuum invenire nequimus,

Excellentiam tuam attente requirimus, ſuadentes cum inſtantiâ & hortantes, quatinus, cum illa pars Regni, quæ prius adhærebat Eccleſiæ, ac etiam Inſula Siciliæ adhuc in ipſius devotione ac fidelitate perſiſtant, & per eandem terram libere ad alias Regni partes haberi poſſit tranſitus & proceſſus, ſuccurſum præpares feſtinatum; ita quod, omni difficultate ac tarditate remota, ſtatim copioſa & ſtrenua militia dirigatur.

Et nichilominus, ut præfata terra poſſit interim præſervari, incontinenti pecuniam, pro conducendis ad hoc militibus, & aliquem virum idoneum pro Capitaneo ſtudeas deſtinare, ac aliis hujuſmodi negotio, prout expedit, effica-

A.D. 1255. Hen. 3.

citer providere; ſciturus quod, ſi ſuper hiis providere quoquo modo diſtuleris, terra ipſa, & quicquid de prædicto Regno eſt habitum & poſſeſſum, protinus amittetur, nec poterit forte poſtea tam grave reſarciri diſpendium, aut tam dampnoſa reparari ruina.

Nam cum tu olim, quando aſſumere tantum negotium difficile valde, immo quaſi impoſſibile videbatur, cum præfata Eccleſia in Regno prædicto nichil penitus obtineret, Regnum ipſum affectaris habere, ac libenter tractatum, qui, pro eodem nato, ſuper illo, per memoratum prædeceſſorem, & dilectum filium Magiſtrum Albertum Notarium noſtrum, tecum habitus extitit, acceptaſſe dicaris; multo ardentius modò debes aſſurgere ad prædictum negotium aſſumendum, cum in ea parte ipſius Regni plene ac libere dominetur Eccleſia, quæ utique ſemper inter alias dignior & nobilior extitit, & cum qua ejuſdem Regni reſiduum multotiens fuit antiquitùs per diverſa tempora occupatum.

A.D. 1255. Hen. 3.

Tolle igitur moras, fili cariſſime, quia, ſicut noſti, ſemper nocuit differre paratis.

Hæc ideo ſcribimus, ne in hiis, ad excuſationem, aliqua ignorantia valeat allegari.

Et ecce dilectum filium fratrem Johannem de Dya, Capellanum & Pœnitentiarium noſtrum, de quo nos & fratres noſtri plenam in Domino fiduciam obtinemus, propter hoc ſpecialiter ad te duximus deſtinandum; cui in hiis, quæ tibi, ſuper præmiſſis, ex parte noſtra dixerit, cum noſtram in hac parte ſibi plene intentionem expreſſerimus, adhibeas firmam fidem; cui etiam, ſuper hujuſmodi negotio, ſublata mora qualibet, tuam totaliter exprimas & aperias voluntatem, per eum nobis poſtmodum referendam.

Dat. Anagniæ, 14 Kal. Octobr. Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo penden. a filo canabeo.

De Regina Scotiæ commorante cum Regina Angliæ ægrotante.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. m. 4.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis nos bona fide promiſiſſe dilecto filio & fideli noſtro, Alexandro Regi Scotiæ illuſtri, quod Margaretam Reginam Scotiæ, uxorem ſuam, filiam noſtram kariſſimam, quam, ad inſtantiam noſtram, dimiſit apud Werk cum dilecta conſorte & Regina noſtra, propter infirmitatem ejuſdem Reginæ noſtræ,

Eidem Regi, vel Militibus, quos ad hoc deſtinabit, præſentes litteras noſtras deferentibus, reddi faciemus ad ducendam quo idem Rex voluerit, quamcito Regina noſtra convaluerit, & a Caſtro de Werk verſus partes auſtrales ſe diverterit.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Werk, viceſimo die Septembris.

De Conſiliariis Regni & Regis Scotiæ amovendis, necnon de aliis, eorum loco, ad inſtantiam Regis Angliæ, ſubſtitutis.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 39. H. 3. m. 2.

HEnricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint ſalutem.

Sciatis nos litteras dilecti filii & fidelis noſtri Alexandri, Dei gratiâ, Regis Scotiæ illuſtris habere in hæc verba;

VNIVERSIS CHRISTI FIDELIBVS, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, Alexander, Dei gratiâ, Rex Scotiæ, ſalutem.

Noverit Univerſitas veſtra quod, cum kariſſimus pater noſter & Dominus Henricus, Rex Angliæ illuſtris, pro honore & utilitate noſtrâ, & Regni noſtri, ad Marchiam Regnorum Angliæ & Scotiæ, ſui gratiâ, perſonaliter acceſſiſſet, nos, ad inſtantiam ipſius Regis, & de Conſilio Magnatum noſtrorum,

Scilicet, venerabilium Patrum in Chriſto W. Glaſg. R. Dunkeld. H. Abberden. Epiſcoporum, & Domini G. Electi Sancti Andreæ;

De Dunfermel. de Kelthon. de Geddewurth, & de Newebolt, Abbatum;

A.D. 1255.
Hen. 3.

H. Comitis de Fif, P. Comitis de Dunbar, N. Comitis de Carrik, H. Comitis de Strathern. Alexandri Seneſcalli Scotiæ, Roberti de Brus, Alani Hoſtiarii, Walteri de Morevia, David de Lindeſ. Willielmi de Brechyn, Hugonis Giffard, Rogeri de Mumbray, Gilberti de Haya, Roberti de Meyners, Willielmi de Duneglas, Johannis de Vallibus, Willielmi de Rammeſ. & aliorum plurium Baronum noſtrorum,

Amovimus W. Glaſg. C. Dumblan. Epiſcopos, G. Electum Sancti Andreæ;

W. Comyn Comitem de Meneteyeſ, Alex. Comyn Comitem de Bothan, Willielmum Comitem de Mar, Johannem de Bayllol, Robertum de Ros, Aymeram de Hakeſwell, & Mariam Uxorem ejus, Johannem Comyn, Nicholaum de Sules, Thomam de Normanvill, Alex. Vinet, Johannem de Dundemor, David de Graham, Johannem le Blund, Thomam filium Ranulfi, Hugonem Gurle, & Willielmum fratrem ejus, Willielmum Whiſchard Archidiaconum Sancti Andreæ, fratrem Ricardum Elemoſinarium de Ordine Militiæ Templi, David de Louthor, Johannem Whyſchard, Willielmum de Canerhon, & Willielmum quondam Capellanum noſtrum, meritis eorum exigentibus, ut dicitur à Concilio noſtro, & Balliis ſuis.

Et ipſos, aut Complices, vel Fauctores ſuos, ad Conſilia noſtra, & Negotia Regni noſtri Tractanda, ſeu ad gratiam noſtram, vel ad familiaritatem aliquam, nequaquam admittemus donec ipſi prædicto Regi & nobis exceſſus, eis impoſitos, & imponendos, concordia vel judicio ad plenum emendaverint: Ad quod faciendum modis omnibus, quibus juſtum fuerit, eos, ſi neceſſe fuerit, compellemus.

Illud quoque condictum, & utrimque conceſſum eſt quod, ſi Principem extraneum Regnum Scotiæ invadere, vel impugnare contingat, liceat nobis prædictos Magnates, à noſtro Concilio jam amotos, & alios quoſcumque ad noſtrum auxilium admittere & invocare.

Ad hæc autem, mediante prædicti Regis Concilio, & dictorum magnatum noſtrorum, ordinavimus quod Venerabiles patres Ricardus & Petrus Dunkeld. & Abberden. Epiſcop. H. Comes de Fyf, P. Comes de Dunbar, H. Comes de Strathern. N. Comes de Carrik, Alex. Seneſcallus Scotiæ, Robertus de Brus, Alanus Hoſtiarius, Walterus de Morevia, David de Lindeſ. Willielmus de Brechin. Robertus de Meyner, Gilbertus de Haya, & Hugo Giffard, ad Conſilia noſtra, & gubernationem Regni noſtri, & cuſtodiam corporis noſtri & Reginæ ſponſæ noſtræ ſint deputati.

A.D. 1255.
Hen. 3.

A Conſilio noſtro & Balliis ſuis, citra terminum ſeptem annorum completorum, & incipientium ad feſtum Tranſlationis Sancti Cuthberti, anno Domini 1255. vel terminum breviorem, in quem dictus Dominus Rex, vel ejus hæredes & nos communiter duxerimus conſentiendum, nullatenus amovebuntur; niſi manifeſte demeruerint quo minus noſtris Conciliis, & Regni noſtri negotiis debeant intereſſe.

Quod ſi ipſorum aliquem, vel aliquos ex cauſa hujuſmodi amoveri, vel in fata concedere, infra dictum tempus, contigerit, alius, vel alii, loco ipſius, vel ipſorum, de Conſilio prædictorum Epiſcoporum, Comitum, & Baronum, Conſiliariorum noſtrorum, vel eorum qui ex ipſis ſuperſtites extiterint, ſubſtituentur.

Præterea, de Feodalibus Cuſtodiis vel Eſcaetis noſtris nichil fiet, niſi de Conſilio & Conſenſu dictorum Conſiliariorum noſtrorum, eiſdem modo prædicto ſubſtituendorum, & noſtro.

Si vero Vicecomites, Foreſtarii, & cæteri Minores Ballivi deliquerint, per quod debeant à ſuis Balliis amoveri, nos, per ſupradictum Conſilium noſtrum, alios loco eorum ſubſtitui faciemus.

Nec Caſtra noſtra ab eis, quibus tempore confectionis præſentium commiſſa fuerunt, reſumemus, niſi per Conſilium commune eorundem Conſiliariorum noſtrorum, ad cuſtodiam & gubernationem Regni noſtri, & corporis noſtri, & Reginæ noſtræ aſſignatorum.

Promiſimus etiam bona fide præfato Domino Regi quod filiam ſuam, Reginam noſtram, affectu maritali, cum honorificentia omnimoda, quæ filiam tanti Principis, & noſtram decet Reginam, tractabimus & cuſtodiemus, & eidem, a Regno noſtro, honores debitos & convenientes, in omnibus, & per omnia, exhiberi faciemus.

Obligationes etiam & conceſſiones rationabiles, quas prædicti Epiſcopi & Magnates noſtri fecerunt præfato Domino Regi, ratas habemus & acceptas, ut eas quæ de Mandato noſtro & voluntate proceſſerunt.

Et, ad omnia prædicta fideliter & inviolabiliter obſervanda, jurare fecimus in animam noſtram Patricium Comitem de Dumbar, ſubicientes nos cohercioni Domini Papæ ut, ſi contra prædicta in aliquo, quod abſit, veniamus, ipſe per cenſuram Eccleſiaſticam, abſque ſtrepitu judiciali nos ad plenam præmiſſorum obſervationem compellat, A.D. 1255. Hen. 3. Præſenti ſcripto, completo prædicto termino, ut prædictum eſt, nobis vel hæredibus noſtris bona fide reſtituendo, nec poſtmodum aliquo tempore valituro.

In hujus autem rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigillum noſtrum fecimus apponi.

Teſte meipſo apud Rokesburg. viceſimo die Septembris, anno Regni noſtri ſeptimo.

Nos vero prædicto Regi Scotiæ promittimus, & concedimus bona fide, quod, expleto termino ſupradicto, per ea, quæ in dicto ſcripto continentur, nullum ſibi, vel hæredibus ſuis, vel Regno ſuo, aut Libertatibus ſuis Regiis præjudicium generabitur.

Et quod in fine termini memorati prædictum ſcriptum nichil valeat, & quod nichilominus reſtituatur, & pro nichilo penitus habeatur.

In hujus igitur rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus Patentes. A.D. 1255. Hen. 3.

Teſte meipſo apud Sproriſton. viceſimo die Septembris, anno Regni noſtri triceſimo nono.

Memorandum quod iſta littera facta fuit & conceſſa Domino Regi Scotiæ per preceptum Domini Regis Angliæ apud Karliol. per Conſilium & viſum R. Comitis Glouceſtr. G. de Lezign. W. de Valentia fratrum Regis, J. Maunſell Præpoſiti Beverlaci, R. le Bigod Comitis Norfolciæ Mareſcalli Angliæ, J. de Waren. Comitis Surr. W. de Fortibus Comitis Albemarl. Edmundi de Lacy, J. de Pleſſetis Comitis Warr. Hugonis le Bigod, Rogeri de Monte Alto, Elyæ de Rabbayne, J. de Greye, R. Walerand, Willielmi de Clare, & multorum aliorum Baronum, & Conſiliariorum Regis, tunc ibidem exiſtentium.

De protegendis & defendendis quoſdam Barones Scotiæ contra cæteros Rebelles.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ibidem. REX omnibus, &c. ſalutem.

Noveritis quod, cum dilectos & fideles noſtros R. de Clare Comitem Glouceſtr. & Hertford, & Johannem Maunſell Præpoſitum Beverlaci, ad dilectum filium & fidelem noſtrum Alexandrum Regem Scotiæ illuſtrem, & kariſſimam filiam noſtram Margaretam, Reginam Scotiæ, ſponſam ſuam miſiſſemus, ut dicti Rex & Regina ad nos perſonaliter nobiſcum, ſuper utilitate & commodo ipſorum, accederent tractaturi;

Ac dicti fideles noſtri Conſiliarios præfati Regis, tunc temporis Rebelles Mandato noſtro, & dicto Domino ſuo non tantum inutiles, ſet graves magis inveniſſent;

Propter quod M. Comitem de Fyf, P. Comitem de Dunbar, M. Comitem de Strathern, N. Comitem de Carrik, Robertum de Brus, Alex. Seneſcallum Scotiæ, Alanum Hoſtiarium, Walterum de Morevia, David de Lindeſ. Willielmum de Brechin. Robertum de Meyners, Hugonem Giffard, Walterum Seneſcallum, Gilbertum de Haya, Johannem de Craunford, Hugonem de Craunford, & Willielmum de Calbrah (per quorum Conſilium dicti Rex & Regina ad nos acceſſerant) ad ſe attraxiſſent, A.D. 1255.

Nos eiſdem bona fide promittimus, pro nobis, & hæredibus noſtris, quod, ſi dictus Rex Scotiæ, vel dicti Rebelles, vel Complices, aut Fautores eorum, dictos Nobiles, vel hæredes ſuos aliquo tempore, hac de cauſa, gravare vel moleſtare voluerint, nos ipſos Nobiles, & hæredes ſuos protegemus, & defendemus contra dictos Rebelles, & etiam pro poſſe eiſdem ſuccurremus.

Promittimus etiam bona fide quod pacem vel treugam cum prædictis rebellibus nullo modo, ſine aſſenſu prædictorum nobilium, faciemus: Dum tamen eoſdem rebelles debita diligentia compellant ad emendandum nobis tranſgreſſiones, factas nobis per eoſdem; & cum eis pacem vel concordiam non faciant ſine nobis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Werk, 21 die Septembris.

De Ordinatione cum perſonis de Scotia facienda.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. *Ibidem.*

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noveritis nos ratum habere & gratum quicquid dilecti & fideles noſtri R. Comes Glouceſtr. & Hertf. & Johannes Maunſell Præpoſitus Beverlaci, nomine noſtro, fecerint, ordinaverint vel conceſſerint quibuſcumque perſonis de Scotia.

Et ſuper hoc plenam eis & liberam tenore præſentium tribuimus poteſtatem.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Alnewyk, 23 die Septembris.

Bulla directa Regi Angliæ pro Gervaſio de Londoniis, Capellano Domini Papæ, & ſuis forbannitis de Regno Angliæ in gratiam ipſius Regis admittendis.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Exhibita nobis dilecti filii Magiſtri, Gervaſii de Londoniis, Subdiaconi & Capellani noſtri, Canonici Lichefelden. petitio continebat quod, olim orta inter venerabilem fratrem noſtrum Hereforden. Epiſcopum, & præfatum Magiſtrum, ſuper diverſis articulis, materia quæſtionis, idem Magiſter, ut dicitur, occaſione quæſtionis hujuſmodi de mandato tuo extitit de Regno Angliæ forbannitus;

Verum cum eadem quæſtio, quæ diù in Romanâ Curiâ extitit ventilata, fuerit amicabili compoſitione ſopita, Serenitatem tuam rogamus attentiùs & hortamur quatinus, ipſum & ſuos, pro Apoſtolicæ ſedis & noſtrâ reverentia, relaxato banno prædicto, ad tuam gratiam favorabiliter admittens, eos in jure ſuo habeas propenſius commendatos; ita quod poſſis ex hoc apud Deum & hominem non inmeritò commendari, & nos teneamur tibi proinde ad merita gratiarum.

Dat. Anagniæ, ſexto Kal. Octobris, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

De campſoribus Papæ & Mercatoribus ſatisfaciendis.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Magiſtro Bernardo Canonico Senenſi, & in Anglia Nuncio noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Nuper tibi commiſiſſe meminimus ut decimam Eccleſiaſticorum proventuum Regni Angliæ & Scotiæ, ab Apoſtolica ſede cariſſimo in Chriſto filio noſtro Regi Anglorum illuſtri conceſſam, cum integritate colligeres, ipſamque ſociis dilectorum filiorum Rainaldi, & Tholomæi, ac Scotti Dominici, Campſorum noſtrorum Civium Senen. aſſignares;

Verum quia nonnulli Epiſcopi, Abbates, Priores, Conventus, & Capitula dictorum Regnorum dilectis filiis Rolando Bonſignoris, Bartholomeo Guidi, Bonaventuræ Bernardini & Aldebrando Ildebrandi, ac Bernardo Proſperini, eorumque ſociis Civibus & Mercatoribus Senen. cùm litterarum noſtrarum auctoritate, tùm per publica documenta in quibuſdam pecuniæ ſummis teneri noſcuntur, de quibus ſatisfieri volumus eiſdem Rolando & aliis de decimis, ex Eccleſiarum earundem proventibus colligendis;

Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus ab eiſdem Epiſcopis, Abbatibus, & aliis decimas de Eccleſiarum ſuarum proventibus, ad opus prædictorum Campſorum noſtrorum, vel ſociorum ſuorum, prætextu alicujus mandati noſtri, tibi facti, ſeu indulgentiæ cujuſcumque, præfatis Campſoribus ſuper hoc ab Apoſtolicâ ſede conceſſæ, colligere non attemptes, quouſque præfatis Rolando & ſociis ſuis de pecuniæ ſummis ſibi debitis fuerit plenariè ſatisfactum.

A.D. 1255. Hen. 3.

Sed eoſdem Epiſcopos, Abbates, ac alios ex parte noſtra efficaciter moneas & inducas ut, de decimis hujuſmodi proventuum Eccleſiarum earumdem, tàm pro anno præſenti, quàm pro aliis, ſi præſentis anni decimæ non ſuffecerint, eiſdem Rolando, Aldebrando Ildebrandi, & Bernardo Proſperini, ac aliis ſupradictis ſatisfacere, ſine difficultate procurent de præfatis pecuniæ ſummis, juxta continentiam litterarum noſtrarum & inſtrumentorum etiam prædictorum.

A.D. 1255. Hen. 3.

Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Dat. Anagniæ, quarto Id. Octobr. Pontificatûs noſtri anno primo.

Sigillo avulſo.

Littera Ebulonis de Montibus, & Stephani Bauzan de pactis ſuper Caſtro de Acro-Monte.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. L.B.f.162.b.

NOverint univerſi quod nos, Ebulo de Montibus, & Stephanus Bauzan. Milites, proteſtamur &, in periculo gratiarum noſtrarum profitemur, quod pacta illa, quæ facta ſeu ordinata fuerunt inter nos ex una parte, pro illuſtri Domino noſtro, Domino Edwardo, illuſtris Regis Angliæ primogenito, & Reymundum Brun de Acro Monte ex altera, fuerunt facta, & ordinata, & completa per approbationem, antequam Caſtrum de Acro Monte redderetur nobis pro prædicto Domino noſtro, vel etiam ipſa pax eſſet reformata vel ordinata inter nos pro Domino noſtro, & Raymundum Willielmi de Acro Monte; prout ipſa forma in Cyrographo, ſuper hoc confecto, plenius continetur.

A.D. 1255.

In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra præſentibus duximus apponenda.

Dat. apud Burdegalem, decimo tertio die Octobris, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto.

Scriptum Thaleſiæ Dominæ de Marchia, tangens Caſtrum de Blankeford.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. L.B.f.161.b.

NOveritis quod ego Thaleſia, Domina de Marchia, bona fide promiſi, præſtito corporali ſacramento, quod, ſi contingat me recuperare poſſeſſionem Caſtri de Blankaford verſus Petrum Bertrandi, quod tradam dictum Caſtrum Domino Edwardo, illuſtris Regis Angliæ primogenito, tenendum & habendum, uſque ad quinque annos plenarie completos, expenſis ipſius Domini Edwardi; ſalvis michi omnibus foriniſecis, homagiis, redditibus, proventibus, ad dictum Caſtrum pertinentibus, & diſtrictu, & domibus, & manſionibus exiſtentibus extra fortalitiam dicti Caſtri.

In fine vero quinque annorum prædictorum dictus Dominus Edwardus, vel ejus locum tenens, ſeu Seneſcallus ejus in Vaſconiâ, prædictum Caſtrum mihi, vel hæredibus, ſine aliqua contradictione, reſtituet; ita tamen quod ego memoratum Caſtrum reddam prædicto Domino Edwardo, vel Seneſcallo ſuo in Vaſconia, ſumptibus ipſius Edwardi tenendum, quotiens, guerra ſuperveniente, fuerit ſibi neceſſe; mihi & hæredibus meis, cum guerra ceſſaverit, reſtituendum.

A.D. 1255.

Promiſi etiam, ſub dicto juramento, & ſub obligatione bonorum meorum, mobilium & immobilium, pro me, & hæredibus meis, quod nullam pacem, vel concordiam faciam cum prædicto Petro, vel hæredibus ſuis, de dicto Caſtro, ſine voluntate & aſſenſu prædicti Domini Edwardi; & quod jus, quod ego habeo in prædicto Caſtro, non alienabo alicui aliæ perſonæ, quin mihi & hæredibus meis remaneat.

In quorum omnium teſtimonium prædictus Dominus Edwardus, unà cum meo ſigillum ſuum præſenti Cartæ appoſuit.

Datùm ſecunda feria poſt Feſtum ſeptem fratrum, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto.

De Regno Apuliæ acceptando.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Pat. 29. H. 3. n. 26. d.

REX Johanni Maunſell, Præpoſito Beverlaci, ſalutem.

Cum Dominus Papa Regnum Apuliæ nobis & dilecto filio noſtro Edmundo duxerit concedendum & conferendum, quod per venerabilem patrem Herefordenſem Epiſcopum duximus admittendum,

Vobis mandamus in fide & dilectione quibus nobis tenemini, & ſicut commodum & honorem noſtrum & noſtrorum affectatis, & ſicut indignationem noſtram & noſtrorum imperpetuum vitare volueritis, illud, unà cum aliis fidelibus noſtris, acceptetis;

Et reſcripto, ſuper ipſa acceptatione confecto, ſigillum veſtrum, unà cum ſigillis quorundam aliorum fidelium noſtrorum, qui dictam admiſſionem ſimiliter acceptarunt, apponatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 18 die Octobris.

Littera Commendatoria pro Nicholao Corbet conſanguineo Regis Scotiæ.

A.D. 1255. An. 39. H. 3. Ex Bundello.

VEnerabili, & diſcreto viro, ac amico in Chriſto dilecto, Waltero de Merton. Cancellario Domini Regis Angliæ, ſuus in omnibus G. miſeratione divina Eccleſiæ Sancti Andreæ in Scotia Miniſter humilis, ſalutem & paratam ad beneplacita voluntatem, cum plenitudine dilectionis ſinceræ.

Pro dilecto & ſpeciali amico noſtro Nicholao Corbet Conſanguineo Domini noſtri Regis Scotiæ amicitiam veſtram, de qua bene confidimus, affectuoſe rogamus, quatenus in negotiis ſuis, quæ habet in Curia Domini Regis Angliæ expedienda, & quæ vobis plenius faciet intimari, conſilium, favorem, & auxilium eidem efficaciter velitis impendere pro noſtris precibus & amore;

Ita ut ipſe preces noſtras ſibi gaudeat profuiſſe, per quod dilectioni veſtræ ad gratiarum merita ſpecialiter teneamur. Valeat ſemper in Domino.

Alia Littera ab Epiſcopo Glaſcuen. ſuper eodem negotio.

Inſtructiones & Informationes de negotiis cum Rege Hiſpaniæ tractandis.

A.D. 1255. Pat. 40. H. 3. Clauſ. 40. H. 3. m. 17. d.

REX dilecto & fideli ſuo, Johanni Maunſell, Præpoſito Beverlaci, ſalutem.

Sciatis quod, ſicut nuper, vobis præſentibus, fuerat proviſum, miſimus ad dilectum fratrem & fidelem noſtrum Ricardum Comitem Cornubiæ dilectos & fideles noſtros Johannem filium Galfridi, Petrum de Monte-forti, & Drogonem de Barentin. pro requirendo ejus conſilio ſuper negotiis, pro quibus ad Regem Caſtellæ mittendi ſunt Nuncii noſtri:

Et eſt conſilium ipſius Comitis ſuper præmiſſis ferè veſtro conſilio conſonum; ſcilicet, quod Regi Caſtellæ reſpondeant Nuncii noſtri quod ad ea omnia obſervanda, quæ inter nos, & ipſum convenerant, promtam & paratam habemus voluntatem;

Et quod Baronibus Waſconiæ jacturam, quam rationabiliter oſtendere poterunt ſe habuiſſe occaſione Regis Caſtellæ, emendabimus; & ſuper aliis cauſis ſuis judicium Curiæ noſtræ eis faciemus; &, ubi per judicium fuerint gravati, eis, ad petitionem dicti Regis, velut amicus pro amico, gratiam faciemus.

Verumptamen dicatur eidem Regi quod, cum ipſe primus & ſupremus conſiliarius ſit, & eſſe debeat Edwardi ſororii ſui, expedit ut ipſe ſtatum terræ Waſconiæ & periculum prædicti ſororii ſui attendat in hac parte; maxime cum ipſe ſatis audierit & intellexerit levitatem & inconſtantiam prædictorum Baronum.

Nam,

Nam, ſi Caſtra ſua eis reſtituerentur, maximum inde prædicto filio noſtro iminere periculum amiſſionis terræ prædictæ Waſconiæ.

Et iterum, ſi terræ, ad Caſtra illa ſpectantes, eis redderentur, ſemper eſſent in inſidiis Caſtrorum prædictorum; & etiam vix ſine terris illis poſſent Caſtra illa ſuſtentari & cuſtodiri; unde neceſſe eſt quod idem Rex ſecuritati & indempnitati prædicti ſororii ſui proſpiciat in præmiſſis, & ſuum nobis conſilium ſuper hoc nobis ſignificet, & nos inde de conſilio ſuo faciemus unde eſſe debebit contentus.

De maritagio filiæ noſtræ conſulit idem Comes, ut per Nuncios eoſdem, ſub omni verborum cautela, reſpondeatur: Et ſuper hoc dicere poterunt iidem Nuncii quod, cum de terris, quas dictus Rex Caſtellæ dederit, vel daturus ſit Domino Emanuëli fratri ſuo, nullam notitiam habeamus;

Ex altera parte in terra & poteſtate ipſius Regis nullus, ut dicitur, jus ſibi vendicare poteſt in ſuis tenuris, niſi ad voluntatem dicti Regis;

Et indecentiſſimum haberetur filiam noſtram alicui maritari viventi, niſi homini amplas & convenientes terras & poſſeſſiones habenti, & qui a ſuis terris & poſſeſſionibus, pro voluntate ſolâ, & libito ſui Principis, non poſſet deſtitui,

Idem Rex prædictis Nunciis noſtris ſcire faciat in quibus locis, & quanti valoris & commoditatis, providerit, vel providere velit fratri ſuo, & qualem ſibi & hæredibus ſuis facere voluerit ſecuritatem; ita quod iidem Nuncii noſtri prædicti omnia nobis referre valeant, ut ſuper hiis conſilium plenius habere poſſimus.

Caveant ſibi Nuncii noſtri nè, ex ſuis verbis, occaſionem dent Regi prædicto aliquas terras dandi & affirmandi fratri ſuo, per quod ad dictum maritagium magis obligemur.

De facto autem Affricano conſulit idem Comes quod dicto Rei Caſtellæ reſpondeant Nuncii noſtri, quod etiam ſuper facto iſto obſervaverimus, & adhuc obſervabimus hoc quod ſibi promiſimus;

Quod quidem ſatis apparet ex eo quod Magiſtrum Willielmum de Frennay, Clericum & Nuncium noſtrum ſpecialem, unà cum Epiſcopo Marrochitano ad Dominum Papam miſimus; quem etiam, in præſentia ipſius Epiſcopi, jurare fecimus ad impetrandum, cum omni qua poſſet diligentia, ut votum crucis noſtræ in negotium commutaret Affricanum; quod tamen ab eo impetrare non potuit, licet ſatis diligenter, prout novit Epiſcopus ſupradictus, ad hoc eſſet laboratum.

Et dicant quod etiam adhuc parati ſumus erga Dominum Papam inſtare propter id ipſum, ſi expedire viderit Rex præfatus, ut ad partes Affricanas commutetur votum noſtrum, poſſit poſt illos ſex annos, quibus circa factum Apuliæ intendere nos oportet, ſicut idem Rex nobis hoc annuit, ſui gratiâ, propter honorem noſtrum, & promotionem filii noſtri conſanguinei ſui,

Quod, ſi forte obiciat noſtris Nunciis quod jam votum noſtrum in factum Apuliæ commutavimus propter commodum noſtrum, non obſervando per hoc quod inter ipſum Regem, & nos condictum eſt;

Reſpondere poſſunt ad hoc iidem Nuncii, & firmiter aſſerere quod, licet per Bononienſem Epiſcopum pro commutatione voti noſtri in factum Apuliæ fuerimus interpellati, nullo tamen modo commutationi illi conſenſimus, neque conſentiemus ſine ipſo;

Set nec ſignum crucis, quod aſſumpſimus, mutavimus, nec aliter deferimus, quam eam a principio deferre ſolebamus, nec ſine ipſo faciemus.

Conſulit tamen idem Comes quod, ſi per aliquam cautelam vel mediatorem, velut per Garſiam Martini, ſi ad hoc per vos caute valeat induci, procurari poſſit ut prædictus Rex a ſeipſo, non velut a nobis interpellatus, duos priores articulos, & alios in ſcripto inter nos contentos remittere velit, nos ad commutandum votum crucis noſtræ in factum Affricanum, poſt terminum prædictorum ſex annorum, obligari conſentiamus; dum tamen ſtatus terræ noſtræ & Apuliæ hoc permiſerit;

Aliter autem nos ad hoc obligari non conſulit idem Comes: Et cauſa hæc eſt, quod, ſi ad hunc articulum magis, quàm priùs obligaremur, & in aliquo aliorum deficeremus, amicum noſtrum amitteremus, & nichilominus ad hunc articulum fortius aſtringeremur.

Et licet Nuncios noſtros prædictos coram nobis & conſilio noſtro inſtruximus & informaverimus, prout melius ſcivimus & potuimus, præſente fratre noſtro Comite ſupradicto, quia tamen vos factum iſtud melius noſtis, & plus omnibus viventibus pro facto iſto laboraſtis, informationem prædictorum Nunciorum & inſtructionem eorundem, tam ſuper hiis articulis, quàm ſuper omnibus aliis, de quibus ipſos a dicto Rege requirendos eſſe creditis, veſtræ fidelitati & diſcretioni totaliter committimus, qualiter-

A.D. 1255. Hen. 3. litercumque a nobis & conſilio noſtro inde fuerint informati.

Quod ſi expedire videritis, & commode fieri poſſit, conſilium W. de Valenc. fratris noſtri, S. de Monte-forti Comitis Leiceſtr. & R. Comitis Glouceſtr. ſuper hiis habeatis.

Mittimus etiam vobis tranſcriptum litterarum, quas Regi Caſtellæ mittimus per eoſdem, præſentibus interclusum.

A.D. 1255. Hen. 3. De treuga autem Franciæ proroganda, & de facto Comitis Galriæ, nuper vobis per Petrum de Monte-forti noſtram vobis ſcripſimus voluntatem, prout de conſilio dicti Comitis fratris noſtri fuerat ordinatum.

Teſte Rege apud Oxon. &c.

Littera Gaſtonis Vicecomitis Bearn. pro Arnaldo Guillelmi de Acremont, quod foret fidelis Edwardo Regi Angliæ primogenito.

A.D. 1255. *An.* 40. *H.* 3. *L.B.f.*163.*b. Penes Camerar. Scaccar.*

Univerſis præſentes litteras inſpecturis, G. Dei gratia Vicecomes Bearnenſis, ſalutem.

Noveritis quod nos tenemur, & nos obligavimus, & obligamus illuſtri Domino noſtro Domino Edwardo, Domini Regis Angliæ primogenito, pro Domino Arnaldo Willielmi de Agremont, quod idem Arnald. Willielmi reſpondebit in Curia ejuſdem Domini E. ſecundum conſuetudines Vaſcon. omnibus querelantibus de ſe ſuper dampnis quæ intulit a tempore, quo idem Arnaldus Willielmi compoſuit cum Domino Nicholao de Molis, exceptis tamen illis dampnis quæ per ſuos illata fuerunt tempore, quo idem Arnaldus Willielmi de Agremonte in Priſona Comitis Leyceſtriæ tenebatur.

Tenemur etiam prædicto Edwardo pro dicto Arnaldo Willielmi, quod idem Arnaldus Willielmi in quæſtione hæreditatis, de quocumque tempore fuerit, in Curiâ ejuſdem Domini E. reſpondebit ſecundum conſuetudinem Curiæ Vaſconiæ, & *non eſt alia* Curia in qua judicari debebit, præter ſupradictam.

A.D. 1255. Promittimus ſupradicto Domino noſtro, & nos, & noſtra eidem obligamus quod idem Arnaldus Willielmi ſibi, & locum ſuum tenentibus in Vaſconiâ, ab hac hora in antea fidelis exiſtat.

Ad hæc autem omnia, & ſingula ſupradicta obſervanda, nos obligamus tunc demum quum idem Dominus Arnaldus Willielmi de Agremonte recuperaverit dictum Caſtrum de Agremonte, ſecundum formam, quæ in Littera dicti Domini Edwardi, eidem Arnald. Willielmi ſuper hoc conceſſa, plenius continetur.

Et, in teſtimonium omnium præmiſſorum, præſentes litteras eidem Domino Edwardo conceſſimus, ſigillo noſtro ſigillatas.

Dat. apud Acriſtris, viceſimo ſeptimo die Octobris, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto.

De procuratore in Curia Romana ordinato.

A.D. 1255. *An.* 40. *H.* 3. *Pat.* 40. *H.* 3. *m.* 20. *intus.*

Sanctiſſimo in Chriſto Patri Domino Alexandro, Dei gratia, ſummo Pontifici, Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem, cum omni reverentia & honore.

Noverit ſancta paternitas veſtra, quod nos conſtituimus, facimus & ordinamus Robertum de Baro, Vaſſallum noſtrum, Procuratorem noſtrum in Curiâ Romanâ, ad impetrandum & contradicendum, gratias & indulgentias petendum, tàm pro nobis, quàm pro Edmundo inclyto Rege Siciliæ, nato noſtro, in noſtra poteſtate exiſtente;

A.D. 1255. Ratum habituri & firmum quicquid per ipſum, noſtro, & prædicti Regis nomine, in Curia veſtra, ſuper præmiſſis factum fuerit, vel etiam procuratum.

Nolumus tamen quod, per præſens mandatum, intelligatur mandatum, factum Magiſtro Finato, aliquatinus revocatum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windeſ. 18 die Novembr. Anno, &c. 40. & anno Domini 1255.

Per P. Hereford. Epiſcopum.

De Procuratore in Curia Romana ordinato.

A.D. 1255.
An. 40. H. 3.
Pat. 40. H. 3. m. 20. intus.

A.D. 1255.

SAnctiſſimo, &c.

Noverit ſancta paternitas veſtra, quod nos conſtituimus, facimus & ordinamus Magiſtrum Finatum Procuratorem noſtrum in Curia Romana, ad impetrandum & contradicendum, gratias etiam & indulgentias petendum;

Ratum habituri, & firmum quicquid per ipſum, nomine noſtro, in Curia veſtra, ſuper præmiſſis factum fuerit, vel etiam procuratum.

Nolumus tamen, per præſens mandatum, intelligi mandatum, factum Roberto de Baro, aliquatenus revocatum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windeſ. 18 die Novembris, anno Regni noſtri 40.

Per P. Hereford. Epiſcopum.

Pro Edvardo filio primogenito Regis, de juramento ſuper Conceſſione Siciliæ Papæ præſtando.

A.D. 1255.
An. 40. H. 3.
Pat. 40. H. 3. m. 20. d.

A.D. 1255.

REX univerſis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.

Cum ſanctiſſimus Pater & Dominus Alexander, Papa quartus, Edmundo, nato noſtro, Regi Siciliæ Regnum Siciliæ & totam terram, quæ eſt citra Farum uſque ad confinia terrarum Eccleſiæ Romanæ, cum omnibus juribus, honoribus, diſtrictibus, & pertinentiis ſuis (excepta Civitate Benevent. cum ipſius juribus & pertinentiis univerſis) de fratrum ſuorum conſilio & aſſenſu in feodum duxerit concedendum, ſub quibuſdam conditionibus, quæ in Apoſtolico privilegio, confecto ſuper conceſſione hujuſmodi, continentur:

Inter quas duæ conditiones habentur, ad quarum alteram implendam juramento, ad reliquas verò, promiſſione interpoſita, Edvardum primogenitum noſtrum, memoratus Dominus obligari voluit;

Nos dicto Edvardo promittendi venerabili Patri fratri Jacobo Bononienſi Epiſcopo, ipſius Domini Papæ Nuncio, & obligandi ſe ipſi Domino Papæ, & Romanæ Eccleſiæ, & juramentum præſtandi pro prædictis conditionibus adimplendis, per has patentes literas plenam auctoritatem concedimus & liberam poteſtatem.

In cujus rei teſtimonium præſentem paginam fecimus noſtri ſigilli munimine roborari.

Dat. apud Windeſ. anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto. Indictione 13. pridie Calend. Decembris, Regni autem noſtri anno 40.

Per ipſum Regem, Epiſcopum Heref. Com. Glouc. fratrem Domini Regis, Johannem Manſel, & alios de Conſilio Domini Regis.

De privilegiis ſuper facto Apuliæ ſigno Regis ſignatis.

A.D. 1255.
An. 40. H. 3.
Pat. 40. H. 3.
34. m. 20.

A.D. 1255.

MEmorandum quod omnia privilegia, ſigno Regis Angliæ ſignata de facto Apuliæ, ſigillata fuerunt per præceptum Regis, apud Windeſor. & per conſilium venerabilium Patrum P. Herefordenſis Epiſcopi, & A. Wintonienſis Electi, Willielmi de Valentia, & Galfridi de Lezinan fratrum Regis, Ricardi Comitis Glouceſtriæ & Hertford, Johannis de Pleſſetis Comitis Warr. Johannis Maunſel Præpoſiti Beverlaci, Philippi Lovel Theſaurarii Regis, Radulfi filii Nicholai, Rogeri de Turkelby, Hen. de Bacun, Henrici de la Mare, Henrici de Britton. Nicholai de Turri, & aliorum de concilio Regis.

Pro Ernaldo Comite de Gynes, in Angliam ad quaſdam peregrinationes veniente.

A.D. 1255. *An.* 40. *H.* 3. *Ibid. m.* 20.

REX omnibus Ballivis, &c. ſalutem.

Cum nobilis vir Ernaldus Comes de Gynes a nobis petierit licentiam veniendi in Angliam, ad quaſdam peregrinationes, quas venit ibidem faciendas, nos precibus ejus in hac parte favorabiliter inclinati, eidem Comiti, Militibus, & omnibus aliis de familia ſua, quos ſecum ducere voluerit, cum eorum herneſiis, ſalvum & ſecurum conductum noſtrum conceſſimus in Angliam veniendi, ibidem morandi, & inde ad propria revertendi cum ſibi placuerit.

Et ideo vobis mandamus quod præfato Comiti, & Militibus, & omnibus aliis familiaribus ſuis, quos ſecum ducere voluerit, ac rebus eorum in veniendo in Angliam, occaſione prædicta, ibi morando, & inde, cum ſibi placuerit, ad propria revertendo, nullum inferatis, vel inferri permittatis impedimentum aut gravamen.

Et, ſi quid eis forisfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, faciatis emendari.

In cujus, &c. duraturas uſque ad Paſcha proximo futurum.

Teſte Rege apud Windeſor. ſecundo die Decembris.

A.D. 1255.

Bulla ne aliqui in illos, qui ad domos Templi pro ſalute ſua confugiunt, aut in res illorum, ibi depoſitas, manus violentas iniciant.

A.D. 1255. *An.* 40. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Pervenit ad nos, ex conqueſtione religioſorum virorum Magiſtri & fratrum Militiæ Tompli quod, cum aliqui ad domos eorum, pro ſua ſalute, ſe transferunt, aut res ſuas deponunt, hoſtes eorum, infra ambitum domorum ipſarum, eos & res ſuas, Dei reverentia & timore poſtpoſito, capiunt, & captos incarcerant, & ad redemptionem compellunt:

Quoniam igitur id indignum eſt penitus & abſurdum, & fidelium ſaluti prorſus contrarium, ad exemplar fælicis recordationis Alexandri & Innocentii, prædeceſſorum noſtrorum, Romanorum Pontificum, univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo, mandamus quatinus univerſis generaliter ſub excommunicationis interminatione, prohibere curetis ne qui in illos, qui ad domos prædictos fratrum pro ſua ſalute confugiunt, vel in res eorum, infra ambitum domorum ipſarum, manus iniciant violentas.

Si qui autem noſtræ prohibitionis fuerint tranſgreſſores, ipſos, contradictione & appellatione ceſſantibus, vinculo anathematis aſtringatis, & faciatis uſque ad dignam ſatisfactionem, ſicut excommunicatos, ab omnibus evitari.

Provideant tamen fratres ut homicidis, & peſtilentibus hominibus, ad diſpendium pacis atque juſtitiæ, ſub hac indulgentiâ (niſi forte intercedendo) præſidium non impendant.

Dat. Lateran. Non. Decembr. Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo a filis crocei rubeique coloris.

A.D. 1255.

Bulla de Confirmatione libertatum & immunitatum, conceſſarum Domui Templi, tam per privilegia & indulgentias Apoſtolicas, quam per ſeculares Reges & Principes.

A.D. 1255. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Magiſtro & fratribus Domûs Militiæ Templi Jeroſolimitani, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis ut id, per ſollicitudinem officii noſtri, ad debitum perducatur effectum:

Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis petitionibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates, a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, ſeu alias indulgentias, ordini veſtro conceſſas; necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum, a Regibus & Principibus, vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo, &c.

Dat. Lateran. ſeptimo Id. Decembris, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigil. a filis crocei rubeique color.

Bulla quod illi qui manus violentas iniciunt in Fratres Templi, aut eos verbis contumelioſis afficiunt, aut bona eorum diripiunt, excommunicentur donec ſatisfecerint.

A.D. 1255. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis; & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Paci & quieti religioſorum virorum, fratrum Militiæ Templi, Apoſtolica nos convenit ſollicitudine providere, & tàm ipſos, quàm eorum bona tanto ſollicitiùs a malignorum incurſibus & rapinis tenemur protegere, quanto pro fide chriſtiani nominis ſe diuturnioribus exponunt periculis, & adverſus pravas & exteras nationes labores ſubeunt graviores.

Inde eſt quod, tam fortes athletas Chriſti in ſuo ſancto propoſito volentes attentius confovere ad defenſionem ſui, ſollicitudinem veſtram duximus commonendam, ut magis ac magis poſſint ad promovendum propoſitum, quod ſumpſerunt, intendere, cum fuerint, ſollicitudine Prælatorum Eccleſiæ, a malignantium inquietatione ſecuri:

Moneamus itaque univerſitatem veſtram, atque præcipimus quatinus, ſi quando Clerici, vel Laici parrochiani veſtri in aliquem prædictorum fratrum, capiendo, vel de ſuis equitaturis deiciendo, aut alias inhoneſtè tractando, violentas manus iniciunt, hujuſmodi præſumptores, ſublato appellationis obſtaculo publicè, candelis accenſis, dilatione & occaſione poſtpoſita, excommunicatos nuntietis; & tamdiu faciatis, ſicut excommunicatos, artius evitari, donec paſſo injuriam congrue ſatisfaciant, &, pro abſolutionis beneficio impetrando, Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent;

Eos verò, qui in prædictos fratres manus non iniciunt violentas, ſed eos contumelioſis verbis afficiunt, & equitaturas, aut alia eorum bona violenter diripiunt, ſi a vobis commoniti ablata eis noluerint reſtituere, & de illatis injuriis ſatisfactionem congruam exhibere, vinculo anathematis aſtringatis, quo ipſos uſque ad dignam ſatisfactionem teneatis aſtrictos.

Dat. Lateran. 7 Id. Decembr. Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigil. a filis crocei rubeiq; coloris.

Ut Prælati recipiant humiliter, & fideliter exponant privilegia, & literas Apoſtolicas pro fratribus Templi directas, & ut cogant ſubditos ſuos ad juſtitiam eis exhibendam.

A.D. 1255.
An. 40. *H.* 3.
Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis; ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis & univerſis aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Si diſcrimina, quæ dilecti filii fratres Militiæ Templi, pro defenſione Chriſtianitatis, cotidie ſuſtinent in partibus tranſmarinis, & beneficia, quæ pauperibus ſubminiſtrant, conſideratione ſollicita penſaretis, non ſolum ab illorum ceſſaretis moleſtiis, ſed & alios ſtuderetis diſtrictius cohibere.

Cæterum audivimus, & audientes nequivimus non mirari, quod eos quidam veſtrûm, ſolito durius perſequentes, non ſolum querelas eorum diſſimulant, ſed ipſos gravibus injuriis vexaverunt, & in dampnabili adhuc propoſito perſeverant; literas noſtras generales, & quandoque ſpeciales legere contempnentes, quas, ſi interdum legerint, vili pendunt.

Unde Clerici & Laici, ſumentes audaciam, adverſus eos ſecurius inſoleſcunt, elemoſinas & beneficia ſubtrahunt conſueta.

Invaſores quoque bonorum ipſorum fratrum non arguunt, ſed in ſua familiaritate recipiunt; fratres ipſos intolerabiliter deprimentes, quos, pro ſuæ religionis honeſtate, deberent attentiùs ſuſtentare.

A.D. 1255.

Unde, quoniam gravamen eorum tanto minus volumus in patientia ſuſtinere, quanto gravius (juſto Dei judicio permittente) jugiter ipſos inimici Chriſtiani nominis proſequuntur;

Univerſitati veſtræ, ad inſtar fælicis recordationis Honorii Papæ, prædeceſſoris noſtri, per Apoſtolica ſcripta mandamus, & in obedientiæ vobis virtute præcipimus quatinus literas, quas pro eis dirigimus, ſeu generales fuerint, ſeu etiam ſpeciales, recipiatis humiliter, & fideliter exponatis, ſubjectos veſtros ad ſolitas elemoſinas & beneficia ſollicitis monitis & exhortationibus inducentes.

Fratres autem benigne recipiatis, & honeſte tractetis, attentius proviſuri ut, de parrochianis veſtris, vel ſubditis aliis ſi querelam detulerint, ipſos ad exhibendam juſtitiam, omni gratia & timore poſtpoſitis, canonica ſeveritate cogatis: Ita quod fratres ipſi, ex negligentiâ veſtrâ, ad ſedem Apoſtolicam non laborent.

Scituri quod, ſi præcepto noſtro præſumpſeritis ulterius contraire, in vos, ſicut inobedientes, animadvertere ſeveriùs compellemur.

Dat. Lateran. ſexto Id. Decembr. Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo a filis crocei rubeique coloris.

Bulla ut, ſi Fratres Templi aliquando fuerint verberati, moleſtatores hujuſmodi aut ſe purgent per proprium juramentum, aut evitentur tamquam excommunicati donec ſe purgent.

A.D. 1255.
An. 40. *H.* 3.
Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis; & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

A.D. 1255.

Significarunt nobis dilecti filii fratres Militiæ Templi quod, quidam eorum, verberati aliquando & vulnerati interdum, deſtituuntur teſtibus; & probare violentiam non valentes, nullam de malefactoribus juſtitiam conſequuntur:

Volentes igitur ſecuritati eorumdem fratrum ſollicitudine paterna proſpicere, ad inſtar fælicis recordationis Honorii Papæ, prædeceſſoris noſtri, univerſitati

A.D. 1255. Hen. 3. veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus quatinus quiſque veſtrûm parrochianum ſuum, qui de hoc ſuſpectus habebitur, & fama vexabitur, ſi convinci nequiverit, ut ſe purget per proprium juramentum diſtricte compellat.

Quod, ſi forte facere noluerit, ſicut excommunicatum faciat ab omnibus artius evitari, donec vel purgationem præbeat, vel, culpam ſuam humiliter recognoſcens, paſſo injuriam congrue ſatisfaciat, & abſolvendus, cum litteris Dioceſani Epiſcopi, Apoſtolico ſe conſpectui repreſentet. A.D. 1255. Hen. 3.

Dat. Lateran. quinto Idûs Decembris, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo a filis crocei rubeique coloris.

De pecunia ſuper negotio Siciliæ ſolvenda.

A.D. 1255. An. 40. H. 3. Clauſ. 40. H. 3. m. 19. d.

REX Priori & Conventui Weſtmonaſterienſi, ſalutem.

Cum de pecunia Crucis, nobis a ſede Apoſtolica conceſſa, teneamur Epiſcopo Bononienſi in 4000 libris Turonenſibus (quas idem Epiſcopus poſuit pro facto Regni Siciliæ, conceſſi Edmundo filio noſtro) & de quibus, eidem Epiſcopo ſolvendis de prædictâ pecuniâ Crucis, ſpeciale mandatum Domini Papæ recepimus,

Et nos, prætextu ejuſdem mandati, mandaverimus Magiſtro R. executori negotii Crucis, quod eidem Epiſcopo de pecunia Crucis habere faceret uſque ad prædicta quatuor millia librarum Turonenſium,

Idemque Magiſter R. pecuniam illam eidem Epiſcopo ſolvere hæſitavit, eo quod mandatum Apoſtolicum ſuper hoc non receperat,

Et nos rogaverit quod, per aliquos viros religioſos Regni noſtri, ſecuritatem de indempnitate ſua, in hac parte conſervandâ ſibi faceremus exhiberi,

Noſque diſpendium non modicum incurrere poterimus, niſi eidem Epiſcopo celeriùs ſatisfiat de prædictis quatuor millibus libris Turonenſibus; præſertim cum dictus Epiſcopus jam ſit in procinctu itineris proficiſcendi ad Curiam Romanam, pro arduis negotiis noſtris:

A.D. 1255. De devotione veſtra, præ cæteris viris religioſis Regni noſtri pleniorem fiduciam reportantes, vobis in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, & ſicut nos & honorem noſtrum diligitis, mandamus, rogantes quatenus dictam cautionem, unà cum Abbate veſtro, cui id mandavimus, per obligationem, quam idem Magiſter R. a vobis requiſierit, ſine ulla dilatione præſtetis;

Et nos per litteras patentes vel alio modo, prout providendum duxeritis, indempnitati veſtræ ſuper præmiſſis providebimus.

Teſte Rege apud Clarendon, viceſimo nono die Decembris.

Eodem modo mandatum eſt Abbati Weſtmonaſterienſi.

Et mandatum eſt Magiſtro Roſtando quod, facta ſolutione prædicto Epiſcopo de prædictis quatuor millibus libris Turonenſibus, Literam Papalem de ſolutione illa, Regi directam, quam idem Epiſcopus penes ſe habet, capiat ab eodem Epiſcopo, ut R. inde poſſit reſpondere; & hoc non omittat.

Teſte ut ſupra.

Ne Confratriæ aliorum præponantur Confratriis Templi, &c.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis; & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpoſitis, Archipresbyteris, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum dilectis filiis, fratribus Domûs Militiæ Templi Jeroſolimitani fuerit a prædeceſſoribus noſtris indultum, & a nobis poſtmodum confirmatum ut, ſemel in anno, recipiantur in Eccleſiis ad elemoſinas colligendas; quidam veſtrum, avaritiæ ardore ſuccenſi, confratrias ſuas confratriis ipſorum, eadem die, in ipſorum adventu, præponunt, & ſic fratres ipſi confuſi, aut nichil exinde, aut modicum conſequuntur. A.D. 1256.

Quia igitur hoc indecens eſt, & in contemptum Dei & Eccleſiæ Romanæ redundat, prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, univerſitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo, mandamus quatinus, cum fratres ipſi ad loca veſtra pro elemoſinis acceſſerint colligendis, benignè recipientes, & honeſtè tractantes, eoſdem ipſos in Eccleſiis veſtris ammonere populum, & elemoſinas liberè quærere permittatis; confratrias veſtras, quas facere poteſtis cotidiè, ipſorum confratriis, quæ ſemel in anno fiunt, nullatenus præponentes; nè, occaſione illarum, elemoſinæ pauperum Chriſti depereant, & impediantur opera pietatis.

Sanè, quoniam a noſtris prædeceſſoribus eſt ſtatutum, & innovatum à nobis, ut nemo excommunicet fratres ipſos, vel ipſorum Oratoria interdicat, ſine mandato ſedis apoſtolicæ ſpeciali, præſentium vobis auctoritate præcipimus ut ipſos excommunicare, aut eorum Eccleſias interdicere nullatenus præſumatis.

De Parochianis autem veſtris, qui Domos ipſorum Fratrum invadunt per violentiam, vel infringunt, aut indebitis moleſtiis opprimunt Fratres ipſos, & tàm depoſita, quàm res diripiunt eorundem, cum exinde queremoniam depoſuerint coram vobis, tam diſtrictam eis juſtitiam faciatis, & ita jura eorum defendere ac manutenere curetis, quod ipſi ad nos, pro defectu juſtitiæ, ſæpè recurrere non cogantur; ſed nos ſollicitudinem & obedientiam veſtram debeamus merito commendare, voſque beneficiorum, quæ in ſanctâ domo illâ fiunt, participes exiſtatis.

Præthereà liberas & abſolutas Perſonas, quæ ſe domui eorum in ſanitate vel infirmitate reddiderint, libere ac ſine moleſtiâ recipi permittatis ab eis, nec ipſos temptetis ſuper hoc aliquatenus impedire.

Illud autem non mediocriter movet nos, nec modicum eccleſiaſticæ derogat honeſtati, quod quidam veſtrum, contra conſtitutionem Sanctorum Patrum, in Turonenſi Concilio editam, fratrum ipſorum corpora, cum decedunt, nolunt ſine pretio ſepelire; unde, quia tam prava exactio & iniqua non eſt aliquatenus toleranda, in obedientiæ vobis virtute præcipimus ut, nullo modo à fratribus ipſis, vel aliis, pro ſepulturâ, quicquam accipere vel exigere, niſi quod ſpontanea decedentium liberalitas, vel parentum devotio vobis contulerit, attemptetis; ſed abſque ullo pretio ſepeliatis corpora mortuorum: Et, ſi quis hoc ulteriùs attemptaverit, taliter animadvertatis in eum quòd ampliùs ſimilia non præſumat.

Ad hæc præſentium vobis auctoritate præcipimus ne ab eis, contra tenorem privilegiorum apoſtolicæ ſedis de nutrimentis animalium ſuorum, ſeu de ipſis animalibus decimas exigere præſumatis.

Cum autem Oratoria vel Cimiteria, ſecundum quod eis eſt beneficio privilegiorum eccleſiæ Romanæ conceſſum, duxerint conſtruenda, vos, fratres Archiepiſcopi & Epiſcopi, eis, pro ſe, ac Familiâ ſuâ tantum, Oratoria dedicare, ac Cimiteria benedicere procuretis; nec aliquis veſtrûm, contra tenorem privilegiorum ipſorum, id impedire audeat aliquatenus vel turbare.

De cætero quoque fratres militiæ Templi, in veſtris Epiſcopatibus conſtitutos, qui, crucem & ſuum habitum deponentes, per illecebras ſeculi & vitiorum abrupta vagantur; & illos etiam, qui prioribus ſuis contumaces & rebelles exiſtunt, & Balivas detinent contra voluntatem ipſorum, moneatis inſtanter, &, pro veſtri officii debito, compellatis ut, habitum depoſitum reſumentes, in obedientia Prælatorum ſuorum devotè ac humiliter perſeverent, & Balivas, ſive alia officia, per violentiam, nullo modo detinere præſumant.

Quicunque autem mandatorum noſtrorum extiterint contemptores, excommunicationis eos ſententia percellatis, quam faciatis uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Præterea quicunque de facultatibus, ſibi collatis, adeo fratribus ſubvenerint ſupradictis, & in tam ſancta fraternitate ſtatuerint ſe Collegas, eiſque beneficia perſolverint annuatim, ſeptimam partem injunctæ pœnitentiæ relaxamus.

Apoſtolica quoque auctoritate, ob reverentiam ipſius venerabilis domûs, ſtatuimus ut hiis, qui eorum fraternitatem aſſumpſerint, ſi forſan Eccleſiæ, ad quas pertinent, a divinis fuerint officiis interdictæ, ipſoſque mori contigerit, niſi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti, aut etiam publicè uſurarii, ſepultura eccleſiaſtica non negetur.

Volumus autem ut liceat eis confratres ſuos, quos eccleſiarum Prælati apud eccleſias ſuas malitioſè non permiſerint ſepeliri, niſi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti, aut etiam publicè uſurarii, tumulandos deferre ad eccleſias domûs Templi; & oblationes tam pro eis, quam pro aliis, qui in eorum Cimiteriis requieſcunt, exhibitas ſine alieni juris præjudicio retinere.

A.D. 1256.
Hen. 3.

Hoc etiam addito ut receptores fraternitatis ejuſdem, ſeu etiam collectarum, ſalvo jure dominorum ſuorum, ſub beati Petri & noſtra protectione conſiſtant.

Adicimus inſuper ut, ſi qui eorundem Fratrum, qui ad eaſdem Fraternitates miſſi fuerint, vel collectas, in quamlibet Civitatem, Caſtellum, vel Vicum advenerint, ſi fortè locus ille à divinis fuerit officiis interdictus, in eorum jocundo adventu ſemel apperiantur eccleſiæ annuatim; & excommunicatis & nominatim interdictis ejectis, divina ibi officia celebrentur; ſalva in omnibus ſupradictis declaratione Concilii Generalis.

Ad majorem quoque veſtræ mercedis cumulum, nichilominus vobis mandando præcipimus quatinus hanc noſtram Conſtitutionem per Parrochias veſtras nuntiari propriis litteris faciatis.

Mandamus etiam ut, ſiqui de clericis eccleſiarum veſtrarum præfatis fratribus, cum licentia Prælati & Capituli ſui, ſponte ac gratis per annum, vel biennium decreverint deſervire, nequaquam impediantur, & interim ſua Beneficia non amittant.

Dat. Later. 3 Non. Jan. Pontif. noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filis Sericis flavi rubeique coloris.

De conceſſione in Regno Siciliæ facta per Edmundum Regem.

A.D. 1256.
An. 40. *H.* 3.
Pat. 40. *H.* 3. *m.* 21. *d.*

EDmundus, Dei gratia, Rex Siciliæ, univerſis præſentes literas inſpecturis, ſalutem.

Noveritis quod nos, de aſſenſu & voluntate Domini Henrici Regis Angliæ illuſtris Patris noſtri, dedimus & damus venerabili Patri Domino J. titulo Sancti Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali, poteſtatem & ſpeciale mandatum providendi, vice noſtra, dilecto Militi noſtro, Bartholomæo de Florentino, de excaetis in Regno Siciliæ, uſque ad centum uncias auri, annui redditûs,

Tenendas & habendas eidem Bartholomæo quoad vixerit; Dominicis ejuſdem Regni duntaxat exceptis.

In cujus rei teſtimonium, quia ſigillum noſtrum ad manus non habuimus, ſigillo prædicti Domini Regis Patris noſtri has literas fecimus communiri.

Dat. London. in Octab. Epiphaniæ, 1255.

Ut fratres Templi libere poſſint uti privilegiis ſibi indultis, licet multotiens omiſerint uti eis, dummodo non ſit præſcriptum.

A.D. 1256.
An. 40. *H.* 3.
Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Magiſtro & fratribus Militiæ Templi in Anglia, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Licet, ſicut lecta nobis veſtra petitio continebat, muniti apoſtolicis privilegiis exiſtatis; quibuſdam tamen illorum, ſeu aliquibus eorum articulis, propter negligentiam, ſeu ſimplicitatem, uti multotiens omiſiſtis, in veſtrum præjudicium & gravamen: Quare ſuper hoc petiſtis vobis apoſtolicæ ſedis providentia ſubveniri;

Nos igitur, indempnitati veſtræ volentes in poſterum præcavere, præſentium vobis auctoritate concedimus ut eiſdem privilegiis & articulis (dummodo non ſit præſcriptum legitime, ſive aliquibus acquiſitum jus aliquod contra ea) uti de cætero liberè valeatis.

Nulli ergo, &c.

Dat. Lateran. 15 Kal. Febr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo Sigillo a Filis Sericis flavi rubeique coloris.

De

De Articulis Treugarum inter Regem Angliæ, & Regem Franciæ emendandis & firmandis.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Pat.* 40. *H.* 3. *m.* 17.

Regi Franciæ Rex Angliæ, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Dilectum & fidelem noſtrum, Petrum de Monteforti, ad veſtræ Celſitudinis præſentiam deſtinamus pro emendandis & firmandis articulis ſuper interceptionibus treugarum, prolocutis per dilectos & fideles noſtros Simonem de Monteforti Comitem Leyceſtriæ, & Petrum de Sabaudia, vice noſtrâ, & gentem veſtram in præſentia veſtra: Sine quibus ſervari non poterit Treuga ipſa, quam, pro pace & quiete ſubditorum optamus inviolabiliter cuſtodiri;

Serenitatem veſtram rogantes attentius quatinus ad iſta exequenda velitis intendere, ita quod, tàm veſtri, quàm noſtri ſubditi pacem habeant & quietem, quamdiu duraverit treuga veſtra.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windeſor. 20 die Januarii.

De Treugis prorogandis cum prædicto Rege Franciæ.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Ibid. m.* 17.

Rex omnibus, &c. ſalutem.

Noverit Univerſitas veſtra nos dediſſe dilectis & fidelibus noſtris, Johanni Maunſell Præpoſito Beverlaci, & Bertramo de Crioyl, plenam & liberam poteſtatem capiendi, prorogandi, & firmandi Treugas, nomine noſtro, cum illuſtri Rege Franciæ, tàm pro ipſo Rege, & Fratribus, & Inpriſiis, Valitoribus & hominibus eorum; quam pro nobis, & Edwardo filio noſtro, fratribus & Inpriſiis, Valitoribus & hominibus noſtris a feſto Sancti Remigii (finientibus treugis, ultimò captis, inter ipſum Regem & nos, per dilectos & fideles noſtros, Simonem de Monteforti Comitem Leyceſtriæ, & Petrum de Sabaudia) uſque ad terminum trium annorum, poſt treugas proximò ſequentium, completorum duraturas.

Damus etiam eiſdem, Johanni & Bertramo, plenam poteſtatem jurandi in animam noſtram ſuper obſervatione treugarum earumdem, per eoſdem firmandarum, in forma & modo quibus, per ipſos, nomine noſtro, captæ fuerint & proviſæ; firmum & ſtabile, in omnibus, habituri quicquid, per eoſdem, actum fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windeſor. 24 die Januarii.

Littera Principis Walliæ de die prorogando pro Emendis Treugarum.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Ex Bundello litter. tempore H.* 3.

Excellenti Domino H. Dei gratia illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, Duci Aquitanniæ, L. filius Griffini Princeps Walliæ & Dominus Snaudon. ſalutem & affectionem ad obſequia.

Nobilitatis veſtræ Nuncios ea, qua decuit, reverentia ſuſcepimus & honore cum literis veſtris, monentibus ut, in menſem a die Purificationis beatæ Mariæ, compareamus perſonaliter apud Vadum de Mungumry, ad faciendum emendas, ſecundum formam Treugarum, de interceptionibus earumdem, factis per nos & noſtros, ut dicitur; ad quod faciendum parati ſimus ſecundum quod melius poterimus.

Set quia, propter brevitatem temporis, difficile eſt nobis coadunare illos, quos neceſſe habemus ut interſint dicto negotio perficiendo, Majeſtatem veſtram rogamus quatenus prolongare velitis diem dictum uſque ad terminum certum, quem volueritis poſt inſtans Paſcha, cum mutatione loci uſque ad album Monaſterium.

Et, ſi prædicta vobis placuerint, faciatis prohibere Marchiones, ne nos & noſtras

A.D. 1256. Hen. 3.

noſtras poſſeſſiones interim inquietent vel moleſtent; & nos, pro parte noſtra, faciemus prohibere homines nobis ſubjectos, ut verſus Marchiones pacifici ſint & quieti.

Quid autem ſuper præmiſſis placuerit veſtræ diſcretioni, ea, qua vobis placet, celeritate nobis faciatis ſignificari.

Valete per tempora longiora.

Bulla, de Pecunia pro Regno Siciliæ celeriter mittenda: Aut toto negotio penitus irritando.

A.D. 1256. An. 40. H. 3.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili Fratri Epiſcopo Herefordenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Pluries nobis extitit intimatum quod cariſſimus in Chriſto filius noſter illuſtris Rex Angliæ, zelo magnæ, quam habet ad Romanam Eccleſiam, devotionis inductus, ac de Regis Regum auxilio & virtute confiſus, negotium Regni Siciliæ ſub conditionibus, in apoſtolico contentis privilegio, acceptavit.

Super quo nos, grandi exultantes in Domino gaudio, ac condignas altiſſimo gratias referentes, devotis inſiſtimus ſupplicationibus apud eum, ut ipſo, qui primitus inſpiravit eidem ut prædictum negotium libenter aſſumeret, det ei gratiam illud potenter ac efficaciter proſequendi, ad laudem & gloriam divini nominis, exaltationem Apoſtolicæ ſedis, & exterminium inimicorum Eccleſiæ ac fidei Chriſtianæ.

Veruntamen non indignè miramur quod, circa ea quæ promotionem & expeditionem ipſius negotii ſpecialiter reſpiciunt & contingunt, ſollicitudo debita, ex parte regia, non eſt hactenus habita, nec videtur haberi.

Cum enim ad ſolutionem debitorum, quibus eadem prægravatur eccleſia, cunctis procedi deberet ſtudiis, & diligentia in hoc adhiberi efficax, cum Mercatores, qui pecuniam mutuarunt, continuis apud nos inſiſtant clamoribus importunis, nos vexent exactionibus, & tædioſis querimoniis nos affligant, apparet ipſum negotium in hac parte quaſi poſtpoſitum & neglectum.

Cum igitur, ſicut prædiximus, ab eiſdem mercatoribus jugiter ſtimulemur, & Mercatores Romani parati ſint, niſi ſatiſfiat eis in termino, ad poſſeſſiones Eccleſiarum urbis, quæ obligatæ ſunt eis, avidas manus extendere, illaſque totaliter, quod dolentes referimus, occupare;

Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta, diſtricte præcipiendo, mandamus quatinus, ſicut noſtram & Apoſtolicæ ſedis caram habes gratiam, omnem adhibeas diligentiam, ſollicitudinem & cautelam ut præmiſſa debita & ex decima eccleſiaſticorum proventuum Regni Angliæ, & aliarum terrarum ejuſdem Regis, & alias per Regem ipſum, ſicut expedire videris, totaliter perſolvantur; ita quod tuam exinde poſſimus induſtriam dignis in Domino laudibus merito commendare.

Et cum dilectus filius noſter, O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis, jam redierit ad Apoſtolicam ſedem, & ſciat idem Rex quod Provincia Terræ Laboris, & aliæ terræ ipſius Regni, quæ adhærent Eccleſiæ, remanſerunt & remaneant imminutæ (cum adeò exhauſta ſit Camera noſtra quòd nequaquam eis de ſubſidio providere poſſimus) in ammirationem nobis vertitur vehementem quod dictus Rex nullum ſuffragium, in pecunia, vel militibus, pro conſervatione & defenſione prædictarum Provinciæ ac Terrarum, deſtinare curavit.

Volumus itaque ut eidem Regi ſuadeas diligenter quod, propulſa qualibet negligentia, intendat omnino ad proſecutionem negotii ſupradicti, prædictis Provinciæ ac Terris, de neceſſario ſubſidio, celeriter providendo.

Et aperte ſibi denunties quod mora maximum periculum ad ſe trahit; &, ſi permiſerit adverſarium prædictas terras atque Provinciam occupare, id, quod ad præſens competentibus manuteneret ſumptibus, cum multarum & magnarum expenſarum effuſione, vix poſtmodum recuperare valebit.

Dat. Lateran. Non. Februar. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Hæc Schedula pendet ab eodem Filo.

Scire te volumus quod, niſi ſoluta fuerint debita Eccleſiæ in terminis conſtitutis, nos ad irritationem negotii procedere, prout continetur in Apoſtolico privilegio, proculdubio compellemur, neque deferremus prædicto Regi aliquatenus in hac parte: Et benè placet nobis quod Idem Rex id ſpecialiter per te ſciat.

Plumbeo Sigil. penden. a filo canabeo.

Ne Prælati convertant in debitum ſi fratres Templi ipſis Hoſpitalitatis gratiam caritative impendant.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Ex Autogr.*

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Magiſtro & fratribus Domus Militiæ Templi Jeroſolimitani, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem

Intimantibus vobis accipimus quod, cum exhibeatis vos in Hoſpitalitate omnibus liberales, locorum Dioceſanis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, eorumque familiis, cum ad veſtras domos declinant, caritativè neceſſaria miniſtrantes, nonnulli Prælatorum ipſorum hujuſmodi gratiam convertere molientes in debitum, &, quod ſic ſponte ipſis impenditis, deberi ſibi ex antiqua conſuetudine aſſerentes, vos & domos veſtras, propter hoc, multipliciter aggravant & moleſtant:

Nos igitur, veſtris ſupplicationibus inclinati, volentes veſtræ in hac parte quieti paterna providentia providere, ne quiſquam Prælatus deinceps id a vobis, ex debito exigere vel extorquere præſumat, ad inſtar fælicis recordationis Innocentii Papæ, prædeceſſoris noſtri, auctoritate præſentium, inhibemus.

Nulli ergo, &c.

Dat. Lateran. 6 Id. Februar. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filis ſericis flavi rubeique coloris.

A.D. 1256.

Pro Rege Scotiæ.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Pat.* 40. *H.* 3. *n.* 29.

Rex omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod cùm Dominus Papa vicefimam Eccleſiaſticorum beneficiorum Regni Scotiæ nobis, in ſubſidium Terræ ſanctæ, ad præſens, per triennium, conceſſerit;

Nos concedimus dilecto filio & fideli noſtro Alexandro, Regi Scotiæ illuſtri, quod, occaſione conceſſionis illius, ſibi, vel hæredibus ſuis nullum inpoſterum præjudicium generetur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wodeſtoke, decimo die Februarii.

A.D. 1256.

Ne Malefactores Scotiæ in Hibernia recipiantur.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Pat.* 40. *H.* 3. *n.* 29.

Mandatum eſt omnibus Ballivis & fidelibus Regis in Hiberniâ, firmiter inhibendo ne Anegum filium Donenoldi, vel aliquos alios malefactores Regni Scotiæ (quorum nomina Rex Scotiæ illuſtris eis ſcire faciet per litteras ſuas patentes) alicubi in poteſtate Regis in Hibernia recettari permittant.

In cujus, &c. duraturas per ſeptem annos proximo ſequentes integre completos.

Teſte Rege apud Wodeſtoke, 13 die Februarii.

A.D. 1256.

De nihil impetrando contra Regem ſuper facto Siciliæ.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Clauſ.* 40. *H.* 3. *m.* 15. *d.*

Mandatum eſt Baronibus & Ballivis Regis Dovor. quod non permittant aliquem Clericum per Portum Dovor. transfretare, niſi prius juret quod, ſi Curiam Romanam adierit, nihil impetrabit contra Regem ſuper facto Regni Siciliæ; nec ſuper ordinatione inde facta per Dominum Papam; nec etiam ſuper aliis contra Coronam vel Dignitatem Regis Angliæ.

Teſte Rege apud Wodeſtoke, 15 die Februarii.

A.D. 1256.

Eodem

A.D. 1256. Hen. 3.

Eodem modo mandatum eſt Rogero de Cobham, cuſtodi quinque Portuum, ne permittat aliquem Clericum transfretare per aliquem prædictorum quinque Portuum, niſi, &c.

Teſte ut ſupra.

De negotio Siciliæ.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Pat. 40. H. 3. n. 28.

REX R. Abbati Weſtm. ſalutem, Quia Dominus Papa commiſit Magiſtro Roſtando Subdiacono & Capellano ſuo executionem negotii crucis, & ipſum aſſignavit ad ſatisfaciendum diverſis Mercatoribus, de quadam ſumma pecuniæ, capta ad opus noſtrum pro negotio Siciliæ de pecunia decimæ, nobis conceſſæ;

Nos ſolutionem mille ſeptingentarum & quinque librarum, 17 ſolidorum, & octo denariorum ſterlingorum, quam Herenimio Herenimii, & Raynero Barbotti, & ſociis ſuis Mercatoribus Senenſ. de mandato ejuſdem Magiſtri Roſtandi, feciſtis; atque ſolutiones alias quas, de mandato ipſius, eiſdem Mercatoribus, de eadem pecunia facietis, gratas habemus & acceptas:

Mandantes etiam ut, ſi quod reſiduum habeatis de pecunia memorata, illud præfato Magiſtro Roſtando, unà cum rotulis & cautionibus, reddatis; præſertim cum idem Magiſter paratus ſit vobis ſuas litteras conficere patentes, ea omnia quæ a vobis receperit teſtificantes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wodeſtok, 17 die Februarii.

Per P. Hereford. Epiſcopum, & Magiſtrum Roſtandum.

Littera Willielmo Bonquer de negotio Siciliæ, & eligendo Rege Alemanniæ.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Clauſ. 40. H. 3. m. 13. d.

REX Willielmo Bonquer ſalutem.

De circumſpectionis veſtræ prudentia confidentes, magna & ardua negotia vobis duximus committenda; ſperantes ut, per veſtræ diſcretionis induſtriam, noſtra intentio fælicem ſortiatur eventum.

Ea propter fidelitati veſtræ ſignificamus, quod noſtræ intentionis exiſtit & voti, ut talis in Regem Alemanniæ eligatur, qui Eccleſiæ Romanæ devotus, & nobis dilectus exiſtat; & maxime cum Gallici, ſicut noſtis, in præjudicium noſtri ad hoc aſpirent; qui ſi, quod abſit, aſſequantur quod optant, negotium Regni Siciliæ, quod ex corde proſequimur, ut tenemur, gravem poſſit incurrere læſionem;

Unde, huic periculo obviare volentes, Domino Papæ duximus ſupplicandum, quod unum de tribus Cardinalibus, ſcilicet Dominum J. Titulo Sanctæ Laurentii in Lucina Presbyterum Cardinalem, vel Dominum Hugonem, Titulo Sanctæ Sabinæ Presbyterum Cardinalem, aut Dominum Ottobonum Sancti Andr. Diaconum Cardinalem, in Aleman. deſtinare dignetur, ut per illius providentiam, quem mittet, iſtud negotium fæliciter ordinetur.

Ad hæc, veſtra ſciat diſcretio quod, cum teneamur Eccleſiæ Romanæ infra Feſtum Sancti Michaelis proximo venturum ſolvere 135 millia quingentas, & unam Marcam, & nichilominus illuc ire infra eundem terminum, vel mittere Capitaneum cum militia competenti juxta tanti negotii qualitatem:

Et, propter caſum, qui de novo accidit Legato in Regno Apuliæ, &, propter etiam captionem Comitis Sabaudiæ, infra tam brevem terminum neutrum complere poſſimus; Domino Papæ ſupplicamus humiliter & devote, quatenus dilectum noſtrum Magiſtrum Jordanum, Notarium ſuum, ſuper prorogandis hujuſmodi terminis ad nos mittat, & ſuper hoc cum ſumma ſolicitudine laboretis;

Exponentes Domino Papæ & fratribus qualiter, infra Feſtum beati Johannis Baptiſtæ proximo venturum, occaſione iſtius negotii 80 millia Marcarum fere ſolventur; ſcilicet 40 millia Marcarum & unam Mercatoribus Senen. 1200 ſociis Spiliati, pro quibus omnibus eſt decima obligata: Item fere 30 millia Mercatoribus, qui habent Monaſteria obligata, præter damna & expenſas quæ bene aſcendunt ad quinque millia Marcarum & ultra.

A.D. 1256. Hen. 3.

Propter quod eis probabiliter ſuadere poteſtis, ut pro reſiduo ſatis poſſunt & debent terminos prorogare; maxime cum interim nichilominus totis viribus ſtudemus, ut dicto negotio tàm in pecuniâ, quàm militiâ celeriter ſuccurramus;

Vel tractetis cum Domino Papa ut ſuper decima nobis conceſſa Mercatores mutuent pecuniam, cum qua poſſit memoratum negotium ſuſtentari; nam iſto anno, per Dei gratiam, & induſtriam Magiſtri Ruſtandi, erit ab obligationibus Mercatorum Senenſibus penitus liberata.

Scribitur etiam Domino Papæ ſuper dicto negotio.

Scribitur etiam Magiſtro Jordano Domini Papæ Notar. ſuper eodem. Et tranſcripta brevium poterunt inveniri in burſa rubea.

De Capitaneo in Siciliam cum militia competenti tranſmittendo.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Clauſ. 40. H. 3. m. 13. d.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri, &c.

Nuper per religioſum virum, fratrem Johannem de Dya, pœnitentiarium & Capellanum veſtrum, Sanctitati veſtræ ſcripſimus, nos tractare ſuper Capitaneo tranſmittendo, cum pecunia & militia competenti:

Cæterum clementiæ veſtræ adhuc ſignificare ſtudemus, quod ſuper præmiſſis vigilantiam & ſollicitudinem adhibemus;

Cæterum Proceres & Majores Conſilii noſtri, ſuper caſu, qui, poſt gratiam, nobis factam de Regno Siciliæ, contigit per proditionem Marchionis de Herebroke, mirabiliter ſtupefacti, vix negotium audent aſſumere in hoc ſtatu; præſertim cum inter cæteras conditiones, in privilegio veſtro contentas, illa contineatur expreſſe; quod non eamus, vel mittamus donec vobis & Eccleſiæ Romanæ de 135541 Marcarum plene fuerit ſatisfactum.

Unde, cum, occaſione negotii ſupradicti, Mercatoribus Senenſibus & Florentinis in nonnullis pecuniarum ſummis, quas venerabilis Pater O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legatus, de manu Hereford. Epiſcopi, Procuratoris & Nuncii noſtri, recepit, ſimus ſub pœnis graviſſimis obligati, quas inceſſanter ſolvi facimus, juxta veſtri tenorem mandati: ſuper ordinatione Capitanei deſtinandi nondum potuimus complere tractatum; cujus conſummatio non modicum deſiderat pecuniæ interventum.

Non enim credimus quod hodie Princeps aliquis regnat in terris, qui ita ſubitò tantam pecuniam poſſit habere ad manum.

Dicunt ergo illi, apud quos laboramus ut vadant, fruſtra illuc ibimus, in vanum iſtud negotium aſſumemus, quouſque prænominata ſumma plene fuerit perſoluta.

Ecce quod, huic negotio celeriter ſuccurrere cupientes, juxta veſtrum beneplacitum & mandatum, hinc verò prætactum periculum formidantes, cujuſdam perplexitatis laqueis intricamur, inter grandes & graves anguſtias conſtituti.

Verumtamen ad Apoſtolicæ clementiæ benevolentiam conſiderationis oculum retorquentes, magis elegimus veſtræ pietatis providentiæ nos & noſtra exponere liberaliter & libenter, quam in tanto periculo negotium deſerere indefenſum; ſperantes vos nolle beneficiis veſtris nos decipi, ſed juvari.

Hinc eſt, clementiſſime pater, quod, licet, inſpecto ſtatu negotii, per aliquorum injuriam & nequitiam, ſine culpa noſtra, non modicum deformatæ conditiones, ſub quibus Regnum Siciliæ nato noſtro eſt conceſſum, non ſolùm difficiles, ſed fere impoſſibiles ab aliquibus cenſeantur;

Volentes tamen in ſinceritate cordis, & favoris promptitudine accingi ad obſequium Jeſu Chriſti, de ſedis Apoſtolicæ benignitate confiſi (quæ non conſuevit irritum facere quod ſemel ratum eſſe decreverit) juxta formam ordinationis veſtræ negotium, & omnia quæ ipſum contingunt, complevimus;

Per venerabilem Patrem Bononienſem Epiſcopum, quem ad hoc ſpecialiter deſtinaſtis, privilegia noſtra & filiorum noſtrorum ſub ſigillo noſtro & bulla aurea tranſmittentes; circa Capitaneum deſtinandum, cum militia competenti jugiter inſiſtendo:

Unde Sanctitati veſtræ humiliter ſupplicamus, quatenus attendatis quam multipliciter ſumus gravati, niſi pietatis veſtræ dextra nos ſublevare dignetur.

Nam, ſicut ſcitis, occaſione iſtius negotii Mercatoribus Senenſibus & Florentinis, infra Kalendas Junii, tenemur perſolvere 60 millia Marcarum abſque 10 millibus, quas nunc vobis & fratribus veſtris ſolvere nos oportet:

Item

A.D. 1256. Hen. 3. Item in apparatu Capitanei tranſmittendi opus eſt magna pecunia:

Unde, ſi placet, vos ipſi videre poteſtis, quam difficile fuerit, infra Feſtum Sancti Michaelis, proximo venturum, mittere prout decet, & ſummam ſolvere quæ in veſtro privilegio continetur.

Hoc autem totum ſtatum noſtrum veſtræ Beatitudini duximus committendum, ut, ſicut placet, prout veſtra poſſibilitas poteſt pati, ordinare curetis; nam omnes vires noſtras prompti ſumus congerere, & etiam experiri circa proſecutionem negotii memorati, veſtris beneplacitis ſimul humiles & devoti.

Et jam Nuncios ſolempnes vidiſſetis, niſi captio kariſſimi noſtri Comitis Sabaudiæ nos impediviſſet, cum unum de fratribus ſuis ad Sanctitatis veſtræ præſentiam mittere vellemus quando hoc impedimentum occurrit; petitiones vero quaſdam, quæ præfatum tangunt negotium, veſtræ Beatitudini recommendamus; ſupplicantes ut illas ad exauditionis gratiam admittatis. A.D. 1256. Hen. 3.

Teſte Rege apud Norwic. 27 die Martii.

Bulla pro Archiepiſcopo Armachano.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr. ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Rex virtutum, a quo ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera, cordi tuo ſic virtuoſos infudit affectus quod, licet cura Regni te occupet temporalis, crucis tamen, pietatis, & aliis inſiſtere operibus non omittis, per quæ cæleſtis Regni poſſeſſor effici merearis.

Inter illas quidem gratias, quibus ipſius Regis benignitas te munivit, illa in te fulgere dinoſcitur quod, videlicet, Eccleſiæ, ac Eccleſiaſticæ perſonæ, præſertim Deum timentes, a te ſpecialiter diliguntur; nam illas benigno favore proſequeris, & eaſdem per exauditionis benignæ gratiam, in oportunitatibus ſuis, cum expedit, conſolaris.

Cum autem Regiam benignitatem deceat ut illos gratiæ benivolentia amplioris foveas, qui morum honeſtate conſpicui, nobiſque, ac ſedi Apoſtolicæ ſpecialiter ſunt accepti, Serenitatem tuam A.D. 1256. affectuoſe rogamus quatinus procuratores, quos venerabilis frater noſter Archiepiſcopus Armachanus, apud ſedem prædictam exiſtens, ad ſua & Eccleſiæ ſuæ negotia in partibus Yberniæ proſequenda, conſtituit, pro noſtrâ & ſedis reverentiâ ſupradictæ, ſicut aliàs ſcripſimus tibi, clementer admittas;

Non obſtante conſuetudine Regni tui, quâ obtentum eſſe dicitur quod in Curia Regia conſtitui ab abſentibus procuratores ſive attornati non poſſunt; præſertim cum Archiepiſcopus ipſe, ipſius conſuetudinis prætextu, dampna plurima ſe ac Eccleſiam eandem aſſerat incurriſſe.

Preces igitur noſtras ſic adimplere procures, ut nos, qui hoc nobis in ipſo, admodum Eccleſiæ Romanæ accepto, pro gratia fieri volumus, ſpeciales tibi exinde gratias referamus.

Dat. Lateran. 6 Kal. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Pro Iſabella Domina de Croun ſorore Regis.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Pat. 40. H. 3. n. 25. REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus dilectæ ſorori noſtræ Iſabellæ, Dominæ de Croun, in auxilium maritandi ſe nobili viro Duci Burgundiæ, mille Marcas ſterlingorum.

De quibus ſolvere promittimus venerabili Patri Winton. Electo, & W. de Valentia fratribus noſtris, vel eorum alteri, ad opus prædictæ ſororis noſtræ, quingentas Marcas ad Scaccarium noſtrum in Feſto Sancti Michaelis, anno, &c. 40. & reſiduas quingentas Marcas ad Scaccarium in Feſto Paſchæ proximo ſequentis. A.D. 1256.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 17 die Aprilis.

Pro Rege Manniæ, cingulo Militiæ decorato.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Pat.* 40. *H.* 3. *Ibid. n.* 24.

MAgnus, Rex Manniæ, quem Rex Angliæ nuper, in Feſto Paſchali, cingulo Militiæ decoravit, habet litteras Regis de protectione ſimplices, duraturas quamdiu Regi fidelis extiterit;

Et mandatum eſt omnibus Ballivis & fidelibus Regis, ad quos, &c. quod Haraldum filium Gothredi, & Juar. & complices eorum, qui Reg. quondam Regem Mannyæ, fratrem prædicti Regis nequiter interfecerunt, non permittant in partibus ſuis ab aliquibus receptari.

In cujus, &c,

Teſte Rege apud Weſtm. 21 die Aprilis.

Littera Edwardi Primogeniti Regis Papæ, de Negotio Siciliæ.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Pat.* 40. *H.* 3. *n.* 2. *d.*

SAnctiſſimo in Chriſto Patri ac Domino A. Dei gratia, ſummo Pontifici, Edwardus, primogenitus & hæres illuſtris Regis Angliæ, cum reverentia debita, devota pedum oſcula beatorum.

Cum Regnum Siciliæ & totam terram, quæ eſt citra Farum, uſque ad confinia terrarum Eccleſiæ Romanæ (Civitate Beneventen. cum ſuis juribus & pertinentiis, duntaxat excepta) kariſſimo fratri noſtro Edmundo illuſtri Regi Siciliæ, & hæredibus ſuis, utriuſque ſexûs, certis conditionibus, in privilegio veſtro ſuper hoc confecto contentis, per reverentiſſimum patrem noſtrum, ſereniſſimum Regem Angliæ, & memoratum Regem Siciliæ, penitus adimplendas, duxeritis concedenda;

Ac, inter præfatas conditiones, contineatur expreſſe quod, ſi ante conſummationem negotii prædictorum Regni & terrarum, præfatus Pater noſter Rex Angliæ debitum, quod abſit, carnis perſolverit, dictum negotium efficaciter proſequemur,

Nos, præfatam conditionem gratam & ratam habentes, ipſam bona fide obſervare promittimus, & ad proſecutionem hujuſmodi, ſicut in veſtro continetur privilegio, nos ſpecialiter obligamus.

Juramentum Edwardi prædicti de negotio eodem.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Ibidem.*

EGO Edwardus, primogenitus & hæres illuſtris Regis Angliæ, juro & promitto me procuraturum, pro poſſe, ac bona fide laboraturum, & facturum, quod, poſtquam Dominus Edmundus Frater meus, illuſtriſſimus Rex Siciliæ, ad ætatem quindecim annorum pervenerit, pro Regno Siciliæ & tota terra, quæ eſt citra Farum, uſque ad confinia terrarum Eccleſiæ Romanæ (Civitate Benevent. cum ſuis juribus & pertinentiis, duntaxat excepta) ſibi & hæredibus ſuis, utriuſque ſexûs, in feudum conceſſis, ſub certis conditionibus, in Apoſtolico privilegio, ſuper hoc confecto, contentis, juramentum fidelitatis Romano Pontifici, & Eccleſiæ Romanæ præſtabit, & propter hoc ligium eis homagium faciet & jurabit, ac ſervabit quæcumque in memorato privilegio circa articulos de Imperio continentur, & omnia, quæ in ipſo privilegio ſcripta ſunt & expreſſa, concedet & approbabit, & acceptationem eorum, & promiſſionem de ſervandis illis omnibus renovabit.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Littera R. Cardinali de Negotio Siciliæ.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Clauſ. 40. H. 3. m. 13. d.

VEnerabili Patri R. Sancti Angeli Diacono Cardinali, &c.

Sinceritatis veſtræ promptitudo, quam clarè probant operum teſtimonia, in noſtris negotiis promovendis, nos ſollicitant & invitant, ut in agendis noſtris ad veſtræ diſcretionis prudentiam recurramus; per quam in hiis, quæ nobis incumbunt, conſilium & auxilium confidenter habere ſperamus.

Ea propter Paternitati veſtræ tenore præſentium volumus fieri manifeſtum, quod ſuper negotio Regni Siciliæ, nuper in adventu venerabilis Patris Bonon. Epiſcopi, ad nos propter hoc deſtinati, cum proceribus & majoribus totius Regni noſtri tractatum habuimus diligentem: Qui conditiones, ſub quibus ipſum Regnum Edmundo filio noſtro, & ſuis hæredibus eſt conceſſum, graviſſimas reputabant,

Illas potiſſime per quas, infra feſtum Sancti Michaelis, proximo venturum, ire teneremur, vel mittere Capitaneum cum militia competenti; & 135000 Marcarum 540 & unam, propter damna & intereſſe nihilominus ſolvere infra eundem terminum, ſub pœna anullationis totius negotii; nobis inſuper remanentibus excommunicatis, & toto Regno noſtro ſuppoſito Eccleſiaſtico interdicto.

Has utique conditiones & pœnam duriſſimas judicabant, cum, præter dictam ſummam, ſicuti Nuncii noſtri referent, ad aliam ſummam non modicam teneamur.

Quis enim Princeps infra tam breve temporis ſpatium, cum pecuniâ, quam eundo vel mittendo noſter deſiderat apparatus, poſſet ita repente habere ad manum tam immenſas pecuniæ quantitates?

Formidantes igitur pericula quæ incumbunt, nobis diſſuadebant omnino, ut nequaquam ſubjiceremus tanto diſcrimini ſtatum noſtrum.

Nos vero ſperantes in illo, qui eſt in ſe ſperantium fortitudo, dictum negotium, per procuratores & nuncios inceptum, & quantum in ſe fuerat conſummatum, confiſi quod ſedes Apoſtolica nullum opprimit, ſed potius oppreſſos relevare intendit, ad plenum complevimus, ſicut per privilegia noſtra, & filiorum noſtrorum, quæ per dictum Bonon. Epiſcopum, Domino Papæ & fratribus deſtinamus, vobis fiet pleniſſima certitudo.

A.D. 1256.

Cæterum, dicto tractatu pendente ſupervenit rumor terribilis de jactura & damnis Eccleſiæ Romanæ & nobis illatis, per proditionem Marchionum de Herebroke, qui ſe mentiebantur fideles Eccleſiæ & devotos; ſuper quo Dominus Papa nobis mandavit, ut dicto negotio, tàm dampnabiliter deformato, feſtino ſubſidio ſuccurrentes, ſtatim competentem militiam mitteremus.

Quo triſti & funeſto rumore ad nos perlato, qui prius, propter difficultatem conditionum, de negotio diffidebant, modo deſperarunt in tantum, quod vix aliqui, in ſolliditate conſtantiæ & voluntate, proſequendi nobiſcum illud negotium remanſerunt.

Nos autem, in Regem Cœli, & Ducem Syderum conſiderationis oculos dirigentes qui, cum poſſit imperare mari & ventis, tempeſtates iſtas ſedare poterit, & quod turbatum eſt in tranquillum, quod nubiloſum convertere in ſerenum, nolumus deſiſtere ab inceptis, fortiorem ſumentes animum in adverſis; confeſtim ſuper Capitaneo mittendo cum decenti militia conferentes, cui tractatui adhuc inceſſanter inſiſtimus, ſicut dilecti Nuncii noſtri, latores præſentium, plenius vobis dicent.

Sane, quod ſine turbatione animi recenſere non poſſumus nec debemus, nonnulli Epiſcopi Regni noſtri, per quos nos & Eccleſiam, in tantæ neceſſitatis articulo conſtitutam, ſperabamus juvari, afflictionem ſuperaddentes afflictioni, retardationem ſubſidii ad proſecutionem hujus negotii deputati, temere molientes, quaſi ad ſubverſionem intentionis noſtræ & veſtræ totaliter aſpirarent, per diſcretum virum Magiſtrum Ruſtandum, diligentem & fidelem executorem officii ſibi injuncti Canonice moniti, decimam proventuum ſuorum, ſine quâ, quod intendimus, perficere non valemus, hactenus reddere recuſarunt; ſed nunc ſperamus, quod obediant veſtris in hac parte mandatis, ſicut eidem Magiſtro Ruſtando firmiter promiſerunt.

Hinc eſt igitur quod, inter hujuſmodi anguſtias conſtituti, ad veſtræ circumſpectionis prudentiam recurrimus confidenter, rogantes veſtram manſuetudinem ut, ſi tam citò Capitaneum non mittimus, ſicut neceſſitas expoſcit negotii, nos excuſatos habentes apud Dominum Papam, & Fratres ſuper hoc excuſare velitis.

Scientes quod quilibet in hoc ſtatu hoc

nego-

A.D. 1256. Hen. 3.

negotium aſſumere timet, illa potiſſima ratione quia, inter cæteras Conditiones, illa habetur expreſſe, quod non eamus, nec mittamus aliquem, donec de totali ſumma prædicta Domino Papæ & Eccleſiæ plene fuerit ſatisfactum; nec de iſto impedimento Dominus Papa, cum nobis nuper mandavit, ut ſtatim deberemus mittere, fecit aliquam mentionem;

Nec tamen propter hoc omittimus quin ſuper mittendo ſollicite laboremus, & vos, de quo plene confidimus, dignemini laborare, ut illa conditio, quæ quaſi inclinationem negotii continere videtur, in melius reformetur.

Ad hoc igitur laborantes, fideliter nobis, per latorem præſentium, quem ſuper hoc, & quibuſdam aliis, ad vos ſpecialiter duximus deſtinandum, celeriter reſcribatis veſtræ beneplacitum voluntatis; ſcituri quod promotio filiorum noſtrorum eſt veſtrorum exaltatio amicorum.

Teſte, &c.

A.D. 1256. Hen. 3.

Eodem modo ſcribitur Venerabili Patri J. Dei gratia Titulo Sancti Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali.

Eodem modo Venerabili Patri Domino Hugoni Titulo Sanctæ Sabinæ Presbytero Cardinali.

Eodem modo Domino Willielmo Sancti Euſtach. Diac. Card.

Eodem modo Magiſtro Jordano Domini Papæ Notar.

Eodem modo ſcribitur Venerabili Patri Ottobon. Sancti Adriani Diac. Cardinali. Hoc adjecto: Cum nepotes veſtri filiis noſtris linea conſanguinitatis ſint conjuncti, confirmationem veræ donationis fælicis recordationis Innocentii Papæ, ſuper bonis quæ fuerunt quondam Petri de Vinea, in forma, quam dilectus veſter & noſter Magiſter Roſtandus nobis expoſuit, vobis per latorem præſentium deſtinamus.

Teſte ut ſupra.

Littera Principis Walliæ de irruptionibus Baronum Marchiarum.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Ex Bundello litter. tempore H.* 3.

Excellentiſſimo Domino H. Dei gratiâ illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, L. Filius Griffini Princeps Walliæ & Dominus Snaudon. ſalutem, & affectionem, & obſequia.

Nobilitati veſtræ conquerendo ſignificamus quod, poſtquam Ph. le Breet, ex parte veſtra, ad nos acceſſit, ut conſtitueretur dies & locus ad faciendum & recipiendum emendas, ſecundum formam treugarum, de interceptionibus earundem, ex utraque parte factis, Juſticiarius Ceſtriæ, Barones partium illarum, & filii Domini Johannis Extranei, plures irruptiones & inſultas fecerunt in terras dilecti & fidelis noſtri Domini Griffini de Bromfeud, villas comburendo, prædas diripiendo, homines quoſdam occidendo, & quoſdam capiendo.

A.D. 1256.

Et nunc, ultimo die Lunæ poſt feſtum beati Mathæi Apoſtoli, cum dies ille eſſet conſtitutus ad habendum Parliamentum inter nos ex una parte, & dictum Juſticiarium ex altera, hominibus noſtris & hominibus dicti Griffini congregatis ad dictum Parliamentum, dictus Juſticiarius, cum ſua ſequelâ, magnam prædam in alia parte terræ dicti Griffini cepit & abegit;

Unde, quia diu non poſſumus pati tales tranſgreſſiones multas pertranſire, excellentiam veſtram rogamus quatenus, ad emendationem dictarum tranſgreſſionum, ſanum & maturum velitis conſilium apponere, ne pro defectu juſticiæ neceſſe habeamus, quod abſit, quærere vindictam.

Valeat Nobilitas veſtra.

Littera Petri de Monteforti de progreſſu contra Wallenſes.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Ex Bundello ut ſupra.*

AS Nobles Bers & Sages, e ſes treſchers Seignours e Amis, Monſire Roger le Bigod Count de Norfok e Mareſchal de Engleterre, Monſire Philippe Baſſet Juſtice de Engleterre, Sire Johan Maunſel, e Roberd Wale-

A.D. 1256.

A.D. 1256. Hen. 3.

Waleraund, Perres de Mounfort Saluz, e totes honours.

Sachiez ke, le Jeodi prechein apres le feſt Seint Mathie l'apoſtle, Wrepoch ab Edenauet Seneſchall Lewelin, Mereduc ab Res Res Vachan, & Mereduc ab Owein, oveke tot le orgoyl de Gales, Sauns le cors Lewelin e ſon Frere, e oveke mout graunt haſt deſcendirent a la terre noſtre Seigneurs, le Rei, e la Monſ. Edward de Went. ki eſt en ma garde, arder & deſtrure.

E nous, oveke noſtre gent, e l'aide de noz amys de terre Weiſmes, dount ſe me l'on mont defendimes le givez del ewe de Osk, les doens ſours jekes au Samadi entour oure de Midy, e adonkes vyndrent Monſire Johan de Grey, Sire Roger de Mortymer, Monſire Renaud le Fyz, Perres, e Monſire Onfrec de Boun;

E io le menai a un give de Souz le Vile de Bergeveny, on nous paſſames pur aſſembler a ces Galeis, ki au ecent ia ars une partie de la terre de Bergeveny de ſous Bloreis; e kaunt il nous oirent aprocher de ſoens, il deſcoverirent leur chevaus, e ſon fuirent countre la Montaigne de Bloreeis en lyu, ki n'eſt mis covenable a gent a cheval a paſſer.

E ptis ke nous veioin bien ke nous ne porom mie ateindre jekes a oens, nous tornames anul la vileze a lour ardours, e lour herbergeours, ki i furent graunt foyſoun, ſi ke il perdirent (dieu Marci) a la Jorneie, ke morz, ke pris, plus ke 300.

E onkore le Lundi Siwant, kaunt ces lettres furent fetes, en i aueit il graunt partie, e a pie, e a cheval, fuy es Monſtiers du Pais, e es Mores par tout ke hom quyſt hors tote jour. E Sachez bceans Seignours ke e dunkes, e autre feiz bien jekes a cinque feiz avom nous aſſemble, iloekes e tenu, tot a noſtre coſt, jekes a 3 mile, ou 4 mile aukune feiz, de gent de pie, e jekes a 80 chevaus coverz, por la terre la Rei, e la Monſire Edward garder, e defendre.

Por quei jo vous pre e requer, chers Seignors, de ſi come veus eſtes du Conſul noſtre Seignour le Rei, ke vous mettez conſul vers le Rei, e la Reine, e Monſ. Edward, ou vers un de oens, ke ces miſes me fuſent rendues, e ke hom mette conſul coment la terre ſeit deſoremes defendue;

Kar Sachiez certeinement, ſe hom ne i met conſeil, il covient ke jo leſe mon chiſtel, garny, e men aille, e lerran la terre en bone pees, e feuſt tote meie e celes terres, come jo ai, jo naverei mie poer a meintenir la grant miſe ke jo jay.

E Sachez, ke s'eil deſcendent autre, ſicome jo ſai bienke il frount, pariens amont grant poer pur venger, e ne feut areſt ilokes, ils diſtrurrount tote la terre noſtre Seignour le Rei jekes a ſeverne e Wae a Coe de eut, il bien e ne demandent autre choſe fors kecil enſens la terre de Went.

Valez en Dieu.

Dominis Comiti Norff. Ph. Baſſet, J. Maunſell, & R. Waleraund.

Sachiez ke, puſke ces lettres furent fetes, nous vyndrent noveles ke noſtre gent, de la Montaigne, ki furent laſus por garder lour preis, e la gent de Seighynch, en eſciſtrent bien 200 Galeis de pie, e 11 a chival en la Marche, des doens terres ki ſen veneient, come tot esbyz de la deſconfiture.

Littera Regi Caſtellæ de Matrimonio inter Filiam ſuam, & Fratrem prædicti Regis.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Clauſ. 40. H. 3. m. 17. d.

REGI Caſtellæ ſalutem.

Naturalis affectionis vigens ſinceritas ſuadet & expoſcit, ut uterque noſtrûm ſtatum proprium alteri frequenter inſinuet, & alterius felicitate lætetur;

Propter quod vobis, tenore præſentium, intimamus nos, & Reginam noſtram, liberoſque noſtros Corporum ſoſpitate vigere, id ipſum ſcire de vobis, & Regina conſorte veſtra, liberiſque veſtris, ſummo deſiderio affectantes.

Sane ſuper hiis, quæ per dilectum conſanguineum noſtrum Tolett. Electum, Germanum veſtrum, & prudentem virum Garſiam Martini, nobis ſignificaſtis, videlicet ſuper matrimonio inter fratrem veſtrum & filiam noſtram contrahendo, & de cruce Affrican. & de facto Vaſconiæ,

Serenitati veſtræ præſentibus intimamus quod in hiis, quæ veſtro & noſtro conveniunt honori, pronam habentes voluntatem, dilectos & fideles noſtros Drog. de Barentine, & Venerabilem virum Thomam Priorem de Hurle, ad ve-

A.D. 1256. Hen. 3.

ſtræ Celſitudinis præſentiam deſtinamus; qui intentionis noſtræ propoſitum vobis exponent plenius in præmiſſis;

Quibus, ſi placet, ſuper hiis fidem adhibentes, nobis per eoſdem ſignificare velitis veſtræ beneplacitum voluntatis.

Et, licet venerabilem patrem P. Heref. Epiſcopum, & dilectum & fidelem noſtrum J. Maunſell, Præpoſitum Beverlaci, vel eorum alterum, ad veſtram, hujus rei cauſa, miſiſſe præſentiam optaremus, ſicut præfatus Garſia à nobis cum diligentia poſtulavit; idem tamen Epiſcopus tanta corporis ægritudine flagellatur, tantiſque ac tam arduis dictus J. noſtris obvolvitur negotiis, quod ipſos, ad præſens, ad vos mittere nequimus; ſerenitatem veſtram rogantes attentius quatinus id grave, ſi placet, non habeatis vel moleſtum.

A.D. 1256. Hen. 3.

Teſte Rege apud Oxon, &c.

Littera Principis Walliæ de interceptione Treugarum.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Ex Bundello literarum tempore H.* 3.

EXcellenti Domino H. Dei gratiâ illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, Leuelinus Griffini, Princeps Walliæ, Dominus Snaudon. ſalutem.

Excellentiæ veſtræ literas recepimus, continentes Dominum Rogerum de Mortuo Mari vobis detuliſſe querimoniam, videlicet, quod homines noſtri terras & caſtra ſua, & quorundam amicorum ſuorum invaſerunt, deprædaverunt, & deſtruxerunt;

A.D. 1256.

Unde Nobilitati veſtræ ſignificamus quod non credimus nos treugas noſtras, verſus vos, adhuc in aliquo intercepiſſe; nichilominus, ſi treugarum vobis vel veſtris interceptio imponatur, convenientibus Dictatoribus treugarum, ad invicem parati erimus de tranſgreſſionibus vobis & veſtris impoſitis & imponendis, congruas facere emendas; dum tamen ſimiliter nobis fiat de conſimilibus tranſgreſſionibus. Valete.

Littera Principis Walliæ in qua queritur apud Regem de Baronibus Marchiarum.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Ex Bundello literarum tempore H.* 3.

EXcellenti Domino H. Dei gratia illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ, L. Filius Griffini Princeps Walliæ, & Dominus Snaudon. ſalutem & affectum ad obſequia.

Excellentiæ veſtræ conquerendo ſignificamus quod Dominus Rogerus de Mortuo Mari, Dominus Humfredus de Boum. Junior, & quidam alii Barones, & Ballivi veſtri de Marchia, cum magna multitudine virorum armatorum & peditum, intraverunt violenter quoddam Caſtrum, quod erat in noſtra ſaiſina, & illud ceperunt munire & afforciare:

Et a nobis amoniti, ſecundum formam treugarum, de dicto Caſtro noluerunt diſcedere, donec obſidione poſita, & denegatis eis victualibus optinuerint de nobis licentiam recedendi, quamvis poſſemus eos pauco tempore compellere ad deditionem, propter paucitatem ſuorum Victualium, & difficultatem eis evadendi nobis invitis:

A.D. 1256.

Unde quia nos parati ſimus, ſi aliqua poterunt contra nos & noſtros opponi de interceptione treugarum, convenientibus ex utraque parte Dictatoribus treugarum, loco congruo & tempore competenti eadem emendare; dum tamen dicti Barones ſuper hiis, quæ verſus nos tranſgreſſi ſunt, ſimiles faciant emendas.

Rogamus igitur Nobilitatem & diſcretionem veſtram quatenus non multum moveamini propter minus rationabiles querelas Marchionum de nobis, donec de noſtro facto, & de cauſa facti diſcutiatis veritatem.

Quamplures autem coram Majeſtatis veſtræ præſentia de nobis deferunt querelas, qui minus diligunt proficuum veſtrum & honorem quam nos fecimus, ſi eorum poſſe æquipararetur voluntati; placeat igitur Excellentiæ veſtræ & benignitati voluntatem veſtram, ſuper præmiſſis, nobis reſcribere per latorem præſentium. Valete.

Littera

Littera Lewelini filii Griffini excuſatoria de criminibus ſibi objectis.

A.D. 1256.
An. 40. H. 3.
Ibidem.

EXcellenti Domino H. Dei gratia, illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitanniæ, L. filius Griffini, ſalutem, & affectum ad obſequia.

Excellentiæ veſtræ literas ea qua decuit reverentia & honore ſuſcepimus, continentes vobis fuiſſe intimatum quod, agentibus vobis extra Regnum veſtrum, nos quædam Caſtra hominum veſtrorum occupando, homines occidendo, & deprædationes faciendo, contra treugas, quæ vobis & nobis ſunt communes, venire præſumpſimus;

Unde Nobilitati veſtræ pro certo ſignificamus quod nos dictas treugas hucuſque non intercepimus verſus vos, vel veſtros, qui eaſdem verſus nos, & noſtros obſervaverunt illæſas;

Quod quidem audacter poſſimus ponere ſuper Baron. de Cateric. Staffordſcir. & Sallopp. qui quidem nobis fuerunt innocui, & nos eiſdem fuimus indempnes;

Verum, quoniam quidam Barones de Marchia, qui jactabant ſe non eſſe contentos ſub dictis treugis, ipſas violari præſumpſerunt, perturbando poſſeſſionem noſtram in quibuſdam terris, quarum ſeiſinam adepti fuimus, hominibus terrarum volumptarie venientibus ad nos, & ſe nobis tradentibus ſine coactione & violentia, nos dictis Baronibus & eorum fautoribus, ſecundum eorum demerita, perſolvimus tallionem.

Nec eſt contra dictarum treugarum formam, ſi homines, qui prius fuerunt in noſtra ſeiſina, volumptarie venientes ad nos recipiamus, quia conſimile nobis aliunde datum fuit exemplum.

Benè enim memini quod Comes Glouceſtriæ recepit ad ſe Magnates de Morgannuc, qui erant in noſtra ſeiſina tempore reformationis dictarum treugarum; ſed, quia voluntarie ſe reddiderunt dicto Comiti, non ſumus conqueſti ipſum ſuper hoc prædictas treugas intercepiſſe.

A.D. 1256.

Simili modo Ballivi veſtri & Barones de Sudwallia homines & terras de Dynet, quæ erant in noſtra ſeiſina, receperunt; nec nos oblocuti ſumus vel impedivimus, quia volumptarie a noſtra unitate receſſerunt; unde non omnino eſt nobis imputandum, ſet nos exemplo veſtro, & veſtrorum Baronum uſi fuerimus in hae parte.

Nichilominus; ſi aliqui Barones de Marchia Lalumde velint proſequi contra nos querelam de interceptione treugarum, nos parati erimus tranſgreſſiones, ſi quæ ex parte noſtra factæ ſunt, emendare; convenientibus adinvicem dictatoribus treugarum loco congruo & tempore competenti; dum tamen fiant nobis emendæ de noſtris querelis.

Rogamus igitur nobilitatem & diſcretionem veſtram quatinus non moveamini contra nos ob querelam Marchionum, donec ſuper noſtro facto & cauſa facti redditi fueritis certiores: Pro certo enim habeatis quod pauciſſimos de ipſis inveniretis promptiores, quam nos ad veſtrum ſervitium & honorem; dum tamen bono modo, & ſalvo jure noſtro, recepti fuiſſemus ad veſtram concordiam.

Præter hæc conquerimur de Ballivo veſtro de Mungum. qui ſe & totum poſſe ſuum interponit cum Baronibus, nos infeſtantibus ac inquietantibus; cujus Ballivam facere poſſemus deſtrui uſque ad muros Caſtri, niſi parceremus ob reverentiam veſtri & prædictarum treugarum obſervationem.

Placeat igitur veſtræ excellentiæ talem medelam apponere ad caſtigationem dicti Ballivi, quod non oporteat nos, ad ejus tranſgreſſiones, manum apponere vindicatricem.

Valete per tempora longiora.

De Incurſionibus Wallenſium.

A.D. 1256.
An. 40. H. 3.
Ex Bundel. in Turre Lond.

DOmino ſuo reverentiſſimo H. Dei gratia, illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitanniæ ſuus, ſi placet, P. de Monte-forti, ſalutem & debitam cum omni ſubjectione reverentiam.

A.D. 1256.

Noverit veſtra reverentiſſima Dominatio quod, cum ad Caſtrum de Bergeven. quod, per traditionem veſtram, &

Domini

A.D. 1256. Hen. 3.

Domini Edwardi filii veſtri primogeniti, in mea eſt cuſtodia, veniſſem, Marchiam valde perturbatam inveni, & Wallenſes quandam Villam, orrea, & blada ad Caſtrum de Bergeven. pertinentia, de Sancto Michaele nuncupatam, combuſſerant, & prædam abduxerant, & alia michi, & meis dampna intulerant.

Omnes quidem homines de lingua Walenſi Dominorum Humfridi de Boun, Reginaldi filii Petri, Rogeri Richard, Roberti le W. Roberti de Turbevoil, Rogeri Tovy, & multorum aliorum Magnatum Marchiæ, &, brevibus, tota Waleſcheria, uſque ad fines terræ de Bergeven. ad Lewelinum eſt converſa; ita quod Marchia hominum ejuſdem Lewelini non diſtat a Caſtro de Bergav. niſi per unam leucam & dimidiam.

Cæterum veſtram non lateat reverentiam quod, per præceptum veſtrum, & Domini Edwardi filii veſtri primogeniti, 250 Marcas de termino Sancti Michaelis, nunc proximo præterito, de firma mea de Berg. pacem;

Et, cum Walenſes inſuper orrea & blada mea combuſſerint, nichil in partibus illis habeo unde guerram poſſim ſuſtinere, cum hujuſmodi negotia non abſque ſumptibus immenſis valeam expedire, ubi nichil potero recipere ſuper hiis: igitur, ſi veſtræ cederit dominationi, feſtinum curetis apponere conſilium, tàm de hominibus, quàm denariis, prout honori & commodo veſtro potius videritis expedire.

Solus enim totam Marchiam illam nequeo cuſtodire, cum nullum Magnatum illius patriæ, præter Dominum G. Talbot, qui tria Caſtra Domini Edwardi filii veſtri cuſtodit in partibus illis, inveniſſem.

Cæterum veſtram excellentem non lateat reverentiam quod quicquid Dominationi veſtræ ab aliquibus de caſibus ——— ——— literas ſuas comp. bene & fideliter vobis & filio veſtro deſerviri & cunctis diebus ——— ———. Domino per ——— ——— fide locata deſerviam, hoc in agendis veſtris & filii veſtri, quibus interfuero, pro poſſe meo, bene patebit.

Ad hæc Dominationem veſtram ſuper præmiſſis, ſi placet, exhibeatis intentam, ita quod homines terræ prænominatæ de Bergeveny, pro defectu auxilii, ad ſæpedictum Lewelinum non convertant.

Conſervet vos altiſſimus per tempora longiora.

Littera Epiſcopo Bethlem. de Maritagio Edmundi cum Regina Cypri.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Clauſ. 40. H. 3. m. 4. d.

REX Epiſcopo Bethlem. ſalutem.

Dum veram cordis amicitiam, qua nos & genus noſtrum innata vobis bonitas hactenus eſt amplexa, digna laude penſamus, quanto tempora longiùs procedunt, & intervalla locorum latiùs inter nos ſe extendunt, tanto manifeſtiùs eam conſpicimus conſtantiæ ſuſcipere incrementum, in quo digne ſibi vendicat & meretur ut ei grata gratiarum viciſſitudine fortius aſtringamur.

Sane ſuper eo quod, noſtrorum profectuum, in tam remotis agentium, vos eritis non obliti, nos de fœdere matrimoniali contrahendo inter Edmundum kariſſimum natum noſtrum, & illuſtrem Reginam Cypri; necnon & inter filium prædictæ Reginæ hæredem Regni Cypri, & unam de filiabus noſtris, per veſtras litteras conſulere decreviſtis, ad magnas vobis aſſurgimus gratiarum actiones; videntes vos, & ſcientes circa noſtrorum commodum & honorem ſollicitos & intentos.

Verum quia, in adventu Nuncii prædictæ Reginæ ad nos, cum litteris veſtris memoratis, agebant quidam de Concilio noſtro in remotis (quorum conſilia in præmiſſis ſunt ſpecialius requirenda) propter quod eundem Nuncium nobiſcum duximus diutius retinendum; nec, dum eorumdem præſentiam haberi potuimus, certum vobis de prædictis reſponſum ad præſens dare non valemus:

Set dictorum Conſiliariorum noſtrorum obtenta præſentia, cum de præmiſſis plenius deliberaverimus, ſpeciales Nuncios noſtros ad vos ſtatim tranſmittemus, & voluntatem noſtram vobis apertius ſcire faciemus.

Teſte, &c.

Eodem modo ſcribitur albo Cardinali.

Littera Fulconis Domini de Maſtacio, de capienda fidelitate Galfridi Martelli, pro terra, quæ fuit dicti Fulconis in Inſula Oleron.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. L.B.f.162.b. penes Camer. Scaccar.

ILluſtriſſimo Domino ſuo & reverendo, Domino Edwardo primogenito Domini Henrici, Dei gratia, Regis excellentiſſimi Angliæ, Domini Hiberniæ, Ducis Normanniæ, Aquitanniæ, & Comitis Andegaviæ, Fulcho Dominus de Maſtacio, ejuſdem Miles, ſalutem & debitam fidelitatem.

Veſtram reverentiam, de qua confido, deprecor & requiro quatinus Galfridum Martelli, meum fratrem dilectum, in fidelitate veſtra pro terra, quam ego de Domino meo, Patre veſtro jam deſuper nominato, teneo in Inſula Oleronis, quam terram Dominus Robertus de Salbolio, Dominus Pater meus & ſuus, ipſi Gaulfrido aſſignavit, & ego aſſigno, ſi placet, capiatis.

Dat. die Martis poſt Octab. beati Johannis, ante Portam Latinam, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, apud Mornao.

A.D. 1256.

De Pecunia pro Negotio Siciliæ, & de Credentia Jo. de Dya.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quia ſedes Apoſtolica inclitum genus tuum quadam ſemper, inter orbis Reges & Principes, dilexit prærogativâ benivolentiæ ſpecialis, ejuſque continuè honorem & commodum indefeſsâ ſollicitudine procuravit, quia circa progenitorum tuorum exaltationem, ſub diverſitate temporum, omnem, quam potuit, adhibuit opem & operam efficacem:

Nos, attendentes quod, ex hoc regio genere, tam inſigni, ſuſcepit mater Eccleſia ſemper, & ſuſcipit filios benedictionis & gaudii, filios factis & famâ pollentes, filios oportuni auxilii & favoris;

Quodque in hoc genere ſuavem delibat dulcorem reverentiæ filialis, auritque de ipſo continuè amœnum innatæ ſinceritatis odorem;

Ac volentes ex hoc ſedis ejuſdem favorem & gratiam ad te, & cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Edmundum, illuſtrem Regem Siciliæ, natum tuum, extendere ſucceſſivè (præſertim cum tu, & idem natus progenitoribus ipſis, non ſolum derivatione ſanguinis, ſed propagatione ſinceræ devotionis, & immaculatæ fidei ſuccedatis) Regnum Siciliæ, quod eſt ſpeciale ſedis ipſius, pro cujus recuperatione Roman. Eccleſia importabilibus non parcendo ſumptibus, ac multorum laborum minimè devitando tædia diutiùs laboravit (rem utique ipſi Eccleſiæ, inter cætera temporalia ſua bona, cariſſimam, & longo jam tempore concupitam) eidem nato liberaliter conceſſimus, prout in Apoſtolico privilegio, ſuper hoc obtento, pleniùs continetur;

A.D. 1256.

Et, quoniam ſincera & firma voluntas in dilectionis & operis proſecutione cognoſcitur, quia hujuſmodi negotium, propter ipſius Regni ſtatum, nondum in toto tranquillum, multo indigebat conſilio & favore, magnamque requirebat ſollertiam, & ſubſtentationis fulcimenta non modica, valida defenſionis munimina, & indeficientis ſubſidii firmamentum,

Eadem Eccleſia totum quaſi pondus ejuſdem negotii, portandum ſuper humeros ſuos aſſumpſit, è diverſis partibus exercitum inſtaurando magnificum, ac deputando Legatos ad proſecutionem illius, non ſine magnâ effuſione ſumptuum, ut poſſet illud, Domino adjutore, perducere ad ſtatum honorabilem, proſperum, & quietum.

Cumque memoratum negotium laudabiliter convaleſceret, & ſucceſſibus proſperis firmaretur, tandem, quia, quorundam proditorum faciente nequitiâ, inopinato caſu extitit impeditum, propter quod tanto feſtinantiùs erat ſuccurrendum eidem negotio, quanto ſibi propinquius imminebat confuſio & diſcrimen, Regalem Excellentiam per noſtras requiſivimus litteras, tibi cum inſtantiâ ſuadentes, ut, quia eramus ulteriùs ad ferendum tantum pondus penitus impotentes, cum pro ipſius promotione negotii exhauriverimus cameram noſtram prædi-

A.D. 1256.
Hen. 3.

ctam, Eccleſiam multis & gravibus obligationibus aſtringentes; omnium quaſi Mercatorum, apud prædictam ſedem morantium, & multorum officialium, & familiarium noſtrorum; ac aliorum etiam, pro hujuſmodi neceſſitate pecuniis jam receptis (ita quod non poteramus mutuum invenire) feſtinatum præparares ſuccurſum; ita quod, omni difficultate ac tarditate remota, ſtatim copioſa & ſtrenua militia mitteretur.

Et nichilominus ut terra Laboris, & aliæ terræ ipſius Regni, quæ adhuc in devotione ipſius Eccleſiæ perſiſtebant, & per quas ad alias Regni partes liberè haberi poterat tranſitus & proceſſus, poſſent interim præſervari, pecuniam incontinenti, pro conducendis ad hoc militibus, & aliquem virum idoneum pro Capitaneo deſtinares, ac alias eidem negotio, prout expediebat, efficaciter provideres.

Set qualiter hæc, quæ tibi pro ejuſdem promotione ac ſuſtentatione negotii perſuaſimus, feceris, non ignoras; qualiter etiam negotium ipſum adjuveris, ac ſuper illo provideris, cunctis luce clarius innoteſcet; cum nec tuas, nec aliorum curas & vires, ad hujuſmodi rei proſecutionem curaveris adhibere.

Quinimmo ſic ipſum negotium quaſi poſtpoſuiſſe diſnoſceris, quod eo, tuis oportunis & ſperatis ſubſidiis non ſuffulto, prædicta terra Laboris, per quam reſiduum ipſius Regni recuperari poterat, ſic adverſarii Eccleſiæ agreſſibus patuit, quod illam jam quaſi totaliter occupavit.

Nec poteſt aliqua ſuper hoc, ex parte tua, ignorantia quomodolibet allegari, præſertim cum hæc omnia tibi ad noſtram excuſationem frequenter duxerimus intimanda.

Verum, quia nuper dilectos filios nobilem virum Willielmum Bonevor Militem, & Magiſtrum Petrum de Solerio Canonicum Herefordeṅ. Nuncios tuos (quos de multa diſcretione, providentia, & ſollicitudine circa commiſſa eis negotia plurimùm commendamus) ad noſtram præſentiam deſtinaſti, petens per ipſos inſtanter à nobis ut terminum ſolutionis pecuniæ (quam, juxta tenorem memorati privilegii ſolvere, infra Feſtum Sancti Michaelis, proximo venturum, tua magnitudo tenetur) prorogare benignitate Apoſtolica curaremus;

Nos omnibus, quæ iidem Nuncii, ex parte tua, tàm ſuper petitione hujuſmodi, quàm etiam ſuper aliis hiis petitionibus, proponere voluerunt, diligenter auditis & pleniùs intellectis, habitaque diligenti deliberatione cum noſtris fratribus ſuper illis, dilectum filium, fratrem Johannem de Dia, Capellanum & Pœnitentiarium noſtrum (de quo nos & iidem fratres plenam in Domino fiduciam obtinemus) ad te, de ipſorum fratrum conſilio duximus deſtinandum; qui tibi ſuper prædictis petitionibus ex parte noſtra plenariè reſpondebit:

Ideoque Serenitatem tuam rogamus & hortamur attentè quatenus, eundem Capellanum ſolita benignitate recipiens, ſibi in hiis quæ tibi ſuper præmiſſis ex parte noſtra dixerit (cum noſtram ſibi plenè in hac parte intentionem expreſſimus) adhibeas firmam fidem.

Dat. Anagniæ, tertio Id. Junii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

De carnibus comedendis in Feſtis Sancti Edwardi, ſi contigerint per dies Sabbati, pro Rege Henr. & convivis ſuis.

A.D. 1256.
An. 40. H. 3.
Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Cariſſimo in Chriſto filio Henrico illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum, ſicut ex parte tua nobis extitit intimatum, tu abſtinere a carnibus, diebus Sabbati, tenearis ex voto; nos, tuis precibus annuentes, Excellentiæ tuæ, ut, ſi contigerit Feſtum Tranſlationis Sancti Edwardi in die Sabbati celebrari, liceat tibi (non obſtante voto hujuſmodi) necnon & convivis tuis, qui tali voto ſe nullatenus aſtrinxerunt, carnes comedere, auctoritate præſentium indulgemus.

Volumus autem quod propter hoc centum pauperes eodem die paſcere tenearis.

Nulli ergo, &c.

Dat. Anagniæ, tertio Id. Junii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filis ſericis flavi rubeique coloris.

Litteræ

Litteræ de Credentia Principibus Alemanniæ.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Pat. 40. H. 3. m. 9.

REX omnibus & ſingulis Principibus Alemanniæ ſalutem.

Mittimus ad partes veſtras nobilem & prudentem virum Ricardum de Clare Comitem Glouceſtriæ & Hertford. & dilectum Seneſcallum noſtrum Robertum Walerand, fideles noſtros, pro quibuſdam ſervitiis & negotiis noſtris; vos rogantes attentius quatinus ipſos ſuper hiis recommendatos habere velitis, fidem plenam & indubitatam adhibentes eiſdem in hiis, quæ vobis expoſuerint ſuper ſervitiis & negotiis noſtris prædictis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. duodecimo die Junii.

Per Ricardum Comitem Glouceſtr. Johannem Maunſell, Robertum Walerand, & alios.

A.D. 1256.

Bulla quod Epiſcopi ſolvant decimam de Maneriis propriis, non obſtantibus alio ſervitio, aut indulgentiis.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Magiſtro Roſtando, Capellano & Nuncio noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum decima omnium proventuum Eccleſiaſticorum Regni Angliæ, & aliarum terrarum cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Anglorum illuſtris, ſit eidem Regi, uſque ad certum tempus, ab Apoſtolica ſede conceſſa;

Volumus, & præſentium tibi auctoritate mandamus quatinus univerſos Prælatos, & alias perſonas Eccleſiaſticas eorundem Regni & Terrarum, ut de proventibus Maneriorum ſuorum, quæ largitione regali habere noſcuntur, hujuſmodi decimam ſolvant, monitione præmiſſa, auctoritate noſtra, per te, vel per alium, ſeu alios, appellatione remota, compellas:

Non obſtantibus ſi fortè, pro ipſis Maneriis eidem Regi ſervitium facere, ſicut laicales, vel ſeculares perſonæ, ſibi pro feudis, quæ tenent ab ipſo, faciunt, teneantur; & quibuſlibet Apoſtolicis indulgentiis per quas poſſet effectus præſentium impediri.

Dat. Anagniæ, Id. Junii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

A.D. 1256.

Bulla de Mercatoribus Romanis, contendentibus ſuper ſolutione Pecuniæ in Anglia.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Super ſolutionibus faciendis de quamplurimis pecuniarum ſummis, tàm Mercatoribus Romanis, quàm Florentinis & Senenſibus diverſas litteras dilectis filiis Magiſtro Roſtando Capellano, & fratri Johanni ordinis fratrum minorum in Anglia Nunciis noſtris meminimus direxiſſe.

Porro, quibuſdam ex Meratoribus ipſis contendentibus, in ſolutione hujuſmodi pecuniæ, aliis anteferri, iidem Nuncii de voluntate tua pecuniam, collectam per ipſos, de qua omnibus ſatisfieri non poterat, providè ſequeſtrarunt; per ſuas nos conſulentes litteras quibus priùs vellemus ſatisfieri de eadem.

Quoniam igitur cordi nobis eſt ut dilecto filio Rolando Bonſignoris familiari noſtro, Civi & Mercatori Senenſi, de quadam pecuniæ ſumma, in qua tenemur eidem, priuſquam aliquibus aliis, ſatisfiat;

Serenitatem Regiam rogamus, & hortamur attente quatinus, dilectis filiis Aldebrando Aldebrandini, & Raynerio Bonaccurſi, Civibus & Mercatoribus Senen. vel aliis ſociis dicti Rolandi, mille

A.D. 1256.

&

A.D. 1256. Hen. 3.

& quinquaginta ſeptem Marcas ſterlingorum, quas dilecto Filio Nobili viro Jacobo, Comiti Lavaniæ, Germano bonæ memoriæ G. Sancti Euſtachii Diac. Cardinalis, pro negotio Regni Siciliæ, Romanæ Eccleſiæ nomine, perſolverunt;

De pecuniâ noſtro nomine, ſive de decima Proventuum Eccleſiaſticorum, tibi ab apoſtolicâ ſede conceſsâ, vel de redemptionibus votorum Cruceſignatorum, ſeu ex aliâ quacunque cauſa, per ipſos Nuntios, vel per quoſcunque alios, & cujuſcunque auctoritate mandati, collecta, aut etiam colligenda, ob reverentiam apoſtol. ſedis & noſtra, ſublato cujuſlibet dilationis & difficultatis obſtaculo, facias exhiberi:

Non obſtantibus ſi prædictis magiſtro R. & fratri J. ac dilecto filio magiſtro Bernardo de Senis Capellano noſtro, aut aliquibus aliis ſuper ſolutione de decimâ ſupradictâ, ſeu parte ipſius, quibuſcunque perſonis facienda, direximus ſcripta noſtra:

Aut ſi Campſoribus noſtris, Civibus & mercatoribus Senen. vel quibuſcunque aliis mercatoribus, præfata decima, tuo nomine primitùs extitit obligata;

Seu juramento, quod venerabilis frater noſter   Epiſcopus Hereforden. in tuâ & filiorum tuorum animabus præſtitiſſe dicitur, quod de decima hujuſmodi nemini ſatisfiat, niſi prius de ipſa eiſdem Campſoribus, pro quibuſdam pecuniarum ſummis, fuerit integrè ſatisfactum; quod, quantum ad ſolutionem, de hujuſmodi ſumma Marcarum, faciendam prædictis Rolandi ſociis, penitùs relaxamus:

Aut quod idem Epiſcopus promiſiſſe dicitur quod tu, in certis terminis, præfatis Campſoribus ſatisfaceres de eadem:

Seu litteris à nobis, per ipſos Campſores, contra te & filios tuos, ad prædictum magiſtrum Bernardum, hactenus impetratis, ut in tuam & prædictorum filiorum perſonas (in hujuſmodi ſolutione ceſſantes) & Regnum tuum interdicti ſententias promulgaret; quas per præſentes, quantum ad ſolutionem de prædictis mille & quinquaginta ſeptem Marcis, eiſdem Rolandi ſociis faciendam, penitùs revocamus:

Aut quod iidem Campſores aſſerunt quod hujuſmodi mille quinquaginta & ſeptem Marcæ, in quibus eidem Rolando tenemur, de pecuniâ, in quâ Romanæ teneris eccleſiæ, non exiſtunt:

Sive quod, ſuper pecuniâ, eidem eccleſiæ a te debitâ, nullam dictos Magiſtrum R. & Fratrem J. poteſtatem ſeu auctoritatem à nobis habere proponunt;

Vel quibuſcunque litteris apoſtolicis impetratis, cujuſcumque tenoris fuerint (etiam ſi plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum oporteat de ipſis in præſentibus fieri mentionem, & contineatur in ipſis quod non poſſit ipſis per aliquas litteras apoſtolicas derogari), ſeu de cætero impetrandis, niſi totus in eis tenor præſentium ſit inſertus:

Volumus tamen ut dilectis filiis Spiliato, Raynerio, Bellindoti, Civibus & Mercatoribus Florent. ac eidem Rolando, vel eorum Sociis, in Angliâ commorantibus, de ſex millibus Marcarum, prout tibi & dictis Magiſtro, & Fratri, per alias litteras noſtras direximus, primitùs ſatisfiat.

Preces autem noſtras in hac parte celſitudo regia ſic admittat, quod præfati Rolandus, Aldebrandus, & Raynerius Bonaccurſi, & eorum Socii de liberalitate tuà commodum ſe reportaſſe lætentur; noſque Serenitati tuæ, propter hoc, referre teneamur gratiarum uberes actiones.

Nos enim de prædictis mille & quinquaginta ſeptem Marcis, poſtquam eas ſolvi feceris mercatoribus ſupradictis, reputabimus nobis & Eccleſiæ prædictæ de ipſis fore plenariè ſatisfactum.

Dat. Anagniæ, Idus Junii, Pontific. noſtri anno ſecundo.

Filo Canabeo.

Literæ de Credentia Alfonſo Regi Caſtellæ.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Pat. 40. H. 3. m. 7.

EGregio Principi, amico & conſanguineo ſuo kariſſimo, A. Dei gratiâ illuſtri Regi Caſtellæ, Toleti, Legion. Galet. Sibill. Cordubiæ, Murtiæ, & Johannii, Henricus Rex, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Ad perficiendum conventiones, inter vos & nos ſuper diverſis articulis initas, ſicut noſtis, venerabilem patrem W. Elyen. Epiſcopum, & dilectum & fidelem noſtrum Johannem de Gateſden, ad veſtræ dilectionis præſentiam deſtinamus;

Serenitatem veſtram rogantes attentius quatinus eiſdem ſuper hiis & aliis, con-

A.D. 1256. Hen. 3.

ventiones illas tangentibus, quæ coram vobis proponent, fidem adhibere velitis indubitatam; renunciantes nobis per eoſdem non tantum in hiis, verum etiam in omnibus aliis veſtræ beneplacitum voluntatis, quod gaudenti animo, & favore benivolo curabimus adimplere.

Teſte Rege apud Winton. 10 die Julii.

De poteſtate data Nunciis Regis miſſis ad Alfonſum Regem Caſtellæ.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Pat. 40. H. 3. m. 7.

Regi Caſtellæ Rex Angliæ ſalutem, & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Mittimus ad vos venerabilem Patrem Willielmum Elyenſ. Epiſcopum, & dilectum & fidelem noſtrum Johannem de Gateſden, quibus per præſentes litteras plenam damus poteſtatem faciendi vobis plenam fidem ſuper omnibus articulis, contentis in compoſitione, inter vos & nos inita, & hinc inde ſcriptis noſtris vallata; ratum habituri & firmum quicquid per ipſos, vel eorum alterum nomine noſtro actum fuerit, &c.

Teſte Rege apud Winton. 24 die Junii.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Pat. 40. H. 3. m. 7.

Rex omnibus, &c.

Noverit Univerſitas veſtra quod nos plenam & liberam damus poteſtatem venerabili Patri W. Elyenſi Epiſcopo, & dilecto & fideli noſtro Johanni de Gateſden, quos ad illuſtris Regis Caſtellæ & Legion. præſentiam deſtinamus, pro negotiis noſtris cum præfato Rege expediendis, complendi omnes conventiones, inter ipſum Regem & nos initas, ſecundum quod in ſcripto earumdem conventionum, ſigillo noſtro ſignato, quod præfatus Rex penes ſe habet, plenius continetur; & jurandi in animam noſtram, ſi opus fuerit, quodcumque genus Sacramenti, ad ſecuritatem conventionis prædictæ: Ratum habituri quicquid prædicti Epiſcopus, & Johannes, vel eorum alter, nomine noſtro, fecerint, vel fecerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Clarendon, 10 die Julii.

Item per eadem verba proceſſit alia litera, excepta hac clauſula & jurandi, &c. *uſque illam clauſam,* Ratum, &c.
Teſte ut ſupra.

Rex W. Elyenſi Epiſcopo, & Johanni de Gateſden, ſalutem.

Mandamus vobis quod, ſi Rex Caſtellæ illuſtris à vobis habere litteras ſecuritatis ſuper commutatione voti noſtri ad partes Affricanas (pro eo forſitan quod timet nos minùs bene apud ſummum Pontificem pro commutatione dicti voti noſtri inſtitiſſe) per litteras veſtras nos, procuratorio nomine, obligetis præfato Regi, quod in omni eventu laborabimus, tàm per nos, quàm per noſtros, ergà Dominum Papam bona fide, quod votum memoratum immutet ad partes Affricanas, prout in littera noſtra conventionis (quam præfatus Rex inde habet) plenius continetur, & ad proficiſcendum ad partes illas ſecundum formam conventionis prædictæ; dum tamen Dominus Papa ad hoc ſuum præbeat aſſenſum.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra apud Clarendon, 10 die Julii.

Litigatur pro Eccleſia de Stodinton, & Papa pro altera partium interponit.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio noſtro Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Vacante olim eccleſiâ de Stodinton. Herefordenſis Dioceſis per mortem Archidiaconi Salopeſbiriæ, Rectoris ejuſdem, in qua dilecti filii Abbas Prior & Conventus Salopeſbiriæ, ordinis Sancti Benedicti, Conventrenſis Dioceſis, jus patronatus obtinere dicuntur, fælicis

A.D. 1256. Hen. 3. licis recordationis Greg. Papa, Prædeceſſor noſter, dilecto filio Magiſtro Stephano Anibaldi Canonico furnen. nepoti dilecti filii noſtri R. Sancti Angeli, Diacon. Cardinal. eam conferens, ac decernens irritum & inane quicquid contra hoc contingeret attemptari, mandavit procuratorem ſuum in corporalem poſſeſſionem ipſius eccleſiæ induci, ac inductum defendi amoto ab ea quolibet detentore, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Sed quondam Guillielmo Averil Clerico ſe inductioni hujuſmodi opponente, dictus Magiſter Stephanus nanciſci poſſeſſionem eccleſiæ præfatæ nequivit; tandem præfato Guillielmo viam univerſæ carnis ingreſſo, ac inter eoſdem Abbatem Priorem & Conventum ex parte una & ipſum S. ſuper eadem eccleſia exorta ex altera quæſtione, nos, præfatos Abbatem Priorem & Conventum & omnes ipſius eccleſiæ detentores facientes ad noſtram præſentiam evocari, dilecto filio Magiſtro Matheo de Alperino Capellano noſtro cauſam eandem commiſimus terminandam.

Cumque dictis Abbate Priore & Conventu, ac detentore ſive detentoribus in audientia publica citatis ſolempniter, & poſt terminum expectatis diutius, non compareret aliquis pro eiſdem, & ipſi Magiſtro M. de citatione facta plenè conſtaret idem, ipſos reputans contumaces, ac recepto libello per procuratorem præfati Magiſtri S. ſibi oblato, auditis etiam ac intellectis quæ pro parte ſua fuere propoſita coram eo, & obtenta a nobis ſententiandi licentia, procuratori dicti S. & per eum ſibi dictam eccleſiam ſententialiter adjudicari, ac declarans ipſam ad eum pertinere de jure, in poſſeſſionem ejuſdem eccleſiæ eum ſive procuratorem ejus inducendum decrevit, ac inductum etiam defendendum, amovendo ab ea quemlibet detentorem, ac nos, poſtmodum ſententiam ipſam, per eundem Capellanum provide latam, auctoritate apoſtolica confirmantes, venerabili fratri noſtro Epiſcopo Hereforden. in virtute obedientiæ diſtrictè noſtris dedimus litteris in præceptis ut eundem magiſtrum S. vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem ipſius eccleſiæ poſſeſſionem inducat, & defendat inductum, invocato ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. A.D. 1256. Hen. 3.

Verum, quia dilectus filius Johannes Mariſel clericus tuus eandem eccleſiam in ipſius Magiſtri S. præjudicium dicitur retinere, Serenitatem tuam monemus attente, rogamus attentius & obſecramus in domino quatinus, diligenter attendens quod ejuſdem eccleſiæ detentio vergit in detentoris ſalutis propriæ detrimentum, eundem Johannem inducas attentius ut, eandem eccleſiam eidem Magiſtro S. ſine difficultate aliqua & moræ diſpendio in pace dimittens, eum ſuper ipſa ulterius non moleſtet, nec tu ipſum magiſtrum S. ſuper hoc patiaris ab aliquibus tuæ ditioni ſubjectis aliquatenus moleſtari, monitiones autem preces & obſecrationes noſtras in hac parte ſic benignius attendas & propitius exaudire procures, quod apud Deum tibi manipulos accumules præmiorum, noſque devotionem tuam dignis in Domino laudibus commendare poſſimus, & cum neceſſe fuerit exhibere nos in regalibus beneplacitis promptiores.

Dat. Anagniæ, 4 Id. Julii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo Sigillo a Filo canabeo.

De Juramento Abbatis Weſtm. ad Curiam Romanam profecturi.

A.D. 1256.
An. 40. *H.* 3.
Pat. 40. *H.* 3. *n.* 13.

REX omnibus, &c. ſalutem. Ad veſtrûm omnium notitiam volumus pervenire quod, cum dilectus nobis in Chriſto Ricardus de Crokeſl. Abbas Weſtmonaſterii, nuper, ad inſtantiam noſtram proficiſceretur in Nuncium noſtrum, ad Curiam Romanam, pro arduis negotiis noſtris, idem Abbas, in præſentia noſtra perſonaliter conſtitutus, non coactus, ſet ſpontanea voluntate ſua ductus, coram nobis, & Concilio noſtro, & Priore & Conventu ſuo, tactis ſacroſanctis, corporale præſtitit Sacramentum quod per ſe, vel per alium, nichil impetrabit, vel impetrari procurabit in præfata Curia in præjudicium prædicti Prioris & Conventûs, vel contra compoſitionem, nobis mediantibus, initam inter ipſos Abbatem, & dictos Priorem & Conventum, ſuper quibuſdam Maneriis, obedientiariis, poſſeſſionibus, & aliis, ſtatum eorundem Prioris & Conventus contingentibus: A.D. 1256.

Nos igitur, volentes veritati teſtimonium perhibere, id ipſum per has litteras noſtras patentes proteſtamur; quibus Sigillum noſtrum duximus apponendum.

Teſte meipſo apud Glouceſtr. 20 die Julii.

Quod

Quod fructus, &c. Beneficiorum, vacantium in Anglia, quorum Collatio pertinet ad Papam, colligantur ad opus Regis Angliæ, pro complendo voto ſuo ad terram Sanctam.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio magiſtro Roſtanno, Capellano, & Nuntio noſtro in Anglia, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Ad impendendam cariſſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri Regi Angliæ gratiam & favorem, crucis reverentia (qua inſignitus Crucifixi obſequio ſe devovit) ac ſinceræ devotionis affectus, quem ad nos & Romanam eccleſiam habere dinoſcitur, merito nos inducunt:

Hinc eſt quòd nos, ipſius ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus fructus, redditus, & proventus omnium dignitatum, & perſonatuum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum, Præbendalium & aliorum, Regni Angliæ, & aliarum terrarum ejuſdem Regis, quæ tanto tempore vacaſſe inveneris, quod ipſarum collatio eſt ad Sedem apoſtolicam, ſecundum Laterani ſtatuta Concilii, devoluta, per te, vel per alium, ſeu alios, ab eo tempore, quo taliter ad prædictam Sedem fuit ipſorum devoluta Donatio,

A.D. 1256.

Integrè colligens (detentores illorum ad exhibendam eos tibi, monitione præmiſsâ, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; niſi per apoſtolicam diſpenſationem ſeu indulgentiam ſuper hoc oſtenderint ſe munitos) quicquid de hiis collegeris in tuto loco deponere, ac ad opus ipſius Regis, ut votum ſuum efficacius exequi valeat, conſervare procures; contradictores autem ſuper hoc, ſi qui fuerint, vel Rebelles, monitione præmiſſa, cenſura ſimili, appellatione remota, compeſcas.

Dat. Anagniæ, 12 Kal. Septembr. Pontif. noſtri anno ſecundo.

Plumbeo Sigillo a Filo canabeo.

Bulla quod Rex habeat fructus non reſidentium, exceptis certis perſonis.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio magiſtro Roſtanno, Capellano & Nuntio noſtro in Anglia, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Ad impendendam cariſſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri Regi Angliæ gratiam & favorem, Crucis reverentia (qua inſignitus crucefixi obſequio ſe devovit) ac ſinceræ devotionis affectus, quem ad nos & Romanam Eccleſiam habere dinoſcitur, merito nos inducunt:

Hinc eſt quod nos, ipſius ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus fructus, redditus, & proventus omnium dignitatum, & perſonatuum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum, Præbendalium & aliorum, Regni Angliæ, & aliarum terrarum ejuſdem Regis, in quibus hii, qui ea obtinent, non reſident ut tenentur (niſi fortè in ſcolis, aut apud apoſtolicam ſedem, vel in peregrinatione, aut alibi, pro negotiis eccleſiarum, in quibus illa habent, de Prælatorum ſuorum licentia, fuerint, aut ſuper hoc indulgentiam apoſtolicam habeant) integrè colligens, quicquid de hiis collegeris in tutis locis deponere, ac ad opus ipſius Regis, ut votum ſuum efficacius exequi valeat, conſervare procures;

A.D. 1256.

Contradictores autem ſuper hoc, ſi qui fuerint, vel rebelles, monitione præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Dat. Anagniæ, 12 Kal. Sept. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo Sigillo a Filo canab.

Bulla

Bulla quod Rex habeat fructus omnium beneficiorum Eccleſiaſticorum per totum Regnum ſuum per unum annum vacantium.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. *Ex Autogr.* A.D. 1256.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad impendendam tibi gratiam & favorem, crucis reverentia (qua inſignitus te crucifixi obſequio devoviſti) ac ſinceræ devotionis affectus, quem ad nos & Romanam Eccleſiam habere dinoſceris, merito nos inducunt:

Hinc eſt quod nos, tuis ſupplicationibus inclinati, Serenitati tuæ fructus, redditus, & proventus omnium dignitatum, & perſonatuum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, Præbendalium & aliorum, Regni Angliæ, & aliarum terrarum tuarum, quæ deinceps uſque ad quinquennium vacare contigerit, ut votum crucis efficaciùs exequi valeas pro Terræ ſanctæ ſubſidio, concedimus per unum annum de gratia noſtra ſpeciali.

Nolumus autem quod ad Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatias, & Prioratus collegiatos, hujuſmodi noſtra conceſſio aliquatenus extendatur.

Nulli ergo, &c.

Dat. Anagniæ, decimo Kal. Septembr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filis ſericis flavi rubeique coloris.

Quod Rex habeat decimam ſecundum veram æſtimationem Eccleſiaſticorum beneficiorum.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. *Ex Autogr.* A.D. 1256.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis univerſis Archidiaconis, per Regnum Angliæ conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum decima Eccleſiaſticorum Proventuum Regni Angliæ, & aliarum terrarum cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ, eidem Regi, uſque ad certum tempus, pro Terræ ſanctæ ſubſidio, a ſede Apoſtolica ſit conceſſa;

Ne aliqua fraus poſſit in hujuſmodi decimæ ſolutione committi, in ipſius Regis præjudicium, & diſpendium dictæ Terræ,

Volumus & præſentium vobis auctoritate, in virtute obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis, diſtrictè præcipiendo mandamus quatenus omnia beneficia, in Archidiaconatibus veſtris conſiſtentia, ſecundum debitam & juſtam extimationem (taxatione antiqua nequaquam obſtante) per vos, vel per alium, ſeu alios diſcretos, & fide dignos taxare procuretis:

Ac nichilominus hujuſmodi decimam in eiſdem Archidiacon. (cum per dilectum filium Magiſtrum Roſtannum, Capellanum & Nuncium noſtrum in Anglia, ſuper hoc requiſiti fueritis) fideliter colligentes, quicquid de ipsâ colligatis eidem Capellano (cujuſlibet alterius ſuper hoc non expectando mandatum) aſſignare curetis; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo;

Alioquin eidem Capellano, litteris noſtris, injungimus ut vos ad id, monitione præmiſſa, per cenſuram eandem, appellatione remota, compellat.

Dat. Anagniæ, decimo Kal. Sept. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Archidiacono Richmundiæ, quod decimam beneficiorum in Archidiaconatu ſuo, ſecundum debitam exiſtimationem, taxari faciat & levari, & colligi, & Magiſtro Roſtanno Capellano Papæ aſſignari, pro ſubſidio Terræ ſanctæ.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. *Ex Autogr.*

A.D. 1256.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Archidiacono Richemundiæ, in Eccleſia Eboracenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum decima Eccleſiaſticorum proventuum Regni Angliæ, & aliarum terrarum cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ, eidem Regi uſque ad certum tempus, pro Terræ ſanctæ ſubſidio, a ſede Apoſtolica ſit conceſſa; ne aliqua fraus poſſit in hujuſmodi decimæ ſolutione committi, in ipſius Regis præjudicium, & diſpendium dictæ terræ;

Volumus, & præſentium tibi auctoritate, in virtute obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis, diſtricte præcipiendo mandamus quatinus omnia beneficia in Archidiaconatu tuo conſiſtentia, debitam & juſtam extimationem (taxatione antiqua nequaquam obſtante) per te, vel per alium, ſeu alios diſcretos, & fide dignos, taxare procures:

Ac nichilominus hujuſmodi decimam in eodem Archidiaconatu (cum per dilectum filium Magiſtrum Roſtannum, Capellanum & Nuncium noſtrum in Anglia ſuper hoc requiſitus fuerit) fideliter colligens, quicquid de ipſa collegeris, eidem Capellano (cujuſlibet alterius ſuper hoc non expectando mandatum) ſtudeas aſſignare; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Alioquin eidem Capellano litteris noſtris injungimus ut te ad id, monitione præmiſſa, per cenſuram eandem, appellatione remota, compellat.

Dat. Anagniæ, decimo Kal. Septembris, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo Sigillo a filo canabeo.

De bonis inteſtatorum colligendis ad opus Regis Angliæ, &c.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. *Ex Autogr.*

A.D. 1256.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Magiſtro Roſtanno, Capellano & Nuncio noſtro in Anglia, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem,

Volumus & tibi, præſentium auctoritate, mandamus quatinus omnia bona mobilia ab inteſtato decedentium, ſive de Regno Angliæ, ſive de aliis terris cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ fuerint, pro illâ portione, quæ juxta patriæ conſuetudinem decedentes contingit, integrè per te, vel per alium, ſeu alios colligens, quicquid de hiis collegeris in aliquibus tutis locis deponere, ac ad opus cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ (ut votum ſuum efficaciùs exequi valeat) conſervare procures; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo:

Non obſtante ſi perſonis aliquibus a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod extra ſuas Diocæſes, vel alia certa loca in cauſam trahi, vel ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas, plenam & expreſſam non facientes de indulto hujuſmodi mentionem; & quibuſlibet aliis indulgentiis, ſeu litteris Apoſtolicis, per quas effectus præſentium, ſeu executio negotii Crucis impediri valeat, vel differri; & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Dat. Anagniæ, 8 Kal. Sept. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Sigillo avulſo.

Quod Prælati Angliæ compellantur ad dandam in ſcriptis taxationem bonorum ſuorum, & ad ſolvendam decimam de prædictis.

A.D. 1256.
An. 40. H. 3.
Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Magiſtro Roſtanno, Capellano, & Nuncio noſtro in Anglia, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum, ſicut intellexeris, bona venerabilium fratrum noſtrorum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, Regni Angliæ, & religioſorum, ſubjectorum eiſdem, taxari mandavimus ut, ſecundum taxationes hujuſmodi, de bonis ipſis decima perſolvatur;

Eiſdem Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in virtute obedientiæ, diſtrictè duximus injungendum, ut taxationes hujuſmodi tibi in ſcriptis aſſignare, ſublata qualibet difficultate, procurent; præfatam decimam etiam de Maneriis eorum, tam pro biennio præterito, quam pro anno præſenti, ſecundum taxationes eaſdem, integrè perſolvendo;

Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus, ſi dicti Archiepiſcopi & Epiſcopi ſuper hoc mandatum Apoſtolicum neglexerint adimplere, tu eos ad hæc, monitione præmiſſa, auctoritate noſtra per te, vel per alium, ſeu alios, ſublato cujuſlibet appellationis impedimento, compellas;

Non obſtante ſi eiſdem Archiepiſcopis & Epiſcopis, vel eorum alicui, a ſede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu extra ipſorum Diocæſes, vel alia certa loca in cauſam trahi non poſſint per litteras Apoſtolicas, plenam & expreſſam non facientes de indulto hujuſmodi mentionem; & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Dat. Anagniæ, quarto Non. Septembr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo à filo canabeo.

De Epiſcopis taxandis per totum Regnum, non obſtantibus privilegiis & indultis.

A.D. 1256.
An. 40. H. 3.
Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus univerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis, per Regnum Angliæ conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm, ſicut intelleximus, dilectus filius Magiſter Roſtannus, Capellanus, & Nuncius noſter in Anglia, bona veſtra & religioſorum vobis ſubjectorum per vos taxari mandaverit, ut, ſecundum taxationem hujuſmodi, de bonis ipſis decima perſolvatur; volumus, & fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta, in virtute obedientiæ, diſtrictè præcipiendo, mandamus quatinus taxationes hujuſmodi eidem Capellano in ſcriptis aſſignare (ſublata qualibet difficultate) curetis; præfatam decimam etiam de Maneriis veſtris tàm pro biennio præterito, quàm pro anno præſenti, ſecundum taxationes eaſdem, integre perſolvendo.

Alioquin prædicto Capellano litteris noſtris injungimus ut vos ad hæc, monitione præmiſſa, auctoritate noſtra, per ſe, vel per alium, ſeu alios, ſublato cujuſlibet appellationis impedimento, compellat; non obſtante ſi vobis, vel veſtrum alicui a ſede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra veſtras Diocæſes, vel alia certa loca in cauſam trahi non poſſitis per litteras Apoſtolicas, plenam & expreſſam non facientes de indulto hujuſmodi mentionem; & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Dat. Anagniæ, quarto Non. Septembr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigil. a filo canabeo.

Bulla Epiſcopo Norwicen. & Abbati Monaſterii Sancti Petri de Burgo, quod colligant decimam, & Legata, & hujuſmodi ad opus Reg. Angl.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Norwicen. & dilecto filio Abbati Monaſterii Sancti Petri de Burgo, ordinis Sancti Benedicti Lincoln. Dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum nos venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo Cantuarien. & dilecto filio Magiſtro Roſtanno, Capellano noſtro, negotium Crucis in Regno Angliæ, & aliis terris cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ crucesignati, necnon & collectionem decimæ Eccleſiaſticorum proventuum eorundem Regni & terrarum, prædicto Regi uſque ad certum tempus conceſſæ ab Apoſtolica ſede; ac redemptionem votorum crucesignatorum & legatorum indiſtinctè, per noſtras diverſas litteras, ſub diverſis formis, duxerimus committenda;

Volumus, & præſentium vobis auctoritate, in virtute obedientiæ, diſtrictè præcipiendo, mandamus quatinus hujuſmodi decimam, redemptiones, & Legata; necnon & obventiones, ex quacunque cauſa provenientes, ſubſidio Terræ ſanctæ integrè colligere, ac ad opus ipſius Regis, ut votum ſuum efficaciùs exequi valeat, conſervare curetis;

A.D. 1256.

Et in prædicto Crucis negotio, juxta formam quarumcunque litterarum noſtrarum, eiſdem Archiepiſcopo, & Capellano ſuper hiis directarum, per vos, vel per alium, ſeu alios, efficaciter, ſecundum datam vobis a Domino gratiam, procedatis; ita quòd creſcatis exinde meritis apud Deum, & penes nos, & prædictum Regem gratia, & apud homines clara fama:

Contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; non obſtante ſi perſonis aliquibus a ſede Apoſtolica ſit indultum quod in cauſam trahi, vel ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas, plenam & expreſſam non facientes de indulto hujuſmodi mentionem; & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Dat. Anagniæ, quarto Non. Septembr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Bulla, quod colligatur nomine Eccleſiæ Romanæ decima.

A.D. 1256. *An.* 40. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Magiſtro Roſtanno, Capellano, & Nuncio noſtro in Anglia, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum decimam Eccleſiaſticorum proventuum Regni Angliæ, & aliarum terrarum cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ crucesignati, tibi commiſerimus colligendam;

Volumus, & præſentium tibi auctoritate mandamus quatinus hujuſmodi decimam, noſtro & Eccleſiæ Romanæ nomine, pro exhoneratione debitorum ipſius Eccleſiæ, ad quæ idem Rex Angliæ tenetur, eidem per te, vel per alium, ſeu alios, integrè colligere, & in aliquibus tutis locis deponere, ac ad opus præfatæ Eccleſiæ fideliter conſervare procures; ut de ipſa poſtmodum diſponamus, qualiter creditoribus ejuſdem Eccleſiæ perſolvatur:

A.D. 1256.

Non obſtantibus ſi quibuſcunque Prælatis Eccleſiarum, ſeu perſonis aliis a ſede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut quod extra ſuas Diocæſes, vel alia certa loca in cauſam trahi non poſſint per litteras Apoſtolicas, in quibus plena & expreſſa de indulto hujuſmodi mentio non habetur; & quibuſlibet aliis indulgentiis, aut litteris Apoſtolicis, per quas hujuſmodi ſubventio vel ſubſidium impediri poſſit quomodolibet vel differri; & de quibus, & quarum tenore de verbo ad verbum ſpecialem fieri oporteret in præſentibus mentionem; & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Dat. Anagniæ, quarto Non. Septembr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Indul-

Indulgetur Regi quod nullum præjudicium generetur ſibi, nec ſuis hæredibus, per hoc quod Prælati dant decimam de Maneriis ſuis.

A.D. 1256.
An. 40. H. 3.
Ex Autogr.

A.D. 1256.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Fidei puritas, devotionis fervor, & conſtantiæ firmitas, quibus apud Deum, inter cæteros Principes orbis, amabilis, penes Apoſtolicam ſedem acceptus, & homines magnæ laudis præconio commendibilis redderis, ſic te divinæ Majeſtatis gratia, ſedis ejuſdem favore, ac claræ famæ prærogativâ dignum efficiunt, ut habeas Regem Regum, ſicut ſperamus firmiter, ſpeciali opitulatione propitium, Romanam Eccleſiam ad tua commoda promptam, & in terris, ſingularis commendationis extollentia, nomen grande.

Unde nos, de tam devoto, fideli, & conſtanti matris Eccleſiæ filio, ingenti gaudio exultantes in Domino, attentis inſiſtimus ſupplicationibus apud eum, ut, repulſo cujuſlibet adverſitatis eventu, proſperitas tibi ſemper votiva ſuccedat; nobiſque tribuat ex alto virtutem ut tui commodi & honoris augmentum procurare, juxta noſtri deſiderii plenitudinem, valeamus.

Licet igitur velimus, & jam mandaverimus quòd venerabiles fratres noſtri Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ac dilecti filii Abbates, Priores, & alii Prælati Eccleſiarum Regni Angliæ decimam Eccleſiaſticorum proventuum, etiam de Maneriis ſuis, ſine diminutione perſolvant;

Quia tamen noſtræ ſemper intentionis extitit, & exiſtit tua tibi jura non ſolum integra & illæſa ſervare, immò potius adaugere, Excellentiæ tuæ ut nullum ex hoc tibi, tuiſque hæredibus, quantum ad ſervitia, in quibus prædicti Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, & alii Regiæ Curiæ prædictorum Maneriorum ratione tenentur, præjudicium generetur;

Quin illa tibi, non obſtante quod, pro ipſis Maneriis, hujuſmodi decimam, ut ſubſidium, de mandato noſtro perſolvant, integre faciant, ut tenentur, auctoritate præſentium indulgemus.

Nulli ergo, &c.

Dat. Anagniæ, quarto Non. Septembr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo pendente a filis ſericis flavi rubeique coloris.

Quod compellantur Epiſcopus Hereforden. & alii executores crucis, ut reddant rationem de receptis decimæ & alterius ſubſidii.

A.D. 1256.
An. 40. H. 3.
Ex Autogr.

A.D. 1256.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati Monaſterii de Burgo Sancti Petri, ordinis Sancti Benedicti Lincolnien. Dioc. & Johanni Semercot, Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Volumus, & præſentium vobis auctoritate, in virtute obedientiæ, diſtricte præcipiendo mandamus quatinus venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Hereforden. & omnes prædicatores, & quoſcumque alios executores in Ibernia, Hereforden. Conventren. & Wigornien. Epiſcopatibus, ad crucis negotium a ſede Apoſtolica, vel ab eodem Epiſcopo deputatos, ut de hiis, quæ, pro hujuſmodi negotio, ratione decimæ, vel cujuſquam alterius ſubſidii, recepiſſe ac expendiſſe noſcuntur, ſufficienter vobis reddant & plenariam rationem:

Et reſiduum, quod poſt diligentem & exactam rationem remanſiſſe inveneritis apud eos, ut integrè vobis perſolvant, monitione præmiſſa, auctoritate noſtra, ſublato cujuſlibet appellationis impedimento, cogatis:

Non obſtante ſi perſonis aliquibus a ſede ſit indultum quod, extra ſuas Diocæſes, vel alia certa loca, in cauſam trahi, vel ad judicium evocari; aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari

A.D. 1256. Hen. 3.

nicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, plenam & expreſſam non facientes de indulto hujuſmodi mentionem; & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Dat. Anagniæ, quarto Non. Septembr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Epiſcopo Wigorn. & Magiſtro Roſtando ut ſtatuant certum terminum transfretandi Domino Regi, & aliis cruceſignatis.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Wigornen. & dilecto filio Magiſtro Roſtanno, Capellano, & Nuncio noſtro in Anglia, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Volumus, & præſentium vobis auctoritate, diſtrictè præcipiendo, mandamus quatinus vos, vel alter veſtrum cariſſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri Regi Angliæ cruceſignato, ac cæteris cruceſignatis Regni Angliæ, & aliarum terrarum ejuſdem Regis, certum & competentem terminum transfretandi in ſubſidium Terræ ſanctæ, prout expedire videritis, ſtatuatis.

(Non obſtante ——— ad transfretandum, pro hujuſmodi ſubſidio ——— Sancti Johan. Baptiſtæ proximo præterito aſtrinxiſſe dicimur) cruceſignatos eoſdem ad transfretandum in terram præfatam ad terminum a vobis ſtatutum, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, per vos, vel per alium, ſeu alios compellendo:

Non obſtantibus quibuſcunque litteris Apoſtolicis, cujuſcunque tenoris exiſtant, per quas iidem cruceſignati valeant in aliquo ſe tueri; & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Nos enim abſolvendi eos a juramento prædicto liberam vobis concedimus auctoritate præſentium, facultatem.

Dat. Anagniæ, quarto Non. Septembr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

De auxilio Alexandro Regi Scotiæ ferendo.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Pat. 40. H. 3. n. 15. d.

Mandatum eſt Baronibus, Militibus, & omnibus aliis de Comitatibus Eborum, Lancaſtriæ, Northumbriæ, Cumbriæ, & Weſtmerlandiæ, quod, ſi contingat Alexandrum Regem Scotiæ auxilio ſuo indigere, contra rebelles ejuſdem Regis, in facto ejuſdem Regis, faciant id quod Johannes Maunſel eis injunxerit vel mandaverit; & hoc nullatenus omittant.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 13 die Septembris.

De ordinando ſuper negotiis prædicti Alexandri Regis.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ibidem.

Rex omnibus, &c.

Mittimus ad partes Scotiæ dilectum & fidelem noſtrum Johannem Maunſell, ad providendum, ordinandum & diſponendum, loco noſtri, de negotiis Alexandrum Regem Scotiæ contingentibus, prout ad honorem & commodum ipſius melius viderit expedire.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De tractando ſuper negotiis Scotiæ.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ibidem.

A.D. 1256.

REX omnibus, &c.

Mittimus ad partes Scotiæ dilectum & fidelem noſtrum, Johannem Maunſell, Theſaurarium Eborum, ad tractandum, loco noſtri, inter nos, & dilectum filium & fidelem Alexandrum Regem Scotiæ illuſtrem ex una parte, & quoſcumque rebelles ipſius Regis ex altera, ſuper contentionibus nos & ipſum Regem ex una parte, & dictos rebelles ex alterâ contingentibus.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Bulla pro Prioriſſa Leproſarum de Pratis.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

A.D. 1256.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, per Lincolnienſem, Elyenſem, & Londonienſem Civitates, & Diocæſes conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac, æternorum intuitu, ſeminare in terris quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis, firmam ſpem fiduciamque tenentes quod qui parcè ſeminat, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam.

Cum igitur, ſicut dilectæ in Chriſto filiæ Prioriſſa & Conventus Leproſarum domûs beatæ Mariæ de Pratis, ordinis Sancti Benedicti, Lincolnienſis Diocæſis nobis inſinuare curarunt, eædem Monaſterium ſuum nimiâ vetuſtate conſumptum, de novo reparare inceperint opere ſumptuoſo, nec ad hujuſmodi conſummationem operis eis propriæ ſuppetant facultates;

Univerſitatem veſtram rogamus, hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatinus de bonis, vobis a Deo collatis, pias ad hoc eis elemoſinas, & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram opus hujuſmodi valeat conſummari, & vos per hæc & alia bona, quæ, Domino inſpirante, feceritis, ad æternæ poſſitis fælicitatis gaudia pervenire.

Nos enim, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad hoc manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus: Præſentibus poſt quinquennium minime valituris; quas mitti per quæſtuarios diſtrictius inhibemus, eas, ſi ſecus actum fuerit, carere viribus decernentes.

Dat. Anagniæ, Id. Septembris, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Sigillo avulſo.

Obligatio Gailardi de Solariis Edwardo primogenito Regis.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Lib. B. fol. 181. a. penes Camerar. Scaccar.

A.D. 1256.

UNiverſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, Gailardus de Solar. Civis Burd. ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra me, non vi, non metu, non dolo inductum, ſet ſpontanea voluntate promiſiſſe Domino meo Edwardo, illuſtris Regis Angliæ primogenito, quod totis viribus meis, & cum omni diligentia fideliter inſtabo, & procurabo per me, & meos, ut Majoria Civitatis Burdegaliæ ad manum ipſius Domini mei Edwardi deveniat, ita quod, irrequiſitis licentia & aſſenſu Juratiæ & Communiæ Civitatis prædictæ, idem Dominus Edwardus, vel locum ſuum tenens in Vaſconia, pro ſua voluntate Majorem ipſius Civitatis conſtituere poſſit & amovere.

Promiſi inſuper dicto Domino meo, quod ero ei & Seneſcallo ſuo in Vaſcon. omnibus modis, quibus ſciero & potero, in auxilium & concilium ad ædificandum & firmandum quoddam Caſtrum, ad opus Domini mei, apud Civitatem prædictam Burdegaliæ, ubi ipſe Dominus

A.D. 1256. Hen. 3.

nus Edwardus & conſilium ſuum providerint.

Et quod cum inimicis meis aliquam pacem non faciam, vel confœderationem minimam, niſi de voluntate & aſſenſu præfati Domini mei Edwardi.

Et quod meipſum, vel aliquem, ſeu aliquam de liberis meis, alicui inimicorum meorum, vel cuicumque alio nullatenns maritabo, per quod maritagium prædicto Domino meo Edwardo, aut ſuis periculum vel dampnum eveniat, aut evenire valeat.

Et ad omnes, & ſingulas promiſſiones meas ſupradictas fideliter, & ſine dolo obſervandas, obligo me & omnia bona mea mobilia & immobilia, ut, ſi (quod abſit) ſuper ipſis promiſſionibus, vel aliqua earumdem minus fideliter me habuero, & ſuper hoc convictus fuero, terras meas, & redditus, ac omnia bona mea mobilia & inmobilia, idem Dominus meus Edwardus habeat confixcata, & de eiſdem pro ſua voluntate diſponat, & meipſum capiat, vel capi faciat, & incarceratum teneat, ac de corpore meo, tamquam de Malifico proditore, ſuam faciat voluntatem.

Renuntio autem in hoc, & in omnibus aliis ſupradictis, doli & in factum actioni & exceptioni; & juri dicenti generalem renunciationem non valere; & omni juris ſcripti & non ſcripti, promulgati & promulgandi, beneficio, ſeu auxilio; per quod prædicta, vel aliquod prædictorum poſſent, aut poſſet adnullari, vel etiam nulla dici.

In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui.

Dat. apud Wyndeſ. decimo ſeptimo die Septembris, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto.

Quod denuntientur excommunicati Prælati qui non ſolverint decimam.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis univerſis Archidiaconis, per Regnum Angliæ, & alias terras cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum decima Eccleſiaſticorum proventuum Regni Angliæ, & aliarum terrarum cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ cruceſignati, eidem Regi uſque ad certum tempus a ſede Apoſtolica, pro Terræ ſanctæ ſubſidio, ſit conceſſa; & nonnulli Prælati, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, ſeculares & regulares, eorundem Regni & terrarum, pro eo quod decimam ſuorum Eccleſiaſticorum proventuum non ſolverunt, ſint, prout intelleximus, per collectores hujuſmodi decimæ vinculo excommunicationis aſtricti,

Volumus, &, præſentium vobis auctoritate diſtrictè præcipiendo, mandamus quatinus Prælatos & perſonas hujuſmodi, cujuſcunque dignitatis, vel honoris, aut ordinis, ſeu conditionis exiſtant, tamdiu in locis, in quibus expedire videritis, pulſatis campanis & candelis accenſis, excommunicatos publicè nuntiari faciatis, & ab omnibus artiùs evitari, donec de hujuſmodi decimâ integrè ſatisfecerint collectoribus ſupradictis:

Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo; non obſtantibus conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali, & quibuſcunque appellationibus; quas eiſdem Prælatis atque perſonis nequaquam, in hac parte, volumus ſuffragari.

Dat. Anagniæ, decimo Kal. Octob. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Bulla pro Monaſterio de Pochele.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori & Conventui Monaſterii de Pochele, ordinis Sancti Auguſtini, Saresbirienſis Dioceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Devotionis veſtræ precibus inclinati ut, cum generale terræ fuerit interdictum, liceat vobis, clauſis januis, non pulſatis campanis, excommunicatis & interdictis excluſis, ac voce ſuppreſſa divina officia celebrare, vobis auctoritate præſentium indul-

A.D. 1256. Hen. 3. indulgemus, dummodo cauſam non dederitis interdictioni, nec id vobis contingat ſpecialiter interdici.

Nulli ergo, &c.

Dat. Anagniæ, 10 Kal. Octob. Pontificatûs noſtri anno ſecundo. A.D. 1256. Hen. 3.

Plumbeo ſigillo a filis ſericis flavi rubeique coloris.

De Prorogatione Termini, infra quem Rex debebat tranſmittere militiam competentem in ſuccurſum Regni Siciliæ.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. *Ex Autogr.*

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimis in Chriſto filiis Henrico Angliæ, & Edmundo Siciliæ illuſtribus Regibus, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Venerabilis frater noſter Archiepiſcopus Tarantaſien. & dilecti filii electus Saresbirienſis, ac Abbas Weſtmonaſterii Londonien. nuncii veſtri, nobis humiliter ſupplicarunt ut cum jam inſtet feſtum Sancti Michaelis, terminus videlicet tibi, fili Rex Angliæ, præfixus a nobis, ac per te etiam approbatus,

Infra quem venire, vel mittere Capitaneum, cum militia competenti, in Regnum Siciliæ, ac certam pecuniæ ſummam nobis & eccleſiæ Romanæ, pro expenſis factis in ipſo Regno, teneris exolvere, prout in apoſtolico privilegio confecto ſuper conceſſione prædicti Regni, facta tibi, fili Rex Siciliæ, plenius continetur,

Prorogare vobis hujuſmodi terminum (præſertim cum ſuper petitionibus nobis per ipſos ſuper hujuſmodi negotio, ex parte veſtra porrectis, nondum ad plenum cum fratribus noſtris deliberare potuerimus) de benignitate apoſtolica curaremus; A.D. 1256.

Nos igitur, ipſorum ſupplicationibus inclinati, eundem terminum uſque ad octavas prædicti feſti, de ipſorum fratrum conſilio, prorogamus; ita quod totum negotium in eo ſtatu ſit omnino infra octavas eaſdem, in quo extitit ad præſens; & interim vos, regnumque Angliæ, ac alii quicumque pœnas, in eodem contentas privilegio, nullatenus incurratis.

Nulli ergo, &c.

Dat. Anagniæ, 5 Kal. Octob. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo Sigillo pendente a Filis Sericis flavi rubeique coloris.

Bulla de compellendo Prælatos Scotiæ ad ſubſidium Papæ exhibendum pro ſolvendis debitis in negotio Siciliæ conflatis..

A.D. 1256. An. 40. H. 3. *Ex Autogr.*

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Magiſtro Roſtanno Capellano, & nuntio noſtro in Angliâ, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Sortitur genitrix diſcrimina ſobolis, & materni diſpendii filius non eſt expers, nativi quidem affectus fœderis proſperitatis ſibi communicant & adverſitatis eventus; ſi ergo amoris innati copula reliquum paſſionis alterius reddit compaſſione participem, ſolvitur naturæ vinculum ſi unus alterius gravamina non partitur: In auxilium itaque indigentis filii debent matris exuberare ſuffragia, & in matris egentis ſubſidium debet ſuæ poſſibilitatis extrema filius experiri.

Sane cum Romana eccleſia, quæ inter alias obtinet divina inſtitutione primatum, hiis præſertim temporibus, pro tuitione eccleſiaſticæ libertatis, potiſſimè autem pro negotio Regni Siciliæ, adeò importabilia ſubierit onera expenſarum, innumera propter hoc contrahendo debita, ſub uſuris, quod (niſi ei per venerabiles fratres noſtros Epiſcopos, ac dilectos filios Priores, Abbates, Decanos, Archidiaconos, Præpoſitos, & alios eccleſiarum Prælatos, necnon Capitula, & Conventus, tam exemptos quam non exemptos Regni Scotiæ, & per alios mundi Prælatos, in hujuſmodi neceſſitatis articulo, ſuccurratur) vix unquam poterit a talibus gravaminibus & oneribus liberari, providimus ipſorum Epiſcoporum, Abbatum, & aliorum prælatorum Regni Scotiæ, fore in hac parte ſuffragium ſpecialiter requirendum; ſperantes eos, ad ipſius eccleſiæ commoda, promptos & benivolos invenire; A.D. 1256.

Unde ipſos monendos duximus attentius & hortandos, noſtris ſibi dantes litteris

A.D. 1256 Hen. 3. teris in mandatis, ut, attendentes provide quod nos, ſuper negotio viceſimæ eccleſiaſticorum proventuum Regni Scotiæ, cariſſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri Regi Angliæ, pro Terræ Sanctæ ſubſidio, uſque ad certum tempus, ab Apoſtolica ſede conceſſæ, gratiam eis fecerimus ſpecialem, hujuſmodi eis viceſimam remittendo,

Honorabile & gratum nobis ſubſidium in pecunia, æquivalens prædictæ viceſimæ (habito reſpectu ad tempus per quod eadem viceſima conceſſa extitit dicto Regi) ad requiſitionem tuam, vel nunciorum tuorum, aut illorum, quibus ſuper hoc commiſeris vices tuas, ſublata qualibet difficultate, occaſione, dilatione, ac tergiverſatione, pro exoneratione debitorum dictæ Romanæ Eccleſiæ, exhibere procurent; imponentes ſingulis onus juxta proprias facultates; de appellationum, vel quibuſcumque aliis diffugiis nullatenus confidendo, quia nequaquam ſuſtinebimus quin prædictum ſubſidium integre habeamus.

Ideoque diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus, ſi prædicti Epiſcopi & alii hujuſmodi ſubſidium tibi, ad requiſitionem tuam, vel nunciorum tuorum, non curaverint exhibere, tu prædictam viceſimam, noſtro & prædictæ eccleſiæ nomine, juxta formam quarumcumque litterarum, pro prædicto Rege ad te ſuper hoc a ſede Apoſtolica directarum, per te, vel per alium, ſeu alios, colligere non omittas:

A.D. 1256. Hen. 3. Contradictores & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, ſublato cujuſlibet difficultatis obſtaculo, compeſcendo; non obſtante ſi prædictis Epiſcopis, Abbatibus, & aliis dicti Regni, vel eorum aliquibus à prædicta ſit ſede indultum, communiter vel diviſim, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari; quodque extra Regnum Scotiæ, aut eorum Dioceſes vel alia certa loca in cauſam trahi, vel ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas, plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, non facientes de indulto hujuſmodi mentionem; & qualibet alia præfatæ ſedis indulgentia, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam hujuſmodi ſubſidii, ſeu viceſimæ collectio impediri valeat vel differri; aut quod in litteris Apoſtolicis, quas tibi, ſuper colligendâ prædictâ viceſimâ, ad opus prædicti Regis, direximus, ſit mentio de Archiepiſcopis (cum in prædicto Regno Archiepiſcopus nullus exiſtat) ſeu præfatæ ſedis litteris, per quas hujuſmodi viceſimam ſæpedictis Epiſcopis, Abbatibus, & aliis eccleſiarum prælatis, necnon Capitulis, & Conventibus prædicti Regni Scotiæ dicimur remiſiſſe; aut quod præfati Epiſcopi nobis & prædictæ Romanæ Eccleſiæ dicuntur, nullo medio, ſubjacere.

Dat. Anagniæ, 5 Kal. Octob. Pontificat. noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Bulla quod in Regno Scotiæ colligantur redemptiones votorum & alia deputata in ſubſidium terræ ſanctæ.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr. ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Magiſtro Roſtanno, Capellano, & Nuncio noſtro in Anglia, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Licet ſuper viceſima eccleſiaſticorum Proventuum Regni Scotiæ, cariſſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri Regi Angliæ, pro terræ ſanctæ ſubſidio, uſque ad certum tempus, ab Apoſtolica ſede conceſſa, Prælatis ejuſdem Regni gratiam fecerimus hujuſmodi, eis viceſimam remittendo; noſtræ tamen intentionis extitit, & exiſtit quod redemptiones votorum cruceſignatorum, legata indiſtinctè, necnon & obventiones, ex quacunque cauſa provenientes, ſubſidio terræ ſanctæ, juxta tenorem litterarum, directarum tibi ſuper hoc a ſede prædicta, ad opus prædicti Regis integre colligantur.

A.D. 1256. Ideoque diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus ad colligendas hujuſmodi redemptiones, legata, & obventiones, per te, vel per alium, ſeu alios procedas juxta prædictarum continentiam litterarum:

Non obſtante ſi prædictis prælatis, vel eorum aliquibus, ſeu aliis quibuſcumque perſonis ipſius Regni, a ſede ſit indultum eadem communiter vel diviſim, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, quodque extra prædictum Regnum, aut eorum Dioceſin, vel alia certa loca in cauſam trahi, vel ad judicium evocari non poſſint per litteras apoſtolicas plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, non facientes de indulto hujuſmodi mentionem; & qualibet alia præfatæ ſedis indulgentiâ, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam hujuſmodi redemptio-

A.D. 1256. Hen. 3.

num, legatorum, & obventionum collectio impediri valeat vel differri; ſeu quod in litteris apoſtolicis, quas tibi, ſuper colligendis prædictis, ad opus ipſius Regis, direximus, ſit mentio de Archiepiſcopis (cum in prædicto Regno Archiepiſcopus nullus exiſtat) aut quod dicti Epiſcopi nobis & prædictæ Romanæ eccleſiæ dicuntur, nullo medio, ſubjacere.

Dat. Anagniæ, 5 Kal. Octob. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo Sigillo a Filo canabeo.

Bulla Protectionis pro Monaſterio de Pochele.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori & Conventui Monaſterii de Pochele, Ordinis Sancti Auguſtini Saresberien. Dioceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Sacroſancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſiùs diligere conſuevit; &, nè pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos, tanquam pia mater, ſuæ protectionis munimine confovere.

Ea propter, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ impræſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum, præſtante Domino, juſtis modis poteritis adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus:

Specialiter autem Terras, Poſſeſſiones, Domos, Prata, & Paſcua, Silvas, Redditus, Decimas, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè ac pacificè poſſidetis, vobis, & per vos, Monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ſalva in prædictis decimis moderatione Concilii generalis.

Nulli ergo omnino hominum liceat, &c.

Dat. Anagniæ, 5 Kal. Octobr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Sub filis ſericis flavi rubeique coloris.

Bulla pro Johanne le Deſpenſer de Capella conſtituenda in Fundo proprio.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Electo Saresberien. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilectus filius, Nobilis vir, Johannes le Deſpenſer, nobis humiliter ſupplicavit ut, cum ipſe a Matrice Eccleſia adeo ſit remotus, quod, propter inundationes aquarum, yemali præcipuè tempore, pro divinis audiendis officiis, & recipiendis eccleſiaſticis ſacramentis, accedere commodè nequeat ad eandem,

Conſtituendi Capellam in fundo proprio, & habendi proprium Capellanum in ea, cui paratus eſt de bonis propriis pro ſuſtentatione ſua ſufficientes Redditus aſſignare, licentiam ſibi concedere curaremus;

Volentes igitur tibi, qui loci Dioceſanus exiſtis in hac parte, deferre, diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus eidem Nobili, facienti quod offert, ſi expedire videris, poſtulata concedas, ſine juris præjudicio alieni.

Dat. Anagniæ, 2 Kal. Octobr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo Sigillo a Filo canabeo.

Bulla pro Johanne le Deſpenſer.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Electo Saresberien. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Suâ nobis dilectus filius, Nobilis vir, Johannes dictus Diſpenſer, tuæ Dioceſis, petitione monſtravit quòd Manerium ſuum de Swalefeld in foreſta conſiſtit, & ſibi & Familiæ ſuæ, degenti ibidem, tutum non eſt, propter malefactorum incurſus, A.D. 1256. Hen. 3. curſus, adire Matricem Eccleſiam pro audiendis divinis officiis & percipiendis eccleſiaſticis ſacramentis.

Undè nobis humiliter ſupplicavit ut in dicto manerio conſtruendi Capellam, & habendi Capellanum proprium in eadem, cui paratus eſt, pro ſuſtentatione ſuâ, de bonis propriis ſufficientes Redditus aſſignare, ſibi licentiam largiremur:

Volentes itaque tibi, qui loci Dioceſanus exiſtis, in hac parte deferre, diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus eidem, facienti quod offert, poſtulata concedas, ſine juris præjudicio alieni, ſi videris expedire. A.D. 1256. Hen. 3.

Dat. Anagniæ, 4 Non. Octob. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo Sigillo a Filo canabeo.

De Prorogatione termini de mittendo capitaneo in Apuliam.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr. ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimis in Chriſto filiis Henrico Angliæ & Edmundo Siciliæ, illuſtribus Regibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Supplicantibus nuper nobis humiliter venerabili fratre noſtro Archiepiſcopo Tarantaſien. & dilectis filiis Electo Sareſbirien. ac Abbate Weſtmonaſterii Londonien. nunciis veſtris ut, cum jam inſtaret feſtum Sancti Michaelis, terminus, videlicet, tibi, fili Rex Angliæ, præfixus a nobis ac per te etiam approbatus, infra quem venire, vel mittere Capitaneum, cum militia competenti, in Regnum Siciliæ, ac certam pecuniæ ſummam nobis & Eccleſiæ Romanæ pro expenſis, factis in ipſo Regno, ſolvere tenebaris, prout in apoſtolico privilegio confecto ſuper conceſſione A.D. 1256. *&c. ut in alia Bulla de 27 Sept. ante, uſque hæc verba.*

Nulli ergo, &c.

Dat. Anagniæ, 4 Non. Octob. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo Sigillo a Filis Sericis
flavi rubeique coloris.

Bulla de Prorogatine ſententiæ, ferendæ in Regem pro defectu proſecutionis negotii Regni Siciliæ, uſque ad ſex Menſes, ita quod nulla repetitio competat Regi ad eam Pecuniam, quam Epiſcopus Hereford. mutuo recepit pro negotio Siciliæ.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. Ex Autogr. ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimis in Chriſto filiis, Henrico Angliæ, & Edmundo Siciliæ, Regibus illuſtribus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Supplicantibus olim nobis humiliter venerabili fratre noſtro Archiepiſcopo Tarantaſien. & dilectis filiis Electo Sariſbirien. ac Abbate Weſtmonaſterii Londonien. nunciis veſtris, ut, cum jam inſtaret feſtum Sancti Michaelis, terminus videlicet tibi, fili Rex Angliæ, præfixus a nobis, ac per te etiam approbatus, infra quem venire, vel mittere Capitaneum cum militia competenti in Regnum Siciliæ, ac certam pecuniæ ſummam nobis & Eccleſiæ Romanæ pro expenſis factis in ipſo Regno, ſolvere tenebaris, prout in apoſtolico privilegio confecto ſuper conceſſione prædicti Regni, facta tibi, fili Rex Siciliæ, plenius continetur, prorogare vobis hujuſmodi A.D. 1256. terminum de benignitate Apoſtolica curaremus;

Nos igitur, ipſorum ſupplicationibus inclinati, eundem terminum, primo uſque ad octavas prædicti feſti, ac deinde uſque in diem Mercurii poſt octavas ipſas tunc primo venturum, de fratrum noſtrorum conſilio duximus prorogandum, ſicut plenius litteræ Apoſtolicæ continent, quas eiſdem nunciis ſuper hoc duximus concedendas;

Verum quia interim dicti nuncii petitiones veſtras coram nobis & prædictis fratribus proponere curaverunt, nos, hujuſmodi petitionibus diligenter auditis, & plenius intellectis, habitaque diligenti deliberatione cum eiſdem fratribus ſuper illis, memoratum terminum, ad ipſorum nunciorum inſtantiam, quantum ad infra ſcriptas ſententias duntaxat, & pœnam, A.D. 1256. Hen. 3. pœnam, a prædicto die Mercurii, uſque ad ſex Menſes computandos, a Kal. Menſis Decemb. proximo venturi,

Dummodo, ex quo hujuſmodi termini prorogatio per venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Meſſanen. quem pro negotio dicti Regni ad te mittimus, vel per eoſdem nuncios ad notitiam tuam pervenerit, pecunia decimæ eccleſiaſticorum proventuum tibi, fili Rex Angliæ, uſque ad certum tempus ab apoſtolica ſede conceſſæ, tam collecta jam, quam de cætero colligenda nequaquam impediatur, vel detineatur; ſet Mercatoribus, pro exoneratione debitorum Romanæ eccleſiæ, libere, abſque quolibet obſtaculo, perſolvatur;

Et, ſi aliqua ipſius quantitas per te, vel tuo mandato forſitan eſt expenſa, de illa, infra Menſem, poſtquam prædicta prorogatio ad notitiam tuam pervenerit, ut præmiſſum eſt, per te plenarie ſatisfiat,

De prædictorum fratrum conſilio & aſſenſu taliter prorogamus, videlicet quod interim tu, fili Rex Angliæ, excommunicationis, Regnumque tuum interdicti ſententias, & tu etiam, circa pecuniam, quam venerabilis frater noſter Hereforden. Epiſcopus, procurator & nuncius tuus, mutuo nomine tuo recepit, & pro negotii præfati Regni Siciliæ proſecutione perſolvit, & quam etiam tu a tempore memoratæ conceſſionis exhibuiſti, ac te exhibere contigerit in futurum, infra ſcriptam pœnam in privilegio prædicto contentam, ſcilicet quod tu & tui hæredes nullam contra nos & Eccleſiam, ſeu quenquam alium ſuper ipſa pecunia repetitionem habebitis, nec aliquam actionem, ſet illam amittetis ex toto, quibuſlibet juramentis a te ſuper hujuſmodi negotio præſtitis nequaquam obſtantibus, nullatenus incurratis.

Nulli ergo, &c.

Dat. Anagniæ, 2 Non. Octob. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Sub filis ſericis flavi rubeique coloris.

De Indulgentia facienda illis qui dabunt deciman bonorum ſuorum ſubſidio terræ ſanctæ.

A.D. 1256. An. 40. H. 3. ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio magiſtro Roſtanno, Capellano, & Nuntio noſtro in Anglia, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Diſcretioni tuæ (de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus) concedendi liberis omnibus perſonis eccleſiaſticis, ſecularibus & regularibus, Regni Angliæ, & aliarum terrarum cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ, verè pœnitentibus & confeſſis (quæ decimam ſuorum eccleſiaſticorum Proventuum, eidem Regi, uſque ad certum tempus, pro terræ ſanctæ ſubſidio, ab apoſtolicâ ſede conceſſam, integrè perſolverint) ——— peccatorum veniam, quæ terræ ſanctæ ſuccurrentibus in Generali Concilio conceſſa eſſe dignoſcitur, plenam ——— auctoritate præſentium poteſtatem.

Dat. Anagniæ, Non. Octob. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Sub Filo canabi.

Litteræ Credentiales pro Archiepiſcopo Meſſanen. & de prorogatione termini pro mittendo Capitaneo in Apuliam, & de reſponſione habenda per Archiepiſcopum Meſſan.

A.D. 1256. An. 41. H. 3. *Ex Autogr.* ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Venerabilis frater noſter Archiepiſcopus Tarentaſien. & dilecti filii Egidius Electus Saresbirien. & Riccardus Abbas Weſtmonaſterii Londonien. Nuncii tui ad noſtram præſentiam accedentes, nobis humiliter ſupplicarunt ut, cum inſtaret Feſtum Sancti Michaelis, terminus, viz. tibi præfixus a nobis, ac per te etiam approbatus, infra quem venire, vel mittere Capitaneum, cum militia competenti, in Regnum Siciliæ, ac certam pecuniæ ſummam nobis & Eccleſiæ Romanæ, pro expenſis factis in ipſo Regno, tenebaris exolvere (prout in publico privilegio confecto ſuper conceſſione prædicti Regni, facta cariſſimo in Chriſto filio noſtro Edmundo illuſtri Regi Siciliæ, nato tuo, pleniùs continetur) prorogare tibi hujuſmodi terminum (præſertim cum, ſupervenientibus tibi quibuſdam certis cauſis & caſibus, adimplere præmiſſa infra jam dictum Feſtum nequiveris) ac mitigare conditiones in privilegio ipſo contentas, totumque hujuſmodi negotium in melius reformare de benignitate Apoſtolica curaremus.

Sanè, ſi diligenter adverteres, fili cariſſime, gratiam quam Romana Eccleſia dudum, circa conceſſionem prædicti Regni, tibi & prædicto nato feciſſe dinoſcitur; ſi attentè penſares quantum nos tibi liberales fuerimus in hac parte; quantum etiam poſt prædictam conceſſionem, pro ipſius Regni negotio, importabilibus non parcendo ſumptibus laboraverimus, invenires utique unde ſpecialiùs, præ cæteris mundi Regibus, prædictæ tenereris Eccleſiæ tuæ Matri.

Nam poſt conceſſionem eandem, quia hujuſmodi negotium, propter ipſius Regni ſtatum, nondum ex toto tranquillum, multo indigebat conſilio & favore, magnamque requirebat ſolertiam, & ſuſtentationis fulcimenta non modica, valida defenſionis munimina, & indeficientis ſubſidii firmamentum;

Nos, quaſi totum pondus ejuſdem negotii portandum ſuper humeros noſtros aſſumpſimus, ex diverſis partibus exercitum inſtaurando magnificum, ac deputando Legatos, ad proſecutionem illius, non ſine effuſione magna ſumptuum, ut poſſemus illud, Domino auctore, perducere ad ſtatum honorabilem, proſperum, & quietum:

Cumque idem negotium laudabiliter convaleſceret, & ſucceſſibus proſperis firmaretur, tandem, quia quorundam proditorum faciente nequitia, inopinato caſu extitit impeditum, propter quod tanto feſtinantiùs erat eidem ſuccurrendum negotio, quanto ſibi propinquior imminebat confuſio & diſcrimen:

Magnitudinem tuam per noſtras requiſivimus litteras, tibi cum inſtantia ſuadentes, ut, quia eramus ulteriùs ad ferendum tantum pondus penitùs impotentes (cum pro ipſius promotione negotii noſtram exhauriverimus cameram, prædictam Eccleſiam multis & gravibus obligationibus aſtringentes) feſtinatum præparares ſuccurſum;

Ita quòd, omni difficultate ac tarditate remota, ſtatim copioſa & ſtrenua militia mitteretur, & nichilominus, ut terra Laboris, & aliæ terræ ipſius Regni, quæ adhuc in devotione ipſius Eccleſiæ perſiſtebant, & per quas ad alias Regni partes libere haberi poterat tranſitus & proceſſus, poſſent interim præſervari, pecuniam incontinenti, pro conducendis ad hoc militibus, & aliquem virum ydoneum pro Capitaneo deſtinares, ac alias eidem negotio prout expediebat efficaciter provideres:

Sed qualiter hæc, quæ tibi pro ejuſdem promotione ac ſuſtentatione negotii perſuaſimus, feceris, non ignoras: qualiter etiam negotium ipſum adjuveris, ac ſuper illo provideris, cunctis luce clarius innoteſcit; cum nec tuas, nec aliorum curas & vires ad hujuſmodi rei proſecutionem curaveris adhibere;

Quinimmò ſic ipſum negotium quaſi poſtpoſuiſſe dinoſceris, quòd, eo tuis ſperatis & oportunis ſubſidiis non ſuffulto, prædicta terra Laboris (per quam reſiduum ipſius Regni recuperari poterat) ſic adverſarii Eccleſiæ aggreſſibus patuit, quod illam totaliter occupavit.

Nec poteſt ſuper hoc, ex parte tua, quomodolibet ignorantia allegari, præſertim cum hæc omnia ad noſtram excuſationem frequenter duxerimus intimanda.

Licet igitur maximus ex parte Regia intervenerit hactenus in negotio memorato defectus, ac propter hoc potuerimus nobis, & ipſi Eccleſiæ in hoc aliter providere; quia tamen tuam, & prædicti nati tui exaltationem totis deſideriis affectamus, nos omnibus quæ prædicti Nuncii, ex parte tua, tàm ſuper præmiſſis, quàm etiam ſuper aliis tuis juſtis petitionibus proponere voluerunt, diligentèr auditis, & pleniùs intellectis, habitaque diligenti deliberatione cum noſtris fratribus ſuper illis, venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Meſſanen. (virum utique religione conſpicuum, genere nobilem, conſilio providum, & morum gravitate maturum, nobiſque ac prædictis fratribus ſuæ merito probitatis acceptum) confidentes de ipſius circumſpectone laudabili, & providentia circumſpecta, de ipſorum fratrum conſilio ad te duximus deſtinandum, qui tibi ſuper prædictis petitionibus plenariè reſpondebit.

Ideoque Serenitatem tuam rogamus & hortamur attentè quatinus (præmiſſa omnia, infra tui clauſtra pectoris ſolicita meditatione revolvens; conſiderans etiam quanta confuſio, quantumque dedecus, ſi in ipſius, quod abſit, negotii proſecutione deficeres, non ſolum tibi, ſed etiam toti tuæ poſteritati perpetuis temporibus immineret; penſans inſuper quod omnes ferè Reges & Principes orbis terræ, qui ſciunt te prædictum aſſumpſiſſe negotium, ac debilitatem & impotentiam tibi aſcriberent, ſi illud dimitteres imperfectum) omnes tuas, & Baro-

A.D. 1256. *Hen.* 3.

num tuorum vires conflare, & illas contra prædictum Eccleſiæ adverſarium, intermiſſum reſumendo negotium, de divino confiſus auxilio, non differas totaliter experiri;

Reconciliando tibi Prælatos Regni tui per celerem reſtitutionem ſuorum jurium, quibus per te ſe aſſerunt ſpoliatos; & omnes perſonas alias per quarum potentiam, ſeu miniſterium dictum negotium poſſe cognoveris adjuvari; ita quod defectus, quem in hoc hactenus habuiſti, ſic per te deinceps efficaciter ſuppleatur, quod evidenter appareat te poſſe ac velle negotium proſequi memoratum, noſque dignas ſuper hoc altiſſimo gratias referamus.

A.D. 1256. *Hen.* 3.

Cæterùm, præfatum Archiepiſcopum, ob reverentiam Apoſtolicæ ſedis & noſtram, ſolita benignitate recipiens, & honorificentia condigna pertractans, eidem in hiis, quæ tibi ſuper præmiſſis omnibus, ex parte noſtra, dixerit, cum noſtram ſibi plene intentionem expreſſerimus, adhibeas firmam fidem.

Dat. Anagniæ, 5 Id. Novembris, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Bulla pro Monaſterio Sanctæ Mariæ de Pratis.

A.D. 1256. *An.* 41. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Splendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium, de clementiſſima ipſius Majeſtate ſperantium, tunc præcipuè benigno favore proſequitur, cum humilis ipſorum devotio Sanctorum meritis & precibus adjuvatur.

Rogamus itaque univerſitatem veſtram, & hortamur in Domino in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatinus ad Monaſterium, dilectarum in Chriſto filiarum Prioriſſæ & Conventûs Leproſarum Monaſterii Sanctæ Mariæ de Pratis, extra Villam Sancti Albani, ordinis Sancti Benedicti, Lincoln. Dioc. petituri a Domino veniam in humilitate Spiritûs accedatis.

A.D. 1256.

Nos enim, ut Chriſti fideles ſint promptiores ad merita, ſi fiduciam habeant conſequendi munera gratiora, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus, vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad Monaſterium ipſum in Feſtivitatibus beatæ Virginis, & per octo dies ſequentes, pura intentione acceſſerint, annuatim quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Dat. Lateran. tertio Id. Decembris, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filis ſericis flavi rubeique coloris.

Bulla de ſubſtitutione Hug. dicti Matze, & de ſolutionibus ei faciendis per Magiſtrum Roſtandum, pro redemptione votorum & pecunia Crucis.

A.D. 1256. *An.* 41. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum negotium crucis & omnia, hujuſmodi negotium contingentia, in Regno Angliæ, dilecto filio Magiſtro Roſtando, Capellano & Nuncio noſtro in Anglia, plenarie a ſede Apoſtolica ſint commiſſa, idemque de fidelitate dilecti filii Huguitionis, dicti Matze, Civis & Mercatoris Florentini, plenam in Domino fiduciam habere dicatur, noſque de ipſo etiam confidamus,

A.D. 1256.

Eidem Huguitioni, ad ipſius Capellani inſtantiam, noſtris, ſub certa forma, damus litteris in mandatis ut, ad ipſum ſe perſonaliter conferens, omnem pecuniam, quam idem Capellanus ſibi aſſignare voluerit (ſive ſit de decima Eccleſiaſticorum proventuum, tibi, uſque ad certum tempus, in ipſo Regno, pro Terræ ſanctæ ſubſidio a prædicta ſede conceſſa; ſive de redemptionibus votorum cruceſignatorum, vel legatis indiſtinctè, ſeu obventionibus, ex quacumque cauſa provenientibus, ſubſidio dictæ terræ) integre ad manus ſuas, juxta ipſius Capellani ordinationem, recipiens, quicquid receperit

A.D. 1256. Hen. 3. receperit, ad mandatum ejuſdem fideliter conſervare, ac cui ipſe voluerit aſſignare procuret; ita quod, ſuis ſervitiis exigentibus, merito ſibi acquirat prædictæ ſedis gratiam & favorem.

Ideoque Serenitatem tuam rogamus, & hortamur attente quatinus præfatum Mercatorem, pro reverentia dictæ ſedis & noſtra, ſic habeas circa commiſſa ſibi negotia propenſius commendatum (Regium ſuper illis impendendo favorem) ut idem ea efficacius & utilius exequi valeat; noſque Magnitudini tuæ condignas propter hoc gratias referamus. A.D. 1256. Hen. 3.

Dat. Lateran. decimo octavo Kalend. Januarii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Bulla per quam Papa ſupplicat Reg. Angliæ, quod interponeret partes ſuas erga Regem Scotiæ, ut ſuſtineret Epiſcopum Sancti Andreæ in Eccleſia ſua in pace.

A.D. 1256. An. 41. H. 3. ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Eâ novimus regalem animum præditum pietate, ut libertatem, quâ Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas bonitas divina donavit, inviolatam ſervari cupias; & ſuper hiis, quæ hujuſmodi libertatem reſpiciunt, noſtra precamina benignitatis aure ſuſcipias, & ſuſcepta favore regio proſequaris.

Sanè, zelantes paterno affectu cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Scotiæ illuſtris honorificentiam & ſalutem, dolenter accepimus quod nonnulli eorum, qui ejus dicuntur conſiliarii, & aſſentatores veriùs dici poſſunt, ejus tenerum animum, & ad quæque conſulta flexibilem, doloſis & pravis conſiliis adeò inverterunt, quod, fractis divinis, Apoſtolicis, & regalibus libertatum & immunitatum privilegiis, in ejus Regno, prædictæ Eccleſiæ, ac perſonæ, ipſius auctoritate, ut non mandati ſeveritate dicamus, ubilibet conculcentur, & libertate ipſarum extra dicti Regni terminos exulante, ſubjiciantur jugo miſerabilis ſervitutis, utinam! non ad irreparabile ejuſdem Regni ſcandalum & ruinam.

Et licet in toto Regno ipſo ſibi locum malum hujuſmodi vendicaret, tamen contra Eccleſiam Sancti Andreæ, (quæ, inter alias Eccleſias, ob ipſius Apoſtoli reverentiam, eſſe celebrior veneratione populi conſuevit; & apud claræ memoriæ Reges Scotiæ, dicti Regis progenitores, in libertatibus & immunitatibus prærogativa gaudere privilegii ſingularis) adeò ſubverſorum invaluit malitia prædictorum, quod venerabilis frater noſter G. ipſius Epiſcopus, nobis & fratribus noſtris ſuæ meritis probitatis acceptus, & Regi ſæpedicto devotus, bonis eſt omnibus ſpoliatus, & extra ſuam Eccleſiam cogitur exulare, in divini nominis, & ejuſdem Apoſtoli non levem injuriam & contemptum. A.D. 1256.

Cum igitur te ſciamus ejuſdem Regis honoris & ſalutis incrementa zelare, Serenitatem tuam rogamus attentius & hortamur, per Apoſtolica tibi ſcripta, in remiſſionem peccaminum, ſuadentes, quatinus, eoſdem Epiſcopum & Eccleſiam habens pro divinâ & noſtrâ reverentiâ commendatos, apud eundem Regem velis taliter pro ipſis interponere partes tuas, quod, nullis prævalentibus malignantium conatibus contra eos, in ipſius benivolentiæ gratiam idem Epiſcopus & Eccleſia, in ſtatum libertatis priſtinæ reducantur; nec permittantur eorum libertates de cætero minui, vel bona ſeu jura diripi, aut etiam uſurpari: Ut ex hoc tibi, tuæque proli æternum Regem propitium reddas, & Regnum tuum bonis temporalibus augeatur.

Tolerare namque præmiſſas injurias, vel fovere ſilentio, nec noſtræ conſcientiæ, nec Regiæ ſalutis integritas pateretur; cum ſit potius per correctionem utilitatibus, quam per diſſimulationem voluntatibus errantium conſulendum.

Dat. Lateran. 17 Kal. Januar. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo Sigillo a Filo canabeo.

Bulla

Bulla pro Monaſterio Sanctæ Mariæ de Pratis.

A.D. 1256.
An. 41. *H.* 3.
Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, per Cantuarienſem Provinciam conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac, æternorum intuitu, ſeminare in terris quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam qui parcè ſeminat, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam.

Cum itaque, ſicut ex parte dilectarum in Chriſto filiarum Prioriſſæ & Conventus —— Monaſterii Sanctæ Mariæ de Pratis, extra Villam Sancti Albani, ordinis Sancti Benedicti, Lincolnien. Diocæſis, fuit propoſitum coram nobis, quod cum eædem domos ipſius Monaſterii, nimia vetuſtate conſumptas, reparare inceperint opere non modicum ſumptuoſo; & ad conſummationem ipſius eis propriæ non ſuppetant facultates;

A.D. 1256.

Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatinus de bonis, a Deo vobis collatis, pias Ylemoſinas & grata ad hoc caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram opus hujuſmodi valeat conſummari; voſque, per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æternæ poſſitis fælicitatis gaudia pervenire;

Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui eis ad prædicti operis conſummationem manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Dat. Lateran. decimo Kal. Januarii, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Littera Beatrici Comitiſſæ Provinciæ, de pace facta cum Carolo Comite Andegaviæ.

A.D. 1257.
An. 41. *H.* 3.
Pat. 41. *H.* 3. *n.* 1. *d.*

REX Comitiſſæ Provinciæ, ſalutem.

Sciatis quod formam pacis, inter vos, & Carolum Comitem Provinciæ, per illuſtrem Regem Franciæ proviſam, ordinatam, & firmatam, ſuper facto Comitatuum Provinciæ, & Folqualquar. atque Marchionatus Provinciæ, acceptamus & gratam habemus;

Salvo jure quod nobis, & dilectæ conſorti noſtræ A. Reginæ noſtræ; necnon & Ricardo Comiti Cornubiæ fratri noſtro, & S. Comitiſſæ uxori ejuſdem, competit in Comitatibus & Marchionatu prædictis.

A.D. 1257.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Merton, primo die Januarii.

Littera eidem Comitiſſæ, qua queritur ſe gravatos eſſe ab eodem Carolo in facto Provinciæ.

A.D. 1257.
An. 41. *H.* 3.
Ibidem.

REX dilectæ Matri ſuæ B. Comitiſſæ Marchionatûs Provinciæ, & Comitatûs Forch. ſalutem & ſinceræ dilectionis augmentum.

Sciatis quod nos, & Regina noſtra, filia veſtra, liberique noſtri, incolumitate lætamur corporea, quod de vobis, tanquam de nobis ipſis, ſcire præcordialiter affectamus,

A.D. 1257.

Vobis ſignificantes quod de tædiis & anguſtiis, vobis per Comitem Provinciæ, Fratrem Regis Franciæ, illatis ſuper terris & poſſeſſionibus, quæ bonæ memoriæ Reymundus, quondam Comes Provin-

A.D. 1257. Hen. 3.

Provinciæ, maritus veſter, vobis reliquit, faſtiditi ſumus non modicum & turbati; & eo magis quod videtur quod dictus Comes Provinciæ, qui vobis pari fœdere quo & nos, affigitur, vos potius juvare deberet, quam gravare.

Unde libenter ad hoc apponeremus remedium ſi poſſemus; ſet, quià tàm nos, quàm alii amici veſtri variis & urgentibus negotiis occupamur hiis diebus, oportet nos formam pacis, inter vos & dictum Comitem Provinciæ initam, patienter ad præſens ſuſtinere.

Et cum intelleximus quod vos debetis, ſecundum formam pacis illius, litteras noſtras patentes ſub ratificatione pacis prædictæ, citra inſtans Feſtum Purificationis impetrare pro Caſtris, quæ nomine noſtro tenetis, quæ ſcilicet bonæ memoriæ Reymundus, quondam Comes Provinciæ, & vir veſter, & vos nobis, cauſa pignoris, obligaſtis pro quatuor millibus Marcarum, quæ a nobis mutuo recepiſtis;

Nos, quietem & utilitatem veſtram filiali affectione deſiderantes, litteras noſtras patentes, ſuper ratificatione prædicta, exhabundanti vobis mittimus per dilectum Militem noſtrum Drogonem de Barent.

Dilectionem veſtram rogantes attentius quatinus eidem Drogoni ſecuritatem, quæ nobis ſufficiat de prædictis quatuor millibus Marcarum nobis reddendis, fieri faciatis vice noſtra; circa plenam ſolutionem nobis inde faciendam conſilium efficax apponentes.

Pro quo vobis artiùs aſtringamur ad grates; & in hiis quæ præfatus Miles noſter vobis dicet, ex parte noſtra, ſuper negotio prædicto, ei fidem adhibeatis indubitatam; renunciantes nobis per eundem ſtatum veſtrum, & veſtræ beneplacitum voluntatis.

Teſte ut ſupra.

Littera Epiſcopo Herefordenſi de negotiis cum Alfonſo Rege Caſtellæ, & de Ricardo Comite Cornubiæ in Regem Alemanniæ eligendo; & de Gaſconia.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Clauſ. 41. H. 3. m. 11. d.

REX Epiſcopo Hereford. ſalutem.

Sciatis nos, & Reginam noſtram, liberoſque noſtros, in receſſu latoris præſentium, ſanos extitiſſe & incolumes; quod de vobis ſcire præcordialiter affectamus.

Grates vobis uberrimas referentes pro laudabili diligentia, ſolicitudine, atque laboribus, quos circa negotia noſtra in Waſconia, quæ nuper vobis injunximus, viriliter atque laudabiliter impendiſtis; & etiam pro allegationibus & reſponſis, quæ Nunciis Regis Caſtellæ, vobis occurrentibus, pro parte noſtra, juxta formam ſcripturæ conventionis, inter dictum Regem & nos habitæ, ſagaci deliberatione feciſtis; & quæ, per Clericum veſtrum nuper nobis tranſmiſſa, acceptamus & plurimum approbamus.

Et cum Nuncii ſupradicti eiſdem allegationibus & reſponſis nequaquam contenti, ea, prout nobis ſignificaſtis, minime duxerint acceptanda; nos, partem noſtram facere volentes bonam, Magiſtrum W. de Watford. Clericum noſtrum, ad præfatum Regem, cum litteris noſtris, deſtinamus,

Rogantes eundem ut unum, pro parte ſuâ, eligat quem velit, & nos, pro parte noſtrâ, de quatuor ſubſcriptis, vobis videlicet, Epiſcopo Wigornienſi, Electo Wintonienſi, & Johanne Maunſel, unum deſtinabimus;

Ac ipſi duo, ſit in dicti negotii conſummationem convenire nequiverint, tertium ſibi, quem ad hoc duxerint idoneum eligendum aſſocient;

Et quicquid ipſi tres, vel pars ipſorum major decreverint ſtatuendum, nos, ſive ſuper reſtitutione Caſtrorum, ſeu terrarum, vel rerum aliarum, ſecundum formam ſcripturæ conventionis prædictæ, plene faciemus obſervari.

Dilectionem igitur veſtram rogamus attente quatenus, ſicut nos, & indempnitatem noſtram, & Edwardi filii noſtri diligitis, a partibus Waſconiæ non recedatis donec ſciatur quid dictus Rex Caſtellæ ſuper hoc duxerit faciendum;

Set interim negotiis noſtris, & dicti filii noſtri tractandis & procurandis, prout veſtra diſcretio expedire noverit, inſiſtatis, & nos de expenſis veſtris, ſecundum moram quam ibi feceritis, vobis provideri faciemus.

Et, quia, pro certo intelligimus, quod dilectus frater noſter Ricardus Comes Cornubiæ in Regem Aleman. eligatur, cum quo partes Alemanniæ adire proponimus, Deo dante, & idcirco de negotiis noſtris ordinare, ac diſponere, per conſilium & auxilium amicorum & fide-

A.D. 1257. Hen. 3.

lium noſtrorum, nos convenit; ſcripſimus Gaſtoni de Bearn. ut ad nos in Angliam perſonaliter accedat; per cujus adventum negotia noſtra Waſconiæ, tàm ipſum quàm ſuos tangentia, melius expediri poterunt ut ſperamus.

Ad quod modis omnibus ipſum inducatis; &, ad cautelam, vobis mittimus litteras noſtras patentes de conductu & guidagio ipſius & ſuorum; ut, ſi eaſdem litteras petierit, ipſas ſibi habere faciatis; ne, per defectum earum, ſe, ſuper adventu ſuo, valeat excuſare.

De pace autem Regulæ, & aliorum de Waſconia, qui vos libenter compromitterent, prout nobis ſcripſiſtis, vobis ſignificamus quod velle deberemus quod pax inter homines noſtros eſſet; dum tamen in noſtram & filii noſtri non cederet in dampnum, periculum, vel exhæredationem; ſuper quibus, ſi inde vos loqui contingat, caveatis.

De facto autem Baion. & Petri de Roſat; & de facto Gaſtonis, tam de filia ſua, & de Caſtro de Saltu, quàm de aliis, ipſum & ſuos contingentibus, ſi forte ad nos venire noluerit; & de facto Majoritatis & Caſtri Burdegaliæ; de facto Regulæ & Exulum de Landar. de facto Vicecomit. de Blankeford; & de aliis articulis, quos nobis ſignificaſtis, de conſilio P. de Sabaudia, vobis per Clericum veſtrum, latorem præſentium, reſpondemus, qui vobis eadem viva voce plenius explanare poterit, quàm ea ſcripturæ commendare poſſemus.

Ad quæ omnia prædictos articulos tangentia, tractanda, & promovenda ad commodum & honorem noſtrum, & dicti filii noſtri, talem diligentiam apponatis, quod exinde mereamini commendari.

Et quid ſuper omnibus & ſingulis articulis prædictis facere potueritis, nobis, antequam ea finaliter conſummetis, conſtare faciatis; ut ſuper hiis omnibus plenius deliberare poſſimus.

Quod etiam in tractatibus veſtris & compoſitionibus ineundis, prout nobis ſignificaſtis, poteſtatem ſemper mutandi, ſubtrahendi, vel addendi nobis reſervaretis, utile reputamus & gratum habemus.

Debita vero veſtra, in quibus nobis tenemini, uſque ad Feſtum omnium Sanctorum poni fecimus in reſpectum, de quibus expenſas veſtras, ſecundum moram quam in dictis partibus feceritis, vobis recompenſari faciemus; ſtatum & beneplacitum veſtrum ſuper hiis & aliis quamcitius poteritis ſignificetis.

Teſte Rege apud Windeſor. decimo ſeptimo die Januarii, anno quadrageſimo primo.

Littera Ricardi in Regem Romanorum electi, de Rege Bohemiæ in Electionem ſuam conſentiente.

A.D. 1257. An. 41. H. 3.

Venerabili Patri in Chriſto, & amico cariſſimo fratri Johanni, Dei gratia, Meſſenenſi Archiepiſcopo, Ricardus, ejuſdem gratia, Romanorum in Regem Electus, ſemper Auguſtus, ſalutem & intimæ dilectionis affectum.

Sciatis quod hoc die Martis, poſt prandium, accepimus rumores, per Nuncios Alemannicos, quod de novo venerunt Nuncii ſolemnes a Rege Bohemiæ, tranſmiſſi uſque Conum cum literis ſuis patentibus;

Et ibidem, ex parte ſua, publicaverunt quod in electionem noſtram totaliter conſentit; &, cum venerimus in Alemanniam, ad mandatum noſtrum veniet fidelitatem & homagium nobis præſtiturus, cum ſexdecim millibus ſcutis, ad ſervitium noſtrum preparatis.

Et hoc communicetis cum fratre Johanne de Dya, ut ibi talia exponat quo eſt iturus; quia, ſi talia ſciviſſemus, quando ab eo receſſimus, ſibi expoſuiſſemus.

Data apud Walingford, undecimo Kal. Februarii, milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

Litteræ Regis Scotiæ de Credentia.

A.D. 1257. An. 41. H. 3.

Magnifico Principi Domino, ac Patri ſuo kariſſimo, Domino H. Dei gratia, illuſtri Regi Angliæ, Domino Ybern. Duci Normann. & Aquitann. & Comiti Andegav. Alexander, eadem gratia, Rex Scotiæ ſalutem, & cum omni reverentia & honore paratam ad beniplacita voluntatem.

Statum

A.D. 1257.
Hen. 3.

Statum noſtrum, & ſtatum Reginæ kariſſimæ ſponſæ noſtræ, per Dei gratiam, proſperum eſſe & jocundum dominationi veſtræ nunciamus; quod de fælici ſtatu veſtro, utinam! ſemper proſpero & ſalubri, & de ſtatu Reginæ conſortis veſtræ, dilectæ matris noſtræ, ac fælicium liberorum veſtrorum, intimo cordis deſiderio ſcire & audire plurimum affectantes,

Excellentem dominationem veſtram precamur affectuoſe, quatinus caris & fidelibus noſtris, Magiſtro Roberto de Stutevill Decan. Dunkeldenſ. & Ad. de Morham. latoribus præſentium (quos ad veſtræ magnificentiæ præſentiam deſtinamus ſuper quadam forma, de qua Comites de Menech. de Buchwan. de Marr. & Johannes Cumyn, unà cum cæteris Regni noſtri Magnatibus, pro bono pacis & Regni noſtri tranquillitate, nobis inſtanter ſupplicarunt; de querelis, quas contra ipſos habemus, & etiam ſuper aliis quæ veſtræ Serenitati ex parte noſtra pleniùs intimabunt) fidem, ſi placet, adhibeatis indubitatam; ſtatum veſtrum, unà cum veſtro beneplacito, nobis ſæpius, ad cordis noſtri Gaudium & ſolamen non modicum, ſi placet, ſignificare curetis.

Teſte Patr. Com. de Dunbar. apud Rokburc. 4 die Febr. anno Regni noſtri octavo.

Pro Petro de Sabaudia.

A.D. 1257.
An. 41. H. 3.
Pat. 41. H. 3. m. 13.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod dedimus, & conceſſimus dilecto & fideli noſtro, Petro de Sabaudia, quatuor millia Marcarum, quæ nobis debentur pro mutuo, quod fecimus Reymundo, quondam Comiti Provinciæ, & Beatrici Comitiſſæ, conſorti ſuæ, ſuper quatuor Caſtra in Comitatu Provinciæ, & Fortalitia, quæ præfati Comes & Comitiſſa nobis, nomine pignoris, obligarunt:

Et concedimus quod nulli alii, quàm dicto Petro, pecuniam illam dabimns, aut aſſignabimus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. quinto die Februarii.

Pro Nunciis Lewelini venientibus ad Comitem Cornubiæ in Regem Romanorum Electum.

A.D. 1257.
An. 41. H. 3.
Pat. 41. H. 3. m. 18.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum ſolempnes Nuncios, quos Lewelinus filius Griffini mittere voluerit in Angliam, ad dilectum fratrem & fidelem noſtrum Ricardum Comitem Cornubiæ, in Regem Romanorum electum, & omnes, quos iidem Nuncii ſecum ducere voluerint in veniendo, morando, & ad partes ſuas redeundo.

Et ideo vobis mandamus quod eiſdem Nunciis, et hiis quos ſecum ducent ad partes prædictas, nullum inferatis, aut inferri permittatis dampnum aut gravamen.

In cujus, &c. duraturum uſque ad Paſcha proximo futurum.

De Procuratoribus in Curia Romana conſtitutis.

A.D. 1257.
An. 41. H. 3.
Ex Cam. Pell.

SAnctiſſimo in Chriſtio Patri Domino Alexandro, Dei gratia, univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Norman. & Acquitan. & Comes Andegaviæ, ſalutem cum reverentia & honore.

Sanctitati veſtræ ſignificamus quod nos dilectos noſtros, Robertum de Baro, Finatum de Fuligmo, & Petrum de Ranconio Clericum noſtrum, Procuratores noſtros conſtituimus;

Dantes eis, & eorum cuilibet, poteſtatem & ſpeciale mandatum impetrandi, contradicendi, agendi, defendendi & ſpecialiter inpugnandi Electionem, quæ dicitur eſſe facta in Eccleſia

A.D. 1257. Hen. 3. ſia ——————————— ejuſdem Eccleſiæ,

Ratum habentes & firmum quicquid per ipſos & eorum quemlibet ſuper præmiſſis ——————————— fuerit, ſeu etiam procuratum.

In cujus rei teſtimon. præſentibus Sigillum noſtrum duximus ——————— A.D. 1257. Hen. 3.

Dat. apud Weſtm. primo die Aprilis, anno regni noſtri 41.

De emendis ſuper interceptionibus contra Treugas cum Francia.

A.D. 1257. *An.* 41. *H.* 3. *Pat.* 41. *H.* 3. *n.* 14.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod conſtituimus venerabilem patrem, P. Herefordenſem Epiſcopum, Magiſtrum Bernardum Ayſun Conſtabularium Burdeg. & Magriſtrum Petrum Francum, Procuratores noſtros ad tractandum, a die Paſchæ proximo præterito, in unum menſem, cum continuatione dierum, apud Motam de Coynak, cum parte illuſtris Regis Franciæ ibidem ventura, ſuper interceptionibus treugarum, inter ipſum Regem & nos initarum;

Et ad faciendum, & recipiendum, pro parte noſtrâ, emendas interceptionum earumdem, ſecundum formam treugarum prædictarum; A.D. 1257.

Et ad recolligendum, ad præmiſſa facienda, diem, vel dies alios, ſi opus fuerit; ratum habituri & firmum quicquid prædicti tres, duo, vel unus eorum, quos, vel quem intereſſe contigerit in præmiſſis, loco noſtri, ex parte noſtra duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 13 die Aprilis.

De dictatoribus ſuper prædictis interceptionibus.

A.D. 1257. *An.* 41. *H.* 3. *Ibidem.*

REX omnibus, &c.

Sciatis quod conſtituimus dilectos & fideles noſtros Petrum de Burdeg. Amauneum de Varreys, & Petrum Caylon Dictatores ex parte noſtra, ad diem captum inter partem illuſtris Regis Franciæ, & partem noſtram, a die Paſchæ proximo præterito, in unum menſem, apud Motam de Coynak, cum continuatione dierum, ſuper interceptionibus treugarum, inter ipſum Regem & nos initarum; A.D. 1257.

Et ad faciendum, &c. ut ſupra in brevi præcedente.

In cujus, &c,

Teſte ut ſupra.

Pro Archiepiſcopo Meſſanen. de Plenaria poteſtate ad omnia expedienda, in Negotio Regni Siciliæ.

A.D. 1257. *An.* 41. *H.* 3. *Pat.* 41. *H.* 3. *n.* 8. *d.*

DOmino Papæ, Rex ſalutem, cum omni reverentiâ & honore.

Sanctitati veſtræ ad gratiarum aſſurgimus uberrimas actiones quod talem & tantum virum, utique circumſpectum, ſummæ religionis & prudentiæ, venerabilem patrem J. Archiepiſcopum Meſſanen. veſtri ac noſtri honoris fervidum zelatorem, pro negotio Regni Siciliæ, ad nos deſtinare curavit; quem ad benignitatis veſtræ præſentiam, de conſilio Procerum & aliorum Nobilium Regni noſtri, remittimus, prout meliùs ad Eccleſiæ Romanæ & noſtrum commodum & honorem potuimus feliciter expeditum.

In præſentia quidem ipſius tractavimus, & efficaciter ordinavimus de Capitaneo nobili, probo & ſtrenuo, ac aliis ſolempnibus Nunciis, cum magna ſumma pecuniæ, ad veſtram clementiam deſtinandis, habentibus plenariam poteſtatem faciendi omnia quæ nos ipſi faceremus ſi præſentes eſſemus; prout idem Archiepiſcopus beatitudini veſtræ plenius reſerare poterit viva voce. A.D. 1217.

Veſtræ igitur ſanctitati cum effectu, quo poſſumus, ſupplicamus quatinus memoratum negotium, pro quo tot ſuſtinuiſtis labores, ſumptus innumerabiles faciendo, manutenere velitis, & veſtræ munificentiæ gratiam affluentem, quam de prædicto Regno in Edmundo kariſſimo nato noſtro veſtra liberalitas nobis fecit

A.D. 1257. Hen. 3.

fecit, favore benivolo continuare curetis, nullam negotii prædicti mutationem vel innovationem, citra dictorum Nunciorum adventum, aliquatenus fieri patientes.

Teſte Rege apud Merton. die 10 Maii.

Sub eadem forma, mutatis mutandis, ſcribitur venerabili cœtui Cardinalium, per litteras clauſas.

Papæ & Cardinalibus de pace cum Rege Franciæ, ut in facto Siciliæ fælicius procedatur.

A.D. 1257. *An.* 41. *H.* 3. *Pat.* 41. *H.* 3. *n.* 8. *in Schedula.*

SUmmo Pontifici, ac Venerabili Cœtui Cardinalium, H. Rex Angliæ, &c. ſalutem, cum reverentia & honore.

Quia negotium Regni Siciliæ plurimum reſidet cordi noſtro, volentes ut fælicem ſortiretur eventum, ecce! quod juxta veſtrum & Eccleſiæ Romanæ conſilium, parati ſumus cum illuſtri Rege Francorum inire pacem & concordiam,

Ut per hoc, veſtro etiam mediante conſilio, auxilio & favore, præfatum negotium, ad honorem Dei, & Eccleſiæ Romanæ, ac noſtrum, proſperis ſucceſſibus convaleſcat.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De hiis qui profecti ſunt cum Ricardo in Regem Romanorum Electo, in Alemanniam, & habent protectionem Regis cum clauſula.

A.D. 1257. *An.* 41. *H.* 3. *Pat.* 41. *H.* 3. *n.* 6. *d.*

WAlterus de Baskervile, a feſto Sancti Michaelis, anno, &c. 41. *per unum annum.*
Andreas de Baskervyle per idem tempus.
Robertus de Molinouſe quamdiu fuerit in ſervitio prædicti Electi in partibus Alemanniæ.
Johannes de Turbervyle a feſto Sancti Michaelis, anno, &c. 41. *per unum annum.*
Thomas de Werblinton, per idem tempus.
Robertus Turbervyle, per idem tempus.
Rogerus de Aumary, per idem tempus.
Herebertus de Nevyle, per idem tempus.
Hamo le Gros, a prædicto feſto Sancti Michaelis, per Triennium.
Philippus de Eye, a feſto Sancti Michaelis prædicto, quamdiu fuerit in partibus prædictis.
Michael de Northampton, quamdiu fuerit in partibus prædictis.
R. Coventrenſis & Lichf. Electus, a feſto Sancti Michaelis, anno, &c. 41. *per unum annum.*
Willielmus de Munecheneſi, per idem tempus.
Johannes de Warenna, per idem tempus.
Baldewinus de Akynmy, per idem tempus.
Hugo de Heyvill, per idem tempus.
Rogerus de la Launde, duraturam quamdiu fuerit cum prædicto Electo in partibus prædictis.
Hugo le Sauſer duraturam, ut ſupra.
Robertus de Oſgod, duraturam a Paſcha, anno, &c. 41. *per biennium.*
Adam le Waleys, per idem tempus.
Egidius filius Willielmi, per idem tempus.
Thomas de la Pulle, a feſto Sancti Michaelis, anno, &c. 41. *per unum annum.*
Guido Galyun, per idem tempus.
Reginaldus Foylet, duraturam quamdiu fuerit in ſervitio Electi in partibus prædictis.
Item. *Thomas de la Pulle prædictus ſimiliter, quamdiu fuerit in ſervitio Electi in partibus prædictis.*
Willielmus Blundel, Clericus prædicti Electi, a feſto Sancti Michaelis, anno, &c. 41. *per quatuor annos.*
Hugo le Deſpenſer, a feſto Sancti Michaelis, anno, &c. 41. *per unum annum.*
Adam de Dotton per idem tempus.
Willielmus Talebot, duraturam quamdiu fuerit in ſervitio prædicti Electi in partibus prædictis.
Ricardus de Colewurch a feſto Sancti Michaelis, anno, &c. per unum annum.
Gilbertus de Ellesfeld, per idem tempus.
Thomas le Blund, per idem tempus.
Jacobus de Andeleger, per idem tempus.
Walterus de la Grane, per idem tempus.
Rogerus Crawe, per idem tempus.
Ricardus de Amundeuyle, per idem tempus.

A.D. 1257. Hen. 3. *Nichclaus de Menlinger, per idem tempus.*

Rogerus de Somerton, per idem tempus.

Thomas de Hereford, per idem tempus.

Joceus filius Roberti, per idem tempus.

Thomas de Pavely, per idem tempus.

Johannes de Sancto Walerio, per idem tempus.

Stephanus de Chendeyt, per idem tempus.

Willielmus filius Johannis de Stotevyle, per idem tempus. A.D. 1257. Hen. 3.

Johannes de Stotevyle, per idem tempus.

Hamo de Gatton, per idem tempus.

Petrus de Aneſy, duraturam quamdiu fuerit, in partibus prædictis, in ſervitio prædicto.

Littera Ricardi Regis Romanorum de Succeſſibus & Solemni Coronatione ſua in Sede Caroli Magni, Aquiſgrani.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Ricardus, Dei gratià, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Edwardo, illuſtris Regis Angliæ primogenito, cariſſimo Nepoti ſuo, ſalutem & felices ad vota ſucceſſus.

Libenter votivos & celebres noſtræ felicitatis eventus ad noſtrorum ſpecialium amicorum corda transferimus; & ad aures præcipuè veſtræ dilectionis (cui ſic nos identitas ſanguinis counivit, ut ipſas, ex zelo naturalis affectus, circa ea quæ augmentum ſtatus noſtri reſpiciunt, non immerito confidimus eſſe ſollicitas & attentas) per Nuntios noſtros & litteras libentiſſimi tripudii noſtri derivamus, arbitrantes in nobis tunc augmenta congaudii geminari, cum vos, quem reputamus precioſam corporis noſtri partem, ſenſerimus à gaudiorum noſtrorum participio non excluſos.

Quæ proculdubio delectaſſet nos potius vobiſcum præſentialiter celebraſſe, quam interpretis ſcripturæ miniſterio nunciare; ut præſentiæ veſtræ vicinitas jocundius patrui deſiderium refeciſſet, & noſtræ ſublimationis diffuſius generaſſet tripudium in nepote.

Verùm, cum ea læta & proſpera, quæ circa nos acta ſunt ab eo tempore, quo de partibus Angliæ receſſimus, non ſit poſſibile, niſi vobis fuerint intimata, dilectionem veſtram ſcire, præſentem paginam, omnium eventuum noſtrorum oſtenſivam, vobis duximus deſtinandam; ut ad vos plena earundem eventuum, & certa notitia perferatur.

Dominica enim, proxima poſt feſtum Sancti Marci Evangeliſtæ, nobis navem cum tota noſtra conſcendentibus comitiva, & extra portum de Gernemuth venientibus occurrit ventus contrarius; qui ad figendum anchoram, in vicinia littoris Anglicani, ſui impetus violentià nos artavit.

Sed in ſequenti die, proſpero vento noſtris proceſſibus aſpirante, iter navigationis aſſumpſimus, & continuo navigantes die Martis proximo ſubſequenti, in feſto videlicet beatorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi, circa nonam, ſalvis omnibus, & noſtris, & totius noſtræ familiæ, ac etiam Comitivæ perſonis, & rebus, ſani & hilares applicuimus apud Durdrech, in Oppido, videlicet, ad Comitatum Hoylandiæ pertinente; ubi, poſt tot laborum & turbationum moleſtias, quas in mari pertulimus, requiem capeſſentes, moram protraximus biduanam. A.D. 1257.

Inde, die tertio recedentes, aliiſque diebus ſequentibus, per Hoylandiæ & Gelriæ Comitatus greſſus noſtros feliciter dirigentes, die Veneris, proxima ante feſtum Aſcenſionis Dominicæ, venimus Aquiſgranum; occurrentibus nobis, in dictæ Civitatis introitu, clericis & laicis, nobilibus & ignobilibus, militibus & aliis univerſis civibus ejudem, qui nos, cum honore magno, & amplo tripudio, læti & hilares, ſine cujuſlibet difficultatis obſtaculo, ſuſceperunt.

Nec credimus, quemadmodum vulgaris & communis famæ teſtatur præconium, quod, a ducentis Annis & citra, aliquis Prædeceſſorum noſtrorum Imperatorum, vel Regum (videlicet, Romanorum) in ſuæ novitatis principio (nobis duntaxat exceptis) dictam Civitatem Aquienſem ſine gravis offenſionis, ſeu contradictionis obice ſit ingreſſus.

Cumque noſtra ſerenitas moram in ea contraheret, ecce! Læta nova, noſtris affectata deſideriis, occurrerunt, videlicet, quod venerabilis Archiepiſcopus Maguntinenſis, dilectus Princeps noſter, egregius fidei noſtræ cultor, & noſtrorum rebellium ſerius impugnator (adhibita ſibi ex noſtris fidelibus ingenti copià bellatorum) die Mercurii, proxima poſt feſtum Sancti Johannis ante Portam Latinam, cum Archiepiſcopo Treverenſi,

A.D. 1257. Hen. 3.

verenſi, noſtri culminis inimico (qui, in noſtri nominis & honoris diſpendium, cum magna multitudine armatorum, caſtrum noſtrum & Palatium Bopard vallaverat, & ad expugnationem ipſius multas machinas inſtaurarat) glorioſe congreſſus in prælio, contra eum obtinuit victoriam & triumphum; &, ipſo Archiepiſcopo Treverenſi, cum quibuſdam ex ſuis, vix per dedecoroſæ fugæ Præſidium evadente, ac nonnullis occiſis, multos ex ſuis militibus, & famulis, & aliis ſuis complicibus captivavit.

Ecce! quam animoſos & bellicoſos Archiepiſcopos habemus in Alemannia; non multum vobis inutile reputantes ſi tales in Anglia crearentur, quorum miniſterio uti poſſetis ſecure contra importunos rebellium veſtrorum incurſus.

Denique, ipſo Caſtro, per auxilium dictorum noſtrorum fidelium, ab obſidentium & impugnantium inſultibus liberato, ipſoque a dicto Archiepiſcopo Maguntinenſi victualibus aliiſque omnibus neceſſariis, ac ſtrenuis defenſoribus, prout ad ſecuram defenſionem ipſius opportunum extitit, communito, idem Archiepiſcopus Maguntinus apud Aquiſgranum ad præſentiam noſtram venit;

Ubi, in feſto Aſcenſionis Dominicæ, ipſo ac Archiepiſcopo Colonienſi præſentibus, & aliis multis Comitibus, Baronibus, Magnatibus & Nobilibus noſtris fidelibus, in ſede magni Caroli, cum ſolemnitate qua decuit, in illius nomine, qui ſuperbos dejicit & ponit humiles in ſublimi, Sacri Romani Regni Sceptrum recepimus & Coronam, cariſſima Conſorte noſtrâ ſimiliter eo die nobiſcum ſolemniter coronata.

Dilectionem veſtram rogantes attentius quatenus, nobis piis affectibus congaudentes, attentius altiſſimo ſuper hiis gratias exſolvatis, ipſum ſuppliciter exorantes ut, qui, ex ſuæ abundantiâ pietatis, merita ſupplicum excedentis & vota, ætatem veſtram tanta felicitate beavit, quod ad patruum veſtrum Romani Regni ſceptrum perduxit, ad honorem ſui nominis feliciter dirigat greſſus noſtros.

Feſto itaque Coronationis noſtræ ſolemniter, prout decuit, celebrato, ecce! Principum & aliorum fidelium noſtrorum ſuper agendis noſtris communicato conſilio, viribus noſtris è diverſis partibus inſtauratis, ad humiliationem noſtrorum rebellium potenter & patenter intendimus dirigere caſtra noſtra; & præcipue ad confringenda elata Archiepiſcopi cornua Treverenſis; ut, ſicut ſe primum in noſtris negotiis, non tam juſtum, quam voluntarium poſuit turbatorem, ita primò experiatur & diſcat quid, & quantum contra eum poſſit & valeat manus noſtra.

De hoc autem præcipue certos eſſe vos volumus, quod tantam jam, ex auxilio fidelium noſtrorum & fautorum in Alemanniâ, habere confidimus poteſtatem, quod, eis in fidei noſtræ cultu, & in devotionis noſtræ zelo durantibus, nullius viventis ſit nobis potentia formidanda.

Data Aquiſgrani, 18 die Maii, anno Regni noſtri primo.

De Judæis, propter ſervitium Ricardo, in Regem Romanorum electo, impenſum, a Tallagio quietatis.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. m. 11.

REX omnibus, &c.

Sciatis quod, ad inſtantiam kariſſimi fratris noſtri Ricardi, in Regem Romanorum Electi, conceſſimus Creſſe, filio Magiſtri Moſei Judei London. & Hageno fratri ejus, qui in ſervitio prædicti fratris noſtri plurimum laborarunt, quod a vigilia Aſcenſionis Domini, anno Regni noſtri 41, uſque in quinque annos proximo ſequentes completos, quieti ſint de omnibus tallagiis & auxiliis, ad nos pertinentibus, pro una marcâ auri & dimidia;

Videlicet idem Creſſe pro dimidia marca auri, & prædictus Haginus pro una marca auri, quas ſolvent in Garderoba noſtra, unam ſcilicet medietatem ad feſtum Sancti Michaelis, & aliam medietatem ad Paſcha.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 20 die Maii.

Regi, prætextu Regni Siciliæ, emungi ulterius recuſanti Inſenſus Papa Alexander, ſtomachatur, & ultima interminatur.

A.D. 1257. An. 41. H. 3.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Magiſtro Roſtando, Capellano & Nuncio noſtro in Anglia, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Litteras tuas ſolita benignitate recepimus, & quæ continebantur in eis intelleximus diligenter.

Sane, ex litterarum ipſarum tenore, collegimus quod cariſſimus in Chriſto filius noſter illuſtris Rex Angliæ, tibi, ſub gravibus pœnis, inhibuit nè de decimâ eccleſiaſticorum proventuum aliquid ſolveres mercatoribus, aut quibuſcumque perſonis aliis, ſed omnem pecuniam, tàm ex ipſâ decimâ, quàm aliunde collectam, vel colligendam, in novo Templo Londonien. deponeres; adjiciens nichilominus quod nullam pecuniam mercatoribus ſolvi permitteret, donec de eventu negotii Regni Siciliæ haberet certitudinem pleniorem.

Verum, ſi Rex idem diligenter adverteret diverſas & innumerabiles gratias, quas Romana Eccleſia ſibi, non ſolum circa conceſſionem ipſius Regni, & effuſionem ſumptuum, quos, poſt conceſſionem eandem, pro ipſius Regni manutenendo negotio, ſubiit, ſed etiam circa termini prorogationem, & quamplura alia quæ tua plenè novit induſtria, feciſſe dinoſcitur, inveniret utique quod eadem eccleſia hoc nequaquam meruerit apud ipſum; cum velud mater, intenta eidem Regi, ſinum favoris omnimodi manu munifica explicaverit, in hac parte nil de contingentibus obmittendo, licet potuiſſet ſibi, ſuper prædicto ipſius Regni negotio, propter ejuſdem Regis negligentiam & defectum, aliter providere.

Nuper etiam in die Cænæ domini, aſtante tunc magna fidelium congregatione catholicâ, Manfredum quondam Principem Tarentin. in ipſius Regis favorem, denunciavimus excommunicationis innodatum vinculo, & Principatu Tarentin. honore montis Sancti Angeli, cunctiſque Comitatibus & honoribus apoſtolica auctoritate privatum, & alias etiam proceſſimus contra eum, prout per alias litteras noſtras tibi duximus intimandum.

Sunt ne iſta ſperatæ retributionis præmia, quæ ipſi eccleſiæ pro tot impenſis beneficiis recompenſat, ut velit eam ſub debitorum ſuccumbere ſarcina, quæ pro ipſo, ac ejus honore contraxit? Eſt nè iſta grata & debita nobis viciſſitudo favoris, ut permittat nos vexari a mercatoribus, & eorum querimoniis affici tædioſis? Eſt ne hic magnæ devotionis affectus, quem ad patrem filius ſe habere prætendit, ut non attendat quantum ex hoc noſter debeat animus perturbari? Certè non hoc ab ipſo expectavimus hactenus, nec ſperavimus eum debere nobis pro tot gratiis, tot favoribus, totque munificis largitionibus, taliter reſpondere.

Cum igitur totis deſideriis cupiamus ut præfata eccleſia ab ipſorum debitorum onere penitus & celeriter liberetur, volumus, & præſentium tibi auctoritate, in virtute obedientiæ, diſtrictè præcipiendo mandamus quatinus, inhibitione regia non obſtante, memoratam decimam, necnon & omnes redemptiones votorum cruceſignatorum, cunctaque legata indiſtincte, ac generaliter omnem pecuniam, undecumque & quomodocumque illam, ſive noſtro, ſive prædicti Regis nomine ad manus tuas contigerit devenire, in eorumdem debitorum ſolutionem convertere non obmittas.

Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, ac apertè prænunciando Regi prædicto quod, ſi amplius ſolutionem eorumdem debitorum quomodolibet impediverit, quin, de decima & aliis prædictis, mercatoribus, quibus eadem tenetur eccleſia, plenarie ſatisfiat, nos, quantumcunque perſonam ejus quadam prærogativa ſpecialis benevolentiæ proſequamur, obmittere nequaquam poterimus quin adverſus eum & Regnum Angliæ, licet inviti & coacti, prout expedire viderimus, procedamus.

Cæterum ſuper eo quod intelleximus te, dimiſſis negotiis, quæ in Anglia tibi commiſimus, jam citra mare veniſſe, admirati fuimus vehementer, cum nunquam debuiſſes à prædicto Regno Angliæ recedere abſque mandato ſedis apoſtolicæ ſpeciali.

Dat. Viterbii, 3 Non. Junii, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sub Filo canabi.

Pro Jo. de Brienne, dicto de Acre, & Maria de Coucy relicta Alex. Regis Scotiæ, de conductu.

A.D. 1257.
An. 41. *H.* 3.
Clauſ. 41. *H.* 3. *m.* 8. *d.*

REX nobili viro Johanni, filio Regis Jeruſalem, Regni Franciæ Buticulario, ſalutem.

Sciatis quod dilectus & fidelis noſter, Petrus de Sabaudia inſtanter nos rogavit quod vobis & Conſorti veſtræ, Reginæ Scotiæ, quam ſincere diligimus, conductum noſtrum eundi per terram noſtram in Scotiam concedere dignaremur.

Verum, licet Rex Franciæ pernicioſum nobis exemplum reliquerit ad conductum hujuſmodi alicui de Regno ſuo præſtandum, cum non ſinat aliquos de Regno noſtro per Franciam tranſire verſus Fratrem noſtrum Regem Alemanniæ, vel alibi; nos tamen, ob preces prædicti Petri, & favorem prædictæ Conſortis veſtræ conductum, quem petitis, concedemus.

Ita videlicet, quod vos & prædicta conſors veſtra corporale juramentum præſtetis, quod nichil per vos, aut veſtros, nobis, aut Regno noſtro, ſeu Regi, vel Reginæ Scotiæ filiæ noſtræ, aut eorum conſilio quod cum eis poſuimus (inter quos quidem, & alios, qui de conſilio ipſius Regis Scotiæ prius extiterant, diſcordia ſuſcitetur) aliquid dampnoſum aut grave inferetis, aut inferri procurabitis;

Unde, ſi hoc facere nolueritis, tunc diem adventûs veſtri apud Dovorr. nobis conſtare faciatis, & nos aliquem de noſtris illuc ad vos mittemus, cum literis noſtris de conductu, ad recipiendum à vobis, & à prædictâ conſorte veſtra Sacramentum hujuſmodi vice noſtra.

Teſte meipſo apud Weſtm. 6 die Junii.

Litera directa Regi Caſtellæ, de Conventionibus.

A.D. 1257.
An. 41. *H.* 3.
Clauſ. 41. *H.* 3. *m.* 7. *d.*

MAgnifico Principi & conſanguineo kariſſimo Domino noſtro Regi Caſtellæ, &c. Henricus eadem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Venerabilis Pater Johann. Epiſcopus, veſtræ Serenitatis Nuncius ſpecialis, ad noſtram præſentiam nuper accedens, & a nobis ea, qua decuit, veneratione receptus, commiſſa ſibi negotia nobis, ex parte veſtra reſeranda, tàm ſuper facto Waſconiæ, quam aliis quibuſdam, provida ac circumſpecta deliberatione propoſuit;

Quibus plenius intellectis, & ſinceritatis affectum, quem ad nos geritis, penſantes, ac propter hoc excellentiæ veſtræ volentes grata viciſſitudine reſpondere, conventiones, inter vos & nos jamdudum habitas, in noſtra, & totius conſilii noſtri præſentia fecimus recitari, ipſas proponentes inviolabiliter obſervare.

Cæterum, licet ex viribus conventionum ipſarum ad reſtitutionem terrarum & Caſtrorum, quæ nomine Vicecomitis de Fronc. Caſtellian. & de Benauges, & aliorum petebantur, minime, ſicut nobis viſum eſt, teneamur; nos tamen, veſtræ, in quibuſcumque poſſumus, cupientes condeſcendere voluntati, quædam ob reverentiam veſtram memorato Epiſcopo optulimus, quæ viva voce vobis exponere poterit ſeriatim, & de quibus, pout nobis videbatur, debuit eſſe contentus.

Set, quia illa per vos credimus acceptanda, ad ſublimitatis veſtræ præſentiam Nuncios noſtros ſolempnes diſponimus in proximo deſtinare, qui vobis noſtram ſuper hiis & aliis exponent plenius voluntatem.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 7 die Junii.

Littera directa Regi Aragon. ſuper Conventionibus cum Alfonſo Rege Caſtellæ.

A.D. 1257.
An. 41. *H.* 3.
Clauſ. 41. *H.* 3. *m.* 7. *d.*

Magnifico Principi Domino Ja. Dei gratiâ, illuſtri Regi Aragon. &c. Henricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Prudentem virum, Priorem de Cornelian. Nuncium veſtrum, ad præſentiam noſtram, unà cum venerabili patre Johann. Epiſcopo, illuſtris Regis Caſtellæ Nuncio, cum veſtris litteris de credentiâ venientem, eâ, quâ decuit, veneratione recepimus; qui injuncta ſibi negotia nobis amicabiliter expoſuit & prudenter.

Quibus auditis, & ſinceritatis affectum, quem ad nos geritis, attendentes, ſuper hiis quæ præfatus Prior, pro bono pacis & amicitiæ inter præfatum Regem Caſtellæ, & nos continuandæ, propoſuit, Serenitati veſtræ grates referimus copioſas.

Advertentes igitur quam grave ſit amicum perdere, & nichil jocundius quam amicitiam ſervare illæſam, conventiones, inter præfatum Regem Caſtellæ, & nos, ſuper facto Vaſconiæ dudum habitas, in noſtra & totius conſilii noſtri præſentia fecimus recitari, ipſas proponentes inviolabiliter obſervare.

Unde, licet, ex viribus conventionum earum ad reſtitutionem Terrarum & Caſtrorum Vic. Fronc. Caſtellian. & de Benaug. & aliis faciendam minime, ſicut nobis viſum eſt, teneamur; nos tamen, voluntati dicti Regis, in quibuſcunque poſſumus, condeſcendere cupientes, quædam, præſente dicto Priore, ob reverentiam & favorem dicti Regis Caſtellæ, & veſtrum, memorato Epiſcopo optulimus, quæ dictus Prior viva voce vobis exponere poterit ſeriatim, & de quibus idem Epiſcopus, prout nobis videbatur, debuit eſſe contentus.

Set, quia illa per dictum Regem credimus acceptanda, noſtros ſolempnes Nuncios ad dicti Regis præſentiam diſponimus in proximo deſtinare, qui noſtram ſibi ſuper præmiſſis & aliis exponent plenius voluntatem.

Super hoc autem quod vos nos videre, & nobiſcum, una cum dicto Rege Caſtellæ, mutuum habere colloquium affectatis, (ſicut nobis per præfatum Priorem ſignificaſtis) vobis grates exolvimus ſpeciales; vice verſa deſiderantes veſtro frui colloquio & aſpectu.

Certitudinem vero vobis ſuper hoc ſignificare nequimus, quouſque Nuncii noſtri, ad dictum Regem Caſtellæ tranſmiſſi, ad noſtram præſentiam revertantur, &, ſecundum quod inter ipſum Regem & Nuncios noſtros inde conventum fuerit & proviſum, nobis per eundem Regem liquere poterit evidenter.

Teſte Rege apud Weſtmonaſt. 7 die Junii.

Pro Nuncio Regis Caſtellæ.

A.D. 1257.
An. 41. *H.* 3.
Pat. 41. *H.* 3. *n.* 10.

REX Baronibus, Militibus, Majoribus, Civibus, & omnibus aliis Ballivis, & fidelibus ſuis in Waſconia, ad quos, &c.

Sciatis quod conceſſimus venerabili patri Paſcaſio Johann. Epiſcopo, Nuntio illuſtris Regis Caſtellæ, ſalvum & ſecurum conductum noſtrum, in tranſeundo per terram & poteſtatem Waſconiæ verſus partes ſuas.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Epiſcopo, vel familiæ ſuæ, quam ſecum ducet, ſeu rebus, aut herneſiis eorum, in tranſeundo per partes veſtras, nullam inferatis, vel inferri permittatis moleſtiam, dampnum, injuriam, aut gravamen.

Et ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, faciatis emendari, & permittatis ipſos tranſire liberos a pedagio.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 8 die Junii.

De Conductu Johannis de Acre, filii Regis Jeruſalem, & conſortis ſuæ, Reginæ Scotiæ.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. m. 7.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus nobili viro Johanni de Acre, filio Regis Jeruſalem, & Reginæ Scotiæ, conſorti ſuæ, ſalvum & ſecurum conductum noſtrum, tranſeundi per terram & poteſtatem noſtram in Scotiam.

Et ideo vobis mandamus quod præfatis Johanni, & Reginæ Conſorti ſuæ, aut familiæ ſuæ, quam ſecum ducent, aut rebus eorum, in tranſeundo per partes veſtras verſus Scotiam, nullum inferatis, vel inferri permittatis impedimentum aut gravamen.

Et, ſi quid eis vel ſuis in tranſitu prædicto forisfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, faciatis emendari.

A.D. 1257.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes, duraturas uſque ad Feſtum Sancti Michaelis proximo venturum.

Teſte Rege apud Weſtm. 18 die Junii.

Iſta littera tradita fuit Magiſtro Giliberto de Milliers, ita quod, antequam tradat prædictis Johanni & Reginæ litteram illam, recipiet ab eis ſacramentum, quod nullum malum facient, aut fieri procurabunt, Regi Angliæ, aut Regi Scotiæ, in tranſitu prædicto.

De pace cum Rege Franciæ tractanda.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. m. 9. d.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod, de voluntate & conſenſu Edvardi filii noſtri primogeniti, & hæredis, damus plenam & liberam poteſtatem dilectis & fidelibus noſtris, W. Wigornienſi Epiſcopo, Hugoni le Bigod, & fratri Adæ de Mariſco, pacem tractandi & firmandi inter Dominum Ludovicum Regem Franciæ & hæredes ſuos, & nos & hæredes noſtros, de aſſenſu & conſilio dilectorum & fidelium noſtrorum Simonis de Monte-forti, Comitis Leiceſtriæ, & Petri de Sabaudia, ſuper omnibus controverſiis & quæſtionibus, motis inter nos & progenitores noſtros hinc inde; ratum habituri & firmum quicquid ipſi Epiſcopus, Hugo, & Adam, vel duo ipſorum, quos adeſſe contigerit, mediante conſilio prædictorum Comitis & Petri, ſuper præmiſſis, nomine noſtro & hæredum noſtrorum, duxerint faciendum.

A.D. 1257.

In cujus, &c. duraturas uſque ad Feſtum Aſſumptionis beatæ Mariæ proximo venturum.

Teſte Rege apud Weſtm. viceſimo ſecundo die Junii.

De eodem negotio.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c.

Sciatis quod nos plenam damus & liberam poteſtatem, & ſpeciale mandatum venerabili Patri W. Wigorn. Epiſcopo, Hugoni le Bigod, & fratri Adæ de Mariſco, vel duobus eorum, quos adeſſe contigerit, ad tractandum de pace, inter Dominum Ludovicum illuſtrem Regem Franciæ, & nos, ſuper omnibus contentionibus & controverſiis hactenus inter nos, & progenitores noſtros hinc indè motis.

A.D. 1257.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Littera

Littera Regi Romanorum de negotio antedicto.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Ibidem.

REX kariſſimo fratri ſuo Ricardo, eadem gratia Regi Romanorum illuſtri, ſemper Auguſto, ſalutem, & proſperos ad vota ſucceſſus.

Cum deſtinaverimus in Franc. venerabilem Patrem Wigornienſem Epiſcopum, Hugonem Bigod, & Fratrem Adam de Mariſco, ad continuandum tractatum pacis inter nos, & Regem Franciæ, diù eſt prolocutæ per conſilium Comitis Leiceſtriæ, & Petri de Sabaudia, quos ſimiliter ad partes illas tranſmittimus,

Injunximus eiſdem Nunciis quod, auditâ & pleniùs intellecta voluntate dicti Regis Franciæ, quid inde facere voluerit, præfatus Epiſcopus veſtram ſtatim adeat præſentiam pro conſilio veſtro ſuper hoc requirendo, ſine quo nichil inde firmare volumus;

A.D. 1257.

Cui, quum ad vos venerit, in hiis, quæ vobis dixerit in hac parte, fidem adhibeatis; conſilium veſtrum nobis ſignificantes prout commodo & honori veſtro & noſtro magis noveritis expedire.

Teſte ut ſupra.

De miſſione Magiſtri Arloti, ad reformandum negotium Siciliæ.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio   Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quamvis ſuper Regni Siciliæ negotio Romana Eccleſia, ſpirituali peculiarium filiorum affectione compuncta, ſibique ipſi non parcens, ſatis maternè, ſatis impigrè laboravit; utinam tamen in oculis divinæ Clementiæ aut habeatur innoxium, aut veniam mereatur ſi tenera caritas, quâ te, ac cariſſimum in Chriſto filium noſtrum E. natum tuum Siciliæ Regem, complectimur, & zelus, quo in utriuſque augmentum noſtra & fratrum noſtrorum ſtudia diriguntur, circa ordinationem ejuſdem Regni aliqua tarditatis attulere diſpendia, & ſtatum illius populi multiplici vexatione divulſum, contra intentionis noſtræ propoſitum, in aliquod deterioris conditionis traxere diſcrimen.

Porro, quia longioribus ſpei tædiis caritatis fortitudo non vincitur, nec, quamdiu ſpes ipſa probabilibus refovetur indiciis, deſiderii noſtri circa te propoſitum ſuperatur, ecce! ſuper reformatione prædicti negotii, cum venerabilibus fratribus noſtris   Archiepiſcopo Tarentaſien.   Bathonien. & Wellen. &   Roffen. Epiſcopis, & dilecto filio Magiſtro Nicholao de Plimton. Archidiacono Norfolciæ, Capellano noſtro, tuis & prædicti Regis Procuratoribus & Nunciis ad hoc miſſis, tractatu habito diligenti, qualiter ipſum negotium, nè in diſſolutionis materiam evaneſcat, reſurgat in ſtatum de quo ad fælicem exitum, juxta noſtrum deſiderium, perducatur, noſtra & fratrum noſtrorum providentia ſollerter excogitans nil omiſit.

A.D. 1257.

In hoc igitur noſtræ deliberationis conſilia reſederunt, ut dilectum filium Magiſtrum Arlottum Subdiaconum & Notarium noſtrum, virum utique nobis & fratribus ipſis acceptum, & habentem ad conſummationem ipſius negotii puræ intentionis affectum, de cujus fide plenam & indubitatam obtinemus fiduciam, ad tuam præſentiam mitteremus, plenâ ſibi facultate per alias literas noſtras de prædictorum fratrum conceſſa conſilio, ſub certâ forma in eiſdem literis annotata, tecum & cum prædicto Rege dicti Regni negotium reformandi.

Quocirca Serenitatem Regiam monemus, rogamus & hortamur attentè, quatinus, eundem Notarium favorabiliter in nomine noſtro ſuſcipiens, cum eo circa eandem reformationem ſic celeriter, ſic efficaciter & diligenter intendas, quod ſuper hoc non pendeat animus noſter ultra nec langueat, & Eccleſiæ filii & fideles Regni ejuſdem, (quorum oculos & vota in te ac præfatum Regem eadem Eccleſia Domina illorum direxit) & mater inter expectationes & vota, inter gemitus & ſuſpiria, inter preſſuras & incommoda prorſus deficere non cogantur.

Et quia pax tua & cariſſimi in Chriſto filii noſtri   Regis Francorum illuſtris ————rit plenius, & firmata, eidem negotio viam aperiet & progreſſum, rogamus & petimus ut ad perfectionem ejuſdem pacis ſic efficaciter apponas affectum ———— ———— ſumatione

A.D. 1257.
Hen. 3.

tione ipſius ad executionem ejuſdem negotii plenior tibi facilitas proveniat & facultas;

Preces noſtras taliter impleturus quod tibi & Regno tuo ——————— ——————— Romana Eccleſia deſinat ſaltem nunc gemere ulterius ſuper illius Regni miſeriis & erumpnis, quas eadem, quaſi inter ipſa viſcera ſua,——— ——————— ———————

——Pontificatûs noſtri———————
———————

Littera Edmundi Regis Siciliæ, ſuper Melioratione Conditionum in Facto Siciliæ.

A.D. 1257.
An. 41. H. 3.
Pat. 41. H. 3. m. 6. in Schedula.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri, ac Domino Alexandro, Dei gratia, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, Edmundus, eadem gratia, Rex Siciliæ devota pedum oſcula beatorum.

Noverit veſtra paternitas reverenda, quod nos dilectos noſtros, venerabilem Patrem Tarataſ. Archiepiſcopum, ac nobiles viros Simonem Comitem Leiceſtriæ, Petrum de Sabaudia, & Johannem Manſell, quemlibet in ſolidum, de mandato & authoritate Domini Patris noſtri Henrici, Dei gratia, Regis Angliæ illuſtris, Procuratores noſtros conſtituimus & Nuncios ſpeciales, videlicet,

Ad petendum a veſtræ clementia Sanctitatis meliorationem & reformationem conditionum, in privilegio Apoſtolico contentarum, ſuper conceſſione præfati Regni Siciliæ nobis facta; & ad tractandum de novis conditionibus apponendis; obligandumque nos ad obſervandas eaſdem ſub quibuſcunque modis, pactis, aut etiam juramentis, prout ipſi, vel alter eorum viderint expedire:

Ratum promittentes nos habituros & firmum quicquid per ipſos, & cum ipſis, vel quolibet eorum in ſolidum, factum fuerit in præmiſſis.

In cujus rei teſtimonium Bullam noſtram auream præſentibus duximus apponendam.

Dat. Windeſ. viceſimo ſexto die Junii, anno Gratiæ, milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, & anno Regni noſtri ſecundo.

Littera de plena Potentia, ad tractandum in negotio Regni Siciliæ.

A.D. 1257.
An. 41. H. 3.
Pat. 41. H. 3. Ibidem.

REX univerſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, vel audituris, ſalutem.

Noverit Univerſitas veſtra quod nos venerabilem Patrem R. Tarataſien. Archiepiſcopum, Simonem de Monteforti Comitem Leiceſtriæ, Petrum de Sabaudia & Johannem Manſell Theſaur. Eborum, noſtro ac dilecti filii noſtri Edmundi nomine, Procuratores noſtros conſtituimus & Nuncios ſpeciales;

Dantes eis plenam & liberam poteſtatem, ac ſpeciale mandatum tractandi, & componendi, cum Eccleſia Romana ſuper negotio Regni Siciliæ; & ad mutuum recipiendum; & ad omnia alia facienda nomine noſtro, & dicti Edmundi filii noſtri, pro prædicto negotio, & aliis, quæ ſibi injunximus expedienda in Curia Romana, quæ nos ambo facere poſſemus, ſi præſentes eſſemus; & ad præſtandum in animas noſtras cujuſlibet generis ſacramentum:

Ratum & firmum habituri quicquid ipſi omnes, vel duo ipſorum, nomine noſtro, & dicti Edmundi, ſuper præmiſſis duxerint faciendum.

In cujus rei teſtimonium, tàm pro nobis, quàm prædicto Edmundo filio noſtro, præſentibus litteris ſigillum noſtrum duximus apponendum.

Teſte ut ſupra.

Aliæ Litteræ ſuper eodem negotio.

A.D. 1257. *An.* 41. *H.* 3. *Pat.* 41. *H.* 3. *m.* 6. *in Schedula.* A.D. 1257.

SUmmo Pontifici Rex ſalutem.

Noverit veſtra paternitas quod nos venerabilem Patrem R. Tarataſien. Archiepiſcopum, Simonem de Monteforti Comitem Leyceſtriæ, Petrum de Sabaudia, Johannem Manſell Theſaurarium Eboraci, quemlibet eorum in ſolidum, noſtro ac dilecti filii noſtri Edmundi nomine, Procuratores noſtros conſtituimus & Nuncios ſpeciales,

Dantes eis plenam ac liberam poteſtatem, ac ſpeciale mandatum componendi cum Eccleſia Romana, ſuper negotio Regni Siciliæ, præfato filio noſtro ab Apoſtolica ſede conceſſi, prout ipſi melius viderint expedire:

Ratum habituri quicquid per ipſos, & cum ipſis, vel per duos ipſorum factum fuerit in hac parte.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De pace cum Rege Franciæ ineunda, quod negotium Siciliæ inde convaleſcat.

A.D. 1257. *An.* 41. *H.* 3. *Pat.* 41. *H.* 3. *n.* 6. *in Schedula.* A.D. 1257.

SUmmo Pontifici, ac venerabili cœtui Cardinalium Henricus Rex Angliæ, &c. ſalutem, cum reverentia & honore.

Quia negotium Regni Siciliæ plurimum reſidet cordi noſtro, volentes ut fælicem ſortiretur eventum, ecce quod, juxta veſtrum & Eccleſiæ Romanæ conſilium parati ſumus, cum illuſtri Rege Francorum inire pacem & concordiam; ut per hoc, veſtro etiam mediante conſilio, auxilio, & favore, præfatum negotium, ad honorem Dei, & Eccleſiæ Romanæ, ac noſtrum, proſperis ſucceſſibus convaleſcat.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windeſor. viceſimo octavo die Junii, anno quadrageſimo primo.

De Regno Siciliæ renunciando.

A.D. 1257. *An.* 41. *H.* 3. *Ibidem.* A.D. 1257.

SUmmo Pontifici, & venerabili cœtui Cardinalium Henricus Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Noverit veſtra paternitas reverenda quod nos venerabilem Patrem Tarantaſienſem Archiepiſcopum, Simonem de Monteforti Comitem Leiceſtriæ, Petrum de Sabaudia, & Johannem Manſell Theſaurarium Eborum, noſtro ac dilecti filii noſtri Edmundi nomine Procuratores noſtros conſtituimus & Nuncios ſpeciales;

Dantes eis plenam & liberam poteſtatem, ac ſpeciale mandatum renunciandi Regno Siciliæ, nobis & dicto Edmundo ab Apoſtolica ſede conceſſo, ſi viderint expedire; ratum habituri & firmum quicquid ipſi, vel duo ipſorum, nomine noſtro & dicti Edmundi filii noſtri, ſuper hoc duxerint faciendum.

In cujus rei teſtimonium, tàm pro nobis, quàm pro dicto Edmundo, præſentibus litteris ſigillum noſtrum duximus apponendum.

Teſte Rege apud Windeſor. viceſimo octavo die Junii.

De proceſſu in negotio Siciliæ, quid actum, quid omiſſum Rex exponit, & ordinationi Papæ remittit omnia.

A.D. 1257. *An.* 41. *H.* 3. *Pat.* 41. *H.* 3. *m.* 6. *in Cedula.* A.D. 1257.

SAnctiſſimo Patri ac Domino Alexandro, Dei gratia, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſummò Pontifici, Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, &c. devota pedum oſcula beatorum.

Non, ſine gratiarum actione, quas Sanctitati veſtræ referimus frequenter, intra

intra nos cogitamus, qualiter nobis in kariſſimo filio noſtro Edmundo gratiam facientes, Regnum Siciliæ ſibi & hæredibus ſuis liberaliter contuliſtis, ſub certis conditionibus per nos, & per ipſum inviolabiliter obſervandis,

Propter quod ſæpe & ſæpius tractavimus, ut, ſicut tenebamur, dicto negotio ſuccurrentes, & debita Eccleſiæ ſolveremus, & Capitaneum cum Militia competenti mitteremus ibidem;

Et, licet in ſolutione debitorum aliquatenus ſit proceſſum, non tamen ad plenum, juxta deſiderium cordis noſtri, cum ſuper decima & aliis gratiis nobis ab Apoſtolica ſede conceſſis, multas contradictiones per Prælatos & Clerum Regni noſtri habuerimus, & adhuc inceſſanter habemus;

Sed nec circa Capitaneum deſtinandum intentionis noſtræ deſiderium hactenus potuimus adimplere, tum quia ſecundum tenorem conditionum, in veſtro privilegio contentarum, prius ad ſolvenda univerſa debita Eccleſiæ arctabamur.

Et cum etiam hoc non obſtante, de veſtra miſericordia confidentes, nuper, ſicut per venerabilem Patrem Archiepiſcopum Meſſan. vobis ſcribimus, ordinaviſſemus nobilem virum Dominum H. de Caſtella fratrem illuſtris Regis Caſtellæ, ad partes illas tranſmittere, cum magna pecuniæ quantitate, ſupervenit in Regno noſtro quædam repente turbatio, videlicet,

Quod Wallenſes, qui nobis & progenitoribus noſtris olim ſubjecti ac devoti fuere, maligno ducti ſpiritu, contra nos rebellare damnabiliter præſumentes, hominibus noſtris & terris damna plurima intulerunt.

Cui morbo tam peſtilenti obviare volentes, contra dictos rebelles in manu forti accingimur; peſtem tam damnoſam, tamque deteſtabilem extra terminos Regni noſtri eliminare volentes:

Propter quod, hac æſtate, ſicut firmiter credebamus, Capitaneum in Regnum Apuliæ mittere non valemus.

Cæterum quia ex parte Eccleſiæ proſecutio memorati negotii omnimodam celeritatem deſiderat, quæ propter moram noſtram, licet ſine culpâ, in grave Eccleſiæ Romanæ & noſtrum præjudicium extitit protelata, nolentes ulterius quod occaſione noſtri, gratia quam ſedes Apoſtolica ex ſincera affectione filio noſtro fecit, & nos ex pura devotione ſuſcepimus, in damnum Eccleſiæ & noſtrum poſſet ulterius retorqueri, dilectos & fideles Nuncios noſtros ad veſtram præſentiam deſtinamus, qui ſuper ſtatu noſtro, voluntate, ac poteſtate noſtra, veſtræ Clementiæ plenius veritatem exponent:

Qua, ſi placet, intellecta ad plenum, ad honorem Sacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ conſiderationis oculum dirigentes, de præfato negotio taliter ordinare velitis, quod nos, hæredeſque noſtri, ac totum Regnum Angliæ devotione ſolita Eccleſiæ Romanæ ſemper obediamus, nec occaſione iſtius negotii, ex quo nobis nullus fructus advenit, deinceps jacturam aliquam incurramus;

Penſantes quod, ſi ad proſecutionem iſtius negotii ſub diverſis pœnis nos aſtrinximus, affectionis & devotionis ſinceritas, quam ad Eccleſiam Romanam matrem noſtram ſemper habuimus, non emolumenti temporalis cupiditas fuit in cauſa;

Et quod ultra, cum de ſede Apoſtolica ſingularem confidentiam habemus, quæ ſemper nobis aſtitit in adverſis, & per quam, tam a noſtris, quàm ab extraneis infeſtati, alterius auxilio non ſuffulti, hoſtium verſutias evaſimus, de ipſis laudabiliter triumphantes, ſtatum noſtrum filiorumque noſtrorum, ac ipſius negotii quantum ad jus, nobis dictoque Edmundo nato noſtro in ipſo Regno quæſitum, ac omnia alia ipſum negotium contingentia, veſtræ ſupponimus miſericordiæ; ſupplicantes affectione prompiiſſima, quatinus non ad neceſſitates veſtras, ſed potius ad devotionem noſtram reſpectum habentes, memoratum negotium fine laudabili conſumetis.

Nos enim gratum & ratum habebimus quicquid veſtra Clementia, de Conſilio Cardinalium veſtrorum, ſuper hoc duxerit ordinandum.

Teſte Rege apud Windeſore, viceſimo octavo die Junii.

Inſtructiones de variis tractandi modis circa Negotium Siciliæ.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Ibidem.

SI Domini Comes Leiceſtriæ, & P. de Sabaudia vadant ad Curiam, ipſi plenam ſecum deferent poteſtatem ordinandi de toto negotio.

Si ipſi non vadant, & alii tranſmittantur, Dominus Rex, filii ſui, ac totum ipſius conſilium in has vias conſentiunt;

Ut, ſi poſſibile fuerit, procuretur quod illa pœna, in privilegio magno contenta (ſcilicet quod, ſi Rex non ſolverit, vel non miſerit, aut non venerit, in poteſtate ſolius Domini Papæ ſit caſſare, & irritare, & irritum nunciare quod per ipſum & fratres ſuos factum eſt de negotio memorato; & quod nichilominus Rex ſit excommunicatus, Regnumque Angliæ interdictum) tollatur omnino.

Et, ſi, pœnis iſtis ſublatis, vult Dominus Papa donationem, factam Domino Edmundo per Dominum Innocentium, & per ſeipſum, ſervare, vel de novo ſub aliis conditionibus tolerabilibus concedere, vel ſaltem quod tollatur pœna annullationis, & remaneat pœna interdicti, bene quidem; ſi vero Papa nec antiquam donationem vult ſervare, nec novam facere, niſi ſub eiſdem pœnis, prorogetur terminus, ne negotium rumpatur; ut interim, cum voluntate Eccleſiæ, tractetur de pace inter Regem & Manfredum; videlicet, ut Principatus & aliæ terræ, quas idem Manfredus habebat, ante privationem ſuam, ſibi remaneant, & reſtituat Domino Edmundo Regnum; pro quo faciendo, Dominus Edmundus accipiat Manfredi filiam in uxorem, vel fiat matrimonium, & Manfredus teneat Regnum quouſque de proventibus ipſius Regni, ſoluta fuerint debita Eccleſiæ in quibus Rex Angliæ tenetur; quibus ſolutis, præter terras quas ante privationem ſuam habebat, Domino Edmundo totum reſtituat, & ſtatim caveat, per obſides, & per traditionem forteliciarum ſuarum, de tunc reſtituendo Regnum, ut dictum eſt.

Si vero cum Manfredo nulla compoſitio poteſt fieri, nec Papa vult facere quod ſuperius eſt præmiſſum, componatur cum Eccleſia altero trium modorum:

Quod, ſi Eccleſia alii conferat Regnum a quo habeat debita ſua, reſtituatur Regi Angliæ quod per ipſum ſolutum eſt, & Rex renunciet omni juri quod ipſe & filius ſuus habent in Regno;

Vel ſi non detur Regnum alicui, aut tali qui non ſolvat debita, habeat Eccleſia terram Laboris, & Rex reſiduum; ita quod Eccleſia liberet Regem a debitis non uſurariis quæ debentur cameræ, debita vero quæ debentur Mercatoribus Rex ſolvat, ſed ad hoc inducias habeat donec adeptus fuerit poſſeſſionem Regni Siciliæ, ut de pecunia interim in Anglia colligenda guerram faciat contra Manfredum; nec tamen teneatur ad debita illa ſolvenda ſub pœnis illis quibus nunc eſt aſtrictus;

A.D. 1257.

Vel, ſi Eccleſia non vult hoc facere, fiat compoſitio, ut deinceps occaſione iſtius negotii Dominus Rex, hæredeſque ſui & Regnum Angliæ in nullo teneantur, ſed penitus ab obligationibus & pœnis ſint liberi & immunes, & gratiæ Domino Regi, conceſſæ ad proſecutionem voti ſui ultra mare, in ſua remaneant firmitate: Sive, ſi proficiſcatur ultra mare, ſive non.

Sed melius videtur, antequam iſta ultima via fiat, quod Dominus Rex ſcribat Domino Papæ & fratribus, ſignificando eis qualiter iſtud negotium ex devotione ſuſcepit, & quomodo ſemper fervens fuit ad negotium proſequendum, ſed multa impedimenta habuit ex parte illa, & ex parte iſta.

Nam quando iſta gratia ſibi facta fuit, totum Regnum fere ab Eccleſia tenebatur, & poſtea ſine culpa ipſius eſt amiſſum:

Ex parte iſta, quia habuit guerram in Waſconia, & nunc de novo Wallenſes contra ipſum rebellare cœperunt.

Exponatque eis qualiter de novo ordinavit ut, de bonis ſuis, ad iſtius negotii conſummationem, pecunia habeatur, & quomodo gravat ſe pro iſto negotio, componendo cum Rege Franciæ; &, intellecta veritate ſuper poteſtate ipſius Regis, ſupponat totum negotium principale ordinationi & voluntati Domini Papæ, & Cardinalium, ut ipſi de negotio ordinent & diſponant ſicut ad honorem Dei, & Eccleſiæ Romanæ, ipſius Regis, & Domini Edmundi, quem in pleriſque literis Regem Siciliæ vocaverunt, viderint expedire.

Ex hoc enim forte Eccleſia, honori ſuo & ipſius Regis volens conſulere, tractabit cum Domino Rege Alemanniæ de aliquo ſubſidio ſibi & Domino Edmundo præſtando; vel detur poteſtas illis, qui ibunt ad Curiam, componendi cum Eccleſia de Conſilio venerabilium Patrum Dominorum Hugonis, Petri Capucii, & Ottoboni Cardinalium.

A.D.1257. Hen. 3. *Iſtam Chartam petunt Nuncii ſigillari ſigillis Dominorum Regis, Edwardi & Edmundi.*

Memorandum, quod hæc omnia, ſcripta ſuperius, irrotulata de facto Siciliæ, & ordinata per Magiſtrum Ruſtandum, cum viginti cedulis albis & vacuis, ſigillo Regis ſigillatis; & octo cedulis vacuis, ſigillo Domini Edwardi ſigillatis; & decem cedulis vacuis, bulla aurea bullatis, ſub nomine Domini Edmundi filii Regis, tradita fuerunt Artaldo de ſancto Romano, ad portandum Pariſiis Domino Comiti Leyceſtriæ, & Domino P. de Sabaudia, quos Rex diſpoſuit mittere ad Curiam Romanam pro facto Regni Siciliæ; A.D.1257. Hen. 3.

Ita ſcilicet, quod prædicti Comes & Petrus de ſcriptis illis, & cedulis vacuis prædictis, ſi ad Curiam Romanam accedant, ordinent & diſponant, prout honori Regis & utilitati negotii Siciliæ viderint expedire; ſi autem prædicti Comes & Petrus ad Curiam Romanam ire noluerint, omnes prædictæ cedulæ vacuæ dampnentur, & Regi in Angliam tranſmittantur, prout in literis inferius irrotulatis, quas Rex per prædictum Artaldum miſit prædictis Comiti & Petro, plenius continetur.

De Nunciis ad Romanam Curiam ſuper negotio Siciliæ mittendis.

A.D.1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. n. 8. in Schedula.

Rex Simoni de Monte-forti, & Petro de Sabaudia, ſalutem.

Licet diligenter inſtiterimus pro Magiſtris N. de Plimpton, & Johanne Clarel, vobiſcum mittendis ad Curiam Romanam, neutrum tamen ipſorum, ſeu alium Clericum idoneum potuimus optinere;

Unde, per dilectum Clericum noſtrum, Artaldum de Sancto Romano, diverſa paria litterarum patentium, ex ordinatione Magiſtri Roſtandi confecta, Domino Papæ, & Cardinalibus ſimiliter univerſis directarum, tàm ſuper melioratione conditionum facti Siciliæ, quàm ſuper renunciatione ejuſdem Regni, ex parte noſtra & Edmundi filii noſtri facienda, vobis mittimus, unà cum quadam proviſione, ſigillo noſtro ſignata, quam idem Magiſter ſuper diverſis articulis ordinavit, quibus omnibus inſpectis & diligenter intellectis, communicato etiam conſilio Epiſcopi Wigornienſis, prædicti Magiſtri, & aliorum de conſilio noſtro apud vos exiſtentium, faciatis ſuper hiis prout honori, & utilitari noſtræ, & hujus negotii expeditioni videritis melius expedire; quia hæc omnia veſtræ diſcretioni totaliter committimus.

Ad hæc mittimus vobis viginti cedulas albas & vacuas, ſigillo noſtro ſignatas; & octo paria cedularum albarum, ſigillo Edwardi filii noſtri ſignatarum; unà cum decem albis cartis vacuis auro bullatis, ſub nomine Edmundi filii noſtri, ſicut nuper, vobis præſentibus, fuit proviſum;

A.D. 1257. Quas omnes cedulas prædictas, ſi perſonaliter ad Curiam iveritis, quod petimus modis omnibus, pro munere ſpeciali, vobiſcum deferatis; alioquin, quod abſit, prædictas cedulas dampnatas nobis remittatis, niſi forte aliquas pro novis procuratoriis faciendis retinueritis, quas in præſentia veſtra ſtatim conſcribi faciatis, prout videritis melius expedire.

Cæterum jam optinuimus, licet cum magna difficultate, quod Epiſcopus Bathonienſis conceſſit ire ad Curiam Romanam pro negotio prædicto, quem ad vos in Franciam deſtinamus.

Super præmiſſis omnibus & aliis nobis voluntatem veſtram ſignificetis.

Teſte meipſo apud Rading. 28 die Junii, anno Regni noſtri 41.

Memorandum quod privilegium Domini Innocentii Papæ quarti de dono, quod fecit Domino Edmundo filio Regis Angliæ de Regno Siciliæ, tranſmiſſum fuit per Alexandrum de Valeines, Clericum Cancellariæ, Magiſtro Roſtando, & Artaldo de Sancto Romano, deferendum Simoni de Monte-forti Comiti Leiceſtriæ, & Petro de Sabaudia, prout prædicti Petrus, & Ruſtandus conſuluerunt; ita quod, ſi prædicti Comes Leiceſtriæ, & Petrus de Sabaudia adeant perſonaliter Curiam Romanam, pro facto Siciliæ, ſicut Rex injunxit, tunc prædictum privilegium ſecum deferant; &, ſi non eant perſonaliter, tunc privilegium illud remittatur Regi per Artaldum de Sancto Romano.

De Privilegio Conceſſionis Regni Siciliæ mittendo Nunciis ad Romanam Curiam ituris.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. n. 8. *in Schedula d.*

REX Magiſtro Roſtando, & Arthaldo de Sancto Romano ſalutem.

Mittimus vobis, per Alexandrum de Valeynes Clericum Cancellariæ noſtræ, privilegium Domini Innocentii Papæ quarti, de Dono, quod fecit nobis & Edmundo filio noſtro de Regno Siciliæ, ſicut Petrus de Sabaudia, & vos, Magiſter Roſtande, conſuluiſtis, deferendum Simoni de Monteforti Comiti Leiceſtriæ & prædicto Petro.

Ita quod, ſi iidem Comes Leiceſtriæ, & Petrus de Sabaudia, perſonaliter adeant Curiam Romanam, pro facto Siciliæ, ſicut nuper eis injunximus, tunc prædictum privilegium prædictis Comiti & Petro liberetis, ſecum ad Curiam deferendum.

A.D. 1257.

Si vero perſonaliter non eant ad Curiam, tunc vos, Artalde, privilegium illud nobis ſalvo reportetis.

Teſte Rege apud Wudeſtoke, 5 die Julii, anno Regni noſtri 41.

Eodem modo hoc idem mandatum eſt prædicto Arthaldo per ſe, ut prædictum privilegium recipiat a prædicto Roſtando, & illud tradat prædictis Comiti, & Petro, ſi procedant ad Curiam; alioquin illud privilegium Regi reportet, ſicut prædictum eſt.

Teſte ut ſupra.

Adhuc de Regno Siciliæ.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. n. 8.

DOmino Papæ Rex Angliæ, &c. ſalutem cum reverentia & honore.

Noverit Sancta Paternitas veſtra quod nos conſtituimus & ordinamus dilectum Clericum noſtrum Magiſtrum Nicholaum de Plimpton, Subdiaconum & Capellanum veſtrum, Procuratorem noſtrum ad impetrandum in Curia veſtra, dum præſens fuerit, litteras tam juſtitiam quam gratiam continentes; ad proponendum etiam & contradicendum coram vobis pro loco & tempore contra quoſcumque adverſarios noſtros, ſeu juri, vel dignitati noſtræ detrahentes, nomine noſtro quandocumque ſeu quotienſcumque ſibi viſum fuerit expedire:

A.D. 1257.

Ratum habituri & firmum quicquid per ipſum ſuper præmiſſis factum fuerit, ſeu etiam procuratum.

Nolumus tamen quod, per præſens mandatum, intelligatur aliquid aliud, aliis Procuratoribus noſtris datum, in aliquo revocatum, ſed quod unus inceperit, alter perficere poſſit & procurare.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Rege apud Wodeſtoke, 8 die Julii, anno 41.

De Privilegio Conceſſionis Siciliæ per Magiſtrum Roſtandum recepto.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. m. 6. d.

EXcellentiſſimo Domino ſuo Henrico, Dei gratia, Regi Angliæ, &c. Magiſter Roſtandus, &c. ſalutem.

Veſtra noverit Celſitudo quod, cum Dominus Artandus de Sancto Romano transfretaſſet die Sabati poſt Octabas Apoſtolorum Petri & Pauli, Alexandro de Valen. ad nos propter hoc accedente, privilegium ſuper conceſſione Regni Siciliæ recepimus ab eodem, & de ea faciemus prout veſtra Celſitudo mandavit.

A.D. 1257.

Valeat Excellentia veſtra per tempora longiora.

Data apud Roff. dicta die Sabati.

Iſta littera tradita fuit Petro de Winton. Clerico Garderobæ Regis cuſtodienda.

De exercitu Regis ſummonito.

A.D. 1257. An. 41. H. 3.

Clauſ. 41. H. 3. m. 6. d.

REX Willielmo de Fortibus ſalutem.

Cum vos, ſicut & alios tenentes de nobis, qui ſervitium nobis debent, ſummoneri fecerimus quod eſſetis ad nos apud Ceſtriam in feſto Sancti Petri ad vincula proximo futuro, ad eundum exinde nobiſcum in Walliam, in ſuccurſum terræ illius contra Lewelinum filium Griffini, & fautores ſuos inimicos noſtros; & jam de Concilio noſtro ſit proviſum quod exercitus noſter dividatur, ita quod quædam pars exercitûs illius eat uſque Ceſtriam ad prædictum diem, & alia pars verſus partes Sutwalliæ ad gravandum præfatos inimicos noſtros;

Vobis mandamus quod, ſub debito fidelitatis & homagii, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, necnon ſub confidentia, quam de veſtra gerimus dilectione, attente rogantes quatinus, ſicut nos & honorem noſtrum, necnon & terras & tenementa, quæ de nobis tenetis, diligitis, nullatenus omittatis quin ſitis apud Briſtoll. in Octabis prædicti feſti Sancti Pauli, ſine ulteriore dilatione, cum equis & armis, & toto ſervitio, quod nobis debetis, prompti & parati exinde nobiſcum, vel cum ipſo, quem capitaneum exercitus noſtri in partibus illis conſtituerimus, ire in expeditionem in ſuccurſum terræ prædictæ contra prædictos inimicos noſtros, prout nos, vel idem Capitaneus vobis injunxerit ex parte noſtra; & ita vos habeatis in hac parte quod fidelitatem & dilectionem veſtram meritò commendare debeamus.

A.D. 1257.

Teſte Rege apud Wodeſtoke, 18 die Julii.

Eodem modo mandatum eſt,

Rogero de Mohun, ſe quarto, Somerſ.
Henrico de Tracy, ſe tertio, Devon.
Johanni de Cortenay, ſe tertio, Devon.
Philippo de Columbariis, ſe altero, Somerſ.
Roberto de Bello campo, ſe tertio, Somerſ.
Rad. de Gorges, ſe tertio, Dorſ. Somerſ.
Henrico Percy, ſe quarto Eborum.
Johanni Louel, ſe altero.
Nicholao de Crioll, ſe tertio, Kant.
Nicholao Peyn, ſe altero Glouceſtr.
Johanni de Crioll, ſe altero Kant.
Petro de Nevyle, Rotel.
Rogero de Aubemarle, ſe ſolo Devon.
Johanni de Muſcegros, pro duobus Militibus, Glouceſtr.
Johanni Giffard, pro duobus, Glouceſtr.
Adam le Deſpenſer, pro duobus Militibus, Glouceſtr.
Hugoni de Nevyle, pro duobus Militibus, Somerſ.
Johanni de Baln. ſe altero, ibid.
Willielmo de Reyny, ſe ſolo Devon.
Willielmo Bluet, ſe ſolo Glouceſtr.
Henrico de Novo Burgo, ſe ſolo Dorſ.
Willielmo de Kaynes, ſe altero Dorſ.
Roberto filio Pagani, ſe altero Devon.
Rogero de Somery, ſe quinto Staff.
Roberto de Brus, ſe quarto Eſſex.
Jordano de Sakevyle, ſe ſolo Oxon.
Aluredo de Lincoln. ſe altero Somerſ.
Galfrido de Maundevyle, ſe altero Somerſ.
Galfrido de Dynant, ſe altero Devon.
Baro de Vala Torta, ſe altero Devon.
Hugoni Peverell de Saunford, ſe altero.
Roberto de Gornay, ſe altero Glouceſtr.
Johanni filio Mathei, ſe altero Devon.
Franco de Bohun, ſe tertio Suff.
Willielmo Mareſcallo, ſe altero.
Henrico Erle, ſe altero Dorſ.
Alard. le Flemyng, ſe ſolo Glouc.
Radulfo Ruſſel, ſe ſolo Somerſ.
Willielmo de Bello campo de Elmel. ſe tertio Wigorn.
Nicholao filio Reyeri, ſe ſolo.
Petro Achard, ſe ſolo Berk.
Rogero de Pauyly, ſe ſolo Wilts.
Willielmo Maudat de Warminſtr. ſe ſolo Wilt.
Willielmo de Haſting de Eton. ſe altero Oxon.
Johanni de Averanges, ſe ſolo Oxon.
Radulfo Muſard, ſe altero Berk.
Almaricus de Sancto Amando pro duobus Militibus Oxon.
Willielmo de Fortibus, ſe tertio Oxon.
Hugoni de Vivon ſe altero Oxon.
Willielmo de Monte-Acuto, pro uno Milite Somerſ.

De Summonitione Epiſcoporum pro Exercitu contra Wallenſes.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Clauſ. 41. H. 3. m. 6. d.

REX H. Linc. Epiſcopo ſalutem.

Cùm pro exercitu noſtro, cum quo tendimus ad partes Ceſtriæ, contra Wallenſes inimicos noſtros, vos & omnes alios Prælatos & Magnates Regni noſtri fecerimus ſummoneri, ad eundum nobiſcum cum toto ſervitio ſuo, nobis debito, pro defenſione terræ noſtræ contra prædictos Wallenſes:

Et Archiepiſcopus Cantuarienſis quandam Convocationem Epiſcoporum fieri fecerit London. in Octabis Aſſumptionis beatæ Mariæ, ut audivimus:

Quæ quidem Convocatio, aut alii tractatus, vel Concilia, nobis exiſtentibus & agentibus in exercitu noſtro, fieri non debent, eo quod ſinguli, tam Prælati, quàm alii, in propriis Perſonis venire debeant ad defenſionem Coronæ & Regni noſtri; & per abſentiam eorundem grave nobis & terræ noſtræ periculum poſſet imminere;

Inhibuimus diſtricte præfato Archiepiſcopo, ne dictam Convocationem faciat, ſed Convocationem illam, dum fuerimus in exercitu noſtro, penitus revocet, & ſuſpendat;

A.D. 1257.

Unde, ſub debito fidelitatis, qua nobis tenemini, & foriſfactura omnium terrarum & tenementorum, quæ in Regno noſtro tenetis, vobis diſtricte prohibemus, ne ad Convocationem hujuſmodi, dum fuerimus in exercitu noſtro, accedere præſumatis; ſed ad nos verſus Walliam pro defenſione noſtra & terræ noſtræ, contra prædictos Wallenſes, ſine moræ diſpendio veniatis, ſervitium veſtrum nobis debitum perſonaliter impenſuri; ne, pro defectu veſtri, exhæredationem perpetuam patiamur.

Teſte meipſo apud Wodeſt. 19 die Julii.

Eodem modo mandatum eſt aliis Epiſcopis, Cantuar. Provinciæ, in Anglia exiſtentibus.

Et mandatum eſt Officialibus Epiſcoporum ejuſdem Provinciæ, agentium in partibus tranſmarinis, quod ad Convocationem prædictam non accedant; ſed, ſub amiſſione omnium terrarum Dominorum ſuorum, mittant Regi ſervitia, quæ Domino ſuo Regi debent.

De Elya Epiſcopo Judæo abjudicato & depoſito.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. n. 6.

REX omnibus, &c.

Cùm Elyas Epiſcopus Judæorum London. pro tranſgreſſione, quam fecit tàm nobis, quàm dilecto fratri noſtro Regi Alemanniæ, à Sacerdotio Communitatis Judæorum Angliæ, coram dilectis & fidelibus noſtris Philippo Baſſet, Philippo Luvel, Henrico de Bathon. Simone Pateſhul & cæteris Juſticiariis, ad cuſtodiam Judæorum aſſignatis, quos ad tranſgreſſionem illam convincendam Juſticiarios noſtros aſſignavimus, per judicium eorumdem ad Scaccarium noſtrum fuerit abjudicatus, & de ejuſdem Sacerdotii officio, & etiam de omnimodis aliis officiis, & Ballivis, quas à nobis prius optinuit, ſit depoſitus;

Nos, de conſilio eorumdem Juſticiariorum, conceſſimus prædictæ Communitati Judæorum noſtrorum Angliæ, per finem trium Marcarum auri, quem Creſſe & Haginus frater ejuſdem Judæi nobis pro eadem Communitate fecerunt, quod prædictus Elyas Sacerdotium illud nunquam impoſterum habeat & recuperet, & quod nullus, de Communitate illa, de cætero ſit Sacerdos, niſi per communem electionem Communitatis ejuſdem: A.D. 1257.

Et quod illa Communitas, poſt deceſſum cujuſlibet Sacerdotis, ſic electi, alium eligendi, quemcumque voluerit, Sacerdotem, liberam habeat facultatem, ac ipſum nobis præſentandi, ut noſtrum ſuper hoc aſſenſum optineat & favorem.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wodeſtoke, 20 die Julii.

De diſcordiis terminandis inter Regem Scotiæ & quoſdam Magnates Regni ſui.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Pat. 41. H. 3. n. 5.

REX omnibus, &c.

Cum pro terminandis & Sedandis contentionibus, inter dilectum filium & fidelem noſtrum Alexandrum Regem Scotiæ, & quoſdam Magnates Regni ſui ſubortis, venerabiles Patres S. Archiepiſcopum Eborum, & W. Epiſcopum Dunelmenſem, necnon & dilectos & fideles noſtros R. de Quincy Comitem Wintonienſem, B. Priorem Dunelmenſem, Johannem Maunſell Præpoſitum Beverlaci, Gilbertum de Preſton, & Willielmum Latemer, ad partes Scotiæ ad diem, inter Regem ipſum & dictos Magnates ejuſdem apud Stryvelyn, in quindena Aſſumptionis beatæ Mariæ, præfixum, duxerimus tranſmittendos; A.D. 1257.

Nos gratum habebimus & firmum quicquid dicti fideles noſtri, aut eorum aliqui, quos adeſſe contigerit, vice noſtra, unà cum conſilio præfati Regis Scotiæ, ad honorem noſtrum & Regis memorati, ſuper præmiſſis, duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wodeſtok, 20 die Julii.

Litteræ diffinitivæ ſuper quæſtione de Eccleſia de Bixle.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Ex Tranſcrip. authent.

STephanus, miſeratione Divina, Epiſcopus Peneſtrinus, Univerſis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in Domino.

Noveritis quod olim, in cauſa, quæ inter Priorem & Conventum Monaſterii Sanctæ Trinitatis Londonien. ordinis Sancti Auguſtini ex parte una, & Archiepiſcopum Cantuarienſem, ac Magiſtrum Guillielmum tunc ſimplicem Clericum, nunc Papienſem Epiſcopum ex altera vertebatur, ſuper eo quod idem Archiepiſcopus dictos Priorem & Conventum Eccleſia de Bixle Roffenſ. Dioc. quam a tempore, cujus non extat memoria, ex conceſſionibus & collationibus quorundam Archiepiſcoporum Prædeceſſorum ipſius, qui in Eccleſia Cantuar. pro tempore fuerunt, Capituli Cantuarien. & loci Dioceſani accedente conſenſu, in perpetuam elemoſinam & uſus proprios, prout in Prædeceſſorum ipſorum litteris, confectis exinde, dicitur plenius contineri, obtinuerunt, contra Juſtitiam ſpolians, eam dicto Magiſtro de facto, cum de jure nequierit, contulerat,

Felicis recordationis Dominus Innocentius Papa quartus Magiſtrum Raynerium de Viterbio Capellanum ſuum partibus deputavit Auditorem,

Qui priorem & Conventum præfatos, cauſa Cuſtodiæ in poſſeſſionem Eccleſiæ ſupradictæ inducendos eſſe decrevit, propter ipſius Magiſtri contumaciam manifeſtam;

Poſtmodum vero Dominus Alexander, Papa quartus, Venerabili Patri, Epiſcopo, & diſcreto viro Officiali London. ſuis dicitur dediſſe litteris in mandatis, ut præfatos Priorem & Conventum, vel ipſorum Procuratorem, eorum nomine, in ipſius Eccleſiæ corporalem poſſeſſionem, auctoritate litterarum hujuſmodi, per ſe, vel alios, inducere procurarent; Contradictores, &c. prout in ipſis litteris dicitur plenius contineri: A.D. 1257.

Et, licet ipſi Prior & Conventus, per Epiſcopum & Officialem præfatos, in dictæ Eccleſiæ poſſeſſionem inducti corporalem, eam poſtmodum aliquandiu pacifice poſſiderent,

Tandem, Magiſtro Guillielmo eodem in Epiſcopum Papienſem aſſumpto, vir venerabilis Magiſter Jordanus, Domini Papæ Subdiaconus & Notarius, de ejuſdem Domini ſpeciali licentia & mandato, viva voce ſibi facta, præfatam Eccleſiam, per promotionem dicti Electi vacantem, diſcreto viro Oddoni Vicecomiti, ejuſdem Domini Capellano, nomine & vice Ubaldini Clerici, Nepotis Venerabilis viri Domini O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconi Cardinalis, contulit; ipſum Oddonem, nomine ipſius, viz. per ſuum Pileum inveſtiens de eadem, decurſu temporis de conſecrandis Epiſcopis diffinito a Canone non obſtante; venerabili viro Electo Win-

A.D. 1257.
Hen. 3.

ton. eidem viz. ſuper dicta Eccleſia Executore conceſſo, qui Procuratorem ejuſdem in ipſius Eccleſiæ poſſeſſionem induxit, ſeu mandavit induci.

Cumque poſtmodum inter ipſos Priorem & Conventum ex parte una, & præfatum Ubaldinum ex altera, orta materia quæſtionis, ad Sedem Apoſtolicam per appellationem delata fuiſſet, demum nos, quem Dominus Papa, in cauſa hujuſmodi, partibus conceſſit auditorem, de ſpeciali mandato ipſius, nobis viva voce facto, fratre Radulpho Canonico & Procuratore Monaſterii prædicti, & Ferrarino Canonico Ferrarien. Procuratore dicti Ubaldini, in noſtra præſentia conſtitutis, & de communi conſenſu & voluntate ipſorum, ſententialiter pronunciantes, eidem Ubaldino ſuper ipſa Eccleſia de Bixle perpetuum ſilentium imponimus.

Statuimus etiam, ordinamus, atque decernimus ut collationibus Magiſtro Guillielmo & Ubaldino præfatis, & quibuſcunque aliis, Apoſtolica vel cujuſcumque auctoritate, de prædicta Eccleſia de Bixle, cum juribus & pertinentiis ſuis factis, vel in poſterum faciendis, quas ex nunc decernimus caſſas, irritas & inanes, & quicquid ſecutum eſt ex eis, vel ob ipſas nequaquam obſtantibus, eo quod Eccleſia ipſa tunc temporis non vacabat, utpote in uſus proprios jam dicto Monaſterio conceſſa, dictus Ubald. dimittat de cætero præfatam Eccleſiam de Bixle, cum ſuis juribus & pertinentiis prædictis, Priori & Conventui liberam & quietam; & quod tandiu Prior & Conventus prædicti ipſi Ubald. viginti & quinque Marcar. ſterlingorum, in Feſto Sancti Michaelis Londoniis, exhibeant annuam penſionem, donec dictus Prior in Regno Angliæ in locis, quibus viderit expedire, jam dicto Ubaldino de Eccleſiaſtico Beneficio, Præbenda, perſonatu, vel dignitate, cum Cura, vel ſine Cura, ad cujuſcunque Collationem ſpectante, quod ſexaginta Marcas ſterlingorum ad minus valeat annuatim, per litteras Apoſtolicas, quas idem Ubald. ad Priorem impetrabit eundem per ſe, vel per alium, ſeu alios, duxerit providendum;

A.D. 1257.
Hen. 3.

Et dictus Ubaldinus vel ejus procurator ſuo nomine hujuſmodi Beneficii poſſeſſionem pacificam atque corporalem habuerit, & fructus pacifice perceperit de eodem; ac dicto Ubald. hujuſmodi Proviſionem adepto, iidem Prior & Conventus ad ſolutionem penſionis ejuſdem nullatenus teneantur, nec dictus Ubald. ipſam exigat ab eiſdem, & de ipſius Domini Papæ ſpeciali mandato ſupplentes, ſi quis in conceſſionibus collationibus & confirmationibus memoratis Archiepiſcoporum, Capituli, & loci Dioceſani prædictorum habitus eſt defectus: inhibemus quod eadem Eccleſia de Bixle nulli, cujuſquam auctoritate, de cætero conferatur, ſed ipſa in perpetuum in proprios uſus Prioris & Conventus ipſorum liberè, cum juribus & pertinentiis ſuis, remaneat & quiete, alicujus ſeu aliquorum contradictione nequaquam obſtante.

In cujus rei teſtimonium præſentes litteras Sigilli noſtri munimine fecimus roborari. Lata & recitata fuerunt prædicta Viterbii, ſub anno Domini 1257. Pontificatûs Domini Alexan. Papæ quarti anno tertio, 15 Indict. die nona Septembris exeuntis.

Preſentibus,

Magiſtro Uberto de Coconato,
Magiſtro Roberto de Scotia, Domini Papæ Capellanis,
Magiſtro Johanne Romanucii, Domini Papæ Scriptore,
Magiſtro Adulfo, Canonico Pruiven.
Magiſtro Georgio, Canonico Strigonien.

Et aliis pluribus teſtibus de hiis rogatis & vocatis.

Ego Berardus de Inſula, Romanæ Apoſtol. ac Sacroſanctæ ſedis auctoritate Notarius, prædictorum prolationi interfui ut ſupra legitur; & de mandato prædicti Domini Peneſtr. Epiſcopi, ſcripſi, & rogatus fideliter publicavi.

Litera Regi Hiſpaniæ excuſatoria de Nunciis in partibus tranſmarinis ægrotantibus.

A.D. 1257.
An. 41. *H.* 3.
Clauſ. 41. *H.* 3. *m.* 3. *d.*

REX Angliæ Regi Hyſpaniæ ſalutem.

Cum, poſt receſſum Jahenn. Epiſcopi, Serenitatis veſtræ Nuncii, & Prioris de Cornelian, Nuncii Regis Arragoniæ, ad nos à veſtris & ipſius Regis lateribus deſtinatorum, tranſmiſerimus verſus eos circiter feſtum Sancti Petri ad vincula proximo præteritum ſolempnes & diſcretos Nuncios noſtros ad

A.D. 1257.

A.D. 1257. Hen. 3.

ad exponendum vobis plenius voluntatem noſtram, tàm ſuper facto Vaſconiæ, quam aliis nobis, per dictos Epiſcopum, & Priorem, ex veſtrâ & dicti Domini Regis parte expoſitis, ſicut vobis per eundem Epiſcopum litteratoriè ſignificavimus.

Et iidem Nuncii noſtri, cum proficiſcerentur verſus eos, per Dietas ſuas, in partibus tranſmarinis, tanta ægritudine corporali infeſtarentur, quod à loco, quo infirmantur, hac vel illac recedere non poſſunt; nec de eorum convaleſcentia aliqua ſpes habetur, ſicut nobis ſignificaverint.

Ac nos, cum infirmitatem ſuam & impedimentum negotii noſtri ſibi injuncti, nobis per Nuncios & litteras nunciarent in feſto Nativitatis beatæ Mariæ proximo præterito, fuerimus in expeditione in Wallia (quæ eſt in remotioribus finibus Regni noſtri) contra Wallenſes, rebelles noſtros: Per quod non potuimus, ante quindenam Sancti Michaelis proximo futuram (quia nos & conſiliarii noſtri, quos ad diem illum propter hæc convocavimus, conventuri ſumus London.) de aliis ſolempnibus & diſcretis Nunciis, ad ſublimitatis veſtræ præſentiam in nuncium prædictum deſtinandis, providere; Serenitatem veſtram affectuoſe rogamus quatinus nos, ſuper impedimento Nunciorum prædictorum, & quod ipſi ad veſtram præſentiam adeo celeriter, ut credebamus, accedere nequiverunt, excuſatos habere velitis; cum hujuſmodi retardatio aut impedimentum nobis nullo modo, ſet ſolummodo divinæ voluntati poſſit imputari.

A.D. 1257. Hen. 3.

Nos enim in prædicta quindena Sancti Michaelis de conſilio noſtro, Deo volente, providebimus alios ſolempnes & diſcretos Nuncios, ad vos in Nuncium prædictum, de die in diem cum celeritate, qua fieri poterit, tranſmittendos, ad exponendum vobis plene voluntatem noſtram ſuper præmiſſis; cupientes veſtræ, in quibuſcunque poſſumus, condeſcendere voluntati, & conventiones, inter vos & nos dudum habitas, inviolabiliter, ut debemus, obſervare.

Nos autem, & Regina noſtra, & Edwardus filius noſter, & conſors ſua, ſoror veſtra, & liberi noſtri corporea ſanitate vigemus; quod de vobis, & Regina veſtra, & liberis veſtris, ſcire totis affectibus deſideramus; rogantes quatenus ſtatum veſtrum, una cum veſtræ beneplacito voluntatis, nobis reſcribatis.

Teſte meipſo apud Diſſard in Caſtris, 11 die Septembris.

Iſta littera duplicata fuit & miſſa Regi Hyſpaniæ per Robertum de la Barre & Hugonem de Pageham die Mercurii proximo ante feſtum Sancti Mathæi Apoſtoli.

Poſtea Proviſum fuit iſtud breve retineri, & ſub alia forma mitti prout patet inferius.

Litera directa Regi Caſtellæ ejuſdem fere cum priore Formæ.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Ibidem.

Regi Caſtellæ Rex Angliæ ſalutem.

Cum pridem dilectos noſtros, Abbatem Salop. & Johannem de Somerkot Clericum noſtrum familiarem, pro complendis negotiis, nos ad invicem, ſicut noſtis, contingentibus, ad vos in Hiſpaniam direxerimus, & ſperaremus firmiter quod expedite & ſine interruptione aliqua in itinere ſuo procederent,

Ecce! novercante fortunâ, nobis de partibus Walliæ revertentibus occurrerunt quidam Nuncii, ex parte dicti Abbatis, nobis intimantes ipſum, in partibus Franciæ, tanta eſſe corporis infirmitate detentum, quod nulla prorſus ratione ulterius progredi valebat; & quod grave ferimus & moleſtum, impedimentum hujuſmodi, ſub ſpe convaleſcentiæ, nobis inſinuare diutiſſime diſtulerunt.

A.D. 1257.

Quapropter Serenitatem veſtram attentius deprecamur quatinus nos & præfatos Nuncios noſtros, occaſione hujuſmodi, præpeditos, habere dignemini excuſatos; præſertim cum iidem Nuncii, ſi dictus Abbas in proximo convaluerit, ad vos ſint directe progreſſuri; aut alios ſolempnes Nuncios, in loco ipſorum, ea qua fieri poterit maturitate, ad veſtræ Celſitudinis præſentiam tranſmittemus.

Et in hac littera mandatur & ſtatus Regis & Reginæ & liberorum ſuorum qui proſperus eſt.

Teſte, &c.

De incendio Colonienſis Eccleſiæ ubi (nominatiſſimi) tres Reges tumulantur.

A.D. 1257.
An. 41. H. 3.
Pat. 41. H. 3. m. 12. d.

CUM Eccleſia Colonienſis, in qua corpora trium Regum beatorum requieſcunt, per incendium inopinabili ac miſerabili caſu ſit conſumpta;

Rex, ad petitionem Conradi Archiepiſcopi Colon. ſcribit Archiepiſcopo Cantuar. & aliis Prælatis, ac fidelibus totius Angliæ, quod Nuncios ipſius Fabricæ, cum pro petendo ſubſidio ad ipſos venerint, benigne recipiant, & quod nullam eis inferant moleſtiam. &c.

De decima pro Rege Angliæ fideliter colligenda, ſub pœna excommunicationis & privationis.

A.D. 1257.
An. 41. H. 3.
Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Saresbirien. & dilectis filiis Priori Sancti Andreæ de Northampton. Lincolnien. Dioc. & Archidiacon. Cantuarien. Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Volumus, &c, ſub pœna excommunicationis, & privationis ab officiis & beneficiis, vobis diſtricte præcipiendo, mandamus quatinus decimam Eccleſiaſticorum proventuum, & quamcumque pecuniam, cariſſimo in Chriſto filio noſtro illuſtri Regi Angliæ, pro executione voti ſui, in terris ejus ab Apoſtolica ſede conceſſam, per vos, vel per alios, fideliter ac ſollicite colligatis, juxta continentiam litterarum ſuper hoc ab eadem ſede, venerabili fratri noſtro Cantuarien. Archiepiſcopo, & dilecto filio Magiſtro Roſtando Capellano noſtro, & quibuſcumque aliis directarum;

Non obſtante contradictione Epiſcoporum, vel aliorum quorumcumque Regni Angliæ, ſeu appellatione ad ſedem ipſam, occaſione hujuſmodi interjectâ; vel quibuſcumque litteris Apoſtolicis impetratis & impetrandis, cujuſvis tenoris fuerint, etiam ſi de ipſis plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum oporteat in præſentibus fieri mentionem.

Quod, ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo vel unus veſtrûm ea nichilominus exequatur.

Dat. Viterbii, quarto Non. Octobr. Pontificatûs noſtri anno tertio.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Bulla de Confirmatione ſententiæ diffinitivæ ſuper Eccleſia de Bixle.

A.D. 1257.
An. 41. H. 3.
Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori & Conventui Monaſterii Sanctæ Trinitatis Londonienſis, ordinis ſancti Auguſtini, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quæ providâ circumſpectione & circumſpectâ providentiâ peraguntur, dignè corroborantur Apoſtolici muniminis firmitate, ut illibata conſiſtant, & habeantur futuris temporibus firmiora.

Dudum ſiquidem inter vos ex parte una; & venerabilem fratrem noſtrum Willielmum Papien. Epiſcopum, tunc ſimplicem Clericum, ſuper Eccleſia de Bixle Roffen. Dioc. ex altera (quam venerabilis frater noſter Cantuar. Archiepiſcopus, ea vos ſpolians minus juſtè (cum ipſam ex quorundam prædeceſſorum ſuorum conceſſione, ac collatione Capituli Cantuar. ac Epiſcopi Roffen. loci Dioceſani accedente conſenſu, in uſus proprios teneretis) præfato Clerico contulerat pro ſuæ libito voluntatis) orta materia quæſtionis, & aliquamdiu agitata,

Tandem Magiſter Raynerius de Viterbio Capellanus noſter (quem, fælicis recordationis Innocentius Papa Prædeceſſor noſter partibus dederat auditorem)

A.D. 1257. Hen. 3.

vos, propter ipſius Clerici contumaciam manifeſtam, decrevit, cauſa cuſtodiæ, inducendos in poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ corporalem; ac poſtmodum, noſtri auctoritate mandati, fuiſtis in hujuſmodi poſſeſſionem inducti.

Demùm vero (præfato Clerico in Epiſcopum Papien. aſſumpto) dilectus filius Magiſter Jordanus, Subdiaconus & Notarius noſter (de ſpeciali mandato noſtro, ore tenus ſibi facto) præfatam Eccleſiam (poſt ipſius Epiſcopi promotionem, ſicut idem aſſerebat, vacantem) dilecto filio Oddoni, dicto Vicecomiti, Capellano noſtro, contulit nomine dilecti filii Ubaldini Clerici, nepotis dilecti filii noſtri O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconi Cardinalis; ipſumque de eadem, dicti Clerici nomine, inveſtivit per ſuum pilleum;

Ac deinde dilectus filius Wintonien. Electus (quem eidem Ubaldino ſuper hoc executorem conceſſimus) procuratorem ipſius induxit in poſſeſſionem ejuſdem Eccleſiæ corporalem.

Cumque, propter hoc, inter vos ex parte una; & dictum Ubaldinum ex altera, quæſtio mota foret, & ad Apoſtolicam ſedem per appellationem delata, venerabilis frater noſter Peneſtrinus Epiſcopus (quem partibus dedimus auditorem) cauſam hujuſmodi de ſpeciali mandato noſtro diffinitivâ ſententiâ terminavit, prout in litteris ipſius Epiſcopi ſuper hoc confectis (quas de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus) pleniùs continetur: Nos igitur, veſtris precibus inclinati, quod ab eodem Epiſcopo ſuper præmiſſis factum eſt gratum & ratum habentes, id auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Tenor autem litterarum ipſarum talis eſt.

STEPHANUS miſeratione divinâ Epiſcopus Peneſtrinus, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Noveritis quod olim in cauſa, quæ inter Priorem & Conventum Monaſterii Sanctæ Trinitatis Londonien. ordinis Sancti Auguſtini ex parte una, &c. *ut in literis ſententiæ diſinitivæ de 9 Septembr. ante.*

Nulli ergo, &c.

Dat. Viterbii, quinto Id. Octobr. Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sigillo avulſo.

Littera compulſiva ſuper penſione danda Ubaldino Romano.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Electo Wintonien. & Magiſtro Alexandro de Ferentin. Canonico Eccleſiæ Sancti Pauli Londonien. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quæ provida circumſpectione, & circumſpecta providentia peraguntur, dignè corroborantur Apoſtolici muniminis firmitate, ut illibata conſiſtant, & habeantur futuris temporibus firmiora.

Dudum igitur inter dilectos filios Priorem & Conventum Monaſterii Sanctæ Trinitatis Londonien. ordinis Sancti Auguſtini, ex parte unâ; & venerabilem fratrem noſtrum Willielmum Epiſcopum Papien. tunc ſimplicem Clericum, ſuper Eccleſiâ de Bixle Roffen. Dioceſis ex alterâ (quam venerabilis frater noſter Cantuarien. Archiepiſcopus, ea dictos Priorem & Conventum ſpolians minus juſte (cum ipſam ex quorundam prædeceſſorum ſuorum conceſſione, ac collatione Capituli Cantuarien. ac Epiſcopi Roffen. loci Dioceſani accedente conſenſu, in uſus proprios tenerent) præfato Clerico contulerat pro ſuæ libito voluntatis) orta materia quæſtionis, & aliquandiu agitata:

A.D. 1257.

Tandem Magiſter Raynerius de Viterbio Capellanus noſter (quem felicis recordationis Innocentius Papa prædeceſſor noſter partibus dederat auditorem) ipſos Priorem & Conventum, propter ipſius Clerici contumaciam manifeſtam, decrevit, cauſa cuſtodiæ, inducendos in poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ corporalem; & poſtmodum, noſtri auctoritate mandati, dicti Prior & Conventus fuerunt in hujuſmodi poſſeſſionem inducti.

Demum vero (præfato Clerico in Epiſcopum Papien. aſſumpto) dilectus filius Magiſter Jordanus, Subdiaconus & Notarius noſter (de ſpeciali mandato noſtro, ore tenus ſibi facto) præfatam Eccleſiam (per ipſius Epiſcopi promotionem, ſicut idem aſſerebat, vacantem) dilecto filio Oddoni, dicto Vicecomiti, Capellano noſtro, contulit nomine dilecti filii Ubaldini Clerici, nepotis dilecti filii noſtri O. Sanctæ Mariæ in via lata Diacon. Cardinalis; ipſumque de eadem, dicti Clerici nomine, per ſuum pilleum inveſtivit;

Ac deinde tu, fili Wintonien. Electe (quem eidem Ubaldino ſuper hoc exe-

A.D. 1257. Hen. 3.

cutorem conceſſimus) Procuratorem ipſius induxiſti in poſſeſſionem ejuſdem Eccleſiæ corporalem:

Cumque propter hoc, inter ipſos Priorem & Conventum ex una parte; & dictum Ubaldinum ex altera, quæſtio mota foret, & ad Apoſtolicam ſedem per appellationem delata, venerabilis frater noſter Epiſcopus Peneſtrinus (quem partibus dedimus auditorem) cauſam hujuſmodi de ſpeciali mandato noſtro diffinitiva ſententia terminans (prout in ipſius, ſuper hoc confectis, litteris continetur plenius) duxit, inter alia, ordinandum ut dicti Prior & Conventus eidem Ubaldino tandiu exhibeant viginti quinque Marcarum annuam penſionem, donec ei præfatus Prior, juxta tenorem litterarum noſtrarum, quas ſibi ſuper hoc ad eundem Priorem concederemus, de Eccleſiaſtico beneficio, præbenda, perſonatu, vel dignitate per ſe, vel per alium duceret providendum.

Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus prædictos Priorem & Conventum, quod eidem Ubaldino exhibeant, juxta prædictarum Peneſtrin. ejuſdem continentiam litterarum, annuatim & integraliter hujuſmodi penſionem, ſubmoto cujuſlibet dilationis & difficultatis diſpendio, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellatis;

Non obſtante aliqua prædictæ ſedis indulgentia, ſub quacumque verborum forma ab eadem ſede cuicumque conceſſa; per quam impediri poſſit effectus præſentium vel differri; & de qua plenam & expreſſam in eis oporteat fieri mentionem; & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Quod, ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrûm ea nichilominus exequatur.

Dat. Viterbii, Id. Octobr. Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sub filo canabi.

Bulla de executione proviſionis pro Stephano de Ponte.

A.D. 1257. *An.* 41. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Magiſtro Roſtanno, Subdiacono & Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Exhibita nobis dilecti filii Stephani de Ponte, Canonici Baſilicæ, Principis Apoſtolorum de Urbe, Rectoris Eccleſiæ de Biſton, Norwic. Dioc. petitio continebat quod, felicis recordationis, Innoc. Papa, prædeceſſor noſter, dudum quondam Magiſtro Berardo de Inſula Scriptori noſtro, & Johanni, Canonico Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Piperno, in Anglia commorantibus primò;

Et poſtmodum Magiſtro Silveſtro Sancti Johannis de Duce Anagnin. moram tunc ibidem trahenti, & quondam Magiſtro Petro de Dopha. Saresbirienſ. Canonicis;

Ac tandem Archidiacono Norwicenſi & Magiſtro Alexandro Canonico Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris de Ferentin. Capellano noſtro tunc in Anglia commoranti,

Super proviſione Stephano facienda de Beneficiis Eccleſiaſticis, uno vel pluribus, quæ, ſecundum communem extimationem Patriæ, quadraginta Marcharum ſummam, ad minus attingerent, ſub certa forma, ſuas litteras deſtinavit:

A.D. 1257.

Et licet iidem Archidiac. & Magiſter A. eodem prædeceſſore vivente, in commiſſo eis negotio procedentes, eidem S. de ſupradicta Eccleſia de Byſton, quæ ſummam non attingit eandem, duxerint providendum, quia tamen ad proviſionem dicti S. finaliter, ſecundum mandatum Apoſtolicum proceſſum non erat;

Nos eidem Archidiac. & dilecto filio Magiſtro Berardo de Ninpha, Capellano noſtro, tunc in Anglia commoranti, direximus ſcripta noſtra ut proviſionem adimplerent eandem, juxta priorum continentiam litterarum.

Unde, cum hujuſmodi proviſio nondum ſit effectum debitum conſecuta, idem S. noſtræ providentiæ remedium imploravit; quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus in executione proviſionis ejuſdem, per te, vel per alium, auctoritate noſtra procedas, ſecundum litterarum continentiam earundem.

Non obſtante conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Dat. Viterbii, Id. Octobr. Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sigillo avulſo.

De Inſula Oleronis non alienanda.

A.D. 1257. An. 42. H. 3. Lib. B. fol. 199. b. penes Camerar. Scaccar.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, dilectis & fidelibus ſuis, Majori & probis hominibus ſuis Inſulæ Oleronis, ſalutem.

De devotione & fidelitate, quam erga nos geſſiſtis & geritis, grates vobis referimus, & vos inde ſpecialiter recommendamus.

Verùm, cum pridem commiſerimus Edwardo, filio noſtro primogenito, dictam Inſulam, cum pertinentiis ad ſuſtentationem ſuam, ita quod eam alicui dare, dimittere, vel alienare non poſſit ſine conſilio noſtro, & Guido de Lezegnan frater noſter, alio modo quàm bono, procuraverit a præfato filio noſtro dictam Inſulam ſibi dari, ad vitam ſuam, per litteras ejuſdem filii noſtri, ſine aſſenſu noſtro; quod donum de conſilio procerum de conſilio noſtro, in irritum revocamus, & pro nullo habemus,

A.D. 1257.

Vobis in fide, qua nobis tenemini, mandamus quod præfato Guidoni in nullo, quod ad prædictam Inſulam pertinet, ſitis intendentes aut reſpondentes, ſet ipſam Inſulam verſus dictum Guidonem & ſuos defendatis, & ei hac parte viriliter reſiſtatis.

Et, ſi neceſſe fuerit, de redditu ejuſdem Inſulæ in defenſione illa ponatis; & nos in proximo mittemus Seneſcallum in Vaſconiam, qui unà vobiſcum, conſilium apponet in præmiſſis.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, 26 die Octobris, anno Regni noſtri quadrageſimo ſecundo.

De pecuniis mutuatis a Mercatoribus Florent. & Senenſ. pro negotio Regni Siciliæ.

A.D. 1257. An. 42. H. 3. Pat. 42. H. 3. m. 3. d.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti, Amen, anno Nativitatis ejuſdem milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, Indictione prima, menſe Novembris die quinto, Pontificatûs Domini Alexandri Papæ Quarti anno tertio.

In præſentia mei Noclerii ſcriniarii, ac teſtium ſubſcriptorum, ad hæc ſpecialiter vocatorum & rogatorum, venerabiles in Chriſto patres, Domini Radulphus Archiepiſcopus Tarantaſ. & Wellenſis & Bathonienſis, & Laurentius Roffenſis Epiſcopi, ac Magiſter Nicholaus de Plumpton, Domini Papæ Capellanus, Archidiaconus Norfolciæ, Nuncii & Procuratores Domini, Dei gratia, Regis Angliæ illuſtris, apud ſedem Apoſtolicam conſtituti,

Habentes a Domino Papa Alexandro quarto poteſtatem & mandatum mutuum contrahendi & expediendi, pro negotiis dicti Domini Regis apud eandem ſedem Apoſtolicam promovendis & expediendis, uſque ad ſummam quingentarum & quadraginta Marcarum, ſterlingorum novorum, & obligandi decimam Eccleſiaſticorum proventuum Regni Angliæ, & aliarum terrarum ſuarum, ac quaſcumque alias obventiones eidem Regi, & Regno & terris eiſdem, pro ſui voti proſecutione, ab Apoſtolica ſede conceſſas, ſicut in ipſius Domini Papæ litteris inde confectis plenius continetur, auctoritate ipſarum litterarum, de conſilio Magiſtri Roſtandi, ipſius Domini Regis Conciliarii, Domini Papæ Capellani, pro ipſius Domini Regis, & Regni Siciliæ, ac defenſionis Civitatis Aquilæ negotiis,

A.D. 1257.

Confeſſi ſunt & recognoverunt ſe mutuo recepiſſe & habuiſſe a Cavaliante de Laſtala, Jacobo Tiberti, & Bartholomæo Guidi, Civibus & Mercatoribus Florent. & Senenſ. mutuantibus & ſolventibus tàm pro ſe, quàm pro Mamecto Spina, Ruſtichello Cambii, Carlino Tiberti, Jacobo Denanzati, Ildebrando Aldebrandi, Remero Bonaccurſi, aliiſque eorum ſociis & concivibus ſuis, quingentas & quadraginta Marcas bonorum novorum & legalium ſterlingorum (treſdecim ſolidis & quatuor ſterlingis pro Marca qualibet computatis) de quibus dicti Procuratores ſe bene quietos & pacatos vocant, exceptioni, non numeratæ, non ſolutæ ſibi pecuniæ omnino renunciando.

Quas prætaxatas quingentas & quadraginta Marcas ſterlingorum ipſis, vel uni eorum, aut ipſorum Nuncio, vel ſocio, præſens publicum inſtrumentum deferenti & reſtituenti, cum litteris Domini

A.D. 1257. *Hen.* 3.

Papæ de mutuo contrahendo, ſummam prædictam continentibus, in Feſto Pentecoſtes proximo futuro London. apud Novum Templum, per legitimam ſtipulationem promiſerunt dicti Procuratores Dominum Regem prædictum plenè ſoluturum & redditurum.

Quod, ſi in dictis loco & termino prædicta pecunia ipſis Mercatoribus, ut dictum eſt, non fuerit integre perſoluta, extunc inantea ſtipulatione prædicta promiſerunt eis, pro dampnorum expenſis & intereſſe, & recompenſatione, perſolvere per ſingulos duos menſes, pro ſingulis decem Marcis prædictis, unam Marcam ipſorum ſterlingorum, & expenſas unius Mercatoris, cum uno equo & uno ſervienti, ubicumque fuerit, —— ad plenam totius dictæ pecuniæ ſolutionem; quam prædictam recompenſationem dampnorum, & expenſas, & intereſſe antedictis Mercatoribus promiſerunt in ſortem dicti debiti nullatenus computare, ac non detinere memoratum debitum, contra ipſorum Mercatorum voluntatem, ſub prætextu recompenſationis prædictæ, ultra terminum prælibatum.

Pro quibus omnibus & ſingulis ſupradictis firmiter obſervandis & plenarie adimplendis, dicti Procuratores præfatum Dominum Regem, & ſucceſſores ſuos, eiſdem Mercatoribus principales conſtituerunt debitores & pacatores, & decimam Eccleſiaſticorum proventuum Regni Angliæ & aliarum terrarum ſuarum, ac quaſcumque alias obventiones eiſdem Regi, & Regno, & terris eiſdem, ab Apoſtolica ſede conceſſas, ſpecialiter obligando,

A.D. 1257. *Hen.* 3.

Renunciaverunt in præſcriptis omnibus dicti Procuratores, ipſius Domini Regis nomine, omni juris & legum auxilio, canonici & civilis, conſuetudini & ſtatuto, privilegio fori & beneficio reſtitutionis in integrum, conſtitutioni de duabus dietis concilii generalis, omnibus Apoſtolicis litteris, indulgentiis, & aliis quibuſcumque a ſede Apoſtolica impetratis, & etiam impetrandis, & omni exceptioni, actioni, defenſioni ac rei, quæ obici poſſet contra hoc inſtrumentum vel factum.

In hujus itaque rei teſtimonium, & evidentiam pleniorem, præſens inſtrumentum dicti Procuratores ſigillis ſuis roborarunt.

Actum Viterbii coram hiis teſtibus, ſcilicet,

Magiſtro Angl. dicto Priore, Domini Papæ Capellano,
Teſte Magiſtro Roſtando, Domini Papæ Capellano,
Teſte Johanne de Aquila,
Teſte Petro Lemoſ. Clerico, &
Nicholao, Nepote dicti Domini Prioris, Teſte.

Signum. Ego Noclerus, auctoritate imperiali Scriniarius prædictis omnibus interfui, & hoc inſtrumentum ſcripſi & complevi rogatus.

Bulla de Proviſione pro Ubaldino, Nepote Octaviani Ubaldini (Florentini) Cardinalis.

A.D. 1257. *An.* 42. *H.* 3. *Ex Autogr.*

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Priori Sanctæ Trinitatis London. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Olim venerabili fratre noſtro Magiſtro Guillielmo Papien. Epiſcopo, tunc Capellano noſtro, ad Eccleſiam Papien. promoto, dilectus filius Magiſter Jordanus Notarius noſter, de noſtro ſpeciali mandato, ore tenus ſibi facto, Eccleſiam de Biſle Roffen. Dioc. (quam idem Epiſcopus dicebatur ſuæ promotionis tempore obtinere; non obſtante quod nondum tempus effluxerat de conſecrandis Epiſcopis a Canone diffinitum) dilecto filio Ubaldino Clerico, nepoti dilecti filii noſtri O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconi Cardinalis contulit, dilectum filium Oddonem Vicecomitem, Capellanum noſtrum, per ſuum pilleum, ipſius Ubaldini nomine, inveſtiens de eadem:

A.D. 1257.

Noſque, quod ab eodem Notario in hac parte factum extitit per noſtras litteras confirmantes, dilectum filium Winton. Electum Executorem ſibi ſuper hoc duximus deputandum, qui Procuratorem ipſius Ubaldini in ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſionem induxit ſeu fecit induci.

Verum poſtmodum te ac fratribus tuis tecum prædictam Eccleſiam de Biſle ex conceſſionibus & collationibus Metrapolitanorum, & Dioceſani loci, & Capituli Cantuarien. ad vos aſſerentibus pertinere, ac in uſus proprios vobis fuiſſe conceſſam, ac ſuper ipſa Eccleſia inter vos ex parte una; & ſæpedictum

A.D. 1257. Hen. 3.

ctum U. ex altera quæſtione ſuborta;

Venerabilis frater noſter S. Peneſtrinus Epiſcopus de noſtro ſpeciali mandato, vivæ vocis oraculo ſibi facto, quæſtionem hujuſmodi concordia terminavit hoc modo,

Ut, viz. tu & fratres ipſi, dictam Eccleſiam in uſus proprios retinentes, præfato U. tamdiu ſolvatis viginti & quinque Marcharum ſterlingorum annuam penſionem, donec tu ſibi de beneficio Eccleſiaſtico, quod annuatim ſexaginta Marchas ſterlingorum ad minimum valeat, vel de præbenda, ſeu perſonatu, vel dignitate, ad cujuſcumque collationem ſpectante, cum curâ, vel ſine curâ, in Regno Angliæ per litteras Apoſtolicas, quas idem U. ad te ſuper hoc impetrabit, duxeris providendum.

Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus, juxta ordinationem hujuſmodi, præfato U. de beneficio Eccleſiaſtico, cum cura, vel ſine cura, præbenda, ſeu perſonatu, vel dignitate, ad cujuſcumque collationem ſpectante, quod, vel quæ ſexaginta Marchas ſterlingorum ad minus valeat annuatim, ſi in Regno prædicto ad præſens vacat, vel quàm primum ad id ſe facultas obtulerit, auctoritate noſtra per te, vel per alium providere procures; faciens eum in Eccleſia, in qua ſibi providendum duxeris, ſi collegiata fuerit, in Canonicum recipi, & in fratrem;

Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; non obſtante contraria conſuetudine, vel ſtatuto de certo Canonicorum numero, juramento, confirmatione ſedis Apoſtolicæ, vel quocunque alio munimine roborato;

A.D. 1257. Hen. 3.

Vel quòd idem alias beneficiatus exiſtat;

Aut ſi direximus in eiſdem Regno vel Eccleſia pro aliis ſcripta noſtra;

Aut ſi ſit ab eadem ſede indultum, vel indulgeri contingat Archiepiſcopis, vel Epiſcopis, aut Abbatibus, vel aliis Prælatis, Capitulis, ſeu Conventibus quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minimè teneantur;

Quodque ad id compelli, ſeu excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non valeant;

Aut quod de beneficiis, vel Præbendis, dignitatibus, vel perſonatibus, ad ipſorum collationem ſeu præſentationem ſpectantibus, per litteras Apoſtolicas, quantumcunque fuerint efficaces, nequeat aliquibus provideri, quæ de indulto hujuſmodi plenam & expreſſam de verbo ad verbum non fecerint mentionem;

Seu qualibet indulgentia ſedis ejuſdem quibuſcumque perſonis vel locis conceſſa, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam non expreſſam, vel totaliter non inſertam, hujuſmodi proviſio & receptio impediri valeat vel differri;

Seu conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Dat. Viterbii, ſeptimo Id. Nov. Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sub filo canabi.

Bulla contra proviſionem ejuſdem Ubaldini.

A.D. 1257. An. 41. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Cantuarien. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Sua nobis dilecti filii Prior & Conventus Eccleſiæ ſanctæ Trinitatis Londonien. petitione monſtrârunt quod, ortâ olim inter ipſos ex parte una; & dilectum filium Ubaldinum Clericum, nepotem dilecti filii noſtri O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconi Cardinalis, ſuper Eccleſia de Bixle Roffen. Diœceſis ex altera, materia quæſtionis, nos venerabilem fratrem noſtrum S. Peneſtrin. Epiſcopum in cauſa hujuſmodi dedimus partibus auditorem; qui de ſpeciali mandato noſtro viva voce facto eidem, dictorum Prioris & Conventus, jure coram eo plenius declarato, cauſam ipſam per diffinitivam ſententiam terminavit;

A.D. 1257.

Ita videlicet quod dicti Prior & Conventus præfatam Eccleſiam cum juribus & pertinentiis ſuis de cætero liberam habeant & quietam, proventus ejuſdem in uſus proprios convertentes, eidem Ubaldino ſuper dicta Eccleſia & pertinentiis ſuis perpetuum ſilentium imponendo.

Quocirca fraternitatem tuam rogamus, monemus, & hortamur attentè, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes quatinus memoratos Priorem & Conventum ſuper præmiſſis nequaquam moleſtes, nec permittas ab aliquibus, quantum in te fuerit moleſtari; quin potius eoſdem pacifica ipſius Eccleſiæ jurium & pertinentiarum ejus facias, juxta officii tui debitum, poſſeſſione gaudere; preces

A.D. 1257. Hen. 3.

& mandatum noſtrum in hac parte taliter impleturus, quod ſæpedicti Prior & Conventus de te materiam non habeant conquerendi, noſque devotionem tuam exinde non immerito commendemus.

Dat. Viterbii, decimo Kal. Decembr. Pontificatûs noſtri anno tertio. A.D. 1257. Hen. 3.

Sub filo canabi.

Super innovatione & reformatione negotii Siciliæ; ubi cautum eſt de fama, & de conſcientia Regis.

A.D. 1257. *An.* 42. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad reformandum negotium Regni Siciliæ, quod tecum & cum cariſſimo in Chriſto filio noſtro, Edmundo nato tuo, Siciliæ Rege illuſtri, Eccleſia Romana ſuſcepit: Et ad reparandum illud in perſecutionis ſtatum, a quo, propter omiſſiones & protractiones diverſas, cadere videbatur, dilectum filium Magiſtrum Arlotum Subdiaconum & Notarium noſtrum, de cujus fide plene confidimus, duximus, de fratrum noſtrorum conſilio, tranſmittendum; conceſſa ſibi expreſſius, ſub certa forma, ſuper reformatione ipſius negotii, uſque ad Kalend. Junii proximas, per alias noſtras literas facultate.

Quoniam autem ante omnia tibi, ad Nunciorum tuorum inſtantiam & aliàs etiam per noſtræ ſollicitudinis ſtudium, ſic duximus providendum, quod tu excommunicationis ſententiam, ſeu aliquas ex pœnis, quæ in privilegio conceſſionis, innovationis, & confirmationis, quas præfato Edmundo ſuper prædicto Regno fecimus, continentur, propter defectus aliquos, a te circa prædictum commiſſos negotium, nullatenus incurriſti, & Regnum tuum non ſubjacet Eccleſiaſtico interdicto; ſuper proviſione hujuſmodi, contra pœnas eaſdem, tibi & Regno ipſi a nobis facta, plene tibi decernimus auctoritate præſentium eſſe cautum, tàm ad conſcientiam, quàm ad famam, ut præſertim maculatus reatu, vel nota perjurii nullatenus cenſearis.

Ut autem ſuper eiſdem pœnis ſic tibi proſpiciatur in poſterum, & prædicti reformationi negotii ſic oportunitas temporis comodetur, quod non contingat illud in grave diſpendium Eccleſiæ, ac ipſius Regni pernitiem protelari, pœnas omnes, in prædicto contentas privilegio, uſque ad prædictas Kal. præſentium auctoritate ſuſpendimus; ita præſertim quod interim, occaſione quorumcunque defectuum, a te in eodem negotio commiſſorum, tu excommunicationis ſententiam, vel reatum, aut notam perjurii non incurras, nec Regnum tuum ſubjaceat Eccleſiaſtico interdicto;

Nec nos prædictas innovationem, conceſſionem, & confirmationem caſſemus, irritemus, aut caſſas vel irritas nuntiemus; nec de ipſo Regno interim aliter quomodolibet diſponamus,

Sed jus, quod præfato Regi Siciliæ ex innovatione, conceſſione, & confirmatione, ſibi ſuper eodem Regno factis a nobis, extitit acquiſitum, eidem, & hæredibus ſuis, uſque tunc ſalvum maneat & illæſum, ſicut erat poſtquam eædem innovatio, conceſſio, & confirmatio fuerunt eidem in memorato privilegio per nos factæ.

Ad cujus ſuſpenſionis irrefragabile teſtimonium præſentes literas fore decernimus efficaces.

Dat. Viterbii, 2 Id. Decembr. Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sub filo canabi.

Bulla recommendatoria pro Rogerio Fymetti de Lentino, & ejus ſequacibus de Regno Siciliæ.

A.D. 1257. *An.* 42. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Virtutum titulis tua decorata ſublimitas ad hoc ſuum affectum direxiſſe diſnoſcitur, ut ubique laudabilis habeatur; patet hoc quod libenter honoras Eccleſiam, & A.D. 1257.

A.D. 1257. Hen. 3.

& perſonas ipſi devotas gratioſo favore proſequeris, & laudibus attollere delectaris.

Sane, inter alios Nobiles Regni Siciliæ, dilectus filius nobilis vir Rogerius Fimetti de Lentino, nobis & Eccleſiæ Romanæ devotus quaſi ſingularis, ad obſequia ſedis Apoſtolicæ totaliter ſe exponens, pro ea expenſarum ſubire onera, diſpendioſos labores, & perſonæ pericula minime formidavit; & ipſum a devotione ſedis ejuſdem nec tribulationes, nec anguſtiæ, neque perſecutiones aliquæ avertere potuerunt;

Sicut enim probatur aurum in fornace, ſic in tribulationum camino, circa negotia dictæ ſedis in Siciliâ, ejuſdem nobilis devota ſinceritas & fidelis devotio eſt probata: Ipſius etiam clara opera adeo claruerunt, quod idem partem devotorum dictæ ſedis (quorum caput & capitaneus erat) contra ejus adverſarios & rebelles in expenſis propriis, juxta poſſe, non ſine multorum conſanguineorum ſuorum ſanguinis effuſione, manutenuit & defendit; ac demum, propter hoc bonis omnibus deſtitutus, extra ſolum proprium cogitur exulare; cum ſuis eligens magis acerbitate, pro fide Eccleſiæ, exaſperari exilii, quàm natalis ſoli, cum ejus rebellibus, dulcedine demulceri: ac inexpertis potius incomodis affici, quàm comodis refici conſuetis.

Dignè igitur pro ipſo, de nobili orto progenie, quem decorat nobilitas, morum præclara inſignit fidelitas, & magnifice opera probitatis extollunt, Celſitudini tuæ poſſumus & debemus porrigere preces noſtras.

Quocirca Serenitatem Regiam rogamus & hortamur attente quatinus, ad præmiſſa reſpectum habens, prædictum nobilem, ad præſentiam tuam accedentem, qui tibi utilis eſſe poteſt ad tuum de prædicto Regno propoſitum obtinendum; per quem etiam, tanquam per rei plenè conſcium, & hominem fide dignum, in facto ipſius Regni & ſpecialiter Siciliæ (in qua multos habet adhuc amicos, conſanguineos, & ſequaces, qui in fide Eccleſiæ eidem, tanquàm capiti, adhæſerunt) plene ac fideliter inſtrui poteris.

Alios etiam nobiles de Siciliâ, ejuſdem conſanguineos & amicos, fideles Romanæ Eccleſiæ ac devotos, qui fuerunt & ſunt ejuſdem Rogerii, in fide & ſervitio ipſius Eccleſiæ, ſectatores; & qui, amiſſis propter hoc ſuis bonis omnibus, extra patriam exulantes, ad tuam Celſitudinem cum eodem accedunt, ut tuum natum in eorum Dominum recognoſcant, ob reverentiam ejuſdem ſedis & noſtram benigne recipias, ac te eis omnibus exhibeas in Regio favore munificum, & in cunctis oportunitatibus gratioſum; ita quod, prædicto nobili, cum prædictis ſuis, gaudente in te, quam ſperat, inveniſſe gratiam & favorem, alii ejus exemplo ad exequendum devote tibi ac fideliter animentur; & nos etiam, qui de impenſo ſibi favore lætitiam ſpecialem concipiemus, circa tuam & tuorum perſonas, oportunis temporibus, affluenter exponere teneamur Apoſtolicæ benignitatis affectum.

Dat. Viterbii, Id. Decembr. Pontificatûs noſtri anno tertio.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Bulla quod Rex revocet proceſſum Juſticiariorum ſuorum contra Archiepiſcopum Armachan.

A.D. 1257. An. 42. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Gloriæ perennis obtentu ad hoc intenta tua debet haberi Sublimitas, ut libertas Eccleſiaſtica vigeat; &, ſi contra illam ab aliquo ſubditorum tuorum temerè quicquam præſumitur, illud tuæ providentiæ ſubſidio corrigatur.

Sane venerabilis frater noſter, A. Archiepiſcopus Armachan. retulit coram nobis quod, cum bonæ memoriæ R. Armachan. Archiepiſcopus, prædeceſſor ipſius, pro Primatia, de quâ cum venerabili fratre noſtro Tuamenſi Archiepiſcopo contendebat, & quibuſdam aliis ſuis, & Eccleſiæ Armach. negotiis, de licentia tua iter arripiens ad ſedem Apoſtolicam veniendi, conſtituiſſet quatuor Procuratores (qui vulgariter in partibus illis attornati vocantur) conceſſa eis, in omnibus cauſis motis, & movendis contra ipſum, ac eandem Eccleſiam, in tua, ſeu juſticiariorum, & quorumlibet officialium tuorum curia, agendi, reſpondendi, & defendendi, libera & plenaria poteſtate, A.D. 1257. Hen. 3. Dictus Archiepiſcopus Tuamen. & venerab. frater noſter Epiſcopus Clochoren. ſcientes quod nec iidem Procuratores, vel attornati dictum R. Archiepiſcopum, ſecundum quandam legem Regni tui, non ſine juris injuria editam, in cauſis movendis defendere, nec ipſe, niſi præſens eſſet coram te, vel dictis Juſticiariis, Procuratorem conſtituere poterant; contra eundem R. ſuper Tarmenſethyn, Kilchocar, & quibuſdam aliis terris ac poſſeſſionibus, moverunt malitioſè in dicta Curia quæſtionem:

Et licet præfati Procuratores, ſeu attornati, habentes mandata ſufficientia ad præmiſſa omnia, ſe frequenter ad defenſionem ipſius R. ſuper hiis paratos, nec non de ratihabitione ad exhibendam idoneam cautionem, coram dictis Juſticiariis obtuliſſent;

Ipſi tamen Juſticiarii, ad inſtantiam partis adverſæ, legem allegantes eandem, dictos Procuratores admittere ad præfata contra juſtitiam denegantes, ac ipſum R. conſtitutum apud ſedem Apoſtolicam, reputantes exinde pro ſuo libito contumacem, præſentibus eiſdem Procuratoribus, ſupradictas poſſeſſiones memoratis Archiepiſcopo Tuamen. & Epiſcopo adjudicare indebitè procurârunt, eoſque in A.D. 1257. Hen. 3. poſſeſſionem illorum fecerunt induci, in ipſius Eccleſiæ Armach. præjudicium, & libertatis Eccleſiaſticæ non modicum detrimentum.

Cum itaque per te ſuper hoc, qui Deum & juſtitiam diligis, adhibere deceat proviſionis remedium ſalutaris, Serenitatem tuam attentè rogandam duximus & monendam quatenus, providè conſiderans quod ſupradicta Lex manifeſte obviat inſtitutis Canonicis, &, propter hoc, ea, quæ ipſius prætextu fiunt, carere debent robore firmitatis, hujuſmodi proceſſum Juſticiariorum tuorum revoces, & revocari facias, ac ſupradictam Eccleſiam Armachan. ad eum ſtatum in quo erat, tempore quo idem R. de licentiâ tuâ iter arripuit veniendi ad ſedem Apoſtolicam, plene reducas.

Preces noſtras in hac parte taliter impleturus ut nos, qui eas tibi ex cordis affectu dirigimus, ſpeciales tuæ Celſitudini exinde gratias referamus.

Dat. Viterbii, Id. Dec. Pont. noſtri anno tertio,

Sigillo avulſo.

Bulla de electione Abraam Archiepiſcopi Armacanenſis.

A.D. 1257. An. 42. H. 3. Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Suæ dona gratiæ circa te virtutum Dominus ita munifice diſpenſavit, ut id potiſſime tuo ſit cordi delectabile quod ſuæ poſſit majeſtatis oculis, & etiam humano conſpectui complacere.

Nos ſiquidem, ex hoc exultantes in Domino, & illum cordis conſequentes affectum ut te in caritatis viſceribus quaſi præcipuum habeamus, ſecuram concipimus de tua perſona fiduciam, ut acceptum & gratum tibi reputes quod ex providentiâ ſedis apoſtolicæ ſalubriter noſcitur proceſſiſſe.

Sane præſentata nobis electione, quæ de venerabili fratre noſtro Abraam Archiepiſcopo, tunc Archipresbytero Armachano, Capellano dilecti filii noſtri A. Titulo ſanctæ Sabinæ, Presbyteri Card. in Armachan. eccleſia, olim paſtore vacante, a Capitulo ipſius celebrata extitit, & ea caſſata, pro eo quod in ipſa formam generalis concilii non invenimus obſervatam, dictum A. cui clara morum & vitæ ac ſcientiæ merita ſuffragantur, A.D. 1257. fratrum noſtrorum communicato conſilio, eidem eccleſiæ in paſtorem præfecimus de noſtræ plenitudine poteſtatis;

Firma concepta fiducia quod, cum idem A. ſit in ſpiritualibus providus, & temporalibus circumſpectus, per ejus miniſterium ipſi eccleſiæ proſperitatis & honoris, Deo propitio, deſideratum proveniat incrementum; maxime ſi dictus Archiepiſcopus ad hoc tui favoris auxilio roboretur;

Quem in hac parte meruit invenire promptiſſimum, & oportunis experiri temporibus fructuoſum, pro eo quod ipſe, purus & fervens amator tui nominis, diligentiam vigilantem in hiis habuit quæ tibi ad honorem & commodum redundarent.

Digne itaque Serenitatem tuam affectuoſe rogandam duximus & monendam, in remiſſionem tibi peccaminum injungentes, quatinus te ſibi, pro divina & noſtra reverentia, reddens affectu benevolum & opere gratioſum, ei bona ejuſdem Eccleſiæ, quæ, ipſius ſede vacante, ad manus tuas dinoſceris tenuiſſe, ſine dilationis ſeu difficultatis obſtaculo reſtitutas, & reſtitui facias; ac ejuſdem Eccleſiæ jura quantum in te fuerit

A.D. 1257. Hen. 3.

benigno favore protegas & defendas.

Ita quod tibi propter hoc a clementia Regis æterni proveniat vitæ felicis ac longæ ſpatium, & tandem perceptio perempnium gaudiorum.

Dat. Viterbii, 15 Kal. Januar. Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sub filo canabi.

Bulla ſuper Collectione Decimæ pro Henrico Rege Cruceſignato.

A.D. 1257. An. 42. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Eborac. & Suffraganeis ſuis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cum decima Eccleſiaſticorum proventuum Regni Angliæ, & aliarum terrarum cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Angliæ cruceſignati, eidem Regi per Quinquennium a ſede apoſtolica ſit conceſſa; nos, volentes omnino quod hujuſmodi decima ab omnibus Prælatis & aliis perſonis eccleſiaſticis eorumdem Regni & terrarum integre perſolvatur, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta, in virtute obedientiæ & ſub pœna ſuſpenſionis ab amminiſtratione ſpiritualium & temporalium, quam eo ipſo vos incurrere volumus, ſi in præcepti noſtri executione negligentes fueritis vel remiſſi,

Diſtricte præcipiendo mandamus quatinus ad colligendum tàm prædictam decimam, quam redemptiones votorum cruceſignatorum, legata indiſtincte, ac fructus beneficiorum vacantium, & quaſcumque alias obventiones, eidem Regi in prædictis Regno & terris pro ſui voti proſecutione conceſſa,

Per vos, vel per alios, in veſtris Civitatibus ac Dioceſibus efficaciter procedere ſtudeatis, juxta formam quarumcumque literarum apoſtolicarum, ad venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Cantuarien. & dilectum filium Magiſtrum Roſtandum Capellanum noſtrum communiter, & ad eundem Capellanum ſuper hiis ſingulariter directarum;

Non obſtante quod collectionem decimæ & aliorum prædictorum Venerabilibus Fratribus noſtris Elien. Bathonien. & Roffen. Epiſcopis, uſque ad ſummam quinque millium & quingentarum Marcarum, duximus committendam ——— utique commiſſis ———. auctoritate præſentium nolumus derogari.

Et, ut in hiis eo efficacius procedere valeatis, quo majori per nos fueritis auctoritate muniti, tàm colligendi præmiſſa, quàm etiam totum crucis negotium in eiſdem Civitatibus ac Dioceſibus per vos, vel alios exequendi plenam & liberam vobis concedimus, auctoritate præſentium, poteſtatem.

Dat. Viterbii, 9 Kal. Januarii, Pontificatûs noſtri anno quarto.

Plumbeo Sigillo a Filo canabeo.

Bulla de obligationibus Prælatorum, & reformatione negotii Siciliæ.

A.D. 1257. An. 42. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus univerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, per Regnum Angliæ conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Licet, pro negotio Regni Siciliæ (quod ſpecialiter reſidet cordi noſtro) per cariſſimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Regem Angliæ promovendo, vos, & Eccleſias veſtras earumque bona, tàm in maneriis, quàm in aliis conſtituta, ratione decimæ Eccleſiaſticorum proventuum Regni Angliæ, eidem Regi uſque ad certum tempus ab Apoſtolica ſede conceſſæ, vos & dictas Eccleſias contingentis, certis Mercatoribus, uſque ad certas ſummas, per dilectum filium Finatum Canonicum Fulginatonſ. de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, fecerimus obligari;

Præſentium tamen tenore ſcire vos volumus quod noſtræ intentionis extitit & exiſtit quod, niſi reformatio ejuſdem negotii inter Romanam Eccleſiam & prædictum Regem juxta formam, quam per dilectum filium Magiſtrum Arlotum Notarium noſtrum eidem tranſmittimus, A.D. 1258. Hen. 3. Regi provenerit, per obligationes hujuſmodi nullatenus procedatur; ſet omnino viribus careant; ita quod vos, & prædictæ Eccleſiæ, occaſione illarum, non poſſitis quomodolibet moleſtari.

Dat. Viterbii, ſeptimo Kal. Januar. Pontificatûs noſtri anno quarto. A.D. 1258. Hen. 3.

Sigillo avulſo.

Bulla de 4500 Marc. ſterling. pro melioratione de reformatione conditionum ſuper conceſſione Siciliæ.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Pertinet ad Regiæ dignitatis honorem ut ea quæ per Nuncios & Procuratores tuos fiunt, & quæ in honorem tuum redundare noſcuntur, effectui mancipentur.

Sane dilecti filii, Petrus Scotti Dominici, Jacobus Balioni, Jacobus Romei, Ventura Martini, ac eorum ſocii, Cives & Mercatores Senen. coram nobis proponere curaverunt quod venerabiles fratres Tarantaſien. Archiepiſcopus Bathonien. & Wellen. ac Roffen. Epiſcopi, & dilectus filius, Magiſter Nicolaus de Plumpton. Capellanus noſter Archidiaconus Norfolchiæ,

Nuncii & Procuratores tui, ad petendum a nobis meliorationem, & reformationem conditionum, contentarum in privilegio noſtro, confecto ſuper conceſſione Regni Siciliæ, facta cariſſimo in Chriſto filio noſtro Edmundo Regi Siciliæ illuſtri, nato tuo,

Et ad tractandum de novis conditionibus apponendis, & ad obligandum te & dictum Regem ad obſervandas conditiones eaſdem,

De ſpeciali mandato noſtro, eiſdem Procuratoribus, per dilectos filios, O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconum Cardinalem, Nicolaum Camerarium, & Magiſtrum Angelum dictum Priorem, Capellanum noſtrum, viva voce facto, de conſilio quoque dilecti filii Magiſtri Roſtandi Capellani noſtri, Conſiliarii tui,

Aſſignarunt, conceſſerunt, & ceſſerunt prædictis Mercatoribus, in decima proventuum Eccleſiaſticorum, redemptionibus votorum cruceſignatorum, & obventionibus tibi in Regno tuo conceſſis ab apoſtolica ſede, tunc collectis & perceptis, quatuor millia Marcarum, & quingentas Marcas ſterlingorum, pro melioratione ac reformatione conditionum hujuſmodi, ac exoneratione partis cujuſdam debiti, in quo tu & filii tui tenemini, ex cauſa mutui, Mercatoribus ſupradictis, pro quo etiam Romana Eccleſia eſt eiſdem Mercatoribus obligata, prout in inſtrumento publico inde confecto perſpeximus plenius contineri: A.D. 1258.

Nos itaque, in quorum deſideriis geritur quod eiſdem Mercatoribus de prædicta pecunia proveniat ſatisfactio feſtinata, conceſſionem, aſſignationem & ceſſionem hujuſmodi ratas & firmas habentes, ac eas auctoritate Apoſtolica confirmantes, ſupplentes quoque defectum, ſi quis fuit in hiis, de plenitudine poteſtatis, dilecto filio, Magiſtro Sinitio, Cameræ noſtræ Clerico, in Anglia commoranti, noſtris dedimus literis in mandatis ut Bentivenne Conſilii, & Herminio Herminii, ſociis Mercatorum ipſorum, aut eorum alteri, vel Procuratori eorum, ipſorum nomine, de prædictis quatuor millibus Marcarum, & quingentis Marcis, de decima, redemptionibus, & obventionibus prædictis, collectis & perceptis, penes quoſcumque detineantur, ac damnis, expenſis & intereſſe, ſi aliqua Mercatores ipſos hujuſmodi occaſione incurrere forte contigerit, faciat juxta ipſius inſtrumenti tenorem ſatisfactionem plenariam exhiberi.

Quia vero favor regius ad hoc eſſe dinoſcitur plurimum oportunus, Serenitatem tuam rogamus & hortamur attente quatinus, ob reverentiam Apoſtolicæ ſedis & noſtram, des opem & operam efficacem ut eiſdem Mercatoribus, de hujuſmodi pectunia, celeriter ſatisfiat; prædicto Magiſtro Sinitio impendendo ad hoc conſilium, auxilium & favorem.

Preces autem noſtras ſic admittat Regia Celſitudo, quod iidem Mercatores in hac parte aſſecutos ſe gaudeant quod intendunt; noſque, qui id gratum habebimus plurimum & acceptum, Serenitati Regiæ propter hoc referre teneamur gratiarum uberes actiones.

Dat. Viterbii, Kal. Januarii, Pontificatûs noſtri anno quarto.

Sub filo Canabi.

De electione Abraham in Archiepiſcopum Armachan.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Ex Autogr. ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, kariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictonem.

Suæ dona gratiæ circa te virtutum Dominus ita munifice diſpenſavit, ut id potiſſime tuo ſit cordi delectabile quod poſſit ſuæ Majeſtatis oculis, & etiam humano conſpectui complacere.

Nos, ſiquidem ex hoc exultantes in Domino, & illum cordis conſequentes affectum ut te, in caritatis viſceribus, quaſi præcipuum habeamus, ſecuram concipimus de tua perſona fiduciam, *&c. ut in Bulla de* 19 *Dec. ſupra.* A.D. 1258.

Dat. Viterbii, quarto Non. Januarii, Pontificatûs noſtri anno quarto.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Littera de Credentia Alfonſo Regi Caſtellæ.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Clauſ. 42. H. 3. m. 13. d. REgi Caſtellæ ſalutem.

Cum, per venerabilem patrem Epiſcopum Jahen. veſtræ Serenitatis Nuncium, ad nos in Angliam nuper venientem, ad ea, quæ nobis retulit ex parte veſtra, propter quædam impedimenta, certum vobis eo tempore reſponſum dare nequiremus;

Ob quod veſtræ Sublimitati renunciavimus, per eundem, quod ſuper præmiſſis ad vos noſtros Nuncios eramus miſſuri;

Qui demum in partibus Franciæ, ipſorum altero ægrotante, præpediti (nobis etiam eventum liberiorem ad explementum præmiſſorum expectantibus) ad vos, ſub celeritate, quà vellemus & propoſueramus, accedere non valebant, A.D. 1258.

Ecce! dilectos & fideles noſtros, Abbatem Salopiæ, & Johannem de Caſtello Militem, ad veſtram præſentiam tranſmittimus; qui vobis reſpondeant, & ſatisfaciant in hiis, quæ ſecundum formam ſcripturæ conventionis, inter vos & nos habitæ, fuerint facienda.

Ipſis igitur in hac parte ſuper hiis, quæ vobis nomine noſtro duxerint referenda, fidem adhibere, ac nobis per eoſdem veſtræ voluntatis beneplacitum renunciare velitis.

Teſte Rege apud Merton, ſeptimo die Januarii.

De Nunciis ad Alfonſum Regem Caſtellæ profecturis:

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Ibidem. REX Abbati Salop. ſalutem.

Mittimus ad vos dilectum & fidelem noſtrum Johannem de Caſtello, latorem præſentium, vobiſcum ad Regem Caſtellæ, in Nuncium noſtrum, pro quo vos etiam ad partes illas deſtinamus, profecturum:

Et adeo diu ad vos mittere diſtulimus pro eo quod de quibuſdam, Nuncium veſtrum tangentibus, magis certiorari vellemus:

Nam, præter guerram noſtram Walliæ, quæ nondum, prout oportuit, finem accepit, emerſerunt jam in partibus Scotiæ quædam incommoda, quibus ſpecialiter intendere nos oportebit; prout etiam præfatus Johannes viva voce vobis poterit intimare. A.D. 1258.

Ex dictis autem cauſis colloquium cum Regibus Caſtellæ & Arragon. capere ſeu tenere non valemus; unde, de reliquis articulis, prout vos in parte, ac præfatum Johannem uberiùs informari fecimus, velut ipſe vobis referet viva voce, unà cum præfato Johanne, ſecundum induſtriam & diſcretionem, qua melius & convenientius poteritis, procedatis.

Mittimus autem vobis per eundem Johannem 50 Marcas de dono noſtro ad expenſas veſtras.

Teſte ut ſupra.

De tribus menſibus ſuper prorogatione ſententiæ ferendæ in Regem pro defectu proſecutionis negotii Regni Siciliæ.

A.D. 1258.
An. 42. *H.* 3.
Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Magiſtro Arloto, Subdiacono & Notario noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Pro negotio Regni Siciliæ cum cariſſimis in Chriſto filiis noſtris, H. Angl. & Edmundo, nato ejus, Siciliæ, Regibus illuſtribus, ſub certa forma, per alias litteras noſtras tibi tradita, uſque ad Kalendas Junii proximas reformando, te ad partes illas, de fratrum noſtrorum conſilio duximus deſtinandum;

Pœnas omnes, contentas in privilegio innovationis, conceſſionis, & confirmationis, quas præfato Edmundo ſuper eodem Regno fecimus, uſque ad prædictas Calendas, per eaſdem litteras ſuſpendendo;

Ita quòd interim, occaſione quorumcunque defectuum, per ipſum Regem Angliæ in memorato negotio commiſſorum, ipſe excommunicationis ſententiam non incurrat, nec Regnum ſuum ſubjaceat Eccleſiaſtico interdicto;

Nec nos prædictas innovationem, conceſſionem, & confirmationem caſſemus, irritemus, aut caſſas vel irritas nuntiemus;

Nec de ipſo Regno interim aliter quomodolibet diſponemus, ſed jus, quod præfato Regi Siciliæ ex innovatione, conceſſione, & confirmatione, à nobis ſibi ſuper eodem Regno factis, extitit acquiſitum, ſibi & hæredibus ſuis uſque tunc ſalvum maneat & illæſum, ſicut erat poſtquam conceſſio, innovatio, & confirmatio dicti Regni fuerunt eidem in memorato privilegio per nos factæ.

A.D. 1258.

Volentes autem eidem providere negotio, ne per anguſtias temporis evaneſcat, Diſcretioni tuæ, de qua plene confidimus, de prædictorum fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate præſentium concedimus & mandamus ut prædictum temporis ſpatium, ad reformandum idem negotium tibi datum in litteris ſupradictis; tempus quoque ſuſpenſionis pœnarum, in dicto privilegio contentarum; ac reſervationis juris ſæpefato E. ſuper Regno ipſo, per idem privilegium acquiſiti, uſque ad tres menſes, in proximo futuris Cal. Junii inchoandos, auctoritate noſtrâ prorogare procures; ſicut utilitati Eccleſiæ, ac profectui ejuſdem negotii tua viderit diſcretio expedire.

Dat. Viterbii, 14 Kal. Februar. Pontificatûs noſtri anno quarto.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

De Epiſcopo Sancti Andreæ Scotiæ arreſtando.

A.D. 1258.
An. 42. *H.* 3.
Pat. 42. *H.* 3.
n. 2. *d.*

Rex Baronibus & Ballivis ſuis Dovorr. & aliorum quinque Portuum ſalutem.

Quia Magiſter Gomelinus, Epiſcopus Sancti Andreæ Scotiæ, quædam impetravit in Curia Romana in exhæredationem dilecti filii & fidelis noſtri Alexandri Regis Scotiæ illuſtris, qui filiam noſtram duxit in uxorem, non ſine noſtro & ipſius Regis ſcandalo & dedecore manifeſto, propter quod ſuſtinere nolumus quod Regnum noſtrum ingrediatur,

A.D. 1258.

Ad explorandum adventum ipſius Epiſcopi, & ſuorum, & aliorum æmulorum noſtrorum, venientium de partibus tranſmarinis, aut de partibus Scotiæ, mittimus ad vos Willielmum Doiſet, Valettum noſtrum; vobis in fide, quâ nobis tenemini, mandantes quod eos omnes areſtari faciatis, prout idem Willielmus vobis injunxerit ex parte noſtra, donec aliud inde a nobis habueritis in mandato.

Teſte Rege apud Windeſ. 22 die Januarii.

De Sorore Principis Walliæ maritanda.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Ibid. n. 3. d.

QUIA Rex intellexit, ex relatu quorundam, quod Leulinus filius Griffini proponit maritare Margaretam ſororem ſuam in loco quo Regi inde dampnum poſſet ſuboriri;

Mandatum eſt Ricardo Comiti Gloucestriæ quod omnem diligentiam, quam poterit, adhibeat ut ipſam penes ſe habere poſſit, &, cum ipſam habuerit, eam ſolvo cuſtodiat, ut diligentiam ſuam & induſtriam commendare Rex debeat.

Teſte, &c. & ſunt patentes.

Littera continens quod Scoti & Wallenſes non facient pacem cum Rege Angliæ ſine mutuo conſenſu & aſſenſu.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Lib. A. fol. 185. b. penes Camerar. Scaccar.

OMnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, hoc ſcriptum viſuris vel audituris, Walt. Cumin Comes de Meneth. Alex. Cumyn Comes de Buchan Juſtic. Scotiæ, Willielmus Comes de Mar, Willielmus Comes de Ros, Johannes Comyn Juſticiar. Galwediæ, Aimeris de Makeſwel Camerarius Scotiæ, Freſekums de Moravia, Hug. & Walter. de Berkeleya fratres, Bernardus de Mohane, Riginaldus Cheyn, David Lochor, Johannes Dundemor, Willielmus de Erch, Ector de Barrit. & eorum amici præſentes & alligati univerſi, ſalutem.

Noverint nos, anno Gratiæ milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo, decimo octavo die menſis Martii, de communi noſtrûm conſenſu & aſſenſu, cum Domino Lewelino filio Griffini, Principe Walliæ, & David filio Griffini fratre ſuo, Vcino Grufud fil. Maduc Domino de Bromfeld, Maredud fil. Ris, Maredud filio Ovener, Reſo Jumori, Oweyn filio Maredud, Madant filio Wenwywym, Maredud Seis Lewelin, Vechan Owem, Mared filio Leweliner Domino de Methem, Owen filio Gruffud, Madant Parvo, Owen filio Bledyn, Howell filio Maredud, Eliſſe & Grufud filio Jornith, Gorone filio Edvenet; Jornith Grugman, Eumay Vechan, Tudar filio Mad, Enmaun filio Karaduc, Jornith filio Maredud, David filio Enviayn, Jenev Chich Roys filio Ednevet, & eorum amicis & alligatis, hanc feciſſe conventionem mutuæ confœderationis & amicitiæ, videlicet,

Quod, ſine communi conſenſu & aſſenſu præfatorum Principis & Magnatum, de cætero nullam pacem, aut formam pacis, treugam aut formam treugæ faciemus cum Domino Rege Angliæ, aut aliquo Magnate Regni Angliæ, aut Regni Scotiæ, qui tempore confectionis præſentis ſcripti, præfatis Principi, & Magnatibus, & terris ſuis, & nobis contrarii extiterint & rebelles, niſi illi ad omnem hanc eandem conſiderationem pariter nobiſcum teneantur.

Nos etiam contra præfatos Principem & Magnates nullam potentiam, utpote exercitum equitum aut peditum, exire permittemus de Scotia; nec in aliquo contra ipſos præfato Regi Angliæ ſuccurſum præſtabimus aut favorem; immo eiſdem Principi & Magnatibus, & terræ ſuæ, fideliter auxſiliantes erimus & conſulentes.

Et, ſi contingat quod cum Domino Rege Angliæ, aut quocunque viro, præfatis Principi, & Magnatibus, aut nobis, jam adverſante, per Domini noſtri Regis Scotiæ præceptum, pacem aut treugam inire compellamur; nos in bona fide, quantum poterimus & ſciemus, ad præfatorum Principis, & Magnatum ſuorum, & terræ ſuæ commodum & honorem hoc fieri procurabimus cum effectu.

Nequaquam de voluntate noſtra, niſi per præfati Domini noſtri diſtrictam compulſionem hoc mandatum fuerit & præceptum, in aliquo contra præſentem confœderationem faciemus; immo Dominum noſtrum, pro hac eadem confœderatione nobiſcum facienda & obſervanda, quantum poterimus, inducemus.

Mercatoribus etiam Walliæ, cum ad partes Scotiæ cum ſuis negotiationibus venire valeant, licentiam veniendi, & prout melius poterunt negotiationes ſuas vendendi, pacem etiam & protectionem noſtram ſalvo & ſecure morandi, & ſine quacumque vexatione, cum eis placuerit, recedendi, concedimus ex affectu.

A.D. 1258. Hen. 3.

Mercatoribus etiam Scotiæ ad partes Walliæ, de licentia noſtra, cum ſuis venire negotiationibus perſuadebimus ex corde.

Ad prædicta omnia & ſingula, in fide prædicti Domini Regis Scotiæ fideliter, integre, & illæſe, & ſine fraude & dolo, & in bona fide obſervanda, unuſquiſque noſtrûm in manu Gwyd. de Bangr. Nuncii præfatorum Principis & Magnatum, fidem ſuam præſtitit, &, tactis ſacroſanctis Evangeliis, corporale ſacramentum.

In cujus rei teſtimonium huic ſcripto, per modum Cyrographi confecto, & penes præfatos Principem & Magnates remanenti, quilibet noſtrûm ſigillum ſuum fecit apponi.

Prædicti vero Princeps & Magnates in manu Alani Yrewyn, Nuncii noſtri, ſimiliter præſtitis fide ſua, & tactis ſacroſanctis Evangeliis, juramento, conſimili ſcripto hujus confœderationis & amicitiæ, penes nos remanenti, in teſtimonium, ſingula ſigilla ſua appoſuerunt.

Super negotio Siciliæ; de auxilio præſtando per Barones & Communitatem: Et de ſtatu Regni reformando.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Pat. 42. H. 3. n. 29.

REX omnibus, &c.

Cùm, pro negotiis noſtris arduis, nos & Regnum noſtrum contingentibus, proceres & fideles Regni noſtri ad nos London. in quindena Paſchæ proximo præteritæ faceremns convocari; & cum de negotiis ſupradictis, & maxime de proſecutione negotii Siciliæ diligenter cum eiſdem tractaremus,

Ac ipſi nobis reſponderint quod, ſi ſtatum Regni noſtri per conſilium fidelium noſtrorum rectificandum duxerimus, & Dominus Papa conditiones circa factum Siciliæ appoſitas melioraverit, per quod negotium illud proſequi poſſemus cum effectu,

Ipſi diligentiam fideliter apponent erga Communitatem Regni noſtri, quod nobis commune auxilium ad hoc præſtetur,

Nos eis conceſſimus quod, infra Feſtum Natalis Domini proximo futurum, per conſilium proborum & fidelium hominum noſtrorum Regni Angliæ, unà cum conſilio Legati Domini Papæ, ſi in Anglia medio tempore venerit, ſtatum Regni noſtri ordinabimus, & ordinationem illam firmiter obſervabimus.

Et, ad hoc fideliter obſervandum, ſupponimus nos cohercioni Domini Papæ, ut nos ad hoc per cenſuram Eccleſiaſticam, prout expedire viderit, valeat artare;

Proteſtamur etiam quod Edvardus filius noſter primogenitus, præſtito ſacramento corporali, per litteras ſuas conceſſit quod omnia, ſuperius expreſſa, quantum in ipſo eſt, fideliter & inviolabiliter obſervabit, & imperpetuum obſervari procurabit.

In cujus, &c.

Hiis Teſtibus,

Edvardo filio noſtro primogenito,
Galfrido de Lezignan,
Willielmo de Valentia, fratribus noſtris,
Petro de Sabaudia,
Johanne de Pleſſetis, Comite Warrewici,
Johanne Maunſell, Theſaurario Eborum,
Henrico de Wingham, Decano Sancti Martini London,
Petro de Rivall,
Guidone de Rocheford,
Roberto Walerand, præſentibus, & multis aliis Comitibus, Baronibus Regni noſtri.

Datum apud Weſtmonaſterium, ſecundo die Maii.

A.D. 1258. Hen. 3.

De modo per quem ſtatus ordinetur & reformetur.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c.

Noveritis nos conceſſiſſe Proceribus & Magnatibus Regni noſtri, juramento in animam noſtram per Robertum Walerand præſtito, quod per 12 fideles de Concilio noſtro jam electos, & per alios 12 fideles noſtros electos ex parte Procerum ipſorum (qui apud Oxon. a feſto Pentecoſtes proximo futuro in unum menſem convenient) ordinetur, rectificetur, & reformetur ſtatus Regni noſtri, ſecundum quod melius viderint expedire, ad honorem Dei, & ad fidem noſtram, ac Regni noſtri utilitatem.

Et, ſi forte aliqui electorum ex parte noſtra abſentes fuerint, liceat illis, qui præſentes fuerunt, alios ſubſtituere loco abſentium; & ſimiliter fiat ex parte prædictorum Procerum & fidelium noſtrorum.

Et quicquid per viginti quatuor, utrimque electos & ſuper hoc juratos, vel majorem partem eorum circa hoc ordinatum fuerit, inviolabiliter obſervabimus; volentes, & firmiter ex nunc præcipientes quod ab omnibus inviolabiliter obſervetur eorum ordinatio.

Et ſecuritatem omnimodam, quam ipſi, vel major pars eorum ad hujus rei obſervationem providerint, vel providerit, eis, ſine qualibet contradictione, plenè faciemus & fieri procurabimus.

Proteſtamur etiam quod Edwardus filius noſter primogenitus, præſtito ſacramento corporali, per litteras ſuas conceſſit quod omnia, ſuperiùs expreſſa & conceſſa, quantum in ipſo eſt, fideliter & inviolabiliter obſervabit, & procurabit imperpetuum obſervari.

Promiſerunt etiam Comites & Barones memorati quod, expletis negotiis ſuperius tactis, bona fide laborabunt ad hoc, quod auxilium nobis commune præſtetur a Communitate Regni noſtri.

In cujus, &c. hiis teſtibus ut ſupra.

Datum ut ſupra.

A.D. 1258.

De Treugis cum Francia capiendis.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Pat. 42. H. 3. m. 24.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis nos plenam ac liberam dediſſe poteſtatem dilectis & fidelibus noſtris, Simoni de Monteforti Comiti Leiceſtriæ, Petro de Sabaudia, Galfrido & Guidoni de Lezignan fratribus noſtris, & Hugoni le Bigod, vel quatuor, aut tribus ex ipſis, quos præſentes adeſſe contigerit, capiendi, prorogandi, & firmandi Treugas, nomine noſtro, cum illuſtri Rege Franciæ, pro ipſo Rege, & fratribus ſuis, & impriſiis, Valitoribus & hominibus eorum, quam pro nobis, & Edwardo filio noſtro, & hæredibus, & impriſiis, Valitoribus & hominibus noſtris, a feſto Sancti Remigii anno Domini 1258, uſque in finem termini, quem dicti fideles noſtri, vel quatuor, aut tres ipſorum, qui præſentes affuerint, cum præfato Rege providerint, & de quo inter ipſos & Regem memoratum convenerit;

Ratum habituri & firmum quicquid per eoſdem fideles noſtros, vel quatuor, aut tres ex ipſis, quos præſentes adeſſe contigerit, actum fuerit in præmiſſis.

Damus etiam eiſdem fidelibus noſtris, vel quatuor, aut tribus ex ipſis, qui præſentes affuerint, poteſtatem jurandi in animam noſtram ſuper obſervatione treugarum prædictarum, in forma & modo quibus, per prædictos fideles noſtros, vel quatuor, aut tres ex ipſis, quos præſentes adeſſe contigerit, captæ fuerint & proviſæ.

A.D. 1258.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 8 die Maii.

Item, in forma prædicta habent iidem Procuratores, per unam litteram, poteſtatem prorogandi treugas illas a prædicto feſto Sancti Remigii uſque ad feſtum Pentecoſtes, anno gratiæ 1259;

Et per aliam litteram, ab eodem feſto Sancti Remigii uſque ad feſtum Pentecoſtes, anno gratiæ 1260;

Et per tertiam litteram ab eodem feſto Sancti Remigii, uſque ad feſtum Pentecoſtes, anno gratiæ 1261.

Præceptum fuit Waltero de Merton, in receſſu Regis a London. quod remaneret cum Domino Johanne Maunſell, Hugone le Bigod, & Magiſtro Roſtando, ad conſignandum Sigillo Regis ea, quæ ipſi ordinarent de facto pacis cum Rege Franciæ, & de contractibus de facto Siciliæ, & Procurationibus & litteris aliis pro eodem facto. *Ibidem.*

Bulla

Bulla, de Rege Monendo ad ſolvenda debita ſuper negotio Siciliæ.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. *Ex Autogr.*

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Johanni Manſel Theſaurario Eboracen. ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Virtutum titulis cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Angliæ illuſtris decorata ſublimitas ad hoc ſuum affectum direxiſſe dinoſcitur, ut ubique laudabilis habeatur, & circa ea velit ſemper intendere quæ juſtitiam ſapiunt, & continent æquitatem.

Sane venerabiles fratres noſtri R. Tarentaſien. Archiepiſcopus, Willielmus Bathonien. & Wellen. & Laurentius Roffen. Epiſcopi, & dilectus filius Magiſter Nicolaus de Plumpton. Capellanus noſter, Archidiaconus Norfolchiæ,

Tunc Nuncii & Procuratores Regis ipſius apud ſedem apoſtolicam conſtituti pro petenda melioratione ac reformatione conditionum privilegiorum, obtentorum ab eadem ſede pro cariſſimo in Chriſto filio noſtro Eadmundo Rege Siciliæ illuſtri, Nati prædicti Regis, ſuper conceſſione Regni Siciliæ, pro melioratione ac reformatione conditionum ipſarum,

De ſpeciali mandato noſtro, per dilectum filium O. Sanctæ Mariæ in via lata Diaconum Cardinalem, N. Camerarium, & Magiſtrum Angelum dictum Priorem, Capellanum noſtrum, ore tenus eis facto,

Aſſignaverunt, conceſſerunt & ceſſerunt dilectis filiis Petro Scotti Dominici, Jacobo Balioni, Jacobo Romei, & Venturæ Martini, Familiaribus noſtris Civibus, & Mercatoribus Senen. recipientibus pro ſe ac Scotto Dominici, Bonreſtoro Scotti, Jacobo Ugolini, Ranuctio Johannis, Bonagratia Ardimanni, Bencivenni Conſilii, & aliis eorum Sociis & Concivibus,

De conſilio dilecti filii Magiſtri Roſtandi, Capellani noſtri, conſiliarii dicti Regis de decimâ & obventionibus Eccleſiaſticorum beneficiorum, ac redemptionibus votorum cruceſignatorum Regni Angliæ, ipſi Regi ab eadem ſede conceſſis, collectis & perceptis, pro exoneratione partis cujuſdam debiti, in quo prædictus Rex ac filii ſui prædictis Mercatoribus ex cauſâ mutui tenebantur (pro quo etiam Romana Eccleſia erat eiſdem Mercatoribus obligata) quatuor millia Marcarum & quingentas Marcas ſterlingorum; promittentes quod idem Rex, certis loco & termino, ex præmiſſis faceret ſatisfieri de hujuſmodi pecuniâ Mercatoribus memoratis.

Et, licet hujuſmodi terminus ſit elapſus, tamen eiſdem Mercatoribus de prædicta pecuniâ ſatisfactio aliqua non provenit, ſuper quo cogimur non modicum admirari.

Quia vero decet eundem Regem ea, quæ ſui Nuncii ex parte ſua promittunt, ac ſi de ejus procederent labiis, ſublatâ difficultate qualibet, adimplere (cum ſi adimpleta non fuerint, redundent in ſui derogationem honoris) eundem Regem rogandum duximus attentiùs & hortandum, ut Armenio Armeni, Bentivenne Conſilii, & Paulo Albertini, ſociis Mercatorum ipſorum, ex decimâ, obventionibus, ac redemptionibus prædictis faciat de prædictâ pecuniâ, ob reverentiam apoſtolicæ ſedis & noſtram, ſublato cujuſlibet dilationis & difficultatis obſtaculo, ſatisfactionem plenariam exhiberi.

Ita quod præfati Mercatores & alii, eorum exemplo, ad ſerviendum ſibi & prædictis filiis ſuis ex hoc fortiùs animentur: Noſque, qui id gratum habebimus & acceptum, Celſitudini ſuæ proinde grates uberes referamus.

Quocirca diſcretionem tuam rogamus & hortamur attentè, per apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatinus eundem Regem ad hoc ex parte noſtra moneas & inducas, ac alias eiſdem Mercatoribus te reddas in regio favore benivolum, & in cunctis oportunitatibus gratioſum, ita quod prædicti Mercatores per tuæ diligentiæ ſtudium in hac parte aſſequi valeant quod intendunt; noſque devotionem tuam poſſimus exinde merito commendare.

Dat. Viterbii, 3 Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno quarto.

Plumbeo Sigillo a Filo canabeo.

De Nuntiis Lewelini, venientibus ad Parliamentum apud Oxon.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Pat. 42. H. 3. m. 22.

REX omnibus Ballivis, &c.

Sciatis quod recepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum Nuncios Leulini, filii Griffini, quos dilectus & fidelis noſter Petrus de Monteforti ſecum ducet ad hoc Parleamentum noſtrum Oxoniæ, quod erit in unum Menſem poſt feſtum Pentecoſtes proximo præteritum, in veniendo ad nos, nobiſcum morando, & ad partes ſuas revertendo.

Et ideo vobis mandamus quod eiſdem Nunciis in veniendo ad nos, nobiſcum morando, & ad partes ſuas revertendo, nullum inferatis, vel inferri permittatis dampnum, gravamen, vel impedimentum.

Et ſi quid, &c.

In cujus rei, &c. duraturum uſque ad quindenam Sancti Johannis Baptiſtæ, proximò venturam.

Teſte Rege apud Merleberg. 2 die Junii.

Littera Regi Caſtellæ ſuper Succeſſibus contra Mauros, & de Ricardo fratre ſublimato in Regem Romanorum.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Clauſ. 42. H. 3. m. 14. d.

Regi Caſtellæ, Rex Angliæ ſalutem.

Eventus, ad veſtræ proſperitatis augmentum, dum proſperos attendimus, quovis referente, ad exaltationis cumulum, internæ mentis jubilo, plenis affectibus, ac totis viſceribus attollimur:

Gratulantes aſſurgimus inſuper redemptori Chriſto, pro viribus, ad grates, qui veſtro miniſterio ſui nominis gloriam magnificare diſpoſuit, & fidei ſuæ titulum in gentes & Nationes Barbaras, ad laudem proinde vobis & veſtræ Succeſſioni perpetuo ſequuturam, ſua favente gratia, valuit dilatare; dignum non indigne mortalium declarans obtuitibus ut, qui ſui conditoris gloriam quærere non deſiſtunt, ex veri libra judicii ad laudis perpetuæ participium felici commercio debeant pervenire.

Revolvimus ſiquidem, & ad cordis oculos, cum mentis tripudio, ſalubriter revocamus, quod non ſolum in ſubjugandis crucis hoſtibus, verum etiam in ipſis ad lumen veritatis, & agnitionem ſui nominis, veluti de Rege Thenicii, ſuiſque Proceribus, ex veſtræ ſerenitatis apicibus nobis innotuit, miſericorditer & piè revocandis;

Pius Deus, cujus opus in hiis agitur, veſtris votis annuit, & veſtris progreſſibus, ejus operante clementia, benigne favit.

Verùm de facto Regni Romanorum, quod in eiſdem veſtris litteris intus inſonuit, advertimus diligenter; ac, revolutis ſingulis, ac plenius proſpectis, hoc veſtræ Serenitati reſcribimus; hoc firmum certumque tenere vos cupimus quod, dum de fratris noſtri vocatione ad regnum ageretur ſupradictum, nichil penitus ut de veſtra voluntate ſeu propoſito novimus; nihil omnino de Electoribus vel Principibus Regni ſupradicti, quod vos modo quolibet tangere videretur, audire vel ullis prorſus indiciis intelligere poteramus.

Nam ad nos, & fratrem noſtrum ſupradictum plerique Principes Aleman. anno uno jam integre revoluto, pro dicti fratris noſtri voluntate requirenda, ſuos ſolempnes Nuncios, ante feſtum Nativitatis Dominicæ, in Angliam tranſmiſerunt.

Et, præhabitis tractatibus, ut convenit, votis concurrentibus ipſorum, ad quos eligendi poteſtas ea vice dicebatur devoluta, ipſum in Romanorum Regem Electum, impoſito ſibi demum Regni diademate, prout moris eſt in loco, ad hoc a conſtitutione priorum temporum deputato, necnon a Perſonis, quibus ſuæ conſecrationis incumbebat officium, ad Regni culmen poſtmodum ſolempniter ſublimarunt.

Ad hoc autem quod de dicto fratre noſtro in veſtris litteris continebatur; prænotatis quod, ſcilicet, vobis & veſtris multipliciter injuriatus, nec dum vos & veſtros injuriis laceſſere deſiſtit (quod nulla prorſus ratione vellemus) ſuper quo etiam a nobis auxilium vobis præſtari poſtulaſtis:

Cum ſuper hiis antea nichil accepiſſemus, aut inde quicquam noviſſemus, ad partes, de quibus agitur, noſtros Nuncios, pro hujus rei veritate plenius indaganda, abſque mora mittemus; &,

A.D. 1258. Hen. 3. cum de hujus rei veritate nobis conſtiterit, in auxiliis vobis præſtandis nos, auctore Chriſto, taliter habebimus, ut nec a Deo, nec a vobis argui proinde debeamus.

Nunciis inſuper veſtris, per terram & poteſtatem noſtram tranſeuntibus, plena ſecuritas hactenus, ut ſperamus, extitit, & ſemper erit; nec de ipſorum gravamine vel impedimentis audivimus, aut aliquid inde ſcimus; ſet eis in omnibus, & per omnia, veluti noſtris, ſecuritatem parari volumus & optamus.

A.D. 1258. Hen. 3. Cæterum, ſani eramus & incolumes, & conſors noſtra, liberique noſtri in receſſu Nuncii veſtri, præſentium latoris, benedictus Deus; id ipſum de vobis totis deſideriis ſcire & audire cupientes.

Super quo, ſi placet, unà cum veſtræ voluntatis beneplacito, nos crebris inſinuationibus certiorare velitis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium decimo quarto die Decembr. anno, &c. quadrageſimo ſecundo.

De treuga per unum annum cum Lewelino capta.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Pat. 42. H. 3. n. 19.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod nos, pro nobis, & Edwardo filio noſtro primogenito, & omnibus hominibus noſtris Anglicis, & Walenſibus, & aliis, Leuiino filio Griffini, per Amanum Abbatem de Aberconnewy, & Magiſtrum Madoch. filium ſuum (plenam habentes poteſtatem, cum litteris prædicti Lewelini, ad treugam nomine ſuo recipiendam & affirmandam) treugam damus, a die Martis proxima ante Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo, uſque ad Feſtum Sancti Petri ad vincula, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono; utraque die plenarie computatâ.

Ita quod quilibet & ſinguli de parte utraque habeant ſeiſinam terrarum, & hominum, & Caſtrorum, ac aliarum rerum, ſecundum quod tempore confectionis præſentium habuerunt.

Et quod nullus interim, ex parte alterutra, ingrediatur terram alterius, nec in ipſa aliquam quærat, vel faciat mercandiſam, niſi ſpecialiter ſuper hoc licenciatus.

Præterea vada, vel paſſus, non obſtruantur, ſilvas complicando, vel modo alio aliter, quam ſit modò.

Inſuper licebit nobis & hominibus noſtris Caſtra noſtra de Diſſard & de Gannok viſitare, & per dictum tempus victualibus & aliis, quæ ad dicta Caſtra utilia vel neceſſaria fuerint, munire, cum duobus batellis, utroque cum 12 remis vel paucioribus, ſecundum quod opus fuerit; ita tamen quod, ſi propter tempeſtatem, vel alia impedimenta maris, dicta victualia, vel res, abſque periculo, vel aliàs commode cariari vel deferri non poſſint; dictus Lewelinus victualia prædicta, cum rebus & hominibus, ad dicta Caſtra, tàm in eundo, quàm redeundo, ad ſummonitionem Juſticiarii Ceſtriæ, ſalvo & ſecure per terram duci faciet & conduci, una cum cuſtodibus eorumdem.

Et, ſi contigerit aliquem, de cuſtodibus, aut ſervientibus dictorum Caſtrorum, infirmari, licebit nobis & noſtris alium vel alios, loco ipſius vel ipſorum, ſubſtituere & ponere, ſine impedimento vel moleſtia eis inferendo per dictum Lewelinum aut ſuos, in accedendo vel redeundo.

Et, ſi aliquid ex parte utraque tranſgreſſum fuerit, vel occupatum injuſte infra tempus prædictum, vel in treugis præcedentibus, illud per viros fide dignos, ex parte utraque eligendos, diebus & locis aſſignandis emendetur.

Ad prædicta autem firmiter obſervanda dilectus & fidelis noſter Imbertus Pugeys nomine noſtro juravit, & prædicti Abbas & Madochus nomine ipſius Lewelini ſimiliter juraverunt.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Oxon. decimo ſeptimo die Junii.

Hæc littera tradita fuit Johanni de Sancto Dioniſio, Clerico Johannis Maunſell, liberanda Walenſibus de conſilio Edwardi filii Regis.

Littera Alfonſo Regi Caſtellæ, de negotiis Africanis, & de Ricardo Rege Romanorum, & multis aliis.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Clauſ. 42. H. 3. m. 6. d.

SEreniſſimo Principi, amico ſuo dilectiſſimo, Domino Alfouſo, Dei gratiâ, Regi Caſtellæ & Legion. Toleti, Sibillæ, Cordubiæ, Gallet. Murc, & Gyhenn. Henricus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem ſemper proſperam & jocundam.

Redeuntes nuper a veſtrâ præſentia dilecti & fideles noſtri Abbas de Sarropesbir. & Johannes de Caſtello, ſpeciales noſtri Nuncii, ſe de vobis & veſtra benivolentia plurimum commendarunt; per quos ſtatûs veſtri ſalubris nobis proſperitas innoteſcens, animum noſtrum non modicum jocunditate refecit.

Hiis autem, quæ veſtra nobis Serenitas per eoſdem ſignificare curavit, certius intellectis, vos ſcire cupimus confidenter quod, in omnibus, & per omnia, contractam inter nos amicitiam continuari, & augmentis vigere continuis totis affectibus exoptamus.

Conventiones inſuper & pacta inter nos inita, noſtræ ſemper intentionis extitit & exiſtit pro poſſe noſtro ſervare.

Pro facto ſuper facto Vicecomitum Vaſconiæ, de quibus mandaſtis ut potius voluntati veſtræ, quam juſtis ipſorum meritis ſatisfiat, veſtris volumus obtemperare precibus, ut valemus:

Ipſos igitur, ſi placet, ad noſtram mittatis præſentiam, & nos ita ad veſtrum beneplacitum agemus cum eis, quod non erit eis neceſſe ulterius ad vos recurrere ex hac causâ.

Mittimus enim idcirco pro eis, ut perſonaliter ad nos accedant, dantes eis conductum noſtrum, voſque, ſi vobis placeat, conductum ſimiliter detis eis, ſecundum quod fuerit oportunum.

De matrimonio contrahendo inter filiam noſtram, & unum de fratribus veſtris germanis (ad quod Dominum Emanuelem elegiſtis) revera libenter volumus ut eidem filia noſtra nupſiſſet, ſicut alias Serenitati veſtræ mandavimus, dummodo dictum fratrem in poſſeſſionibus reſpexiſſetis, quatinus tale conjugium ex utraque parte deceret; unde nec ipſam adhuc nuptui tradidimus; vos autem fratrem veſtrum, ſecundum quod vobis beneplacuit, maritaſtis; unde petimus ut de hoc, ſi placet, de cætero amicabiliter ſuſtinere velitis.

De negotiis Affricanis ſciat veſtra ſinceritas quod ſatis libenter fuiſſemus vobiſcum ad partes illas Affricanas profecti, ſi hoc de Domini Papæ licentia proceſſiſſet; illam namque conditionem, in dictæ conventionis articulo, ſatis recolitis contineri. A.D. 1258.

Nos autem, cum a dicto Domino Papa ad hoc per ſpeciales Nuncios noſtros licentiam peteremus, nequivimus optinere; in tantum enim extitit, & exiſtit ſibi cordi negotium Apuliæ, quod nobis incumbit, quod non permittit nos ad aliud intendere, donec quid de dicto negotio fieri debeat, fuerit proviſum;

Siquidem per veſtram, aut noſtram inſtantiam a dicto Domino licentiam impetrare poſſemus, adhuc ab illo propoſito, & voluntate communi recedere non vellemus.

De ſubſidio vobis faciendo contra fratrem noſtrum ſatis, ut credimus, Regiæ providentiæ expoſuerunt Nuncii noſtri prædicti, qualiter nec nos, nec frater noſter prædictus, etiam cum jam eſſet electus, & in poſſeſſione Dominii Gentium, & terrarum Aleman. pro magna parte, & demum coronatus in Regem, de voto aut propoſito veſtro in parte illa nichil prorſus ſcivimus, aut probabiliter ſcire potuimus.

Verùm, ſi a principio ſciviſſemus, illud nobis præ cæteris placuiſſet, & ad hoc, ſicuti & ad omnem exaltationem & honorem veſtrum, patrocinium dediſſemus.

Unde, ſi poſtmodum aliqui forſan de Principibus Alemanniæ in vos vota ſua direxerint, veſtra non debet circumſpectio in facto hujuſmodi dicti fratris aliquid vobis injurioſum, aut præjudiciale notare.

Si quid tamen in parte iſta per nos fieri aut ordinari valeat, quod vobis & ipſi cedere debeat ad honorem, pro certiſſimo teneatis quod nos ultro ad hoc laborare cupimus, & vires, quas poſſumus, exponere prompti ſumus.

Unde ſuper hoc dicto fratri noſtro mittemus, & penes ipſum interponemus efficaciter partes noſtras, quod, ſi formam aliquam in præmiſſis, vobis & veſtro convenientem honori, invenire poſſumus, ipſam vobis ſpecialiter ſignificabimus, & ſecundum ipſam, Domino cooperante, procedere curabimus, utinam! ad effectum optatum.

Super

A.D. 1258. Hen. 3.

Super præmiſſis, continentibus etiam ſtatus noſtri, & aliis, quæ venerabilis pater Salvenſ. Epiſcopus, Nuncius veſter, induſtrius vir & prudens, Regiis auribus ex parte veſtra voce tenus explicabat, veſtra eidem, ſi placet, credulitas adquieſcat.

Ut autem, per prædictos veſtros Nuncios, venientes de beneplacito & reſponſo veſtro, ſuper præmiſſis certius nobis conſtaret, & poſt ipſorum adventum latius ſuper hoc conſilium haberemus, ſicut prædictus Epiſcopus vobis exprimet ore tenus, eundem Epiſcopum apud nos diutius detinendum decrevimus, & rogamus ut moram hujuſmodi, quam contraxit invitus, vobis placeat excuſatam habere.

Valeat proſperitas veſtra ſemper in Domino.

Teſte Rege apud Oxon. viceſimo quinto die Junii.

Litteræ a Communitate Angliæ Domino Papæ, de facto Siciliæ, & contra Electum Wintonienſem.

A.D. 1258. An. 42. H. 3.

SAnctiſſimo Patri in Chriſto Alexandro, Divina Providentia Sanctæ Univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, Communitas Comitum, procerum, magnatum, aliorumque Regni Angliæ, cum ſubjectione debita, pedum oſcula beatorum.

Nuper veſtra Sanctitas, tàm per litteras, quàm per Venerabilem Virum magiſtrum Arlotum, Subdiaconum & Notarium, nos multipliciter monuit & induxit ut Dominum noſtrum, illuſtrem Regem Angliæ, in proſecutione Regni Siciliæ juvaremus; ſibi commune ſubſidium ſuper hoc faciendo.

Licet ante idem Dominus noſter Rex, abſque noſtri concilio & aſſenſu, immo nobis reclamantibus & invitis, hoc negotium aſſumpſiſſet (quod ſibi impoſſibile, propter difficultatem conditionum, & alia, quæ ſtatum noſtrum reſpiciebant, penitus credebamus) ob reverentiam tamen Apoſtolicæ ſedis & veſtræ, Domino Regi duximus reſpondendum quod, ſi de procerum & magnatum ſuorum conſilio, Regnum ſuum, in multis multipliciter deformatum, vellet in melius reformare; & vos conditiones, in privilegio veſtro contentas, vires ipſius Regis excedentes, quodammodo mitigare velletis, quod, juxta mitigationem & reformationem hujuſmodi, optatum eventum negotium ſortiatur, ipſi præberemus & operam & effectum, ut Rex negotium, quod ſine nobis aſſumpſerat, per noſtrum auxilium poſſit perducere ad effectum.

Cæterum præfatus Dominus Rex, attendens impoſſibile pondus negotii memorati, & ſtatum Regni ſui imbecillem, voluit & expreſſe conceſſit, ut, de procerum & magnatum conſilio (ſine quibus Regnum ſuum gubernare non poterat, nec negotium proſequi memoratum) dicta reformatio proveniret.

Hoc videlicet modo, ut duodecim ex parte ipſius electi, & alii totidem ex parte Communitatis nominati diſponerent, ſtatuerent, ac etiam ordinarent ſuper melioratione & reformatione Regni Angliæ, & ipſum Regnum contingentibus; prout eis melius expediens videretur:

Promittentes tàm ipſe, quam Dominus Edwardus primogenitus ſuus, & affirmantes propriis juramentis quod per prædictos viginti quatuor, vel majorem partem eorum ordinatum exiſteret, inviolabiliter obſervarent; facturi & procuraturi ſecuritatem omnimodam, quam ipſi viginti quatuor, vel major pars eorum, ſuper hoc fieri providerent.

Verum cum, inter duodecim ex parte Domini Regis electos, electus Wintonienſis & fratres ſui nominati fuiſſent, idem electus (quaſi ſalutis ſuæ immemor, & invigilans perturbationi Regni & diſpendiis, potius quam reformationi) Regem ipſum ſollicitavit, & totus ipſe induxit, eidem immenſam promittens pecuniam (etiam uſque ad exinanitionem ſubſtantiæ & facultatum Wintonienſis Eccleſiæ) ut, ſpreto juramento proprio, a promiſſionibus hujuſmodi reſiliret, in Regni ſui grave diſpendium, & irreparabile detrimentum.

Cumque per hanc viam deſiderium intentionis ſuæ explere non poſſet, ad alia ſe convertens, Dominum Edwardum, & quoſdam alios de nobilioribus totius Regni animavit, &, quantum in ſe fuit, ſtimulavit ad ſubverſionem totius Regni (quaſi in necem ejuſdem & lapſum irreparabilem conjuraſſet) ut de illo poſſet vere dici, eſt vir qui turbavit terram, & concuſſit Regnum.

Nam cum ad reformationem, qui nunc nominati fuerunt, ſtudio vigilanti intenderent, prædictus electus & fratres ſui, nunc per ſubterfugia, nunc per alias cavillationes varias, eventum reformationis hujuſmodi retardabant: Sed mentita eſt ſibi iniquitas.

Quia, quanto plus conabantur negotium impedire, tanto ferventius & conſtantius alii, zelo Reipublicæ inflammati, inſtanti vigilia & propenſiori cautela, illud promovere ſtudebant; attendentes quod firma cohærentia fidelis eſſe non potuit, ubi non eſt tenax unio voluntatum, & ipſorum conglutinatio animorum.

Sed quid ultra? Prædictorum electi & fratrum ſuorum tam graves erant exceſſus & grandes, quod clamor pauperum ad cœlum aſcenderet contra ipſos.

Ipſorum enim Miniſtri & Officiales, qui potius prædones & ſatellites dicebantur, undique deprædabantur pauperes: inſidiabantur ſimplicibus: movebant impios: opprimebant innocentes: exultabant in rebus peſſimis: lætabantur cum male feciſſent: peccata populi comedentes luxuriabantur in lachrymis viduarum; in nuditate pupillorum, in oppreſſionibus ſubditorum gaudentes: Et in tantum ipſorum effrænata rabies invaluerat, quod nec ſub ipſis minores vivere poterant, nec cum ipſis converſari pares, nec ſuper ipſos impares majores.

Nos igitur, attendentes quod reſpublica corpus quoddam eſt; quod divini muneris beneficio vegetatur, & ſummæ æquitatis nutu agitur, & regitur quodam moderamine rationis; nec expedit quod in uno corpore diſſonantia ſit membrorum, dictos electum & fratres, tanquam turbatores quietis & tranquilitatis Regni totius, poſt multas inſtantias & frequentes monitiones, vocavimus, & vocari per Regem fecimus ut judicio ſiſterent, ſuis querelantibus reſponſuri, juxta conſuetudinem Regni & Leges.

Ita quod duo ex ipſis, quos mallent, exirent, reliquis duobus remanentibus qui pro ſe & aliis reſponderent; ac, ſi ſibi magis expediens crederent, Regnum omnes exirent; Qui ſuis culpis exigentibus ſubire judicium formidantes, maluerunt exire quam judicii rigorem expectare.

Sed nec adhuc nobis & Regno noſtro, ſuper hoc plene cautum exiſteret, ſi Electus (cui totius turbationis materiam merito imputamus) rediret in Angliam: Cujus præſentia ſubita poſſet evertere quicquid noſtra ſollicitudo multis vigiliis & infinitis laboribus ſtuduit ordinare.

Unde fixum eſt propoſitum omnium, & accenſum deſiderium ſingulorum quod ille actor ſchiſmatis, homo diſſenſionis & ſcandali, inter nos deinceps nullatenus converſetur.

Quia igitur præfatus Electus & fratres Regem & Dominum Edwardum infatuaverant, adeo quod non ſolum inſolentiæ remanebant penitus impunitæ, ſed, quod pejus eſt, & verecundum dicere, terribileque audire, ſi quis contra ipſos vel eorum alterum deferret in judicio quæſtionem, Rex, qui delinquentem punire & delictum corrigere tenebatur, ipſos in ſuis facinoribus nutriens, contra conquerentem mirabiliter turbabatur: Et cui judex debebat eſſe propitius, ad eorum ſuggeſtionem fiebat adverſarius, & nonnunquam terribilis inimicus:

Ita quod, fulciti Regis potentia & favore, quos volebant, opprimebant; Communitates & libertates Eccleſiarum damnabiliter violando, homines incarcerando, clericos vulnerando in præjudicium Coronæ (cui ſoli competit hujuſmodi incarceratio) laxatis habenis nequitiæ debacchando per Regnum, pro ſuæ libito voluntatis.

Unde, ſi (quod abſit) electus rediret in Angliam, pejora prioribus probabiliter formidamus, Sanctitati veſtræ igitur omni affectione, qua poſſumus, ſupplicamus quatenus, ſicut unitatem & pacem Regni Angliæ (quod ſemper vobis extitit devotum & exiſtit) diligitis, ſæpe dictum electum ab adminiſtratione Wintonienſis Eccleſiæ, quæ ex munificentia Sedis Apoſtolicæ ſibi conceſſa fuerat, amoveatis omnino.

Et magis expedit, quod iſtud fiat ſine ſcandalo, de veſtræ plenitudine poteſtatis; quam (quod Deus avertat) occaſione ipſius pejora contingant; & nos veſtri devotiſſimi, aliud facere compellamur.

Scituri pro certo quod, etiamſi Dominus Rex & Regni majores hoc vellent, Communitas tamen ipſius ingreſſum in Angliam jam nullatenus ſuſtineret; potius enim ſævirent in ipſum, quam quod ipſius intolerabilem ſævitiam expectarent.

Quin immo, omnibus regnicolis oneroſum, & toti Regno diſpendioſum exiſteret, ſi proventus, de quo Regnum infeſtare diſpoſuit, perciperet; quod & omnes, qui qualitatem negotii noverant, aſſeverant.

Et certe (clementiſſime Pater, & Domine) hoc ſatis credimus ſine ſcandalo faciendum; cum non ſit in Epiſcopum conſecratus; ſed tantum ſibi adminiſtratio eſt conceſſa.

Super hiis autem & aliis, quæ nuncii noſtri, latores præſentium, Sanctitati veſtræ exponent, fidem indubitatam adhibere

A.D. 1258. Hen. 3.

bere velitis; petitiones noſtras, quas per ipſos vobis offerimus (ſi placet) ad exauditionis gratiam admittentes. Et nos,

R. de Clare Gloverniæ & Herefordiæ,
S. de Monteforti, Leiceſtriæ,
E. Bigod Mareſchallus Angliæ,
H. de Bohun, Hertfordiæ & Eſſexiæ,
W. Albemarle.
J. de Placeto, Warevici Comites,
H. Bigod, Juſticiarius Angliæ,
P. de Sabaudia,
J. filius Galfridi,
Jacobus de Audel, &
Petrus de Monteforti,

Vice totius Communitatis, præſentibus literis Sigilla noſtra appoſuimus, in teſtimonium prædictorum. Conſervet incolumitatem veſtram altiſſimus per tempora longiora.

De conductu Fratrum Regis.

A.D. 1258. *An.* 42. *H.* 3. *Pat.* 42. *H.* 3. *n.* 15.

Rex omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis nos ſuſcepiſſe in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum dilectos & fideles noſtros, Adomarum Wintonienſem Electum, Guidonem de Lezignan, Galfridum de Lezinan, & Willielmum de Valentia, cum tota familia ſua, in eundo ad partes tranſmarinas, citra diem Dominicam proximam poſt feſtum tranſlationis Sancti Thomæ Martyris, proximo futurum.

Et ad ipſos conducendos uſque Doveriam, & ſic verſus Wytſand, quantum poteſtas noſtra ſe extendit, aſſignavimus dilectos & fideles noſtros Humfridum de Bohun Comitem Hereford. & Eſſex, Johannem Comitem Warennæ, & Willielmum de Fortibus Comitem Albemarliæ, & quoſdam alios Nobiles de Regno noſtro.

Et ideo vobis mandamus quod dictis Fratribus noſtris, aut familiaribus ſuis, in divertendo per vos, in conductu prædictorum Nobilium, nullum interim inferatis, aut ab aliis inferri permittatis dampnum, moleſtiam, impedimentum, aut gravamen.

Et, ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, emendari faciatis.

In cujus, &c. duraturum uſque ad diem dominicam proximam poſt feſtum tranſlationis prædictæ.

Teſte Rege apud Winton. 5 die Julii.

Littera Lewelino objurgatoria, de injuriis contra Treugam illatis.

A.D. 1258. *An.* 42. *H.* 3. *Clauſ.* 42. *H.* 3. *m.* 9. *d.*

Rex Leulino filio Griffini ſalutem.

Cum nobis extitit intimatum quod vos & homines veſtri, quorundam fidelium noſtrorum Marchiæ noſtræ occupaſtis homines noſtros, & eorumdem fidelium noſtrorum partium illarum, interficiendo, deprædando, & alia enormia de die in diem, nobis & eis inferendo, contra formam treugarum, inter nos & vos initarum; de quo non mediocriter miramur & movemur, eo maxime quod vix credere poſſemus quod homo bonæ fidei contra fidelitatem & juramentum proprium talia attemptaret.

Vobis mandamus quatinus tranſgreſſiones ſupradictas, nobis & noſtris contra formam treugarum prædictarum illatas, cum celeritate faciatis emendari, homines veſtros ab hujuſmodi injuriis nobis & noſtris inferendis, durantibus treugis, deſiſtere faciendo, cum nos treugas illas hactenus obſervaremus ex parte noſtra, & eas ſecundum formam earumdem obſervare plenius intendamus.

Et quid ſuper præmiſſis facere volueritis, nobis cum celeritate reſcribatis.

Teſte Rege apud Weſtm. octavo die Julii.

De pecunia Willielmo de Valentia deferenda.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Pat. 42. H. 3. n. 14.

REX Abbati & Conventui de Wautham ſalutem.

Mandamus vobis quod, de denariis dilecti fratris noſtri Willielmi de Valentia, qui ſunt in depoſito in domo veſtra, ſine dilatione, permittatis dilectos & fideles noſtros, Simonem Paſſelewe, & Johannem de Cokefeud, capere per viſum & teſtimonium hominum ipſius fratris noſtri, tria millia Marcarum, deferenda uſque Doveriam, & liberanda ibidem dicto fratri noſtro per dilectos & fideles noſtros, Willielmum de Fortibus Comitem Albemarliæ, & Ricardum de Grey Conſtabularium noſtrum Dovoriæ, in formâ, de Concilio noſtro proviſâ, & eiſdem Comiti & Ricardo injuncta.

Et reſiduos denariorum dicti fratris noſtri, qui ſunt in depoſito in prædicta domo veſtra, ſalvo cuſtodiatis ibidem, ſub ſigillis prædictorum Simonis & Johannis.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud Winton. decimo die Julii.

A.D. 1258.

Littera H. Regis ad Communitatem de Inſula Oleron. quod non ſinerent Edvardum filium ſuum vendere prædictam Inſulam a Corona.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. L. A. penes Camerar. Scaccar.

H. Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, dilectis & fidelibus ſuis Majori & Communitati Inſulæ Oleronis ſalutem.

Cum commiſerimus Edwardo filio noſtro Inſulam noſtram Oleron. ad ſuſtentationem ſuam, ſalva fide noſtra, ita tamen quod non ſeparetur a Corona Angliæ; & idem Edwardus Inſulam illam alteri dare vel committere proponat, nobis inconſultis, ſicut pro certo intelleximus, de quo nobis & ipſi grave poſſet dampnum, ſeu exhæreditationis periculum imminere;

Vobis mandamus, in fide, qua nobis tenemini, firmiter injungentes, quod non permittatis quod Inſula illa alicui detur, vel committatur ſine nobis; nec alicui Ballivo ſeu Cuſtodi prædictæ Inſulæ intendatis ſeu reſpondeatis, ſine aſſenſu & mandato noſtro ſpeciali.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras vobis mittimus patentes.

Teſte meipſo apud Winton. undecimo die Julii, anno Regni noſtri 42.

A.D. 1258.

Litteræ Edwardi primogeniti Regis de Cuſtodia Vaſconiæ revocata.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Pat. 42. H. 3. n. 5. d.

EDwardus, illuſtris Regis Angliæ primogenitus, venerabilibus in Chriſto patribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis & fidelibus ſuis, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis totius terræ ſuæ Vaſconiæ, ſalutem.

Cum, Domini Regis patris noſtri & ſui Concilii irrequiſito aſſenſu, commiſerimus Domino Galfrido de Lezinan, avunculo noſtro, Seneſcalciam terræ noſtræ Vaſconiæ cuſtodiendam; nos, de ſpeciali mandato dicti Domini Regis, & Conſilio Comitum, Baronum, & aliorum Magnatum Angliæ, dictam Commiſſionem noſtram duximus revocandam.

Mandantes vobis in fide, qua nobis tenemini, quod præfato Domino Galfrido in nullo, quod ad dictam Seneſcalciam pertinet, ſitis intendentes, aut reſpondentes.

Et, ſi litteræ noſtræ, Domino Galfrido inde confectæ, præſentes litteras prævenerint, eas in irritum revocamus; volentes quod viribus omnino careant, & nullius ſint momenti.

Et vos omnes ac ſinguli dictam terram & loca veſtra ad fidem noſtram ſalvo

A.D. 1258.

custo-

A.D. 1258. Hen. 3.

cuſtodiatis, expectantes adventum illius, quem Seneſcallum dictæ terræ, de Conſilio Domini Regis, & Magnatum prædictorum, duxerimus conſtituendum.

In cujus, &c.

Data apud Winton. duodecimo die Julii, anno, &c. quadrageſimo ſecundo.

Conſimilis littera dirigitur Majori & Civibus Burdegaliæ, & omnibus aliis communitatibus Civitatum, & Villarum totius terræ Vaſconiæ.

Quarum una miſſa fuit per Dovor. & alia per Porteſm. die Lunæ proximo ante Feſtum Sanctæ Margaretæ Virginis, anno, &c. 42.

Unam detulit Johannes de Rotheby, & aliam Johannes de Tidyngdon.

Littera Papæ rogatoria de Termino ſuper facto Siciliæ prorogando.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Clauſ. 42. H. 3. m. 5. d.

DOmino Papæ Rex ſalutem, cum reverentia & honore.

Cum nuper diſcretum & prudentem virum, Magiſtrum Arlotum, Notarium veſtrum, ad nos duxeritis pro facto Siciliæ dirigendum, idem Magiſter negotium, ſibi in hac parte a vobis commiſſum, nobis curialiter expoſuit, ut decebat; & tempus ſuſpenſionis pœnarum in privilegio conceſſionis veſtræ, nobis & Edmundo filio noſtro factæ de Regno Siciliæ, contentarum: & tempus reſervationis juris præfato filio noſtro ſuper dicto Regno, per idem privilegium adquiſiti, authoritate veſtra, pro reformatione negotii Regni prædicti, uſque ad Kalendas Septembris proximas prorogavit, aſſerens ſe poteſtatem non habere prorogandi ulteriùs terminum ſupradictum:

Et quia propter hoc, & alia agenda noſtra Nuncios noſtros ad veſtram præſentiam, ex parte noſtra & Magnatum noſtrorum, in proximo tranſmittemus;

Sanctitati veſtræ duximus ſupplicandum, quatinus terminum illum uſque adventum Nunciorum noſtrorum prædictorum favorabiliter dignemini prorogare, ut nobis munificentiæ veſtræ gratiam ſentiamus more ſolito fructuoſam.

Teſte Rege apud Weſtm. viceſimo ſeptimo die Julii.

In eadem forma ſcribitur venerabili Cœtui Cardinalium, rogando, quod favorabiliter annuere, & erga Dominum Papam diligenter procurare dignentur, ut prorogatio termini, quam præfatus Magiſter Arlotus fecit in hac parte, uſque adventum Nunciorum Regis prædictorum ad Curiam, prorogetur: Ita quod Rex inde eis fortius aſtringatur ad merita gratiarum.

Teſte ut ſupra.

De Nunciis ad ſedem Apoſtolicam ſuper negotio prædicto deſtinatis.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Clauſ. 42. H. 3. m. 5. d.

REX R. Archiepiſcopo Tarataſien. ſalutem.

Cum pro nobis graves & immenſos ſumptus & labores gratanter ſubieritis pro facto Regni Siciliæ, de quo vobis grates referimus multimodas, & in proximo nos oporteat ſolempnes Nuncios ad ſedem Apoſtolicam pro eodem negotio deſtinare,

Nos, de diſcretione & diligenti ſolicitudine veſtra (quam nobis perutilem per effectum operis agnovimus) indubitatam gerentes fiduciam, dilectionem veſtram requirimus (affectu quo poſſumus ampliori) quatinus, cum nunquam in negotiis noſtris expediendis defueritis, non recuſetis in hac ſumma & urgenti neceſſitate, ſolitum pro nobis aſſumere laborem.

Quin modis omnibus, ſicut honorem noſtrum & liberorum noſtrorum diligitis, parati ſitis, cito poſt inſtans Feſtum aſſumptionis beatæ Mariæ, proficiſcendi ad Curiam Romanam, unà cum aliis Nunciis noſtris, quos illuc pro eodem negotio mittemus; circa quem terminum Magiſter Roſtandus, Domini Papæ Subdiaconus & Capellanus, ad vos veniet, vobis de expenſis verſus eandem Curiam proviſurus.

Et, quia bene noſtis quatinus proceſſum eſt in facto Regni prædicti, venerabilem patrem Elbridunenſem Archiepiſ-

A.D. 1258. Hen. 3.

copum (cui de eodem itinere vobiſcum aſſumendo preces noſtras dirigimus) ad hoc diligenter inducatis, ipſum ſuper facto illo, prout neceſſe fuerit, informantes, tantum facientes in præmiſſis quod nos, & liberi noſtri vobis ad perpetuas gratiarum actiones propter hoc teneamur.

Teſte Rege apud Weſtm. viceſimo octavo die Julii.

Littera Regi Navarræ in Angliam ad corpus beati Thomæ venienti.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Clauſ. 42. H. 3. m. 5. d.

EGregio Principi, & ſibi kariſſimo Theobaldo, Regi Navarræ illuſtri, Campaniæ & Briæ Comiti Palatino, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Super eo, quod nobis per veſtras litteras intimaſtis, quod vos & nobilis vir Comes Nivernenſis, conſanguineus veſter, unà cum quibuſdam aliis nobilibus, ad venerabile corpus beati Thomæ Martiris apud Cantuariam peregrè proficiſci deſideratis, & noſtrum ſuper hoc habere conductum, læti efficimur quamplurimum & gaviſi, & conductum illum vobis duximus gaudenti animo concedendum.

Et, quia, in receptione litterarum veſtrarum, fuimus in procinctu noſtri itineris verſus partes boreales, in ultimis finibus Regni noſtri conſiſtentes (quo nos oportet divertere pro arduis negotiis, ſtatum Regni noſtri tangentibus (& modis omnibus affectantes veſtram videre præſentiam, & vobiſcum habere colloquium;

In adventu veſtro in Regnum noſtrum, Serenitatem veſtram affectuoſe rogamus, quatinus de adventu veſtro in Anglia taliter providere curetis ut, in Octabis Sancti Michaelis inſtantis, ſitis apud Cantuariam; & exinde ad nos venire poſſitis uſque London, nobiſcum ibidem ſpaciaturi; ubi, auctore Domino, in occurſu veſtrum proponimus intereſſe.

Teſte Rege apud Weſtm. viceſimo octavo die Julii.

De Conductu pro prædicto Rege Navarræ & Comite Nivernenſi.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Ibidem.

REX omnibus Ballivis, &c.

Sciatis quod ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum Egregium Principem Theobaldum Regem Navarræ illuſtrem, & nobilem virum Comitem Nivernenſem conſanguineum ſuum, cum tota familia ſua, quam ſecum ducent in veniendo in Angliam, poſt inſtans Feſtum Sancti Michaelis, cum voluerint, & peregre proficiſcendo ad venerabile corpus beati Thomæ Martiris apud Cantuariam, ac inde ad nos veniendo, nobiſcum morando, & a nobis ad propria revertendo.

Et ideo vobis mandamus quod prædictis Regi, & Comiti, vel eorum familiæ, quam ſecum ducent, in veniendo in Angliam, poſt terminum prædictum, nobiſcum morando, & a nobis ad partes ſuas revertendo, nullum inferatis, vel inferri permittatis impedimentum aut gravamen.

Et ſiquid, &c.

In cujus, &c. duraturas a Feſto Sancti Michaelis uſque ad natale Domini proximo ſequens.

Teſte Rege apud Weſtm. viceſimo octavo die Julii.

Littera Papæ rogatoria, de conditionibus circa Regnum Siciliæ mitigandis.

A.D. 1258.
An. 42. H. 3.
Clauſ. 42. H. 3. m. 4. d.

Domino Papæ Rex Angliæ ſalutem.

Quotiens recolimus immenſas & infinitas gratias, quas, non noſtris exigentibus meritis, ſet ſuæ liberalitatis inſtinctu, ſedes Apoſtolica nobis fecit, & indefeſſa ſollicitudine jugiter faciens, gratias gratiis ſuperaddit, nos pro tantis beneficiis recognoſcimus debitores.

Ecce! enim quod nuper venerabilem virum Magiſtrum Arlotum, Subdiaconum, & Notarium veſtrum, ad nos miſiſtis pro negotio Regni Apuliæ, qui ſub certa forma reformationem ſecum attulit conditionum quarumdam in privilegio Apoſtolico, confecto ſuper hoc, contentarum;

Petens, in primis, quod cum illuſtri Rege Franciæ pacem reformaremus omnino; ita quod ex illa pace mille Milites per annum, vel quingenti per biennium nobis in ſubſidium dicti negotii provenirent: Super quo, per Dei gratiam, taliter eſt proceſſum quod non reſtat, niſi ut per favorem ſedis Apoſtolicæ iſte articulus debitum ſortiatur effectum; ſicut religioſus vir frater Manſuetus, qui iſtis interfuit, veſtræ Clementiæ plenius explicabit.

Secundo, petiit ut liberaremus Eccleſiam in quadam pecuniæ quantitate: quod aliter nequivimus facere niſi, ſicut Nuncii noſtri vobis exponent, ſcilicet, decimam, quam Prælati Regni Angliæ, Templarii, & Hoſpitalarii pro triennio præterito nobis debent, dando Eccleſiæ inde ſolutam: daturi opem & operam efficacem ut dicta quantitas exigatur.

A.D. 1258.

Tertio, quoque Magiſter Arlotus petit quod, uſque ad certam ſummam, de Regno noſtro commune ſubſidium haberemus: Super quo Magnates & Proceres noſtros inſtanter & diligenter requiſivimus, qui, poſt multos tractatus, nobis unanimiter reſponderunt quod, ſi de ipſorum conſilio Regnum noſtrum vellemus in melius reformare, & vos conditiones, in privilegio veſtro contentas, quas nimis difficiles reputant, mitigare velletis, ipſi nos ad proſecutionem dicti negotii adjuvarent:

Super quo nos, & filius noſter primogenitus, ipſorum ordinationi ſtatum Regni noſtri & noſtrum ſubmiſimus, volentes ut circa Regnum noſtrum ordinent quicquid viderint expedire.

Et jam in multis procedere laudabiliter inceperunt, propter quod firmiter credimus & tenemus quod, dummodo manſuetudo veſtra conditiones ipſas temperet, ſicut Nuncii noſtri vobis exponent, dictum negotium, per Magnatum noſtrorum & totius Communitatis auxilium, ad finem perveniet exoptatum.

Unde Sanctitati veſtræ cum devotione, qua poſſumus, ſupplicamus, quatinus, attendentes quod ex ſincera affectione iſtud negotium aſſumpſimus, conditiones prædictas, ſicut Nuncii noſtri petent, dignemini mitigare.

Teſte Rege apud Weſtm. 1 die Auguſti.

Littera Papæ de Pace cum Rege Franciæ.

A.D. 1258.
An. 42. H. 3.
Clauſ. 42. H. 3. m. 4. dorſ.

Domino Papæ Rex Angliæ ſalutem cum reverentia & honore.

Regi gloriæ, & gratiæ largitori, ac veſtræ Sanctitatis clementiæ gratiarum refundimus actiones, qui, pacem faciens in ſublimibus ſuis, animum veſtrum erga nos excitare dignatus eſt, vobis inſpirans ut illa antiqua & vetus controverſia, inter nos & illuſtrem Regem Franciæ longis temporibus agitata, quæ innumerabilium Provinciarum populos traxit in exterminium & ruinam, per manſuetudinis veſtræ gratiam diſſolvatur:

A.D. 1258.

Unde, cum jocunditate animi, ac cordis jubilo, dicere poſſumus vos, qui locum Dei tenetis in terris, portare pacem & illuminare patriam, & populis, vobis ſubditis, procurare quietem; ut per vos Altiſſimus glorificetur in cœlis, pax miniſtretur in terris hominibus benivolæ voluntatis.

Ecce! enim, pater clementiſſime, quod nuper per religioſum virum Fratrem Man-

A.D. 1258. Hen. 3.

Manſuetum, Pœnitentiarium & Capellanum veſtrum (cujus manſuetudo & providentia apud nos & Regni noſtri majores grata eſt plurimum & accepta) qui ſibi commiſſo negotio diligenter, fideliter inſtitit & prudenter, quaſi per angelum pacis nos multipliciter monuiſtis, ut cum ſereniſſimo Rege Franciæ pacis fœdera iniremus;

Cujus exortationibus ſalutiferis & honeſtis adquieſcentes, omnino cum prædicto Fratre in Franciam ſolempnes nuncios curavimus deſtinare: Qui, poſt tractatus varios, certam formam pacis cum ſæpedicto Rege Franciæ ordinarunt; in qua, licet nonnullis articulis conditio noſtra gravari quodammodo videatur, tamen nobis acceptabile & gratum exiſtit quicquid cœleſtis diſpenſatio ſuper hoc duxerit providendum:

Sperantes exinde ut, per ipſius pacis proventum, eccleſia Dei de variis laboribus reſpirabit ad pacem & annunciabit Dominus annum placabilem; ut mirabiles elationes maris, quibus Petri navicula fluctuare videtur, mirabilis in altis Dominus ceſſare faciet, ſtatuens procellam in auram.

A.D. 1258. Hen. 3.

Cum igitur, totis medullis, animo affectemus ut, per ſedis apoſtolicæ providentiam, quæſtionis præfatæ ſcrupulus complanetur, Sanctitati veſtræ cum affectione, quâ poſſumus, ſupplicamus, quatinus quod, circa tractatum pacis, tam piè tam laudabiliter inchoaſtis, feliciter conſummare curetis: Nobis concedentes Legatum, quem Nuncii noſtri duxerint nominandum, ut, per ipſius induſtriam, dicta pax, ad honorem Dei, & Eccleſiæ Romanæ, firmetur;

Ex hoc enim Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ accreſcet plurimum, ſi per ipſum pax iſta, à cunctis devotis Eccleſiæ affectata, proveniat; ut, per iſtius pacis exitum, auctor pacis nobis pacem tribuat, quæ exſuperat omnem ſenſum.

Teſte Rege apud Weſtm. 1 die Auguſti.

Ejuſmodi, cum prædicta, Littera Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Clauſ. 42. H. 3. m. 4. d.

VEnerabilibus Patribus Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Henricus Rex Angliæ ſalutem, cum omni reverentia & honore.

Scimus multis & infallibilibus documentis, quod Sacroſancta Romana Eccleſia, piiſſima mater noſtra, vigilanti ſtudio & propenſiore cura conſiderat ea quæ incolumitatem reſpiciunt Regni noſtri: Quod oſtendit evidentiſſime hiis diebus; nam nuper per religioſum virum fratrem Manſuetum, Domini Papæ pœnitentiarium & Capellanum, ſedes Apoſtolica de quiete noſtra ſollicita, nos multipliciter monuit & induxit, ut cum illuſtri Rege Franciæ pacis fœdera iniremus;

Nos igitur, attendentes quod, ex parte iſtâ, toti Chriſtianitati nonnulla commoda, per Dei gratiam, poterunt provenire, una cum dicto fratre Nuncios noſtros ſollempnes in Francia curavimus deſtinare; qui, poſt tractatus varios, certam formam pacis cum ſæpedicto Rege Franciæ ordinarunt;

A.D. 1258.

In qua, licet in quibuſdam noſtra conditio aggravetur, tamen ratum habemus & gratum quod eſt ſuper hoc ordinatum.

Cum igitur toto mentis deſiderio affectemus ut, per providentiam ſedis Apoſtolicæ, tractatus hujuſmodi compleatur; ſinceritati veſtræ omni affectu, quo poſſumus, ſupplicamus, quatenus quod circa tractatum pacis, tam pie, tam laudabiliter inchoaſtis, feliciter conſummare velitis; nobis concedentes Cardinalem, quem Nuncii noſtri nominaverint in Legatum, ut per ipſius induſtriam dicta pax ad honorem Dei & Eccleſiæ Romanæ firmetur;

Ex hoc enim honori Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ accreſcet plurimum, ſi per ipſam pax iſta, a cunctis devotis Eccleſiæ affectata, proveniat; ut, per iſtius pacis exitum, auctor pacis nobis pacem tribuat, quæ exſuperat omnem ſenſum.

Teſte Rege apud Weſtm. primo die Auguſti.

De Pace in Scotia reformanda.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Pat. 42. H. 3. m. 10.

REX omnibus, &c.

Sciatis nos dediſſe plenam poteſtatem dilectis & fidelibus noſtri Simoni de Monteforti Comiti Leyceſtriæ, Petro de Sabaudia, & Johanni Maunſell Theſaurario Eborum, vel duobus eorum, tractandi de pace inter diſcordantes Regni Scotiæ, & ſtatum ejuſdem Regni reformandi, prout honori illuſtris Regis Scotiæ, & paci, & tranquilitati dicti Regni magis viderint expedire;

Ratum habituri & gratum quicquid prædicti Comes, Petrus, & Johannes, vel duo eorum, nomine noſtro, fecerint in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 4 die Auguſti.

Conſimilem poteſtatem habent prædicti Comes & Johannes Maunſell, ſub alternatione, per aliam litteram.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Littera Regi Scotiæ reſponſoria ſuper variis negotiis.

A.D. 1258. An. 42. H. 3. Clauſ. 42. H. 3. m. 8. d.

REX dilecto & fideli ſuo A. eadem gratia, Regi Scotiæ illuſtri, ſalutem & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Serenitati veſtræ cupimus eſſe notum quod jam diu extitimus debilitate corporis prægravati, ſet, largiente ſalutis auctore, ſperamus ad ſtatum proſperum in proximo recreari, de proſpero ſtatu veſtro plurimum gratulantes.

Cæterum ſuper hiis quæ nobis per Ranulphum Clericum veſtrum, latorem præſentium (qui negotia veſtra, penes nos expedienda, prudenter & diſcrete proſecutus eſt) ſignificaſtis, vobis duximus intimandum tàm per mortem Theſaurarii noſtri (per quem certiorari debuimus de ſolutionibus vobis factis de pecunia in qua vobis tenebamur) & per hoc, quod ſolutiones inde factæ ſunt per diverſas manus Ballivorum noſtrorum, qui nondum compotum reddiderunt, nondum plene certiorari potuimus de ſingulis ſolutionibus, quamquam Rotulos noſtros diligenter & ſtudioſe ſcrutari fecerimus, nichil tamen certum, quouſque novum habeamus Theſaurarium, & ſuper hiis certiorati fuerimus, vobis inde poterimus reſpondere; quod, ſi placet, graviter non feratis.

Nos autem, per Rotulos noſtros, quam alio modo, interim faciemus inveſtigari diligentius & plenius ſuper hoc veritatem; unde, ſcrutato & viſo ſimiliter, ex parte veſtra, quantum inde perceperitis, & per quorum manus, tàm noſtratum, quàm veſtratum, & quantum Nunciis veſtris, euntibus ad Curiam Romanam, & etiam Mercatoribus Italicis à nobis liberari petiviſtis, nobis conſtare faciatis.

Et, intellectis & aſſummatis omnibus particulis ſolutionis prædictæ, ſciamus plenius, tàm per nos, quàm per vos, quantum adhuc vobis reddere teneamur; & parati erimus tantum ſuper hoc facere, quantum pro nobiſmet ipſis in caſu conſimili fieri vellemus, de quo contenti eritis Deo dante.

De negotio vero tangente libertatem veſtram de Penrath. pro arduis negotiis, nobis incumbentibus hiis diebus, prædicto Nuncio veſtro plenam reſponſionem ad præſens facere non potuimus; ſet Willielmum de Notingham Clericum, quem dilecta filia noſtra, conſors veſtra, ad negotium illud exequendum litteratorie deputavit, propter hoc apud nos retinuimus, per quem vobis inde plenius reſponſum noſtrum curabimus intimare.

De Manerio ſiquidem de Wheteley: Noveritis quod quoſdam Juſticiarios, quos attornati veſtri petebant, aſſignavimus ad juſtitiam vobis exinde exhibendam quamcitius poterunt, ſecundum legem & conſuetudinem Regni noſtri; nec aliud in cauſa propria feciſſe poteramus.

Teſte, &c.

De Emendis pro interceptionibus contra Treugas cum Lewelino faciendis.

A.D. 1258. *An.* 42. *H.* 3. *Pat.* 42. *H.* 3 *n.* 7.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod aſſignavimus dilectos & fideles noſtros Jacobum de Audithel & Petrum de Monteforti Vicecomitem noſtrum Salop. & Stafford, unà cum aliis fidelibus noſtris, quos ſecum duxerint aſſumendos, ad emendas a Lewelino filio Griffini & hominibus ſuis, pro pace noſtra & noſtrorum, recipiendas & faciendas ſuper dampnis & tranſgreſſionibus, factis per homines noſtros, hinc inde, contra formam treugarum, inter nos & prædictum Lewelinum initarum, ad dies & loca, quæ prædicti Jacobus & Petrus in Marchiis Salop. & Ceſtr. vel alibi providerint, citra inſtans feſtum Sancti Michaelis.

Et, ad præmiſſa, vice noſtra, facienda, plenam eis poteſtatem concedimus.

In cujus, &c. duraturas uſque ad feſtum prædictum.

Teſte Rege apud Wodeſtoke, 18 die Auguſti.

A.D. 1258.

De Tallia pro Rege Romanorum.

A.D. 1258. *An.* 42. *H.* 3. *Clauſ. ab An.* 42. *ad* 50. *H.* 3. *m.* 9. *intus.*

OMnibus, &c. ſalutem. Quia chariſſimus frater noſter Rex Romanorum illuſtris, proximo profecturus eſt ad Curiam Romanam, pro arduis & urgentiſſimis negotiis, quæ ad noſtrum, & ſuum, & Regni noſtri honorem & profectum aſſumpſit, & quæ ſine maximis ſumptibus nequeunt expediri,

Conceſſimus ei, quod Burgos & Maneria ſua, quæ fuerunt dominica noſtra, rationabiliter talliare poſſit hac vice, licet dominica noſtra per Angliam ad præſens non fecerimus talliari.

In cujus, &c.

A.D. 1258.

Pro Eodem.

A.D. 1258. *An.* 42. *H.* 3. *Ibidem.*

OMnibus libere Tenentibus de illuſtri Rege Romanorum in Anglia, ſalutem.

Quia prædictus Dominus Rex frater noſter chariſſimus in proximo profecturus eſt ad Curiam Romanam, pro arduis & urgentiſſimis negotiis, quæ ad noſtrum, & ſuum, & Regni noſtri honorem & profectum aſſumpſit, circa quorum expeditionem oportet ipſum non modicos ſumptus apponere,

Univerſitatem veſtram rogamus attente quatenus, cum præfatus Dominus veſter veſtra ad præſens indigeat ſubventione, eidem in hac neceſſitate ſua jam competens ſubſidium impendere ſtudeatis, quod tam a nobis, quam ab ipſo in agendis veſtris favorem & gratiam futuris temporibus merito promereri debeatis, cum ſpeciali gratiarum actione.

Teſte, &c.

A.D. 1258.

Littera Edwardi Principis per quam revocavit donationem, factam Guidoni de Lezign. de Inſula de Olerone.

A.D. 1258. *An.* 42. *H.* 3. *L. B. f.* 197. *B.*

EDwardus, illuſtris Regis Angliæ primogenitus, dilectis & fidelibus ſuis Majori, & probis hominibus ſuis Inſulæ Oleron, ſalutem.

Cum in collatione, quam nobis fecit Dominus Rex Pater noſter de Inſula prædicta, certus inſerebatur articulus, videlicet, quod Inſula ipſa a Corona Angliæ nullatenus poſſet ſeparari, & nos nuper, eundem articulum ad memoriam non bene reducentes, aſſenſu Domini Regis Patris noſtri minime requiſitio,

A.D. 1258.

A.D. 1258. *Hen.* 3.

eandem Inſulam kariſſimo Avunculo noſtro, Guidoni de Lezign. ad terminum vitæ ſuæ, per cartam noſtram conceſſiſſemus;

Nunc, dictam negligentiam noſtram evidenter attendentes, ipſam conceſſionem noſtram, de præcepto prædicti Patris noſtri, per præſentes revocamus, vobis mandantes quatinus tenorem litterarum præfati Domini Regis, in hac parte vobis tranſmiſſarum, totaliter exequamini.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras vobis mittimus patentes.

Dat. apud Sutwerk, 4 die Nov. anno Regni Domini Regis Patris noſtri 43.

De Regimine Regni Scotiæ.

A.D. 1258. *An.* 43. *H.* 3. *Pat.* 43. *H.* 3. *m.* 41.

REX omnibus, &c.

Cum venerabilis pater G. Epiſcopus Sancti Andreæ, Johannes de Acr. Maria Regina ipſius Johannis ſponſa, Walterus Comyn Comes de Meneth, Alexander Comyn Comes de Buchan. Willielmus Comes de Mar, Alexander Seneſcallus Scotiæ, Alanus Hoſtiarius, Robertus de Moynes, & Gilbertus de Haya, regimen Regni Scotiæ in ſe plenius aſſumpſerint;

Noveritis nos eiſdem bona fide promiſiſſe quod, quamdiu negotia ipſius Regni ſecundum Deum & Juſtitiam, & ad commodum & honorem kariſſimi filii noſtri Regis Scotiæ illuſtris, eorum Domini, & filiæ noſtræ prædilectæ Reginæ Scotiæ, eorum Dominæ, atque ſecundum leges & bonas conſuetudines illius Regni, hactenus uſitatas, rite tractaverint,

In eiſdem negotiis, cum indiguerint, & ab ipſis fuerimus requiſiti, conſilium noſtrum & auxilium eis favorabiliter impendemus:

Ita quod ſi ipſi omnes, vel aliqui, ſeu aliquis eorum ſuper præmiſſis in aliquo deliquerint, & a nobis requiſiti fuerint ſuper emenda exinde facienda, nec infra ſpatium trium menſium, poſt noſtram mentionem ſuper hoc ab eis receptam, illud emendaverint, ſecundum quod debuerint, in nullo extunc eis teneri volumus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 6 die Novembris.

De Excommunicando quorundam Mercatorum Florentin. debitores cujuſcunque ſint dignitatis.

A.D. 1258. *An.* 43. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Archidiacono Londonienſi, & Officiali ejuſdem, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Significarunt nobis dilecti filii Maynettus, Jacobus, & Franciſcus Rambertini, Philippus Rodulphi, Gerardus Riccobaldi, Silveſter Ubertus Raynaldi, Feus Bonfilioli, & eorum Socii Cives & Mercatores Florentin. familiares noſtri, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, Capitula, Conventus, Communitates, Duces, Marchiones, Comites, Comitiſſæ, Barones, Milites, Burgen. ac quidam alii Clerici & Laici Angliæ, & Scotiæ Regnorum, & Yberniæ, in quibuſdam pecuniarum ſummis, & bladi, vini, & lanæ quantitatibus, ac rebus aliis, tenentur eiſdem, prout in literis, vel inſtrumentis indè confectis plenius dicitur contineri; de quibus, licet quidam ſolutionum termini ſint elapſi, eis non eſt ſtatutis locis & terminis ſatisfactum, propter quod dampna gravia & expenſas non modicas ſe aſſerunt incurriſſe;

Quocirca diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus vos, vel alter veſtrûm, omnes debitores Mercatorum ipſorum, & Hæredes eorum, quos ipſi, vel eorum aliqui, ſeu ipſorum Nuntii, ad hoc miſſi, vobis duxerint nominandos, cujuſcumque conditionis, honoris, aut dignitatis exiſtant, monere curetis ac inducere diligenter quod de dictis pecuniarum ſummis, & bladi, vini, ac lanæ quantitatibus, ac rebus aliis, in quibus tenentur eiſdem, cum juſtis & moderatis expenſis, ac debita reſtauratione dampnorum (uſuris omnino ceſſantibus) infra duos menſes, poſt hujuſmodi monitionem veſtram, juxta literarum vel inſtrumentorum ipſorum tenorem, ple-

A.D. 1258.
Hen. 3.

nariam ſatisfactionem impendant eiſdem vel uni eorum, ita quod alia non exigatur probatio ab eiſdem, nec incumbat ipſis, prætextu alicujus conſtitutionis, canonicæ vel civilis, aut privilegii ſedis apoſtolicæ, vel alterius, probare pecunias ipſas in utilitatem Eccleſiarum ſeu perſonarum, quibus vel quarum procuratoribus extiterunt eædem pecuniæ creditæ, fuiſſe converſas:

Quod, ſi infra tempus hujuſmodi ſatisfacere non curaverint, vos ex tunc in debitorum ipſorum, & majorum de Capitulis & Conventibus perſonas excommunicationis, in Conventus verò, & Capitula, ac aliorum debitorum terras, interdicti ſententias promulgetis, eas uſque ad ſatisfactionem condignam, ubi, & quando, ac quotiens expedire videritis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, per vos, vel alios, ſeu alium, ſollempniter innovando;

Non obſtantibus aliquibus privilegiis, vel indulgentiis, aut quibuſcumque literis apoſtolicis, ſeu aliis, generalibus vel ſpecialibus, ſub quacumque forma verborum obtentis, & etiam obtinendis, non facientibus de præſentibus mentionem, quibus hujuſmodi mandati noſtri effectus in aliquo impediri valeat, vel differri; & ſi dictis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis quibuſcumque a ſede ſit indultum eadem quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu quod extra ſuam provinciam, vel dioceſin, aut ultra certum locum ad judicium evocari non poſſint per litteras apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam de ipſorum nominibus, ac de indulto hujuſmodi mentionem; etiam ſi contineatur in ipſo quod ei non poſſit per aliquas litteras apoſtolicas derogari; ſive quod cruceſignatis dictorum Regnorum ab eadem ſede dicitur eſſe conceſſum, quod per ipſius ſedis literas nequeant, niſi coram ſuis ordinariis, conveniri; & Conſtitutionibus, tàm de duabus dietis editis in concilio generali, quàm fælicis recordationis I. Papæ Prædeceſſoris noſtri de aliquibus, per generalem clauſulam quidam alii ultra quatuor, ad judicium non trahendis.

A.D. 1258.
Hen. 3.

Dat. Anagniæ, 3 Non. Decembris, Pontificatûs noſtri anno quarto.

Sigillo avulſo.

Littera Regi ab Alexandro Rege Scotiæ.

A.D. 1259.
An. 43. *H.* 3.
Ex Bundello literarum tempore H. 3.

Magnifico Principi Domino ſuo in Chriſto cariſſimo, Domino H. Dei gratia Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, Alexander, eadem gratia, Rex Scotorum, ſalutem & ſemper augmentum.

Cum Willielmus de Swynburn, Clericus noſter, a vobis recepit, ad opus noſtrum, mille Marcarum ſterlingorum, in partem ſolutionis mille librarum ſterlingorum, quas nobis ſolvere promiſiſtis in Nundinis Sancti Botulphi proximo præteritis, partem ——— debiti, in quo nobis tenemini ratione matrimonii, contracti inter nos, & Margaretam Conſortem noſtram, filiam veſtram primogenitam:

Et idem Willielmus literas noſtras Patentes, ſolutionem dictarum mille librarum teſtificantes, cariſſimæ Dominæ & Matri noſtræ Dominæ Alianoræ, Dei gratia Reginæ Conſorti veſtræ, commiſerit ut in æqua manu:

A.D. 1259.

Quas quidem literas nobis reſtituere promiſiſtis quamcito vobis literas noſtras, ſolutionem dictarum mille Marcarum teſtificantes, mitteremus;

Attentius vos rogamus quatinus Johanni de Lundorc. Clerico noſtro, Latori præſentium, dictas literas noſtras Patentes de dictis mille Marcis deferenti, præfatas literas noſtras mille librarum reſtitui faciatis.

Teſte meipſo apud Sna —— 17 die Februarii, anno Regni noſtri 13.

Littera Regi Romanorum de Juramento ſuper Reformatione ſtatus præſtando.

A.D. 1259.
An. 43. *H.* 3.
Pat. 43. *H.* 3. *n.* 35.

Rex kariſſimo fratri ſuo Ricardo, eadem gratia, Regi Romanorum illuſtri, ſemper Auguſto, ſalutem & fraternæ dilectionis ſemper angmentum.

A.D. 1259

Cum nos, & Magnates noſtri ad vos nuper ſolempnes Nuncios direxerimus, ad inducendum vos ad præſtandum Juramentum, quale nos, & Edwardus primogenitus noſter, necnon Proceres, &

Com-

A.D. 1259.
Hen. 3.

Communitas Regni noſtri, ſuper reformatione ſtatûs prædicti Regni præſtitimus;

Et vos, ſicut intelleximus, eiſdem Nunciis litteras veſtras patentes dederitis, de hujuſmodi juramento præſtando, cum in Angliam veneritis, dum tamen mandatum noſtrum ſuper hoc habeatis:

Fraternitatem veſtram rogamus, mandantes in fide qua nobis tenemini, quatinus juramentum illud præſtetis, ſicut præfati Nuncii vobis expoſuerunt.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Cantuar. 23 die Januarii.

A.D. 1259.
Hen. 3.

P. S.

INjungimus etiam vobis quod in inſtrumento veſtro addatur, quod fratres noſtros in Regnum Angliæ vobiſcum violenter non adducetis, vel adduci facietis, ſine aſſenſu & voluntate noſtra, & Magnatum Regni noſtri.

Littera Cœtui Cardinalium Romanæ Eccleſiæ, ſuper facto Siciliæ.

A.D. 1259.
An. 43. H. 3.
Clauſ. 43. H. 3. m. 13. d.

VEnerabili Cœtui Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Rex Angliæ ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Quia de quibuſdam negotiis, inter Regem, & illuſtrem Regem Franciæ, prolocutis Rex plenius certiorari volebat, priuſquam Domino Papæ ſuper hiis (quæ per Magiſtrum Petrum Lemovicen. & Anſelmum de Belencr. Clericos, & Nuncios venerabilium Patrum Ebredunen. & Tarentaſ. Archiepiſcoporum, & dilecti Clerici Regis Magiſtri Ruſtandi, ejuſdem Domini Papæ Capellani, ſuper facto Siciliæ, & aliis tàm literis, quàm viva voce Regi ſignificavit) certum Rex daret reſponſum (propter quod etiam quoſdam de Majoribus Regni & conſilii Regis in Franciam Rex tranſmiſit) Rex prædictos Clericos retinuit, uſque ad reditum dictorum Nunciorum Regis.

A.D. 1259.

In quorum reverſione, abſque mora ulteriori, per eoſdem Clericos, vel per alios Nuncios Regis ſolemnes, Domino Papæ, & eis, ſuper præmiſſis, certum reſponſum ſuum Rex ſignificabit; & maxime de negotio Siciliæ, cum effectu proſequendo, vel penitùs dimittendo.

Unde vos attentiùs Rex rogat, quatènus apud ſummum Pontificem diligenter inſtare velitis, ne hanc moram modici temporis gravem habeat vel moleſtam.

Et quod ſuper facto Siciliæ, vel aliis, Regem ſeu Regnum Regis tangentibus, nihil interim immutetur.

Teſte Rege apud Windeſ. decimo ſexto die Martii.

Bulla pro Epiſcopo Elfinenſi in Archiepiſcopum Tuamenſem elato.

A.D. 1259.
An. 43. H. 3.
Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Licet continuata ſupervenientium negotiorum inſtantia noſtrum animum (cum, diſponente Domino, univerſali regimini, quamvis immeriti, præſideamus) inſultibus impetat ſucceſſivis; ſollicitudo tamen omnium Eccleſiarum, noſtris incumbens humeris, tanto artius nos cotidiana meditatione perurget, quanto ad id ſumus, ex injuncto nobis Apoſtolatus officio, ſpecialius, immo principalius deputati.

A.D. 1259.

Præſentatam igitur nobis, ex parte dilectorum filiorum Decani Archidiaconi, & Capituli Tuamen. poſtulationem de venerabili fratre noſtro Archiepiſcopo Tuamenſi, tunc Elfinenſi Epiſcopo, in Eccleſia eorum factam, examinari fecimus diligenter;

Et, quia eam invenimus canonicè de perſona idonea celebratam, ipſam (non obſtante quod Magiſter Guillielmus de Cornelio, Canonicus Dublinen. Capellanus noſter pro ſe, & quibuſdam aliis, quos aſſerebat eſſe Canonicos Tuamenſes huic poſtulationi ſe minus rationabiliter opponebat; cum nobis non conſtiterit eos ipſius Eccleſiæ Tuamenſis eſſe Canonicos)

A.D. 1259. Hen. 3. nicos) de fratrum noſtrorum conſilio admittentes, eum, a vinculo, quo tenebatur Elſinenſi Eccleſiæ, abſolutum, præfecimus eidem Tuamenſi Eccleſiæ in Archiepiſcopum & Paſtorem;

Ei licentia tranſeundi ad prædictam Eccleſiam Tuamenſem, & pallio (quod eſt officii pontificalis inſigne) ac plena ipſius Eccleſiæ amministratione conceſſis, firma ſpe, fiduciaque retentâ quod, per ipſius induſtriam, eadem Eccleſia Tuamenſis auctore Deo, ſpiritualibus proficiet inſtitutis, & temporalibus augebitur incrementis.

Quocirca Serenitatem tuam rogandam duximus attentius & hortandam, quatinus eundem Archiepiſcopum, pro Apoſtolicæ ſedis & noſtrâ reverentiâ, Celſitudinis tuæ proſequens manſuetudine, conſueta ei Eccleſiæ Tuamenſis regalia, ſine difficultatis diſpendio, facias aſſignari; ipſum & ſuam Eccleſiam a malignorum incurſibus, Regalis potentiæ brachio, defenſurus. A.D. 1259. Hen. 3.

Dat. Anagniæ, 10 Kal. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno quinto.

Sigillo avulſo.

Bulla Ricardo in Romanorum Regem electo & coronato, congratulatoria ſuper ſublimatione prædicta.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. ALexander Epiſcopus, ſervus, &c. cariſſimo in Chriſto filio Ricardo, in Romanorum Regem Electo & Coronato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Grande noſtri provenit gaudium ex filii bonitate, vixque aliquid eſt quod parentes ita lætificet ſicut ſapientia & probitas filiorum, in qua velut in theſauris optimis delectantur.

Unde quia Romana Eccleſia in te conſpicua devotionis inſignia, evidentia prudentiæ, & quicquid in perfecto & amabili filio exigitur, plenarie reperit, vehementi profecto exultat lætitia.

Et, inter cætera, quæ animum ejus exhilarant, hoc jocunditatem maximam affert ei, quod tam carum & tam placidum habet filium, ſinceritatis quidem puritate præfulgidum, & virtutum gratia præpollentem.

Propter quod ad perſonam tuam tota mentis affectione dirigitur, &, aſſiduis te brachiis materni amoris amplectens, in tuis præclaris operibus, tanquam in ſuavi odore aromatum, recreatur; cogitans ſemper & in cordis ſecreto revolvens, quid gratiæ, quid favoris poſſit impendere tam præceſſo, & quibus honorificentiis ſuum ſtatum magnificum valeat inſignire.

Sane dilectos filios, Magiſtrum Arnoldum Capellanum noſtrum prothonotarium, & fratrem Willielmum ordinis Sanctæ Trinitatis & Captivorum familiarem, & Nuncios tuos, viros utique induſtrios & prudentes, & in commiſſo eis negotio ſollicitos & fideles, quos ad ſedem Apoſtolicam deſtinaſti, conſueta benignitate recepimus, & ea, quæ iidem Nuncii, ac venerabilis frater noſter, Epiſcopus & dilecti filii Archidiaconus Roſenſis, ac Robertus de Baro, tui honoris tuæque exaltationis fervidi zelatores, nobis ex parte tua ſecrete ac publice retulerunt, intelleximus diligenter: A.D. 1259.

Verum quia eximia caritatis & pietatis opera, quibus ſemper perſona tua inter alios Catholicos Reges & Principes orbis terræ refulſit, pro te apud nos & Romanam Eccleſiam matrem tuam ſedulo ac efficaciter interpellant;

Nos hoc non indigne penſantes, conſiderantes etiam quod ſemper fuiſti Eccleſiarum amator præcipuus, & defenſor libertatis Eccleſiaſticæ ſingularis, fortiſſimus Catholicæ athleta fidei, ac pervigil juſtitiæ gubernator;

Attendentes inſuper quod circa perſonam tuam inclytam & illuſtrem, electam utique dudum ad Romani culmen Imperii, eſt ad unctionem & coronationem etiam jam proceſſum,

Noſtrum ad te totaliter direximus animum, firmo intendentes propoſito, & intentione ſtabili proponentes, ad tui honoris cumulum libenter aſſurgere, tuæque promotioni frequenter intendere, atque ad omne bonum tuum impendere opem & operam efficacem.

Et ecce dilectum filium, fratrem Walterum de Rogat. familiarem & pœnitentiarium noſtrum, virum utique religione conſpicuum, moribus & ſcientiâ præditum, nobiſque ſuæ meritis probitatis acceptum, tibique valde devotum, ad regimen Alemanniæ in favorem tuum duximus ſpecialiter deſtinandum,

Univerſis prædicti Imperii Principibus cæteriſque Magnatibus, tàm Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, tibi adhærentibus, & non adhærentibus, mandantes

A.D. 1259.
Hen. 3.

per noſtras favorabiles literas, & per ipſum, ut adhærentes conſtanter in tua fidelitate perſiſtant; & non adhærentes tibi ſtudeant adhærere firmiter, ac præbeant omne quodcumque poſſunt per ſe, ſubditos, & conſanguineos, & amicos ſuos, conſilium, auxilium & favorem.

Super ea autem, quod dicti Nuntii moram magnam in Curia noſtra protraxiſſe videntur, tua Serenitas non miretur, quia tam ardua, tamque ſolemnia negotia nec poſſunt, nec debent cum feſtinantia, ſicut a multis forte creditur, expediri; præſertim cum expediat, ſicut nôſti, in talibus cum multa providentia, deliberatione, gravitate ac maturitate procedi.

Ideoque Celſitudinem tuam rogandam duximus attentius & hortandam, quatenus prædictum pœnitentiarium noſtrum, qui ad hoc de mandato noſtro ad tuam accedit præſentiam, ut in commiſſo ſibi negotio cum tuo conſilio dirigatur (& cui in his, quæ tibi dixerit ex parte noſtra, adhibeas firmam fidem) benigne recipiens, ac illa quæ pro te fecimus diligenter attendens, habenſque prædictos Nuntios ſuper mora hujuſmodi, cum fructuoſa valde & utilis fuerit, excuſatos, conforteris in Domino, ſtudiumque tuum circa magnifica & eximia probatæ conſtantiæ tuæ opera, more ſolito, de Divino, & Apoſtolico favore confiſus, ad laudem Dei, & exaltationem Sedis Apoſtolicæ exercere non ceſſes, ac illa quæ pro te per nos in hac parte facta & ordinata conſiſtunt.

A.D. 1259.
Hen. 3.

Ad hoc, ut cautius & melius ad optatum perducantur effectum, ſecreta apud te, nemini revelando, teneas illa; quia, ſi ſecùs fieret, plurimum negotio deperiret.

Nos autem, qui ad perſonam tuam præcipuum & intimum habemus affectum, quique vehementi deſiderio cupimus ut ſtatus tuus continuis, Deo auctore, amplificetur commodis & concreſcat augmentis, apud Regem Regum devotis pro te ac ſedulis ſupplicationibus ferventer inſiſtimus, ut per ſuam clementiam tuos proceſſus regat & dirigat, detque tibi ex alto virtutem proſequendi laudabiliter inchoatum negotium, illudque feliciter confirmandi.

Data Anagniæ, 11 Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno quinto.

Petit A. Papa quod Epiſcopus Roffenſis, moram faciens in Curia Romana pro Negotiis Romani Imperii, & Regis Angliæ, in cauſa contra Archiepiſcopum Cantuarienſem faciat attornatum, non obſtante Lege Angliæ in contrarium.

A.D. 1259.
An. 43. *H.* 3.
Ex Autogr.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Si ad multa & grata ſervitia, quæ venerabilis frater noſter Roffen. Epiſcopus tibi & Regno tuo apud ſedem Apoſtolicam & alias etiam exhibuit, & exhibere non ceſſat, debitum haberes quoquomodo reſpectum: Si diligenter adverteres labores & ſumptus, quos ſubiit, & ſubit indeſinenter, apud eandem ſedem morando, pro negotio Romani Imperii, ac tua tuorumque hæredum exaltatione (quam cunctis promovet ſtudiis & procurat, ſicut & nos novimus, & tota noſtra Curia non ignorat) preces noſtras in hiis, quæ ipſius Epiſcopi & commiſſæ ſibi eccleſiæ comodum & honorem reſpiciunt, expectare quomodolibet non deberes;

Sed potius ad illa deberes intendere efficaciter, per te ipſum, etiam non rogatus, ut, quemadmodum idem Epiſcopus, etiam abſque requiſitione tua, libenter pro tuo, tuæque domus honore laborat, ſic & tu omne ipſius bonum ſpontè ac liberaliter procurares.

A.D. 1259.

Cùm igitur inter eundem Epiſcopum, & venerabilem fratrem noſtrum Cantuarienſem Archiepiſcopum ſuper quibuſdam articulis in foro tuo quæſtio moveri credatur, & etiam ventilari; idemque Epiſcopus, tuis & prædicti Imperii apud dictam ſedem negotiis occupatus, nequeat, ad præſens, in Angliam perſonaliter ſe transferre, ſuam præſentialiter proſecuturus juſtitiam & etiam defenſurus; ne jura ſua, propter ejus abſentiam, abſorbeantur quomodolibet vel lædantur;

Serenitatem tuam rogandam duximus attentius & hortandam quatinus, attendens providè quot & quanta prædictus Epiſcopus pro te fecit & facit aſſiduè; penſans

A.D. 1259. Hen. 3.

penſans etiam quod (cum nos ipſum; propter placidæ familiaritatis, & laudabilis converſationis obſequia, quibus ſe reddit in noſtris oculis gratioſum, præcipua benivolentia proſequamur) gratum eſt nobiſcum quod ab aliis honoratur; eundem Epiſcopum & prædictam eccleſiam, ob reverentiam memoratæ ſedis & noſtram, habens propenſius commendatos,

Eidem Epiſcopo abſenti procuratorem; qui in curia tua Attornatus vulgariter nuncupatur, & qui vice ſua proſecutioni & defenſioni hujuſmodi cauſæ ferventer inſiſtat (non obſtante contraria dicti Regni conſuetudine, quæ juri conſona non videtur) regia liberalitate concedas de gratia ſpeciali; ita quod idem Epiſcopus condignam apud te gratiam ſe inveniſſe lætetur, noſque multiplices propter hoc Serenitati tuæ gratias referamus.

Dat. Anagniæ, 10 Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno quinto.

Plumbeo Sigillo a Filo canabeo.

De Matrimonio inter Beatricem Filiam Regis & Johannem primogenitum Ducis Britanniæ.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. m. 22.

REX omnibus, &c.

Noveritis nos dilectis & fidelibus noſtris, Ricardo de Clare Comiti Glouceſtriæ & Hertfordiæ, & Johanni Maunſell Theſaurario Eborum,

Noſtram poteſtatem tradidiſſe ad tractandum, nomine noſtro, & finaliter ordinandum ſuper Matrimonio, contrahendo inter Johannem, primogenitum filium, & Hæredem Nobilis Viri Comitis Britanniæ, & prædilectam filiam noſtram Beatricem;

Ratum habituri & firmum quicquid dicti fideles noſtri, ſuper hoc, ex parte noſtra, duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windeſor. 10 die Maii.

Forma Pacis inter Henricum 3. Angliæ Regem, & Lodovicum 9. Regem Franciæ.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Rot. Conventionum pacis 43. H. 3. m. 4.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ notum facimus univerſis, tàm præſentibus, quàm futuris, quod nos, divinâ favente gratiâ, cum illuſtri Rege Franciæ, conſanguineo noſtro kariſſimo, pacem firmavimus ſecundum formam, quæ fuit hinc inde tractata; quam, ſicut in Gallico ſcripta eſt, inferiùs annotari fecimus in hæc verba.

1. C'EST LA FORME DE LA PAIS deviſee entre les Rois de France & de Angleterre.

Li Rois de France donra al Roi de Angleterre tote la droiture, qe li Rois de France a, & tient en ces trois Eveſchez, & es Citez, c'eſt a dire de Limoges, de Caturs, & de Pierregort, en fiez, & en demaines; ſauf l'omage de ſes Freres, ſe il aucune choſe i tienent, d'ont il ſoient ſi home; & Sauve les choſes, que li Rois de France ne puet metre hors de ſa maine par lettres de lui, ou de ſes Anceſſeurs; les queles choſes li Rois de France doit purchacier a bone foi vers cels qui ces choſes tienent, que li Rois de Angleterre les ait dedens la Touzſaintz en un an, ou faire lui eſchange avenable, al eſgard de preudes homes, qui ſoient nomez d'une part & d'autre, le plus convenable, al profit de deus parties.

2. Et oncore li devantdit Rois de France donra al Roi de Angleterre la value de la tere de Agenois en deners cheſcun an, ſelonc ce qe ele ſera priſee a droit value de tere par preudes homes, nomez d'une part & d'autre, & ſera la paie fait al Temple, a Paris, cheſcun an, a la Quinzeine de l'Aſcenſion la moite, e a la Quinzeine de la Touz Sainz l'autre.

Et, s'il avenoit qe le Tere eſchaiſt de la Conteſſe Johanne de Poitiers au Roi de France, ou a ſes heires, il ſeroit tenuz, ou ſes heires de rendre la au Roi de Angleterre, ou a ſes heires:

A.D. 1259. Hen. 3.

Et rendue la tere, il ſeroit quites de la ferme: Et, s'ele venoit a autres qu'au Roi de France, & a ſes heirs, il donroit au Roi de Angleterre le fie de Agenois, avec la ferme devantdite: Et, s'ele venoit en demaine al Roi de Angleterre, li Rois de France ne ſeroit pas tenuz a rendre cele ferme:

Et, ſe il eſtoit es garde par le Court le Roi de France, qe, por la tere de Agenois avoir, deuſt li Rois de Angleterre metre, ou rendre aucuns deniers, par raiſon de gagiere, li Rois de France rendroit ces deniers, ou li Rois de Angleterre tendroit, & auroit la ferme tant qu'il euſt en ce qu'il auroit mis pur cele gagiere.

3. Derechief, il ſera enquis en bone foi, & de plaine, a la requeſt le Roi de Angleterre, par prodes homes, a ce eſleuz d'une part & d'autre, ſe la tere, que li Cuens de Poitiers tient en Caorſin de par ſa fame, fu del Roi de Angletere donee, ou baillee avec la tere Agenois par mariage, ou par gagiere, out tot, ou partie a ſa ſuer, qui fu mere le Conte Raym. de Tholoſ. derreinement mort:

Et, s'il eſtoit trove qu'il euſt ainſi eſte, & cele tere eſchaoit al Roi de France, ou a ſes heires, del deces la Conteſſe de Poitiers, il la donroit al Roi de Angleterre, ou a ſes heires:

Et, ſe ele eſchaoit a autre, & il iert trove par cele enqueſte, tote vois, qe ele euſt eſte ainſi donee ou baillee, come il dit deſſus, apres le deces le Conteſſe de Poitiers, il donroit la fie au Roi de Angleterre, ou a ſes heires, ſaufe l'omage de ſes Freres, ſe il aucune choſe i tenoient, tant com il vivroient.

4. Derechef, apres le deces del Conteſſe de Poiters, li Roi de France, ou ſes heires Rois de France, donra al Roi de Angletere, ou a ſes heires la tere, que li Cuens de Poiters tient ores en Xancton Outre la Ryuere de Charente en fiez & en demaines qui ſoient outre la Charente, ſe ele eſchaoit al Roi de France, ou a ſes heires:

Et s'ele ne li eſchaoit, il purchacera en bone maniere, par eſchange, ou autrement que li Roi de Angleterre & ſes heirs l'aient; ou li fera avenable eſchange, a l'eſgard de prodes homes, qui ſeront nomez d'une part & d'autre:

Et de ce, que li Rois de France donra al Roi de Angleterre, ou a ſes heires, en fiez, ou en demaines, li Rois de Angleterre, & ſi heirs feront homage lige au Roi de France, & a ſes heires Rois de France: Et auſi de Bordiaus, & de Baion, & de Gaſcoigne, & tote la tere, que il tient, de ca la mer de Angleterre, en fiez & en demaines; & des iſles, s'aucune en ia que li Rois de Angleterre tiegne, qui ſoient de Roiaume de France, & tendra de lui com Pers de France, & Dux de Aquitaigne:

A.D. 1259. Hen. 3.

Et de totes ces choſes devantdites fera li Rois de Angleterre ſerviſes avenables, iuſque a tant que il foiſt trove quels ſerviſes les choſes deuroient; & lors il ſeroit tenuz de faire les tiels, com il ſeroient trove de l'omage de la Conte de Bigorre, de Armeignac, & de Faianzac, ſoit ce que droit en ſera.

5. Derechef li Roi de France donra al Roi de Angleterre ce, qe cinc cenz Chevalers deuroient coſter reiſnablement a tenir deus anz a l'eſgard de prodes homes, qui ſeront nome d'une part & d'autre; & ces deniers ſera tenuz li Rois de France a paier a Paris al Temple, a ſis paiez pars deus anz, ceſt a ſaver,

A la quinzein de la Chandelor, qui vient procheinement, la primere paie, c'eſtadire la ſiſieme partie:

Et a la quinzein de l'Aſcenſion enſuant l'autre paie:

Et a la quinzeine de la Touz Seinz l'autre:

Et auſi des autres paies en l'an enſuant;

Et de ce donra li Rois de France ſes lettres pendanz, & le Temple, ou l'oſpital, ou ambedeus enſemble en plege:

Et li Rois d'Angleterre ne doit ces deniers deſpendre forſque el ſervice Deu, ou de l'Egliſe, ou al profit del Roiaume de Angleterre, & ce par la veue des prodes homes de la tere, eſleuz par le Roi de Angleterre, & par les hauz homes de la tere.

6. Et par ceſte pais feſant quitera li Rois de Angletere & ſi diu fil al Roi de France, & a ſes Succeſſours, & a ſes heires, & a ſes freres, ſi le Rois de Angleterre, ou ſi Anceſſiors aucune droiture ont, ou orent onqes en choſes qe li Rois de France tiegne ou teniſt onqes, ou ſi Anceſſeors, ou ſi frere, c'eſtaſſavoir en la Duchee, & en tote la tere de Normandie, en la Conte & en tote la tere de Anju, de Toraine, & del Mayne, & en la Conte & en tote la tere de Poitiers, ou aillours en aucune part del Roiaume de France, & es Iſles s'aucune en tienent li Rois de France, ou ſi frere, ou autre de us, & toz arrerages.

7. Et auſi quiteront li Roi de Angleterre, & ſi dui fil, a touz ceus, qui depar le Roi de France, ou de par ſes Anceſſeors, ou de ſes Freres tienent aucune choſe par don, par Eſchange, ou par vente, ou par achate, ou par aſcenſement, ou en autre ſemblable maniere, en la Duche & en

tote

A.D. 1259. Hen. 3.

tote la tere de Normandie, & en la Conte & en tote la tere de Anjou, & de Turaine, & del Maine, & en la Conte & en tote la tere de Poitiers, ou aillours, en aucune part el Roiaume de France, ou es Iſles deſuſdites; ſauve al Roi de Angleterre, & a ſes heires, lur droiture es teres, d'ont il doit fere au Roi de France homage lige par ceſte Pais, ſicome il eſt deſus deviſe; & ſauf ce qe le Rois de Angleterre puiſſe demaunder ſa droiture, ſe il la quide avoir en Agenois, & avoir la ſe la Court del Roi de France le Juge, e auſi de Catorſin.

8. Et donra li Rois de Angleterre au Roi de France les lettres, que on dit que il a del Roi Richard ſon frere, de quitance de totes ces choſes par eſchange que il en ont, ſe il puet ces letres trover ou avoir; &, ſil ne les puet trover, ne avoir, il donroit ſes lettres pendanz al Roi de France, & des Barons, & des Prelaz, & des prodes homes, qui i furent de teſmoniage de la quitance que li Rois Richard en fiſt.

9. Et aura uncore el Sairement, & es letres pendanz le Roi de Angleterre, que, puis cele quitance, nule droiture il ne li dona en nule des ces choſes: Et ceſte meſme quitance al Roi de France, & as autres devandiz fera li Roi de Angletere faire a ſa ſuer le Counteſſe de Leiceſtre pur ſoi, & pur ſes heires, & des enfanz, meſmes de cels que l'en requerra.

10. Et le Roi de France clamera auſi quite al Roi de Angleterre, ſe il, ou ſi Anceſſor li fierent onqes tort de tenir ſon fie, ſanz li faire homage, & ſanz li faire ſon ſerviſe, & toz arrerages.

11. Et pardonront & quiteront la uns a l'autre toz maltaleux de conteux, & de guerres, & touz damages, & totes miſes, que il ont fait, ou faites de ca, ou de la en guerres, & en autre maneres.

12. Et, pur ce ke ceſte pais firmement & eſtablement, ſanz nule enfraignance, ſoit tenue a toz jours, li Roi de Angletere, & ſi dui fil, & ſa ſoer le Counteſſe de Leiceſtre, & ſi enfant, juront ces choſes a tenir tant come a cheſcun apertendra; & a ce tenir obligerent eus, & lur hieres, par lur letres pendanz, & de ce donra ſeurte li Roi de Angleterre des Chevalers des terres devantdites, meſmes que li Rois de France li donra, & des Viles ſolonc ce ke li Roi de France leu requera.

13. Et la forme de la ſeurte des homes & des Villes pur le Roy de Angleterre ſera tele; il jurront que il ne donront ne conſeil, ne force, ne aide, par quoi li Rois de Angleterre, ne ſi heir veniſſent en contre le pais; & s'el avenoit (que Deu ne voille) que il veniſſent encontre, & il ne l'vouſiſſent amender puis ke li Roi de France, ou ſes Heirs les en auroint fait requerre, cil, qui la ſuerte avoient faite, dedenz les trois mois qi li Roi de France les en auroit fait requere, ſeroient tenuz deſtre aidant al Roi de France & a ſes heirs, contre le Roi de Angleterre & ſes heirs, juſques a tant que ceſte choſe fuſt amende ſuffiſaument a l'eſgard de la Curt le Roi de France.

14. Et ſera renovelee ceſte ſeurte de diz anz, en diz anz, a la requeſt del Roi de France, ou de ſes heirs
France; & auſi, de ceſte pais tenir, li Roi de France obligera ſoi, & ſes heirs par ſes lettres pendanz; & jurra il, & ſes filz ainznez, ou ſi dui fil ainznez, la pais a tenir en bone foi, tant com a chaſcun apertendra.

15. Hanc ſiquidem pacem & compoſitionem, inter nos & Regem Franciæ, prædictam firmatam, & omnia prædicta & ſingula, prout ſuperius continetur, promittimus bona fide pro nobis, & hæredibus noſtris, & Succeſſoribus, prædicto Regi Franciæ, & ejus hæredibus ac ſucceſſoribus nos fideliter & firmiter ſervaturos, nec contraventuros per nos, vel per alium aliquatenus in futurum; & quod nichil fecimus, nec in poſterum faciemus, per quod præmiſſa, vel aliqua præmiſſorum in toto, vel in parte, minus habeant firmitatis.

16. Quittantes penitus & expreſſe, pro nobis & hæredibus noſtris & ſucceſſoribus noſtris, memorato Regi Franciæ, & ejus hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis, necnon Anteceſſoribus, & fratribus ejuſdem, & eorum hæredibus, ac ſucceſſoribus, ſi nos, vel Anteceſſores noſtri, aliquod jus habemus, vel habebamus unquam in rebus, quas Rex Franciæ tenet, vel unquam tenuit, vel anteceſſores ſui, vel fratres ſui; ſcilicet, in Ducatu & tota terra Normanniæ:

In Comitatu & tota terra Andegaviæ Turon. & Cinom:

Et in Comitatu & tota terra Pictaviæ; vel alibi in aliqua parte Regni Franciæ, & in Inſulis, ſi aliquid teneat Rex Franciæ, vel fratres ſui, vel aliquis de eis, & omnia arreragia.

17. Et ſimiliter quittamus nos, & duo filii noſtri, omnibus illis qui, ex parte Regis Franciæ, vel ex parte Anteceſſorum ſuorum, vel fratrum ſuorum, tenent aliquid per donum, per eſcambium, vel per venditionem, vel per emptionem, vel per aſcenſamentum, vel alio ſimili modo in Ducatu & in tota terra Nor-

A.D. 1259. *Hen.* 3.

manniæ; & in Comitatu & in tota terra Andegaviæ, Turoniæ & Cynomanniæ; in Comitatu & tota terra Pictaviæ; vel alibi, in aliqua parte Regni Franciæ, vel in Inſulis ſupradictis: Salvo nobis & hæredibus noſtris jure in terris, unde debemus facere Regi Franciæ homagium ligium per pacem iſtam, ſicut ſuperius eſt proviſum; & ſalvo nobis hoc quod poſſimus exigere jus noſtrum, ſi quid credamus habere in Agenois, & habere illud jus, ſi Curia Regis Franciæ hoc judicet, & ſimiliter de Caturc.

18. Quittamus etiam penitus & expreſſe memoratum Regem Franciæ, & fratres, & anteceſſores ſuos, de omnibus arreragiis & proventibus perceptis, & qui percipi potuerunt in omnibus ſupradictis; & de omni rancore & contentione, hinc inde habitis; & de omnibus ſumptibus, miſis & dampnis, occaſione guerrarum, vel quocumque modo alio irrogatis.

19. Hanc autem quittationem & pacem inter nos & ipſum Regem firmatam, ſecundum quod ſuperius continetur, quantum ad omnes & ſingulos articulos, coram nobis jurare fecimus in animam noſtram Humfridum de Bohun Comitem Eſſex. & Hertfordiæ, & Willielmum de Fortibus Comitem Albemarliæ, ad hoc ſpecialiter deputatos a nobis, nos inviolabiliter obſervaturos, & quod per nos, vel per alium nullatenus contraveniemus in futurum.

20. Dictas autem quittationes & pacem, de mandato noſtro ſpeciali, juraverunt Edwardus primogenitus, & Edmundus, filii noſtri, ſe inviolabiliter ſervaturos, & in nullo per ſe, vel alium contraventuros: Et quittationes fecerunt de omnibus ſupradictis voluntate ſpontanea, & noſtra auctoritate interveniente pariter & aſſenſu;

21. Quod, ut perpetuæ firmitatis robur optineant, ſigillum noſtrum præſenti paginæ fecimus apponi.

Datum apud Weſtmonaſterium, ab incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono, viceſimo die Maii.

A.D. 1259. *Hen.* 3.

De inquirendo ſuper quibuſdam terris ſecundum formam pacis initæ cum Francia.

A.D. 1259. *An.* 43. *H.* 3. *Pat.* 43. *H.* 3. *n.* 22.

REX omnibus, &c.

Noveritis quod nos dilectis & fidelibus noſtris, Simoni de Monte-forte Comiti Leiceſtriæ, Ricardo de Clare Comiti Glouceſtriæ & Hertfordiæ, Petro de Sabaudia, Johanni Maunſell Theſaurario Eborum, J. de Baillilo, & Roberto Walrand, ſeu illis ex eis qui præſentes fuerint, plenam damus poteſtatem ad eligendum aliquos viros idoneos;

Qui, unà cum illis quos illuſtris Rex Franciæ ad hoc, pro parte ſua, duxerit aſſignandos, bona fide, & de plano inquirant utrum terra, quam Comes Pictavenſis tenet in Epiſcopatu Caturcenſi, data fuit, vel tradita a Rege Angliæ, prædeceſſore noſtro, in toto, vel in parte cum terra de Agen. nomine pignoris, aut maritagii cum ſorore ſuâ, matre Comitis Remundi, qui ultimo deceſſit, & ad procedendum in iſto negotio prout continetur in forma pacis, initæ inter dictum Regem Franciæ, & nos;

Ratum habituri & gratum quicquid dicti fideles noſtri omnes, aut illi ex eis qui præſentes fuerint, necnon & electi ab eis in præmiſſo negotio duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. viceſimo die Maii.

Conſimilis littera emanavit, per eadem verba, hoc mutato quod, loco in Epiſcopatu Caturcenſi, ponitur, in Provinciis Caturcenſibus & Peregor.

Teſte, &c.

Per Comitem Glouceſtriæ,

A.D. 1259.

De negotiis, in pace contentis, expediendis.

A.D. 1259. *An.* 43. *H.* 3. *Ibidem.*

REX omnibus, &c.

Noveritis quod nos dilectis & fidelibus noſtris, Simoni de Monte-forti, & aliis præſcriptis, aut illis ex ipſis qui præſentes fuerint, plenam damus poteſtatem complendi, pro parte noſtra, omnia quæ in pace, inter illuſtrem Regem Franciæ & nos,

A.D. 1259.

A.D. 1259. Hen. 3. nos, ordinata fuerint, & jurata hinc inde: Et ad recipiendum nomine noſtro omnia quæ per prædictam pacem nobis debent aſſignari.

Damus etiam eiſdem, vel illis eorum qui præſentes fuerint, poteſtatem ſubſtituendi, ſi opus fuerit, alium ſeu alios, ad omnia negotia proſequenda & expedienda, nomine noſtro, quæ in forma prædictæ pacis continentur:

A.D. 1259. Hen. 3. Ratum habituri & firmum quicquid prædicti fideles noſtri, vel illi eorum qui præſentes fuerint, ſubſtitutus etiam, vel ſubſtituti ab eis, decreverit, aut decreverint faciendum in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De arbitratione pecuniæ per Regem Franciæ ſolvendæ pro 500 Militibus per Biennium tenendis.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c.

Noveritis quod nos dilectis & fidelibus noſtris, Simoni de Monte-forti Comiti Leiceſtriæ, Ricardo Comiti Glouceſtriæ & Hertfordiæ, Petro de Sabaudia, Johanni Maunſell Theſaurario Eborum, J. de Baillol, & R. Waleran, aut illis eorum qui præſentes fuerint,

Plenam damus poteſtatem ad eligendum & conſtituendum ex parte noſtra aliquos bonos viros, ſive ex ſeipſis ſive ex aliis;

Qui, unà cum aliis ex parte illuſtris Regis Franciæ eligendis, ſive conſtituendis, aut conſtitutis, arbitrari valeant ſuper quantitate pecuniæ, quam idem Rex Franciæ pro ſumptibus quingentorum Militum, per biennium tenendorum, ſecundum quod in forma pacis inter ipſum & nos initæ continetur, nobis debet aſſignare:

A.D. 1259. Ratum & firmum habituri quicquid iidem, vel illi ex eis qui præſentes fuerint, necnon electi, aut conſtituti ab eiſdem, in præmiſſo negotio duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De quinta perſona eligenda, ſi forte cæteri non concordent de negotio prædicto.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c.

Noveritis quod dilectis & fidelibus noſtris, Simoni de Monte-forti Comiti Leiceſtriæ, & aliis præſcriptis, ſeu illis ex eis qui præſentes fuerint,

Plenam damus poteſtatem ut, ſi forſitan illi duo, quos ex ſeipſis, vel ex aliis elegerint, ad arbitrandum ſuper quantitate pecuniæ, quam illuſtris Rex Franciæ, pro quingentis Militibus, per Biennium tenendis (ſicut in pace, inter ipſum, & nos firmata, continetur) nobis ſolvere tenetur cum aliis duobus, quos idem Rex Franciæ ad hoc pro parte ſua duxerit aſſignandos, ſuper ipſa arbitratione facienda concordare non poſſint,

A.D. 1259. Prædicti Simon, Ricardus, Petrus, Johannes, & Johannes, & Robertus, noſtri fideles, aut illi ex eis qui præſentes fuerint, conſentire valeant in quintum,

Qui una cum ipſis quatuor in arbitratione prædicta procedat:

Ratum habituri, & firmum quicquid per ipſos quinque concorditer, aut per majorem partem eorum actum fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De negotio prælocuto.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c.

Noveritis quod dilectos & fideles noſtros, Johannem Maunſell, & Robertum Waleram conſtituimus ut, unà cum illis, quos illuſtris Rex Franciæ, pro parte ſua, duxerit aſſignandos, arbitrari valeant nomine noſtro ſuper quantitate pecuniæ quam idem Rex nobis debet aſſignare pro quingentis Militibus per biennium tenendis,

A.D. 1259. prout

A.D. 1259. Hen. 3.

prout in forma pacis, inter ipſum, & nos initæ, continetur:

Ratum habituri & firmum quicquid dicti Johannes & Robertus ex parte iſta duxerint faciendum.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1259. Hen. 3.

De modificatione pecuniæ, ratione quingentorum Militum, concedendæ ex parte Franciæ.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. *Ibidem.*

REX omnibus, &c.

Noveritis quod dilectis & fidelibus noſtris, Ricardo de Clare Comiti Glouceſtriæ & Herefordiæ, Petro de Sabaudia, Johanni Maunſell Theſaurario Eborum, J. de Baillol, & Roberto Waleram, vel eis ex ipſis qui præſentes fuerint,

Plenam damus poteſtatem ad modificandum, nomine noſtro, illam ſummam pecuniæ, quam recipere debemus ab illuſtri Rege Franciæ pro quingentis Militibus, per biennium tenendis, prout viderint expedire:

Ratum habituri & firmum quicquid dicti fideles noſtri omnes, ſeu illi ex eis qui præſentes fuerint, ſuper hoc, ex parte noſtra, duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1259.

De tractando ſuper valore terræ de Agenois.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. *Ibidem.*

REX omnibus, &c.

Noverit Univerſitas veſtra quod nos dilectis & fidelibus noſtris, Simoni de Monteforti Comiti Leiceſtriæ, Ricardo de Clare Comiti Glouceſtriæ & Hertfordiæ, Petro de Sabaudia, Johanni Maunſell Theſaurario Eborum, & Roberto Waleram, aut illis eorum qui præſentes fuerint,

Plenam damus poteſtatem ad eligendum ex parte noſtra aliquos viros idoneos, ſive ex ſeipſis, ſive ex aliis,

Qui, unà cum illis quos illuſtris Rex Franciæ ad hoc pro parte ſua duxerit aſſignandos, æſtimare valeant valorem terræ de Agenois, cujus valentiam annuam idem Rex, prout in pace inter ipſum & nos inita continetur, ſolvere nobis tenetur annuatim:

Ratum & firmum habituri quicquid dicti fideles noſtri, ſeu illi ex eis qui præſentes fuerint, necnon electi, aut conſtituti ab eis, in præmiſſo negotio duxerit faciendum.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1259.

De eodem negotio.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. *Ibidem.*

REX omnibus, &c.

Noveritis quod dilectis & fidelibus noſtris, Simoni de Monte-forti Comiti Leiceſtriæ, Ricardo de Clare Comiti Glouceſtriæ & Herefordiæ, Johanni Maunſell Theſaurario Eborum, & Roberto Waleram, vel illis ex eis qui præſentes eſſe contigerint,

Plenam damus poteſtatem ut, ſi forſitan illi, quos ex parte noſtra elegerint ex ſeipſis, ſeu ex aliis, ad æſtimandum valorem terræ de Agenois, ſecundum quod in forma pacis, inter Dominum Regem Franciæ, & nos initæ, continetur, cum illis quos idem Rex ad hoc pro parte ſua duxerit aſſignandum, ſuper æſtimatione facienda concordare non poſſint,

Dilecti fideles noſtri, ſeu illi ex eis qui præſentes fuerint, conſentire valeant in aliquem alium virum idoneum eis aſſociandum, qui, una cum aliis ex parte utraque, ut dictum eſt, eligendis, ſive conſtituendis in prædicta æſtimatione procedat:

Ratum habituri & firmum quicquid prædicti Nuncii noſtri, & electi ab eis fecerint in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1259.

A.D. 1259. Hen. 3.

De conſervando Rege Franciæ indempnem verſus Comitiſſam Leiceſtriæ.

A.D. 1259. Hen. 3.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c.

Noveritis nos bona fide promiſiſſe, pro nobis, & hæredibus noſtris, magnifico Principi Regi Franciæ illuſtri quod, ſi forte contingat Comitiſſam Leiceſtriæ, ſororem noſtram, & liberos ſuos, nolle facere quitantiam, quam dictus Rex Franciæ exigit ſecundum formam pacis, inter ipſum & nos proviſæ;

Nos, & hæredes noſtri, ipſum Dominum Regem Franciæ, & hæredes ſuos, verſus dictam Comitiſſam & liberos ſuos, ſi fortaſſe jus aliquid vendicaverint in terris, quæ dicto Regi per formam pacis prædictæ remanent, per omnia conſervabimus indempnes. A.D. 1259.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Per eadem verba emanavit alia littera, hoc addito quod poſt remanent, & aliquid de terris illis per judicium Curiæ Franciæ recuperaverint, per omnia, &c. ut ſupra.

Teſte ut ſupra.

Litteræ ejuſdem negotii per Regem.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c.

Univerſitati veſtræ notum fieri volumus quod, ſi fortaſſis contingat Alianoram, Comitiſſam Leiceſtriæ, ſororem noſtram, & liberos ſuos, nolle facere quitantiam, quam Rex Franciæ illuſtris exigit, ſecundum formam pacis, inter dictum Regem & nos proviſæ & juratæ;

Nos plenam & liberam damus poteſtatem dilectis & fidelibus noſtris Ricardo Comiti Glouceſtriæ & Hertfordiæ, Petro de Sabaudia, Johanni Maunſell Theſaurario Eborum, Johanni de Baillol, & R. Waleram, vel illis ex ipſis qui præſentes affuerint, aliàs dicto Regi Franciæ ſatisfaciendi nomine noſtro, prout viderint expedire: A.D. 1259.

Ratum habituri & firmum quicquid iidem, vel illi ex ipſis quos adeſſe contigerit, in hac parte duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Litteræ de Credentia pro W. Bonquer Milite & Mareſcallo Regis, de pace cum Rege Franciæ, & de negotio Siciliæ.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. m. 8. d.

DOmino Papæ, ſalutem cum reverentia & honore.

Super gratiis multimodis nobis & Edmundo nato noſtro, maxime de Regno Siciliæ, & aliis nos & honorem noſtrum contingentibus, a veſtræ Sanctitatis Clementia favorabiliter impenſis, vobis ad gratiarum actiones aſſurgimus, cum devotione ſpeciali;

Veſtræ Paternitati ſignificantes, quod pax inter Regem Franciæ illuſtrem & nos aliquantulum cepit dilationem, a qua magna pars ſubſidii prædicti Regni Siciliæ dependebat.

Super quo Sanctitati veſtræ attentius ſupplicamus quatenus, ob cauſam prædictam, & alias, quas dilectus & fidelis noſter, W. Bonquer, Miles & Mareſcallus noſter, vobis ore tenus ex parte noſtra, plenius exponat, memoratam gratiam veſtram, apud nos & prædictum natum noſtrum tam egregie & liberaliter inchoatam, necnon & benigne continuatam, fine piiſſimo conſummare dignemini; A.D. 1259.

Et eidem, ſuper negotio Siciliæ, & facto Wintonienſi, & ad ea pertinentibus; nec non & aliis negotiis noſtris, & Regni noſtri, plenam fidem adhibere velitis.

Teſte meipſo apud Weſtm. viceſimo die Maii, anno Regni noſtri quadrageſimo tertio.

Littera qua Rex gratias agit Petro Capoccio Cardinali.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. n. 3. d.

REX Venerabili Patri P. Sancti Georgii ad velum aureum Diacono Cardinali, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Ex veridica tàm dilecti Militis noſtri Willielmi Bonquer, quàm aliorum Nunciorum noſtrorum relatione didicimus quod, vos negotia noſtra & Regni noſtri ſincero animo amplectentes, ipſa non minus quàm veſtra totis ſtuduiſtis viribus promovere:

Unde Paternitati veſtræ, quas poſſumus, etſi non quas debemus, gratiarum referimus actiones; rogantes quatinus, ſiquid voluntati veſtræ placuerit quod per nos valeat expediri, nobis ſignificare velitis: Scituri quod, ſi in aliquibus vobis reſponderemus ad votum, nobis gratum eſſet plurimum & acceptum.

A.D. 1259.

Negotia vero noſtra, tàm Regni Angliæ, quàm Regni Siciliæ, & alia pro quibus ad Curiam Romanam præfatum Willielmum deſtinamus, vobis recommendamus; ſupplicantes attente quatinus negotia illa ſolita benignitate promovere dignemini; & hiis, quæ vobis ex parte noſtra dicet, fidem adhibere velitis.

Teſte Rege apud Weſtm. 20 die Maii, anno Regni noſtri 43.

Eodem modo ſcribitur Cardinalibus, videlicet Albo Cardinali, Johanni Geytan. Ottobono Ottomano, H. de Seinchier, R. Hanybal.

De Matrimonio inter Beatricem Filiam Regis, & J. primogenitum Ducis Britanniæ contrahendo.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. n. 22.

REX omnibus, &c.

Sciatis quod nos plenam damus poteſtatem Dominæ Margaretæ, Reginæ Franciæ illuſtri, & dilectis & fidelibus noſtris Ricardo Comiti Glouceſtriæ & Hertfordiæ, Petro de Sabaudia, & Johanni Maunſell Theſaurario Eborum, vel eorum aliquibus, qui præſentes affuerint, ad tractandum de matrimonio, inter Johannem primogenitum filium nobilis viri J. Ducis Britanniæ, & Beatricem filiam noſtram contrahendo, & ad illud firmandum nomine noſtro prout viderint expedire,

Ratum habituri & gratum quicquid ipſi, vel eorum aliqui, quos præſentes adeſſe contigerit, ſuper præmiſſis, unà cum dicta Domina Reginâ, duxerint faciendum.

A.D. 1259.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windeſor. 24 die Maii.

Conſimilem litteram habent prænominati Regina, Ricardus, Petrus, & Johannes, ſine ratificatione, cum hac clauſula.

Et cum ad partes Franciæ venerimus, nos quicquid ipſi omnes, vel aliqui eorum, qui præſentes fuerint, ſuper præmiſſis, una cum prædicta Regina duxerint faciendum, &c.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Littera Archiepiſcopo Ebredunenſi de Credentia de Negotio Siciliæ.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. n. 3. d.

REX Ebredun. Archiepiſcopo ſalutem.

Super laboribus & variis anxietatibus, quibus eſtis pro negotiis noſtris in Curia Romana procurandis multipliciter laceſſiti, ſicut per operis efficaciam manifeſte perpendimus, grates vobis referimus quas valemus.

A.D. 1259.

Et, quia tractatus pacis, inter nos, & Regem Franciæ prolocutæ, a quâ negotium Siciliæ multum dependet, ulteriorem, quam credebamus, cepit dilationem,

Clericos veſtros, qui nuper ad nos ex parte Domini Papæ & veſtra venerunt, ad vos remittere diſtulimus, quouſque plenius

A.D. 1259. Hen. 3.

plenius certiorati eſſemus de pace prædicta, ſicut ipſi vobis poterunt plenius intimare;

Quibus ſuper hiis & aliis negotiis noſtris, quæ vobis expoſuerint, fidem adhibere velitis, ſtatum & beneplacitum veſtrum nobis ſæpius demandantes.

Teſte Rege apud Windeſ. 24 die Maii.

Ejuſmodi Littera eidem cum multis aliis.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Ibidem.

REX venerabilibus patribus H. Ebredun. & R. Taratacen. Archiepiſcopis, Magiſtro Roſtando, & Magiſtro J. Clarel, vel eorum aliquibus, qui præſentes fuerint in Curia Romanâ, ſalutem.

Super laborioſa & ſollicita diligentia, quam appoſuiſtis & apponitis circa negotia noſtra in Curia Romana expedienda, grates vobis referimus copioſas.

Et, quia tractatus pacis, inter nos & Regem Franciæ prolocutæ, à qua negotium Siciliæ multum dependet, ulteriorem quam credebamus, cepit dilationem,

Clericos veſtros, qui nuper ad nos ex parte Domini Papæ & veſtri venerunt, remittere diſtulimus quouſque plenius certiorati eſſemus de pace prædicta, ſicut vobis per alias litteras noſtras, quas vobis per eoſdem Clericos direximus, ſignificavimus.

Unde dilectum & fidelem noſtrum Willielmum Bonquer ad prædictam Curiam mittimus, pro prædicto negotio & aliis ſecretis negotiis ibidem expediendis, quæ idem Willielmus vobis exponet, cui ſuper hiis fidem adhibeatis, & ea ad optatum perduci procuretis effectum, prout præfatus Willielmus vobis ex parte noſtra plenius intimabit; tantum ſuper hoc facientes, quod vobis exinde ad gratiarum merita fortius aſtringamur.

Statum autem veſtrum, & negotiorum noſtrorum in Curia nobis crebrò ſignificetis.

Teſte Rege apud Windeſ. 24 die Maii.

Bulla, quod Rex inducat Scotiæ Regem dare conſenſum Proviſioni Papali pro Epiſcopo Glaſguenſi.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ, illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Rationis oculis intuentes comoda quæ vacantibus eccleſiis de ſalubri proviſione proveniunt, reddimur corde ſolliciti ut circa proviſionem hujuſmodi faciendam fructuoſæ attentionis ſtudium habeatur.

Sane poſtulatione, factâ in eccleſia Glaſguenſi, tunc paſtoris ſolatio deſtitutâ, de dilecto filio magiſtro Nicolao Archidiacono Thevidaliæ, in eccleſia ipſa, nobis præſentata, repulſa;

Ne dicta eccleſia, propter vacationem ipſius, poſſet aliquod incurrere detrimentum, dilectum filium magiſtrum Johannem de Cheyam Glaſguenſem Electum, tunc Capellanum noſtrum, & Archidiaconum Bathonienſem (cui clara morum & vitæ ac ſcientiæ merita ſuffragantur, & perhibetur teſtimonium quod in ſpiritualibus & temporalibus ſit laudabiliter circumſpectus) eidem eccleſiæ, de fratrum noſtrorum conſilio, & apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem;

Firmâ conceptâ fiduciâ quod eidem eccleſiæ, per ipſius miniſterium, proſperitatis & honoris, Deo propitio, deſiderata proveniant incrementa.

Unde cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Regem Scotiæ illuſtrem, rogamus & hortamur attentè ut eumdem Electum, cum eccleſia ſibi commiſſa, ob reverentiam apoſtolicæ ſedis & noſtram, habens propenſius commendatum, ei ſe in Regio exhibeat favore munificum, & in cunctis oportunitatibus gratioſum, ac nichilominus eidem Electo, vel procuratori ſuo, ejus nomine, habenti ab ipſo ſpeciale ad hoc mandatum, & facienti dicto Regi ea quæ dictus Electus facere ſibi tenetur, regalia ſive temporalia, ſine dilatione qualibet & difficultate, concedat.

Cum autem, fili cariſſime, ſit pietatis opus Dei miniſtros benigno favore proſequi, ac eos verbis & operibus, pro Regis æterni gloria, venerari, Serenitatem

Regiam

A.D. 1259. Hen. 3.

Regiam rogamus & hortamur attente quatinus, eumdem Electum habens propenſius commendatum, dictum Regem ad id moneas efficaciter, & inducas præces noſtras taliter admiſſurus, quod eidem Electo redundet in gaudium, in te, quam ſperat, reperiiſſe gratiam; noſque Celſitudini tuæ proinde, in tuis & tuorum negotiis, oportunis temporibus affluenter exponere teneamur apoſtolicæ benignitatis affectum.

A.D. 1259. Hen. 3.

Dat. Anagniæ, Idus Junii, Pontificatûs noſtri anno quinto.

Sigillo avulſo.

De ratificatione treugarum Walliæ.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. n. 15.

REX omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint.

Sciatis quod nos Ratas habemus & gratas Treugas, quas juraverunt venerabiles patres, W. Wigornienſis, & P. Herefordenſis Epiſcopi, & dilecti & fideles noſtri Humfridus de Boun junior, Rogerus de Mortuo Mari, Petrus de Monteforti, & Rogerus de Monte Alto Juſticiarius Ceſtriæ, in anima noſtra, ad vadum aquæ de Mongomery, die Mercurii proximo ante feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli, anno Domini 1259. a feſto Sancti Petri ad vincula anni ejuſdem uſque ad idem feſtum anni Domini 1260. inter nos, & noſtros, tàm Anglicos, quàm Walenſes, ex una parte,

A.D. 1259.

Et Lewelinum filium Griffini & ſuos ex altera, ſecundum quod iidem fideles noſtri pro nobis juraverunt eaſdem Treugas, die & loco ſupradictis; & ut in litteris dictorum fidelium noſtrorum, exinde confectis, melius & plenius continetur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſt. 26 die Julii.

Memorandum quod littera Leulini, ſuper eodem facto, liberata fuit in Garderoba Regis Petro de Winton. cuſtodienda.

Bulla pro cœnobio Sanctæ Trinitatis London.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori & fratribus Sanctæ Trinitatis Lundonien. ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cum, ex debito ſuſcepti regiminis, pro Eccleſiarum teneamur ſtatu ſatagere, & earum jura debeamus ſollicite conſervare, ſi quando poſtulatis à nobis quod rationi conveniat, & ad Eccleſiæ veſtræ ſpectet commodum & profectum, poſtulationibus veſtris benignum cogimur preſtare favorem.

Ea propter, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus gratum impertientes aſſenſum, auctoritate vobis apoſtolica duximus indulgendum, ut in Parrochialibus Eccleſiis veſtris liceat vobis quatuor vel tres de Canonicis veſtris ſine contradictione qualibet inſtituere; ita quidem quod unus ex eis Dyoceſano Epiſcopo repræſentetur, ut ab eo curam recipiat animarum, & ſibi de ſpiritualibus debeat reſpondere.

A.D. 1259.

Inſuper etiam apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut liceat vobis in cauſis Eccleſiæ veſtræ teſtimonium ferre, dummodo unus vel duo ex vobis ad agendum & reſpondendum inſtituantur; quorum teſtimonium in cauſis, in quibus actores vel reſponſales ſunt inſtituti, non debet admitti.

Dat. Anagniæ, 5 Kal. Julii.

Sigillo avulſo.

De Remiſſione Regis, Regi Franciæ ſecundum pacis formam.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. m. 12.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noveritis quod, ſecundum formam pacis, inter Nos, & illuſtrem Regem Franciæ habitæ, & per Procuratores noſtros & ipſius Regis Juramentis firmatæ, ipſi Domino

A.D. 1259.

Regi Franciæ (G. Decano Sancti Martini Turonen. O. Theſaurario Baiocen. Clericis ſuis, & Nicholao de Meneto ſuo Milite, Nunciis & Procuratoribus ipſius Domini Regis ad hoc ſpecialiter conſtitutis, præſentibus & recipientibus nomine ipſius

A.D. 1259. Hen. 3.

ipſius Regis Franciæ, & fratrum ſuorum, necnon & anteceſſorum ſuorum hæredum, ac etiam ſucceſſorum) quitamus penitus & remittimus omne jus, & omnem actionem, quod vel quæ jure hæreditario, ſeu alio quocumque jure nobis competit, vel competere poterit in futuro, in terris inferius nominatis:

Scilicet in Ducatu, & tota terra Normanniæ: In Comitatu, & tota terra Andeg. Tur. & Cenoman.

In Comitatu & tota terra Pictaviæ:

Vel etiam in Inſulis maris, quas tenent vel poſſident dictus Rex Franciæ, vel ſui fratres, ac etiam aliqui alii ab eiſdem:

Ac generaliter in omnibus terris, feodis, & domaniis, juribus, & poſſeſſionibus, infra Regnum Franciæ conſtitutis, quas vel quæ dictus Rex Franciæ, vel fratres ejus habent vel tenent, vel alicui ex parte ipſorum ſeu anteceſſorum ſuorum, ex cauſa donationis, vel permutationis, ſeu alia quacumque cauſa, cum arreragiis inde perceptis.

Salvis tamen nobis & hæredibus noſtris terris, quas in Regno Franciæ habemus & tenemus, aut alii per nos, vel à nobis:

Et etiam terras illas quæ nobis ſecundum compoſitionem & pacem, inter nos, & ipſum Regem habitam, nobis, vel hæredibus noſtris, debent ab ipſo, vel hæredibus ſuis aſſignari & tradi; de quibus homagium ligium facere debemus eidem, factâ prius nobis, & hæredibus noſtris, à prædicto Rege, & hæredibus ſuis, plena & ſufficienti ſecuritate de eiſdem terris: Et etiam de pecunia, quam idem Rex, & ſui hæredes, pro quingentis Militibus, per duos annos tenendis, nobis & hæredibus noſtris reddere tenentur.

Dictum etiam Regem Franciæ, fratres ſuos, necnon anteceſſores, hæredes, & ſucceſſores eorum, de omnibus arreragiis & proventibus perceptis, & qui percipi potuerunt, in omnibus ſupradictis; & de omni rancore & contentione inde habitis; & de omnibus ſumptibus, miſis, & dampnis occaſione guerrarum, vel alio quocumque modo irrogatis, quitamus penitus & expreſſe.

Factâ autem inter nos, & dictum Regem Franciæ, cum perſonaliter convenerimus, ſuper præmiſſis plenaria ſecuritate, præſens ſcriptum, & omnia alia ſcripta, iſtud negotium tangentia, hinc inde tenentur reſtitui; &, ſi quæ hujuſmodi ſcripta poſtmodum inventa fuerint, viribus omnino carebunt, & pro nullis debent reputari.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 24 die Febr.

De homagio Regi Franciæ præſtando, ut in pace continetur.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Ibidem.

REX Univerſis, &c. ſalutem.

Noveritis quod cum Rex Franciæ per pacem, inter nos & ipſum habitam, & juramentis firmatam, teneatur nobis terram aſſignare, & pro Militibus ſolvere certam pecuniæ quantitatem, ſicut in forma pacis, noſtro & ipſius ſigillis ſigillata, plenius continetur, intelligimus quod ad ſolutionem dictæ pecuniæ, vel ad terræ aſſignationem, ſeu traditionem, quouſque ſibi homagium ligium fecerimus, dictus Rex Franciæ minime teneatur.

Data apud Weſtm. 20 die Febr.

Litteræ Domini Edwardi de Quittationibus in pace dicto Regi Franciæ faciendis.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Rot. Conventionum pacis 43. H. 3. m. 4.

EDwardus, illuſtris Regis Angliæ primogenitus, univerſis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem.

Noveritis quod nos quittationes & remiſſiones, quas cariſſimus Pater noſter, Dominus Henricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, fecit illuſtri Regi Franciæ de terris, rancoribus, & aliis, quæ in ipſius litteris continentur, ratas habemus & gratas;

Et eadem omnia ac ſingula, quæ ei per dictum patrem noſtrum, quittata ſunt & remiſſa, nos eidem Regi Franciæ quittamus & remittimus penitus & expreſſe.

Et, tactis Sacroſanctis Evangeliis, juravimus pacem, inter ipſum Patrem noſtrum ex unâ parte, & dictum Regem Franciæ ex alterâ habitam, & juramentis Procuratorum eorumdem firmatam, ſicut in ipſorum litteris continetur, quan-

A.D. 1259. Hen. 3.

tum ad omnes & ſingulos Articulos, in dicta pace contentos, nos firmiter & inviolabiliter obſervaturos, & in nullo aliqua ratione contraventuros.

In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigillum noſtrum duximus apponendum.

A.D. 1259. Hen. 3.

Datum apud Weſtmonaſterium, anno ab Incarnatione Domini 1259, die Veneris in feſto Sancti Jacobi Apoſtoli.

Litteræ Domini Edmundi de iiſdem.

A.D. 1259. *An.* 43. *H.* 3.
Ibidem.

Edmundus, illuſtris Regis Angliæ filius, univerſis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem.

Noveritis quod nos quitationes & remiſſiones, quas cariſſimus Pater noſter, Dominus Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, fecit illuſtri Regi Franciæ de terris, rancoribus, & aliis, quæ in ipſius litteris continentur, ratas habemus & gratas, *&c. ut ſupra uſque hæc verba, viz.*

A.D. 1259.

In cujus rei teſtimonium Sigillum venerabilis Patris Domini Walteri Epiſcopi Wigornienſis præſenti ſcripto apponi procuravimus.

Datum London. anno gratiæ 1259, die Veneris in Feſto Sancti Jacobi Apoſtoli.

Littera ad Regem Franciæ de Forma Pacis nuper initæ.

A.D. 1259. *An.* 43. *H.* 3.
Rotul. Conventionum pacis, &c. 43. *H.* 3. *m.* 4.

Magnifico Principi, conſanguineo & Domino ſuo, Deo annuente, in proximo, Ludovico, Dei gratiâ, Regi Franciæ illuſtri, Henricus eadem gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cum vos teneamini nobis in quantitate pecuniæ, pro quingentis Militibus per biennium tenendis, & de hoc ſecuritatem nobis præſtare debeatis per domos Hoſpitalaris, vel Templi, ſeu ambas, prout in forma pacis, inter vos, & nos, nuper initæ & juratæ, continetur, & ſumma pecuniæ prædictæ nondum æſtimata ſit vel taxata;

A.D. 1259.

Concedimus quod litteræ ſecuritatis prædictæ penes vos reſideant, donec pecunia illa taxata fuerit, & vobis homagium fecerimus, ut tenemur.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte Rege apud Weſtm. 28 die Julii.

Litteræ de Credentia ad Regem Franciæ.

A.D. 1259. *An.* 43. *H.* 3.
Ibidem.

Magnifico Principi, Conſanguineo & Domino ſuo, Deo annuente, in proximo, Ludovico Dei gratia, Regi Franciæ illuſtri, Henricus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Ad veſtræ Celſitudinis præſentiam mittimus dilectos & fideles noſtros, Simonem de Monteforti Comitem Leiceſtriæ, Petrum de Monteforti, & Magiſtrum Johannem Suthevill, pro negotiis quæ vobis, vice noſtra, ore tenus exponent; quibus, ſi placet, omnibus, vel duobus ex ipſis, ſuper hiis fidem adhibeatis; beneplacitum veſtrum ſuper hiis & aliis nobis, ſi placet, ſignificantes per eoſdem.

A.D. 1259.

Teſte ut ſupra.

De Scriptis, pro forma pacis cum Francia, utrinque liberandis.

A.D. 1259. *An.* 43. *H.* 3.
Ibidem.

Magnifico Principi Conſanguineo, & Domino ſuo, Deo annuente, in proximo, Ludovico, Dei gratiâ, Regi Franciæ illuſtri, Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

A.D. 1259.

Ad

A.D. 1259. Hen. 3.

Ad veſtræ Celſitudinis præſentiam dilectos & fideles noſtros, Petrum de Montefort, & Magiſtrum Johannem de Suthevill, tranſmittimus ad liberandum vobis quædam ſcripta, quæ à nobis habere volebatis ſuper pace inter vos & nos firmata, Serenitatem veſtram rogantes quatinus ſcripta, quæ nobis vice verſa facere tenemini de pace prædicta, eiſdem ad opus noſtrum liberari faciatis; Et nos liberationem illam ratam habebimus & acceptam.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De promiſſione Henrici de Caſtella, quod non guerram movebit fratri ſuo Alphonſo Regi Caſtellæ.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. m. 5. n. 16.

Omnibus, &c. Henricus de Caſtella, frater illuſtris Regis Caſtellæ, ſalutem.

Noveritis nos bona fide promiſiſſe Domino Henrico illuſtri Regi Angliæ (qui nos permittit habere navigium de Civitate ſua Baion. ad transfretandum in Affricam) &, tactis ſacroſanctis, corporale præſtitiſſe ſacramentum quod, in hac profectione noſtra ad partes Affricanas, nullam guerram, moleſtiam, aut gravamen perquiremus aut procurabimus præfato Regi fratri noſtro, affini Regis Angliæ prædicti.

In cujus, &c.

Data apud Weſtmonaſterium, Dominica proxima poſt Feſtum Sancti Jacobi Apoſtoli, anno Gratiæ milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono.

Pro Henrico de Caſtella ſuper promiſſo præeunte.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Ibidem.

Rex Majori, Juratis, & Communitati Burdegaliæ, ſalutem.

Quia dilectus nobis, Dominus Henricus de Caſtella, frater illuſtris Regis Caſtellæ obligavit ſe, tàm per ſacramentum ſuum, quàm per litteras ſuas patentes, quas inde nobis fecit, quod, in hac transfretatione ſuâ ad partes Affricanas, nullam guerram, dampnum, aut gravamen perquiret aut procurabit præfato Regi Caſtellæ affini noſtro,

Conceſſimus eidem Henrico quod libere poſſit ſibi perquirere, in Civitate noſtrâ Burdegaliæ, homines, naves, & alia neceſſaria, prout ſibi viderit expedire, ad transfretationem ſuam verſus partes prædictas.

Et ideo vobis mandamus quod præfato Henrico nullum ſuper hoc impedimentum inferatis, vel inferri permittatis; accepto tamen juramento a Marinellis, & aliis hominibus Villæ veſtræ, cum eodem Henrico profecturis, quod ipſi nullum dampnum, vel guerram præfato Regi Caſtellæ, in prædicta transfretatione, facient, vel fieri procurabunt.

In cujus, &c.

Teſte, &c.

Eodem modo mandatum eſt Majori, Juratis & Communitati Baion.

De petendo Legatum pro negotiis Regni Siciliæ.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. n. 12.

Domino Papæ Rex Angliæ, ſalutem, cum reverentia & honore.

Noveritis quod venerabiles Patres Ebredunenſem & Tarentaſ. Archiepiſcopos, Magiſtrum Roſtandum Subdiaconum & Capellanum veſtrum, & Willielmum Bonquor Militem & Mareſcallum noſtrum, noſtros conſtituimus Procuratores, ad petendum Legatum in Anglia deſtinandum pro negotiis Regni Siciliæ, & aliis negotiis noſtris, & Regni noſtri, in Regno noſtro expediendis, prout eis injunximus, & nobis viderint expedire:

Ratum & gratum habituri quicquid omnes, vel unus eorum, quem præſentem eſſe contigerit, in præmiſſis duxerit faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. ſecundo die Auguſti.

Litera

Litera H. Regis, per quam ſignificavit probis hominibus de Inſula de Olerone, quod conceſſit Edwardo filio ſuo prædictam Inſulam.

A.D. 1259. An 43. H. 3. Pat. 43. H. 3. n. 6.

HEnricus, Dei gratià, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, dilectis & fidelibus ſuis Majori & probis hominibus Inſulæ de Olerone ſalutem.

Sciatis quod dedimus Edwardo, filio noſtro primogenito & Hæredi, Inſulam de Olerone una cum aliis terris, quas dedimus eidem; ita quod eadem Inſula ſemper remaneat Coronæ Angliæ, & nunquam alienetur ab eadem; nec propoſuimus, nec proponimus dictam Inſulam alibi dare, ſeu quoquomodo alienare.

Et ideo vobis mandamus quod honeſte vos geratis & fideliter erga filium noſtrum ſupradictum, prout tenemini & conſuevistis.

Teſte meipſo apud Weſtm. tertio die Septembris, anno Regni noſtri quadrageſimo tertio.

Compoſitio Pacis inter Ludovicum Regem Franciæ & Henricum Regem Angliæ, de tribus Dioceſibus & Civitatibus, viz. Lemovicenſi, Cadurcenſi & Petragoricenſi; per quam idem Rex Franciæ promittit quod reddet Regi Angliæ terram Agennenſem per conſiderationem Curiæ Franciæ, & quæ multas alias in ſe continet Conditiones.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Ex Autogr.

1. LOois, par la grace de Deu, Rois de France, nos faiſons a ſavoir a tous cels qui ſont, e qui ſeront, que nos, par la volente de Deu, ovec noſtre chier Cuſin, le Noble Henri Roi de Angleterre, avons pais faite, e affermee e ceſte manere, c'eſt à ſavoir;

Que nos donons au devandit Roi de Angleterre, e à ſes heirs, e à ſes ſucceſſors, toute la droiture, que nos aviens, e teniens en ces trois Eveſches, e es' Cites, c'eſt à dire, de Limoges, de Cadors, e de Perragort, en fiez, e en demaines; ſauf l'omage de noz freres, s'il aucune choſe i tienent, d'ont il ſoient noſtre home; e ſauves les choſes que nos ne poons mettre hors de noſtre maine par lettres de nos, ou de nos Anceſſors; les queles choſes nos devons porchacier, a

Ex quodam Tranſcripto Archiepiſcopi Burdegal. inter alia, hanc Conventionem habemus latine redditam, hiſce verbis,

Prima Pax.

A.D. 1259.

1. *LUdovicus, Dei gratia, Rex Francorum, notum facimus omnibus præſentibus & futuris, quod nos, voluntate Dei, cum cariſſimo Conſobrino, & Nobili Rege Henrico de Anglia, pacem facimus, & firmamus per iſtum modum, videlicet;*

Quod nos donamus antedicto Regi Angliæ, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, omnem droyturam, quam nos habemus, & tenemus in tribus Epiſcopatibus, & Civitatibus, viz. in Lemoſinſi, Caturcenſi, & in Petragoricenſi, in feodum & in Domania; excepto homagio fratrum noſtrorum, ſi ipſi aliquid ibi habeant, unde ipſi eſſent homines noſtri; & exceptis rebus quas nos non poſſumus ponere extra manum noſtram per litteras noſtras, vel prædeceſſorum noſtrorum; quas res nos debemus procurare,

bona

A.D. 1259. Hen. 3. bone foi, vers cels qui ces choſes tienent, que li devantdit Rois d'Engleterre les ait dedens la Touz-Sainz, en un an; ou faire lui avenable eſchange, a l'eſgart de prodes homes, qui ſoient nome d'une part & d'autre le plus convenable au profit de deus parties.

2. Et encore, donons au devantdit Roi d'Engleterre la value de la terre d'Agenois en Deniers, chaſcun an, ſelonc ce qu'ele ſera priſee a droite value de terre par prodes homes nomes d'une parte e d'autre; e ſera la paie fait au Temple a Paris, chaſcun an, a la Quinzaine de l'Aſcenſion la moite, e a la Quinzaine de la Touz-Sainz l'autre: Et, s'il evenoit que cele terre eſchaiſt de la Conteſſe Johanne de Poitiers a noz, ou a noz heires, nos ou noſtre heir, ſeriens tenu de rendre la au Roy d'Angleterre ou a ſes heires; &, rendue la terre, ſerions quite de la ferme; E, s'elle venoit a autre, que a nos, ou a noz heires, nos donriens au Roi d'Engleterre le fie l'Agenois, aveque la ferme devantdite; e, s'ele venoit en Demaine au Roi d'Engleterre, nos ne ſeriens pas tenue a rendre cele ferme; E, ſi l'eſtoit eſgarde par noſtre Cort de France que, por la terre d'Agenois avoir, deuſt li Rois d'Engleterre metre, ou rendre aucuns deiners, par raiſon de gagerie, nos rendriens ces deniers, ou li Rois d'Engleterre tendroit & auroit la ferme tant quil euſt en ce, qu'il auroit mis par cele gagiere.

3. Derechief il ſera enquis, a bone foi e de plane, a la requeſte le Roi d'Engleterre, par prodes homes a ce eſlus d'une part & d'autres, ſe la terre, que li Cuens de Poitiers tient en Caorſin, de par ſa fame, fu de l'Roi d'Angleterre donee, ou baillee, aveques la terre d'Agenois, par mariage, ou par gagiere, ou toute, ou partie, a la ſuere, qui fu mere le Conte Rem. de Tholos darreinement mort; E, s'il eſtoit trove que il euſt enſi eſte, e cele terre eſchroit a nos, ou a nos heires, de l'deces la Conteſſe de Poitiers, nos la donriens au Roi d'Angleterre, ou a ſes heires; E, s'ele eſchauit a autre, e il iert trove, par cele enqueſte, tote voies que ele euſt eſte einſi donee, ou baillee, com il eſt deſus dit, apres le deces la Conteſſe de Poitiers, nos donnons la fie au Roi d'Engleterre, e a ſes Heires; ſauf l'omage de noz freres, s'il aucune choſe i tenoient, tant come il viuroient.

4. Derechief, apres le deces la Conteſſe de Poitiers, nos, ou noſtre heir Roi de France, donrons au Roi d'Angleterre, ou a ſes heires, la terre, que le Cuens de Poitiers

bona fide, penes illos qui prædictas res teneant, quod prædictus Rex Angliæ eas habeat a Feſto omnium Sanctorum, uſque ad unum annum, vel facere ſibi conveniens ſcambium, ad regardum proborum virorum, qui nominabuntur ab utraque parte magis convenientes, ad commodum dictarum duarum partium. A.D. 1259. Hen. 3.

2. Adhuc, donamus antedicto Regi Angliæ valorem terræ Ageneſii, quolibet anno, ſecundum quod æſtimabitur ad juſtum valorem terræ per bonos homines hinc & inde; & erit ſolutio facta apud Templum Pariſius, quolibet anno, in Quindena Aſcenſionis Domini medietas, & in Quindena omnium Sanctorum alia; &, ſi eveniat quod illa terra excaderet de Comitiſſa Joanna de Pictavis nobis, & hæredibus noſtris, nos vel hæredes noſtri, eſſemus obligati de reddendo eam Regi Angliæ, vel hæredibus ſuis; &, reddita terra, eſſemus quipti de dicta firma; & ſi eveniat alii, quam nobis, vel hæredibus noſtris, nos dabimus Regi Angliæ feodum de Ageneſio, una cum firma antedicta; & ſi ipſa eveniet in Domanio Regi Angliæ, nos non eſſemus obligati ad reddendum aliam in Domania; &, ſi eſſet cognitum per noſtram Curiam Franciæ quod, pro terra Ageneſii habenda, deberet Rex Angliæ ponere, vel reddere aliquos denarios, Rex Angliæ haberet & teneret firmam tantum donec ipſe haberet hoc quod poſuiſſet pro illa gatgeria.

3. Item erit inquiſitum, in bona fide & de plano, ad requeſtum Regis Angliæ, per probos homines, ad hoc electos de una parte & de alia, ſi terra, quam Comes de Pictavis tenebat in Caturcenc. ex parte uxoris ſuæ, fuit per Regem Angliæ donata, vel tradita, cum terra Ageneſii, pro maritagio, vel pro gageria, vel tota, vel pars, ſorori ſuæ, quæ fuit mater Comitis Raimondi de Tholoſa ultimo mortui; & ſi eſſet repertum quod tota fuiſſet, & illa terra perveniret ad nos, vel ad hæredes uoſtros, de deceſſu Comitiſſæ Pictaviæ, nos eam daremus Regi Angliæ, & hæredibus ſuis; &, ſi ipſa excadet alii, & eſſet inventum, per illam requeſtam omui vice quod fuiſſet ita donata, vel tradita, ſicut eſt dictum ſuperius, poſt deceſſum Comitiſſæ Pictaviæ, nos daremus feodum Regi Angliæ & hæredibus ſuis; ſalvo homagio fratrum noſtrorum, ſi ipſi aliquid ibi tenebant, tantum quantum ipſi viverent.

4. Item, poſt deceſſum Comitiſſæ Pictaviæ, nos, & hæredes noſtri Reges Franciæ, donamus Regi Angliæ & hæredibus ſuis terram, quam Comes Pictavenſis tenet modo

A.D. 1259. Hen. 3.

Poitiers tient ores en Xancton outre la riviere de Charente, en fiez e en demaines, qui ſoient outre la Charente, ſe ele eſchaoit a nos, ou a nos heirs; E, s'ele ne nos eſchaoit, nos purchaceriens en bone manere, par eſchange, ou autrement, que li Roi d'Angleterre, e ſi heir l'auront; ou nos li ferons avenable eſchange, a l'eſgart de prodes homes, qui ſerront nomme d'une part & d'autre; E de ce, que nos au Roi d'Angleterre, e a ſes heir avonz done en fiez e en demaines, li Rois d'Angleterre, e ſi heir feront homage lige a nos, e a nos heirs Rois de France; e auſi de Bordiaus, e de Baone, e de Gaſcoigne, e de tote la terre que il tient deca la mer d'Angleterre en fiez, e en demaines, e des Iſles (s'aucune en ja) que li Rois d'Angleterre tiegne, qui ſoient de l'Roialme de France; e tendra de nos come Pers de France, & Dux de Acquitaigne; E, de totes ces choſes devantdites, nos fera li Rois d'Angleterre ſervices avenables, juſques a tant qu'il fuſt trove quels ſervices les choſes deuroient; e lors il ſerroit tenus de faire les tiels, come il ſerroient trove de l'homage de la Conte de Bigorre, de Armeignac, e de Feſenſac, ſoit ce que droiz en ſera; E nos clamons quite au Roi d'Angleterre, ſe il, ou ſi Anceſſor nos firent onquos tort, de tenir noſtre fie ſanz nos faire homage, e ſanz noz rendre noſtre ſerviſe, e toz arrerages.

5. Derechief, nos donrons au Roi d'Angleterre ce, que cinqcenz Chivaliers deuroient couſter raiſnablement a tenir deus ans, a l'eſgart de prodes homes, qui ſerront nome d'une part e d'autre; e ces deniers ſommes nos tenu a paier a Paris au Temple, a ſis paiez par deus ans, c'eſt a ſavoir, a la Quinzame de la Chandelor, qui vient prochainement, la primere paie, c'eſt a dire la ſiſieme partie: E la quinzame de l'Aſſenſion enſuiant l'autre paie: E a la Quinzame de la Touz Sainz l'autre; e einſi des autres paies en l'an enſuiant; e de ces nos donrons au Roi d'Engleterre le Temple, ou l'Oſpital, ou ambedeus enſemble, en plege; E li Rois d'Angleterre ne doit ces deniers deſpendre, forſque el ſerviſe Deu, ou de l'Egliſe, ou au profit del Roialme d'Angleterre, e ce par la veue des prodes homes de la terre, eſleus par le Roi d'Angleterre e par les haus homes de la terre.

6. Et, par ceſte pais faiſant, a quite, e quitie de tot en tot, li Rois d'Engleterre, & ſi dui fils, a nos, e a nos heirs, e a nos freres, e a lor ſucceſſours, por ſoi, e por ſes heires, e por ſes ſucceſſours, ſe ils Roys d'Angleterre, ou ſes anceſſors aucune droiture ont, ou orent onqes en choſe

A.D. 1259. Hen. 3.

in Xantonen. ultra Riperiam de Charanta, in feodo & in Domania, quæ ſunt ultra Charantam, ſi ipſe excaderet nobis vel hæredibus noſtris; &, ſi non excaderent, nos procuraremus bono modo, per excambium, vel aliter, quod Rex Angliæ, & hæredes ſui ipſa habebunt; vel nos ſibi faciemus conveniens ſcambium, ad regardum proborum virorum, qui erunt nominati hinc & inde; & de hoc, quod nos Regi Angliæ, & hæredibus ſuis donavimus in feodum & Domaniam, Rex Angliæ, & hæredes ſui facient homagium ligeum nobis & hæredibus noſtris Regibus Franciæ; & ita de Burdegala, de Bayona, & Vaſconia, &, de tota terra, quam ipſe tenet citra mare Angliæ, in feodo & domania; & de Inſulis (ſi aliqua eſt) quas Rex Angliæ teneat, quæ ſint de Regno Franciæ; & tenebit de nobis ſicut Par Franciæ, & Dux Aquitaniæ; & de omnibus iſtis rebus ſuperius dictis, nobis faciet Rex Angliæ ſervitia convenientia, uſquequo eſſet repertum quæ ſervitia dictæ res debeant; & tunc ipſe erit obligatus facere, ſicut eſt repertum de homagio Comitatus Vigorræ, & Armaignaco, & de Feſenſaco, illud quod jus erit; & nos clamamus quiptum Regem Angliæ, ſi ipſe, vel anteceſſores ſui unquam fecerunt nobis tortum, detinendo feodum noſtrum & non faciendo nobis homagium, & non reſpondendo nobis de ſervitio noſtro, & arreragiis.

5. Item, nos dabimus Regi Angliæ illud, quod quingenti Milites debebunt conſtare rationabiliter ad tenendum duos annos, ad egardum proborum hominum, qui erunt nominati hinc & inde; & illos denarios ſumus nos obligati ad ſolvendum Pariſius, ad ſex ſolutiones per duos annos, videlicet, in Quindena Candeloſſæ, proximo veniente, primam ſolutionem, hoc eſt dictam ſextam partem: Et in Quindena Aſcenſionis Domini ſequente, aliam ſolutionem: Et in Quindena Omnium Sanctorum aliam; & ita de hiis ſolutionibus in anno ſequenti; & de hoc nos dabimus Regi Angliæ Templum, vel Hoſpitalem, vel ambo ſimul, in fidejuſſionem; & Rex Angliæ non debet illos expendere, niſi ad ſervitium Dei, vel Eccleſiæ, vel ad proficuum Regni Angliæ, & hoc de adviſamento proborum hominum, qui fuerint electi per Regem, & per altos homines terræ.

6. Et, faciendo iſtam pacem, quiptavit, & quiptat, de toto in totum, Rex Angliæ, & ſui duo filii, nobis, & noſtris hæredibus & ſucceſſoribus, noſtris fratribus, & hæredibus ſuis, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, ſi ipſe Rex Angliæ, vel ſui anteceſſores aliquam droituram habent, vel habue-

A.D. 1259. Hen. 3.

choſe que nos teigniens, ou teigniſſens onques, ou noſtre anceſſor, ou noſtre frere, c'eſt a ſavoir en la Duchie, e en tote la terre de Normandie; en la Conte e en tote la terre d'Anjou, de Toraine, & de l'Maine; e en la Conte e en tote la terre de Poitiers; ou aillors en aucune partie de l'Roiaume de France, ou des Iſles (ſe aucunes ou tenoms nos, ou noſtre frere, ou autres de par nos, ou de par els) e toz arrerages.

7. E auſi a quite, e quitie li devantdiz Roys d'Engleterre e ſi dui fil, a toz cels, qui de par nos, ou de par noz anceſſors, ou de noz freres tienent aucune choſe par don, ou par eſchange, ou par vente, ou par achat, ou par aſcenſement, ou en autre ſemblable manere, en la Duchie, e en tote la terre de Normendie; en la Conte e en tote la terre d'Anjou, de Toraine, e de l'Maine; e en la Conte e tote la terre de Poitiers; ou aillors en aucune partie de l'Roiaume de France, ou es Iſles deſſuſdites; ſauf au Roi d'Angleterre, e a ſes heirs, lor droiture es terres, d'ont il nos doit faire homage lige par ceſte pais, ſi come il eſt deſus deviſe; e ſauf ce que li Rois d'Angleterre puiſſe demander ſa droiture, s'il la cuide avoir en Agenos, e avoir la, ſe la Cort le Roi de France le juge, e auſi de Caorſin.

8. E avons pardone, e quite l'uns a l'autre; e pardons e quitons toz maltaleuz de conteuz, e de guerres; e toz arrerages, e totes eiſſues qui ont eſte eves, ou qui porrent eſtre eves en totes les choſes devantdites, e toz damages, e totes miſes qui ont eſte faite ou faites de ca ou de la en guerres, ou en autres maneres.

9. E, por ce que ceſte pais firmement, & eſtablement, ſans nule enfraignance, ſoit tenue a toz jours, li Rois d'Angleterre a fait jurer, en s'ame, par ſes Procurours eſpecials a ce eſtabliz, e ſi dui fil ont jure ces choſes a tenir, tant com a chaſcun apertendra; e, a ce tenir, ont oblige els, e lor heirs, par lor lettres pendanz; e de ce donra ſeurte li Rois d'Angleterre des Chevaliers des terres devantdites (meiſme que nos li avons donees) e des Villes, ſelonc ce que nos l'en requirrons.

10. E la forme de la ſeurte, des homes e des Villes, por le Roy d'Angleterre, ſi ſera tele; ilz jurront qu'il ne donront ne conſeil, ne force, ne aide, par quoi li Roi d'Angleterre, ne ſi heir veniſſent encontre la pais; e ſi avenoit (que Dex n'en veille) qu'il veniſſent encontre, e il ne le vouliſſent amender puis que nos, ou noſtre heir Roi de France, les en auriens

A.D. 1259. Hen. 3.

habuerunt unquam in rebus quas nos tenebimus, vel tenuiſſemus unquam, vel anteceſſores noſtri, vel fratres noſtri, videlicet in Ducatu & Comitatu terræ Normandiæ; & in Comitatu & tota terra d'Anjou, & de Tureyne, & du Meyne; & in Comitatu & in tota terra Pictaviæ; vel alibi in aliqua parte Regni Franciæ, vel in Inſulis (ſi aliquas tenemus nos, vel fratres noſtri, vel alii nomine eorum) & omnia arreragia.

7. *Et ſimiliter quiptavit, ac quiptat prædictus Rex Angliæ, & ſui duo filii, omnibus illis qui nomine noſtro, vel anteceſſorum noſtrorum, vel fratrum noſtrorum tenebant aliquam rem pro dono, vel pro eſcambio, vel pro venditione, vel pro emptione, vel per aſſenſum, vel modo alio ſimiliter, & in Ducatu & in Comitatu terræ de Normandiæ; & in Comitatu & in tota terra d'Anjou, & de Touraine, & de Mayne; & in Comitatu & in tota terra de Pictavia; vel in aliqua parte Regni Franciæ; vel Inſulis ſuperius dictis; excepta Regi Angliæ, & hæredibus ſuis, eorum droytura, unde ipſi debent nobis facere homagia legia per iſtam pacem, ſicut eſt ſuperius ordinatum; & excepto hoc quod Rex Angliæ poſſit petere droyturam ſuam, ſi ipſe credat habere in Ageneſio, & habebit eam, ſi Curia Regis Franciæ adjudicat ſibi, & ita de Caorſin.*

8. *Et remiſimus, & quiptamus unus alteri; & perdonamus & quiptamus omnes malas voluntates contentioſas, & de guerris; & omnia arreragia, & omnes exitus quæ fuerunt recepti & habiti, vel qui potuerunt percipi in omnibus rebus antedictis; & omnia dampna, & omnes expenſas, quæ fuerunt factæ hinc & inde in guerris, & aliis modis.*

9. *Et, ad hoc quod ipſa pax firmiter & ſtabiliter, ſine aliqua infractione, teneatur perpetuo, Rex Angliæ fecit jurari, in anima ſua, per Procuratores ſuos ſpeciales ad hoc conſtitutos, & duo filii juraverunt iſtas res tenere, tantum ad quemlibet pertineat; &, ad hoc, dabit ſecuritatem Rex Angliæ de Militibus, de terris antedictis (quas nos dedimus eidem) & de Villis, ſecundum hoc quod nos requiremus eum.*

10. *Et forma ſecuritatis hominum & villarum, per Regem Angliæ, erit talis; ipſi jurabunt quod ipſi non dabunt conſilium, nec fortitudinem, nec adjutorium, propter quod Rex Angliæ, vel hæredes ſui venirent contra pacem; &, ſi eveniret (tamen Deus nolit) quod ipſi venirent contra, & ipſi nollent emendare poſtquam nos, vel hæredes noſtri Reges Franciæ, requiſivimus*

A.D. 1259. Hen. 3. riens fait requirre, c'il, qui la ſeurte auroient fait, dedenz le trois mois, que nos, ou noſtre heir les en auriens fait requirre, ferroient tenue d'eſtre aidant a noz, e a noz heirs, contre le Roi d'Engleterre, e ſes heirs, juſques a tant que ceſte choſe fuſt amendes ſoufiſaument, a l'eſgart de la Court le Roi de France; & ſera renovelee ceſte ſeurte, de dis ans a dis ans, a noſtre requeſt, ou de noz heirs Rois de France.

11. E nos ceſte pais, e ceſte compoſicon, entre nos, e le devantdit Roi d'Angleterre affermee, e totes les devantdites choſes, e chaſcune, ſi com eles ſont deſus contenues, promettons, en bone foi, por nos, & por nos ſucceſſors, au devantdit Roi d'Angleterre, e a ſes heirs, e a ſes ſucceſſours loiaument e firmement a garder; e que nos encontre ne vendron par nos, ne par autre en nulle manere; e que riens n'avons fait, neve ferons par quoi les devantdites choſes, totes, ou aucune, en tot ou en partie, aient moins de firmete.

12. E, por ce que ceſte pais firmement e eſtablement, ſans nulle enfraingnant, ſoit tenue a tous jours, obligons nos, e nos heirs; e avons fait jurer, en noſtre ame, par noz Procureurs eſpeciaus, en noſtre preſence ceſte pais, ſi com ele eſt deſus deviſee e eſcrite, a tenir en bone foi, tant come a noz apartendra; e que nos, ne vendrons encontre, ne par nos, ne par autre.

13. En teſmoignance de totes ces choſes nos avons fait au Roi d'Angleterre ces lettres pendanz, ſeellees de noſtre ſeel; & ceſte pais, e totes les choſes, qui ſunt deſus contenues, par noſtre commandement eſpecial, ont jure Loois, e Pheli, noſtre fil, en noſtre preſence, a garder, e a tenir firmement, e que il encontre ne vendront par els, ne par autre.

Le fu done a Paris, l'an de l'Incarnation noſtre Seigneur 1259, el mois de Octoure.

Sigillo, ceræ viridi impreſſo, exhibente Regem ſolio ſedentem, dextra Lilium, ſiniſtra Sceptrum tenentem, filis de ſerico, Cidonii coloris, impendenti.

In circumferentia hæc verba, Ludovicus Dei gratia Rex Francorum. *In contra-ſigillo, unicum Lilium.*

vimus eos, vel feciſſemus eos requiri, illi qui ſecuritatem feciſſent, infra tres menſes quod nos, vel hæredes noſtri feciſſemus ipſos requiri, eſſent obligati ad adjuvandum nos, [illegible] *hæredes noſtros, contra Regem Angliæ, & hæredes ſuos, uſquequo iſta res fuiſſent emendata ſufficienter, ad eſgardum Curiæ Regis Franciæ; & erit renovata ſecuritas iſta, de decem annis in decem annos, ad requeſtam noſtram, vel hæredum noſtrorum Regum Franciæ.* A.D. 1259. Hen. 3.

11. *Et nos iſtam pacem, & iſtam compoſitionem, inter nos, & antedictum Regem Angliæ affirmatam, & omnes antedictas res, & quaſlibet, ſicut ſunt ſuperius contentæ, promittimus, in bona fide, pro nobis, & hæredibus, & pro noſtris ſucceſſoribus, antedicto Regi Angliæ, & hæredibus ſuis, & ſucceſſoribus ſuis fideliter & firmiter cuſtodire; & quod nos in contrarium non veniemus per nos, nec per alium ullo modo; & quod nichil fecimus nec faciemus per quod antedictæ res, vel aliquæ, in toto vel in parte, habeant minus firmitatis.*

12. *Et propter hoc quod iſta pax firmiter & ſtabiliter, ſine ulla infractione, teneatur perpetuo, nos ad hoc obligamus nos, & hæredes noſtros; & facimus jurari, in anima noſtra, per Procuratores noſtros ſpeciales, in præſentia noſtra, pacem iſtam, ſicud eſt ſuperius ordinata & ſcripta, ad tenendum bona fide, quantum ad nos pertinebit; & quod nos non faciemus in contrarium, nec per nos, nec per noſtros, nec per alios.*

13. *Et, in teſtimonium præmiſſorum, nos fecimus Regi Angliæ iſtas litteras patentes, ſigillatas ſigillo noſtro; & iſtam pacem, & omnes res, quæ ſunt ſuperius contentæ, per noſtrum præceptum ſpeciale, juraverunt Ludovicus, & Philippus, filii noſtri, in præſentia noſtra, ad cuſtodiendum & tenendum firmiter, & ipſi in contrarium non venient per ſe, vel per alium.*

Hæc fuerunt facta Pariſius, anno Incarnationis Domini 1259, menſe Octobris.

Littera Duci Britanniæ, de Comitatu Richmundiæ ſibi, occaſione Matrimonii cum Filio ſuo, reſtituendo.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Rot. Conventionum pacis, &c. 43. H. 3. m. 1. d.

REX Nobili viro Johanni, Duci Britanniæ, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Receptis, & diligenter intellectis litteris veſtris per venerabilem patrem S. Epiſcopum Briocen. & Galfridum de Biſtyn Militem, Nuncios veſtros nuper ad nos tranſmiſſos (& quorum ſollicitudinem & induſtriam ſpecialiter commendamus) perpendimus evidenter quod perpetuæ fœdus amicitiæ nobiſcum inire deſideratis, Johannem primogenitum filium veſtrum Beatrici filiæ noſtræ kariſſimæ matrimonialiter copulando: Super quo dilectioni veſtræ grates referimus quas valemus; ſignificantes vobis quod nos, & Regina Conſors noſtra, ac Magnates Regni noſtri propoſitum veſtrum, in hac parte, gratum habemus plurimum & acceptum.

Cæterum, ſuper eo quod petiviſtis quod Comitatum Richemundiæ vobis reddi faceremus, vos latere non credimus quod Comitatum illum dilecto Avunculo noſtro, Petro de Sabaudia, dudum contulimus, qui adventum Nunciorum veſtrorum in Angliam diutius expectavit; tandem verò, urgentibus coactus negotiis, ante ipſorum adventum, partes adiit tranſmarinas, ſicut præfatis Nunciis bene conſtat.

Verum, quia de prædicto Comitatu, ſine præfato Petro, nichil ad præſens facere poterimus, veluti nec deceret, & nos, & præfata conſors noſtra, unà cum prædicta Beatrice, filia noſtra, Deo permittente, diſponimus eſſe Pariſius in craſtino beatæ Katerinæ Virginis, cum illuſtri Rege Franciæ, ubi etiam prædictus Petrus intererit;

A.D. 1259.

Sinceritatem veſtram affectuoſe rogamus quatinus, dictis die & loco, nobis occurrere velitis, unà cum prædictis Conſorte veſtra, & Johanne filio veſtro, pro expeditione negotii ſupradicti.

Et tunc, habito cum prædicto Petro Colloquio, prædictum Comitatum, ſi illum ab eodem Petro per voluntatem ſuam elicere poterimus, vobis habere faciemus ſecundum formam inter vos, & dilectos & fideles noſtros, Ricardum Comitem Glouceſtriæ, & Johannem Manſell, Nuncios noſtros, coram illuſtri Domina Regina Franciæ prolocutam.

Alioquin de terris, quas à præfato Rege ſumus accepturi, ſeu de aliis terris in Anglia, equivalens vobis eſcambium, de quo, auctore Domino, contenti eritis, faciemus: Dum tamen negotium prædicti fœderis feliciter procedat, prout inter nos, & prædictos Nuncios veſtros plenius eſt conventum.

Teſte Rege apud Weſt. 18 die Octobris.

Memorandum quod litteræ Procuratoriæ dicti Ducis, Domino Regi directæ, & litteræ prædictorum Nunciorum, quas Domino Regi fecerunt, ſigillis ſuis ſignatæ remanſerunt Domino Johanni Manſell, coram Domino Rege & Conſilio ſuo in Capella Dominæ Reginæ apud Weſtmonaſterium, die Lunæ proxima poſt feſtum Sancti Lucæ Evangeliſtæ, anno, &c. 43.

Publicatio Intentionis Regiæ ſuper Reſtitutione antedicta.

A.D. 1259. An. 43. H. 3. Rot. Conventionum pacis, &c. 43. H. 3. m. 1. d.

REX omnibus, &c.

Cum inter nos & venerabilem patrem Simonem Epiſcopum Briacenſem, & prudentem virum Galfridum de Biſtyn Militem, Nuncios & Procuratores Nobilis viri Johannis Ducis Britanniæ, plenam habentes poteſtatem tractandi & firmandi matrimonium inter Johannem, primogenitum & hæredem præfati Ducis, & Beatricem filiam noſtram, ſuper eodem matrimonio habitus ſit tractatus, & Dux præfatus Comitatum Richemundiæ ſibi à nobis reſtitui petierit;

A.D. 1259.

Nos bona fide promittimus & concedimus quod, ſi Comitatum à manibus dilecti avunculi noſtri Petri de Sabaudia, cui Comitatum illum dudum contulimus, per voluntatem ſuam elicere poterimus, nos Comitatum illum dicto Duci, tanquam hæreditatem ſuam, reſtituemus in forma, coram illuſtri Domina Reginâ Franciæ, inter prædictum Ducem, & dilectos & fideles noſtros Ricardum Comitem Glouceſtriæ, & Johannem Maunſel, Nuncios noſtros prolocuta.

Alioquin de terris, quas ab illuſtri Rege

A.D. 1259. *Hen.* 3.

Rege Franciæ ſumus accepturi, ſeu de aliis terris noſtris in Anglia, eidem Duci equivalens eſcambium, de quo contentus eſſe debuerit, faciemus.

Et, per unam iſtarum viarum, in prædictum matrimonium conſentimus, & præfato Johanni, filio Ducis, prædictam Beatricem filiam noſtram concedimus in uxorem.

Et hoc per dilectum & fidelem noſtrum Rogerum de Mortuo Mari fecimus in animam noſtram jurari; ita tamen quod præſens negotium coram præfatâ Regina Franciæ firmetur, & finaliter conſummetur, prout ſuperius eſt expreſſum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 18 die Octobris, anno Regni noſtri 43.

A.D. 1259. *Hen.* 3.

Littera Regi Franciæ, de pace inter eos totaliter adimplenda.

A.D. 1259. *An.* 43. *H.* 3. *Rot. Conventionum pacis, &c.* 43. *H.* 3. *m.* 1. *d.*

EGregio Principi & Conſanguineo ſuo kariſſimo Ludovico, Dei gratia, Regi Franciæ, Henricus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Aquitaniæ, &c. ſalutem.

Venerabiles viros, G. Decanum Turonenſem & Magiſtrum W. Beluacenſem, veſtræ Serenitatis Nuncios ad nos nuper tranſmiſſos gratanter recepimus, & ea, quæ nobis ſuper pace, inter vos & nos formata, ex parte veſtra intimarunt, acceptavimus liberaliter & benigne:

Cum quibus diem collegimus quod erimus ad vos Pariſius, Domino concedente, in Craſtino beatæ Caterinæ Virginis proximo futuro, parati omnia, quæ dictæ pacis reformationem contingunt, prout eadem requirit, totaliter adimplere.

Teſte Rege apud Weſtm. 21 die Octobris, anno, &c. 44.

Eodem modo, verbis competenter mutatis, ſcribitur Dominæ Reginæ Franciæ.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1259.

De Tallagio, pro Rege Romanorum Romam profecturo.

A.D. 1259. *An.* 43. *H.* 3. *Pat.* 44. *H.* 3. *n.* 28.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Quia cariſſimus Frater noſter Ricardus, Romanorum Rex illuſtris, proximo profecturus eſt ad Curiam Romanam pro arduis & urgentiſſimis negotiis, quæ ad noſtrum, & ſuum, & Regni noſtri honorem & proficuum aſſumpſit, & quæ ſine maximis ſumptibus nequeunt expediri;

Conceſſimus ei quod Burgos & Maneria ſua, quæ fuerunt Dominica noſtra, rationabiliter talliare poſſit hac vice, licet Dominica noſtra per Angliam ad præſens non fecerimus talliari.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 29 die Octobris.

A.D. 1259.

De Tallagio ſupradicto.

A.D. 1259. *An.* 44. *H.* 3. *Ibidem.*

REX omnibus, liberè tenentibus de illuſtri Rege Romanorum in Anglia, ſalutem.

Quia prædictus Dominus Rex, frater noſter cariſſimus in proximo profecturus eſt ad Curiam Romanam, pro arduis & urgentibus negotiis, quæ ad noſtrum, & ſuum, & Regni noſtri honorem & proficuum aſſumpſit, circa quorum expeditionem oportet ipſum non modicos ſumptus apponere;

Univerſitatem veſtram rogamus attente quatenus, cum prædictus Dominus veſter veſtrâ ad præſens indigeat ſubventione, eidem, in hac neceſſitate ſuâ, tam competens ſubſidium impendere ſtudeatis, quod tàm à nobis, quàm ab ipſo in agendis veſtris favorem & gratiam, futuris temporibus, merito promereri debeatis, cum ſpeciale gratiarum actione.

Teſte Rege apud Weſtm. 29 die Octobris.

A.D. 1259.

Littera Papæ excuſatoria de Nunciis ei mittendis.

A.D. 1259. An. 44. H. 3. Clauſ. Fact. in Franc. 44. H. 3. m. 5. d.

REX Papæ ſalutem, cum reverentia & honore.

Cum Nuncios noſtros ad Sedem Apoſtolicam dudum miſiſſe propoſuiſſemus, & hoc hucuſque diſtulerimus occaſione tractatûs pacis, inter nos & illuſtrem Regem Franciæ jamdiu prolocutæ, quæ nuper Pariſ. circa feſtum beati Nicholai, completa fuit penitus & firmata (à cujus conſummatione pacis expeditio Nunciorum noſtrorum verſus curiam veſtram plurimum dependebat) Sanctitatem veſtram affectuoſe duximus exorandam quatinus moram dictorum Nunciorum, occaſione prædictâ, habere dignemini excuſatam.

Nos autem prædictos Nuncios noſtros ad veſtræ Sanctitatis præſentiam cum celeritate, quâ poſſimus, deſtinabimus, qui negotia noſtra Paternitati veſtræ pleniùs explicabunt; quos, ſi placet, in præmiſſis recommendatos habeatis.

Teſte Rege Pariſ. 19 die Decembris, anno 44.

Eodem modo, verbis tamen competenter mutatis, ſcribitur Cardinalibus, & Magiſtro Jordano, & Arloto; & traditæ fuerunt literæ Nicholao Vaketi Januenſi, eunti ad Curiam, videlicet Albo Cardinali, Fratri H. de Sancto Caro, Domino J. Gutan, Dominis Ottoboni, Ottomano, & Ricardo Hanibal.

Littera Papæ de Pace cum Rege Franciæ firmata, necnon de Credentia pro Nunciis ſuis; inter quos Theobaldus Archidiaconus Leodienſis, qui poſtea Papa Gregorius decimus.

A.D. 1259. An. 44. H. 3. Clauſ. Fact. in Franc. 44. H. 3. m. 5. d.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri A. Dei gratiâ, ſummo Pontifici, Henricus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, &c.

Super gratiis multimodis & beneficiis immenſis, nobis, & noſtris, necnon Willielmo Bonqueor Militi noſtro, & aliis Nunciis noſtris, à veſtra liberalitate munifica favorabiliter impenſis, Sanctitati veſtræ, ad quas valemus, aſſurgimus gratiarum actiones;

Vobis ſignificantes quod, quamquam pax, inter illuſtrem Regem Franciæ, & nos, jam dudum prolocuta, aliquamdiu ceperit dilationem, ſicut aliàs vobis ſignificaſſe meminimus, ipſam tamen pacem cum ipſo Rege effectualiter inivimus, & nuper, ante feſtum nativitatis Dominicæ, Pariſius firmavimus, ad laudem Dei, & Eccleſiæ Romanæ commodum & honorem,

Prout venerabilis pater H. Ebredunenſis Archiepiſcopus, Th. Archidiaconus Leodienſis, & dictus Willielmus Bonqueor, quos pro negotiis arduis, nos & Regnum noſtrum tangentibus, ad veſtræ Sanctitatis præſentiam tranſmittimus, vobis poterunt apertius intimare; quibus, ſi placet, ſuper hiis fidem adhibere, & favoris gratiam, benignitate ſolita, impartiri velitis eiſdem.

Teſte meipſo Pariſ. 28 die embris, anno, &c. 44. Dec

REX R. Sancti Angeli, &c. ſalutem.

Super gratiis multimodis, &c. *Eodem modo quo Papæ, ſcribitur Omnibus Cardinalibus, verbis tamen competenter mutatis.*

Item, eodem modo ſcribitur venerabili cœtui Cardinalium, verbis tamen competenter mutatis.

Litera Ludovici Regis Franciæ de Beatrice filia Regis, nupta Joh. filio Ducis Britanniæ.

A.D. 1260. *An.* 44. *H.* 3. *Ex Bundello literarum tempore H.* 3.

LUdovicus, Dei gratiâ, Franciæ Rex, kariſſimo conſanguineo ſuo, Henrico, eâdem gratiâ, Regi Angliæ illuſtri, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitanniæ, fideli ſuo, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Rogaſtis nos per ——— Johannem de Britannia, qui veſtram duxit filiam in uxorem, de mille Marcis nos ——— vellemus ſuper denarios, quos pro valore terræ Agen. vobis aſſeritis nos debere:

Verum cum ſuper hoc dictum Johannem, ad veſtram requiſitionem, in hominem recepimus, non videtur, quia vobis principaliter ad ſolutionem dictæ pecuniæ teneamur.

A.D. 1260.

Unde nobis, ſi placet, per veſtras patentes literas declaretis quid facere nos volueritis de præmiſſis; vobis quidem, vel alii, de dicto valore terræ Agenenſis, teneri non credimus, niſi ſecundum formam pacis inter nos ——— terminos in eadem pace contentos, quorum primus incipiet in Aſcenſ——

Dat. apud Compend. die Lunæ ——— ——— Epiphaniæ.

Bulla Monitoria ad Dominum Regem Angliæ, ſuper reſtitutione Caſtri Roffenſis Archiepiſcopo Cantuarienſi.

A.D. 1260. *An.* 44. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam bendictionem.

Ex parte venerabilis fratris noſtri Cantuarien. Archiepiſcopi fuit propoſitum coram nobis quod, cum prædeceſſores ſui, Cantuarien. Archiepiſcopi, Caſtrum Roffen. ab antiquo ex largitione, claræ memoriæ, Regum Angliæ, prædeceſſorum tuorum nomine Cantuarien. Eccleſiæ pacificè tenuiſſent,

Tu Caſtrum ipſum, ad cuſtodiam ejuſdem Archiepiſcopi pertinens, in ipſius Eccleſiæ præjudicium detines, quamquam de illo ſibi reſtituendo ſpem dederis ab eodem Archiepiſcopo requiſitus.

Cum igitur injuriæ inde prodire non debeant unde jura naſcuntur, Serenitatem tuam rogamus attentius & hortamur quatinus (conſiderato prudenter quod nichil utilitati Regiæ deperit, ſi ea, quæ ſunt aliena, reddantur) eidem Archiepiſcopo Caſtrum ipſum, quod ſpectans ad Eccleſiam a te, ſine propriæ ſalutis diſpendio, retineri non poteſt (maximè cum non videantur a tuo comodo aliena quæ habent Eccleſiæ Regni tui prompta liberalitate) ob reverentiam Apoſtolicæ ſedis & noſtram, tuique honoris augmentum, reſtitui facias, & tàm ipſum, quàm eandem Eccleſiam, divini obtentu nominis, aſſiduè protectionis gratia proſequaris; ita quod ex hoc tibi a Deo præmium, & a nobis condigna proveniat actio gratiarum.

A.D. 1260.

Dat. Anagniæ, decimo Kal. Februar. Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Littera Blanchæ Duciſſæ, de Johanne Britanniæ veniendo in Angliam.

A.D. 1260. *An.* 44. *H.* 3. *Ex Bundel. Litter. tempore H.* 3.

ASon tres haut & tres cher Seignor Henri, par le grace de Deu, Roe d'Engleterre, Seignor de l'Yrland, & Duc d'Aquitene, ——& Blanche Ducheſſe de Bretangne ſalit & reverence cum a ſon Seignor, e ſoe apparellie aſſerre ſa volente en totes choſes.

A.D. 1260.

Nos Prions, Sire, a voſtre Haute qui vos pleiſe a nos amander voſtre eſtat, le queu noſtre Sire face tot jors bon.

A.D. 1260. Hen. 3.

E vos feiſons a ſavoer, Sire, que Madame — eor d'en mettes bon conſeil a beſonges Jehan voſtre fil; qui s'en va a vos en Engleterre, quar il s'en atent d'ou tot a vos.

E vos Prions ——— de, que vos me mandes e comandes tot jors voſtre volente, e qui arroet tres grant joie de ferre voſtre volente en totes choſes; e noſtre Sire vos gart.

De interceptionibus contra Treugam cum Lewelino emendandis.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Pat. 44. H. 3. m. 23.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis nos dilectis & fidelibus noſtris, Johanni Lingeyn, Philippo le Brett, Howello filio Maddoc, Tudero filio Edner, Oweno filio Menric, & Howello Vaughan, dictatoribus treugarum inter nos, & Lewelinum filium Griffini, pro parte noſtra deputatis,

Dediſſe poteſtatem pro nobis, & Edwardo filio noſtro, & hominibus noſtris, quod ipſi, unà cum dictatoribus earumdem treugarum, pro parte dicti Lewelini deputatis, quotienſcumque, & ubicumque locorum partium illarum, viderint expedire, inquirant de omnimodis interceptionibus & tranſgreſſionibus utrimque factis, & quas deinceps fieri contigerit contra formam treugarum prædictarum, durantibus treugis eiſdem.

Damus etiam dictis fidelibus noſtris, pro nobis, & noſtris, plenam poteſtatem capiendi & faciendi, vice noſtra, emendas ſuper interceptionibus & tranſgreſſionibus prædictis, quotiens ipſi viderint expedire:

Ratum habituri & firmum quicquid ipſi omnes, aut illi ex ipſis quos adeſſe contigerit, ſuper præmiſſis duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Huberto le Bigod Juſticiario noſtro Angliæ apud Weſtm. viceſimo quinto die Februarii.

De Nunciis Lewelini antedicti.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Ibidem.

REX omnibus Ballivis, &c. ſalutem.

Sciatis quod ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum Nuncios Lewelini filii Griffini, qui a die Paſchæ, in proximo futuro, in unum menſem, ex parte ipſius Lewelini, venturi ſunt ad nos de licentia & conceſſione noſtra, ad tractandum nobiſcum de pace & treugis, ſuper contentionibus inter nos & ipſum Lewelinum ſubortis.

Et ideo vobis mandamus quod prædictis Nunciis, in veniendo ad nos, & ibidem morando, & ad partes ſuas revertendo, nullum inferatis, vel inferri permittatis dampnum, impedimentum, aut gravamen;

In cujus rei, &c. has literas noſtr fieri fecimus patentes, duraturas uſqu ad Feſtum Pentecoſtes proximo futurum.

Teſte ut ſupra.

Littera Regi Scotiæ pro Johanne de Cheyam in Epiſcopum Glaſguenſem.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Clauſ. 44. H. 3. pars 2 m. 2. d.

REX Regi Scotiæ, ſalutem.

Dum dudum, poſtulatione de Magiſtro Nicholao Archidiacono de Tevidale, in Eccleſia Glaſguenſi facta, & poſtmodum per ſedem Apoſtolicam caſſatâ, Dominus Papa, ad quem, occaſione dictæ poſtulationis caſſatæ, ſpectabat dictæ Eccleſiæ providere, Magiſtrum Johannem de Cheyham in Epiſcopum loci conſecravit; ac idem Dominus Papa per literas ſuas, quarum tranſcriptum vobis mittimus, necnon & omnes Cardinales nos ſpecialiter rogaverunt, quod erga vos partes noſtras interponere curaremus, ut præfato Epiſcopo, qui plenam habet adminiſtrationem ſpiritualium, ut audivimus, temporalia ſua reſtitui faceretis:

Nos, quamquam honori & indempnitati veſtræ, tanquam propriæ deſideramus, ut convenit, providere, videntes tamen quod id, quod per Dominum Papam ſuper præmiſſis actum eſt, non poterit infirmari, dilectioni veſtræ bona fide duximus conſulendum, quatinus eidem

A.D. 1260. Hen. 3.

dem Epiſcopo liberaliter in hac parte faciatis, quod ei, ſecundum Deum & juſtitiam fuerit faciendum.

Et, ſi videremus quod huic negotio de jure poſſetis reſiſtere, aut aliquod commodum ex ipſa reſiſtentia reportare, nos pro eodem Epiſcopo, licet de Regno noſtro oriundus exiſtat, nihil vobis ſuper hoc ſcripſiſſemus.

Teſte Rege apud Sanctum Audom. ſexto die Martii, anno, &c. quadrageſimo nono.

Eodem modo ſcribitur Reginæ Scotiæ, Roberto de Bruys, & toti Conſilio Scotiæ; verbis tamen competenter mutatis.

Littera Duci Britanniæ de filio ejus, in Feſto Sancti Edwardi Militiæ cingulo decorando.

A.D. 1260. An. 44. H. 3.

Clauſ. fact. in Franc. 44. H. 3. m. 2. d.

REX nobili viro, & amico kariſſimo Johanni, Duci Britanniæ, ſalutem, &c.

Sciatis nos, Reginam noſtram, liberoſque noſtros, apud Sanctum Audom. exiſtentes, ſanitate vigere corporeâ; hoc idem de vobis ſcire peroptantes, ac ibidem expectantes reſponſum Magnatum noſtrorum Angliæ ſuper quibuſdam negotiis noſtris, pro quibus ad ipſos Nuncios noſtros nuper deſtinavimus.

Johannem vero filium noſtrum & veſtrum prædilectum, ad noſtram pariter & ſuam recreationem, nobiſcum quanquam invitum retinuimus; quod, ſi placet, moleſte non feratis, ſed moram ſuam, quam nobiſcum fecit contra voluntatem ſuam, ſicut dilectus nobis, Willielmus de Lexac Magiſter ſuus, vobis plenius intimabit, favore noſtri velitis habere excuſatam.

Et, quia multum vellemus ipſum Johannem cingulo Militiæ decorare, & maxime in Feſto beati Edwardi, quod erit in quindena Sancti Michaelis, & quod, inter cæteras ſolempnitates anni, ſpecialiùs veneramur (dum tamen hoc veſtræ ſederit voluntati, & aſſenſum Domini Regis Franciæ, quem nuper ſuper hoc diligenter rogabimus, habuerimus) vos rogamus affectu quo poſſumus ampliori quatinus in prædicta ſolemnitate, ad honorem noſtrum, & veſtrum pariter & præfati filii veſtri, modis omnibus nobiſcum intereſſe velitis.

Statum & beneplacitum veſtrum nobis, ſuper præmiſſis, per præfatum filium veſtrum, quem pro amore noſtro ad nos remittere velitis, demandetis; &, quando volueritis, mittatis aliquem de Militibus veſtris pro extenta Comitatus Richemundiæ facienda, prout inter nos & vos eſt conventum: Et circa hoc opem & operam, prout opus fuerit, impendemus;

Statum & beneplacitum veſtrum nobis ſæpius demandetis.

Teſte, &c. apud Sanctum Audom. 9 die Martii, anno, &c.

Littera Regi de ſtatu miſerabili Terræ ſanctæ.

A.D. 1260. An. 44. H. 3.

Ex Autogr. In Bundela litter. tempore H. 3.

EXcellentiſſimo Domino ſuo, & amico ſpecialiſſimo, Domino Henrico, providentia ſummi Regis, Anglorum Regi illuſtri, frater Thomas Berardi, Dei gratia, Pauperis Militiæ Templi Magiſter humilis, veſtræ dominationi benivolus & devotus, cum omni recommendatione ſui & totius ordinis Militiæ Templi, reverentiam omnimodam, &, poſt hujus vitæ regimen, in veri ſalutaris gloria coronari.

Excellentiæ veſtræ præſentibus declaretur me, Domine kariſſime, in confectione præſentium, per Dei & veſtri gratiam, plena perfrui corporis ſoſpitate; de ſtatu & incremento Dominationis veſtræ magnificæ (utinam! ſemper proſpero) rumores bonos & proſperos audire jugiter peroptantem.

Infelicem vero ſtatum & rumores patriæ ciſmarinæ Dominus Legatus, Prælati, & nos ——— religioſi terræ ciſmarinæ vobis per literas communiter declaramus.

Et ſciatis Domine pro certo quod omnia vera ſunt quæ in dictis literis continentur: Et nullam ſpem neque refugium aliquod habere credimus, nec ſperamus niſi in Deo, & in Domini Regis Franciæ, & in veſtræ Dominationis conſtantia & vigore; & pro Deo, Domine kariſſime, ipſam pauperem chriſtianitatem

A.D. 1260. Hen. 3.

tem cyſmarinam oculo clementi reſpicere dignemini, ipſi terræ cyſmarinæ quamcitius ſuccurrendo.

Siqua ſunt autem, Domine kariſſime, quæ pro vobis me facere veſtræ Magnificentiæ placuerit, mihi veſtro totaliter præcipiendo mandetis.

Supplico etiam vobis, Domine, ut me, & ordinem noſtrum, & omnes fratres ordinis noſtri amore Dei, & noſtræ religionis devotione, recommendatos habeatis.

Valeat diu & bene, & creſcat ſemper Dominatio & Bonitas veſtra.

Dat. Acon. die quinto Menſis Aprilis.

A.D. 1260. Hen. 3.

De occupatione Terræ ſanctæ per Tartaros.

A.D. 1260. An. 44. H. 3.

Ex Autogr. In quadam pixide n. 10. infra Turrim London.

EXcellentiſſimo & Chriſtianiſſimo Principi, Domino Henrico illuſtri Regi Angliæ, frater Thomas de ordine prædictorum, miſeratione divina, Bethleemitan. Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, ejus ad Deum orator aſſiduus: frater Hugo Revel humilis Magiſter domûs Hoſpitalis Sancti Johannis Jeroſolimitani, & pauperum Chriſti cuſtos: frater Thomas Berardi, humilis Magiſter domûs Militiæ Templi: frater Ar—cymus præceptor domûs Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Theotonicorum, & Magiſtri ejuſdem domûs in Regno Syriæ vicem gerens; & Goffridus de Sargin Miles in Regno Jeroſolimitano Bajulus, cum devota Terræ ſanctæ recommendatione ſeipſos.

Fervente dudum in Syria & invaleſcente perſecutione Tartarica, quæ, uſque ad extrema Regionis noſtræ, occupans totam terram, chriſtianum populum ciſmarinum pluries & timoris concuſſit tonitruis, & comminationum fulguribus jaculavit uſque ad extremum defectum cordium & reſolutionem virium generalem, veſtrum potiſſime, & aliorum Regum & Principum orbis terræ, ſubſidium litteris continuatis & variis ciſmarina chriſtianitas imploravit, apud Clementiam Regiam ſingultuoſis inſiſtens ſuſpiriis & validis perſonans vocibus & conclamans ut ejus clamor in aures Regias introiret & clamoris ſonus in fines orbis terræ —— ——ſanctorum fidelium perveniret, ut in ejus ſuccurſum exurgerent, & in Terræ dictæ præſidium convolarent.

Poſtmodum etiam (Tartarorum ipſorum Rabie quieſcente, divinæ tamen gratiæ proſecutione reſpirans, cum totam reſpiceret ab Halapia uſque Jeroſol. Sarracenico populo, quem Tartarorum conſumpſerat gladius, vacuatam, ex hoc perquirendi terram ipſam & deſtructionem eorum, qui ſupererant hoſtium, in robur fidei, maxime & chriſtianitatis augmentum, acceptabile tempus Chriſti fidelibus adveniſſe) ad capiendam terram ipſam de facili, & reſtituendum cultui chriſtiano, veſtram, dictorumque Regum & Principum duxit potentiam, attento ſolicitudinis ſtudio, per plures literas & Nuncios invitandam; ſet, illà, quam in utroque conceperat, uſque huc fiduciâ defraudata, ad præſens omni deſtituta ſubſidio, & ex deſtructione præterita magna oppreſſa cariſtia, Babiloniorum ſic eſt expoſita facibus ut Soldanus ipſe, cum exercitu copioſo, totam Provinciam, uſque ad portum Acon, hoſtili jam occupavit inſultu, &, ſpiritu ſuperbiæ tumidus, vendicare ſibi Civitates & Caſtra, in ſuæ fortitudinis impetu, comminetur, treugarum fœdere, quas hactenus cum chriſtianis inierat, non ſervato.

In quibus omnibus non eſt qui redimat, neq; qui ſalvum faciat, nec qui ferat auxilium, nec qui terram miſerabilem conſoletur ex omnibus cariſ ejus: circumſpicit undique, quærens in tribulatione ſubſidium, & non venit; jacet obſeſſa canibus, nec invenit liberantem Regionem noſtram, labore multiplici & gravibus expenſis excultam, in temperamentum cariſtiæ, alieni devorant & circumquaque devaſtant; nec ſolum ſine reſiſtentia exteriorem infideles abſorbent patriam; ſet dilato prius qui de ſperato ſubſidio fiduciam habent, ut in os ipſorum Caſtra influant, & marithimæ Civitates maximæ, quas ciſmarinæ chriſtianitatis paucitas munire non ſufficit, & contra hoſtilem frequentiam defenſare; quin potius, quaſi parvus grex in luporum medio conſtitutus, conſeptus undique ac direptus ubique ſuarum partium deprædationem eo formidat immenſius quo frequentius prædictorum luporum moleſtatur incurſibus & diſcurrentibus exercitibus agitatur.

Ut qui igitur, Rex inclite, Regia potentia non conſurgit & Regalis dextræ brachium non exurgit, uſque pro exaltabitur contra nos chriſtiani nominis inimicus! quamdiu terra, Chriſti ſanguine rubricata, conculcari tam enormiter a beſtiis permittatur, quæ ſic poſſet de facili liberari, & perpetua pace muniri, —— —— —— —— ——. prædictis partibus reſarciri: cum enim, aliorum hoſtium undique ſublata fortitudine Babyloniorum

A.D. 1260. *Hen.* 3.

loniorum tantummodo nocumenta ſuperſint, & cæteris quodammodo ſpinarum aculeis & fruc ——— hoſtibus ——— ——— fendiculum habeat Ter ——— cujus cuſtodiæ tribulationes multimodas & periculoſas inquietudines ex —— ——— ——— ipſius, quam præſentis potiſſime temporis oportunitas ſubminiſt ——— —— ——— ——— ——— promiſſus & anxie ab omnibus expectatus foret neceſſarie feſtinandus ut Babilonis ——— & progenies ſimul & reliquiæ ——— perderent, ne qua de cætero ——— ——— poſſet quæ in eradicationem chriſtiani nominis efferatis animis conſurrexit; nam ſi radix illa, nullis impedita, quod abſit, obſtaculis, in germinationem hoſtium fidei ——— ——— ſubveniendi voluntas perficietur, ubi foret congrui temporis poſſibilitas, retardata;

Meminiſſe debet magnificentia Regia dampna gravia & injurias graviores quas ——— Chriſticolarum exercitum pluries intemptavit, non quidem ex ſuo robore, ſet aut permiſſione divina ——— gratiam peccatorum, aut ex multiplicatione roboris ——— Regnis ——— ——— adjacentibus influebat, exercitum ——— contra Babiloniam Chriſticolæ prævalerent, concurrebat undique ——— infidelitatis ſuæ ——— ——— ſet ——— Baltiaca, atque Halapia, & Damaſcus, opulentiſſima revera Regna & formoſiſſimæ Civitates, ex quibus utique, ſi robur validum accedebat, ſi confortabantur brachia peſſimorum ——— ſupplicat rationem verum radix hæc peſſima ramis ——— quam de facili extirpationi pateat & eradicationi ſubjaceat leviori dictat ratio, & ex ——— ——— comprobat ——— Celſitudinem fidelibus vocibus quantum poſſumus obſecramus in Chriſto ——— potentem virum adventum vel ſaltem auxilium quod in prædictæ Terræ ſanctæ defenſionem & confuſionem inimicorum crucis Chriſti ſuſpirantes & anxii exponimus dignemini ſicut omnes requirit negotium crucifixi ——— noviſſimis, Deo auctore, temporibus in perhenne nominis veſtri præconium, in Terræ ſanctæ liberationem & pacem, & Regiæ ſtrenuitatis potentia & hoſtium ——— ———

Valeat Regalis magnificentia per tempora longiora.

Dat. Acon. die menſis Aprilis quarto ſexta Indictione.

Sigillis pendentibus.

Bulla recommendatoria Edwardo primogenito Regis, pro Decano Eccleſiæ Caſſalenſis contra Archiepiſcopum protegendo.

A.D. 1260. *An.* 44. *H.* 3. *Ex Autogr.*

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Edwardo Domino Iberniæ, primogenito cariſſimi in Chriſto filii noſtri, illuſtris Regis Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex zelo rectitudinis, quæ tecum infantia tua creviſſe debet, juſtitiam diligere, ac iniquitatem te odire credentes, proſecutores juſtitiæ contra illos, qui eam maxime Laicorum potentia turbare præſumunt, protectioni tuæ fiducialiter commendamus.

Sane dilectus filius Keranus, Decanus Eccleſiæ Caſſellenſis, contra venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Caſſellen. ſuper recuperanda poſſeſſione Decanatûs ſui ejuſdem Eccleſiæ, quo eum Archiepiſcopus ipſe, poſt appellationem legitime ad ſedem Apoſtolicam interjectam, indebite, ut aſſerit, ſpoliavit; necnon ſuper ſacrilega captione, & incarceratione ſua, & aliis diverſis articulis ad certos judices, noſtras, ſub eerta forma, litteras impetravit:

A.D. 1260.

Sed, quia, propter potentiam ejuſdem Archiepiſcopi, ſuam ſuper hoc poſſe juſtitiam proſequi non confidit, humiliter petiit ut te ad defenſionem ejus excitare Apoſtolicis exhortationibus dignaremur:

Quocirca Nobilitatem tuam rogamus & hortamur attentè quatinus Decanum ipſum, pro noſtra & Apoſtolicæ ſedis reverentia, proſequens favore propitio, ei ſuper præmiſſis, ad requiſitionem dictorum judicum, oportunum ac debitum auxilium largiaris; ita quod per hoc tibi a clementia Regis æterni promerearis quod ipſa pro piis actibus recompenſat; noſque proinde tuam devotionem poſſimus merito commendare.

Dat. Anagniæ, 15 Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Littera Regi Romanorum; de apparatu bellico ad Regnum turbandum & invadendum.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Clauſ. fact. in Franc. 44 H. 3. m. 1. d.

REX Angliæ Regi Romanorum, ſalutem.

Sciatis, quod pro certo audivimus, quod quidam de Regno noſtro miſerunt ad diverſas partes Regni Franciæ pro gente, cum armis, introducenda in Regnum noſtrum contra nos; de quo idem Regnum dudum fuiſſet turbatum, niſi Dominus Rex Franciæ tranſitum ipſorum prohibuiſſet ad inſtantiam noſtram:

Et quod fratres noſtri de Pictavia, unà cum Vicecomite Lemov. dudum, ſicut audivimus, paraverunt ſe ad veniendum in Regnum noſtrum, cum equis & armis, contra voluntatem noſtram, per portus veſtros in Comitatu Cornubiæ.

Et, quia idem Comes vendicat ſibi jus in prædicto Comitatu Cornubiæ, & ex hujuſmodi adventu ſuo & prædictorum, tàm vobis, quàm nobis, necnon & Regno noſtro, hiis diebus, grave turbationis periculum poſſet imminere, A.D. 1260.

Nos rogamus in fide, qua nobis tenemini, quatenus, ſicut honorem noſtrum & veſtrum, necnon & tranquilitatem Regni noſtri diligitis, per terram & poteſtatem veſtram in Cornubia, & alibi, in partibus illis, firmiter & diſtricte prohiberi faciatis, ne prædicti fratres noſtri, vel Vicecomes, ſeu quicumque alii, cum equis & armis, ſine licentiâ noſtrâ, ingredi permittantur; ſcituri pro certo quod gravius non poſſetis nos offendere, quam ipſos taliter in Regnum noſtrum venientes admittere.

Teſte, &c. apud Bolon. 18 die Aprilis.

Littera Regi Franciæ, ejuſdem cum prædicta argumenti, & de Simone de Monte-forti dextrarios in Angliam tranſportante.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Clauſ. fact. in Franc. 44. H. 3. m. 1. d.

REX Regi Franciæ ſalutem.

Serenitati veſtræ intimamus quod nos, & Regina, liberique noſtri, nobiſcum exiſtentes, ſani & incolumes venimus uſque Wytſand die Mercurii proximo poſt Quindenam Paſchæ, parati ad transfretandum in Angliam quamcito proſperam auram habuerimus, cum quibuſdam Militibus, quos nobiſcum ducimus de partibus ciſmarinis; Celſitudini veſtræ ſignificantes, quod pro certo intelleximus, fratres noſtros de Pictavia, unà cum Vicecomite Lemovic. multitudinem armatorum in partibus ſuis congregaſſe, ad veniendum in Angliam contra voluntatem noſtram.

Quapropter Excellentiam veſtram, quantum poſſumus, deprecamur quatinus Duci Britanniæ veſtras dare velitis literas in mandatis ut, ſi ipſos per diſtrictum & poteſtatem ſuam tranſitum facere contigerit, eos modis, quibus poterit, impediat & repellat.

Intelleximus etiam quod quidam Magnates, de Dominio veſtro, inimicis noſtris, in hac parte, conſilium impendunt & favorem; unde, quia, poſt Deum, potiſſime confidimus vobis, & ſperamus ipſos ſuper hoc, ne ſua voluntas impetuoſa in actum prodeat, cum vobis inde conſtiterit, compeſcatis. A.D. 1260.

Comes autem Leiceſtriæ quoſdam dextrarios ſuos, ac etiam arma tranſire fecit per portum de Wytſand, cum adhuc in partibus illis eſſemus, prætextu quarumdam litterarum veſtrarum de conductu ibidem, ut dicitur, exhibitarum; per quod motum animi ejuſdem Comitis evidentius perpendere poteritis qualiter erga nos ſe habeat hiis diebus; ſuper quibus & aliis, quæ nobis obeſſe poterunt, faciatis, ſi placet, artius provideri.

Nos vero, cum in Angliam venerimus, de ſtatu noſtro & Regni noſtri vos reddemus certiores, parati ea facere quæ veſtri beneplacitis grata noverimus & accepta.

Teſte, &c. apud Wytſand, 28 die Aprilis, anno, &c. 44.

Littera Abbatis de Obazina, per quam teſtatur quod inſpexit litteram Ludovici Regis Franciæ, quod recepit Eblonem Vicecomitem de Ventedoro in homagio & fidelitate ſua.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. *Lib. B. fol. 161. b. penes Camerar. Scaccar.*

UNiverſis, præſentes litteras inſpecturis, frater G. dictus Abbas Obazinæ, Lemovicen. Dioc. Ciſtercienſis ordinis, ſalutem in Domino.

Noveritis quod nobilis Domina Dalfina, Vicecomitiſſa de Ventedoro, & Eblo filius ſuus, Vicecomes ejuſdem Civitatis, in præſentia noſtra, & diſcreti viri Decani Claremontenſis, & Domini Pontii de Baynak, & G. de Idergne, & Arnaldi Gausberti Militum, ac Magiſtri Petri de Podio, & plurium aliorum, literas, hiis præſentibus appenſas, cum iſto eodem ſigillo, quod in eiſdem appenſum eſt, nobili viro Domino Bertrando de Gardaliaco Militi, in Lemovicenſi, Caturcenſi, & Petragoricenſi Diocæſibus illuſtris Regis Angliæ Seneſcallo, nomine Domini Regis Angliæ reddiderunt; & eiſdem litteris, & juri, quod ſibi ex ipſis competebat, coram nobis expreſſe renuntiaverunt.

Tenor vero dictarum litterarum talis eſt.

A.D. 1260.

LUDOVICUS, Dei gratiâ, Franciæ Rex, omnibus, has litteras viſuris, ſalutem.

Noveritis quod nos dilectum & fidelem noſtrum, Eblonem Vicecomitem de Ventedoro, in fide & homagio noſtro recepimus, promittentes eidem quod ipſum aliquo caſu, ſine voluntate ſua, extra manum noſtram, in alieno Dominio non ponemus.

Dat. apud Aſuer. anno Domini 1247, menſe Junii.

In teſtimonium vero præmiſſorum nos, dictus Abbas, ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum.

Actum & dat. apud Villam Dels Glotos, in Feſto Inventionis Sanctæ Crucis, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo.

Littera Regi Franciæ, pro 5000 Marc. ſterl.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. *Pat 44. H. 3. m. 9.*

MAgnifico Principi, Domino & conſanguineo ſuo kariſſimo, Ludovico, Dei gratiâ, Regi Franciæ illuſtri, Henricus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, ſalutem, & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Excellentiæ veſtræ notum facimus quod nos prudentes viros, Imbertum de Muntferaunt, & Simonem Paſſelewe, quos ad veſtram præſentiam deſtinamus, noſtros conſtituimus & ordinamus Procuratores ad petendum, & mutuo recipiendum a vobis, noſtro nomine, quinque millia Marcarum ſterlingorum, in quibus kariſſimo fratri noſtro, Ricardo Regi Romanorum illuſtri, ex causâ mutui, obligati tenemur;

Serenitatem veſtram rogantes quatinus prædictis Procuratoribus noſtris, vel eorum alteri, quem præſentem eſſe contigerit, prædictam ſummam pecuniæ, aſſignandam fratri Willielmo de ordine Sanctæ Trinitatis, Nuncio & Capellano prædicti fratris noſtri, liberari & aſſignari faciatis.

A.D. 1260.

Quam quidem ſummam pecuniæ computari volumus & deduci de primis ſolutionibus, quas nobis facere debetis pro ſumptu Militum, ſecundum quod in forma pacis, inter vos & nos initæ, continetur.

Et nos dicta quinque millia Marcarum, vel tantundem pecuniæ, in ſervitium Dei & Eccleſiæ, aut in commodum Regni Angliæ impendemus & refundemus, ut tenemur ſecundum formam pacis prædictæ.

Damus etiam eiſdem Procuratoribus noſtris liberam & plenam poteſtatem, refutationem & quietationem ſimpliciter, ſuper dicta deductione, pro nobis & hæredibus noſtris faciendi;

Et omnia alia, quæ circa præmiſſa neceſſaria & utilia videbuntur, adeo plene & libere ordinandi, ſicut nos ipſi facere poſſemus, ſi præſentes eſſemus:

Ratum

A.D. 1260. Hen. 3. Ratum habituri & gratum quicquid ſuper præmiſſis per ipſos, vel eorum alterum, ordinatum, procuratum fuerit & ſtatutum, prout in eorum litteris exinde conficiendis plenius videbitur contineri.

In cujus, &c. A.D. 1260. Hen. 3.

Teſte Rege apud Weſtm. triceſimo die Maii.

Littera prædicto Regi Franciæ, de Jocalibus ei impignorandis.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Ibidem. EIdem Regi ſalutem.

Excellentiæ veſtræ notum facimus quod nos prudentes viros, Imbertum de Muntferaunt, & Simonem Paſſelewe, dilectos familiares noſtros, & fratrem Willielmum ordinis Sanctæ Trinitatis, Capellanum kariſſimi fratris noſtri Ricardi Romanorum Regis illuſtris, quos ad veſtram præſentiam deſtinamus, noſtros conſtituimus & ordinamus Procuratores; dantes eis plenam & liberam poteſtatem tradendi vobis, noſtro nomine, & obligandi in pignore quædam jocalia noſtra, ad certum terminum, pro quinque millibus Marcarum, in quibus eidem Regi fratri noſtro ex causâ mutui obligati tenemur.

Quam pecuniam eidem fratri Willielmo, Nuncio & Procuratori dicti Regis, liberari & aſſignari faciatis. A.D. 1260.

Et nos prædictam obligationem, & ſolutionem, necnon & conventionem, quam prædicti Procuratores noſtri, vel duo eorum, ſi tertium abeſſe contigerit, ſuper præmiſſis fecerint, ratam pro nobis & noſtris hæredibus habebimus atque gratam, prout in eorum litteris, exinde conficiendis, plenius videbitur contineri.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De Alexandro Rege Scotiæ, circa proviſionem de Epiſcopo Glaſguen.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Ex Autogr. ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Lincolnien. & Bathonien. Epiſcopis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Diligenter auditis quæ, per Nuncios ſpeciales cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Regis Scotiæ, circa proviſionem, quam de venerabili fratre noſtro Magiſtro Johanne de Cheam Glaſguen. Epiſcopo, tunc Capellano noſtro, fecimus in Eccleſia Glaſguen. fuerunt propoſita coram nobis ſuper illis, de fratrum noſtrorum conſilio, ſub certa forma duximus providendum, ſicut ex tenore litterarum, quas ſuper hoc eidem Regi dirigimus, poteritis plenius edoceri;

Volumus itaque, ac fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus, poſtquam ad notitiam veſtram pervenerit præmiſſam proviſionem noſtram eſſe totaliter adimpletam, quicquid per litteras noſtras, vobis pro Epiſcopo ipſo directas, vel quaſcumque alias, contra Regem eundem, aut Regnum ſuum propter hoc fuit hactenus, vel de cætero fuerit attemptatum, penitus revocatum & irritatum a nobis per vos, vel alios, ubi & quando expedire videritis, nuntietis; non obſtantibus quibuſcumque litteris Apoſtolicis, ſuper hiis in contrarium impetratis. A.D. 1260.

Dat. Anagniæ, decimo ſeptimo Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Sub filo canabi.

Littera

Littera directa Regi Caſtellæ petenti ſubſidium contra Regem Alemanniæ, Regis Angliæ fratrem.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Clauſ. 44. H. 3. m. 15. d.

EGregio Principi & conſanguineo kariſſimo, Alfonſo, Dei gratia, Regi Caſtellæ, Toleti, Legion. Galec. Sibill. Cordub. Murc. Jaenn. & Algarb. illuſtri, Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitan. ſalutem, & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Venerabilem Patrem P. Grenn. Epiſcopum, & prudentem virum G. Petri Theſaurarium Hiſpalen. Nuncios veſtros, nuper ad nos venientes Pariſ. ſuper hiis, quæ nobis ex parte veſtra intimarunt, benigne audivimus ut decebat.

Verum, quia Edwardus primogenitus noſter, cui dudum terram Waſconiæ dedimus; & quem, negotium, pro quo præfatos Nuncios ad nos miſiſtis, potiſſime tangebat; ac etiam major pars conſilii noſtri tunc temporis in partibus Anglicanis agebant; prædictum negotium, quamquam nobis cordi eſſet, ante adventum noſtrum in Angliam perducere nequivimus ad effectum.

Nunc autem, habito jam tractatu cum iis, ad invicem, providimus quoſdam, tàm ex parte noſtra, quàm præfati filii noſtri uſque Burdeg. ad inſtantem quindenam Sancti Remigii, mittendos; qui, vice noſtra, & ipſius filii noſtri, facient quicquid inde inter vos, & nos ordinatum eſt & conventum; A.D. 1260.

Ad quos quidem locum & terminum aliquos de veſtris, ſi placet, mittatis, qui expeditioni prædicti negotii valeant intereſſe.

Nos enim injunximus præfato filio noſtro quod, quicquid per noſtros & veſtros ſuper præmiſſis ordinatum fuerit ſeu ſtatutum, id firmiter & inviolabiliter faciat obſervari.

De ſubſidio vero, quod a nobis petitis contra Regem Alemanniæ, fratrem noſtrum, Serenitati veſtræ notificamus quod, cum volueritis negotium illud cum effectu proſequi, taliter nos habebimus erga vos in hac parte, quod, favente Domino, in culpa non erimus, nec a vobis merebimur ſuper hoc increpari.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 30 die Maii.

Littera Regi Franciæ de ſtatu ſuo, necnon de Credentia.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Clauſ. 47. H. 3. m. 12. d.

REGI Franciæ Rex ſalutem, & fidele ſemper obſequium, cum dilectione ſincera.

Quia ſcimus vos velle de ſtatu noſtro rumores audire fælices, Serenitati veſtræ duximus intimandum quod, licet hactenus corporis fuerimus ægritudine prægravati, ſperamus tamen in proximo ad ſtatum proſperum, Domino auctore, recreari;

Unde Serenitatem veſtram rogamus quatinus ſtatum veſtrum, quem ſemper proſperum & jocundum eſſe peroptamus, nobis, ſi placet, ſignificare velitis, unà cum beneplacito veſtræ voluntatis, quod libenti animo, pro poſſe noſtro, curabimus adimplere.

Cæterum, quia dilectos & fideles noſtros, Johannem Maunſell Theſaurarium Eborum, & Robertum Waleraund, propter infirmitatem noſtram, & pro guerra noſtra Walliæ, necnon & aliis negotiis nobis incumbentibus hiis diebus, ad præſentiam veſtram deſtinare non potuimus; A.D. 1260.

Mittimus venerabilem patrem Exonienſem Epiſcopum, W. de Valentia fratrem noſtrum, & quoſdam alios dilectos & fideles noſtros, ad præſentiam veſtram, pro negotiis noſtris penes vos expediendis, ſuper facto pacis, inter vos, & nos initæ, prout ante receſſum noſtrum a vobis apud Compend. condictum fuit ſicut noſtis, quibus ſuper hiis fidem adhibere velitis indubitatam.

Teſte Rege apud Weſtm. 5 die Februarii.

Littera rogatoria Reginæ Franciæ, de negotio pacis expediendo.

A.D. 1260.
An. 44. H. 3.
Clauſ. 47. H. 3. m. 12. d.

REginæ Franciæ Rex ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cum circa fœdus pacis, dilectionis, & unitatis inter Dominum veſtrum & noſtrum, Regem Franciæ illuſtrem, & nos ineundum, noſtræ mentis deſiderium affectu puro, & corde poſuerimus non minus intento; in eo, tanquam Domino, conſanguineo, & amico, fiduciam habentes ex toto:

Sinceritatem veſtram attente requirimus & rogamus quatinus erga prædictum Dominum veſtrum inſtare, & opem impendere ut, ſuarum precum adminiculo, per ſummi Pontificis ſubſidium & juvamen, votum crucis noſtræ explere, & Dei ſervitium, ad quod intentionem noſtram devovimus, perfectiùs & meliùs peragere valeamus.

Rogamus inſuper ut Nuncios noſtros, quos ad præfatum Dominum Regem, pro facto pacis, inter nos & ipſum initæ, deſtinamus, commendatos habere, & eis auxilium, & juvamen, more ſolito, in hiis, quæ de dicto negotio facienda reſtant ſeu perficienda, benignius impendere velitis.

Teſte Rege apud Weſtm. 5 die Febr.

De Forma Acquietantiæ per Regem Angliæ Regi Franciæ factæ.

A.D. 1260.
An. 44. H. 3.
Pat. 44. H. 3. m. 12.

REX univerſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.

Noveritis nos a kariſſimo Domino & Conſanguineo noſtro Ludovico illuſtri Rege Franciæ, in numerata pecuniæ ſumma, recepiſſe quatuordecim millia, quingentas, octaginta libras, ſexaginta ſex ſolidos, & octo denarios, Turonenſ. monetæ, deducenda de illa ſumma pecuniæ, in qua nobis idem Rex tenetur pro ſumptu Militum, ſecundum quod in forma pacis, inter ipſum, & nos initæ, plenius continetur.

Et nos quidem illa quatuordecim millia, quingentas, octaginta libras, ſexaginta ſex ſolidos, & octo denarios Turonenſ. in primis computari volumus, & deduci de prima ſolutione, quam prædictus Rex facere nobis debet in ſumma pecuniæ antedictæ.

Promittentes etiam quod dictam pecuniam, vel tantundem pecuniæ, impendemus in ſervitium Dei vel Eccleſiæ, aut in commodum Regni Angliæ, ſecundum quod tenemur, & in forma pacis prædictæ plenius continetur.

In cujus, &c.

Data apud Weſtm. die Lunæ proxima poſt Feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli, menſe Julii, anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo.

Et ſciendum quod formam hujus litteræ tulerunt ſecum Imbertus de Munferaunt & Simon Paſſelewe, Nuncii Regis, in revertendo de partibus Franciæ; & ſic fuit ſigillata de præcepto Regis & Concilii ſui.

De Remiſſione pro Rogero de Mortuo-Mari ſuper captione Caſtri de Buelt a Wallenſibus.

A.D. 1260.
An. 44. H. 3.
Pat. 44. H. 3. m. 9.

REX omnibus, &c.

Sciatis quod, cum dediſſemus in mandatis dilecto filio noſtro Rogero de Mortuo Mari, quod eſſet ad nos London. in quindena Sancti Johannis Baptiſtæ proximo præterita, tractaturus nobiſcum & cum Magnatibus de Concilio noſtro ſuper arduis & urgentibus negotiis noſtris & Regni noſtri, idem Rogerus, de ſpeciali præcepto noſtro, venit ad dictum Parleamentum noſtrum London. die Sabati proxima ante Feſtum Sanctæ Margaretæ Virginis; ubi nobis & ſibi nunciatum fuit die Martis in eodem Feſto Sanctæ Margaretæ, quod Caſtrum de Buelt, quod fuit in cuſtodia ſua ex ballio Edwardi filii noſtri, captum fuit a Wallenſibus,

ſibus, inimicis noſtris, die Sabati ſupradicto.

Proteſtamur etiam quod nos, & præfatus filius noſter, in præſentia noſtra conſtitutus apud Weſtmonaſterium, remiſimus præfato Rogero quicquid ei poſſet imputari, aut ab eo requiri occaſione captionis Caſtri ſupradicti.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 30 die Julii.

Sciendum quod littera prædicta, die prædicto, in Camera Prioris, apud Weſtm. emanavit de aſſenſu Ricardi Comitis Glouceſtriæ, R. Comitis Mareſcalli, H. Comitis Hereford, J. Comitis Warr. H. le Bigod Juſticiarii Angliæ, Philippi Baſſet, Johannis Manſell, & Roberti Walerand; in quorum præſentia prædicta littera lecta fuit & acceptata.

Teſte ut ſupra.

Memorandum quod iſta littera per Regem & Concilium proceſſit, & in abſentia Cancellarii ſigillata fuit; ſed poſtea Edwardus filius Regis, coram Magnatibus de Conſilio, reclamavit contra remiſſionem prædictam.

De Exercitu contra Wallenſes ſummonito.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Clauſ. 44. H. 3. m. 9. d.

REX dilecto & fideli ſuo Ricardo de Clare, Comiti Glouceſtriæ & Hertfordiæ, ſalutem.

Quia Lewelinus, filius Griffini, & Complices ſui, Rebelles noſtri, contra homagium ſuum & fidelitatem, nobis debitam, terras noſtras & fidelium noſtrorum in partibus Walliæ dudum, ut noſtis, hoſtiliter ſunt ingreſſi, terras illas occupando & devaſtando, in noſtri dedecus & exhæredationem noſtram manifeſtam, & Treugæ inter nos & ipſos dudum captæ jam prætereunt, infra quas Præfati Rebelles noſtri Caſtrum noſtrum de Buelt nequiter invadere & occupare præſumpſerunt, homines noſtros in eodem Caſtro & alibi occidendo, & alias tranſgreſſiones & gravamina nobis & noſtris multipliciter inferendo, contra formam Treugarum illarum:

Vobis, de conſilio Procerum, qui ſunt de Concilio noſtro, mandamus in fide & homagio, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes quod, in feſto Nativitatis beatæ Mariæ proximo futuro, ſitis apud Salopiam, cum equis & armis, & cum ſervitio veſtro, nobis debito, parati exinde nobiſcum proficiſci in expeditionem noſtram contra prædictum Lewelinum, & Complices ſuos Rebelles noſtros.

Et ita decenter in hac neceſſitate noſtra ibidem veniatis, ut dictorum Rebellium noſtrorum verſutia adeo potenter reprimatur, quod nobis & vobis cedat ad honorem, & exinde vobis teneamur ad ſpeciales gratiarum actiones.

Teſte meipſo apud Weſtm. 1 die Auguſti.

Eodem modo mandatum eſt

Galfrido de Genuill,
Willielmo de Bello Campo de Elmeley,
Philippo Baſſet,
Willielmo Maudut de Hamſlap,
Rogero de Somery,
Henrico de Pynkeny,
Willielmo Mareſcallo,
Roberto de Sancto Johanne,
Reginaldo de Pavely,
Ricardo de Munfychet,
Thomæ Greſle,
Mauricio de Berkele,
Johanni filio Johannis,
Ricardo Baſſet de Weldon,
Edmundo Baſſet de Drayton,
Hugoni de Creſſy,
Waltero de Wahull,
Willielmo de Odingſell,
Waltero de Clifford,
Hugoni Peverell de Saunford,
Willielmo de Walton,
Hamoni de Crevequer,
Radulpho de Kammeys,
Andreæ Peverell,
Nicholao de Bolevill,
Roberto de Aguylon,
Willielmo de Harecurt,
Henrico de Ver Comiti Oxon.
Willielmo la Moyne,
Philippo Marmyny,
Roberto Tregoz,
Roberto de Gurnay,
Griffino filio Wennuwen,
Henrico de Tracy,
Johanni Giffard,
Henrico de Erleye,
Roberto de Bello Campo,
Henrico de la Pomeray,
Henrico de Haſting,
Fulconi filio Warini,
Willielmo de Monte Caniſio,
Nicholao Poynz,

Johanni de Baalumy,
Roberto de Cannuill,
Willielmo de Breus,
Mathæo Loveyn,
Baldewino de Inſula,
Humfrido de Boun Comiti Hereford,
Widoni de Bryny,
Johanni de Curtenay,
Rogero de Mortuo Mari,
Roberto filio Pagani,
Rogero de Sancto Johanne,
Johanni de Wauton,
Alveredo de Lincoln.
Egidio de Clyfford,
Adæ de Peryton,
Johanni filio Mathæi,
Willielmo de Ebroycis,
Galfrido de Maundevill.
Ingramo de Fenes,
Hugoni de Neyvill,
Waltero de Dunſtanvill.
Henrico de Novo Burgo,
Willielmo de Bello Campo de Bedford,
Johanni de Warenna,
Almarico de Sancto Amando,
Roberto de Stafford,
Gilberto Pecche,
Humfrido de Boun juniori,
Radulpho Saunzaner,
Johanni de Vallibus,
Reginaldo filio Petri,
Thomæ Corbet,
Johanni filio Alani,
Adæ le Deſpenſer,
Johanni de Mucegros,
Philippo de Arcy,
Radulpho Muſard,
Ricardo Comiti Mareſcallo,
Franco de Boun,
Radulpho de Gorges,
Radulpho Gurnny,
Willielmo de Say.

In forma prædicta mandatum eſt Militibus ſubſcriptis, quod ſint apud Ceſtriam ad eundem diem.

Johanni de Pleſſetis Comiti Warr.
Roberto filio Nicholai,
Ernaldo de Boſco,
Radulpho Baſſet de Sapetot,
Jacobo de Aldithele,
Willielmo Bardolf,
Adæ de Novo Mercato,
Johanni filio Philippi,
Simoni Comiti Leiceſtriæ,
Ricardo de Grey,
Roberto de Ros de Belvero,
Radulpho Botiller,
Roberto de Veteri Ponte,
Henrico Engayne,
Johanni Extraneo,
Roberto de Tatiſhal,
Gilberto de Gaunt,
Willielmo de Ros,
Henrico de Percy,
Rogero de Munbray,
Roberto de Nevill,
Rogero Bertram de Bothal.
Rogero Bertram de Mideford,
Willielmo Huntercombe,
Petro de Malo lacu,
Hugoni le Bigod,
Nicholao de Bolteby,
Petro de Brus,
Hugoni de Bolebek,
R. de Quency Comiti Winton.
Johanni de Bayllol.

In forma prædicta mandatum eſt Epiſcopis ſubſcriptis, quod habeant ſervitium ſuum quod Regi debent, apud Salop. ad diem prædictum.

B. Cantuarienſi Archiepiſcopo,
H. London. Epiſcopo,
H. Elienſi Epiſcopo,
W. Exonienſi Epiſcopo,
P. Herefordenſi Epiſcopo,
E. Ciceſtrenſi Epiſcopo,
S. Norwicenſi Epiſcopo,
W. Wigornienſi Epiſcopo,
R. Conventr. & Lich. Epiſcopo,
W. Bathonienſi & Well. Epiſcopo,
L. Roffenſi Epiſcopo, vel ejus Seneſcallo.
E. Sarum Epiſcopo.

Item mandatum eſt G. Eborum Archiepiſcopo, R. Lincoln. Epiſcopo, R. Karleolen. Epiſcopo, vel ejus Seneſcallo, quod habeant &c. apud Ceſtriam ad diem prædictum.

In forma prædicta mandatum eſt Abbatibus & Abbatiſſis ſubſcriptis, quod habeant ſervitium ſuum, quod Regi debent, apud Salop. ad diem prædictum.

Abbati de Rameſeye,
Abbati de Burgo Sancti Petri,
Abbati de Thorneya,
Abbati Sancti Auguſtini Cantuar.
Abbati Sancti Albani,
Abbati Sancti Eadmundi,
Abbati Weſtm. vel ejus Seneſcallo,
Abbati de Certeſeye,
Abbati de Hida,
Abbati de Abbotesbyry,

A.D. 1260.
Hen. 3.

Abbati de Wynchecumbe,
Abbati de Perſore,
Abbati de Eveſham,
Abbati Sancti Benedicti de Hulmo,
Abbati Sancti Petri Glouceſtriæ,
Abbati de Malmisbyry,
Abbati de Schireburne,
Abbati de Michilney,
Abbati de Abendon,
Abbati de Cerne,
Priori Conventr.
Abbatiſſæ de Wilton.
Abbatiſſæ Sanctæ Mariæ Wynton.
Abbatiſſæ de Shaſtebyr.
Abbatiſſæ de Berking.

A.D. 1260.
Hen. 3.

Abbatibus de Wyteby, Croyland, & Seleby mandatum eſt quod habeant, &c. apud Ceſtriam ad diem prædictum.

De Proclamatione Summonitionis Exercitus facienda.

A.D. 1260.
An. 44. H. 3.
Ibidem.

MAndatum eſt Vicecomiti Eborum quod ſtatim, viſis litteris iſtis, cum omni celeritate clamari faciat in Comitatu prædicto, in ſingulis hundredis, Burgis, & Villis Mercatoriis, per totam ballivam ſuam, quod omnes illi de Balliva ſua, qui tenent de Rege in Capite, uſque ad feodum unius Militis integrum vel amplius, & ſervitium Regi debent, ſicut terras & tenementa ſua, quæ de Rege tenent in capite, diligunt, ſint apud Ceſtriam, in feſto Nativitatis proximo futuro, cum equis & armis, & ſervitio ſuo, Regi debito, parati exinde proficiſci, cum Rege, in expeditionem ſuam contra prædictum Lewelinum & Complices ſuos Rebelles Regis;

Litteras autem Regis, certis perſonis de balliva ſua directas, quas Rex ei mittit, ipſis cum omni feſtinatione tranſmitti faciat.

Et ita ſe habeat in hiis mandatis Regis exequendis, quod ſummonitio dicti excercitus non retardetur pro defectu ſui, pro quo Rex ad corpus ſuum, & omnes terras, & catalla ſua graviter capere debeat.

A.D. 1260.

Teſte.

Eodem modo mandatum eſt Vicecomitibus Cumberland. Lancaſtr. Northumber. Weſtmerl. Lincoln. Notingham. Derb. Norhampton. War. Leyceſtr. & Roteland.

In forma prædicta mandatum eſt Vicecomitibus ſubſcriptis quod ſimiliter faciant in Comitatibus ſuis, &c. quod omnes illi de balliva ſua, &c. ſint apud Salop. ad diem prædictum, &c. ut ſupra, & quod litteras etiam, &c. ut ſupra.

Vicecomitibus Cornub. Devon. Suthampton. Wilteſ. Somerſ. Dorſet. Hereford. Glouceſtr. Stafford. Salop. Wigorn. Oxon. Berkſ. Bedeford. Bukingham. Cantebr. Huntedon. Eſſex. Hertford. Norff. Suff. Midd. Surr. Suſſex. & Kanc.

De Lewelino una cum cæteris Walliæ Rebellibus excommunicatis.

A.D. 1260.
An. 44. H. 3.
Pat. 44. H. 3. m. 6. d.

B. Permiſſione divina, Cantuarienſis Archiepiſcopus, totius Angliæ Primas, Venerabili in Chriſto Fratri Dei gratia, Landavenſi Epiſcopo ſalutem, & ſinceræ fraternitatis in Domino ſemper augmentum.

Ad noſtram noveritis audientiam perveniſſe quod, cum inter Sereniſſimum Dominum Henricum, Dei gratiâ, Regem Angliæ illuſtrem, & ſuos ex unâ parte, & Lewelinum filium Griffini & complices ſuos ex altera, uſque ad certum tempus treugæ initæ, & juramento ab utraque parte interpoſito firmatæ fuiſſent, nuper quidam Complices & fautores Lewelini prædicti, nondum finitis treugis memoratis, maligno ſpiritu concitati, terram prædicti Regis Angliæ & ſuorum hoſtiliter invadentes, Eccleſias & Monaſteria crudeli incendio deſtruxerunt, & homicidiis atque rapinis, auſu Sacrilego, in eis violatâ immunitate eccleſiaſtica, nequiter perpetratis, pacem Regni Angliæ, & prædictarum conventionem Treugarum perturbare & frangere præſumpſerunt, contra ea quæ, pro obſervatione pacis Regni Angliæ, in Oxonienſi Concilio providè ſunt ſtatuta, temere veniendo.

A.D. 1260.

Quia vero tantorum facinorum perpetratores, ac illi, quorum mandato, ope, vel conſilio prædicta maleficia ſunt commiſſa, ipſo facto ſunt excommunicationis vinculo innodati, fraternitati veſtræ, in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo, mandamus quatinus in Civitate veſtra

A.D. 1260. Hen. 3. ſtra & Diocæſi prædictos Sacrilegos & illos, qui eis, in prædictis ſceleribus perpetrandis, opem vel conſilium impenderunt puplicè vel occulte, ſingulis diebus dominicis & feſtivis, pulſatis campanis, accenſis candelis, tam diu excommunicatos nuncietis, & nunciari ſolempniter faciatis, donec de præmiſſis ſatisfactionem impenderint, & abſolutionem meruerint obtinere.

Ad hæc, cum præfatus Lewelinus, & Complices ſui terras, villas, & loca nobilis viri Ricardi de Clare, Comitis Glouceſtriæ, in Diocæſi veſtra, durantibus treugis memoratis, juramento firmatis, occupaverint violenter, & adhuc detineant occupata; & poſtmodum, cum venerabilis Frater Dei gratià, Bangorenſis Epiſcopus, pro pace inter Dominum Regem & dictum Lewelinum tractandâ apud London veniſſet perſonaliter, quidam Walenſes, non ſine conniventia dicti Lewelini, vel mandato, ut creditur, Caſtrum dicti Domini Regis de Buelt ceperunt proditionaliter, & homines ejuſdem Caſtri, quod adhuc ſic detinent occupatum, furore diabolico, contra continentiam occiderunt treugarum.

Quia igitur veriſimile manifeſte videtur occupationem dicti Caſtri, & aliarum terrarum, ac prædictorum perpetrationem facinorum, de mandato vel voluntate ejuſdem Lewelini proceſſiſſe, vel eum rata habuiſſe præmiſſa, quibus non obviavit cum poſſet; fraternitati veſtræ de Fratrum & coepiſcoporum veſtrorum conſilio mandamus, in virtute obedientiæ firmiter injungentes quatenus ad prædictum Lewelinum perſonaliter accedentes, ipſum moneatis ſub teſtimonio competenti, & efficaciter inducere ſtudeatis ut, infra octabas inſtantis aſſumptionis beatæ Mariæ, poſt monitionem veſtram (quam, ſi ſui copiam denegaverit, in Eccleſia Landavenſi puplice proponatis) Domino Regi & ſuis dictum Caſtrum, terras, villas, & loca, contra Treugas per ipſum & ſuos taliter occupata, ſine difficultate reſtituat, & reſtitui faciat, & de dampnis & injuriis illatis eis ſatisfaciat competenter. A.D. 1260.

Quod, ſi monitis veſtris parere contempſerit, cum malum, cui non reſiſtitur, approbetur; nec careat ſcrupulo ſocietatis occultæ qui manifeſto facinori deſinit obviare, vos extunc, in pœnam ipſius, qui culpâ ſe oſtenderet non carere, omnes terras, villas, & loca, ditioni & poteſtati ſuæ ſuppoſita, necnon omnes terras, villas, & loca, quas vel quæ per ſe vel Complices ſuos, durantibus Treugis ſupradictis, occupavit in Diocæſi veſtra, interdicto Eccleſiaſtico ſupponentes, faciatis illud uſque ad condignam præmiſſorum ſatisfactionem exceſſuum inviolabiliter obſervari; inhibentes diſtrictius ne in eiſdem terris, villis, & locis, ditioni & poteſtati ſuæ ſuppoſitis, ſeu per ipſum & Complices ſuos, durantibus Treugis prædictis, contra formam earumdem occupatis, ſacramenta Eccleſiaſtica præter quam neceſſaria miniſtrentur.

Quid autem ſuper hiis feceritis, nobis per veſtras patentes litteras reſcribatis.

Data apud Lamehyth, in feſto beati Petri ad vincula, anno Domini 1260.

Litteræ Archiepiſcopi Cantuarienſis, directæ Landavenſi & Menevenſi Epiſcopis, traditæ fuerunt Comiti Glouceſtriæ, tranſmittendæ eiſdem Epiſcopis; & litteræ ejuſdem Archiepiſcopi, directæ Bangorenſi & de Sancto Aſſapho Epiſcopis, liberatæ fuerunt Nicholao Walen. & Guydoni, Nunciis Regis, deferendæ R. de Mortuo Mari, ut eas mitti faciat eiſdem Epiſcopis.

De pace cum Lewelino tractanda.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Pat. 44. H. 3. n. 7. REX omnibus, &c.

Sciatis nos venerabili patri R. Coventr. & Lich. Epiſcopo, Priori de Wenlok, dilecto & fideli noſtro Humfrido de Bohun Comiti Hereford. & Eſſex, & dilecto Clerico noſtro Simoni Paſſelewe, quos mittimus ad vadum de Muntgomery in Octabis inſtantis aſſumptionis beatæ Mariæ, plenam dediſſe poteſtatem tractandi, nomine noſtro, de pace inter nos, & Edwardum filium noſtrum, & homines noſtros ex una parte; & Lewelinum filium Griffini & Complices & fautores ſuos ex altera. A.D. 1260.

Ratum habituri & firmum quicquid ipſi omnes, vel illi ex ipſis, quos præſentes adeſſe contigerit, ſuper præmiſſis duxerint faciendum.

Poteſtatem etiam damus prædicto Comiti jurandi in animam noſtram ſuper hiis obſervandis, quæ per eoſdem, vel aliquos eorum, quos adeſſe contigerit, acta fuerint in præmiſſis.

A.D. 1260. Hen. 3.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windeſor. 10 die Auguſti.

In forma prædicta, & per eadem verba emanavit alia littera; nulla facta mentione de Edwardo filio Regis.

De Treugis cum Lewelino prorogandis.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c. Sciatis nos Venerabili patri R. Coventr. & Lich. Epiſcopo, Priori de Wenlok, & dilectis & fidelibus noſtris, Humfrido de Bohun Comiti Hereford & Eſſex. Rogero de Mortuo Mari, Jacobo de Aldythel. & Simoni Paſſelewe Clerico noſtro, quos mittimus ad vadum de Muntgomery in Octabis inſtantis Aſſumptionis beatæ Mariæ, vel illis eorum, quos ibidem adeſſe contigerit, plenam & liberam pro nobis, & Edwardo filio noſtro, & hominibus noſtris, dediſſe poteſtatem tractandi, nomine noſtro, cum Lewelino filio Griffini & Complicibus ſuis, de Treugis, inter nos, & ipſos prius captis, prorogandis, & firmandis eiſdem modis & conditionibus quibus antea captæ fuerunt & juratæ; vel melioribus conditionibus, ſi fieri poterit, prout ipſi magis viderint expedire.

Ratum habituri & firmum quicquid ipſi omnes, vel eorum aliqui, quos præſentes adeſſe contigerit, ſuper præmiſſis duxerint faciendum.

Poteſtatem etiam damus prædictis Comiti & Jacobo, vel eorum alteri, jurandi in animam noſtram ſuper hiis obſervandis, quæ per prædictos Epiſcopum, Priorem, & alios fideles noſtros ſupradictos, vel per illos ex ipſis, quos adeſſe contigerit, acta fuerint in præmiſſis,

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

In forma prædicta, & per eadem verba emanavit alia littera; nulla facta mentione de Edwardo filio Regis.

De Treugis cum Lewelino capiendis.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c. Sciatis nos venerabili patri R. Coventrenſi & Lichfeldenſi Epiſcopo, Priori de Wenlok, & dilectis & fidelibus noſtris, Humfrido de Bohun Comiti Hereford. & Eſſex. Rogero de Mortuo Mari, Jacobo de Aldithele, & Simoni de Paſſelewe Clerico noſtro, quos mittimus ad vadum de Muntgomery in Octabis inſtantis Aſſumptionis beatæ Mariæ, vel illis eorum, quos ibidem adeſſe contigerit, plenam & liberam pro nobis, & Edwardo filio noſtro, & hominibus noſtris, dediſſe poteſtatem, nomine noſtro, capiendi & firmandi Treugas inter nos, & Edwardum filium noſtrum, & homines noſtros, ex unâ parte; & Lewelinum filium Griffini, & complices, & fautores ſuos ex altera parte, prout prædicti Epiſcopus, & Prior, & alii fideles noſtri ſupradicti magis viderint expedire.

Ratum habituri & firmum quicquid ipſi omnes, vel illi ex ipſis, quos præſentes adeſſe contigerit, in præmiſſis duxerint faciendum.

Poteſtatem etiam damus prædictis Comiti & Jacobo vel eorum alteri, qui præſens fuerit, jurandi in animam noſtram ſuper hiis obſervandis, quæ per præfatos Epiſcopum, Priorem, & alios fideles noſtros ſupradictos, vel illos ex ipſis, qui præſentes fuerint, acta fuerint in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

In forma prædicta, & per eadem verba emanavit alia littera, nulla facta mentione de Edwardo filio Regis.

De Mandato Epiſcopo Coventrenſi & Lichfeldenſi, quod interſit tractatibus Treugæ cum Lewelino.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Ibidem.

R. Epiſcopo Coventrenſi & Lichefeldenſi Epiſcopo ſalutem.

Cum, de Conſilio Magnatum, qui ſunt de Concilio noſtro, providerimus quod vos, unà cum Priore de Wenlok, & dilectis

A.D. 1260. Hen. 3.

lectis & fidelibus noſtris Humfrido de Bohun Comite Herefordiæ & Eſſexiæ, Jacobo de Aldithel. & Rogero de Mortuo Mari, ſitis ad vadum de Muntgomery in Octabis inſtantis Aſſumptionis beatæ Mariæ, ad tractandum cum Lewelino filio Griffini & Complicibus ſuis de Negotiis noſtris, quæ dilectus Clericus noſter Simon Paſſelewe vobis & dictis fidelibus noſtris ex parte noſtra exponet ibidem, qui eorumdem negotiorum tractatibus vobiſcum intererit:

Nos, de veſtræ circumſpectionis induſtria plenius confidentes, vobis mandamus in fide & dilectione quibus nobis tenemini, rogantes quatinus, ſicut nos & honorem noſtrum & indempnitatem Regni noſtri diligitis, omnibus aliis prætermiſſis, ſitis ad vadum prædictum in Octabis antedictis, unà cum Priore, & aliis fidelibus noſtris ſupradictis, tractaturi ſuper præmiſſis cum prædicto Lewelino & ſuis Complicibus, prout vos & ipſi nobis & Regnó noſtro magis videritis expedire: Et hoc nullatenus omittatis.

Scripſimus enim præfatis Priori, & aliis fidelibus noſtris, quod, ad dictos diem & locum, vobis occurrant ad præmiſſa, ſicut prædictum eſt, vobiſcum adimplenda.

Teſte Rege apud Windeſ. ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur aliis ſingulariter.

Littera directa Edwardo filio Regis de Alfonſo Rege Caſtellæ.

A.D. 1260. *An.* 44. *H.* 3. *Clauſ.* 44. *H.* 3. *m.* 5. *dorſ.*

REX Edwardo, primogenito ſuo, ſalutem.

Cum vobis nuper mandaverimus quod provideretis de aliquibus diſcretis viris, mittendis in Waſconia ad diem, captum inter nos & Regem Caſtellæ, ibidem, in hac Quindena Sancti Michaelis, ſuper facto Waſconiæ; & quod eoſdem Nuncios per Nos venire faceretis, ut cum eis, ex parte noſtra, ad partes prædictas aliquem mittere poſſemus ad jus noſtrum & veſtrum ibidem proſequendum & conſervandum; miramur admodum & movemur quod nec aliquos ad nos pro negotio prædicto miſiſtis, nec nobis inde quicquam ſignificaſtis.

Unde, cum, in prædicto facto Waſconiæ, nobis & vobis imminere poſſet dampnum graviſſimum & dedecus manifeſtum, ſi pro parte noſtra Procuratores ydoneos non haberemus ad diem prædictum, vobis mandamus firmiter injungentes quatinus, viſis litteris, cum tempus nimis breve ſit, provideri faciatis de viris providis & circumſpectis, qui pro parte veſtra accedere poſſint ad diem prædictum, & eos per nos venire faciatis, ut cum eis mittere poſſumus Johannem de la Lynde militem noſtrum, quem ibidem pro parte noſtra providimus deſtinandum.

A.D. 1260.

Mandavimus autem venerabili Patri Epiſcopo Vaſaten. & Bertramo de Cardilak, Seneſcallo noſtro partium Lemovicen. quod ipſi, unà cum eodem Johanne, ſint pro parte noſtra apud Burdegal. die ſupradicto.

Et dedimus ipſis omnibus, ſeu duobus ipſorum, quos præſentes eſſe contigerit, poteſtatem ordinandi & faciendi in omnibus, nomine noſtro, ea, quæ facere tenemur ſecundum formam conventionis ſeu compoſitionis, initæ inter nos, & Regem Caſtellæ prædictum, de facto Waſconiæ ſupradicto.

Et inſuper mandabimus Drogoni de Barentino, Seneſcallo Waſconiæ, quod omnia, quæ per prædictos Nuncios & Procuratores noſtros & veſtros ſuper hiis ſtatuta fuerint ſeu proviſa, firmiter faciat obſervari.

Teſte Rege apud Merleberg. 14 die Septembris.

Littera Epiſcopo Vaſaten. de negotio ſupradicto.

A.D. 1260. *An.* 44. *H.* 3. *Ibidem.*

REX venerabili in Chriſto Patri Vaſaten. Epiſcopo ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cum dilectus conſanguineus noſter Alfonſus, Rex Caſtellæ illuſtris, pro obſervandis articulis & conditionibus in conventione, inter nos, & ipſum Regem initâ & juratâ, ſolempnes Nuncios nuper ad nos deſtinaverit; ac, habito poſtmodum tractatu cum Magnatibus de conſilio noſtro, eidem Regi reſcripſerimus quod prudentes viros, tàm ex parte noſtra, quàm ex parte Edwardi filii noſtri, ad inſtantem quindenam

A.D. 1260.

A.D. 1260.
Hen. 3.

Sancti Remigii in occurſum Nunciorum dicti Regis, uſque Burdegaliam mitteremus, facturos in præmiſſis quicquid pro parte noſtra fuerit faciendum;

Nos, de veſtræ dilectionis & fidelitatis conſtantiâ, quam erga nos ſemper geſſiſtis, potiſſime confidentes, vos, & Bertramum de Cardilak Seneſcallum noſtrum Lemovicen. Drogonem de Barentino Seneſcallum Waſconiæ, & Johannem de la Lynde (quos ad prædictos diem & locum mittimus) conſtituimus loco noſtri ut vos omnes conveniatis ibidem in occurſum Nunciorum prædicti Regis, pro negotio prædicto: Vos rogantes attentius quatinus, conſideratis rationibus nobis & prædicto filio noſtro competentibus, fieri & compleri faciatis pro parte noſtra quod ſuper conventione prædicta fuerit faciendum.

Mittimus etiam ad vos prædictum Johannem Militem noſtrum, qui vos in facto iſto plenius informabit, & erit ad vos apud Burdegal. dictis die & loco, cum plena poteſtate vobis commiſſa faciendi & complendi omnia, quæ in conventione prædicta continentur. Talem, amore noſtri, ad hoc diligentiam apponentes quod circumſpectionem veſtram ſpecialius commendare poſſimus.

A.D. 1260.
Hen. 3.

Mandavimus enim prædicto Seneſcallo Waſconiæ quod, quicquid ſuper præmiſſis fieri decreveritis, firmiter faciat obſervari.

Teſte Rege apud Merleberg. 20 die Septembris.

Eodem modo mandatum eſt Bertramo de Cardilak. Seneſcallo Partium Lemovicen. Petragorcen. & Caturcen.

Littera, de Conventione cum Rege Caſtellæ, Drogoni de Barentino, Seneſcallo Waſconiæ.

A.D. 1260.
An. 44. H. 3.
Ibidem.

REX Drogoni de Barentino Seneſcallo Waſconiæ, ſalutem.

Cum dilectus conſanguineus noſter Alfonſus, Rex Caſtellæ illuſtris, pro obſervandis articulis & conditionibus, in conventione inter nos & ipſum Regem initâ & juratâ contentis, ſolempnes Nuncios nuper ad nos deſtinaverit; ac, habito poſtmodum tractatu cum Magnatibus de conſilio noſtro, eidem Regi reſcripſerimus quod prudentes viros, tàm ex parte noſtra, quàm ex parte Edwardi filii noſtri, ad inſtantem quindenam Sancti Remigii in occurſum Nunciorum dicti Regis uſque Burdeg. mitteremus, facturos in præmiſſis quicquid pro parte noſtra fuerit faciendum:

Nos, volentes, quantum in nobis eſt, conventionem illam inviolabiliter obſervare —— Vaſaten. Epiſcopum, Bertramum de Cardilak Seneſcallum noſtrum Lemovicen. & vos, & Johannem de la Lynde Militem noſtrum, conſtituimus loco noſtri ad perficiendum & complendum omnia, pro parte noſtra, quæ in prædicta conventione continentur.

A.D. 1260.

Unde vobis mandamus in fide qua nobis tenemini, quod præfatis Epiſcopo, Bertrando, & Johanni, vel eorum aliquibus, quos ad prædictos diem & locum venire contigerit, diligenter aſſiſtatis; & quicquid, pro parte noſtra, decretum fuerit in præmiſſis, firmiter faciatis obſervari: Ita quod dictum negotium debito modo procedat; & quod, veſtro conſilio & auxilio mediantibus, conventiones inter nos & præfatum Regem habitæ teneantur.

Taliter vos habentes in hac parte, quod circumſpectionem veſtram merito commendare poſſimus.

Teſte ut ſupra.

Ejuſmodi adhuc Littera Majori, Juratis, & Communitati Burdegaliæ.

A.D. 1260.
An. 44. H. 3.
Ibidem.

REX Majori, Juratis, & Communitati Burdegaliæ, ſalutem.

Cum Alfonſus, Rex Caſtellæ illuſtris, pro obſervandis articulis & conditionibus, in conventione inter nos & ipſum Regem inita & jurata contentis, ſolempnes Nuncios nuper ad nos deſtinaverit; ac, habito poſtmodum tractatu cum Magnatibus de conſilio noſtro, eidem Regi reſcripſerimus quod prudentes viros, tam ex parte noſtra, quam ex parte Edwardi filii noſtri, ad

A.D. 1260.

A.D. 1260. Hen. 3.

inſtantem Quindenam Sancti Remigii in occurſum Nunciorum dicti Regis uſque Burdeg. mitteremus, facturos in præmiſſis quicquid pro parte noſtra fuerit faciendum.

Nos volentes, quantum in nobis eſt, conventionem illam inviolabiliter obſervare, ——— Vaſaten. Epiſcopum, & Bertramum de Cardylak Seneſcallum noſtrum Lemovicen. Drogonem de Barentino Seneſcallum Waſconiæ, & Johannem de la Lynde Militem, conſtituimus loco noſtri ad perficiendum & complendum omnia pro parte noſtra quæ in prædicta conventione continentur: Et, quia de veſtræ fidelitatis conſtantia potiſſime confidimus quod noſtrum & præfati filii noſtri commodum & honorem conſervare velitis, vos affectuoſe requirimus & rogamus, mandantes in fide & dilectione quibus nobis tenemini, quod præfatis Epiſcopo, Bertramo, Drogoni & Johanni, vel eorum aliquibus, quos ad prædictos diem & locum venire contigerit, diligenter aſſiſtatis quod prædictum negotium debito modo procedat;

Ita quod, veſtro conſilio & auxilio mediantibus, conventiones inter nos & præfatum Regem habitæ teneantur; taliter vos habentes in hac parte quod circumſpectionem veſtram ſpecialius commendare poſſimus.

Mandavimus etiam Drogoni Seneſcallo Waſconiæ quod, quicquid pro parte noſtra decretum fuerit in præmiſſis, firmiter faciat obſervari.

Teſte ut ſupra.

De poteſtate tractandi cum Rege Caſtellæ.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Pat. 44. H. 3. n. 5.

REX omnibus ad quos præſentes, &c.

Cum Rex Caſtellæ illuſtris pluries per ſolempnes Nuncios ſuos nos ſollicitaverit de obſervandis articulis, in quadam conventione inter nos, & ipſum inita & jurata contentis; & nos ſuper hoc certum diem ſtatuerimus, videlicet in inſtanti Quindena Sancti Remigii apud Burdegaliam, ubi Nuncii & Procuratores dicti Regis pro eodem negotio ſunt venturi,

Nos volentes conventionem illam, quantum in nobis eſt, inviolabiliter obſervare, Vaſaten. Epiſcopum, Bertranum de Cardelak Seneſcallum Lemovicenſem, Drogonem de Barentino Seneſcallum Waſconiæ, & Johannem de la Lynde Militem noſtrum, ad hoc conſtituimus loco noſtri; dantes eis plenam & liberam poteſtatem faciendi & complendi omnia pro parte noſtra, quæ in conventione prædicta continentur:

Ratum habituri & firmum quicquid per ipſos omnes, tres, vel duos ex ipſis, quos præſentes eſſe contigerit, ſuper præmiſſis nomine noſtro actum fuerit vel ſtatutum.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Rege apud Merleberg. 20 die Septembris.

Memorandum quod iſta littera patens, una cum quatuor paribus litterarum clauſarum, quæ inrotulatæ ſunt in dorſo clauſarum hujus anni, hoc menſe, & eodem die, examinatæ fuerunt a Johanne Manſell, & acceptatæ, & per præceptum ſuum ſtatim, poſt conſignationem, traditæ fuerunt Johanni de la Lynde, deferendæ in partibus prædictis.

Teſte ut ſupra.

Pro Rege & Regina Scotiæ in Angliam veniendis.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Pat. 44. H. 3. n. 4.

REX omnibus, &c.

Noveritis nos illuſtrem Regem Scotiæ Alexandrum, ac filiam noſtram primogenitam, ſponſam ſuam cariſſimam, & omnes, quos ſecum in Regnum Angliæ ducent, ſuſcepiſſe in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum, in veniendo ad nos, in Regnum noſtrum ubicunque, & ibidem moram ſalvo & ſecure contrahendo, ac libere, ſalvo & ſecure in Regnum ſuum revertendi, durante dicto conductu uſque ad Feſtum Purificationis beatæ Mariæ Virginis proximo futurum; quem noluimus delicto alicujus infringi, ſet delinquens prout juſtum fuerit puniatur;

Ita quod idem Rex, vel aliqui ſuorum, quos ſecum ducet, dum moram fecerint in Regno Angliæ, non erunt per nos, vel noſtros, de voluntate ſeu conſcientia noſtra, affati, rogati, vel quoquo modo aſtricti ad tractandum ibidem de aliquibus, tangentibus ipſum Regem Scotiæ, vel Reginam ſuam,

A.D. 1260. Hen. 3.

ſeu aliquem ſuorum, vel Regnum Scotiæ.

Nec ſtatus ſuus, aut Reginæ ſeu Conſiliariorum ſuorum, vel aliquorum cum ipſo venientium, dum in Regno Angliæ fuerint, per nos perturbabitur, nec per aliquos alios ex noſtris perturbari, mutari, aut quoquo modo inquietari in aliquo permittemus; cum nullam voluntatem habeamus talia faciendi.

Si vero, infra præfatum tempus contingat Regem vel Reginam Scotiæ, aut aliquem de familia eorum, quem ſecum adducent, corporis gravitate detineri, quod abſit, volumus quod idem conductus in omnibus ſervetur integer & illæſus, uſque in menſem poſtquam de infirmitate plene convaluerit.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Teſte Rege apud Windeſor. 30 die Septembris.

De ordinatione pro Regina Scotiæ, ſi contingat ipſam in Anglia eſſe gravidam.

A.D. 1260. *An.* 44. *H.* 3. *Ibidem.*

REX omnibus, &c.

Noveritis nos conceſſiſſe & bona fide promiſiſſe quod, ſi contingat, gratiâ Spiritûs Sancti cooperante, filiam noſtram cariſſimam Reginam Scotiæ, venientem ad nos, cum Domino ſuo Rege Scotiæ illuſtri, gravidam fore, liceat Domino ſuo Regi libere prædictam ſponſam ſuam in Regnum ſuum ſecum reducere, ſine cujuſlibet contradictionis obſtaculo, pro ſuæ & Conciliariorum ſuorum libito voluntatis.

Et, ſi de voluntate dicti Regis, & Conciliariorum ſuorum, contingat eandem uſque ad tempus pariendi ibidem moram contrahere, volumus quod ipſa cum ſobole, qualem Deus ordinaverit, ad libitum & mandatum dicti Regis, & Conciliariorum Regni Scotiæ, ſine dilatione qualibet & contradictione cujuſlibet, ſalvo & libere in Regnum Scotiæ redeat & ſecure.

Et, ſi contingat ſobolem ipſam, de voluntate dicti Regis patris ſui, in Regno Angliæ ad tempus moram contrahere, &, infra illud tempus, de ipſo Rege & patre ſuo aliquid humanitus contigerit, vel ſiniſtrum, quod abſit, volumus quod Magnates Regni Scotiæ ad voluntatem & mandatum ſuum ipſam ſobolem libere habeant, & reducant in Regnum ſuum ſine aliqua dilatione ſeu cujuſlibet contradictione.

Et ad hujus rei majorem ſecuritatem corporali ſacramento, quod in animam noſtram per dilectum Militem noſtrum Willelmum de Latymer præſtari fecimus, obligamus nos & hæredes noſtros ad obſervationem omnium prædictorum.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De honoribus Regi & Reginæ Scotiæ in Anglia exhibendis.

A.D. 1260. *An.* 44. *H.* 3. *Ibidem.*

REX Vicecomitibus Northumber. Eborum, Nottingham. Leiceſtr. Northampt. Buckingh. Bedford, & Hertford, ſalutem.

Quia Rex Scotiæ illuſtris, & Regina ſua filia noſtra cariſſima, in proximo ad nos venturi ſunt in Anglia; nos, cupientes eos in ſingulis locis, ad quæ in Regno noſtro pervenerint, honorifice recipi & admitti,

Vobis mandamus, firmiter præcipientes quod ſinguli veſtrûm eis occurratis, cum venerint ad ballivas veſtras, Caſtra & Maneria noſtra; & deductum in Parcis, Foreſtis & Warennis noſtris eiſdem ex parte noſtra offeratis; ac honores & curialitates, pro quibus grates vobis ſcire debeamus ſpeciales, & de quibus ſe valeant commendare, eis impendatis, & ab aliis impendi procuretis.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Pro Henrico Filio Regis Alemanniæ.

A.D. 1260. An. 44. H. 3. Pat. 44. H. 3. n. 3.

Henri, par la grace Deu, Roys de Angleterre, &c. a tuz ceus, qui ceſtes lettres verront, ſaluz en noſtre ſeigneur.

Sachez toz que nus receumes, le Jur Saint Edward, le an de noſtre Corounement 44. a noſtre feſt, ke nus tenimes alors a Weſtminſtre, Henri le fiz le Roi d'Alemaigne noſtre Neveu, l'Atorne Simon de Montfort Conte de Leiceſtre, a ſervir pur li a l'avantdite feſte, ſi com il apent au ſerviſe de la Seneſcaucie.

E, en teſmoigne de ceſte choſe, nus avons fet a de ſuſdit Simon iceſtes nos lettres overtes par le Conſeyl de nos hauz Homes de noſtre Conſeyl. E ceſte choſe fu fete l'an e le jur avantdiz.

Iſta littera lecta fuit, & approbata coram Domino Rege in garderoba ſua, præſentibus Edwardo filio Regis, Henrico filio Regis Alemanniæ, Comite Gloverniæ, Comite Oxoniæ, Henrico le Bygod Juſticiario, Johanne Maunſell, & Ricardo Walerand, & aliis, & per præceptum ipſorum ſigillata.

A.D. 1260.

De Regina Scotiæ in Anglia paritura.

A.D. 1260. An. 45. H. 3. Pat. 45. H. 3. n. 37.

REX omnibus, &c.

Cum Dominus Alexander, Rex Scotiæ, dilectus & fidelis noſter, ad noſtram & quorundam Magnatum noſtrorum inſtantiam, de mera ſui voluntate, nobis duxerit concedendum ut Margareta, ſponſa ſua, filia noſtra cariſſima, uſque ad tempus pariendi nobiſcum in Anglia, & cum Alianora, ſponſa noſtra, matre ſua, poſſet commorari; concedimus ac promittimus bona fide quod, cum, Spiritu Sancto cooperante, peperit, liceat dicto Regi, Domino ſuo, poſt tempus Purificationis ipſius, ſcilicet poſt quadraginta dies poſt partum ſuum, vel ſaltim ad Paſcha, proximo ſequens, anno Gratiæ milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo, dictam Reginam ſponſam ſuam, cum ſua prole, qualem bonorum omnium diſpenſator ordinaverit, ad dicti Regis voluntatem & mandatum, ad Regnum ſuum Scotiæ, ſine dilatione qualibet & difficultate, vel cujuſcumque contradictionis obſtaculo, rehabere; & quod ipſa, una cum prole, per Nuncios ſuos, pro ipſis deſtinandos, ad ipſum Regem & Regnum ſuum ſalvo & libere redire valeat & ſecure.

Et, ſi dicta Regina, filia noſtra, humanitus interim, quod abſit, contigerit, dicta prole ſuperſtite, liceat dicto Regi, ut prædictum eſt, ipſam prolem rehabere pro ſuæ libito voluntatis, quandocumque pro dicta prole quoſcumque voluerit duxerit deſtinandos: Idem concedentes de matre dictæ prolis filiæ noſtræ, defuncta dicta prole, quod, juxta dicti Regis voluntatem, ad partes Scotiæ, ut ſupradictum eſt, libere poſſit remeare.

Si vero dictus Rex Scotiæ, pater dictæ prolis, interim, quod abſit, in fata deceſſerit, vel eventus aliquis inopinatus, quod avertat altiſſimus, de ipſo contigerit, volumus & fideliter promittimus quod Magnates Regni ſui, ſcilicet venerabiles patres Sancti Andreæ, Abirdonenſis, Dumblanenſis, & Candidæ Caſæ Epiſcopi; A.D. 1260.

Et. M. de Fif. A. Cumyn de Buch. M. de Stratherne, P. de Dumbar, W. de Marr. Comites;

Et J. Comyn, A. Seneſcallus Scotiæ, Alanus Hoſtiarius, & Hugo de Abirnith Barones,

Vel quatuor, aut tres eorum, præſentes litteras ſecum deferentes, prædictam prolem, abſque aliqua dilatione, cavillatione, difficultate, vel cujuſcumque contradictione, ſalvò, liberè, & ſecurè ad Regnum Scotiæ ſecum habeant & adducant; ſtatu neutrius Regni, ſcilicet Angliæ & Scotiæ, quantum in hoc conſiderato.

Et, ad hujus rei majorem ſecuritatem, corporali ſacramento, quod dilectum noſtrum & fidelem, Robertum Walerand Militem, in animam noſtram præſtare fecimus, obligamus nos, & hæredes noſtros ad obſervantiam omnium & ſingulorum prædictorum; & Dominum Ricardum, Regem Romanorum ſemper Auguſtum, fratrem noſtrum cariſſimum, ad noſtræ petitionis inſtantiam, per quendam ſuum Militem, conſimile præſtare fecimus ſacramentum.

Et, ad præmiſſa firmiter obſervanda, Ricardus Comes Gloverniæ, Petrus de Sabaudia, H. de Boun. Comes Eſſex. & Hertford. H. Bygod. & Johannes Manſell Theſaurarius Eborum, corporale ſacramentum præſtiterunt, quod prædicta

non

A.D. 1260. Hen. 3. non inpedient, ſet opem & diligentiam apponent quod ea firmiter obſerventur.

Idem per venerabilem patrem Dominum G. miſeratione divina, Eborum Archiepiſcopum, Edwardum filium noſtrum primogenitum, Rogerum Comitem Norffolk. & Mareſcallum Angliæ, R. de Quency Comitem Winton. J. de Bayllol, & H. le Diſpenſer Juſticiarium noſtrum Angliæ, qui in confectione præſentium, præſentes non extiterunt, fieri procurabimus. A.D. 1260. Hen. 3.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 16 die Novembris.

Bulla Edwardo primogenito Regis, de reſiſtendo invaſionibus Tartarorum.

A.D. 1260. An. 45. H. 3. Ex Autogr.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio, Nobili Viro Edwardo primogenito cariſſimi in Chriſto filii noſtri, Regis Angliæ illuſtris, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Clamat in auribus omnium, eoſque, quos animorum torpor non hebetat, in attentionis vigilantiam excitat horrendi præconii tuba terribilis, quæ fide rerum atteſtantium invaleſcens adeo certo ſono generalis cladis bella prænuntiat, quibus flagellum iræ cæleſtis in manu inmanium Tartarorum, quaſi ex abditis erumpentium inferi finibus, premit & conterit orbem terræ, ut jam non oporteat populum chriſtianum ad cognoſcenda hæc, quaſi adhuc ambigua, certiori relatu aures arrigere; ſed eum, ut ingruenti & publice feſtinanti provide occurrat periculo, admonere.

Cum enim iidem Tartari, dicentes quod totam terram eis obtinendam tradidit Deus cœli, quem utique non noverunt, jam omnibus orientis partibus occupatis, & populis conculcatis, jam Sarracenorum duritia, quæ multorum temporum bella tulit & intulit, extrema penè deſolatione concuſſa, jam principali eorum Civitate Baldach, Damaſco, atque Alapia, cum plurimis aliis famoſis eorundem regionibus, captis hoſtiliter & everſis, necnon & Calipho infidelitatis ipſorum Principe, ac maxima populi ejus multitudine poſtquam eos, ut dicitur, in deditionem receperant, interemptis, ad Regni Jerlimitan. fines pervenerint, eoſque impetant invadendos, Chriſtiano Regno Armeniæ, Antiochia, & Tripoli, famoſis Chriſtianorum Urbibus, proh pudor! ſuo nomine ſubjugatis, cumque a parte ſeptemtrionali per Ungariam atque Poloniam, Imperio Romano conterminas, ubi, proh dolor! non parum Chriſtiani ſanguinis profuderunt, valida in populis illarum partium cæde bachati hoſtilem attemptent aditum in Europam, ubi fortia Chriſtianitatis capita conterere cogitant, & Regum Thronis everſis, ſedibuſque potentium, ſibi totius orbis aſcribere Monarchatum. A.D. 1260.

Potius eſt contra incumbentia è vicino pericula de oportunis remediis cogitandum, quam eorum certior & ſerioſior enuntiatio expetenda; omnis igitur eſt ſecuritatis ac tarditatis ignavæ ſubmovenda ſocordia, quæ periculorum improvidos ad pernitiem præparat, & diſponit, & urgentiſſimo attentionis ſtimulo eos præcipue convenit excitari qui præſunt, ne ſub manu eorum repentina invadat calamitas homines, inerti negligentia ſoporatos; quia ruina malorum imminentium prius interdum, quam in ſollicitudinis curam evigilent, obruuntur; quemadmodum prædictis Sarracenis, aliiſque innumeris nationibus, quas deſtitutas prudentiæ conſilio, & indignas cœleſti præſidio, prædictorum Tartarorum invaſit oppreſſio, noſcitur contigiſſe.

Palam eſt enim quod peſtilentior pernicies, & pernicioſior peſtis ad quieſcentes ingreditur & ſecuros; & Deum temptat imminente periculo, qui illud, in præſumptuoſa cœleſtis auxilii confidentia, negligit humanæ providentiæ remediis prævenire.

Nos igitur, attendentes in eorundem Tartarorum manu adverſus peccata humani generis divinæ indignationis ſævire flagellum, quæ tamen erga fideles magnum oſtendit pietatis indicium, dum nobis illud imminere noluit improviſum; ſed ut divinæ placationis antidoto, & providentiæ conſilio excludi valeat diu ante proviſum; ac de clementis Dei miſericordia confidentes quod, ſi viſitaverit in virga iniquitates ſuorum, & peccata ipſorum in verberibus diſciplinæ, miſericordiam ſuam tandem non abſcidet ab eis,

Cogitavimus cum fratribus noſtris, quemadmodum a nobis expoſtulat ſpeculæ paſtoralis officium, cui licet imme-

A.D. 1260. Hen. 3. riti præſidemus, contra idem flagellum utilia ſalutis remedia ordinare; & quidem, pro tam univerſalis neceſſitatis articulo, videbatur non ſolum Eccleſiaſticorum, ſed & ſecularium Principum, & fidelium populorum generale concilium convocandum, ut de communi omnium diſcrimine, ac proviſionis oportunæ remediis, ad quæ ſolas Eccleſiæ vires liquet non poſſe ſufficere, intentis ſingulorum ſenſibus, communis deliberatio haberetur.

Hæc etenim cauſa neminem præterit, communiſſima omnium, & privatiſſima ſingulorum; quia, etſi tangat maxime maximos (a quibus primum ordiri ſolet inſtantis cujuſque deſolationis initium, ut cæteri facilius, velud acephali & diſperſi, ad perniciem abducantur) unumquemque tamen ſpecialiter de univerſitate contingit, ruinam & ſtatum, mortem & vitam continens ſingulorum.

Nam apud eoſdem Tartaros patrocinium nulli præſtat fortunæ conditio, vel ſexus infirmitas, aut ætatis miſeratio, ſeu reverentia dignitatis; qui non quorumdam, ſed omnium exitia & exterminia moliuntur, nulli pacti fœderis fidem ſervant, quam quidem habere nequeunt infideles, propter quod, dum ſimulant ſe ad chriſtianos privatæ affectionis habere propoſitum, hoc ipſo magis eſt chriſtianis aſtutæ fraudulentiæ illorum laqueus, quem hujuſmodi ſimulationis pallio ſubtegunt, præcavendus; quia eos ſubtilioribus dolis ſupplantare conantur, quos invenire credunt ad repugnantiam fortiores.

Verum, quia, ipſis Tartaris nequitiæ ſuæ propoſito vigilanter inſtantibus, dilationis diutinæ non capit res iſta diſpendium, &, abſque longi temporis tractu, gravaminibus perſonarum, rerumque detrimentis, convenire nobiſcum univerſitas concilii non valeret; neceſſitati, qua generalitas premitur, de prædictorum fratrum concilio ad præſens duximus hoc compendio conſulendum, ut, in ſingulis Regnis atque Provinciis fideles moneantur attendere cauſas illas, propter quas præcipue ad Sarracenas & alias Nationes, cum eiſdem Tartaris, peſtis deſolationis intravit, Offenſam, videlicet, altiſſimi Dei noſtri, cujus contra ſe, ſubjectæ a perfidis nationes, perfidiæ judicium irritarunt: A.D. 1260. Hen. 3.

Defectum inſuper humanæ providentiæ, qui eis, ſegnitia inertiaque ſepultis, & varia ab invicem ſeditione disjectis, oportuna remedia defenſionis ademit, quatinus ipſi fideles, de alienis periculis ſumpta cautela, medelis contrariis a malis imminentibus præſerventur.

Propter quod cariſſimum in Chriſto filium noſtrum, Regem Anglorum illuſtrem, per literas noſtras, ſub certa forma, rogamus attentiùs & hortamur, ut, habito colloquio cum Baronibus & Magnatibus Regni ſui, adverſus tam diræ cladis perniciem, fidelibus imminentem, curet manſuetudinis Regiæ pietate proſpicere, quo modo, quo ordine, quibuſve conſiliis, ad reſiſtendum eiſdem Tartaris, confluentur in unum vires populi Chriſtiani.

Denique, ſuper omnibus deliberatione habita diligenti, uſque ad octavam Apoſtolorum Petri & Pauli proximo futuram, quoniam profuſius tempus rei neceſſitas abſque periculo non admittit, ad ſedem Apoſtolicam deſtinet Nuncios ſuos, viros providos & prudentes, per quos nobis ſuper hiis Regiæ circumſpectionis voluntas & conſilium innoteſcant; &, quorum communicato conſilio, Apoſtolica ſedes providè diſponat & ordinet quicquid, in tam arduæ neceſſitatis negotio, publicæ ſalutis utilitas ſuadebit.

Quocirca Nobilitatem tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatinus, cum tua interſit de tam communi cogitare diſcrimine, quo utique tangeris tanquam egregia portio univerſi, eidem Regi ſuper præmiſſis, quod circa prædictum negotium publice expedire cognoveris, ſano ſtudeas conſilio, Deum & univerſalem cauſam habens præ oculis, ſuadere.

Dat. Lateran. 15 Kal. Decembris, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

De Olerone a Corona Angliæ non ſegreganda.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Penes Camerar. Scaccar.

H. Dei gratià, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, dilectis & fidelibus ſuis Majori & Communiæ Inſulæ Oleron. ſalutem.

Quia, propter fidelitatem veſtram, erga nos & Progenitores noſtros Reges Angliæ hucuſque laudabiliter ſervatam, vos ſpeciali prærogativa dilectionis proſequamur, ut fecimus ab antiquo, A.D. 1261.

A.D. 1261. Hen. 3.

nolumus vos a Coronâ Angliæ ullatenus ſegregare;

Propter quod vobis mandamus in fide, qua nobis tenemini, quod Inſulam noſtram prædictam, ſine mandato noſtro ſpeciali, nulli committatis, nec intendentes ſitis niſi nobis, vel Edwardo primogenito filio noſtro.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras vobis mittimus patentes.

Teſte meipſo apud Turrim London. viceſimo octavo die Febr. anno Regni noſtri quadrageſimo quinto.

A.D. 1261. Hen. 3.

Ratificatio Treugarum cum Lewelino.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Pat. 45. H. 3. m. 14. in Scedula.

REX omnibus, &c. ſalutem. Inſpeximus formam treugæ apud Muntgomery in Octabis Aſſumptionis beatæ Mariæ, anno, &c. 44. inter nos ex una parte, & Lewelinum filium Griffini & ſuos ex altera, in hæc verba.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo, die Dominica, ſcilicet in Octabis Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, ordinatum eſt apud Muntgomery & proviſum inter Priorem de Wenloke, & Dominum S. Paſſelewe Clericum, & Fulconem de Orby, Juſticiarium Ceſtriæ, (habentes poteſtatem ex parte Domini Regis Angliæ, & Domini Edwardi filii Regis primogeniti, treugas capiendi & firmandi inter prædictos Dominum Regem, & filium ſuum ex una parte, & Dominum Lewelinum filium Griffini, & ſuos ex altera) & Dominum R. Bangorenſem Epiſcopum, & Abbatem de Aberconwey (habentes conſimilem poteſtatem, ex parte dicti Domini Lewelini) quod treuga capta apud Oxon. prorogetur, a die Octabarum Aſſumptionis beatæ Mariæ, uſque ad Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo, in forma ſubſcripta, ſcilicet,

Quod quilibet, & ſinguli, ex utraque parte, habeant ſeiſinam terrarum & hominum, Caſtrorum & aliarum rerum omnium, quas habuerunt tempore treugarum, inter prædictas terras initarum apud Oxonium: Et quod interim vada vel paſſus non obſtruantur, ſilvæ non complicentur aliter quam erant tempore, quo prædictæ treugæ apud Oxonium erant datæ.

Inſuper licebit Domino Regi, & filio ſuo, & hominibus ſuis, Caſtra de Diſſerht & de Cannok viſitare, & per prædictum tempus treugarum victualibus & aliis, quæ ad dicta Caſtra neceſſaria ſuſtinenda fuerint, invenire cum duobus batellis, utroque cum duodecim remis, vel paucioribus ſecundum quod opus fuerit: Ita tamen quod, ſi per tempeſtatem, vel alia impedimenta maris, vel propter alia pericula, dicta victualia ſive res commode carriari non poſſint vel differri, prædictus Dominus Lewelinus victualia prædicta, res & homines ad præfata Caſtra in eundo, & redeundo, ad ſummonitionem Juſticiarii Ceſtriæ, ſalvo & ſecure per terram duci faciet, & conducet unà cum cuſtodibus eorundem.

A.D. 1261.

Convenit etiam, quod hii, qui ſunt in munitione Caſtri de Diſſerht, habeant jugiter tres homines, & ipſi, de munitione Caſtri de Gannowe, habeant duos homines continue exeuntes & ingredientes dicta Caſtra, ad victualia & alia, hiis, qui in dictis Caſtris commorabuntur, neceſſaria perquirenda.

Et quod dicta Caſtra habeant omnes terras per eoſdem fines, metas, & bundas, quos habuerunt tempore treugarum apud Oxonium initarum.

Item, ſi contingat aliquem de munitione dictorum Caſtrorum infirmarium mori, vel amoveri, licebit Domino Regi, & filio ſuo, & ſuis, alium, vel alios, loco ipſius, vel aliorum ſubſtituere & ponere, ſine alicujus contradictione, & omni impedimento, & moleſtia, inferendis per Dominum Lewelinum & ſuos, in accedendo, vel redeundo, Militem ſcilicet pro Milite, ſervientem pro ſerviente, & ſic de aliis in dictis Caſtris exiſtentibus.

Convenit etiam quod terræ ſint utrique genti communes ad comercia exercenda; & quod liceat cuilibet, utriuſque gentis, proſequi & aſſequi rem ſuam in partibus terræ utriuſque, treugis durantibus ſupradictis.

Item, ſi aliquid ex parte alterutrà tranſgreſſum fuerit, captum, vel occupatum, a tempore treugarum, apud Oxonium initarum, vel in aliis treugis præcedentibus, uſque ad finem treugarum prorogatarum de novo, non licebit de cætero illi, qui injuriam paſſus fuerit, per ſe, vel per aliquos, de parte ſua, ſibi de illata injuria vindicare; ſet illud per 12. viros fide dignos, per utramque partem eligendos, diebus & locis per eoſdem duodecim aſſignandis, reformabitur & emen-

emendabitur in hunc modum; ſcilicet,

Quod dicti duodecim querimonias videant, & ſuper hiis veritatem de plano, & ſine dilatione inquirant, &, quod de facili emendari potuerunt, incontinenter, ſecundum conſuetudinem Marchiæ, emendent: Et, ubi difficultas fuerit, ſi ex parte Domini Regis, vel Domini Edwardi filii ſui tranſgreſſum fuerit, per dictos 12. vel per eorum majorem partem, Domino Regi, vel Edwardo filio ſuo nuncietur; vel aliquibus, quos Dominus Rex in ſuis feodis & poſſeſſionibus, & Dominus Edwardus in ſuis ad emendam faciendam deputaverunt, ſi Dominum Regem & Edwardum filium ſuum in partibus contigerit eſſe remotis: Et, ſi Rex, vel prædictus Edwardus filius ſuus dictas tranſgreſſiones fecerit, per conſiderationem dictorum 12. electorum infra 40 dies, emendentur:

Et, ſi per homines dictorum Domini Regis, vel Edwardi filii ſui tranſgreſſiones factæ fuerint, ad emendam faciendam, infra prædictum tempus 40 dierum, prout illi 12 demandaverunt, per eorum Dominos, ad quod faciendum per ſuum juramentum aſtringuntur, compellantur, niſi gratam emendam dicti malefactores præſtiterint infra brevius tempus, ſibi a prædictis 12 aſſignandum; quod quidem de Domino Lewelino & ſuis obſervetur, ſi ex parte ipſius tranſgreſſum exiſtat.

Et, quoniam per latrones, utlegatos, & latrunculos, prædones, & alios, homicidia, rapinæ, & furta uſque ad iſta tempora ſunt ſæpius perpetrata, ordinatum eſt, de conſenſu utriuſque partis, quod omnes illi, qui tales malefactores hucuſque receptaverunt, vel de cætero receptabunt, & qui per ſuas terras ipſos cum præda vel rapina tranſire permiſerint, illis, qui dampna hujuſmodi ſuſtinuerint, vel de cætero ſuſtinebunt, de ſuo proprio, ſecundum conſiderationem 12 præfatorum, reddere teneantur; &, ad hoc faciendum, per Dominum Regem, & Edwardum filium ſuum, ſi ex parte Anglicorum hoc fuit perpetratum; & per Dominum Lewelinum, ſi ex parte Walenſium factum fuerit, compellantur præciſe.

Quod, ſi forte aliquis vel aliqui alterius partis injurias, ſibi factas, per ſe, vel per alios vindicare præſumpſerint, de dampnis, ſibi a principio illatis, nulla ſibi fiat juſtitia, & nichilominus, ad conſiderationem prædictorum 12. de quibus ſe vindicaverint, de dampnis, quæ occaſione vindictæ ſuſtinuerunt, & de expenſis, quas occaſione injuriæ ſibi illatæ proſequendæ fecerint, per Dominum Principalem, ex cujus parte fuerint, infra 40 dies ſatisfacere compellantur: Et nichilominus ſumptus, quos dicti 12 circa proſecutionem dicti negotii fecerint, ſolvere teneantur, & per Dominum ſuum, cujus pacem vel treugam infregerint, alias graviter puniantur; ita quod poena unius ſit metus multorum.

Et, ad hæc omnia obſervanda, principales Domini, ſcilicet, Dominus Rex, & Edwardus filius ſuus, & Dominus Lewelinus, per eorum juramenta, teneantur.

Item, ſi dicti 12 neceſſe habeant per terras Domini Regis vel Lewelini ad loca, per eos aſſignanda pro dicto negotio, tranſire, tàm Dominus Rex, & Ballivi ſui per terras ſuas, quàm dictus Lewelinus per terras ſuas, ad mandatum dictorum 12 in eundo, & redeundo, ſalvos conductus præbebit eiſdem; ſi vero aliqui, vel aliquis de prædictis 12 ſe malitioſè ſubtraxerint, tàm Dominus Rex ſuos quàm Lewelinus ſuos ad veniendum, ad dictum negotium in forma prædicta proſequendum, per juramentum ipſorum compellere teneantur.

Quod, ſi aliquis, vel aliqui dictorum 12 electorum ad locum & diem, per ipſos aſſignanda, non venerint, licebit aliis qui præſentes fuerint, alios fide dignos, vel alium, neutri parti ſuſpectos, vel ſuſpectum, eligere ad dictum negotium perficiendum; ita ſcilicet quod, cum tales abſentes vacare poterint, ad illud negotium perficiendum iterum aſſignentur vel aſſumantur.

Omnes autem prædicti electi ſuper evangelia jurabunt quod bona fide, & ſine fraude procedent in negotio memorato, nec dimittent pro lucro, dampno, timore, odio, vel amore, quin negotium, ſibi injunctum, ut dictum eſt, quam citius, ut poterint, proſequentur.

Ad dictas autem treugas obſervandas, & emenda facienda, & ad omnia, & ſingula, quæ prædicta ſunt, fideliter obſervanda & implenda, Dominus Rex, & prædictus Edwardus filius ſuus, & Lewelinus, & David frater ejus, ſe juramento præſtito aſtrinxerunt.

Promiſerunt etiam Dominus Rex, & prædictus Edwardus filius ſuus, ſub juramento eodem, quod omnes Ballivos ſuos, qui pro tempore fuerint in Marchia, & omnes Barones, quos Dominus Lewelinus duxerit nominandos; & ſimiliter Dominus Lewelinus ſuos Ballivos per totam Walliam, & etiam Magnates partis ſuæ, quos Dominus Rex & Edwardus filius ſuus, vel ſui duxerint nominandos, jurare facient quod omnia

prædicta,

A.D. 1261. Hen. 3.

prædicta, quantum ad ipſos attinet, fideliter obſervabunt.

Promiſit etiam dictus Lewelinus, in virtute juramenti ſui, quod, ſi malefactores aliqui ex parte ſua emendas facere contempſerint, quas dicti 12 decreverint faciendas, & infra prædictum terminum quem duxerint aſſignandum, dictos malefactores ſuis poſſeſſionibus & terris privabit, donec plenarie ſatisfecerint de tranſgreſſionibus, prout per prædictos duodecim eſt ordinatum; quod quidem Rex ex parte ſua ſimiliter obſervabit.

Inſuper, de conſenſu partis utriuſque, extiterit ordinatum quod hii, quibus injuria vel dampnum fuerit illatum, primo Dominum loci, de cujus partibus dampnum eſt illatum, vel ipſius Ballivum debent adire, ſuam expoſituri querimoniam: Quod ſi infra breve tempus non faciat fieri emendam, ad quod faciendum per ſuum juramentum teneatur, tum 12 electos adeant, & ibi ſuam querimoniam proſequantur: Quod, ſi non faciat Dominus vel Ballivus illos 12 convenire, & conquerenti juſtitiam ſecundum conſuetudinem Marchiæ exhibere, & ſalvum ſibi faciat habere conductum, quamdiu querimoniam ſuam proſequitur coram ipſis.

A.D. 1261. Hen. 3.

Et, ut hæc omnia robur optineant firmitatis, Dominus Rex, & Dominus Edwardus, ſcripto, penes Dominum Lewelinum remanenti; & Dominus Lewelinus, & David frater ſuus, ſcripto, penes Dominum Regem remanenti, ſua appoſuerunt ſigilla.

Et, quia prædicti Domini in confirmatione præſentium non fuerunt præſentes, Dominus Wigornienſis Epiſcopus, & Dominus F. Juſticiarius Ceſtriæ, & Prior de Wenlok, & S. Paſſelewe, ex parte Domini Regis, & Domini Edwardi; & prædictus Dominus Bangorenſis Epiſcopus, & Dominus Abbas de Aberconw. ex parte Domini Lewelini, dictis ſcriptis appoſuerunt ſigilla ſua, & ſigilla principalium apponantur.

Nos igitur, formam prædictam ratam habentes & gratam, eam tenore præſentium duximus concedendam.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim London. 12 die Martii.

De arreſtandis, qui falſos rumores ſpargunt per populum.

A.D. 1261. *An.* 45. *H.* 3 *Clauſ.* 45. *H.* 3. *m.* 15. *d.*

REX Vicecomiti Cantebrigiæ, ſalutem.

Quia quidam, æmuli noſtri, impoſuerunt nobis, ut accepimus, quod proponimus exigere a Magnatibus & Communitate Regni noſtri tallagia inconſueta, & conſuetudines indebitas, ad ſuſcitandum diſcordiam inter nos & ipſos;

Tibi præcipimus quod, cum omni feſtinatione, clamari facias per totam ballivam tuam, quod Magnates & Communitatem Regni noſtri ſincere diligimus, & ipſos in pace & tranquilitate, quanta hactenus fecimus, & majori, ſi poterimus, tractare, & nulla hujuſmodi tallagia aut conſuetudines indebitas ab eis exigere vel extorquere proponimus; & ſi quos hujuſmodi mendacia referentes inveneris, ipſos areſtari facias quouſque ſuos autores invenerint, & aliud a nobis receperis in mandatis.

A.D. 1261.

Teſte meipſo apud Turrim London. 14 die Martii.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Littera Edmundi Regis Siciliæ proceribus ejuſdem Regni pro receptione ſua.

A.D. 1261. *An.* 45. *H.* 3. *Clauſ.* 46. *H.* 3. *m.* 13. *d.*

EDmundus, Dei gratiâ, Siciliæ Rex, univerſis & ſingulis Prælatis, Proceribus, Militibus, Civibus & aliis per Regnum noſtrum conſtitutis, ſalutem, gratiam, & omne bonum.

Cum felicis recordationis Dominus Innocentius Papa quartus, de fratrum ſuorum conſilio, & Apoſtolicæ ſedis gratia ſpeciali, Regnum nobis contulerit ſupradictum,

A.D. 1261.

Nos, ad tranquilitatem & commodum dicti Regni, & omnium incolarum ejuſdem zelum præcipuum & affectum habentes ſincerum, Univerſitatem veſtram requirimus & rogamus attente, quatenus

aſſenſu

A.D. 1261. Hen. 3. aſſenſu grato nos in Regnum admittere, & noſtris profectibus & honoribus velitis inſiſtere cum favore.

Nos autem, ad dicti proſecutionem negotii pro viribus noſtris & noſtrorum accincti, vobis univerſis & ſingulis in omnibus, quæ ad veſtri juris conſervationem ceſſerint, & honoris augmentum, cum omni deſiderio & promptitudine annuere intendimus, & pronis volumus affectibus complacere. A.D. 1261. Hen. 3.

In cujus rei teſtimonium præſentem literam aurea bulla noſtra fecimus conſignari.

Dat. apud Windeſ. 13 Kalend. Aprilis, anno Domini 1261.

De Procuratoribus conſtitutis ad recipiendum Regnum Siciliæ nomine Edmundi Filii Regis.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Clauſ. 46. H. 3. m. 14. d.

EDmundus Dei gratia, &c. Univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Ad Univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire quod, cum fælicis recordationis Dominus Innocentius Papa quartus nobis, de Fratrum ſuorum conſilio, Regnum Siciliæ contulerit de Sedis Apoſtolicæ munificentia & gratia ſpeciali,

Nos, fideles noſtros, Nobiles viros, Rogerum de Longtyn, & Johannem de Monte-fuſculo, noſtros facimus & conſtituimus Procuratores ad recipiendum Regnum prædictum nomine noſtro, & terminum acceptandum ſeu admittendum, quo iter noſtrum ad proſecutionem negotii prædicti de mandato ejuſdem Domino arripere debeamus; A.D. 1261.

Poteſtatem dantes eiſdem juramentum fidelitatis Domini Papæ & Eccleſiæ Romanæ in animam noſtram præſtandi, & quod nos ipſi homagium noſtrum & fidelitatem prædictam ipſi Domino Papæ, & Eccleſiæ Romanæ, ad mandatum ejuſdem Domini Papæ, præſtabimus in propriâ perſonâ noſtrâ;

Ratum habituri quod per ipſos, vel eorum alterum actum fuerit in præmiſſis.

Datum apud Windleſoram, 12 Kal. Aprilis, anno Domini 1261.

Littera Edmundi Regis Siciliæ Papæ, pro favore ejus in negotio prædicti Regni.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Clauſ. 46. H. 3. m. 14. d.

DOmino Papæ Eadmundus, ejuſdem providentia, Siciliæ Rex, devota pedum oſcula beatorum.

Ejus favente gratia, qui potentes humiliat, & humiles nutu ſuæ voluntatis exaltat, Sancta Romana Eccleſia mater noſtra erga kariſſimum patrem noſtrum Regem Angliæ illuſtrem, necnon & poſteritatem ipſius gracioſum gerens affectum, Regnum Siciliæ nobis, in minori conſtitutis ætate, liberaliter contulit & benigne, prout in litteris apoſtolicis, inde nobis confectis, plenius continetur; auctoritatem nobis ex ſuo tribuens mandato ut, more regio, tàm nuncupatione, quàm bulla aurea, fungeremur.

Nos igitur, ex præmiſſis audaciam ſumentes, ad veſtræ Sanctitatis clementiam recurrimus confidenter, ſupplicantes humiliter & devote quatinus hiis, quæ in parte iſta per ſedem prædictam feliciter inchoata ſunt, uſque ad conſummationem negotii, patrocinium & favorem propitium veſtra dignetur Sanctitas impartiri. A.D. 1261.

Parati enim ſemper ſumus & erimus in perſona, rebus, amicis, & aliis omnibus, quæ noſtræ & noſtrorum poſſibilitatis extiterint, obſequium noſtrum vobis & Eccleſiæ matri noſtræ reverenter impendere, & veſtris beneplacitis atque mandatis devotis affectibus & promptis operibus obedire.

Placeat inſuper dominationi veſtræ dilectis & fidelibus noſtris, Rogero de Longtyn, & Johanni de Monte-fuſculo, voluntatis noſtræ in hac parte conſciis, quos pro dicto negotio ad præſentiam veſtram tranſmittimus, fidem ſuper hiis plenius adhibere.

Data apud Windeſor. 12 Kal. Aprilis, Anno MCCLXI.

Conſimilis littera emanavit, ſub nominibus W. de Channent, & W. de Aette, quod fidem ſuper hiis, &c.

Ut ſupra.

Bulla quod Prælati, Magnates, & alii, clerici & laici Angliæ, non teneantur ad obſervationem juramenti ſui pro quibuſdam ſtatutis, ordinationibus, & colligationibus obſervandis.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Ex Autogr.

A.D. 1261.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Cantuarien. & Epiſcopo Norwicen. & dilecto filio Johanni Manſello Theſaurario Eboracenſi Capellano noſtro, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Ad audientiam noſtram pervenit quod nonnulli Prælati, Magnates, & alii, tàm clerici, quàm laici, Regni Angliæ ad obſervandum quædam ſtatuta, ordinationes, & colligationes (quæ nonnulli ipſorum, ſub prætextu reformandi ſtatum ipſius Regni, nomine cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Anglorum illuſtris, in diminutionem & depreſſionem poteſtatis & libertatis ejuſdem Regis, feciſſe dicuntur) ſe juramentis propriis aſtrinxerunt,

Et, quaſi per quandam impreſſionem, ab eodem Rege, ac cariſſima in Chriſto filia noſtra Regina Angliæ, Filiis ipſorum, & à nonnullis aliis, ut ad ipſorum ſtatutorum, ordinationum, necnon colligationum obſervationem ſimiliter ſe aſtringerent, exegerunt:

Cum igitur juramenti religio (quâ fides confirmari debet & veritas) fieri non debeat pravitatis & perfidiæ firmamentum; nos, volentes ſuper hoc ipſius Regis honorificentiæ, & aliorum providere ſaluti, diſcretioni veſtræ, de qua plene confidimus, per apoſtolica ſcripta, diſtrictè præcipiendo, mandamus quatinus præfatos Prælatos, Magnates, ac vos ipſos invicem, ſi opus fuerit, & alios, vos omnes, vel duo veſtrûm, aut tu, frater Archiepiſcope, ſolus ab hujuſmodi juramentis prorſus curetis abſolvere, ac prædictas colligationes diſſolvere, vice noſtra, de noſtræ plenitudine poteſtatis;

Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ſicut ſtatui ejuſdem Regis & Regni ſui prudenter videritis, circumſpectis omnibus, expedire.

Siquid autem in eiſdem ſtatutis & ordinationibus, quod Prælatorum, Eccleſiarum, ſeu eccleſiaſticarum perſonarum favorem & commodum reſpiciat, continetur, id per hoc irritari nolumus, vel, quoad illud, prædicta juramenta ullatenus relaxari.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, 3 Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

Plumbeo Sigillo a Filo canabeo.

Bulla de abſolvendo Magnates Angliæ a quibuſdam juramentis illicitis, in præjudicium Regium tendentibus, & de compellendo ipſos ad obediendum Regi.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Ex Autogr.

A.D. 1261.

Alexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Cantuarien. & Epiſcopo Norwicen. & dilecto filio Johanni Manſell. Theſaurario Eboracen. Capellano noſtro, Salutem & apoſtolicam benedictionem.

Rationalibus ſenſibus materiam juſtæ admirationis importat ſecurim adverſus illum, qui cædit in ea, vel ſerram contra illum, qui trahit ipſam; eos, videlicet, quos potioribus legitimus ſubminiſtrationum ordo ſubjecit, adverſus auctoritatem præſidentium elevari, & Principes, legum Dominos, quos præ ſuis participibus coeleſtis ordinatio ſublimavit, premi arbitrio ſubditorum.

Propterea nos mirari coegit publicæ relationis aſſertio, auribus noſtris inſinuans quod nonnulli Barones, Proceres, Magnates, & alii, tàm Clerici, quàm Laici Regni Angliæ, ſub prætextu reformandi ſtatum ejuſdem Regni, quaſdam conſtitutiones, ordinationes, & colligationes, cariſſimi in Chriſto filii noſtri, Regis Anglorum illuſtris titulo, in diminutionem & depreſſionem poteſtatis & libertatis Regiæ factas, jurejurando

A.D. 1261. Hen. 3. rando firmârunt; & ab eodem Rege ac plurimis aliis dicti Regni Clericis & Laicis, ut, ad obſervationem earum, ſuis ſe juramentis aſtringerent, per quandam impreſſionis inſtantiam exegerunt.

Cum igitur idem Rex, quem inter cæteros Chriſtianos Principes fidei Chriſtianæ ſinceritas & catholicæ devotionis integritas recommendant, non ſit quorumlibet deprimendus ſtudiis, ſed omnium favoribus erigendus, nos, volentes ipſius honorificentiæ, aliorumque providere ſaluti, diſcretioni veſtræ, per apoſtolica ſcripta, diſtricte præcipiendo, mandamus quatinus vos omnes, vel duo veſtrûm, aut tu, frater Archiepiſcope, ſolus prædictos Barones, Proceres, Magnates, & alios monere attentius, & efficaciter inducere ſtudeatis ut (non obſtantibus hujuſmodi juramentis, à quibus, cum non debeant eſſe pravitatis vincula, eos aliàs per vos abſolvi mandamus) præfato Regi, tanquam Principi ſuo, adhæreant fideliter & intendant; ſibi debita promptæ fidelitatis, & pacificæ ſubjectionis obſequia exhibentes, nec prætextu conſtitutionum, ordinationum, vel colligationum prædictarum aliquatinus impedientes eundem, quo minus utatur libere priſtina in omnibus plenitudine regiæ poteſtatis.

Si vero ipſorum aliqui monitis veſtris acquieſcere fortaſſe renuerint, vos omnes, vel duo veſtrum, ſeu tu, frater Archiepiſcope, ſolus eos, cujuſcumque ſint conditionis, & gradûs, vel ordinis, ad id per excommunicationis in perſonas, & interdicti in terras eorum ſententias, remoto appellationis obſtaculo, compellatis, ſicut ſtatui dicti Regis & Regni ſui videritis expedire; non obſtantibus aliquibus privilegiis vel indultis, generaliter vel ſpecialiter quibuſcumque ab apoſtolica ſede conceſſis, per quæ, non expreſſa præſentibus vel totaliter non inſerta, mandati noſtri executio impediri valeat vel differri; ſeu conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali. A.D. 1261. Hen. 3.

Si quid autem in eiſdem conſtitutionibus & ordinationibus, quod, abſque ullo alieni juris, vel privilegiorum, ſeu indultorum, aut mandatorum ſedis apoſtolicæ præjudicio, eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum Regni præfati favorem vel commodum reſpiciat, continetur, id irritum nolumus, vel, quoad illud, juramenta prædicta ullatenus relaxari.

Sic itaque ſanè intelligi volumus & mandamus quod (ſicut in aliis litteris noſtris, quas ſuper relaxatione juramentorum ipſorum, & prædictis colligationibus diſſolvendis conceſſimus, eſt expreſſum) ne, dum hujuſmodi juramenta, conſtitutiones & ordinationes, in quantum utilitatibus eccleſiaſticis conſonant, relaxari & immutari noluimus, aliquid in illis probaſſe vel toleraſſe credamur, quod aut jus lædat alterius, aut poteſtati noſtræ ſeu gratiis, quas ſedes memorata contulit, quomodolibet adverſetur.

Dat. Viterbii, Non. Maii, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

Plumbeo Sigillo a Filo canabeo.

Pro Johanne primogenito Ducis Britanniæ.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Pat. 45. H. 3. n. 23.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod conceſſimus dilecto filio noſtro Johanni, primogenito Ducis Britanniæ, mille & ducentas libras ſterlingorum, pro extenta & valore Comitatûs Richemundiæ, & ducentas Marcas de dono noſtro; ita quod, in univerſo, percipiet, ad Scaccarium noſtrum, duo millia Marcarum per annum, videlicet, mille Marcas ad feſtum Aſcenſionis Domini, & mille Marcas ad feſtum Omnium Sanctorum, donec prædicta extenta plene fiat; prout in Conventione inter nos, & prædictum Ducem facta plenius continetur.

Et, ſi prædicta Extenta, ritè facta, excedat ſummam prædictarum mille & ducentarum librarum per annum, tunc quantum ſuperfuerit de valore prædicti Comitatûs, ultra prædictas mille & ducentas libras, ei reddere tenebimur de ſingulis annis præteritis. A.D. 1261.

Et, ſi extenta illa non aſcendat uſque ad prædictas mille & ducentas libras annuas, tunc tantum, quantum inde ſuperfuerit ultra prædictam extentam, retinebimus nobis, de ſolutione pecuniæ antedictæ, pro annis præcedentibus.

Nolumus autem per hanc conceſſionem noſtram derogari conventioni, prius factæ inter nos, & dictum Ducem, ſuper eſcambio faciendo pro Comitatu prædicto, vel aliis conventionem illam tangentibus; ſet ſalvum ſit utrique parti quicquid de jure ſalvari debeat, ſecundum formam Conventionis prædictæ.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Gildeford, 17 die Junii.

De

De Querelis, inter Regem, & Comitem Leiceſtriæ, ſubmiſſis Arbitrio Reginæ Franciæ.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Pat. 45. H. 3. m. 17.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Notum vobis facimus, per præſentes, quod, ſuper omnibus querelis & demandis, quas habemus, vel habere potuimus, ex quacumque cauſa, verſus Simonem de Monteforti Comitem Leiceſtriæ, & Alianoram Comitiſſam Leiceſtriæ ſororem noſtram, & ſuper omnibus querelis & demandis, quas prædicti Comes & Comitiſſa habent, vel habere potuerunt verſus nos, ex quacumque cauſa, uſque ad Octabas Nativitatis beati Johannis Baptiſtæ, anno gratiæ 1261, ſupponimus nos, per omnia, dicto Dominæ noſtræ kariſſimæ, Margaretæ Reginæ Franciæ illuſtris:

Promittentes nos ea, quæ Regina ipſa infra feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, anno gratiæ 1261, dixerit in præmiſſis, firmiter atque fideliter ſervaturos.

Ipſa autem ſuper hiis conſulere poterit, ſi voluerit, Nobiles viros B. Ducem Burgundiæ, & Petrum Camerarium, aut alterum ipſorum, & alios probos viros, quos ipſa voluerit.

In poteſtate autem dictæ Reginæ ſit de plena ſecuritate providenda, qualiter dictum ſuum à partibus obſervetur.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud Turrim London. 20 die Julii.

Littera Regi Franciæ ſuper facto Baronum.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Ibidem.

MAgnifico Principi, Domino & conſanguineo ſuo kariſſimo, Ludovico, Dei gratiâ, Regi Franciæ illuſtri, Henricus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Accedentibus ad nos ex parte veſtra Nobilibus viris & diſcretis B. Duce Burgundiæ, & Petro Camerario, fidelibus veſtris, pro facto nos & Barones noſtros, & ſpecialiter Simonem de Monteforti Comitem Leiceſtriæ, & Alianoram Comitiſſam Leiceſtriæ ſororem noſtram contingente, volentes cauſæ noſtræ veritatem cunctis patefieri, ne voluntati ratio ſubici videatur in hac parte;

Negotium, quod inter nos, & dictos Comitem & Comitiſſam vertitur, in duos ex parte noſtra, & alios duos ex parte dictorum Comitis & Comitiſſæ, necnon & in Ducem & Petrum ſupradictos, tanquam in Mediatores, transferre volebamus ex toto,

Ut quod ipſi, vel major pars ipſorum, ſuper omnibus contentionibus, hinc inde hactenus habitis, ſtatuerent ſeu diffinirent, firmum haberetur utrimque, & tam pro parte noſtra quam ſua ſine contradictione totaliter obſervaretur.

Verum quia prædicti Dux & Petrus, propter quaſdam rationes, quas prætendebant, negotium iſtud in ſe aſſumere noluerint, nos ob reverentiam veſtram, pro parte noſtra, in manus Sereniſſimæ Dominæ & Sororis noſtræ kariſſimæ Conſortis veſtræ negotium iſtud ponimus in totum,

Ut quod ipſa dixerit ac ſtatuendum viderit in præmiſſis, hinc inde plenius obſervetur, prout in literis Patentibus, quas inde fieri fecimus, plenius continetur; dum tamen dictus Comes ad hoc idem pro parte ſua pariter ſe aſtringat.

Cæterum, Conſilii veſtri beneplacitis inhærentes, nos ſuper facto Baronum noſtrorum ſumus in tractatu cum eiſdem, ut, niſi per eos ſteterit, per viam pacis & concordiæ terminetur, ſicut H. Londonienſis Epiſcopus, & Ebulo de Montibus vobis plenius poterunt intimare.

Teſte ut ſupra.

Regi Franciæ de Ordinando ſuper valore Terræ Agennen.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Pat. 45. H. 3. m. 17.

MAgnifico Principi Regi Franciæ, Rex Angliæ, &c. ſalutem & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Cum valorem terræ Agen. teneamini nobis annuatim perſolvere, ſicut in forma

A.D. 1261. Hen. 3.

ma pacis, inter vos, & nos initæ & firmatæ, plenius continetur,

Et nuper erga nobilem virum Comitem Pictavenſem fratrem veſtrum inſtiteritis ut, in præſentia Nunciorum noſtrorum, certitudo valoris dictæ terræ per rotulos & ballivos dicti Comitis haberetur,

Ac idem Comes ad hoc induci nequiverit, prout per Nuncios veſtros accepimus, ob quod nobis veſtri gratia ſignificaſtis quod loco noſtri eritis in negotio æſtimationis prædictæ:

Nos, ad quietem animi veſtri reſpectum habentes, ac inſuper conſiderantes quod Dominus noſter eſtis, & nos veſter Conſanguineus, duaſque ſorores habemus, per quæ inter nos tantæ confœderationis vinculum contrahitur quod de vobis, præ cæteris, confidere debemus, præcipue cum à tempore præſtiti vobis homagii noſtri nobis in negotiis noſtris, tanquam Dominus propitius, totiens ſubveneritis liberaliter & benigne,

Dictum negotium veſtræ dominationis arbitrio totaliter committimus, ut ſuper valore dictæ terræ, & ſuper arreragiis tranſacti temporis ordinetis, & inde provideatis ad opus noſtrum, prout veſtræ dilectionis integritas honori veſtro, & indempnitati noſtræ in hac parte noverit convenire.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim London. 20 die Julii.

De conventionibus Alfonſo Rege Caſtellæ obſervandis.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Pat. 45. H. 3. m. 4. in Sced.

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, Edwardo filio ſuo primogenito ſalutem.

Sciatis quod, volentes ea, quæ Magnifico Principi & Conſanguineo noſtro dilecto A. Regi Caſtellæ illuſtri cenceſſimus, obſervare, venerabili P. Herefordenſi Epiſcopo, & dilectis & fidelibus noſtris Stephano Longeſpe, tunc Seneſcallo Waſconiæ, & Roberto Walerand, pro conceſſione prædicta explendâ litteras conceſſimus ſub hac forma.

Henricus Dei gratia, Rex Angliæ, &c. Venerabili Patri P. Herefordenſi Epiſcopo, & dilectis & fidelibus ſuis Stephano Longeſpe Seneſcallo Waſconiæ, & Roberto Walerand, ſalutem.

Cum conceſſerimus Magnifico Principi & Conſanguineo noſtro dilecto A. Regi Caſtellæ illuſtri, quod dampna, quæ Gaſtoni de Biern, Baronibus, Militibus, & aliis de Waſconia, cauſa prædicti Regis, à tempore, quo idem Gaſto ſub ipſo Rege militiam accepit, fuerunt illata, reſtitui faciemus ad rogatum Regis ſupradicti,

Noſque, præfato Regi omnia ſibi ſuper facto Waſconiæ à nobis conceſſa obſervare volentes, plenam vobis, de voluntate & conſenſu Edwardi, primogeniti & hæredis noſtri, dederimus poteſtatem ea omnia explendi, nomine noſtro, & dilecti filii noſtri prædicti, quæ dicto Regi à nobis de facto ſupradicto ſunt conceſſa, prout in littera noſtra vobis inde confecta liquet manifeſte,

Volumus & mandamus quod, pro caſtris, terris, ſeu villis reſtituendis, non omittatis, quin ſupradicta expleatis & perficiatis ſecundum continentiam ſcripturæ, dicto Regi ſuper conceſſione noſtra memorata à nobis confectæ, cujus tranſcriptum vobis, Epiſcope præfate, in noſtra præſentia duximus tradendum.

Super quo vobis omnibus, vel duobus veſtrûm, ſi omnes intereſſe non poſſitis, de conſenſu præfati filii noſtri plenam ac liberam concedimus poteſtatem.

In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum, unà cum Sigillo Edwardi filii noſtri, hiis literis duximus apponendum.

Teſte meipſo apud Weſtm. 14 die Septembris, anno Regni noſtri 40.

Et, pro prædicta conventione, illis de Waſconia prius conceſſeramus litteras ſub hac formâ.

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, &c. Omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Noveritis quod remittimus & indulgemus, ad preces illuſtris Regis Caſtellæ, omnibus & ſingulis de Regula, & omnibus Valitoribus ſuis de Waſconia, nominatim & expreſſe illis de Landerum, & illis de Sancta Baſilia, de Gentiaco, & Pelagrua, Bertrando de la Ayla & omnibus ſuis, Pontio de Pomeriis & omnibus ſuis, Gailardo de Farum & omnibus ſuis, Petro & Elyæ Vigerii Fratribus & omnibus ſuis, Fortein de Gaſtet & omnibus ſuis, & Gerardo de Muntremblant & omnibus ſuis, omnes querimonias in-

A.D. 1261. Hen. 3.

indignationes, & rancores, quos erga ipſos habemus, vel habere potuimus, uſque hanc diem;

Salvo tamen nobis vigore & intellectu illius clauſulæ, quæ ſic incipit. *In aliis cauſis quod ſtent judicio Curiæ Regis Angliæ, ſecundum quod conſuevit judicari in Curia Waſconiæ*, quæ clauſula continetur in littera compoſitionis & confœderationis facta per nos dicto Regi Caſtellæ, quem duobus Sigillis noſtris fecimus Sigillari.

Salvo etiam quod nos retineamus & recuperemus omnia quæ ad nos pertinent, vel ad Edwardum filium noſtrum, ſecundum quod in prædicta littera compoſitionis continetur.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes.

Teſte meipſo in Caſtro apud Gyrund. 5 die Auguſti, anno Regni noſtri 38.

Cum igitur aliqui prædictorum, per prædictam remiſſionem & indulgentiam à nobis factam, ad preces dicti Regis Caſtellæ, per prædictam conventionem terras & poſſeſſiones ſuas, quas prius habebant, recuperaverint; & alii de prædictis, qui terras ſuas nondum recuperaverunt, miſericordiæ noſtræ (Gailardo de Solio, & Bertrando de Ladilis id, ad inſtantiam dictorum Epiſcopi Herefordenſis, & Stephani Longeſpe, procurantibus) ſe ſponte & expreſſe ſuppoſuerint in præſentia Nunciorum dicti Regis Caſtellæ, dicti Gaillardus de Solio, & Bertrandus de Ladilis, & omnes ſupradicti, precibus Regis Caſtellæ renunciantes, ſe miſericordiæ noſtræ ſuppoſuerint,

Propter quod venerabilis pater P. Herefordenſis Epiſcopus & Stephanus Longeſpe ſupradictis omnibus promiſerunt ſe facturos, quod omnia bona eorum, terræ, & poſſeſſiones per nos reſtituerentur eiſdem, ſicut de aſſertione dicti Epiſcopi nobis conſtat, prout ex fide Radulphi de Dongun Clerici & Cancellarii veſtri, & Willielmi de Wilton Militis didicimus, & certi fuimus competenter,

A.D. 1261. Hen. 3.

Cumque videatur nobis quod, retinendo terras eorum, non eſſet eis ad plenum noſtra gratia reſtituta, nec remiſſum etiam, vel indultum; & quod miſericordia noſtra, cui ſe ſuppoſuerunt, debeat judicio prævalere,

Et cum debeamus obſervare totaliter & tenere quæ illi promiſerunt, quibus plenam dedimus poteſtatem, de voluntate veſtra, explendi nomine noſtro & veſtro quæ dicto Regi Caſtellæ de facto ſupradicto à nobis proviſa fuerant & conceſſa,

Volumus & concedimus omnibus ſupradictis, de quibus litteræ noſtræ ſupradictæ faciunt mentionem, quod terras & poſſeſſiones ſuas, occaſione guerræ occupatas, recuperent.

Salvo nobis in omnibus quod in aliis cauſis ſtent judicio Curiæ noſtræ, ſecundum quod conſuevit fieri & judicari in Curia Waſconiæ.

Et ſalvo etiam quod retineamus & recuperemus omnia quæ ad nos pertinent vel ad vos.

Et ideo vobis mandamus quatinus ſupradictis omnibus, de quibus litteræ noſtræ faciunt mentionem, terras ſuas occaſione Guerræ occupatas, ad quaſcumque manus pervenerint, ſive ad noſtras, ſive ad alias, occaſione prædicta, reſtituatis, & reſtitui faciatis; eoſdem & bona ſua defendendo, & favorabiliter protegendo.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras vobis mittimus patentes.

Teſte meipſo apud Windeſor. 5 die Auguſti, anno Regni noſtri 45.

Littera Archiepiſcopi Cantuarienſis Johanni Maunſel ſuper executione Bullæ Alexandri quarti contra Barones Regi contrarientes.

A.D. 1261.
An. 45. *H.* 3.
Ex Bundello Certific. infra Turr. Lond.

B. Dei gratia, Cantuarienſis Archiepiſcopus, totius Angliæ Primas, J. Maunſell Theſaurario Ebor. ſalutem in Domino: Mandatum Domini Papæ ſuſcepimus in hæc verba.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus patribus Archiepiſcopo Cantuarienſi, & Epiſcopo Norwicenſi, & dilecto filio Johanni Maunſell, Theſaurario Ebor. Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

A.D. 1261.

Rationabilibus ſenſibus materiam juſtæ admirationis importat ſecurim adverſus illum, qui cædit in ea, vel ſerram contra illum, qui trahit ipſam: eos videlicet, quos potioribus legitimus ſubminiſtrationum ordo ſubjecit, adverſus authoritatem

A.D. 1261. Hen. 3. thoritatem præſidentium elevari, & Principes, legum Dominos, quos præ ſuis participibus cœleſtis ordinatio ſublimavit, premi arbitrio ſubditorum.

Propterea nos mirari cogit publicæ relationis aſſertio, &c. *ut in Bulla Menſe Maii hujus anni ſupra, uſque hæc verba,*

Hujus igitur authoritate mandati vobis diſtricte, & in virtute obedientiæ præcipiendo mandamus, quatinus perſonaliter accedentes ad Hugonem le Bigod, adhibitis teſtibus idoneis, moneatis eundem, ut Caſtra de Scardeburgh, & Pikering quæ ſunt Domini Regis, eidem Domino Regi libere & abſque aliqua contradictione reddat & deliberet, infra quindecim dies poſt monitionem veſtram; A.D. 1261. Hen. 3. intimantes eidem, quod niſi veſtræ paruerit monitioni, nos extunc contra ipſum per Excommunicationis & interdicti ſententias, juxta formam mandati Apoſtolici, procedemus.

Quid autem ſuper præmiſſis feceritis, & reſponſionem, nobis per veſtras Patentes literas feſtinanter & integraliter reſcribatis; Copiam prædicti mandati Apoſtolici, præſentibus inſerti, quod ſub Sigillis noſtris vobis tranſmittimus, eidem, ſi à vobis petierit, facientes.

Datum apud Wyndeſor. 8 die Auguſti, anno Domini 1261.

Littera Archiepiſcopo Cantuarienſi certificatoria ſuper Executione antedicta.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Ibidem.

VEnerabili in Chriſto B. Dei gratia, Cantuarienſi Archiepiſcopo, Angliæ Primati, & Domino Johanni Maunſell Theſaurario Ebor. & Domini Papæ Capellano, S. permiſſione Divina, Abbas S. Mariæ Ebor. ſalutem in Domino.

Litteras veſtras undecimo Kal. Septembris, hora veſpertina, in hæc verba recepimus.

B. Dei gratia, Cantuarienſis Archiepiſcopus, totius Angliæ Primas, J. Maunſell Theſaurario Ebor. ſalutem in Domino: Mandatum Domini Papæ ſuſcepimus in hæc verba.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus Patribus Archiepiſcopo Cantuarienſi, & Epiſcopo Norwicenſi, & dilecto filio Johanni Maunſell Theſaurario Ebor. Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Rationabilibus ſenſibus materiam juſtæ admirationis importat ſecurim adverſus illum, qui cædit in ea, vel ſerram contra illum, qui trahit ipſam: eos videlicet, quos potioribus legitimus ſubminiſtrationum ordo ſubjecit, adverſus authoritatem præſidentium elevari, & Principes, legum Dominos, quos præ ſuis participibus cœleſtis ordinatio ſublimavit, premi arbitrio ſubditorum.

Propterea nos mirari cogit publicæ relationis aſſertio, &c. *ut in Bulla Menſe Maii hujus anni ſupra, uſque hæc verba,* A.D. 1261.

Hujus igitur authoritate Mandati vobis diſtricte, & in virtute obedientiæ præcipiendo mandamus, quatinus perſonaliter accedentes ad Hugonem le Bigod, adhibitis teſtibus idoneis, moneatis eundem, &c. *ut in littera præeunti uſque hæc verba.*

Noveritis igitur, nos in forma ſupra ſcripta ad dictum Dominum H. de Bigot perſonaliter acceſſiſſe, & ipſum apud Kyrkebymoreſheſd. diligenter monuiſſe, ut dicto Domino noſtro Regi Angliæ Henrico Caſtra de Scardeburg & Pikering libere & abſque contradictione reddat & deliberet, juxta formam in literis veſtris contentam;

Qui nobis reſpondit; quod de voluntate & mandato Domini Regis, & ſuorum Magnatum juratorum, ea recepit, ſub juramento ſuo corporaliter præſtito, fideliter cuſtodienda; & nemini ſine voluntate & mandato expreſſo dicti Domini Regis, & eorumdem Magnatum reddenda ſeu deliberanda.

Verum idem Dominus H. le Bigot profitebatur, ſe promptum & paratum Caſtra memorata dicto Domino Regi, de conſilio & voluntate expreſſa dictorum Magnatum, vel ſaltem majoris partis eorundem, reſtituere.

Dat. apud Hilburg. 3 Kal. Septembris, anno Domini 1261.

Littera

Littera Regi Franciæ, de Simone Montfort & Complicibus.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. *In Bundela 6. n. 14. penes Camerar. Scaccar.*

MAgnifico Principi, Domino & conſanguineo ſuo kariſſimo, Ludovico Regi Franciæ illuſtri, Henricus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ ſalutem, & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Accepimus, ex relatu quorundam fidelium noſtrorum, quod Simon de Monteforti Comes Leyceſtriæ jam partes adiit Gallicanas, ob quam tamen cauſam, cum id de noſtra conſcientia non proceſſerit, penitus ignoramus;

Serenitatem igitur veſtram affectu, quo poſſumus, rogamus ampliori ne, ad ejus, aut alterius ſuggeſtionem, aliquid in partibus ſupradictis ſuper facto, quod inter nos, & Barones noſtros vertitur, fieri vel procurari permittatis, quod in noſtri juris præjudicium cedat vel impedimentum;

A.D. 1261.

Nec veſter animus ad aliqua, quæ ipſe, vel alius vobis referet, moveatur, donec per Nuncios noſtros, quos ad vos infra breve tempus miſſuri ſumus, factum noſtrum, & ſtatum negotii prædicti vobis fecerimus plenius explanari.

Teſte meipſo apud Windleſoram, ſecundo die Septembris, anno Regni noſtri quadrageſimo quinto.

De Conventione pro pecunia ſuper valore Terræ Agennenſis ſolvenda.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. *Pat. 45. H. 3. n. 9.*

REX univerſis, præſentes litteras inſpecturis ſalutem.

Noveritis quod cum, per pacem & compoſitionem, inter cariſſimum Dominum & conſanguineum noſtrum Ludovicum illuſtrem Regem Franciæ, & nos nuper habitam, idem Dominus Rex teneretur nobis dare valorem terræ Agenenſis in pecunia, ſingulis annis ſolvenda, certis terminis, ſicut in forma pacis ejuſdem plenius continetur;

Tandem de aſſenſu ipſius Domini Regis & noſtro ſuper valore terræ prædictæ, mediante bonorum conſilio, convenimus in hanc ſummam, videlicet,

Tria millia, ſeptingentas, viginti libras, octo ſolidos, & ſex denarios Turon.

A.D. 1261.

Quam pecuniæ ſummam ſolvere tenetur idem Rex nobis, vel noſtro certo mandato Pariſius apud Templum, terminis ſubnotatis, in prædicta forma pacis expreſſis, videlicet, medietatem in Quindena Aſcenſionis Dominicæ; & medietatem aliam in Quindena Omnium Sanctorum annuatim, quamdiu tamen fieri debebit ſolutio prædicta ſecundum conventiones in prædicta forma pacis expreſſas.

Salvis aliis conditionibus & pactis, quæ in forma pacis ejuſdem pleniùs continentur.

Data apud Windeſor, duodecimo die Septembris, anno Gratiæ milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo.

De Senatoria Dignitate pro Ricardo Rege Romanorum.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. *Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.*

EXcellentiſſimo Principi Regi Angliæ, frater J. miſeratione divina, Tituli Sancti Laurentii in Lucin. Presbiter Cardinalis & ——————— ſalutem, & ſe ſemper ad ea pronum, promptum, & paratiſſimum quæ Regium honorem reſpiciunt & quæ Dignitatis Regiæ ———

Quam ardenter, quamque perſeveranter, abſque intermiſſione aliqua, uſque ad adventum fratris W. Theſaurarii, ad optinendum pro illuſtre Domino Ricardo fratre veſtro, Rege Romanorum, Senatoriam Dignitatem laboraverimus, evacuando Cameram noſtram, vendendo & diſtribuendo vaſa argentea domus noſtræ neceſſaria, contrahendo mutuum non modicum, ſub maxima voragine uſurarum obligando nichilominus poſſeſſiones cujuſdam Monaſterii Monialium, quod in urbe conſtruximus, per teſtimonium Domini Papæ ——— omnium ſatis poterit comprobari.

A.D. 1261.

Ut

A.D. 1261. Hen. 3.

Ut igitur ad exaltationem ſui culminis aliorum corda, per immenſa laudum præconia, continuo accendantur, Celſitudinem Regiam omni affectione & inductione, qua poſſumus, pro augmento veſtri nominis, propulſamus quatenus erga dictum Dominum Regem preces veſtras interponere velitis, quod Nuncio noſtro fratri J. devoto veſtro, de tot & tantis expenſarum profluviis, quibus occaſione hujuſmodi ſumus multifarie perſonaliter, & realiter obligati, liberaliter & gratanter, abſque alicujus difficultatis obſtaculo, ſatisfacere dignetur. Tantum ſi placet facientes quod gratia nobis proinde detur ex gratia, & data perpetuo conſervetur.

A.D. 1261. Hen. 3.

Dat. Viterbii Pontificatûs Domini Urbani Papæ quarti, anno primo.

Littera Galfridi de Lezignan, Regi recommendatoria, pro Willielmo de Sancto Hermete.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Ex Bundela Litter. tempore H. 3.

EXcellentiſſimo Domino ſuo, & præ omnibus diligendo H. Dei gratiâ, illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitan. Gaufridus de Lezign. frater ſuus, ſi placet, ſalutem & paratam in omnibus ad beneplacita voluntatem, cum omni genere reverentiæ, ſervitii & honoris.

Dominationem veſtram eo affectu, quo poſſumus ampliori, duximus exorandam, quatinus Willielmo de Sancto Hermete Militi noſtro, qui nobis diu & ſervivit, & ſervire paratus eſt fideliter & benigne, in negotiis ſuis, ſi placet, vos exhibere velitis favorabiles, & benignos; ita, noſtri gratia, erga ipſum ſuper hoc vos habentes, quod negotia ſua poſſit per vos feliciter expedire. Diù & bene valeat Excellentia veſtra.

A.D. 1261.

Ejuſdem Littera de Credentia Regi.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Ibidem.

EXcellentiſſimo Domino ſuo, & præ omnibus mortalibus diligendo H. Dei gratia, illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, Gaufridus de Lezign. frater ſuus, ſi placet, ſalutem, & paratam in omnibus ad beneplacita voluntatem, cum omni genere reverentiæ, ſervitii & honoris.

Mittimus ad vos Willielmum de Sancto Hermete dilectum & fidelem Militem noſtrum, exhibitorem præſentium, cui fidem indubitatam, ſi placeat, adhibere curetis ſuper hiis quæ vobis ex parte noſtra duxerit exponenda.

A.D. 1261.

Dat. die Jovis poſt Quintanam apud Bellum Montem ſuper Oyſe, anno gratiæ milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo.

De Procuratoribus in Curia Romana conſtitutis.

A.D. 1261. An. 46. H. 3. Pat. 46. H. 3. m. 19.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri, Urbano, Dei gratia, Sacro-Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Aquitaniæ, ſalutem, cum reverentia & honore.

Sanctitati veſtræ notum facimus, quod nos conſtituimus & ordinamus in veſtræ Curiâ Sanctitatis, dilectos Clericos noſtros, Magiſtros Johannem de Hemingford, & Rogerum Luvell, & quemlibet eorum in ſolidum (ita quod non ſit melior conditio occupantis) noſtros, & Regni noſtri Procuratores & Nuncios ſpeciales,

A.D. 1261.

Ad exponendum, & intimandum, & referendum gravamina nobis & Regno noſtro illata, a venerabilibus patribus Bonifacio Archiepiſcopo Cantuarienſi, & Suffraganeis ejus,

Et ad exponendum & intimandum vobis quædam ſtatuta, ab eis edita in noſtrum & Coronæ noſtræ præjudicium & gravamen,

Necnon ad ſupplicandum Sanctitati veſtræ, ut prædicta gravamina tollere, ac ſtatuta dignetur veſtra Sanctitas revocare, A.D. 1261. Hen. 3. Et ad ſupplicandum etiam, ut ſuper hiis veſtræ Sanctitatis circumſpectio nobis & Regno noſtro gratiam adhibeat, ſi neceſſe fuerit & remedium oportunum:

Item, & ad impetrandum, & contradicendum & narrandum, ac in judices conveniendum;

A.D. 1261. Hen. 3. Ratum habituri quicquid ipſi Procuratores, vel eorum alter, duxerint, vel duxerit faciendum; præſentibus poſt annum minime valituris.

Dat. apud London. ſeptimo Kalend. Novembris, anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo.

Littera Margaretæ Reginæ Franciæ, de jocalibus Regis in Templo Pariſius depoſitis.

A.D. 1261. An. 46. H. 3. Pat. 46. H. 3. n. 36. REX omnibus, &c. ſalutem. Sciatis nos litteras illuſtris Dominæ Margaretæ, Dei gratia, Reginæ Franciæ, nobis directas inſpexiſſe in hæc verba.

Sereniſſimo viro, fratri ſuo kariſſimo, Henrico, Dei gratiâ, Regi Angliæ illuſtri, Margareta, eâdem gratiâ Franciæ Regina ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Noverit Serenitas veſtra quod, Willielmus de Latymer, & Magiſter Henricus de Gandavo, præſentibus fratre Petro Boſtelli, domus Templi Paris Theſaurario, & fratre Nicholao ſocio ejus, Roberto de Girolliis Milite, Petro de Landuno Cambellano noſtro, & Guillelmo de Aureliaco Clerico noſtro, nobis oſtenderunt quædam jocalia veſtra, videlicet,

Quandam magnam Coronam; unum firmaculum cum rubectis; unum anulum cum rubecto; tres Coronas aureas; unum capellum imperatorium; quatuor ſerta; unum alphabetum; tria pectina aurea; quinquaginta duo firmacula; decem baculos continentes ducentos octo anulos cum rubetis & baleſiis; item duos baculos continentes ſexaginta ſex anulos cum maragdenibus; unum baculum continentem viginti anulos cum Saphiris; unum baculum continentem treſdecim anulos cum topaciis; unum baculum continentem decem & ſeptem anulos cum diverſis lapidibus; ſexaginta ſexdecim zonas; item duos pavones aureos; unum firmaculum cum duobus diamantibus, alia quatuordecim firmacula, & quinque garlandas aureas.

Et iſta omnia in duobus Coffris ſub contra ſigillo noſtro, recipiente ea fratre Petro prædicto, deponi fecimus Pariſius apud Templum; claves verò dictorum Coffrorum ſecum deferunt dicti Willielmus Latymer & Magiſter Henricus Nuncii veſtri.

Data die Martis poſt Pentecoſten apud Sanctum Germanum in Laya;

In cujus rei teſtimonium præſentibus ſigillum noſtrum fecimus apponi.

Teſte Rege apud Turrim London, ſexto die Novembris.

Regi Franciæ, pro Edmundo Filio, de Regno Siciliæ.

A.D. 1261. An. 46. H. 3. Clauſ. 46. H. 3. m. 12. d. REgi Franciæ, Rex Angliæ ſalutem.

Cum fælicis recordationis Innocentius Papa quartus, de fratrum ſuorum conſilio, Eadmundo, nato noſtro, Regnum Siciliæ donaverit (cujus privilegium ſuper hoc penes nos habemus) ad vos, tanquam ad ſpeciale refugium noſtrum, recurrimus confidenter;

Serenitatem veſtram affectuoſe rogantes quatenus, cum honores & utilitates noſtros, & liberorum noſtrorum, veſtræ ſciamus Celſitudini complacere, Dominum Papam & Cardinales requirere & rogare velitis, ut jus ipſius Eadmundi filii noſtri in præmiſſis, quod in Curia Romana proſequitur, ſibi conſervare, & etiam ſuæ confirmationis munimine roborare dignetur.

Teſte, &c.

Eodem modo ſcribitur Regi Navarræ, ſuper facto Siciliæ, pro Edmundo filio Regis.

Eodem modo ſcribitur Reginæ Franciæ cum tota narratione, & cum iſta adjectione; Quocirca Serenitatem veſtram, quæ ſe nobis, veſtri gratia, in omnibus negotiis favorabilem exhibet & benignam, quanta poſſumus affectione rogamus, quatinus præfatum Dominum veſtrum

A.D. 1261. Hen. 3. ſtrum ad hoc faciendum efficaciter inducatis; & ſimili modo, ſi placet, pro dicto negotio, Domino Papæ & Cardinalibus litteras veſtras deprecatorias deſtinare velitis.

Ad hoc, cum idem Dominus Papa in terra Regis Navarræ, illuſtris generi veſtri, duxerit originem, propter quod precamina ſua & dilectæ filiæ veſtræ, Reginæ Navarræ, neptis noſtræ, in dicto negotio plurimum valitura cenſemus, A.D. 1261. Hen. 3. placeat ipſos, Regem & Reginam Navarræ, litteratorie deprecari, ut ipſi præfatis Domino Papæ & Cardinalibus, juxta formam precum noſtrarum quas ei inde mittimus, pro negotio dicti filii noſtri ſuas dirigant litteras ſpeciales.

Eodem modo ſcribitur Reginæ Navarræ quo Reginæ Franciæ.

Bulla directa Regi Angliæ ſuper gravaminibus, illatis, per Miniſtros ſuos Hiberniæ, Clericis ejuſdem Terræ.

A.D. 1261. An. 45. H. 3. Ex Autogr.

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Præ cæteris rebus, quibus chriſtiana Regna fundantur ſolidius, ea ſtatuit ſtatus Eccleſiaſticæ libertatis;

Propterea cum de illo præſervando in terra tuæ ditioni ſubjecta, & præſertim in Civitate, Dioc. & Provincia Dublinen. ubi ſtatus ipſe, præcipuis novæ malignitatis adinventionibus, prout intelleximus, injurioſè deprimitur, admonemus.

Advertere debet Regalis providentia ſibi non tàm aliena, quàm propria, immo communia comoda ſuaderi, & quotiens illos, qui eundem ſtatum in ſuis juribus, aut interdum in favore tui nominis (non tamen, tuæ, ut credimus, pietatis motum, ſed propriæ voluntatis impetum proſequentes) allidunt, vigore diſcretionis Eccleſiaſticæ cohibemus; intelligas tunc non lædi, ſet geri ſalubriter in tutela fidei curam tuam.

Sane ad audientiam Apoſtolatûs noſtri pervenit quod, in Civitate, Dioc. & Provincia ſupradictis, de antiqua & approbata, & hactenus pacifice obſervata conſuetudine, eſt obtentum ut venerabiles fratres noſtri Dublinen. Archiepiſcopus, ejuſque ſuffraganei, & officiales ipſorum, ac alii judices Eccleſiaſtici earumdem Civitatis, Dioc. & Provinciæ (ad quos de hujuſmodi conſuetudine cauſarum cognitio pertinet) de cauſis, quas, ſuper pecuniarum ſummis, ſeu poſſeſſionibus, inter Laicos, ſibi ſubditos, verti contingit, poſſint cognoſcere, dummodo pactum firmatum fide vel juramento intervenerit inter partes:

Et, ſi aliquis Laicus conqueritur coram illis, quod quiſquam Laicus, eorum ſubditus, ipſum ſuper aliquo crimine diffamaverit, iidem ſuper hoc, de hujuſmodi conſuetudine, judicant & cognoſcunt; A.D. 1261.

Clerici quoque injuriatores ſuos Laicos conſueverunt, a tempore cujus memoria non exiſtit, coram Eccleſiaſticis Judicibus convenire:

Sed Juſticiarii & Ballivi tui in Ibernia, quo minus Archiepiſcopus, Suffraganei, Officiales, & Judices prædicti de hujuſmodi cauſis cognoſcant & judicent, contra juſtitiam impedire præſumunt; prohibentes (quod nequius eſt) ne Clerici Clericos in cauſis pecuniariis; aut Eccleſiarum Rectores ſuper aliquibus Capellis, ad Eccleſias ipſas ſpectantibus; aut ſuper decimis aliarum Eccleſiarum Rectores coram Judice Eccleſiaſtico convenire præſumant.

Iidem etiam Juſticiarii & Ballivi non permittunt quod condempnati legitime per Archiepiſcopum, Suffraganeos, & alios prædictos, aut alios Judices, etiam a ſede Apoſtolica delegatos, propter contumaciam vel offenſam in aliqua pecuniæ quantitate, ad ſolvendum condempnationem hujuſmodi compellantur: ſive quod Archiepiſcopus, Suffraganei, vel alii prædicti cognoſcant de cauſis uſurariis, vel puniant uſurarios ſecundum Canonica inſtituta: ſeu quod de uſuris, adulteriis, aut aliis criminibus inquirant; prout ad eorum officium noſcitur pertinere de jure ac conſuetudine ſupradicta.

Porro, ſi inter virum & uxorem, per Eccleſiaſticum Judicem celebrato divortio, coram eo ſuper dote reſtituenda quæſtionem oriri contingat; prædicti Juſticiarii & Ballivi, ne dictus Judex virum ad reſtituendum dotem mulieri compellat, prohibent pro ſuæ libito voluntatis; quanquam cognitio cauſarum hujuſmodi ad Eccleſiaſticum Judicem pertinere noſcatur, tàm de hujuſmodi conſuetudine, quàm de jure.

Præterea, ſi aliqui Cives vel Burgenſes, in aliqua Civitate vel Burgo, aliquam

A.D. 1261. Hen. 3. quam domum, vel fundum, aut prædium urbanum, ad eos pertinentes (qui Burgaſia vulgariter appellantur) alicui Eccleſiæ, ſive religioſo loco, in ultima voluntate legant pietatis obtentu; præfati Juſticiarii & Ballivi, ne Judex Eccleſiaſticus executores teſtamentorum Civium & Burgenſium eorumdem ad exequendam in hac parte voluntatem extremam teſtatorum ipſorum compellat, prout de præfata conſuetudine eſt obtentum, impediunt minus juſte.

Cæterum ſi aliqui Laici aſcripti glebæ (qui Betagii vulgariter appellantur) aliqua de bonis ſuis Eccleſiaſticis, vel religioſis, aut piis locis legant, pietatis intuitu, in ultima voluntate; ſæpedicti Juſticiarii & Ballivi impediunt ne per ipſos Archiepiſcopum, Suffraganeos, & Judices, ſicut de præfata conſuetudine obtentum eſt, in hoc voluntas teſtatoris executioni mandetur.

Ad hæc, ſi dictis Archiepiſcopo, Suffraganeis, & Judicibus inhibeas ne ulterius procedant in aliqua cauſa, de qua cognoſcere inceperint; iidem Juſticiarii & Ballivi ipſos, pro eo quod de cauſa ipſa inceperunt cognoſcere, etiam ſi hujuſmodi inhibitioni paruerint, punire præſumunt pœna pecuniaria, & interdum carceri mancipare.

Inſuper prælibati Juſticiarii & Ballivi Archiepiſcopum, Suffraganeos, & Officiales prædictos, ſi per inquiſitionem factam ſuper hoc, contra eos conſtiterit quod ipſi cognoverint de aliquibus cauſis, quæ non fuerunt matrimoniales, vel teſtamentariæ, pecuniaria pœna mulctare, & interdum eoſdem incarcerare præſumunt.

Quod ſi aliquem Judicem Eccleſiaſticum, occaſione alicujus quæſtionis quæ vertitur coram eo, contingat in aliquem Laicum, exigente juſtitiâ, excommunicationis ſententiam promulgare; Laicus ipſe eidem Judici, per dictos Juſticiarios & Ballivos, inhibere procurat ne in hujuſmodi cauſa procedat:

Poſt inhibitionem autem hujuſmodi dictus Laicus non vitatur tamquam excommunicatus, prohibentibus id prædictis Juſticiariis & Ballivis.

Cum igitur Regalem Magnificentiam, A.D. 1261. Hen. 3. in ſuis libertatibus, & antiquis conſuetudinibus, foveamus libenter, &, quantum cum Deo poſſumus, toleremus; quia Deo, ut nobis pari vice reſpondere te convenit, Serenitatem Regiam rogandam duximus attentius & hortandam, quatinus prædictos Juſticiarios & Ballivos a violatione libertatis Eccleſiaſticæ, necnon ab uſurpatione jurium divinorum, præcipue in præmiſſis (ad quorum tutelam diſtributor Regnorum omnium temporali gladio te accinxit) ac moleſtatores perſonarum Eccleſiaſticarum Regali auctoritate compeſcas:

Preces & exhortationes noſtras taliter impleturus, quod exinde ſalvatorem tuum, qui Eccleſias ſuas proprii ſanguinis pretio libertate donavit, tibi tuæque proli, & Regno propitium habeas; & nos in hiis, quæ ſublimitati veſtræ utilia ſunt & placita, reddamur exinde meritò promptiores.

Et, quia timemus ne tu, niſi corrigas hæc, noſque tecum, ſi illa diſſimulaverimus incorrecta, in durius ſeveritatis divinæ judicium incidamus, quod hii, qui terram judicant, debent (O Rex) potiſſimum formidare, venerabili fratri noſtro

Epiſcopo Drunimoren. & dilecto filio

Priori fratrum prædictorum de Ponte, Armachan. Dioc. per noſtras damus litteras in mandatis ut (ſi eſt ita) dictos Juſticiarios & Ballivos, quod Archiepiſcopum, Suffraganeos, & Judices ſupradictos, de præfatis cauſis liberè cognoſcere, & eas exequi patiantur, prout eis de jure competit & conſuetudine ſupradicta; & a qualibet, ſuper præmiſſis, eorum, & aliarum Eccleſiaſticarum perſonarum Civitatis, Dioc. & Provinciæ prædictarum, indebita moleſtatione deſiſtant, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compellat.

Dat. Viterbii, 2 Id. Novembris, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo. } P. Ro.

Littera Papæ Congratulatoria.

A.D. 1261. An. 46. H. 3. Clauſ. 46. H. 3. m. 18. d.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri, V. Dei gratia, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, H. eadem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem cum reverentia & honore.

Exultamus & ſpeciali jocunditate lætamur in Domino qui, plebis ſuæ deſolationem pie reſpiciens, & inſperatæ ſalutis jam portum parans, fluctuantis Eccleſiæ naufragium propitius avertit, & A.D. 1261.

Thamar

A.D. 1261.
Hen. 3.

Thamar diu viduam connubio ſalubri copulandam ſua providentia reſervavit.

Ipſius igitur diſponente Clementia proſperum fiat in manu ſui Pontificis opus ſanctum, ut grex ejus, imitatione ſacra proficiens, ſuo conditori placida perſiſtat, & ad ſupernæ felicitatis præmium devota pertingat.

Nos autem, honori veſtro filiali congaudentes jubilo, beneplacita veſtra ſinceris affectibus adimplere cupimus, ut Regni noſtri negotia veſtræ Sanctitati maneant commendata, precibus, quantis decet & expedit ſupplicamus, veſtræ Beatitudini grates referentes pro veſtris apicibus, quibus paterna dulcedine noſtrum animum veſtri gratia lætificare ac revelare curaſtis.

A.D. 1261.
Hen. 3.

Teſte Rege apud Weſtm. undecimo die Decembris.

De Acquietantia Regi Franciæ conceſſa.

A.D. 1261.
An. 46. H. 3.
Pat. 46. H. 3. n. 30.

REX univerſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.

Noveritis nos a cariſſimo Domino & conſanguineo noſtro, Ludovico, Dei gratia, illuſtri Rege Franciæ, numeratâ pecuniæ ſummâ recepiſſe decem millia, quadringentas, ſexdecim libras, treſdecim ſolidos, & quatuor denarios, Turonenſis Monetæ, deducenda de illa ſumma pecuniæ in qua nobis idem Rex tenetur pro ſumptu militum ſecundum quod in forma pacis, inter ipſum, & nos initæ, plenius continetur.

Et nos quidem illa decem millia, quadringentas, ſexdecim libras, treſdecim ſolidos, & quatuor denarios Turonenſes in primis computari volumus, & deduci de prima ſolutione, quam prædictus Rex Franciæ facere nobis debet de ſumma pecuniæ antedictæ; promittentes etiam quod dictam pecuniam, vel tantumdem pecuniæ impendemus in ſervitium Dei, vel Eccleſiæ, aut in commodum Regni Angliæ, ſecundum quod tenemur & in forma pacis prædictæ plenius continetur.

In cujus, &c.

Data apud Weſtm. decimo die Decembris, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo.

REX univerſis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem.

Noveritis quod, cum per pacem & compoſitionem, inter cariſſimum Dominum & conſanguineum noſtrum Ludovicum illuſtrem Regem Francorum, & nos nuper habitam, idem Dominus Rex teneretur nobis dare valorem terræ Ageneſii in pecunia, ſingulis annis ſolvenda certis terminis, ſicut in forma pacis ejuſdem plenius continetur,

A.D. 1261.

Tandem, de aſſenſu ipſius Domini Regis & noſtro, ſuper valore terræ prædictæ, mediante bonorum conſilio, convenimus in hanc ſummam,

Videlicet, tria millia, ſeptingentas, viginti libras, octo ſolidos, & ſex denarios Turon.

Quam pecuniæ ſummam ſolvere tenetur idem Rex nobis, vel noſtro certo mandato Pariſius apud Templum, terminis ſubnotatis, in prædicta forma pacis expreſſis,

Videlicet medietatem in Quindena Aſcenſionis Dominicæ; & medietatem aliam in Quindena Omnium Sanctorum annuatim, quamdiu tamen debebit fieri ſolutio prædicta, ſecundum conventiones in prædicta forma pacis expreſſas; ſalvis aliis conditionibus & pactis quæ in forma pacis ejuſdem plenius continentur.

In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ſigillo noſtro ſignavimus.

Data apud Weſtm. duodecimo die Decembris, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo.

Littera Augerii de Ganaretto, Civis Baion. de juramento præſtito, quod fidelis erit Domino Edwardo, Regis Angliæ primogenito, contra omnes viventes.

A.D. 1261.
An. 46. H. 3.
. B. f. 164. penes Ca- r. Scac-

UNiverſis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, Augerius de Ganeretto, Civis Baion. ſalutem in Domino.

A.D. 1261.

Noverit Univerſitas veſtra me in præſentia excellentiſſimi viri, Domini mei, Domini

A.D. 1261. Hen. 3.

Domini Edwardi, illuſtris Regis Angliæ primogeniti, promiſiſſe, & tactis Sacroſanctis Evangeliis corporaliter juraſſe, quod ego ero, de cætero, eidem Domino meo tutus, fidelis, & honeſtus, & omnibus mandatis ſuis intendens & obediens:

Nec contra ipſum, aut Seneſcallum vel Ballivos ſuos, vel contra Communitatem, ſeu partem Communitatis, aliquas faciam conventiculas, vel juratas per me, vel per alium; ſet, ſi ſcirem quod aliquis prædicta conaretur, ſtatim Domino meo prædicto, vel ejus mandato eadem nunciabo:

Et quod pro immutatione ſtatus Civitatis Baion. facta a Domino Edwardo, non nocebo, nec machinabor aliquid contra aliquem de vicinis meis.

Et hæc omnia promiſi fideliter obſervanda ſub incurſione perſonæ meæ, & omnium rerum mearum.

A.D. 1261. Hen. 3.

Ad majorem etiam ſecuritatem faciendam eidem Domino meo, fidejuſſores inveni & liberavi, ſcilicet, Petrum de Gaveret, Petrum Arn. de Luc. Johannem de Norton, & Edmundum de Soubiſt. Cives Baion. qui ſe modis omnibus prædictis pro me obligaverunt.

Nos vero memorati Petrus Gavert, Petrus Arn. Johannes de Norton, confitemur, & palam proteſtamur quod prædictus Augerius omnia prædicta fideliter & ſine dolo tenebit, & ipſa promittimus pro eo, ſub incurſione perſonarum & omnium rerum noſtrarum.

In cujus rei teſtimonium nos omnes præſentibus litteris ſigillum noſtrum appoſuimus.

Dat. Burdeg. undecimo die Decembris, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo.

De duobus mill. Marc. ſterling. Eccleſiæ Romanæ ſolvendis pro duobus annis jam tranſactis.

A.D. 1261. *An.* 46. *H.* 3. *Ex Autogr.*

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Honorem tuum, fili cariſſime, decere credimus, ac tuis & Regni tui profectibus expedire ut, quòd juſtè debes Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matri tuæ, ſic promptus exolvas, quòd gratiam acquiras ex debito, & commendari mereatur Celſitudo Regia ex affectu.

Cum igitur cenſus annuus mille Marcarum ſterlingorum, a te Eccleſiæ Romanæ debitus, pro duobus annis tranſactis, uſque ad Feſtum beati Michaelis proximo præteritum computandis, non fuerit perſolutus; Excellentiam tuam requirendam duximus, & affectione paterna rogandam, quatinus cenſum ipſum, pro eiſdem annis, dilecto filio fratri Johanni de Cantia, ordinis fratrum minorum, has tibi litteras præſentanti, nomine noſtro & ejuſdem Eccleſiæ, ob reverentiam Apoſtolicæ ſedis & noſtram, ſublato dilationis & difficultatis obſtaculo, prompta voluntate perſolvas;

A.D. 1261.

Ita quod, te matris juſtitiæ debitum hylariter exolvente, Regiæ devotionis commendetur ſinceritas, & gratia noſtra tibi, fratrumque noſtrorum dilectio ſemper accreſcat.

Dat. Viterbii, Idibus Decembris, Pontificatûs noſtri anno primo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Littera Regi Franciæ, de Pecunia Duci Britanniæ ſolvenda.

A.D. 1261. *An.* 46. *H.* 3. *Clauſ.* 46. *H.* 3. *m.* 17. *d.*

REGI Franciæ, Rex Angliæ ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cum teneamur exſolvere, annis ſingulis, dilecto nobis Johanni de Britannia, qui filiam noſtram duxerit in uxorem, valorem honoris Richemundiæ, donec ei in aliis terris aſſignaverimus uſque ad valorem honoris prædicti, & ex cauſis pleriſque pecunia opus habuerimus temporibus iſtis, ac eidem de proximo termino jam tranſacto ſatisfacere debeamus;

A.D. 1261.

Sinceritatem veſtram rogamus, & requirimus attente quatinus, ſi placet, nos erga præfatum Johannem de mille Marcis ſuper

A.D. 1261. Hen. 3.

ſuper denarios, quos pro valore terræ Ageneſii nobis annuatim debetis, optentu precum noſtrarum, acquietare velitis; ut exinde veſtræ Dominationi ad uberiores teneamur gratiarum actiones.

Teſte Rege apud Weſtm. 28 die Decembris.

Ejuſmodi Littera ad Franciæ Reginam.

A.D. 1261. *An.* 46. *H.* 3. *Ibidem.*

Reginæ Franciæ, Rex Angliæ ſalutem, & ſinceræ dilectionis ſemper affectum.

Cum teneamur, *&c. ut ſupra uſque*, Sinceritatem; cumque per Nuncios & litteras noſtras Dominum noſtrum & veſtrum Regem requiramus, ut ipſe nos erga præfatum Johannem de mille Marcis ſuper denarios, quos pro valore terræ Agenenſis nobis annuatim ſolvere tenetur, optentu precum noſtrarum acquietare velit; Sinceritatem veſtram rogamus attente quatenus erga præfatum Dominum Regem, ſi placet, modis, quibus expedire noveritis, inſtare velitis ut ipſe petitioni noſtræ annuat in hac parte, per quod veſtræ dilectioni ſpecialiter teneamur ad grates.

Teſte ut ſupra.

In Margine.

Alia littera directa fuit eidem Reginæ, quod, ſi Dominus Rex Franciæ non annuat precibus Domini Regis, aut ſuis, quod laboret ad mutuum contrahendum cum Creditoribus, conditione & modo quibus negotium illud melius poterit expedire.

Littera Duci Britanniæ ſuper extenta honoris Richmundiæ.

A.D. 1261. *An.* 46. *H.* 3. *Clauſ.* 46. *H.* 3. *m.* 17. *d.*

REX Duci Britanniæ ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Sinceritatem veſtram nolumus ignorare quod, dilecto nobis Eudoni de Kaerderian Militi & fideli veſtro ad nos nuper accedenti, optulimus quod, ſi ſuper extenta honoris Richemundiæ, ad quam ex parte veſtra fuerat deputatus, cum Milite illo, quem ad hoc aſſignavimus pro parte noſtra, convenire non poſſet in aliquo, quod ſibi videretur corrigendum,

Nos alium aſſignaremus loco noſtri, qui negotium prædictum plene in omnibus ſecundum formam conventionis, inter nos, & vos habitæ, expleret cum ipſo.

Optulimus inſuper eidem ut denarios, quos pro valore terræ Ageneſii a Domino Rege Franciæ illuſtri recipere debemus, in partem ſatisfactionis extentæ prædictæ aſſignaremus, & reſiduum de Scaccario noſtro integre exſolvi faceremus.

Quæ ſingula, licet ab eo nondum acceptata, ſumus & erimus explere parati ad veſtræ beneplacitum voluntatis.

In hiis & aliis nobis beneplacitum veſtrum ſignificetis.

Teſte Rege apud Weſtm. 28 die Decembris.

Ejuſmodi Littera Johanni filio prædicti Ducis Britanniæ.

A.D. 1261. *An.* 46. *H.* 3. *Ibidem.*

REX Johanni, primogenito Ducis Britanniæ.

Sciatis quod, dilecto nobis Eudoni de Kaerderian, Militi prædicti patris veſtri, nuper ad nos accedenti, optulimus quod, ſi ſuper extenta honoris Richemundiæ, ad quam ex parte prædicti patris veſtri deputatus extiterat, cum Milite illo, quem ad hoc aſſignavimus pro parte noſtra, convenire non poſſet in aliquo, quod ſibi videretur corrigendum,

Nos alium aſſignaremus, loco noſtri, qui negotium prædictum ſecundum formam conventionis, inter nos, & vos habitæ, plene in omnibus expleret cum ipſo.

Et quod denarios, quos pro valore terræ Ageneſii à Domino Rege Franciæ recipere debemus, vobis in partem ſatisfactionis extentæ prædictæ aſſignaremus, & reſiduum de Scaccario noſtro integre faceremus exſolvi:

Quæ

A.D. 1261. Hen. 3. Quæ ſingula, licet à prædicto milite nondum acceptata, parati ſumus & erimus ad beneplacitum dicti Progenitoris veſtri & veſtrum explere.

Cæterum Nuncios noſtros ſpeciales uſque Pariſius tranſmittimus, ut vobis ibidem, ſine moræ diſpendio, de termino veſtro, jam præterito, ſatisfacere procurent:

Super quibus & aliis, ſtatum veſtrum contingentibus, veſtram nobis voluntatem ſignificetis confidenter. A.D. 1261. Hen. 3.

Teſte ut ſupra.

Et mandatum eſt uxori ſuæ quod ſtatum ſuum Regi ſignificet, &c.

Bulla commendatoria Regi pro quibuſdam mercatoribus Senenſ.

A.D. 1261. An. 46. H. 3. Ex Autogr.

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Anglorum illuſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilectis filiis, Orlando Bonſignoris, Bonaventura Bernardini, & Raynerio Jacobi, Civibus & mercatoribus Senenſibus Campſoribus Cameræ noſtræ, ea nobis, circa noſtra & apoſtolicæ ſedis obſequia, fide ſtudentibus ac devotione placere, per quam eis, in ſuis oportunitatibus, favor apoſtolicus meritò debeatur;

Excellentiam tuam rogandam duximus & hortandam, quatinus dilectos filios Raynerium Bonaccurſi, & Deutavivam Guidi, ſocios eorundem, haberes, pro noſtrâ & ejuſdem ſedis reverentia, in hiis, quæ ſunt juſtitiæ, favorabiliter commendatos, A.D. 1261.

Illos apud Londonias quietè & pacificè commorari permittas, ibique morantes, ac euntes, & redeuntes, pro ſuis negotiis, per regnum tuum, in perſonis & rebus, plenâ facias ſecuritate gaudere; ità quòd, eis apud magnitudinem Regiam ſperatum ſentientibus fructum, devotionem tuam debeamus exinde merito commendare.

Dat. Viterbii, 2. Kal. Januarii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sigillò avulſò.

Littera Papæ rogatoria, quod a Juramento abſolvatur, & ne petitiones Baronum admittantur.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. Clauſ. 46. H. 3. m. 17. dorſ.

DOmino Papæ Rex Angliæ, ſalutem, cum reverentia & honore.

Cum eccleſia Romana, veluti pia mater devotis filiis, & nobis præ cæteris ſui gratia, in noſtris & Regni noſtri negotiis, maternæ pietatis viſcera clementer aperiens, multa beneficia ad noſtri conſervationem honoris jugiter exhibuerit, & jam pro quibuſdam urgentibus negotiis, nos & ſtatum noſtrum contingentibus, opus habemus Apoſtolicæ Sedis gratiam implorare;

Nos, de conſueta dictæ ſedis benignitate confiſi, ad ejus ſuffragia recurrimus confidenter, rogantes, & precibus poſtulantes intentis, quatinus, cum tempore fælicis recordationis Domini A. prædeceſſoris veſtri, Apoſtolicæ Sedis literas obtinuerimus ſuper reformatione ſtatus noſtri, & abſolutione Juramenti, pro obſervandis quibuſdam ordinationibus, colligationibus, & ſtatutis præſtiti, quæ in diminutionem & depreſſionem poteſtatis Regiæ cedunt manifeſte:

Cumque impetrationes prædictæ antè obitum prædeceſſoris veſtri memorati, ad uſum minime pervenire potuiſſent; eaſdem, tàm in hiis, quæ perſonam noſtram ſpecialiter contingunt, quàm in illis quæ diſſolutionem colligationum prædictarum & Juramenti prædicti in aliis reſpiciunt, jubeatis de veſtræ benignitatis gratia innovari: A.D. 1262.

Petitiones in veſtro conſpectu, pro obtinenda confirmatione ſtatutorum hujuſmodi, ac aliorum jam, ut dicitur, exhibitas, quæ in depreſſionem libertatis Regiæ, ſeu etiam juris noſtri cedunt læſionem, ad exauditionem, ſi placet, nequaquam admittentes.

Rogamus inſuper ut dilectos, Magiſtrum Johannem de Hemingford, & Magiſtrum Rogerum Luvell, Clericos ac procuratores noſtros, unà cum negotiis noſtris, habere velit veſtra Sanctitas propenſius commendatos.

Et cum nuper, dum noſtrum ſigillum in poteſtate foret aliena, quamplures alii conſtituti fuerint procuratores nomine

noſtro,

A.D. 1262.
Hen. 3.

noſtro, quod non approbamus, ipſorum poteſtatem omnino revocamus, præſertim cum ipſi ea magis quæ nobis obeſſe poſſent, quam prodeſſe, agere moliantur.

Teſte Rege apud Weſtmon. primo die Jan.

Ejuſmodi Littera O. Cardinali, de Rege a Juramentis abſolvendo.

A.D. 1262.
An. 46. H. 3.
Clauſ. 46. H. 3. m. 17. d.

REX Venerabili in Chriſto Patri Ottobono, ſancti Adriani Diacono Cardinali, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cum Eccleſia Romana, veluti pia mater devotis filiis, & nobis, præ cæteris, ſui gratiâ, in noſtris & Regni noſtri negotiis, maternæ pietatis viſcera clementer aperiens, multa beneficia ad noſtri conſervationem honoris jugiter exhibuerit, & jam, pro quibuſdam urgentibus negotiis, nos & ſtatum noſtrum contingentibus, opus habeamus Apoſtolicæ Sedis gratiam implorare:

Nos, de veſtra dilectionis prærogativa confiſi, ad vos recurrimus confidenter, rogantes & precibus poſtulantes intentis, quatenus, cum tempore fælicis recordationis Domini A. quondam ſummi Pontificis, Apoſtolicæ Sedis literas obtinuerimus, ſuper reformatione ſtatûs noſtri, & abſolutione juramenti, pro obſervandis quibuſdam Ordinationibus Colligationibus & ſtatutis præſtiti, quæ in diminutionem & depreſſionem poteſtatis Regiæ cedant manifeſte;

Cumque impetrationes prædictæ, ante obitum prædicti Domini A. ad uſum minime pervenire potuiſſent, eaſdem tam in hiis, quæ perſonam noſtram ſpecialiter contingunt, quam in illis, quæ diſſolutionem colligationum prædictarum & juramenti prædicti in aliis reſpiciunt, procuretis efficaciter à ſummo Pontifice ſolitâ veſtræ benignitatis gratiâ, innovari;

Procurantes etiam, ſi placet, ne petitiones, in conſpectu ejuſdem ſummi Pontificis, pro obtinenda confirmatione ſtatutorum hujuſmodi, ac aliorum jam, ut dicitur, exhibitæ, quæ in depreſſionem libertatis Regiæ, ut etiam juris noſtri cedunt læſionem, ad exauditionem admittantur;

Rogamus inſuper ut dilectos nobis, Magiſtrum Johannem de Hemingford, & Rogerum Luvell, Clericos ac procuratores noſtros, una cum noſtris negotiis habere velitis ſpecialiter commendatos.

Teſte ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Cardinalibus per ſe.

Litera Cœtui Cardinalium, qua Rex Johannem Maunſell innoxium & immunem a Criminibus, ſibi perperam impoſitis, intimavit.

A.D. 1262.
An. 46. H. 3.
Pat. 46. H. 3. n. 1. d.

VEnerabili Cœtui Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Henricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Ex relatu quorumdam nobis innotuit quod quidam, propriæ honeſtatis obliti, in præſentia ſummi Pontificis ſiniſtra ſuggeſtione confingunt, quod dilectus & fidelis noſter Johannes Manſel, Theſaurarius Eborum, inter nos & Proceres noſtros ſciſmatum & diſcordiarum materiam ſuſcitaverit, in noſtræ gentis excidium & turbationem publicam Regni noſtri:

De quo commoti ſumus plurimum & turbati, præſertim cum ipſe nullo prorſus tempore aliquem de Regno noſtro notabilem nobis reddiderit, nec diſſenſionem ſeu diſcordiæ ſcrupulum cum aliquo ex aliis alio prætextu habuerit, niſi quod nobis in relevatione & conſervatione juris & honoris noſtri, juxta fidelitatis ſuæ debitum, efficaciter aſtitit & conſtanter, & hiis, quæ in gravamen agi, ſeu attemptari videbantur, obſtaculum ſe præbuit, & ea pro viribus impedivit.

Cum itaque dictus Johannes, ſub alis noſtris educatus, cujus ingenium mores & merita ab adholeſcentia ſua probavimus, & novimus ab experto, in noſtris & Regni negotiis, utilis ſemper & fidelis extiterit, ob quod ipſum favore Re-

A.D. 1262. *Hen.* 3.

gio proſequi digne tenemur, eundem etiam vobis ſpecialiter commendamus, Sanctitati veſtræ veraciter intimantes eundem à præmiſſis, perperam ſibi impoſitis, innoxium eſſe penitus & inmunem.

Quocirca dilectionem veſtram duximus requirendam quatinus nullam detractoribus aut ſuggeſtoribus hujuſmodi fidem adhibere velitis, ſet tanto ipſum proſequi velitis, ſi placet, affectione & gratia ampliori, quanto alii ipſum & famam ſuam injuſte & malitioſe deprimere moliuntur.

A.D. 1262. *Hen.* 3.

Data apud Weſtmon. primo die Januarii.

Littera Ricardo Regi Romanorum de Compromiſſo facto per Regem & Barones.

A.D. 1262. *An.* 46. *H.* 3. *Ex* 6. *Bundel. n.* 25. *Penes Camerar. Scaccar.*

EGregio Principi, Domino ſuo, Reverendo Domino R. Dei gratia, Regi Romanorum ſemper Auguſto, ſui devoti Philippus Baſſet Juſticiarius Angliæ, Robertus Walerand, W. de Merton, Johannes de la Haye, Ricardus Folyot, & Ricardus de Midelton, ſalutem cum reverentia & honore.

Cum nos præfati Philippus, Robertus, & Walterus, electi pro parte Domini Regis; & nos præfati Johannes, Ricardus, & Ricardus, electi ex parte Baronum, ad providendum de Comitatibus & Vicecomitibus, qualiter res ſe habere debeat poſt feſtum Sancti Michaelis proximò futurum de negotio prædicto invicem tractaremus, ac nos, qui pro parte ipſius Domini Regis electi ſumus, ſtatum ipſius Domini Regis & Prædeceſſorum ſuorum conſiderantes, diſcerneremus quod Rex ipſe Vicecomites poneret libere, prout expedire viderit in ſingulis Comitatibus, pro voluntate, prout ipſe & Anteceſſores ſui ſemper facere conſueverunt:

Nos autem, qui pro parte Baronum electi ſumus, diſcerneremus & utilem cenſeremus quod, pro commodo ipſius Domini Regis, & pro cordibus fidelium ſuorum & populi ſui ad affectionem ſuam ſpecialem advocandis, & in devotione majori per hoc firmandis, poneret Vicecomites idoneos & ſufficientes per Concilium ſuum in ſingulis Comitatibus, de quibus ipſe & Barones ſui poſuerunt ſe in miſam; dummodo dicti Vicecomites eſſent de Comitatibus illis, & eos, prout expedire videret, in officio prædicto retineret, vel amoveret, & alios de eiſdem Comitatibus ſubſtitueret.

A.D. 1262.

Ita etiam quod modus iſte uſque decennium duraret, ipſo Rege ulterius ad hoc non obligato, niſi ſibi placeret, & expedire videret; præſertim cum hoc ad ſuam, vel ſuorum non cederet in exhæredationem, nec ad ſui Dominii præjudicium vel diminutionem.

Tandem cum nos omnes, tàm pro parte Regis, quàm pro parte Baronum electi, in unum conſentire ſuper præmiſſis non poſſemus, ab invicem receſſimus.

Cum igitur noſtra poteſtas ulterius ſe non extendat in præmiſſis, vos, utpote ad quem exnunc pertinet diffinitio negotii prædicti, inde faciatis & ſtatuatis, quod veſtra veneranda diſcretio viderit convenire.

Ad hujus autem rei teſtimonium has literas noſtras veſtræ Celſitudini tranſmittimus patentes.

Dat. London. die Dominica, proxima ante Purificationem beatæ Virginis, anno Regni ipſius Domini Regis 46.

Ric. Rex Romanorum, ſuper Contentionibus inter Regem & Barones.

A.D. 1262. *An.* 46. *H.* 3. 6. *Bund. n.* 25. *Penes Camerar. Scaccar.*

RIcardus, Dei gratià, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, omnibus, &c. ſalutem.

Cùm, ſuper contentionibus, inter Magnificum Principem, Dominum H. Regem Angliæ, Fratrem noſtrum, & Barones ſuos dudum ſubortis, in forma pacis, inter ipſum Regem, & *Barones prædictos nuper proviſa, convenerit inter eoſdem ut, de Comitatibus Angliæ, qui Vicecomitibus, quos Rex ipſe poſuit in eiſdem, obedientes non erant; in Comitatu proximo ante feſtum Sancti Michaelis jam tranſactum, qualiter, viz. res ipſa habere ſe debet,*

A.D. 1262.

A.D. 1262. Hen. 3. *bet* poſt idem feſtum, tàm Rex ipſe, quàm Barones ſæpedicti ſe ponerent in miſam in hac forma;

Ut, ſcilicet, tres pro parte Regis, treſque pro parte Baronum ad hoc eligerentur; & quod ipſi omnes ſuper hoc concorditer providerent, firmiter obſervaretur, illud autem, in quo adinvicem diſcordes exiſterent, ſuper dictum noſtrum eſſet, & ſuper diffinitionem noſtram.

Tandem Rex ipſe, pro parte ſua, diſcretos viros, Dominum Philippum Baſſet Juſticiarium Angliæ, Walterum de Merton Cancellarium ſuum, & Robertum Walerand; dicti vero Barones Johannem de la Haye, Ricardum Foliot, & Ricardum de Midleton ad hoc duxerint eligendos, qui, tractatu diligenti ſuper hoc habito, cum in unum conſentire non poſſent, ab invicem diſcordes in toto receſſerunt.

A.D. 1262. Hen. 3. Cum igitur, per formam miſſæ ſupradictæ, ad nos, exnunc pertineat rem ipſam per dictum noſtrum inter memoratos Regem, & Proceres ſuos, diffinire; nos, attendentes poteſtatem liberam, quam Rex ipſe & ſui Progenitores ſuper Vicecomitibus & Ballivis ſuis, pro ſua voluntate ponendis, ſemper habuerunt, & quod, Regi ſupradicto, vel ſuis hæredibus, ſuper hujuſmodi libertate ratione quavis non ſit derogandum, taliter negotium memorandum per dictum noſtrum, in quod ſe partes poſuerant, ut prædictum eſt, diffinimus ut, ſcilicet,

Rex ipſe, & ſui hæredes, a feſto Sancti Michaelis proximo venturo, de Vicecomitibus ſuis Angliæ, faciendo ipſos, ponendo, & amovendo, libere & ſine impedimento faciant & diſponant, prout ſibi expedire viderint, & prout ſuæ placuerit beneplacito voluntatis.

Littera Regi a Vicecomitiſſa Thoartii, de Controverſia cum Carolo Fratre Regis Franciæ.

A.D. 1262. *An. 46. H. 3.* *Ex Bundel. litterarum tempore H. 3.*

EXcellentiſſimo Domino ſuo, & ſi placet, Fratri ſuo H. Dei gratia, illuſtri Regi Angliæ, Domino Yberniæ, & Duci Acquitaniæ, ſua Margareta, quondam Vicecomitiſſa Thoartii, ſalutem, ſi placet, & paratiſſimum ad ejus beneplacita famulatum.

Excellentiæ Regiæ modis omnibus quibus poſſum ſupplico quatinus feodum, quod mihi ex mera liberalitate contuliſtis, michi reddi veſtri gratia faciatis:

Novit etenim ille, qui nichil ignorat, qui ſcrutator eſt cordium, & cognitor ſecretorum, quod ad hoc quærendum à vobis major, quam credi poſſit, neceſſitas me compellerit;

Maxime cum, elapſo jam quinquennio, coram Domino Pictavenſi, cum Nobili viro Karolo illuſtri Comite Andegaviæ & Provinciæ, Fratre Excellentiſſimi Regis Franciæ ex una parte, & cum Nobili Vicecomite Thoartii ex altera cauſam habeam, ad cujus proſecutionem non poſſunt, nec potuerunt, nec poterunt ſufficere bona mea,

A.D. 1262.

Set ſcio quod me mendicare oportebit, & omnino dimittere dictam cauſam, cujus cauſæ ſeu querelæ redditus ſummam trium milium librarum excedunt, niſi michi & Guidoni nepotulo veſtro (cujus cauſa eſt) Majeſtas Regia manum porrexerit adjutricem; vobis iterum & inceſſanter ſupplicans quatenus michi & dicto Guidoni Nepotulo veſtro, in tam urgenti neceſſitatis articulo, dignemini veſtri gratia ſubvenire, michi dictum feodum cum arreragiis, per latorem præſentium, quem ob hoc ad vos ſpecialiter mittimus tranſmittendo.

Tantum inde, veſtri gratià, facientes quod me & dictum Guidonem, cujus capud eſtis, & nos membrum, non permittatis omnino langueſcere vel perire.

Valeat bene & diu Excellentia veſtra,

Littera Lewelino Filio Griffini de pace ineunda.

A.D. 1262. *An. 46. H. 3.* *Pat. Clauſ. 46. H. 3. m. 16. d.*

REX Lewelino, filio Griffini ſalutem.

Super eo, quod per veſtras litteras nos rogatis de certo die vobis aſſignando, quo poſſetis ſollempnes Nuncios ad nos mittere pro conſummatione negotii pacis, inter nos, & vos prolocutæ, ſcire vos volumus quod, ſine Edwardo filio noſtro primogenito, cui terras, quas in partibus veſtris habebamus, dudum contulimus, ſicut nôſtis, negotium illud fieri non poſſet nec deceret.

A.D. 1262.

Verum,

A.D. 1262. Hen. 3.

Verum, licet idem filius noſter ad nos veniſſe debuiſſet in Angliam in hoc feſto Natalis Domini jam præterito, ſicut nobis ſignificavit, ipſe tamen, ſuis negotiis in Vaſconia (quæ jam, ſicut intelleximus, laudabiliter expedivit) præpeditus, ad nos nondum eſt reverſus, verumptamen ipſius adventum de die in diem expectamus:

Et quia nollemus, ſicut nec deceret, aliquam pacem inter nos, & vos ſine prædicto filio noſtro fieri, per quod aliqua cauſa contentionis, ſeu malæ voluntatis inter ipſum, & vos relinqueretur; vobis ſignificamus quod, quamcitius idem filius noſter venerit, ſeu de adventu ſuo plenam certitudinem habuerimus, hoc vobis conſtare faciemus, ut ſolempnes Nuncios ad nos mittere poſſitis pro fælici expeditione negotii ſupradicti;

Scituri pro certo quod promptam habemus voluntatem pacem ineundi vobiſcum, & eo libentius quod, cum nuper de communi turbatione Regni noſtri ſuſpitio haberetur, laudabiliter vos geſſiſtis ergà nos, ac inſuper ſollicitaſtis nos de pace nobiſcum ineunda, quamquam eſſetis in contrarium, ut audivimus, excitati; ſuper quo vos habemns ſpecialius commendatos.

Teſte Rege apud Weſtmon. octavo die Januarii.

A.D. 1262. Hen. 3.

Littera Regi de promotione Cardinalium, de Canonizatione Sancti Ricardi, & de Manfredo Siciliæ occupatore.

A.D. 1262. *An. 46. H. 3.* *Ex Bundela Litter. tempore H. 3.*

——Excellentiſſimo Domino ſuo H. Dei gratia Regi Angliæ, Domino Yberniæ & Duci Acquitanniæ ſuus R. humilis Clericus ———— proſperos ſemper ad vota ſucceſſus, ſe totum ad obſequia & mandata.

Noverit Excellentia veſtra quod ſanctiſſimus pater Urbanus ——— Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummus Pontifex, Sabbato ante feſtum Natalis Domini, Ordinationem Cardinalium magnam fecit, in qua venerabilis pater —— ——— Laurentii in Lucina Presbiter Cardinalis Electus, extitit in Epiſcopum Portuen. Dominus Hugo Cardinalis in Epiſcopum Hoſtien. qui ———— ———— aliorum, Archiepiſcopus etiam Narbonenſis, qui quondam unicam & virginem duxerit in uxorem, de qua filios & filias quam plures procreaverat, qui quidem poſtmodum extitit Epiſcopus Amuſien. & de Eccleſia Amuſien. tranſlatus eſt in Archiepiſcopum Narbonen. electus eſt in Epiſcopum Cardinal.; Epiſcopus Ebroicen. electus eſt in Cardinalem Epiſcopum, (qui nondum titulos habent, eo quod abſentes fuerunt) ordinatum eſt tamen quod unus illorum erit Allumen. & alius Sabinen. Dominus Jacobus de Sabell. natione Romanus, Affinis Domini Guerani, factus eſt Sanctæ Mariæ in Coſmidin Diaconus Cardinalis; Dominus Godefridus de Alatro, natione Campanus, affinis Domini Ricardi, factus eſt Sancti Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis; Dominus Urbanus de Crochenote, familiaris Domini Ottavian. factus eſt Sancti Ehuſtachii Diaconus Cardinalis; Electus, quondam, Adverſarius familiaris Domini Ottoboni, natione Lumbardus, cui multa crimina apponuntur, factus eſt ſimiliter Cardinalis; Cancellarius etiam Domini Regis Franciæ electus extitit in Presbiter. Cardinalem, qui ſimiliter titulos non habent, eo quod in ordinatione antedicta abſentes fuerunt.

A.D. 1262.

Ad hæc ſciat Regia Celſitudo quod fælicis recordationis Sanctus Ricardus, quondam Epiſcopus Ciceſtrenſis, Prælatis Provinciæ convocatis die Dominica, proxima ante converſionem beati Pauli Apoſtoli, cum omni ſolempnitate, gaudio, & triumpho, aſſiſtentibus Domino Papæ Fratribus ſuis, in Eccleſia Fratrum Minorum Viterbii, Canonizatus extitit reverenter; qui præcepit ejuſdem feſtum per univerſum mundum 3. Non. Aprilis, ſcilicet, in vigilia Sancti Ambroſii, illa, videlicet, die qua de hoc ſæculo migravit, ad dictam ſolempnitatem celebrari; concedens omnibus ibidem exiſtentibus indulgentiam trium annorum, & trium quadringenarum; & etiam abſentibus, qui nomen ejuſdem Sancti cum devotione invocabunt.

Cognoſcat inſuper Regia Celſitudo quod Dominus Manfredus, Regni Siciliæ occupator, ſolempnes Nuncios, die Jovis in converſione beati Pauli, ad Curiam deſtinavit; quibus optinendi, & ſtatûs ſui reformationem impetrandi, poteſtatem & ſpeciale mandatum conceſſit; qui treſcenta millia unciarum auri Domino Papæ & ſuis Fratribus obtulerunt; de cujus auri quantitate triginta millia unciarum incontinenti perſolventes eiſdem, & ipſius auri reſiduum in depoſito,

A.D. 1262. Hen. 3.

ſito, Domini Papæ & fratrum nomine, ipſo in Regem coronato, Apuliæ exiſtente, humiliter promittendo prædictis Domino Papæ & Cardinalibus, poſtquam coronatus haberetur, decem millia unciarum auri annuatim ſolvere: quibus auditis eorumque petitione non admiſſa redeundi licentiam tribuerunt.

Valeat Excellentia veſtra per tempora longiora.

P. S.

SCiat etiam Celſitudo Regia quod Magiſter Johannes Maunſell reformationem ſtatus ſui ad plenum, cum omnibus clauſulis, & non obſtantibus neceſſariis, impetravit & gratiam Domini Papæ & Cardinalium, prout in literis Excellentiæ veſtræ tranſmiſſis plenius continetur.

Dat. Viterbii die Lunæ proxima poſt Purificationem beatæ Mariæ Virginis.

Littera Regi Angliæ de vacatione Eccleſiæ Romanæ, a 25 die Maii, uſque ad diem Decollationis Sancti Johannis Baptiſtæ, & de electione Papæ & aſſumptione nomine Urbani & de aliis.

Alia litera de electione Papæ, & de ordinatione Cardinalium magna fact.

De tractatu habito cum Rege Franciæ.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. *Ex Bundel. ut ſupra.*

EXcellentiſſimo Domino ſuo, Domino H. Dei gratia, Regi Angliæ illuſtri, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, devoti & fideles ſui, J. de Cleyſhull, & J. de Montferrant, ſalutem, & fidele ſemper obſequium.

Serenitati Regiæ præſentibus ſignificamus quod, in craſtino Purificationis beatæ Mariæ Virginis, cum Theſauro veſtro Pariſ. proſpere venimus, ubi Dominum Edwardum filium veſtrum ſanum & incolumem invenimus, & negotia pro quibus ibidem veneramus, nunciavimus eidem.

Dominica vero ſequenti adivimus Dominam Reginam Franciæ apud Sanctum Germanum in Laya, & negotia veſtra, prout nobis injunctum fuerit, ſibi expoſuimus, quæ nobis conſuluit, & præciſe injunxit quod conſpectui Domini Regis Franciæ nos nullatenus repræſentaremus ante adventum ipſius Dominæ Reginæ ad Curiam, ſcilicet die Dominica in Carniprivio, ut ipſa expeditioni negotiorum veſtrorum conſilium impendere poſſet & juavamen.

Nos autem, adveniente prædicta die Dominica, præſentibus Magiſtro H. de Mortuo Mari, & Domino Priore de Mamſo, quos per literas veſtras rogaſtis ut nobis in præmiſſis aſſiſterent, omnia negotia veſtra in forma, nobis tradita & injuncta, Domino Regi expoſuimus; quibus auditis & intellectis Dominus Rex nobis alium diem præfixit, ut interim cum Comite Leiceſtriæ ſuper præmiſſis haberet tractatum.

Die vero Martis, in Carniprivio, prædictis Magiſtro H. & Priore præſentibus, Dominus Rex articulos, & petitiones noſtras, & negotia, nobis injuncta, in forma, qua ſibi ea prius expoſueramus, coram nobis ſerio recitavit & ſuccincte; aſſerendo quod ipſe cum Domino Comite Leiceſtriæ tractatum habuerat ſuper negotiis memoratis, & quod Dominus Comes bene dixit quod vos nichil niſi bonum voluiſtis, ſet aliqui de Concilio veſtro de pace non multum curârunt, nec ipſam libenter procurarent:

Unde eidem Comiti, ut dicebat, non videbatur, prout idem Dominus Rex Franciæ nobis dixit, quod propter quædam, quæ vobis in adventu noſtro in Angliam viva voce exponemus, ad honorem ſuum pacem facere poſſet hiis diebus; propter quod idem Comes prædictum Dominum Regem Franciæ rogavit quod, ad præſens, circa præmiſſa ulterius non laboraret; quibus auditis nos incontinenti a Domino Rege Franciæ licentiam cepimus repatriandi.

Set in craſtino, venientes ad Curiam Dominus Johannes de Valentia, per Dominum Regem & Dominam Reginam Franciæ nos detineri fecit, ut ipſi ſuper præmiſſis cum præfato Comite tractatum haberent pleniorem; ſed quid inde poſſit aut debeat evenire ignoramus, ſet, cum aliquem inde certudinem habuerimus, verſus Angliam feſtinanter veniemus.

Dominus vero Rex Franciæ, & Domina Regina, cum liberis ſuis ſani ſunt & incolumes veſtram proſperitatem & convaleſcentiam tanquam propriam affectantes; valeat Excellentia veſtra Regia per tempora longiora.

Data Pariſ. in craſtino cinerum.

Littera Ludovici Regis Franciæ ſuper Comite Leyceſtriæ.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. *Ex Bundel. ut ſupra.* A.D. 1262.

LUdovicus, Dei gratia, Franciæ Rex, Egregio Principi kariſſimo conſanguineo ſuo Henrico, eadem gratia, illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, fideli ſuo, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Intelleximus ea, quæ Nuncii veſtri, ad nos accedentes, nobis expoſuerunt ſuper eo quod vobis loqui feceramus qualiter dilectus noſter Comes Leiceſtr. ad pacem veſtram & gratiam poſſet redire:

Et circa ea, quæ ab ipſis audivimus poſtmodum tractari fecimus cum veſtris Nunciis, ac Comite ſupradicto; nos tamen ad præſens invenire non poſſumus aliquam viam pacis, quod eſt plurimum nobis grave.

Data Pariſ. die Jovis poſt Brandon.

Bulla quod Rex Angliæ, Regina, & Filii ſui abſolvantur a juramentis quoad obſervationem quorundam ſtatutorum, ordinationum, & colligationum factorum in diminutionem poteſtatis Regis.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. *Ex Autogr.* A.D. 1262.

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Cantuarien. & Epiſcopo Norwicen. & dilecto filio Johanni Manſell Theſaurario Eboracenſi, Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum olim, ut nobis innotuit, ad fælicis recordationis Alexandri Papæ Prædeceſſoris noſtri notitiam perveniſſet, quòd cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex, & cariſſima in Chriſto filia noſtra Regina Angliæ, illuſtres, ac nobiles viri Edwardus & Edmundus eorum filii, quaſi per quandam Baronum ſuorum impreſſionem inducti, & nonnulli alii Magnates, & alii, tàm Clerici, quàm Laici, ejuſdem Regni, ad obſervandum quædam ſtatuta, ordinationes & colligationes, quæ nonnulli ipſorum Magnatum, ſub prætextu reformandi ſtatum ipſius Regni, nomine prædicti Regis dicebantur feciſſe, ac jurejurando firmaſſe, propriis aſtrinxerant juramentis, in diminutionem poteſtatis ipſius Regis, ac depreſſionem Regiæ libertatis:

Præfatos Regem, & Reginam, & eorum natos, extunc per ſuas abſolvit litteras ab hujuſmodi juramento, & vobis etiam per alias diverſas litteras diſtrictè præcipiendo mandavit, ut præfatos Magnates, & vos ipſos invicem, ſi opus exiſteret, & alios vos omnes, vel duo veſtrum, vel tu, frater Archiepiſcope, ſolus ejuſdem prædeceſſoris vice, ac de ipſius plenitudine poteſtatis, a juramento prædicto prorſus abſolvere, prædictaſque colligationes diſſolvere, atque Magnates, Barones, Proceres, & alios dicti Regni ut, non obſtantibus hujuſmodi juramentis, præfato Regi, tanquam ſuo Principi, adhærerent fideliter & intenderent, ſibi debita promptæ fidelitatis & pacificæ ſubjectionis obſequia exhibentes, nec, prætextu conſtitutionum & ordinationum prædictarum, aliquatenus impedientes eundem, quominus uteretur liberè, in omnibus, priſtinâ plenitudine Regiæ poteſtatis, movere attentiùs & efficaciter inducere curaretis;

Contradictores per excommunicationis in perſonas, & interdicti in terras eorum ſententias, remoto appellationis obſtaculo, cohercendo;

Sed vos, ut accepimus, ipſius prædeceſſoris morte intercedente, in ipſius mandati executione procedere omiſiſtis:

Quocirca nos ad eundem Regem, ob ſuæ devotionis merita, intimæ caritatis affectum habentes, & cupientes fore proſperum & pacificum ſtatum ejus, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus, ſi eſt ita, præfatos Regem, & Reginam, ipſorumque filios denuntiantes publicè a juramenti prædicti vinculo abſolutos, ſuper præmiſſis curetis efficaciter procedere de plano, & ſine ſtrepitu judicii, juxta directarum vobis ejuſdem prædeceſſoris continentiam litterarum.

Non obſtante ſi aliquibus a ſede Apoſtolica ſit indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut eorum terræ Eccleſiaſtico interdicto ſupponi non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes

A.D. 1262. Hen. 3. cientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem: aut quacunque alia ipſius ſedis indulgentiâ, per quam effectus præſentium impediri poſſet, ſeu etiam retardari.

Dat. Viterbii, quinto Kal. Martii, Pontificatûs noſtri anno primo. A.D. 1262. Hen. 3.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Littera Scotiæ Regi reſponſoria de quibuſdam negotiis.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. Clauſ. 46. H. 3. m. 12. d.

REX Angliæ Regi Scotiæ ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Accedens ad nos Johannes de Londors, Clericus & Nuncius veſter, negotia, quæ ſibi per vos fuerant injuncta, nobis laudabiliter expoſuit & diligenter; quibus auditis & plenius intellectis, ea juſſimus expleri prout ipſe vobis referre poterit viva voce.

Scripſimus namque Regi Norwageiæ pro Nunciis veſtris vobis remittendis, & pro facto quod vertitur inter vos & ipſum.

Similiter etiam Domino Papæ pro veſtris negotiis ſcripſimus veluti pro noſtris.

Pro facto autem Eccleſiæ de Salkhull, ad nos vocari fecimus Epiſcopum Karliolenſem uſque ad unum menſem poſt Paſcha futurum, ut negotio, quod inter vos agitur, per viam pacis ſeu juſtitiæ, quatenus poterimus, conſilium apponamus.

Cæterum, quia veſtra negotia noſtra non minus reputamus, & in hiis, quæ vel ad ſecuritatem veſtram, vel ad commodum pertinent, veſtris deſideriis annuere vellemus, libenter præfatum Nuncium veſtrum nobiſcum tam diù retinuimus, ut vobis ſolutionem illius pecuniæ, quam ſatis nôſtis, ſi ad hoc nobis via pateret, fieri provideremus; A.D. 1262.

Verum quia pro variis & urgentibus negotiis noſtris, quæ vos credimus non latere, multa nos oportuit effundere, & impenſas intolerabiles facere anno præſenti, nec exitus ſeu proventus, nobis debitos, recepimus prout temporibus aliis fieri conſuevit;

Et inſuper cum jam dilecto nobis Alexandro, Seneſcallo Scotiæ, de quingentis Marcis, nomine veſtro, ſatisfecerimus prout rogaſtis (per quod nobis pecunia non extat ad manus) Sinceritatem veſtram requirimus & rogamus quatenus moleſtum non habeatis, ſi vobis, ad præſens, non ſatisfecimus de pecunia ſupradicta;

Et quia nollemus vobis terminum vel terminos ulterius aſſignare, niſi eos obſervari faceremus in totum, rogamus ut unam medietatem pecuniæ prædictæ in Feſto Sancti Michaelis proximo futuro, & aliam medietatem ad Paſcha, abſque mentis veſtræ tædio vel gravamine, recipere velitis hujuſmodi nobis rogatum concedendo benigne, quia terminos prædictos vobis faciemus modis omnibus plenius obſervari.

Teſte Rege apud Windleſoram, 23 die Martii.

Littera ab Edwardo Principe de adventu ſuo ad Regem.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.

EXcellentiſſimo Principi, Domino & Patri ſuo reverendo, Domino Henrico, Dei gratiâ, illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, Edwardus filius ſuus ſalutem, cum omni reverentia, ſubjectione, & honore.

Super eo minime volens redargui ut ea, quæ proceſſerint de labiis meis, irrita reputarentur, reverendæ Celſitudini veſtræ duxi ſignificandum quod, ſecundum promiſſum meum, omnibus aliis prætermiſſis, in inſtanti feſtivitate Paſchæ ad vos venire non omittam, paratus in omnibus, pro poſſe meo, veſtra mandata & præcepta perimplere. A.D. 1262.

Præterea, auditis & diligenter intellectis articulis, in tranſcripto literarum, Domini Regis Franciæ, vobis directarum ſuper negotio Bragor. & Gouc. contentis; taliter in eiſdem, Deo dante, & conſilio veſtro mediante, procurabimus pertractari, quod vobis & mihi cedet in commodum cum ad vos venero.

Et quoniam Enſ. de Domon nuper miſi London. pro quibuſdam negotiis meis

A.D. 1262. Hen. 3. meis ibidem expediendis, qui ſecum ſigillum meum detulit, has literas ſigillo Domini Warini de Baſſigburn. Militis mei feci ſigillare.

Dat. apud Briſtoll. triceſimo primo die Martii, anno Regni veſtri quadrageſimo ſexto. A.D. 1262. Hen. 3.

Littera Regi pro Monaſterio Silvæ Majoris.

A.D. 1262. *An. 46. H. 3.* *Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.*

SEreniſſimo Domino Henrico, Dei gratia, Regi Angliæ, Duci Acquitanniæ, frater B. Monaſterii Silvæ Majoris Miniſter, cum ſubjectione & reverentia debita & devota.

Cum Monaſterium noſtrum Silvæ Majoris uſque ad tempora iſta a prædeceſſoribus veſtris & vobis fuerit multis privilegiis inſignitum, libertatibus & donariis decoratum, & ſub veſtræ munificentiæ brachiis incrementum acceperit laudabile, & inter veſtri Regni Monaſteria defenſione & protectione honoratum,

Veſtræ Magnificentiæ Mageſtatem eâ, quâ poſſumus, & nobis licitum eſt, affectione deprecamur quatenus præclariſſimum filium veſtrum Dominum Edwardum, qui ad præſens pro vobis in Vaſconia dominatur, dignemini exorare ut, Monaſterium noſtrum ſub protectione & defenſione ſpecialiter habeat, in hac parte devotionem noſtram & prædeceſſorum veſtrorum humiliter oſtendendo; &, ſiqua conſilio Conſiliariorum aliquorum, quærentium potius lucrum proprium, quàm ea quæ ſunt ——, contra Monaſterium fieri mandaverit, ea in bonum Monaſterii dignetur immutare. A.D. 1262.

Scit enim veſtra Magnificentia quod, niſi noſtrum Monaſterium veſtra protectione vallatum fuerit, in nulla proſperitate poterit remanere, immo Conventui neceſſe fuerit ad alia Monaſteria ſe transferre, &, de quo valde dolendum erit, pro neceſſariis mendicare.

Et, quod a vobis, vel ab eodem Domino Edwardo ordinatum fuerit in hac parte, nobis, ſi placet, dignemini per patentes literas declarare, & Ballivis veſtris Vaſconiæ mandatum ſuper hoc ſpeciale.

Dat. Remiſ. Menſe Aprilis, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo.

In Dorſo,

Illuſtriſſimo Domino Regi Angliæ.

Littera Ludovici Regis Franciæ, Regi Angliæ, de homagio Renaudi de Pontibus recipiendo.

A.D. 1262. *An. 46. H. 3.* *Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.*

LUdovicus, Dei gratiâ, Franciæ Rex, kariſſimo conſanguineo ſuo Henrico, eâdem gratiâ, Regi Angliæ illuſtri, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitanniæ, fideli ſuo, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Mandamus vobis, tanquam Duci Acquitanniæ, quatenus Renaudo de Pontibus & ejus uxori, ſuper homagio quod vobis offerunt de Genciaco & ejus pertinentiis, certum diem & certum locum aſſignetis in Waſconia, & illud homagium ſeu ejus fidelitatem recipiatis ibi, vel recipi faciatis, ſecundum quod Procuratoribus veſtris per jus fuit in Curia noſtra dictum.

Literaſque veſtras apertas eidem Renaudo & ejus uxori ſufficientes de conductu, eundo ad dictum diem & dictum locum, ac etiam morando ibidem propter hoc, & inde redeundo.

Præterea Seneſcallis veſtris Vaſconiæ & Petragoricen. per veſtras mandetis literas, ut teſtes de eorum Seneſcalliis, quos idem Renaudus & ejus uxor ſibi nominaverint, uſque ad duodecim perſonas, coram nobis adjornent ad inſtantem Quindenam Penthecoſtes, ad ferendum teſtimonium in cauſa, quam habent dictus Renaudus & ejus uxor contra vos coram nobis: Taliter ipſum Renaudum & ejus uxorem de prædicto expedientes homagio infra prædictam Quindenam Penthecoſtes, ne ſuper cauſa Bregeriaci, quam contra vos in noſtra habeant Curia, valeant impediri. A.D. 1262.

Dat. die Jovis ante Lætare Jeruſ.

Littera, de recommendatione, Regi Angliæ, ab Rege Franciæ ex parte Epiſcopi Hiberniæ.

Littera Regis Franciæ pro Nicholao de Senooz.

A.D. 1262.
An. 46. H. 3.
Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.
A.D. 1262.

LUdovicus, Dei gratia, Franciæ Rex, Egregio Principi, kariſſimo conſanguineo ſuo Henrico, eadem gratia, illuſtri Regi Angliæ, Domino Yberniæ, & Duci Acquitanniæ, fideli ſuo, ſalutem & dilectionem ſinceram.

Pro Nicholao, dicto de Senooz, Cive noſtro Rothomag. latore præſentium vos rogantes quatenus debitum bonum & legale, in quo ſibi tenemini, ſicut dicit, cognitum aut probatum eidem reddi faciatis, atque ſolvi.

Act. apud Giſortium, Dominica in Octabis Paſchæ.

Ejuſmodi Littera pro Helya le Ber.

A.D. 1262.
An. 46. H. 3.
Ibidem.
A.D. 1262.

LUdovicus, Dei gratiâ, Franciæ Rex, Egregio Principi, kariſſimo conſanguineo ſuo, H. illuſtri Regi Angliæ, Domino Yberniæ, & Duci Acquitanniæ, fideli ſuo, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Pro Helya, dicto le Ber, Burgenſi noſtro Rotomagen. latore præſentium, quatenus debita bona & legalia, quæ ſibi debentur ab hæredibus Johannis Flaming commorantibus in Anglia, ſicut dicit, eidem reddi faciatis (dum tamen cognita fuerint aut probata) tantum ſuper hoc facietis quantum velletis quod pro vobis in caſu conſimili faceremus.

Dat. apud Vicenas, Dominica poſt inventionem ſanctæ Crucis.

Littera ab Iſabella Domina Credoun ſorore Regis.

A.D. 1262.
An. 46. H. 3.
Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.
A.D. 1262.

EXcellentiſſimo viro Domino, &, ſi placet, ſuo fratri kariſſimo Henrico, Dei gratia, Angliæ Regi potentiſſimo, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, Iſabella Domina Credoun, ſoror ſua humilis & devota, ſalutem, ſi placet, & paratiſſimum famulatum.

Excellentiæ veſtræ ſupplico quatenus de ſtatu veſtro, quem ferventi deſiderio deſidero eſſe & ſemper fore proſperum & fælicem, me veſtri gratia certam reddatis.

Præterea, cum ego ad præſens neceſſitate permaxima ſim compulſa cum, ratione maritagii cujuſdam filiæ meæ, quam cuidam nobili de Concilio amicorum meorum dedi in uxorem, de quo maritagio nondum dicto nobili ſatisfeci, cum propter varios caſus, crebrius emergentes quorum occaſione magnos ſumptus ſæpius facio, & adhuc factura ſum ampliores, & ego quamdam ſummam pecuniæ a vobis & veſtris ſingulis annis conſueverim recipere, videlicet quamdam partem ex benigna largitudine veſtra, & aliam partem ratione hæreditatis liberorum meorum exiſtentis in partibus Angliæ, a ſolutione cujus pecuniæ per multum temporis ceſſatum eſt,

Excellentiam veſtram humilibus precibus interpellero dictam pecuniam, cujus lator præſentium novit ſummam, vel ſaltem aliquam partem, ad veſtræ arbitrium voluntatis, quod egeſtatem, quam patior, aliquantulum valeat reſpicere, in veſtri gratia, amore Dei, ſolvi faciatis & tranſmitti per præſentium portitorem.

Valeat Excellentia veſtra in Domino ſemper, & utinam valeant preces meæ.

Data in Feſto Sancti Marci Evangeliſtæ, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo.

Littera Galfridi de Lezignac pro prædicta Iſabella.

A.D. 1262.
An. 46. H. 3.
Ibidem.
A.D. 1262.

EXcellentiſſimo Domino ſuo, H. Dei gratiâ, illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitan. Galfridus de Lezign. frater ſuus, ſi placet, ſalutem & paratam ad beneplacita voluntatem, cum omni genere reverentiæ, ſervitii & honoris.

A.D. 1262.
Hen. 3.

Cum kariſſima ſoror veſtra Nuncium ſuum ad vos mittat pro negotiis ſuis, Dominationem veſtram affectuoſe rogamus quod in negotiis ſuis expediendis, in toto vel in parte, conſilium, noſtri gratiâ, apponatis; ſcimus enim quod urgens neceſſitas ipſam compellit ad vos mittere pro negotiis ſupradictis.

Diu & bene valete.

A.D. 1262.
Hen. 3.

Littera Regi Angliæ a Beatrice uxore Domini Johannis Britan. ſuper eodem negotio.

Littera a Duciſſa Britanniæ de negotio antedicto.

A.D. 1262.
An. 46. *H.* 3.
Ibidem.

A——-Treſhaut Seignor, e a ſon Treſchere Piere, ſi li pleſt, Henri, par la grace de Deu, Roe d'Engleterre, Seignor de Lyrland, e Duc d'Acquitaigne, Beatrice, ſa devote file, Feme a mon ſor, Jehan de Bretaigne, ſalut, e amor cum a ſon cher Seignor, a ſoe aparellie a fere ſa volente en totes choſes.

Je vos faz a ſavoer, ſire, que m'Ante, la Dame de Croon, m'eſt venue voer, e ma prie que je ves priaiſe, que vos li Bendeſies une dete, que vos li deues;

A.D. 1262.

E ſachez, ſire, qu'ele en a ben meſtir por une ſene fille a marrie; por que je vos pri, ſire, que vos, ſi vos pleſe, li Bendes icele dete, e vos pri, ſire, que vos enfacerz tant por nos de ceſte choſe, qu'ele s'aparcoeve que mes Prieres li aet valu,

E noſtre ſire vos gart.

De proclamando quod Rex a juramentis abſolvitur.

A.D. 1262.
An. 46. *H.* 3.
Clauſ. 46. *H.* 3. *m.* 11. *d.*

REX Vicecomiti Eboracenſi ſalutem.

Cum nuper apud Oxonium, per voluntatem Baronum noſtrorum, ordinationibus & conſiliis eorum ſuppoſuerimus nos, & ſtatum negotiorum noſtrorum, & Regni noſtri, ſub quibuſdam conditionibus & promiſſionibus nobis factis, quas minime nobis obſervarunt;

Ac ipſi poſtmodum plura, in præjudicium noſtrum, & depreſſionem poteſtatis Regiæ, nec non in dampnum ſubditorum noſtrorum & ſuorum, attemptare præſumpſerint; & colligationes inter ſe fecerint, quæ in præjudicium & derogationem juris Regii, & turbationem pacis noſtræ cedere perpendimus manifeſte: propter quod, ex formâ noſtræ conceſſionis, eis ulteriùs ad obſervationem præmiſſorum non tenemur.

Et cum, bonæ memoriæ, Alexander Papa quartus, nos ab obſervatione dictæ conceſſionis noſtræ poſtmodum abſolverit: & Dominus Papa Urbanus, qui nunc eſt, dicti prædeceſſoris ſui adhærens veſtigiis, nos a juramentis, & aliis, dictas ordinationes ſeu ſtatuta contingentibus, abſolutos denunciari, & dictas Colligationes, Ordinationes ſeu Statuta diſſolvi mandaverit, quod per venerabilem patrem Norwicenſem Epiſcopum, & diſcretum virum Johannem Manſel Theſaur. Eborum, dicti mandati executores, interveniente inſimul authoritate venerabilis patris B. Cantuar. Archiepiſc. ipſorum collegæ, plenius eſt denunciatum;

A.D. 1262.

Nos, poteſtate noſtra Regia libere uti, & ſingulis tàm majoribus, quàm minoribus, prout ad nos pertinet, juſtitiæ plenitudinem exhibere volentes, tibi præcipimus, quod hæc in pleno Comitatu tuo, & per totam Ballivam tuam publice facias denunciari, & ſcire facias univerſitati Comitatûs prædicti, quod cum omni ſecuritate & confidentia juſtitiam obtinendi jus ſuum, tàm contra majores, quàm contra minores, coram nobis & alibi, authoritate noſtra proſequantur; quia nulli eorum deeſſe volumus in ſua juſtitia, quin tàm contra majores, quàm contra minores plenam juſtitiam valeant obtinere;

Libertates inſuper, tàm in magna Charta noſtra, quàm in Charta noſtra de Foreſta contentas, in omnibus plene volumus obſervari.

Et, ſi forte contingat, quod aliqui in Balliva tua dictis colligationibus adhæreant, aut contra jus regalitatis noſtræ, aut etiam contra executionem tui officii aliquid attemptare, aut contra nos & honorem noſtrum prædicare, aut populo ſuadere præſumpſerit, eos arreſtari facias & cuſtodiri, donec aliud a nobis ſuper hoc habueris in mandatis.

Teſte Rege apud Weſtm. ſecundo die Maii.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

De Ricardo Rege Romanorum ad Regnum ſuum properante.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.

A.D. 1262.

MAgnifico Principi, Domino & fratri ſuo, Henrico, Dei gratia, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, R. eadem gratia, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ſalutem & ſinceræ dilectionis augmentum.

Super eo Excellentia veſtra nos requiſivit ut hac die Veneris, proxima ante Aſcenſionem Domini, vel in craſtino eſſemus apud Cippeham: Serenitati veſtræ duximus ſignificandum quod ita multiplicibus & urgentibus negotiis, quæ nobis, propter feſtinum iter noſtrum verſus Regnum noſtrum Alemanniæ, oneroſa incumbunt, ſumus graviter impediti; ac propter Nuncios nobilium Alemanniæ, de novo pro arduis negotiis, nos & ipſos tangentibus, ſupervenientes, quos cum maxima maturitate & deliberatione non modica nos expedire oportet, quod præſens veſtram viſitare præſentiam poſſumus nullo modo;

Quod quidem, ſi placet, moleſte non feratis; &, ſi pro dicto inter vos & Comitem Glouceſtriæ venire deberemus, ſcire vos volumus quod noſtrum eſſet conſilium, quod, dicto ipſo pronunciato, illud modis omnibus obſervaretis indefeſſe.

Data apud Wallingford, undecimo die Maii, Indictione quinta, anno Regni quinto.

Bulla Abbati & Conventui Monaſterii Sanctæ Crucis de Waltham, quod non liceat obligare bona ſua creditoribus propter alicujus mandatum.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. Ex Autogr.

A.D. 1262.

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii Sanctæ Crucis de Waltham, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Auguſtini, Londonienſis Diocæſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Eccleſiarum utilitatibus tunc rectè conſulimus, cum earum indempnitatibus præcavemus.

Sane ad audientiam noſtram pervenit quod, diverſis creditoribus, per patentes litteras veſtro ſigillo munitas, in diverſis pecuniarum ſummis vos ad importunam aliquorum inſtantiam, obligaſtis: de quibus plerumque, quamquam ad manus veſtras non pervenerint, nec ceſſerint in utilitatem Monaſterii veſtri, creditoribus ipſis ſatisfacere vos oportet, propter quod Monaſterium ipſum incurrit ſæpius detrimentum:

Nos itaque volentes, ſuper hoc, ſalubre remedium adhibere, Univerſitati veſtræ auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne, ad aliquorum inſtantiam, vel mandatum, vos prædictum Monaſterium, vel bona ejus obligare aliquibus creditoribus de cætero præſumatis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Viterbii, ſecundo Non. Maii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sigillo avulſo.

Lewelino filio Griffini de emendatione treugarum.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. Clauſ. 46. H. 3. m. 10. d.

A.D. 1262.

REX Lewelino filio Griffini, ſalutem.

Super eo quod nos rogaſtis quod interceptiones, nuper factas per Rogerum de Mortuo Mari, & Johannem le Eſtraunge in terris Griffini de Bromfeud, contra formam treugarum, inter nos initarum, faceremus emendari;

Sciatis quod mandavimus dictatoribus treugarum prædictarum, pro parte noſtra deputatis, quod, a die Sancti Johannis

A.D. 1262. Hen. 3.

hannis Baptiſtæ in unum menſem, ſint ad vadum Muntgomery pro emendatione interceptionum prædictarum, ſi quæ factæ fuerint in partibus illis contra formam earumdem.

Et mandavimus dilectis & fidelibus noſtris, Humfrido de Boun Comiti Hereford. & Jacobo de Aldithel quod, dictis die & loco, interſint ad dictas interceptiones, ſi quæ factæ fuerint, prout juſtum fuerit, plenius emendandas.

Quapropter dictatores veſtros, ad prædictos diem & locum, mittatis pro emendatione interceptionum prædictarum, & etiam pro emendis, per vos & veſtros præſtandis, ſuper tranſgreſſionibus, ſi quæ nobis vel hominibus noſtris illatæ fuerint, contra formam treugarum prædictarum.

Teſte Rege apud Weſtm. octavo die Junii.

Per Regem & Concilium.

De Colloquio inter Regem & Regem Franciæ habendo.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. Clauſ. 46. H. 3. m. 12. d.

REGI Franciæ, Rex Angliæ ſalutem, & continuum ſinceræ dilectionis augmentum.

Cum negotium pacis, inter vos & nos jam dudum firmatum, nondum ſit in quibuſdam articulis totaliter expeditum, Celſitudinem veſtram affectuoſe rogamus quatenus, cum ex corde deſideremus veſtro frui colloquio & aſpectu, nobis, per dilectum & fidelem noſtrum Imbertum de Montferrant, diem & locum ſignificare velitis, quibus ad præſentiam veſtram, dante Domino, perſonaliter accedamus, vel ſolempnes Nuncios noſtros mittamus, ſi forte, quod Deus avertat, quo minus perſonaliter veniamus, fuerimus impediti.

Teſte Rege apud Weſtm. 22 die Apr.

De Hoſpitio pro Rege apud Poiſy, vel apud Sanctum Maurum.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. Ibid. m. 9. d.

REGI Franciæ, Rex Angliæ ſalutem & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Super eo quod optioni noſtræ relinquere voluiſtis ut, in adventu noſtro Pariſ. hoſpitari poſſimus apud Poiſſy, vel apud Sanctum Maurum de Foſſatis, Serenitati veſtræ grates referimus ſpeciales.

Celſitudini veſtræ ſignificantes quod malumus apud Sanctum Maurum hoſpitari, ſi placet, quam alibi; eo quod vobis, apud Viſcenes exiſtentibus, ibidem commode poterimus veſtro frui colloquio & aſpectu;

Quapropter jubere velitis, ſi placet, hoſpitium illud noſtris Nunciis liberari.

Nos enim iter noſtrum jam direximus ut, die ſtatuto, ad veſtram valeamus præſentiam pervenire.

Teſte Rege apud Weſtm. viceſimo quarto die Junii.

De morte Lewelini filii Griffini.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. Clauſ. 46. & 47. H. 3. m. 4.

REX Philippo Baſſet Juſticiario ſuo Angliæ, ſalutem.

Sciatis nos, &. Reginam conſortem noſtram, liberoſque noſtros ſanos eſſe & incolumes, quod de vobis ſcire præcordialiter affectamus; regratiantes vobis ſuper hoc quod rumores, quos de morte Lewelini filii Griffini acceperatis, nobis adeo tempeſtive ſignificaſtis.

Verumptamen, licet aliam non habuerimus certitudinem de morte prædictâ, ex habundanti tamen vobis mittimus litteras noſtras, directas H. Comiti Hereford, Rogero de Mortuo Mari, Reginaldo filio Petri, Johanni Leſtraunge, Johanni filio Alani, Thomæ Corbet, Griffino filio Wennuwen, Fulconi filio Warini, & Radulpho le Butyller,

Continentes quod, cum prædictus Lewelinus non extiterit verus hæres Walliæ, nec per conſequens David poſt natus frater ejus, per quod nullum jus competit eidem David in terra Walliæ, maxime

A.D. 1262. Hen. 3.

maxime primogenito fratre ſuo ſuperſtite, & etiam homagia Nobilium Walliæ ab antiquo jure ad nos debeant pertinere, conſilium & auxilium apponant per ſe, & amicos ſuos, & commarchiones, quod præſumptuoſa dominatio prædicti David deprimatur, & juriſdictioni Regiæ applicetur.

Eodem autem modo ſcribimus Jacobo de Aldithel, hoc adjecto quod, habito Colloquio cum Griffino de Bromfeld, qui ſororem ſuam duxit uxorem, inducat ipſum ut, ſpreta confœderatione ipſius David, noſtræ adhæreat fidelitati.

Scribimus etiam Howelo fratri ejuſdem Griffini, quod ipſum fratrem ſuum ad hoc inducat.

Item ſcribimus Mereduco filio Reſi, quod de Sutwallia nullam concordiam vel amiticiam cum prædicto David ineat, quo minus veniat ad fidem noſtram.

Unde vobis mandamus quod, ſi præfatus Lewelinus mortuus fuerit, ut prædictum eſt, tunc præfatas litteras noſtras prædictis Marchionibus, ex parte noſtra, mittatis, & exercitum noſtrum Angliæ ſummoneri faciatis, quod ſit apud Salop. in Vigilia Nativitatis beatæ Mariæ proximo venturæ, paratus ire nobiſcum in expeditionem contra inimicos noſtros Wallenſes.

A.D. 1262. Hen. 3.

Et mandetis, ex parte noſtra, omnibus Militibus, familiaribus noſtris, quod prompti ſint & parati ire nobiſcum ad partes illas, quandocumque reverſi fuerimus in Angliam: vel cum Edwardo filio noſtro primogenito; ſeu cum alio, quem propter hoc ad partes illas citius deſtinaverimus loco noſtri.

Et inſuper tàm ex parte noſtra, quàm ex parte veſtra mandetis aliis Marchionibus amicis noſtris & veſtris, quod omnem, quam poterunt diligentiam apponant, quod colligationes prædictorum Walenſium diſſolvantur, & quod ipſi ad fidem noſtram convertantur: & etiam quod prædicti Marchiones & fideles noſtri terras noſtras & Caſtra in manu noſtra exiſtentia, cum opus fuerit, cuſtodiant, & ea ab inimicorum noſtrorum incurſibus tueantur; taliter vos habentes in præmiſſis quod affectio, quam fideles noſtri habent erga nos, per promptitudinem operis, præſertim dum extra Regnum fuerimus, hiis diebus evidenter appareat in effectu.

Teſte Rege apud Ambian. 22 die Julii, anno &c. 46.

Littera Alfonſo Romanorum & Caſtellæ Regi, de gratiarum actione ſuper auxilio oblato, de non præſtando auxilium contra Regem Alemanniæ, necnon de ſubſidio Africano.

A.D. 1262.

An. 46. H. 3.

Clauſ. 46. & 47. H. 3. m. 4. d.

Magnifico Principi, & Conſanguineo ſuo kariſſimo Alfonſo, Dei gratia, Romanorum Regi ſemper Auguſto, & Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galetiæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, Gien. & Algarbiæ Regi illuſtri, Henricus eâdem gratiâ, &c. ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Diſcretos & prudentes viros, Ferrandum Roderici, Albem. de Ganeis Rubeis, & Petrum de Caſtello, ad nos, cum litteris veſtris de credentia, venientes benigne recepimus ut decebat; qui nobis contra Walenſes & alios Rebelles noſtros ex parte veſtra, ſi indigeremus, ſubſidium competens obtulerunt; ſuper quo vobis ad multimodas gratiarum aſſurgimus actiones:

Significantes vobis quod prædicti Walenſes treugas nobiſcum ceperunt, & illi de Regno noſtro variis turbationibus hactenus agitati, à turbationis inſtantiâ ceſſant ad præſens; propter quod, ſub intervallo hujuſmodi jam tranſtulimus nos ad partes Gallicanas pro quibuſdam negotiis, nos & Regnum noſtrum tangentibus, expediendis ibidem: Nos autem, cum neceſſe habuerimus, auxilium veſtrum, nobis oblatum, cum ſpeciali fiducia requiremus.

A.D. 1262.

Super hoc autem quod dicti Nuncii de Subſidio vobis præſtando contra Regem Alemanniæ petierunt, vos credimus non latere quod ipſe Germanus noſter & homo ligius exiſtat, dudum in Regem Alemanniæ coronatus, & etiam quod oporteat nos ipſum, quem Eccleſia Romana Regem reputat & appellat, pro Rege tenere; propter quod, Imperii pendente negotio ſub examine Romanæ Eccleſiæ, non poſſemus, ſalvo fidei & fidelitatis vinculo, quibus eidem Eccleſiæ aſtringimur, ſuper hoc aliquid attemptare; verumtamen, ſi præfatus germanus noſter vobis injuriatus fuerit in aliquo, & hoc ad monitionem & inductionem noſtram emendare noluerit, nos ſuper hoc, quod fœdera, inter vos, & nos contracta, deſiderant, faciemus.

Cæterum ſuper facto Waſconiæ, de quo prædicti Nuncii nos ex parte veſtra ſolli-

A.D. 1262. Hen. 3.

ſollicitârunt, vobis volumus eſſe notum quod prudentes viros & ſolempnes Nuncios pluries ad Waſconiam deſtinavimus, ad complendum pro parte noſtra quæ in conventione inter vos & nos inita continentur: Qui, ad nos reverſi, aſſerebant quod nichil pro parte noſtra remanſit ulteriùs faciendum; attamen, ſi quid nobis in præmiſſis viſum fuerit omiſſum, vel minus completum, placeat vobis aliquem, ſeu aliquos de veſtris ad partes illas mittere, & nos tales in occurſum ad diem, quem nobis aſſignaveritis, mittemus, qui plenam habebunt poteſtatem faciendi & complendi quæ pro parte noſtra, ſecundum conventionem prædictam, fuerint facienda.

De ſubſidio vero Affricano, de quo dicti Nuncii ſimiliter mentionem fecerunt, vobis ſignificamus quod Regnum noſtrum, occaſione turbationum prædictarum, non in firmo ſtatu exiſtit:

Ceſſantibus autem impedimentis prædictis, & ſtatu Regni noſtri in melius reformato, libenter ſuper hoc faciemus quod honori veſtro & noſtro noverimus convenire.

Teſte Rege apud Sanctum Germanum de Pratis, 16 die Auguſti, anno, &c.

De Emendis Interceptionum contra Treugas cum Lewelino faciendis.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. Pat. 46. H. 3. n. 2.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis nos venerabilibus patribus, R. Coventr. & Lichfeldenſi, & S. Norwicenſi Epiſcopis, & dilectis & fidelibus noſtris, Humfrido de Bohun Comiti Hereford. & Jacobo de Aldithel, quos mittimus ad vadum de Muntgomery in Craſtino beati Michaelis proximo venturo, quibus omnibus, vel eorum aliquibus, vel alicui, quos vel quem ibidem adeſſe contigerit, plenam dediſſe poteſtatem faciendi & recipiendi nomine noſtro emendas ſuper interceptionibus, nuper factis in terris Griffini de Brumfeud vel alibi, contra formam treugarum inter nos & Lewelinum filium Griffini initarum:

Ratum habituri & firmum quicquid ipſi omnes, vel eorum aliqui, vel aliquis, quos vel quem ibidem adeſſe contigerit dictis die & loco, & diebus continuandis, ſi neceſſe fuerit, vel alio die, quem ad hoc providerint vel providerit, nomine noſtro in præmiſſis duxerint, vel duxerit faciendum.

Damus etiam præfatis Epiſcopis, Comiti, & Jacobo, vel aliorum aliquibus, quos vel quem adeſſe contigerit, plenam poteſtatem faciendi diſtrictionem ſuper gentem noſtram pro hiis faciendis & complendis, quæ per Dictatores treugarum prædictarum, utrimque deputatos, in præmiſſis conſiderata fuerint, vel ſtatuta.

In cujus, &c.

Teſte Philippo Baſſet Juſticiario noſtro Angliæ apud Bannebir. 25 die Auguſti.

Littera Regis, Ricardo Regi Romanorum, de Rege ægrotante apud Sanctum Germanum de Pratis, & de ſubſidio eidem Regi Romanorum exhibendo.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. Clauſ. 46. & 47. H. 3. m. 3. d.

REX kariſſimo Fratri ſuo Ricardo, eadem gratiâ Regi Romanorum illuſtri, ſemper Auguſto, ſalutem cum fraternæ dilectionis affectu.

Litteras veſtras nobis tranſmiſſas, per quas petiviſtis ut de ſtatu noſtro vobis curaremus proſpera nunciare, eo jocundiori animo recepimus, quo eas novimus ex intimæ ſinceritatis affectibus proceſſiſſe;

Verum, quia ſcimus quod vobis, ad cumulum recreationis & exultationis, accedet quicquid noſtri corporis ſoſpitati congruerit, aut ceſſerit in profectum, ideo vobis apertiùs ſtatum noſtrum duximus exponendum, intimantes vobis quod infeſtatione febrili adeo depreſſi fuimus & attriti, quod negotia noſtra, pro quibus partes Gallicanas adivimus, nondum potuimus expedire:

Set jam, favente ſalutis auctore, deambulationes facimus extra lectum, ſperantes in Domino quod in proximo poterimus dietas facere competentes; unde vos rogamus quatenus de ſtatu veſtro, quem proſperum ut proprium agnoſcere per-

A.D. 1262. Hen. 3.

peroptamus, nobis crebrò ſignificare curetis, una cum veſtræ beneplacito voluntatis.

Cæterum de Subſidio, de quo dilectus & fidelis noſter Petrus de Sabaudia nuper nobis tetigit ex parte veſtra, & de quo, ante transfretationem veſtram, oblationem vobis fecimus ſicut nôſtis, votum noſtrum conſequi non potuimus; unde pro vobis, magis quam pro nobis dolemus: Verumtamen, cum in Angliam reverſi fuerimus, omnem quam poterimus circa hoc diligentiam impendemus, memoriter retinentes labores & tædia quæ, negotiis propriis diſcrimini & fortunæ commiſſis, pro reformatione ſtatûs noſtri gratanter & liberaliter ſubiiſtis.

Quapropter parati ſumus, & erimus, pro poſſe noſtro, veſtris favere deſideriis, & in hoc & in aliis, honori & exaltationi veſtræ congruentibus, omnem amicitiam quam poterimus, & ſubventionis auxilium vobis, tamquam Germano noſtro kariſſimo, exhibere.

Teſte Rege apud Sanctum Germanum de Pratis, 30 die Septembris.

De Matrimonio inter Ducem Bruneſwicenſem, & ſororem Marchionis Montis-Ferati contracto.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. Clauſ. 46. & 47. H. 3. m. 3. d.

Mandatum eſt Duci Bruneſwik quod; cum inter ipſum, & ſororem Marchionis Montis Ferati, coram Rege & Regina Franciæ, Angliæ, & Navarræ per Regem & Nuncios ipſius Ducis Matrimonium ſolempniter ſit contractum, quatinus, idem Dux ad præſentiam Regis London. veniat, in Quindena Paſchæ proximo ventura, conjugem ſuam prædictam inde ad propria perducturus.

Teſte Rege apud Sanctum Germanum de Pratis, 6 die Octobris, anno, &c.

Pro R. Archiepiſcopo Carent.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Acquitanniæ, dilecto Clerico & Cancellario ſuo, W. de Merton, ſalutem.

Mandamus vobis quod, ſcrutatis Rotulis Cancellariæ noſtræ, faciatis habere venerabili Patri R. Carent. Archiepiſcopo breve ſuum *de liberate*, de termino Sancti Michaelis proximo præterito, de annuo feodo ſuo, quod percipit ad Scaccarium noſtrum.

Teſte meipſo apud Sanctum Germanum de Pratis, 8 die Octobris, anno Regni noſtri 46.

Pro Executoribus Amaudei quondam Comitis Sabaudiæ, & Thomæ de Sabaudia quondam Comitis Flandriæ.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.

Henricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, dilecto Clerico & Cancellario ſuo, W. de Merton, ſalutem.

Sciatis quod ad inſtantiam Executorum Teſtamentorum Amaudi, quondam Com. Sabaudiæ, & Thomæ de Sabaudiæ, quondam Com. Flandriæ, Fratris ejus, conceſſerimus venerabili Patri Philippo Lugdunen. Electo, Fratri prædictorum Amaudi & Thomæ, & Attornato prædictorum Executorum, quod de arreragiis feodorum ſuorum, quæ eis conceſſeramus annuatim percipienda ad Scaccarium noſtrum, idem Electus percipiat, per annum, ad Scaccarium noſtrum, mille Marcas:

Viz. ad Scaccarium noſtrum Paſch. proximo ſequens mille Marcas; & ad Scaccarium noſtrum Sancti Michaelis proximo ſequens quingentas Marcas; & ad Scaccarium noſtrum Paſchæ proximo ſequens alias quingentas Marcas; & ſic, de anno in annum, ad eoſdem terminos, mille Marcas, donec prædicta debita ei fuerint perſoluta.

Et ideo vobis mandamus quod, ſcrutatis Rotulis Cancellariæ noſtræ, breve

de

A.D. 1262. Hen. 3.

de liberate ei, vel certo Attornato ſuo, de prædictis arreragiis habere faciatis ſicut prædictum eſt.

Teſte meipſo apud Sanctum Maurum de Foſſatis, 12 die Octobris, anno Regni noſtri 46.

De Rege per Partes Burgundiæ varias & remotas peregrinaturo.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. *Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.*

AMiciſſimo ſuo Domino, W. de Merton, Domini Regis Cancellario, ſuus J. Maunſell Theſaurarius Eborum ſalutem, quam ſibi.

Sicut pridie vobis ſcripſimus, cauſa cujuſdam infirmitatis noſtræ, divertimus nos de Pariſ. dirigentes greſſus noſtros paulatim verſus partes Angliæ; quia vero quibuſdam Mercatoribus de partibus Franciæ, Creditoribus noſtris, quos nobiſcum duximus, oportuit nos modis omnibus ſatisfacere de magnâ pecuniæ ſummâ, in quâ eis tenebamur, declinavimus ad partes Flandriæ ut eis ibi ſatiſfieri faceremus.

Dominus autem Rex, licet adhuc debilis, ſemper perſeverat in priſtino propoſito ſuo, videlicet ut peregrinationes ſuas perficiat per partes Burgundiæ varias & remotas, quod ſine dubio penitus eſt contra conſilium noſtrum:

Nos enim, dum prope ipſum fuimus, inſtare non ceſſamus ut verſus terram ſuam Angliæ deberet dirigere greſſus ſuos, & poſtmodum, per literas noſtras, ſibi frequenter ſuaſimus, & adhuc ſuadebimus illud idem.

Ipſe tamen non adquieſcit; ſet nos, per literas & Nuncios ſuos, ſollicitare non ceſſat ut ad ipſum, jam circa partes Remen. ut intelleximus, exiſtentem, modis omnibus accedere debeamus, revera quaſi ſolus eſt, & neminem de terra ſua ſecum habet.

Propter quod oportebit nos, quamcito Deus ſanitatem nobis præſtiterit, greſſus noſtros, non ſine diſcrimine, dirigere verſus ipſum.

Petimus autem quatenus ſtatum & beneplacitum veſtrum, una cum ſtatu Regni, & aliis, ſi quæ relatione digna fuerint, & nobis velitis reſcribere tanquam veſtro.

De Sententiis Excommunicationis in perſonas Domini Regis & Reginæ, aut interdicti in Capellam, Terras, Civitates, Caſtra & Maneria ſua non promulgandis, abſque mandato ſpeciali Sedis Apoſtolicæ, ad tempus quinquennii.

A.D. 1262. An. 46. H. 3. *Ex Autogr.*

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Inclita Serenitatis tuæ devotio promeretur ut, quòd à nobis dignè poſtulas, ad exauditionis gratiam liberaliter admittamus.

Tuis itaque ſupplicationibus inclinati, auctoritate tibi præſentium indulgemus, ut nullus delegatus, vel ſubdelegatus, executor aut etiam conſervator, auctoritate litterarum Sedis Apoſtolicæ, ſeu legatorum ipſius, in te, & cariſſimam in Chriſto filiam noſtram, Reginam Angliæ illuſtrem, uxorem tuam, excommunicationis; vel Capellam, Terras, Civitates, Caſtra, & Maneria tua interdicti ſententias promulgare valeat, abſque ſpeciali mandato ſedis ejuſdem, plenam & expreſſam faciente de indulto hujuſmodi mentionem; præſentibus poſt quinquennium minimè valituris.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. apud Urbem veterem, 7 Id. Novembr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo Sigillo a Filis Sericis flavi rubeique coloris.

Littera

Littera Haguino Regi Norwegiæ de Negotio Scotiæ.

A.D. 1262. An. 47. H. 3. Clauſ. 46. & 47. H. 3. m. 1. in Sced.

HEnricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Egregio Principi H. eâdem gratiâ, Regi Norwegiæ illuſtri, ſalutem, & fælices ad vota ſucceſſus.

Literas veſtras, nuper nobis tranſmiſſas, benigne recepimus ut decebat, ex quarum tenore perpendimus quod veſtræ non extitit voluntatis exercitum ducere in Regnum Scotiæ: vel aliquam guerram movere Regi Scotiæ affini noſtro kariſſimo; nec etiam Nuncii ejuſdem Regis, in terra veſtra areſtati, contra honeſtatem Regiam tractati fuerunt, ſicut ex gravi querela quorundam nobis extitit plenius intimatum; ſuper quo manſuetudinem Regiam plurimum commendamus.

De eo etiam quod eoſdem Nuncios, ad preces ipſius Regis, liberari feciſtis liberaliter & benigne, ſicut in prædictis literis veſtris perpendimus contineri, Serenitati veſtræ gratiarum referimus actiones.

Et quia nollemus, ſicut nec deceret, aliquam diſſenſionis materiam inter vos, & præfatum Regem ſuboriri, ſed potius priſtinæ dilectionis fœdera, inter Progenitores veſtros, & ſuos dudum inita, ad honorem Dei, necnon & utriuſque Regni commodum & quietem, in poſterum feliciter continuari; A.D. 1262.

Præfatum Regem Scotiæ rogabimus, & diligenter inducemus quod, ſi per ipſum, vel ſuos, dampnum, vel injuria vobis, vel veſtris fuerit illata, vobis eâ, quâ convenit, amicitia & vicinitate faciat emendari.

Quapropter ſerenitatem veſtram rogandam duximus cum affectu, quatenus erga præfatum Regem & gentem ſuam tam curialiter & modeſte vos habere velitis, quod mutuo honori veſtro conveniat, & circumſpectionem veſtram pacificam merito commendare poſſimus.

Teſte meipſo apud Rem. 15 die Novembris, anno Regni noſtri quadrageſimo ſeptimo.

De Maritagio Alberti Ducis Bruneſwici cum ſorore Marchionis Montis-Ferrarii.

A.D. 1262. An. 47. H. 3. Clauſ. 46. & 47. H. 3. m. 1. in Sced.

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Nobili viro, & Conſanguineo ſuo A. Duci Bruncivici ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cum nuper, in infirmitate noſtra Pariſ. negotium fœderis, inter vos, & nobilem mulierem ſororem Marchionis Montis-Ferrati, ad honorem veſtrum fecerimus expediri, ſicut per Nuncios veſtros, nobiſcum exiſtentes ibidem, plenius vobis ſignificavimus: & vos noſtræ & quorundam aliorum voluntati ſupponere voluiſtis de hiis, quæ vobis fieri deberent ratione prædicti maritagii, ſicut per litteras veſtras plenius, nobis innotuit;

Nos, nacta convaleſcentia, in animo revolventes quod hoc nulla ratione in nos aſſumere poſſemus, niſi plenius nobis de veſtra voluntate conſtaret, vos rogamus quatinus voluntatem veſtram in præmiſſis nobis apertius explicetis, ut omnia, præſens negotium tangentia, clara ſint & liquida, cum nos & vos adinvicem contigerit convenire. A.D. 1262.

Nos autem, & Regina noſtra, & prædicta Conſors veſtra, ſani ſumus & incolumes, benedictus Deus, quod de vobis frequenter audire deſideramus; parati pro vobis ea facere, quæ honori veſtro noverimus convenire; ſtatum autem & beneplacitum veſtrum nobis ſæpius demandetis.

Teſte meipſo apud Wytſand. 18 die Decembris, anno Regni noſtri quadrageſimo ſeptimo.

De Rege in Angliam revertente; & de Epiſcopi Wintonienſis ingreſſu in Eccleſia ſua.

A.D. 1262. *An.* 47. *H.* 3. *Ex Bundel. Litter. tempore H.* 3.

EXcellentiſſimo Principi & Domino ſuo & reverendo Domino H. Dei gratia illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Duci Acquitanniæ; ſuus J. ejuſdem miſeratione, Wyntonienſis Eccleſiæ Miniſter humilis, ſalutem & ſe ipſum cum omni reverentia & honore.

De adventu veſtro proſpero in Anglia, quem ſitibundis affectionibus jam dudum expectavimus, grates Altiſſimo referimus copioſas; verum Regalis Celſitudinis veſtræ literas, die Sabbati proximo ante Natale Domini, dieque Dominica in ejuſdem Vigilia, diverſis tamen Nunciis, eodem recepimus ſub tenore, quod feſtum Natale prædictum vobiſcum celebraremus Cantuar. vobiſque ad mare uſque Dovorr. occurſuri:

Ad quæ, tam pro loci diſtantia, quàm pro temporis brevitate, nos jam impoſſibiles effici ſatis liquet. Ingreſſu etiam in Eccleſia noſtra Cathedrali Wyntoniæ dudum diſpoſito & parato, quem Regalis Majeſtatis præſentia præſtolata diutius credidimus illuſtrari, prout ore tenus veſtræ dominationi nos Pariſ. repoſuiſſe meminimus; A.D. 1262.

In quibus noſtram impotentiam, non voluntariam, ſet potius neceſſariam, Regali Excellentiæ veſtræ habere placeat excuſatam, pro quo Magiſtrum Petrum de Exonia, Nepotem noſtrum, Majeſtati Regiæ deſtinamus, pro ſolempni gerentes tripudio, ſi nobis per eundem veſtræ proſperitatis eventus, ſanitate comite, nuncietur, unà cum veſtræ beneplacito voluntatis, ad quod paratos nos & meritò promptos pro viribus profitemur.

Cæterum, de ſtatu noſtro & Eccleſiæ noſtræ, quam multis perſecutionum procellis invenimus conquaſſatam, ordinato & diſpoſito, ſub celeritate qua poterit, poſt feſtum memoratum, greſſus noſtros verſus vos, annuente Domino, quam citius dirigemus.

Excellentiam veſtram conſervet Altiſſimus, utinam! per diuturna tempora proſpere regnaturam.

Dat. Winton. in Vigil.

Littera ab Epiſcopo Herefordenſi, de perturbatione in partibus Marchiæ Walliæ.

A.D. 1263. *An.* 47. *H.* 3. *Ex Bundel. Litter. tempore H.* 3.

EXcellentiſſimo Principi, Domino H. Dei gratiâ, illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, N. eadem gratiâ Hereford. Eccleſiæ Miniſter humilis, ſalutem, & debitam ac devotam cum omni honore reverentiam.

De jocundo adventu veſtro in Angliam gratias Altiſſimo referimus multiplices; Scientes quod literas veſtras recepimus, apud Glouceſtriam, die Sanctorum Innocentium in ſero, per Hugonem de Croy Militem, & quendam alium Nuncium.

Ad hoc noverit Excellentia veſtra, quod tota Marchia ita perturbata eſt qualiter non fuit temporibus noſtris; Plures enim Milites de Marchia diverſa dudum fecerunt Parlamenta, blada ſua & inſtaurum vendiderunt, & quidam eorum terras ſuas, ut dicitur, alienarunt, alii quidem domos ſuas vacuas dimiſerunt, quorum nomina veſtram non credimus Excellentiam ignorare.

A.D. 1263. Lewelinus vero Princeps Walliæ nuper intravit terram Domini Rogeri de Mortuo Mari cum treſcentis equitaturis armatis, & triginta millibus peditibus bellatorum, & Caſtrum dicti Domini Rogeri, de Knoklas obſedit & cepit: Caſtrum verò, ejuſdem Domini R. de Kenenchles ſibi redditum fuit, a quo dictus Dominus Rogerus cum tota familia ſua, abſque læſione ſeu conflictu, exivit. Et, licet credimus quod omnes homines veſtri erga vos fideliter ſe habeant, ab omnibus, cum de patria dicitur communiter quod hoc totum ſit in fraudem & alicujus mali machinationem, unde ita eſt tota Marchia perterrita quod omnes de Dioc. noſtra cum bonis ſuis ad Eccleſiam confugerunt, nec ibidem etiam credunt eſſe ſecuri.

Wallenſes vero terras in Marchia uſque prope Webyl, Erdeſl. & Walle de Wygemer combuſſerunt pro majore parte, & deprædati ſunt.

Ob

A.D. 1263. Hen. 3. Ob prædicta autem Caſtrum noſtrum Hereford munivimus hominibus & Victualibus, prout melius potuimus, & Cives veſtros quod fideliter ſe haberent ſollicitamus, & erga vos apud Glouceſtriam venimus, nec inde pro quadam gutta quam —— gravamur nos ulterius tranſferre nequivimus.

Unde Excellentiam veſtram votive requirimus & rogamus quatenus, cum omni feſtinatione, ad Caſtrum Hereford. quadraginta homines equites armatos, probos & ſtrenuos, ad minus mittatis, ſicut Marchiam diligitis, & eam ſalvare volueritis.

Omnes eos apud Glouceſtr. expectabimus, & cum eiſdem Hereford. adibimus, vel ad vos veniemus, & conſilium & auxilium, quod poterimus, eiſdem impendemus: Mandantes etiam Civibus Hereford quod Conſtabulario, quem dictis armatis præficietis, claves Civitatis tradant, & eidem intendant. A.D. 1263. Hen. 3.

Ad hoc ſciatis quod, licet eſſemus nos incolumes, ad vos tamen ſecure venire non poſſemus ad præſens, quia quidam malivoli veſtri ſanguinem noſtrum ſitiunt, qui nos explegitorem reputant, dicentes quod nichil in Marchia quod vobis non revelamus. Valeat Excellentia ——————

Littera Edwardo primogenito de Marchiis Walliæ turbatis, propter quod in Angliam ſine mora veniret.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Clauſ. 47. H. 3. m. 15. d.

REX Edwardo, Primogenito ſuo, ſalutem & paternam benedictionem.

Cum, in Vigilia beati Thomæ Apoſtoli, nos & Regina noſtra, cum comitiva noſtra, proſpere applicuiſſemus apud Dover. in adventu noſtro apud Cantuar. tàm per Nuncios, quàm per litteras diverſorum fidelium noſtrorum, quas vobis mittimus præſentibus interclusas, accepimus quod tota Marchia Walliæ undique turbata periculis graviſſimis, & perditioni ſubjacet hiis diebus, niſi conſilio provido & ſubſidio feſtinato ſuccurratur eidem.

Et, quia Lewelinus filius Griffini & Complices ſui aſſerunt ſe velle obſervare treugas, inter nos, & ipſum initas, licet contrarium ſuæ faciant aſſertioni, ac ipſi vobis & hominibus veſtris, in partibus Ceſtriæ treugas illas penitus reſignaverint, in veſtrum dedecus & manifeſtum contemptum, cum terram veſtram ibidem viriliter & potenter hiis diebus defendere deberetis, & nuper vobis promiſeritis quod infra viceſimum diem Natalis Domini ad nos in Angliam veniretis, ac inſuper tanta corporis noſtri debilitate detinemur, quod ad partes illas perſonaliter accedere non poſſumus, & paucos inveniremus qui, ſine noſtra vel veſtra præſentia, ad defenſionem partium illarum in expeditionem accederent: A.D. 1263.

Vobis mandamus quod, ſicut honorem noſtrum pariter & veſtrum diligitis, & ſicut Caſtra veſtra, Terras veſtras, & hominum veſtrorum, ſalvare, & indempnitatem & pacem gentis veſtræ; quæ pro defectu defenſionis prædicto Lewelino ad exhæredationem veſtram pro parte jam adhæret, quod ulterius ſuſtinere non debetis, ad nos in Angliam ſine moræ diſpendio veniatis, ſuper præmiſſis feſtinum & efficax conſilium impenſuri: Præſertim cum præmiſſa, quæ vobis anxie movere debent, prætextu alicujus otioſitatis, vel laſciviæ puerilis nullatenus omittere debeatis.

Turpe enim eſt & verecundum vobis quod dictus Lewelinus nobis in Senectute urgentibus & veſtra juvenili ætate florente, treugas illas, quas verbo tenus tenere promittit, obſervare contempnit; ſet hæc de conſilio & inſtinctu quorumdam de Regno noſtro attemptare præſumat.

Teſte.

Bulla de Statutis per Archiepiſcopum Cantuarienſem Editis, inconſulto Rege, non confirmandis.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Ex Autogr.

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio illuſtri Regi Angliæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ad ea, quæ juſtitiam ſapiunt, & continent honeſtatem, Celſitudinem Regiam precibus invitamus, promptum in hiis tuæ Serenitatis aſſenſum credimus invenire; A.D. 1263.

Scimus

A.D. 1263.
Hen. 3.

Scimus enim, & hactenus nos experientia docuit quod, ad Deum, & Eccleſias, eorumque Miniſtros, ex tui cordis promptuario, dirigens caritatis affectum, eis, in ſuis manutenendis juribus, propitius, favorabilis, & benignus exiſtis, tanquam divini honoris zelator, & præcipuus proſecutor;

Ex parte ſiquidem venerabilium fratrum noſtrorum Archiepiſcopi Cantuarienſis, & Suffraganeorum ſuorum fuit propoſitum coram nobis quod, cum Anglicana Eccleſia in multis articulis, contra Deum & juſtitiam, per Abuſum Laicalis poteſtatis oppreſſa, ſubjaceret miſerabiliter ſervituti, ipſi, ad ipſius Eccleſiæ ſtatum, prout eorum incumbebat officio, pium reſpectum habentes, de conſenſu Concilii Provincialis, ad hoc ſpecialiter congregati, quædam ſtatuta ſalubria & honeſta, deliberatione provida, ediderunt pro conſervatione hujuſmodi libertatis:

Quare fuit, ex parte ipſorum, nobis humiliter ſupplicatum, ut benivolum eiſdem, ſuper hoc, adhibere favorem, & ipſa ſtatuta dignaremur auctoritate Apoſtolica confirmare.

Porro dilecto filio Magiſtro Johanne de Hemniquiford, Capellano noſtro, Procuratore tuo apud ſedem Apoſtolicam, ſe ſuper hiis tuo nomine apponente, ac aſſerente quod eadem ſtatuta tibi & juri tuo præjudicialia videbantur, nos ipſa coram nobis fecimus exhiberi; quæ, licet ex ſui forma viderentur honeſtatem & juſtitiam continere, tamen, Celſitudini tuæ deferre volentes, illa diſtulimus confirmare: Super hoc Celſitudini Regiæ ſcripta noſtra præmittere decentius extimantes.

Quocirca Serenitatem Regiam rogamus & hortamur attente quatinus, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas Regni tui in ſuis juribus ac libertatibus confovens, ob reverentiam Apoſtolicæ ſedis & noſtram ipſis adeſſe ſtudeas favorabiliter, & prodeſſe; & ab hiis, quæ ad forum Eccleſiaſticum pertinent, & perſonas Eccleſiarum contingere dinoſcuntur, devotus abſtineas, & ea tuis officialibus interdicas:

Permittens quod eædem perſonæ liberè ſuis juribus uti poſſint, ita quod non oporteat iterato ſuper præmiſſis ad nos haberi recurſum, nec aliud per ſedis Apoſtolicæ providentiam remedium adhiberi, ac exinde, præter laudis humanæ præconium, divinæ retributionis tibi proveniat incrementum.

Dat. apud Urbem Veterem, tertio Kal. Februarii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Sub plumbeo ſigillo pendente a filo canabeo.

Littera Domini de Bordelia ſuper ſuperbia Vicecomitis Lemovicenſis.

A.D. 1263.
An. 47. *H.* 3.
Ex Bundel. Litterar. ut ſupra.

EXcellentiſſimo Domino, Domino Henrico, Dei gratiâ, Regi illuſtri, Domino Hiberniæ, & Aquitanniæ Duci, Baſo Dominus de Bordelia fidelis, ſalutem, & ipſum ad veſtrum beneplacitum, in eo per quem Reges regnant, & Principes dominantur.

Noverit veſtra Majeſtas Regia quod Seneſcallus veſter, ex parte noſtra, requiſivit & monuit diligenter Vicecomitem Lemovicenſem, ut de illis dampnis, quæ mihi intulit, dum ego in partibus illis eſſem, & infra tempus treugæ, deſtruendo & diſſipando penitus Villam meam de Pauſſac, & alia mihi mala plurima & injurias faciendo in hiis, quæ tenebam & teneo de feodo & Dominio, mihi ſatiſfactionem debitam faceret & emendam:

Ipſe vero ſuperbè & perverſè reſpondit, quod non eſt homo veſter, nec terram, nec aliquid tenet a vobis;

Unde ſupplico veſtræ Mageſtati Regiæ humiliter, & devote, quatinus in facto meo tale conſilium apponere dignemini, ut dedecus & injuria, Excellentiæ veſtræ in hac parte illata, in honorem & juſtitiam convertantur, & ego, qui veſter pauper homo ſum, conſerver indempnis exinde.

Littera

ionis arbitrio licet imparibus meritis vniuersalis ecclie regiminj presidentes
endis conatibus illam deprimere, aut prauis mendacibusq3 comentis peruertere &c.

piterne illius glorie consortem atq3 participem reddat. Dat Rome apud Sanctum petrum
nri Anno Nono.

Leo eps servus servorum dei Charissimo in xpo filio Henrico Anglie Regi fidei Defensori Salt

ad hec cordis nri longe lateqꝫ diffundimus cogitatus, ut fides Catholica, sine qua nemo proficit ad salutem, continuum suscip

Orbi terrarum conspicuam reddat, ut iudicium quod de ipa fecimus, eam tam Insigni titulo decorantes, a nemine falsum aut vanum iudicari possit De

Anno Incarnationis dominice Millesimoquingentesimovicesimoprimo Quinto Id Octobr

+ Ego P tt. S. Eusebii psbr Carlis ss

+ Ego A. tt. ss. S. m. in transtiberim pbr Carlis Bonon ss.

+ Ego Lau. tt. Sanctorum Quattuor Coronatorum pbr Carlis ma ppria ss

+ Ego Jo: Do: tt. S. Jo: ante por: lat: pbr Carlis Racanaten: manu ppria ss

+ Ego A. tt. S. Prisce pbr Carlis de valle manu ppria

+ Ego Jo. bap. tt. S. Appollinaris. pbr Carlis Cavalicen. ss.

+ Ego S. tt. S. Cyriaci In thermis pbr Carlis Cremonen ss

+ Ego D. tt. S. Clementis psbiter Carlis Jacobatius ss

+ Ego L. tt. S. Anastasie psbiter carlis Campegius ss

+ Ego F. Ponzettus tt. S. Pancratii psbiter car. ss.

+ Ego. H. tit. Sancti Marcelli Car presbiter de burgos

+ Ego F. Armellinus medices Carlis tt. S. Calisti presbiter Carlis

+ Ego Tho. tit. S. Xisti. Car. presbiter

+ Ego. E. tt. S. Mathei presb. car. ss

+ Ego Ch. tt. S. Marie Aracoeli pbr Carlis ss.

+ ego Leo X Catholice

+ ego. B. eps Ostien. Carlis S. + ss.

+ Ego A Card^lis Cibo epus Albanen ss

+ Ego A epus Tuscul. Carlis Farnesius ss.

+ Ego. A Epus. Alban ss.

+ Ad ... me. ... exaudiunt ... clamam

Sanctus Petrus | Santus Paulus

Leo. PP. X.

17.

alt et aplicam ben, Ex superne dispositionis arbitrio licet imparibus meritis universalis eccle regimini presidentes
suscipiat incrementum, et ut ea que pro cohibendis conatibus illam deprimere, aut pravis mendacibusque commentis pervertere &c.

ssu Demum mortalis huius vite finito curriculo, sempiterne illius glorie consortem atque participem reddat. Dat Rome apud Sanctum petrum
obum Pontificatus nri Anno Nono.

lice Eccle eps ss

Ad dominum cum tribularer

Sanctus Paulus

+ Ego F. ste marie in cosmedin Diaconus Carlis Ursinus manu propria ss
+ Ego P. sti Eustachij Diaconus Carlis: manu ppria ss
+ Ego Alex. sancti Sergij et Bachi Diacon Carlis Cesarien. manu prop. ss.
+ Ego Jo. Ss. Cosme et Damiani Diaconus Carlis de Salviatis m ppa ss
+ Ego H. S Viti in macello Diaconus Car Rodulphus manu ppa ss.
+ Ego Her. S Agathe Diacs Carlis de Rangonibus manu ppa ss
+ Ego Aug. S Hadriani Diacs Carlis Trivultius manu ppa ss
+ Ego F. ste marie In porticu Carlis pisanus manu ppria ss

B. de Comitibus.

LEO PAPA X.

Littera Guidonis de Ratis ſuper feudo ſuo.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Ex Bundel. Litterar. ut ſupra.

Reverendo Domino ſuo Henrico, Dei gratiâ, illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, Duci Acquitanniæ, Guido de Ratis fidelis ſuus ſalutem, & reverentiam cum honore.

Super bonis beneficiis & honoribus, quos Nobilitas veſtra michi conferre pluries dignata eſt, vobis regratior devotis affectibus: Sublimitati veſtræ me exhibens modis omnibus, ad veſtri beneplacita, famulari præparatum; Supplicans Nobilitati veſtræ, quantis poſſum precibus, quatenus feudum meum & arreragia, ſuper quibus michi tenemini, prout veſtræ placuerit voluntati, michi ad præſens ſolvi faciatis.

Voluntatem veſtram michi, ſi vobis placuerit, demandetis, quam modis omnibus pro virium mearum quantitate libenti animo paratus ſum adimplere. Bene valete in Domino & diu, bonitate & honore ſemper feliciter augmentando.

Littera a Johanna Regina Caſtellæ pro Epiſcopo Elſinenſi.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Ex Bundel. Litterar. ut ſupra.

Illuſtriſſimo Domino H. Dei gratiâ, Regi Anglorum, Johanna, eâdem gratiâ, Caſtellæ & Legionis Regina, Pontivi & Moſteroli Comitiſſa, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Pro venerabili patre Epiſcopo Elfinenſi, latore præſentium, Regiam Majeſtatem veſtram rogamus omni affectu, quo valemus ampliori, quatenus eidem, pietatis intuitu, & precum noſtrarum optentu, res ſuas, quæ in Regno veſtro a quibuſdam malefactoribus occupatæ detinentur, reddi ac deliberari faciatis, & de eiſdem rebus ipſum pacifice gaudere faciatis, in omnibus negotiis ſuis ipſum adjuvare velitis; tantum inde facientes, quod preces noſtras erga vos idem Epiſcopus ſentiat ſibi profuiſſe ac valuiſſe.

Valete.

Littera Ludovici Regis Franciæ, pro eodem Epiſcopo.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Ex Bundel. Litterar. ut ſupra.

Ludovicus, Dei gratiâ, Franciæ Rex, kariſſimo conſanguineo ſuo Henrico, eâdem gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, fideli ſuo, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Ad preces dilecti noſtri Abbatis Ciſtercienſis, pro quodam Epiſcopo Yberniæ, viz. Elſinenſi, ordinis Ciſtercienſis, dilectionem veſtram rogamus, quatenus ipſum Epiſcopum in ſuis juſtis petitionibus recommendatum habere velitis.

Dat. Pariſ. die cinerum.

Littera a Regina Franciæ rogatoria de ſtatu Regis.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Ex Bundel. Litterar. ut ſupra.

Margareta, Dei gratia, Franciæ Regina, kariſſimo fratri Henrico, eadem gratia, Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

De ſtatu veſtro certiorari toto mentis deſiderio cupientes, Excellentiam veſtram rogamus quatinus de ipſo ſtatu, quem faciat altiſſimus proſperum & jocundum, nos reddatis, ſi placet, certiores; Intimando nobis ſiquid volueritis nos facturas pro vobis, nam id paratæ ſumus grato animo adimplere.

Sane veſtra noſcat Sublimitas quod Dominus noſter Rex, nos, & omnes liberi noſtri, per Dei gratiam ſani ſumus.

Valete bene & diu.

Dat. Sancto Germano in Laya, ſecundo Non. Martii.

De reſponſo Regis Franciæ ſuper tribus Articulis.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Ex Bundel. Litterar. ut ſupra. A.D. 1263.

Diſcreto viro, & amico ſuo ſincero, Domino W. de Merton. Domini Regis Cancellario, W. miſeratione divinâ, Exon. Epiſcopus ſalutem, cum dilectione ſincera.

Die Lunæ, proximo ante Feſtum beati Gregorii, finale recepimus reſponſum a Domino Rege Franciæ & ſuo Concilio ſuper tribus articulis, viz. de privilegiatis; de terra Agenenſi; & taxatione pro ſumptibus Militum;

Pro privilegiatis, qui privilegia oſtenderunt, pronunciavit; & etiam pro proteſtantibus ſe habere privilegia, ita quod oſtendant ei in proximo Parliamento:

De terra vero Agenenſi, cum non veniſſent per quos voluit inquirere, mandavit præciſiùs quod veniant ad proximum Parliamentum;

De ſumptibus enim Militum, dictum eſt quod in quintum non conſentiet, nec electos taxatores mutabit.

Et, cum caſus nobis immineret, in aliis (niſi quondam amicitia & Procuratorum diligentia, & maxime S. Paſſelewe, cujus anguſtioſa diligentia & aſſidua illum non permiſit quieſcere, cum gratia Dei, nobis ſubveniſſent) a conſpectu Concilii confuſi receſſiſſemus; cum quaſi tota Curia negotio noſtro adverſaretur, & etiam illi quos amicos ſperabamus; ſuper quibus dictus S. in adventu ſuo, qui erit in brevi, vos plenius certificabit.

Dat. Pariſ. die Veneris ante Feſtum Sancti Gregorii, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo, Conſecrationis noſtræ ſexto.

In Dorſo,

Domino W. de Merton Domini Regis Cancellario.

De Combuſtione Domorum Regiarum apud Weſtmonaſterium.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Ex Bundel. Litterar. ut ſupra. A.D. 1263.

Excellentiſſimo Domino ſuo, Domino Henrico, Dei gratia, Regi Angliæ illuſtri, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, ſuus H. de Sandwyco, Londonienſis Electus, ſalutem in eo, per quem Reges regnant, & qui Regibus dat ſalutem.

Audita combuſtione domorum veſtrarum apud Weſtmonaſterium multum doluimus, novit altiſſimus, timentes ne ipſa animum veſtrum, cum vobis innoteſceret, perturbaret, & ſtatum corporis veſtri, quem emendet Dominus & conſervet, in deterius commutaret.

De maeremio autem, de quo veſtra nobis ſcripſit Dominatio, ſciatis quod, ſicut ex relatu multorum, fide dignorum, audivimus, ut de parcis & vivariis taceamus, cuſtodes noſtri Epiſcopatûs Londonienſis, in ultima vacatione, ita nemora deſtruxerunt, quod ad refectionem domorum noſtrarum, ſi indigeremus, non crederemus in eis, niſi modicum vel nullum, ſubſidium reperire;

Unde, donec per Seneſcallum, vel Ballivum noſtrum nobis conſtiterit, utrum dicti Cuſtodes veſtri aliquid reliquerint, in quo vobis poſſimus ſuccurrere, Serenitati veſtræ aliquid promittere non audemus;

Incolumitatem veſtram corroboret Dominus & conſervet, ad Regni ſui regimen, per tempora longiora.

Dat. apud Langeſtowe, decimo Kal. Martii.

Littera a Regina Franciæ Regi reſponſoria.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Ex Bundel. Litterar. ut ſupra. A.D. 1263.

Margareta, Dei gratiâ, Franciæ Regina, cariſſimo fratri ſuo Henrico, eâdem gratiâ, Regi Angliæ illuſtri, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Intellecto per veſtras literas, quas nobis obtulit, ex parte veſtra, Nuncius Domini noſtri Regis, quem ad vos miſerat hiis diebus, quod ſtatus veſter, qui debilis fuerat, reſurgit in melius, recipiendo augmentum proſperitatis & convaleſcentiæ, benedictus Altiſſimus, mens noſtra

A.D. 1263. Hen. 3. noſtra, quæ lapſa fuerat in dolorem & triſtitiam, occaſione veſtræ ægritudinis, hauſit vires gaudii & recepit.

De ſtatu quidem Domini noſtri Regis, noſtro, & omnium liberorum noſtrorum, ſic veſtra noſcat Sublimitas quod plena corporum ſoſpitate valemus, Domino largiente.

Omnibus enim intellectis diligenter, A.D. 1263. Hen. 3. quæ Archidiaconus Lundonienſis, & Dominus H. de Monte-Ferando nobis, ex parte veſtra, verbo tenus retulerunt, ecce quod in ore ipſorum reſponſionem, vobis faciendam, de prædictis poſuimus; quibus ſuper hiis credatis firmiter, tanquam nobis.

Littera Edwardi Principis de defenſione Marchiæ Walliæ.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Ex Bundel. ut ſupra. Excellentiſſimo Principi, Domino ac Patri ſuo reverendo, Domino Henrico, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, Edwardus primogenitus ſuus ſalutem, cum omni reverentiâ, & honore.

Veſtram Excellentiam cum effectu rogamus quatenus, per literas veſtras, mandare velitis Domino Hereford. Epiſcopo, quod in Caſtro ſuo de Ledeſbir. North. perhendinare velit, ad majorem A.D. 1263. defenſionem & ſecuritatem Marchiæ Walliæ, in partibus ſuis.

Hoc idem, ſi placet, mandetis Domino Willielmo de Evereus, quod in Caſtro ſuo de Le Hales moram faciat, ac partes ſuas viriliter defendat.

Dat. apud Salop. decimo quinto die Aprilis, anno Regni veſtri quadrageſimo ſeptimo.

De Conventionibus inter Regem & Vicecomitem Turennæ.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Pat. 47. H. 3. m. 44. 1. Rex omnibus, &c.

Sciatis quod, inter nos ex una parte, & nobilem virum Reymundum Vicecomitem Turennæ ex altera, de conſenſu noſtro & Vicecomitis prædicti pro nobis, & hæredibus noſtris, necnon pro dicto Vicecomite, ac hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, convenit & actum eſt in hunc modum, ſcilicet,

Quod prædictus Vicecomes renunciavit, & renunciat pro ſe, & hæredibus, ſeu ſucceſſoribus ſuis, ad preces Domini Ludovici Regis Franciæ illuſtris, litteris, privilegiis, & munimentis, quæ habuit a dicto Rege Franciæ, & ſuis prædeceſſoribus, continentia quod idem Rex non poſſit ipſum ponere extra manum ſuam.

2. Et idem Vicecomes fidelitatem & homagium nobis fecit, & hæredibus noſtris faciet; & ſimiliter facient hæredes, ſeu ſucceſſores ſui nobis, & hæredibus noſtris, pro Caſtris, Terris & Feodis ſuis, quæ tenuit de Rege Franciæ; quæ ſunt de Vicecomitatu Turennæ; & pro moneta ſua, & jure cudendi eam; & ea omnia idem Vicecomes, & hæredes, ſeu ſucceſſores ſui, tenebunt de nobis, & hæredibus noſtris, ex modo quo idem Vicecomes, & anteceſſores ſui, ea de Rege Franciæ, & ſuis anteceſſoribus tenuerunt; & facient nobis & hæredibus noſtris impoſterum, ea quæ Domino Regi Franciæ, & ſuis prædeceſſoribus inde A.D. 1263. facere conſueverunt.

3. Idem etiam Vicecomes, & hæredes, ſeu ſucceſſores ſui, in ſignum Dominii, reddent claves Caſtrorum Turennæ, & de Sancto Sereno nobis, & hæredibus noſtris, vel mandato noſtro, & hæredum noſtrorum; & duo, vel tres homines, nomine noſtro, & hæredum noſtrorum, intrabunt, & aſcendent cum Vexillo noſtro, & hæredum noſtrorum in Caſtra prædicta (familiâ & gente ipſius Vicecomitis non excluſis) & ibidem Vexillum oſtendent.

4. Et hæc redditio clavium, introitus, & aſcenſus dictorum duorum, vel trium hominum in prædicta Caſtra, cum Vexillo prædicto, & ejuſdem Vexilli oſtenſio fient ſemel tantummodo tempore noſtro, & ſimiliter tempore cujuſlibet hæredum noſtrorum ſemel, de hærede in hæredem; quando ex parte noſtra, vel hæredum noſtrorum ſingulorum dictus Vicecomes, & hæredes, ſeu ſucceſſores ſui ſuper præmiſſis fuerint requiſiti.

5. Et, poſt hujuſmodi redditionem clavium, introitum, & aſcenſum dictorum hominum, cum Vexillo prædicto, & ejuſdem Vexilli oſtenſionem, ſtatim nos, vel hæredes noſtri, vel mandatum noſtrum (cui dictæ claves, nomine noſtro, & hæredum noſtrorum, redditæ fuerunt) eaſdem claves incontinenti reſtituemus dicto Vicecomiti, & hæredibus,

A.D. 1263. Hen. 3. bus, ſeu ſucceſſoribus ſuis, & faciemus dictos duos, vel tres homines, cum Vexillo prædicto, de prædictis Caſtris recedere & exire.

6. Eſt etiam actum & condictum, inter nos, pro nobis, & hæredibus noſtris, & pro dicto Vicecomite, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, quod nos, vel Seneſcallus noſter, vel hæredum noſtrorum, non cognoſcemus de cauſis & litigiis hominum prædicti Vicecomitis, qui ſunt de feodo & juriſdictione ipſius, niſi cauſæ & litigia hujuſmodi ad nos, vel hæredes noſtros, vel Gentem, ſeu Curiam noſtram, per appellationes a ſententiis, in Curia ipſius Vicecomitis, vel ſucceſſorum ſuorum, latis, in futurum interpoſitas delatæ, ſeu delata fuerint; & niſi ubi idem Vicecomes, aut hæredes, ſeu ſucceſſores ſui, in faciendo juſtitiam, erunt in negligentia vel defectu.

7. Nos etiam, vel hæredes noſtri, ſeu Seneſcallus noſter, aut mandatum noſtrum, non faciemus baſtidas aliquas, de novo, infra fines terræ, quam habet idem Vicecomes, in Vicecomitatu Turennæ, nec in alia terra ipſius Vicecomitis, quam modo habet.

8. Item dicti Vicecomes, & hæredes ſui, poterunt, cum armis (ita quod, per hoc, nobis, vel hæredibus noſtris, ad emendam aliquam non teneantur) & ſine armis, homines ſuos, qui ſunt de foro & juriſdictione ipſius, compellere, ſi opus fuerit, ad ſtandum & parendum juri in Curia ſua, nec ſuper hoc nos, vel hæredes noſtri, vel Seneſcallus noſter impediemus eum, vel hæredes ſuos.

9. Si autem dictus Vicecomes, vel hæredes, ſeu ſucceſſores ipſius, in diſtringendo homines ſuos prædictos modum exceſſerint, nobis, & hæredibus noſtris, & Seneſcallo noſtro poteſtatem retinemus quod, ſuper hoc conquerentibus, juſtitiam de prædicto Vicecomite, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis exhibeamus.

10. Item nos, & hæredes noſtri, vel Seneſcallus noſter, non tenebimus, nec teneri faciemus, tempore dicti Vicecomitis, vel hæredum ſuorum, aſſiſas in Caſtris Vicecomitatûs antedicti, quæ modo habet; nec in alia terra ipſius, quam modo habet de Vicecomitatu Turennæ, præterquam in Villa Marcelli. A.D. 1263. Hen. 3.

11. In hac autem Villa, ſcilicet, Marcelli, vult & conceſſit dictus Vicecomes pro ſe, hæredibus, ſeu ſucceſſoribus ſuis, quod nos, & hæredes noſtri, & Seneſcalli noſtri, & hæredum noſtrorum, aſſiſas mandemus & teneamus; & eas mandari faciamus, & teneri, ſine præjudicio eorum quæ ſuperius ſunt conceſſa.

12. Item nos, & Seneſcalli noſtri, & hæredum noſtrorum, juvabimus & manutenebimus dictum Vicecomitem, & ſucceſſores ſuos, contra omnes homines viventes, recipere juſtitiam de dicto Vicecomite, coram nobis, vel mandato noſtro.

13. Volumus autem, & Vicecomiti concedimus memorato quod nos, vel hæredes noſtri, ipſum, vel ſucceſſores ſuos, terram ſuam a manu noſtra, vel liberorum maſculorum nullatenus transferemus, ſine ipſius Vicecomitis voluntate.

14. Concedimus etiam eidem quod nos, & Seneſcallus noſter, & hæredum noſtrorum, bona fide juvabimus, ſine præjudicio juris alicui, quod ſua moneta, hactenus uſualis, admittatur per Lemovic. Petragoric. & Caturc. Diocæſes, in Villis & locis, in quibus habitantes ibidem aliam monetam recipere non tenentur.

15. Volumus inſuper quod Seneſcallus noſter, & hæredum noſtrorum, præſtet, in ſuæ creationis initio, juramentum quod tenebit conventiones & privilegia, quæ ipſi Vicecomiti conceſſimus, quamdiu officium ſuum duraverit, nec contraveniet.

16 Ut autem hæc omnia, tàm pro parte noſtra, & hæredum noſtrorum, quàm pro parte dicti Vicecomitis, & hæredum, ſeu ſucceſſorum ipſius, plenius obſerventur; has litteras noſtras eidem Vicecomiti, ac ipſe nobis ſuas ſuper hiis alternatim fieri fecimus patentes.

Data London. 22 die Aprilis, anno Regni, &c.

De Conventionibus inter Regem & Pontium de Gordon.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Ibid. n. 44. 1. REX omnibus, &c.

Sciatis quod inter nos ex una parte, & nobilem virum Pontium de Gordon ex altera, de conſenſu noſtro, & Pontii prædicti, pro nobis, & noſtris hæredibus, necnon pro dicto Pontio, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis, convenit & actum eſt in hunc modum, ſcilicet, A.D. 1263.

Quod prædictus Pontius renunciavit, & renunciat pro ſe, hæredibus, ſeu ſuc-

A.D. 1263. Hen. 3. ceſſoribus ſuis, ad preces Domini Ludovici Regis Franciæ illuſtris, literis, privilegiis, & munimentis, quæ habuit a prædicto Rege Franciæ, & ſuis prædeceſſoribus, continentia quod idem Rex non poſſit ipſum ponere extra manum ſuam.

2. Et idem Pontius fidelitatem & homagium nobis fecit, & hæredibus noſtris faciet, & ſimiliter facient hæredes, ſeu ſucceſſores ſui, nobis, & hæredibus noſtris, pro Caſtro & honore & Caſtellania de Gordon, & pro omnibus aliis Caſtris ſuis, & pro totâ aliâ terrâ, quam habet & tenuit de Rege Franciæ.

3. Et ea omnia idem Pontius, & hæredes, ſeu ſucceſſores ſui, tenebunt de nobis, & hæredibus noſtris eo modo, quo idem Pontius & anteceſſores ipſius ea de Rege Franciæ, & ſuis anteceſſoribus tenuerunt.

4. Et facient nobis & hæredibus noſtris impoſterum ea, quæ Domino Regi Franciæ, & ſuis prædeceſſoribus inde facere conſueverunt.

5. Nos autem concedimus dicto Pontio, & hæredibus ſuis, pro nobis, & hæredibus noſtris, quod jura ac libertates, quæ & quas habet idem Pontius in terra ſuâ, quoad forum, Curiam & juriſdictionem ejuſdem Pontii, & hæredum ſuorum, & quoad omnia alia antedicta idem Pontius, & hæredes ſui teneant & cuſtodiant illæſa.

6. Et volumus quod Seneſcallus noſter, & hæredum noſtrorum, ad præmiſſa conſervanda conſilium & auxilium impendat.

7. Item, concedimus eidem Pontio quod nos, vel hæredes noſtri non tenebimus, nec teneri faciemus aſſiſas apud Gordon, niſi de prædicti Pontii, vel hæredum ſuorum voluntate.

8. Item, quod, ſi aliquis, vel aliqui faciant moleſtiam aut violentiam aliquam prædicto Pontio, vel hæredibus ſuis, in Caſtris, vel terra ipſius, quæ modo habet; nos, & hæredes noſtri eundem Pontium, & hæredes ſuos defendemus, juvabimus & manutenebimus, quatenus decet Dominum tueri hominem ſuum, quamdiu idem Pontius, & hæredes ejus voluerint, paratique fuerint coram nobis, vel hæredibus noſtris, vel Seneſcallo, aut mandato noſtro, juſtitiæ facere complementum.

9. Et, ſi pro defenſione hujuſmodi, nos, vel hæredes noſtri, vel Seneſcallus noſter, expenſas fecerimus, nichil pet nos, vel hæredes noſtros, pro hujuſmodi expenſis, a prædicto Pontio, vel ejus hæredibus repetetur.

10. Item, quod, ſi Rex Franciæ, vel Gens ſua, propter delictum, aut propter foriſfactum aliquod, aut etiam ſine delicto tenet aliqua in ſeiſina, de rebus & feodis Pontii ſupradicti, nos ſeiſinam, res, & feoda hujuſmodi, cum ad manus noſtras, ratione pacis initæ inter Dominum Regem Franciæ, & nos, pervenerint, eidem Pontio reſtituemus. A.D. 1263. Hen. 3.

11. Item, ſi prædictus Pontius, vel prædeceſſores ſui, tempore, quo terram ſuam de dicto Rege Franciæ tenuerunt, foriſfecerint vel deliquerint, uſque ad hanc diem præſentem, propter quod Regi Franciæ ad emendam aliquam teneantur vel tenebantur, aut propter quod bona ſua vel pars bonorum aliqua eſſent incurſa; nos hoc totum eidem Pontio, quantum ad nos pertinet, remittimus, & nichil propter hoc nos, vel hæredes noſtri ab ipſo, vel hæredibus ſuis petemus.

12. Remittimus etiam eidem Pontio omnia odia, & omnes rancores ſi qua odia, vel rancores nos, vel anteceſſores noſtri, olim habuimus aut concepimus contra eundem Pontium, aut anteceſſores ipſius.

13. Præterea concedimus Pontio præfato, quatinus poſſumus & poterimus, homagium & ſervitium, in quibus tenetur Gilbertus de Tamynes pro parte, quam habet in Gordon, cum pertinentiis, ratione dotis uxoris ſuæ; ita quod dictus Pontius nobis, de prædictis omnibus, faciat ea omnia, quæ præfatus Gilbertus vel anteceſſores uxoris ejus inde facere Regi Franciæ conſueverunt.

14. Concedimus etiam Pontio memorato quod, nos vel hæredes noſtri, ipſum, vel ſucceſſores ſuos, vel terram ſuam, a manu noſtra, vel liberorum noſtrorum maſculorum nullatenus transferemus, ſine ipſius Pontii voluntate.

15. Volumus inſuper quod Seneſcallus noſter, & hæredum noſtrorum, præſtet in ſuæ creationis initio juramentum quod, dum ipſius officium duraverit, tenebit conventiones & privilegia, quæ ipſi Pontio conceſſimus, nec contraveniet.

16. Ut autem hæc omnia, tàm pro parte noſtra, & hæredum noſtrorum, quàm pro parte dicti Pontii, & hæredum, ſeu ſucceſſorum ipſius, pleniùs obſerventur; has litteras noſtras eidem Pontio, ac ipſe nobis ſuas ſuper hiis alternatim fieri fecimus patentes.

Data ut ſupra.

Per Regem & totum Concilium, videlicet, Philippum Baſſet, Hugonem le Bigod, Johannem de Warenna, & Johannem Manſell, & omnes alios.

Citatio Ricardi Romanorum Regis coram Papa Urbano, ſuper Controverſia Electionis inter ipſum & Alfonſum Caſtellæ Regem.

A.D. 1263. An. 47. H. 3.

URbanus, &c. Ricardo in Romanorum Regem electo.

Qui cælum terramque regit, is nimirum cæli novit ordinem, & in terra poteſt cæleſtis ponere originis rationem.

Is, exempla de ſuperioribus ad inferiora derivans, ſicut in firmamento cæli duo luminaria magna conſtituit, ut mundum vicibus ſuis illuſtrent, ſic & in terris maxima dona ſua, ſacerdotium, videlicet, & Imperium, ad plenum ſpiritualium mundanorumque regimen, ad firmamentum Eccleſiæ militantis inſtituens, utriuſque poteſtatis ita diſcrevit officia, ut eorum officioſa diverſitas nulla ſibi adverſitate diſſentiat;

Sed in commiſſi executione regiminis, ex officii debito, in voti unitate concordet; & ipſorum procul dubio profutura concordia alterutrius fulta præſidiis, ac utriuſque mutuis fota favoribus, opus juſtitiæ liberius operetur, pacem mundo pariens, tranquilitatem inducens, & nutriens unitatem.

Imperium ſiquidem ad ſalutem ſacerdotali auctoritate dirigitur; &, ipſius adjutum ſuffragiis, ſedatis procelloſis interdum imminentium tempeſtatum turbinibus, tranquillum redditur & quietum.

Sacerdotium verò pium & tutum debet habere refugium imperialem manſuetudinem, cum ſua veneratione conjunctam, ut Imperii Romani faſtigium, & ejus culmini præſidens, ſpecialis advocati, & defenſoris præcipui circa Eccleſiam gerat officium, & in ipſius fortitudine brachii defenſentur Eccleſiæ libertates, & jura manuteneantur, ipſarum extirpentur hæreſes, cultus chriſtianæ fidei amplietur, &, inimicis conſternatis ejuſdem, in pacis pulchritudine ſedeat populus chriſtianus, & in requie opulenta quieſcat.

Verum humani generis inimicus, pacis impatiens, amator litium, diſcordiæ ſeminator, utriuſque profectibus invidens, claræ memoriæ Willielmo, Romanorum Rege, rebus humanis exempto, inter te, & cariſſimum in Chriſto filium noſtrum, Regem Caſtellæ ac Legionis illuſtrem, in Romanorum Regem electum, circa obtinendam ejuſdem Imperii Dignitatem, contentionis materiam ſuſcitavit; ut, vobis circa hoc contendentibus, careret Imperialis regiminis commodis orbis terræ; & tanti brachii, tam utilis, tam neceſſarii, tam chari, carentiam, ex ipſius Imperii vacatione diutina, moleſtam admodum & nocivam, damnoſâ experientiâ, Eccleſia prædicta ſentiret.

A.D. 1263.

Sentit utique, ſentit mater Eccleſia, tàm populi ſibi commiſſi, quàm ſuam gravem de hujus contentione jacturam: crevit namque perverſorum audacia, &, ipſorum abundante malitiâ, dum, eodem vacante Imperio, ipſi Eccleſiæ defenſionis debita ſuffragia ſubtrahantur, liberius peccatis inſiſtitur, hæreſes pullulant, ſcandala ſuſcitantur, multiplicantur cædes & ſtrages, injuriæ invaleſcunt, in perſecutionum turbinibus Petri navicula fluctuat; & interdum, qui fidelium ipſius cenſeri nomine gloriantur, in arcum perverſum, fideli debitum non verſando, converſi eam in ſuis juribus injurioſè impetunt & moleſtant, illa nunc denegando pro libito, nunc illicite occupando.

Propter quod eadem Eccleſia non immerito hujuſmodi vacationem deplorat Imperii, & de animarum periculis, quæ peccandi libertas ingerit, ex intimis longa trahens ſuſpiria, ingemiſcit.

Ex eo inſuper, quam dure! quam graviter! materna ejus viſcera quatiuntur, quod ipſa, tam charos filios, tam inclytos Principes, in ſuo ſentiens utero collidentes, prudenter advertit tuam & prædicti Regis potentiam, in Chriſto blaſphemos, & inimicos nominis chriſtiani potenter & magnifice more ſolito exercendam, in proprium & grande domeſticorum fidei detrimentum, talibus contentionibus implicari.

Hæc ergo & alia incommoda, diſſenſionis hujuſmodi eadem Eccleſia, materno penſans affectu, in iis auxilii ſui dexteram non ſubſtraxit, ſed vigilavit attentius, attentione ſolicita vigilanter intendit, multaque ſolicitudine pervigil laboravit, ut diſcriminibus tantis occurreret, teque ac ipſum Regem a diſcordiarum diſpendiis præſervaret.

Et, licet inter vos judicis partes aſſumere non ſine cauſa diſtulerit, præſertim cum tàm tui, quàm ipſius Regis Nuncii, in recordationis fælicis, Alexandri Papæ, prædeceſſoris noſtri, noſtra & fratrum noſtrorum præſentia conſtituti, ſuper prædictis judiciarium Apoſtolicæ ſedis examen expreſſe, uſque ad hæc tempora, declinarint;

Dilationem tamen hujuſmodi illa etiam utilitatis utriuſque partis conſideratio, & paternæ pietatis cautela, pro vobis conſilium capiens, perſuaſit, ut, veſtris animis ad hoc habilitatis interim, ad reformanda inter vos amicitiæ fœdera congruentia tempora captarentur, & remedia promptiora pararentur;

Per quæ, diſcordiæ occaſione ſublatâ, vos glutinum ſolidæ charitatis uniret: ac in veſtræ ſoliditate concordiæ (quam tractatus, qui ſuper hoc inter vos dicebantur haberi, promittere videbantur) ſub ſui Principis ducatu pacifico, daretur eidem ſabbatiſimus Imperio; &, ſedatis ſcandalis, ipſius ſubditis quietis optata jucunditas proveniret; peſtis exterminaretur hæretica, animarum pericula vitarentur, Eccleſia, Cæſareo munita præſidio, & ab hoſtibus erepta, de perſecutorum incurſibus reſpiraret, ac, eorum, qui, ſub ſimulatæ fidelitatis audaciâ, nocent fidentius, temerariâ nocendi confidentiâ refrænatâ, ſuorum jurium integritate gauderet.

Hæc quidem hactenus expectavimus anxii, hæc deſideravimus anxia expectatione diutius: in iis prædeceſſoris, noſtra, & fratrum noſtrorum ſolicitudo non defuit; ſecundum Apoſtolicæ circumſpectionis judicium de contingentibus nil omittens.

Et quanquam, ut votis noſtris ſatisfiet in hac parte, hucuſque non fuerit ex alto conceſſum; tamen ad id ſemper noſtra ſuſpiravit intentio, ad id plenis deſideriis anxiamur, non proponentes a cœptis deſiſtere, quin, circa negotium hujuſmodi, ſub ſpe illius, qui facit magna & inſcrutabilia, qui facit concordiam in ſublimibtis, proſequi pacis ſemitas intendamus; quidquid per Nuncios & Procuratores partium, coram nobis noviſſime his diebus propoſitum, petitum fuerit & reſponſum.

Et quidem venerabilis frater noſter, Laurentius Epiſcopus, & dilectus filius, Willielmus Archidiaconus Roffen. ac Robertus de Baro (Procuratores & Nuncii tui, a te plenariam poteſtatem habentes, ut in noſtro conſiſtorio tua proponerent negotia, & peterent cum ſolennitate, quâ conveniret, vocationem tuam ſolemniter ad Coronam: ac univerſa & ſingula circa hæc gererent, agerent fideliter, ac procurarent, quæ per veſtros Nuncios ac Procuratores, ad hoc ſpecialiter deputatos, legitime poſſent agi, peti, & etiam procurari) coram nobis, & eiſdem fratribus, proponere curaverunt quaſdam conſuetudines, circa electionem novi Regis Romanorum (in Imperatorem poſtea promovendi) apud Principes, vocem in hujuſmodi electione habentes (qui ſunt ſeptem numero) pro jure ſervari, & fuiſſe hactenus obſervatas a tempore, cujus memoria non exiſtit.

Secundum quas infra annum & diem, poſtquam vacat Imperium, talis debet electio celebrari, quacumque parte ipſorum anni & diei, quam ad hoc iidem Principes duxerint deputandam:

Et ad Archiepiſcopum Maguntinum, & Comitem Palatinum Rheni, vel ipſorum alterum, altero nequeunte, vel forſitan non volente, pertinet ad electionem ipſam celebrandam diem præfigere, ac cæteros electores Principes convocare: Quibus omnibus; vel ſaltem duobus ex ipſis, die præfixâ convenientibus apud oppidum de Frankenford, intus vel extra ipſum oppidum, in terrâ quæ dicitur Franckeſerde (loco quidem ad hoc deputato ſpecialiter ab antiquo) ad electionem ipſam procedi poteſt, & debet ſecundum morem ipſius Imperii approbatum:

Et, electione taliter celebratâ, electus, ſi electioni conſenſerit, apud Aquiſgranum, per dies aliquos factâ morâ, infra annum & diem, poſt celebrationem eamdem, quando electus voluerit, per Colonienſem Archiepiſcopum, ad quem id ex officio ſuo ſpectat, inungatur, conſecretur, & etiam coronetur.

Quo facto, cuilibet via præcluditur contra electionem, vel electum, jam Regem Romanorum effectum, dicendi aliquid, vel etiam opponendi; ſed idem electus, prædicto modo inunctus, conſecratus, & coronatus, pro Rege habetur: Et ei, tamquam Regi, debent a ſubditis juramenta præſtari, aſſignari Civitates, Oppida, Caſtra, & ſpecialiter Caſtrum de Treveles, ac reliqua jura Imperii, infra annum & diem a tempore coronationis ejuſdem; ita quod, ſi qui de Vaſallis Imperii ei homagia non præſtiterint conſueta, & non reddiderint Civitates, Caſtra, & alia ſupradicta, illis, quæ ab Imperio tenent eodem, ſint eo ipſo privandi.

Et, ſi votis Principum, ad quos ſpectat eligere, ad eligendum convenientium, diviſis in plures, duo in diſcordia eligantur, vel alter electorum per potentiam obtinebit, vel ad prædictum Comitem Palatinum, tanquam ad hujuſmodi diſcordiæ judicem, eſt recurſus habendus; ni forſan, ſuper electione vel coronatione hujuſmodi ſubortâ diſcordiâ, per appellationem, vel querelam prædictorum Principum, ad examen ſedis Apoſtolicæ (quo caſu ipſius eſt in tali cauſa cognitio) deferatur.

Intelligitur autem is electus eſſe concorditer, in quem vota omnium Electorum Principum, vel ſaltem duorum tantummodo, in electione præſentium, diriguntur.

In diſcordiâ verò is etiam reputatur electus, de quo in loco non ſolito electio celebratur, & in termino, de communi conſenſu dictorum Principum non ſtatuto; quem ſi forſan prædicti Principes, infra annum & diem, a tempore vacantis Imperii, concorditer ſtatuant, licet non expriment quod ipſum peremptorium eſſe velint, terminus tamen, ab eis præfixus taliter, peremptorius reputatur.

Porro iidem Procuratores, iis & aliis quibuſdam prælibatis conſuetudinibus, adjecerunt quod, vacante Romano Imperio, die per omnes prædictos Principes, pro celebranda Regis Romani, in Imperatorem poſtea promovendi, electione, ſtatuto in Octavis Epiphaniæ, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, apud memoratum Oppidum de Franckeford, quinque tantum de dictis Principibus tum per ſe, tum per alios,

Videlicet, bonæ memoriæ Colonienſis Archiepiſcopus, pro ſe, & bonæ memoriæ Maguntinus Archiepiſcopus, ea vice, in hoc commiſerat vices ſuas, & dilectus filius, nobilis vir, Comes Palatinus, apud Frankeford,

Bonæ memoriæ, verò Treverenſis Archiepiſcopus, & dilectus filius, nobilis vir, Dux Saxoniæ intra dictum Oppidum convenerunt.

Cumque iidem, Treverenſis Archiepiſcopus, & Dux Saxoniæ, præfatos, Archiepiſcopum Colonienſem, & Comitem, nec ipſum Oppidum intrare permitterent, nec ad eos exire vellent, ſuper hoc ſæpius requiſiti; dicti, Archiepiſcopus Colonienſis, & Comes, attendentes, ex lapſu temporis, periculum imminere, ſi forſan non fieret electio illa die quæ ad hoc fuerat peremptoriè conſtituta; præſertim cum de anno & die, poſt vacationem Imperii, quindecim dies ſolummodo ſupereſſent (infra quos nullo modo potuiſſent propter locorum diſtantiam & alias facti circumſtantias præfati Principes iterum convenire) cum Prælatis, Ducibus, & aliis, ibidem præſentibus, deliberatione præhabita, de ipſorum communi Conſilio & aſſenſu ad electionem procedere decreverunt.

Et tandem Præfatus Colonienſis pro ſe, ac dictis, Maguntino cujus vices gerebat, & Comite præſente ac conſentiente, divino nomine invocato, te in Regem Romanorum elegit, & mox electionem hujuſmodi Magnatum & aliorum aſtantium copioſæ multitudini publicavit.

Cui electioni per chariſſimum in Chriſto filium noſtrum, Regem Bohemiæ illuſtrem, poſt paucos dies conſenſu præſtito, demum tu, ad tuorum electorum, & aliorum Imperii optimatum, qui propter hoc ad te in Angliam acceſſerunt, inſtantiam & requiſitionem inſtantem, eidem electioni, poſt diligentem ſuper hoc tractatum habitum, conſenſiſti,

Ac perſonaliter Alemanniæ Regnum ingreſſus, & moram apud Aquiſgranum, quantum decuit, faciens, nec inveniens reſiſtentem, poſtmodum fuiſti per ſæpe dictum Colonienſem Archiepiſcopum (ad cujus id ſpectabat officium) conſecratus, inunctus, coronatus, ac inthronizatus, regio more, in ſede Magnifici Caroli; nullo ſe inibi coronationi tuæ realiter, aut verbaliter opponente.

Recepiſti quoque homagia Magnatum Regni ejuſdem, ac fidelitatis etiam juramenta, obtinuiſti ornamenta & inſignia imperialia, quibus Rex Romanorum ſolet ornari, dum Romæ inungitur & conſecratur per manus ſummi Pontificis, & ſacrum Imperii ſuſcipit Diadema (&, ſine quibus, aliquis ad inunctionem, conſecrationem, & coronationem hujuſmodi nec ſolet, nec debet admitti) reddita inſuper tibi fuerunt quamplura Oppida, Caſtra, Villæ ac jura Imperii, tamquam Regi, tuque, ipſius Regni poſſeſſionem adeptus, ipſam tenes, & per ſex annos & amplius tenuiſti.

Ex his autem Procuratores tui arguere nitebantur, cum memorati Trevirenſis Archiepiſcopus, & Dux Saxoniæ, recuſando dicto die procedere, reliqui vero, non veniendo ad terminum concorditer aſſignatum, ſe alienos ab electione reddiderint ea vice, tu ab omnibus Principibus, vel ſaltem ab iis, in quos totaliter jus eligendi reciderat, cenſeri debes electus;

Et, pro certo ac indubitato ponentes jus in Regno & Imperio ſupradictis, tibi, electo, prædictis conſuetudinibus obſervatis, ubi, & a quibus id fieri debuit, & nulli alii acquiſitum, ac Regium nomen & Imperii Diadema indubitate deberi, ſupplicaverunt inſtanter & humiliter petierunt tibi hujuſmodi nomen aſcribi.

Maxime cum antedictus prædeceſſor id tibi, de fratrum ſuorum conſilio, adſcripſiſſet; te, in eiſdem Regno & Imperio, quibuſlibet aliis præferendo, ſicut per ipſius litteras oſtendere nitebantur; teque per nos inungendum, conſecrandum, & coronandum in Romanum Imperatorem,

peratorem, advocatum ac defenſorem Eccleſiæ, ad ipſum Diadema de noſtris ſuſcipiendum manibus, ſine diſpendio ulterioris moræ vocari, & Apoſtolicum tibi favorem impendi, præſertim cum non tantum major pars Principum prædictorum, imo omnes (excepto nobili viro Marchione Brandeburgenſi; qui etiam paratus eſt tibi obedire, ut iidem Nuntii proponebant) electioni de te factæ conſentiant, & tibi tàm ipſi, quàm alii Magnates Alemanniæ generaliter tanquam ſuo Regi obediant & intendant;

Petitionem ſuam illâ indubitatâ, ſicut aſſerunt, in Imperio & jure, munitam conſuetudine fulcientes, qua dicunt electo in Regem Romanorum, ſecundum ſolitum morem Imperii, ubi, & à quibus debet, & poſtmodum per ſupradictum Colonienſem Archiepiſcopum inuncto, conſecrato, & coronato, eo ipſo Regium nomen acquiri; &, ſi electæ perſonæ impedimenta non obvient, vocando, ſine dilatione aliqua, per ſummum Pontificem ad coronam; ad id, non ſolum morem Imperii approbatum, ſed etiam quondam, felicis recordationis, Innocentii Papæ 3. Prædeceſſoris noſtri, Decretalem Epiſtolam allegantes;

Ac dicentes, per contradictionem memorati Regis Caſtellæ, vel electionem quæ de ipſo facta dicitur, petitionem non debere aliquatenus impediri; cum, ſecundum prædictas conſuetudines, ſit ei jam cujuſlibet contradictionis via præcluſa; & electio ipſius nulla fuerit ipſo jure, utpote poſt Annum & diem contra eaſdem Imperii conſuetudines, & termino, ad hoc ſtatuto de communi Principum prædictorum conſenſu, tranſacto; &, poſt electionem tuam legitimam, non caſſatam, à ſolo nominato Treverenſi (qui propter nova pedagia, quæ in terra ſua impoſuit, erat tunc excommunicatione ligatus) nullâ omnino formâ ſervatâ in Camera ejuſdem Treverenſis Archiepiſcopi, contemptis aliis Principibus, clandeſtine attentata, cum nullam ab eiſdem Principibus ſuper hoc poteſtatem haberet; quam ſi etiam ab aliquibus habuiſſet (ſicut quædam pro altera exhibitæ litteræ innuebant) formam tamen ipſius, quæ ſecundum tenorem literarum ipſarum, ad certam diem ſe tantummodo extendebant, non eligendo ipſa die, minime obſervavit.

Ex parte vero ſupradicti Regis Caſtellæ (per venerabiles fratres noſtros, Garſium Silvenſem, & fratrem Dominicum Abulenſem Epiſcopos, ac dilectum filium Magiſtrum Johannem Capellanum noſtrum, Archidiaconum Compoſtellanum, ipſius Procuratores, actores, & negotiorum geſtores generales & ſpeciales omnes in ſolidum, ita quod occupantis non ſit melior conditio, mandatum habentes ab ipſo ad petendum, pro eo, & ſuo nomine, à nobis, & prædictis fratribus noſtris coronam Imperii, & aſſignari ſibi diem ad recipiendum ipſam, & ad agendum, reſpondendum, defendendum, & tractandum jura ſua, & Imperii, & quicquid honori ejus expedire viderent, ſive in ordinario, ſive in extraordinario Judicio ageretur) fuit è contra propoſitum quod prædictus dies Octabarum Epiphaniæ non ad eligendum, ſed ad tractandum ſuper electione faciendi Regis & Imperatoris, & ad aſſignandum diem ad celebrandum electionem eamdem, non per omnes, ſed quoſdam ex ipſis Principibus extitit aſſignatus.

Qua die præfati, Trevirenſis Archiepiſcopus, & Dux Saxoniæ, pro ſe, ac dilecto filio, nobili viro Marchione Brandeburgenſi, qui eidem Trevirenſi Archiepiſcopo vices ſuas commiſerat, nec non & procurator memorati Regis Bohemiæ ad prædictum Oppidum, tanquam viri pacifici, acceſſerunt;

Supradicti verò, Colonienſis Archiepiſcopus, & Comes cum ingenti armatorum multitudine, ad loca circumvicina ipſius Oppidi advenientes, requiſiti per Treverenſem Archiepiſcopum, Ducem, & Procuratorem prædictos (qui eorum impreſſionem veriſimiliter formidabant) ut idem oppidum intrarent cum ſocietate decenti, de aſſignando die ad electionem celebrandam, prout terminus exigebat (ſi ad hoc eſſent habiles) unà cum ipſis pacifice tractaturi, non ſolùm id facere contempſerunt, verùm etiam, proprii proſecutores arbitrii, præſumpſerunt te in Regem Alemanniæ, non ſine multo contemptu aliorum Principum, nominare.

Memorati autem, Treverenſis Archiepiſcopus, Dux & Procurator, nominationem hujuſmodi attendentes penitus eſſe nullam,

Præſertim cum Colonienſis Archiepiſcopus, pro eo, quod in, bonæ memoriæ, P. Sancti Georgii, ad velum aureum, Diaconum Cardinalem, tunc Legatum in Alemanniæ partibus, manus injecerat, ac venerabilem fratrem noſtrum, Padebornenſem Epiſcopum detineret captivum, propter quod per eundem etiam Legatum excommunicatus extitit;

Comes vero, propter Clericorum & religioſorum cædes & notorias captiones, & quia contra ſententiam, felicis recordationis Innocentii Papæ 4. Prædeceſſoris

A.D. 1263. Hen. 3.

ris noſtri, quondam Friderico olim Romanorum Imperatori, & Conrado nato ejus præſtiterat publice conſilium, auxilium & favorem, erant, ipſius electionis tempore, tàm à canone, quàm ab homine variis Excommunicationibus innodati; & Maguntinus Archiepiſcopus, cujus idem Colonienſis Archiepiſcopus ſe vices gerere aſſerebat, in vinculis teneretur; propter quod, carens arbitrii libertate, præſtare non potuit, prout jura exigunt, liberum in electione conſenſum, nec etiam facto præſtitit ad electionem celebrandam,

Certum terminum ſtatuerint ſubſequentem Dominicam paſſionis; quo quidem termino uſque ad proximam Dominicam palmarum continuato de die in diem, & memorato Maguntino (tunc a vinculis liberato) Colonienſi Archiepiſcopo, & Comite requiſitis, & nolentibus intereſſe, dictus Trevirenſis Archiepiſcopus (à Rege Bohemiæ, Duce & Marchione ſibi ſuper hoc poteſtate commiſsâ) dictum Regem Caſtellæ, ſuo & illorum nomine, publice & ſolemniter, in eodem Oppido de Frankenford, Dei nomine invocato, Romanorum Regem & Imperatorem elegit, & electionem ipſam omnibus aſtantibus publicavit: Idemque Rex Caſtellæ (ipſa electione ſibi per quamplures Magnates Imperii (ad ipſum propter hoc in Hiſpaniam accedentes) poſtmodum præſentatâ) electioni conſenſit eidem.

Ex præmiſſis ſane iidem procuratores & Nuntii prælibati Regis Caſtellæ, dicentes electionem ipſam ubi, & à quibus debuit celebratam legitime, allegabant electionem eandem impediri non potuiſſe per tuam; quæ, ſicut dicunt, nulla extitit ipſo jure.

Nam, cum prædictus dies Octabarum, non ad eligendum, ſed ad tractandum de ſtatuto die ad electionem celebrandam novi Regis, fuerit non per omnes prædictos Principes, ſed per aliquos ex eis, ut præmittitur, aſſignatus, (qui etiamſi ad eligendum ſtatutus fuiſſet per majorem partem eorundem Principum, minoris partis non obſtante contradictione, mutari & prorogari potuit, & extitit prorogatus) conſtat electionem de te, maxime per pauciores de ipſis Principibus excommunicatos, ipſo die Octavarum factam, nullam penitus extitiſſe.

Excommunicationem etiam, contra memoratum Archiepiſcopum Treverenſem objectam, & conſuetudinem, quæ de celebrandâ, tempore vacantis Imperii, infra annum & diem Regis Romanorum electione præponitur, ac alias omnino negantes, allegabant quod, ſi veritate hujuſmodi propoſitio fulciretur, electio tua, quæ quindecim diebus de ipſo tempore adhuc exiſtentibus, celebrata fertur, ex hoc etiam nulla eſſet; cum non licuerit minori parti, majore contemptâ, diem ultimam ipſius temporis prævenire.

A.D. 1263. Hen. 3.

Per quæ apparere dicebant quod Electores ejuſdem Regis Caſtellæ, nolendo die illo eligere, non fuerunt eligendi jure privati; nec ſi etiam, ut pars adverſa proponit, ad minorem partem renuiſſent exire: Nam cum, infra prædictum Oppidum de Franckeford, Romani Regis & Imperatoris, & non alibi debeat electio celebrari, minor pars non poterat ad locum alium coarctare majorem.

Adjecerunt, præterea, inunctionem, conſecrationem, coronationem, ac poſſeſſionem prædictas (quam quidem poſſeſſionem omnino negabant) & cætera, pro parte tua inducta (cum ex electione tuâ, quæ, ut prædicitur, nulla extiterat, ſecuta fuerint) tanquam nulla, nullum potuiſſe tuo munimentum afferre, aut ejuſdem Regis Caſtellæ juri præjudicium generare; ſubjungentes Colonienſem Archiepiſcopum ſupradictam conſecrationem, vel inunctionem, ſeu coronationem, quæ jus tribuant, dare non poſſe niſi ei, qui à majori & ſaniori parte prædictorum Principum eſt electus; alioquin illa ſequeretur abſurditas, quod ſolus Colonienſis Archiepiſcopus, precibus inductus, vel corruptus pretio, cui vellet, Imperium dare poſſet.

Quod autem de literis ſupradicti Prædeceſſoris Alexandri præmittitur (in quibus tibi Regium nomen dicebatur aſcriptum, teque in prædictis Regno & Imperio aliis fuiſſe prælatum) multipliciter confutabant;

Tum, quia quoties coram ipſo prædeceſſore Alexandro ac fratribus ſuis de Imperii negotio agebatur, idem Prædeceſſor Alexander publicè aſſerebat quod, ſuper eodem negotio, nihil in dicti Regis Caſtellæ præjudicium attentaret (quod etiam ipſi Regi Caſtellæ, per literas, per quondam A. de Ferentino ſuum Capellanum & Nuntium intimavit) propter quod prædictæ, per te inductæ, literæ merito ſunt ſuſpectæ, nec credendæ de ejuſdem Prædeceſſoris Alexandri conſcientia emanaſſe;

Tum etiam quia, ſi de ipſius conſcientiâ, & fratrum ſuorum conſilio proceſſiſſent, cum injurioſæ ſint, debent merito revocari.

Unde iidem Regis Caſtellæ Procuratores & Nuntii, electionem, de ipſo fa-

ctam

ctam, electione tua prædicta, & iis, quæ pro te fuerunt objecta, nequaquam obſtantibus, fore legitimam, utpote celebratam à majori parte ipſorum Principum (quos iidem Procuratores & Nuntii variare non potuiſſe allegant, & variaſſe non credunt) imo, fictione juris, ab omnibus (cum alii, utpote inhabiles, electioni non potuerint, vel ſaltem noluerint in loco ſolito & tempore debito intereſſe) ac ipſum potiorem in prædictis Regno & Imperio arguentes, cum inſtantia poſtularunt ipſi Regi Caſtellæ conſuetum favorem, videlicet, quod, quando aliqui ad Imperium in diſcordia Principum eliguntur, Sedes Apoſtolica illum, qui electus eſt à parte majori, perſonæ impedimentis ceſſantibus, denunciat electum canonice, ac Regem nominat & ei favorem præſtat, illique terminum ad recipiendam Coronam aſſignat, etiamſi alter taliter electorum Regni poſſeſſionem præſumſerit occupare (ſicut in electionibus Lotharii & Conradi, Othonis & Philippi, ac aliorum plurium obſervatum fuiſſe dicebant) ad hoc prædictam decretalem Epiſtolam inducentes.

Eiſdem autem præfati Regis Caſtellæ Nuntiis petitioni prædictæ, ſuper debitâ Juſtitiâ exhibendâ porrectæ, inſiſtentibus, nos memoratum Roffenſem Epiſcopum, & alios tuos Procuratores, de prædictorum fratrum Conſilio, duximus requirendos ſi vellent ſuper præmiſſis ſubire, tuo nomine, noſtrum & Apoſtolicæ Sedis examen: Qui, habito conſilio, reſponderunt quod (cum ſis Princeps Catholicus Eccleſiæ Romanæ devotus, ipſam caput Chriſtianitatis & Fidei, tuamque Matrem & Dominam recognoſcens, nec intendas illius declinare Judicium, in quibus illud ſubire debes, & de jure teneris, & in Imperio jus habens, ac Regni Alamanniæ & ejus jurium poſſeſſionem obtineas) parati erant, in quantum prædicti mandati, quod à te habebant, ſe vires extendunt, pro te ac tuo nomine, tanquam pro Rege vero, ac legitimo poſſeſſore, judicium noſtrum & Eccleſiæ Romanæ ſubire, ſi quis appareret qui te, ſuper præmiſſis velit impetere, aut aliquid quocunque modo proponere, per quod tibi poſſit aliquod præjudicium generari;

Salvis ſemper in omnibus & per omnia juriſdictione, poteſtate, officio, auctoritate, dignitate honore, ac libertate Sacri Romani Imperii, ejuſque Principum ad quos ſpecialiter ſpectat Romani Regis electio, & quibus præjudicare non intendebant, vel alias quomodolibet derogare; petitionem tuo præmiſſam nomine nihilominus repetentes.

Ecce! Fili chariſſime, dum ad petitionem Juſtitiæ ab una parte proceditur, nec ab altera Judicio ceditur; ſed per ipſorum Regum concordiam, & concordem ſupradicti ordinationem Imperii, deſiderata quietis nobis Serenitas arrideret; in judiciorum inquietos anfractus ingerimur, & expetitæ Juſtitiæ inſtantia in ipſorum nos fluctus impellit.

Ecce! pacem expectavimus & non venit; quæſivimus bona, & turbatio ſtrepitus Judicialis offertur.

Profecto non id deſiderabat Eccleſiæ Imperiali auxilio relevanda neceſſitas, non id exigebant laceræ partes Imperii, occupatricibus expoſitæ manibus direptorum; non id requirebat Chriſtianitatis his temporibus miſeranda conditio, quam intrinſeca pluſquam ——— Tartaricæ feritatis affligunt; quibus potius debebatur ut, per tractatus pacificos, Cæſarei culminis acceleranda proviſio, in unitate capitis juribus redintegratis Imperii, contra tot diſcrimina provideret.

Nos itaque, pacis cogitationes ſollicite cogitantes, ac de illius ſperantes omnipotentia & immenſa virtute, ſub quo curvantur qui portant orbem, qui ventis imperat, & ad ejus nutum ſtat ſpiritus procellarum, pacis tractatibus providimus inſiſtendum.

Et ideo, hinc inde propoſitis, à nobis & prædictis fratribus noſtris in diſcuſſionem exactæ deliberationis inductis, de ipſorum conſilio, tàm ad magnificentiæ tuæ præſentiam, quàm ad ipſum Regem Caſtellæ Nuntios deliberavimus deſtinandos, qui vos ad pacem invitent:

Ad quod dilectum filium, Magiſtrum Guillielmum Capellanum noſtrum Archidiaconum in Eccleſia Pariſienſi, virum utique providum, conſilii maturitate conſpicuum, à nobis ac eiſdem fratribus plurimum merito ſuæ probitatis acceptum, de cujus induſtria & fidelitate nos & ipſi fratres plene confidimus, ad tuam magnificentiam ſpecialiter deſtinamus.

Et nichilominus, cum ſimus omnibus Juſtitiæ debitores, nec debeamus eam perſonis denegare ſublimibus, qui, ſuper ipſa etiam ab humilibus requiſiti, noſtri partes officii non negamus, te ac eundem Regem Caſtellæ citandos decrevimus, &, de ſæpe dictorum fratrum conſilio, peremptorie, præſentium tenore, citamus ut, ſecundo die Maii, primo venturi, Apoſtolico conſpectui, per Procuratores idoneos, te præſentes,

qui

A.D. 1263.
Hen. 3.

qui, tuæ conſcientiæ conſcii legitimum & plenum à te mandatum habeant, ad pacis tractatum, ſi Dominus dederit, ineundum, & ad procedendum in ipſo negotio, prout honori Eccleſiæ, ac penſata talis & tanti conditione negotii, ſine offenſa Juſtitiæ, videbimus expedire.

Dat. apud Urbem Veterem, 2 Kalend. Septembris.

De fidelitate præſtanda Edwardo filio Regis.

A.D. 1263.
An. 47. H. 3.
Pat. 47. H. 3. n. 32.

REX Baronibus portûs ſui Dovor.

Cum dilectus filius Edwardus, primogenitus noſter, ad vos perſonaliter accedat ut, tanquam primogenitus & hæres noſter, fidelitatem à vobis recipiat, ſicut eam de noſtro mandato à cæteris Baronibus, & Magnatibus noſtris nuper recepit;

Nobis mandamus rogantes quatenus fidelitatem faciatis eidem, ſalvâ fidelitate in qua nobis tenemini quamdiu vixerimus; ita quod ipſum poſtea, ſi nos ſupervixerit, pro Domino habebitis & Rege veſtro, & auxilium fidele ſibi præſtabitis ad ſuam Coronationem conſequendam, & Coronam Regni optinendam.

In cujus, &c.

Teſte meipſo apud Sanctum Paulum London. 15 die Junii.

Conſimilis littera ſingulis portubus dirigitur.

Littera a Rege Romanorum de tractando cum Baronibus.

A.D. 1263.
An. 47. H. 3.
Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.

ILluſtri & Magnifico Principi, Domino Henrico, Dei gratiâ, Regi Angliæ, & Domino Hiberniæ, & Duci Acquitaniæ, Germano ſuo kariſſimo, Ricardus, eâdem gratiâ, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ſalutem & ſinceriſſimæ ſemper dilectionis affectum.

Hac præſenti feriâ ſexta in die, videlicet, beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, comeſtione factâ, verſus Cyppenham greſſus noſtros cum omni acceleratione direximus; deinde verſus Walyngford è veſtigio proceſſuri, ubi credimus invenire Barones.

Diſponentes itaque cum eiſdem ſuper concordiâ bonâ ſollicitum & fructuoſum habere tractatum, vobiſque renunciare quamcitiùs quicquid invenerimus apud eos, ſinceritatem veſtram attentè requirimus & rogamus quatenus inclito Edwardo filio veſtro, nepoti kariſſimo noſtro, detis firmiter in mandatis ne, donec ſciverimus utrum poſſumus in ipſo tractatu proficere, bellicum faciat in Barones, vel aliquem eorumdem inſultum; nos enim adverſæ parti mandavimus illud idem.

Data Itelbord, 28 die Junii, Indictione 6, Regni noſtri 7.

In Dorſo,

Illuſtri H. Regi Angliæ kariſſimo.

De forma Pacis per Barones miſſa ad Regem & Dominum Edwardum.

A.D. 1263.
An. 47. H. 3.
Ex Bundel. ut ſupra.

DIſcreto viro, & amico ſuo kariſſimo, Domino W. de Merton Domini Regis Cancellario, W. divina miſeratione, Wygornienſis Eccleſiæ Miniſter humilis, ſalutem, & quicquid poteſt amicitiæ & honoris.

Cum teneamur circa ea, quæ tranquilitatem & pacem Regni reſpicere debeant, totis viribus laborare, & Lincolnienſis, Londonienſis, & Coventrenſis, & Lichfeldenſis Epiſcopi cum quadam forma pacis ad Dominum Regem & Dominum Edwardum, ex parte Baronum, mittantur; ex deſiderio intimi cordis noſtri conſequendæ pacis cogimur vos rogare,

Quatinus, cum vobis videatur quod forma illa ſatis ſit competens & honeſta, ob Domini Regis honorem & Regni tranquilitatem, cum omni diligentia laborare velitis ut Dominus noſter Rex

&

A.D. 1263. Hen. 3.

& Dominus Edwardus, ad iminens & formidandum periculum evitandum, dictam formam velint, ſine impedimento quolibet, acceptare. Valete.

Data die Apoſtolorum Petri & Pauli, anno Domini 1263.

A.D. 1263. Hen. 3.

Littera a Rege Romanorum de liberatione Filii ſui Henrici primogeniti.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Ex Bundel. ut ſupra.

Illuſtri & Magnifico Principi, Domino Henrico, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, Germano ſuo kariſſimo Ricardus, eadem gratia, Romanorum Rex ſemper Auguſtus ſalutem, & ſinceriſſimæ dilectionis augmentum.

Pro eo quod, tanta nobis prætendentes humanitatis indicia, inclitum Henricum, primogenitum filium noſtrum kariſſimum, tantum à vinculo captivitatis abſolvi petivimus, nulla prorſus conditione captatâ, tam liberaliter & ſimpliciter demandetis reſtitui libertati, ad uberiores, quas poſſumus, vobis grates & gratias inclinamus; recognoſcentes nos meritò vobis adeo copioſioris aſtringi retributionis & compenſationis obſequio, quia quod in hujuſmodi caſus articulo per vos factum eſt nobis, ex fœcundioris cumulo benivolentiæ novimus prodiſſe.

Et certe non levem ſuſcitat hoc in nobis diſplicentiæ ſpiritum, quod, ad reddendam ſuper hoc viciſſitudinem gratam vobis, noſtræ non correſpondet ad præſens poſſibilitas voluntati; ſed proculdubio promptum in votis gerimus, & inceſſanter habemus in affectu, oportunis temporibus, operoſe oſtendere quod ſuper hoc concepimus infectum.

Super hoc verò, quia Celſitudini veſtræ complacuit ordinationi noſtræ committere, ſi liberationis filii noſtri literæ forent in aliquo immutandæ, ad eas emendationes faceret veſtra Serenitas mittere manum; cum gratiarum actionibus ſcire vos volumus quod in eis nil penitus arbitramur in aliquo corrigendum.

Data Bekhemeſtede, decimo die Julii, Indictione ſextâ, Regni noſtri ſeptimo.

Petimus inſuper ut literæ veſtræ, quæ pro liberatione filii noſtri mittuntur à vobis ſub eodem tenore, quo conceptæ ſunt, ſint Patentes. Data ut ſupra.

A.D. 1263.

De Conditionibus a Rege & Edmundo filio non obſervatis, & de Regno Siciliæ alteri concedendo.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Ex Autogr.

Urbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimis in Chriſto filiis H. illuſtri Regi Angliæ, & Nobili viro Edmundo Nato ejus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Non ſolum ad veſtram, ſed etiam ad generalem & publicam totius mundi credimus perveniſſe notitiam, qualiter quondam Freder. olim Romanorum Imperator, ejuſque nati, & poſteri Romanam Matrem Eccleſiam ſub diverſitate temporum vexaverunt.

Hii etenim, aliorum perſecutorum excedentes tyrampnidem, gravioribus eam affecerunt injuriis, & oppreſſionibus durioribus afflixerunt; &, velut in cædem & exterminium ejus tendentes, furoris arcum & feritatis gladium acuentes, diris illam tribulavere flagellis, & uſque ad interiora profundis illatis vulneribus ſauciarunt: Quoniam, in hoc pravo genere, patrum in filios, cum ſanguine, derivatâ malitiâ, ſicut carnis propagatione, ſic imitatione operum nati genitoribus ſucceſſerunt.

A.D. 1263.

Et, licet Eccleſia eadem ubique locorum, ad quæ perſecutorum ipſorum ſe extendit potentia, crudeliſſimas eorum perſenſerit punctiones, in Regno tamen Syciliæ, quod ad ipſam Eccleſiam pertinet pleno jure, tanto duriores & aſperiores perſecutiones pertulit ab eiſdem, quanto liberiùs iidem perſecutores ſunt in eo longis temporibus debacchati, quantoque ſeveriùs & atrociùs inibi, ante ipſius Eccleſiæ oculos, uteri ſui filios oppreſſerunt: Quia nec etiam Eccleſias, nec perſonas eccleſiaſticas ipſius Regni, earumque jura, libertates & bona, draconum illorum præteriere furores; ſed in hæc eo excanduere ferociùs, quo quicquid eccleſiaſtico diſcernitur nomine, abhorruerunt odio graviori.

Et ideo prædicta Eccleſia, memorato Freder. & Conrado Nato ipſius ſublatis de medio, ad Regnum ipſum habens maternæ compaſſionis affectum, quia erant adhuc lacrimæ in maxillis ejus, & in vultu ſuo apparebat ſqualor diutinæ paſſionis, ardenti deſiderio conſurrexit ut benignitatis ſuæ lintheo lacrimas ipſas dilueret, & ſqualorem dextera propitiante detergeret, dictumque Regnum ad optatæ ſalutis, libertatis ſolitæ, paciſque ſolidæ ſtatum plenè reduceret, ut illud in eo firma ſtabilitate, favente Domino, præſervaret.

Verum, quia Regnum ipſum, cum omnibus diſtrictibus & pertinentiis ſuis, erat ad eandem Eccleſiam, ejuſque diſpoſitionem totaliter devolutum, felicis recordationis Alexander Papa, Prædeceſſor noſter, dictum Regnum (pro cujus recuperatione ipſa Eccleſia, importabilibus non parcendo ſumptibus, ac multorum laborum minime devitando tædia, diutius laboravit; rem utique ipſi Eccleſiæ, inter cætera temporalia ſua bona, cariſſimam) tibi, Fili Edmunde, præferendo te in hoc univerſis Catholicis orbis terræ Principibus, liberaliter contulit ſub certis conditionibus atque pactis, prout in apoſtolico privilegio, ſuper hoc obtento, plenius continetur.

Et, quia ſincera & firma voluntas in dilectionis & operis proſecutione cognoſcitur (cum hujuſmodi negotium, propter ipſius Regni ſtatum, nondum tunc in toto tranquillum, multo indigeret conſilio & favore, magnamque requireret ſolertiam, & ſuſtentationis fulcimenta non modica, valida defenſionis munimina, & indeficientis ſubſidii firmamentum) idem Prædeceſſor è diverſis partibus magnificos inſtauravit exercitus, deputavitque legatos ad proſecutionem ipſius negotii, ut poſſet illud, Domino adjutore, perducere ad ſtatum honorabilem & quietum.

Cumque idem negotium laudabiliter convaleſceret, & ſucceſſibus proſperis firmaretur; tandem (quia quorundam proditorum, qui eidem Eccleſiæ fraudulenter adhæſerant, faciente nequitiâ) inopinato caſu extitit impeditum (propter quod tanto feſtinatius erat eidem ſuccurrendum negotio, quanto ſibi propinquius imminebat confuſio & diſcrimen) dictus Prædeceſſor te, Fili Rex, pluries requiſivit, tibi cum inſtantia perſuadens ut, quia prædicta Eccleſia erat ulterius ad ferendum tantum pondus penitus impotens, ac multis & gravibus debitis obligata, ſuccurſum cum omni feſtinantia præparares; ita quod, omni difficultate ac tarditate remota, copioſa & ſtrenua militia, cum ydoneo Capitaneo, mitteretur pro conſervatione quarundam terrarum ipſius Regni, quæ adhuc in devotione ipſius Eccleſiæ perſiſtebant, & per quas alias ejuſdem Regni partes liber haberi poterat tranſitus & proceſſus.

Sed qualiter hæc, quæ memoratus Prædeceſſor tibi, pro ejuſdem negotii ſuſtentatione ac promotione, perſuaſiſſe dinoſcitur, feceris, non ignoras; qualiter etiam negotium ipſum adjuveris, ac ſuper illo provideris, cunctis luce clarius innoteſcit; cùm nec tuas, nec aliorum curas & vires, ad hujus rei proſecutionem curaveris adhibere.

Quinimmo ſic ipſum negotium per te ac tuos omiſſum extitit, quod, eo tuis ſperatis & oportunis ſubſidiis non ſuffulto, prædictæ terræ, per quas reſiduum ipſius Regni recuperari poterat, adverſarii ejuſdem Eccleſiæ Mamfredi, videlicet quondam Principis Tarentin. aggreſſibus paruerunt; qui, poſtquam Regnum ipſum totaliter occupavit, ſic protinus in ſuperbiæ altitudinem eſt elatus, & in ſævitiæ acerbitatem obriguit, quod de virtute divina non tremuit, humanamque parvi pendit potentiam, & honorem Eccleſiæ, ac libertatem hominum dicti Regni tyrampnide furibunda depreſſit.

De multiplicis etenim neceſſitatis anguſto, in quo ſerpens iſte latuerat, ad affluentis opulentiæ amplitudinem famelicus & ſitibundus exiliens, rabido cepit ore Regnum laniare præfatum; ſicque in bona & perſonas ipſius anxia exarſit ingluvie, quod, hæc inſatiabili rapacitate diſcerpens, illud, proh dolor! ferus plus ferâ qualibet, ferè penitus abſorbuit in utriſque; nec ſexum, nec ætatem, neque ordinem prætermittens.

Propter quod multotiens doloroſè ſuſpirat, & lacrimatur amarè apoſtolica ſedes; quod Regnum juris & proprietatis ſuæ carum, quippe ſibi dira & dura Pharaonicæ oppreſſionis mole proſternitur, nec finitur pia & leni conſolationis apoſtolicæ dextera relevari.

Expectans enim, expectavit diutius quod ſublime Regni Angliæ ſolium, cum ſtrenua domus gentis Anglicanæ potentia, quam dictus Prædeceſſor in ipſius Regni collatione ſpecialiter honoraverat, apprehenderet arma & ſcutum, & exurgeret in adjutorium matris ſuæ, dictumque negotium conſtanter aſſumeret: Et, præfatam Eccleſiam liberando magnifice ab inimicis ejus, qui in circuitu ejus ſunt, ac extrahendo prædictum Regnum, ejuſque populum de faucibus perſequentis,

A.D. 1263. Hen. 3.

ſequentis, jugum oneris ejus, & ſceptrum exactoris ejus magnificentiùs ſuperaret.

Sed hujuſmodi expectatio & ſpes, quam in vobis ſedes eadem poſuit, nullum ſibi prorſus commodum attulit vel profectum; quinimmo ſedes ipſa, hujuſmodi ſpe fruſtrata, multas & innumerabiles propter hoc injurias & ignominias pertulit, pluraque & inextimabilia ſuſtinuit detrimenta.

Dictus namque Manfredus, occupatione ipſius Regni Syciliæ non contentus, ad Anchonitan. Marchiam, & quamplures alias terras de patrimonio ipſius Eccleſiæ, & demum ad quandam partem Tuſciæ, quæ Romano Imperio ſubjacet, avidas & occupatrices manus extendens, memoratam Eccleſiam diverſis perſecutionum generibus inceſſanter affligit: Adeo quod eadem Eccleſia, multis malis afflicta, diverſis attrita moleſtiis, & variis flagellis oppreſſa, vix poteſt ab hujuſmodi oppreſſionibus reſpirare.

Quoniam ex hoc libere pullulant hæreſes, cultus divini nominis diſpendia minorationis incurrit, incendia urbium, depopulationes Caſtrorum, ſtrages Chriſtianorum, & quamplura alia abhominabilia committuntur, quæ divinæ oculos Majeſtatis offendunt, ſcandalum in Eccleſia commovent & tremendum Eccleſiaſticæ cenſuræ vigorem debilitant & conculcant: nec poteſt ipſa Eccleſia, invaleſcentibus ejuſdem Manfr. viribus, oportunum ſuper hiis remedium adhibere.

Nos igitur, poſtquam fuit noſtris cervicibus Apoſtolicæ jugum ſervitutis impoſitum, diligentius attendentes quod a prædicto Regno Syciliæ omne malum ipſius Eccleſiæ pandebatur, & cauſa periculorum hujuſmodi procedebat; conſiderantes etiam quod dicta Romana Eccleſia per vos non potuit, neque poterat (quod inviti referimus) a ſuis calamitatibus & ærumpnis, quantumcumque vos diutius expectaverit, liberari: propter quod omnino expediebat tàm nobis, quàm ipſi Eccleſiæ de præfato Regno Sicilyæ aliter cogitare, neceſſario diſpoſuimus in animo noſtro de Regno ipſo tractare, ac ordinare utiliter, prout expedire honori & profectui prædictæ Eccleſiæ viderimus.

Cúmque hujuſmodi noſtræ intentionis propoſitum producere vellemus in actum, tu, fili Rex, hoc intelligens id grave tuliſti, ſicut accepimus, & moleſtum; de quo eo vehementiorem ammirationem in mente accepimus, quo pleniorem ſemper de te prædicta Eccleſia fiduciam habuit, quod in cunctis neceſſitatibus ſibi potenter & patenter aſſiſteres; ipſiuſque honorem & comodum, non ſolum penes te, ſed etiam penes alios affectuoſo ſtudio procurares, retroactis temporibus dinoſceris id laudabiliter peregiſſe.

A.D. 1263. Hen. 3.

Quia ergo liberum eſt nobis & ipſi Eccleſiæ de prædicto Regno Siciliæ diſponere, ac juxta noſtrum beneplacitum ordinare, cum conditiones, ſub quibus Regnum ipſum a præfato prædeceſſore conceſſum extitit, adimpletæ non fuerint, ſicut nôſtis; nos (intendentes, omnino urgente ad id nos neceſſitatis articulo (in quo eſt prædicta Eccleſia hoc tempore conſtituta) de Regno ipſo, prout, penſato moderno ipſius Eccleſiæ ſtatu, expedire viderimus, providere) Magnificentiam veſtram, de fratrum noſtrorum conſilio rogandam duximus attentius & hortandam, in remiſſionem vobis peccaminum nichilominus injungentes quatinus, præmiſſa omnia infra veſtrorum clauſtra pectorum meditatione provida revolventes, & gerentes ad prædictam Eccleſiam, ſuper tot ejus anguſtiis, habito ad radicem veritatis in hac parte reſpectu, filialis compaſſionis affectum, nullum deinceps nobis & ipſi Eccleſiæ, ſuper hujuſmodi dicti Regni negotio, ingeratis impedimentum, nullumque contradictionis obſtaculum opponatis; ſed, ab iis penitus deſiſtentes, non ſolum permittatis nos & eandem Eccleſiam libere de Regno ipſo tractare ac facere, ſicut viderimus faciendum, verum etiam & verbis oſtendatis & literis quod vobis non diſplicet, immo placet ſi dicta Eccleſia ſuper ipſius Regni negotio tractet cum aliquibus mundi Principibus, ſuamque poſſit de ipſo Regno conditionem facere meliorem:

Preces ſuper hoc Apoſtolicas taliter impleturi, quod Regem Regum conſtituatis exinde vobis propitium & benignum, & prædictam Romanam Eccleſiam reddatis propter hoc vobis perpetuis temporibus, in veſtris oportunitatibus, favorabilem adjutricem:

Et ecce venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Cuſentin. virum utique expertæ providentiæ, ac examinatæ virtutis, cujus ſuper hiis acquieſcatis monitis & exhortationibus, propter hoc ſpecialiter ad vos, de ipſorum fratrum conſilio, deſtinamus.

Dat. apud Urbem Veterem, quinto Kal. Auguſti, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Littera Regi de reſiſtendo rebellibus ejus.

A.D. 1263.
An. 47. *H.* 3.
Ex Bundel. Litterar. ut ſupra.

ILluſtriſſimo Principi, Domino ſuo kariſſimo, Domino Henrico, Dei gratia, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitan. devotus & fidelis ſuus R. de Nevill ſalutem & debitam cum fide & dilectione ſubjectionem.

Quoniam in manu forti oportet rebellibus veſtris reſiſtere, qui pacem veſtram & tranquilitatem Regni veſtri nituntur infringere, plureſque tepidos in reſponſis ſuis ad conſervationem pacis invenio,

Majeſtati veſtræ dignum duxi ſupplicare quatenus, ſi placet, Dominis Roberto de Brus, Johanni Comyn, Johanni de Balliol, Henr. de Percy, & aliis Magnatibus veſtris in partibus illis litteras veſtras deſtinare velitis, quod, ad conſervationem pacis in partibus ultra Trentam, potentialiter unà mecum manum apponant auxiliatricem:

A.D. 1263.

Quia, ſi poſſe potentiæ amicorum meorum, & meæ in partibus prædictis fuerit aſſociatum, in quantum poterimus malitiis prædictorum rebellium reſiſtere conabimur.

Ad hoc, bonum eſſet, ut michi videtur, & tutum quod Caſtrum de Pontefracto, quod eſt quaſi clavis in Comitatu Eborum, viris potentibus eſſet præmunitum.

Super hiis igitur, ſi placet, veſtra Regia Majeſtas michi veſtro veſtrum beneplacitum dignetur ſignificare.

Valeat Regnum veſtrum & Imperium ſemper in Domino.

De Rege Dacyæ, una cum Rege Norwegiæ applicantibus in Scotia.

A.D. 1263.
An. 47. *H.* 3.
Ibidem.

VEnerabili Viro, & amico reverendo, Domino W. de Merton Cancellario Domini Regis, ſuus R. de Nevill ſalutem, & paratam ad beneplacita voluntatem.

Literas Domini Regis nuper recepi, continentes quod me capitaneum ſuum conſtituit in Comitatibus ſuis ultra Trentam, ad pacis ſuæ conſervationem contra quoſdam rebelles ſuos, ac pacis ſuæ perturbatores, & inſuper cuſtodiam Comitatûs Eborum, & Caſtri ejuſdem michi commiſit; quæ quidem in omnibus pro viribus adimplere paratus ſum.

Verùm, quia talia aſſumere non poſſum, ſine maximis ſumptibus, dilectioni veſtræ dignum duxi ſupplicare quatenus, ſi placet, conſilium veſtrum & auxilium præſens Domino Regi velitis apponere, ut michi ſignificet ubi, & de quo, ſive de quibus potero denarium perquirere ad cuſtodiam tàm Comitatûs & Caſtri prædictorum, quàm Caſtri de Bamburgh. quod in mea eſt cuſtodia, faciendam.

A.D. 1263.

Dicitur enim pro certo quod Rex Dacyæ, unà cum Rege Norewayæ, cum magna multitudine Navegii, in forenciſis Inſulis Scotiæ applicuit; ſet quo proponant divertere nondum certum, unde periculum in partibus illis eminere formidandum.

Dilectioni etiam veſtræ ſignifico quod quidam, quos fideles Domini Regis eſſe credebam, jam per prædicationem ſuorum rebellium ad ipſos penitus ſunt converſi; propter quod majus auxilium aliorum perquirere, majoreſque ſumptus facere oportebit.

Valeat ſemper in Domino.

Regi Littera de Baronibus & Rebellibus.

A.D. 1263.
An. 47. *H.* 3.
Ex Bundel. Litterar. ut ſupra.

EXcellentiſſimo ac reverentiſſimo Domino ſuo, Domino Henrico, Dei gratiâ, illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, ſuus ſemper Radulphus Ruſſel ſalutem, & integræ fidelitatis ſemper conſtantiam.

A.D. 1263.

Nobiliſſimæ ac Excellentiſſimæ Serenitati veſtræ ſignifico quod, ſicut datur mihi intelligi, quidam Barones ac Rebelles veſtri venturi ſunt apud Caſtrum Sarum cum magna multitudine armatorum in brevi:

A.D. 1263. Hen. 3. Et quia, ad munitionem Caſtri veſtri non invenio homines, niſi pauciſſimos, qui pro denariis veſtris ibidem velint intereſſe, mihi veſtro, ſi placet, aliquid auxilium mittere velitis, ad Caſtrum veſtrum prædictum contra eos cuſtodiendum & defendendum.

Valeat Excellentiſſima Serenitas veſtra ſemper in Domino.

Littera Regi Franciæ, excuſatoria quod ipſum de certis cauſis adire nequit.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Pat. 47. H. 3. n. 13.

REGI Franciæ, Rex Angliæ ſalutem, & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Veſtra nobis ſignificavit Excellentia quod nos, dilecta conſors noſtra, & filii noſtri ad vos, certis loco & tempore, in propriis perſonis veniremus, ut ſuper ſtatûs noſtri meliorationem conſilium & auxilium nobis poſſetis impartiri, & ut vobis ſuper aliis tanquam Domino loqueremur;

Volentes ſiquidem veſtræ Magnitudini pro viribus complacere, tàm nos, quàm conſilium noſtrum, tunc nobis aſſiſtens, quod nobis in hac parte ſignificaſtis, animo reverenti & inclinato cupimus adimplere.

Verum, quia Barones noſtri, ex certis cauſis, volunt ſecuritatem ſibi præſtari de reditu noſtro feſtino in Angliam, Celſitudini veſtræ ſupplicamus humiliter & devotè quatenus eis, per litteras veſtras patentes, ſuper hoc talem ſecuritatem præſtare velitis, qualem a vobis venerabilis pater J. Glaſcuenſis Epiſcopus, & frater Johannes de Houton Templarius, quos ob hoc ad veſtram præſentiam tranſmittimus, poſtulabunt.

Cæterum præſentiam noſtram, die nobis a veſtra Celſitudine ſtatuto, ex certis cauſis prædictis exhibere non poſſumus; quas Nuncii noſtri vobis plenius explanabunt; quibus ſuper adventu noſtro ad vos fidem adhibere velitis pleniorem.

Teſte Rege apud Weſtm. 16 die Auguſti.

Littera Regi Franciæ.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Ibid. n. 12.

REGI Franciæ, Rex Angliæ ſalutem, & ſinceræ, &c.

Cum, parentes mandato veſtro, ad vos in proximo de conſilio procerum noſtrorum perſonaliter accedere proponamus, infra Octabas beati Michaelis proximo venturas in Angliam reverſuri, ſicut Magnatibus noſtris bona fide promiſimus, volumus & requirimus quod, ſi contra hoc promiſſum noſtrum & debitum venerimus, ſeu venire voluerimus, nos ad dictum promiſſum noſtrum complendum compellatis.

Teſte ut ſupra.

De concordia facta inter Edwardum Primogenitum Regis, & quoſdam Magnates Angliæ.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. L. A. f. 233. b. Penes Camerar. Scaccar.

A Toz ceus, ke ceſtes lettres verront è orront, Rog. de Leyburn, Joh. de Vaus, Ralf. Baſſet, Ham. Leſtraunge, e Johan. Giffard, ſalut.

Sache voſtre Univerſite ke, cum vi euſt conteut entre mon ſyre Edward, fit aiſne le Roi d'Engletere, e nos, nous de ces conteut amender, e abeſſer, e de ſeurte faire, e de eſtre lui amy a totes ſes boſoynes, encontre tote gent, qe nos tele ſeurte, Come le Cunte de Warenn. e mon ſyre Hen. Fizt le Roi d'Alemayne Deviſeront e dirront, Ferons e tendroms fermemant e eſtable, a tote noſtre vie; ſauue le commun ſerement, k'eſt al honour de deu, e a la fay le Roi e a profit du reaume.

E avoms Jure ſor ſaynt Ewangeles de tenyr totes ces choſes, ke ſunt deſuſdites fermes e eſtables.

En teſemoine de ques choſes nos avons mis nos ſeaus a ceſt eſcrite, ke fu fet a Lamhiee Le Samadi procheyn apres la aſſumpcion noſtre Dame, Lan de la grace noſtre Seynour, mil, e deus cent, e ſeiſſaunte, e trais.

A.D. 1263. Hen. 3.

De pace cum Lewelino filio Griffini tractanda.

A.D. 1263. *An.* 47. *H.* 3. *Pat.* 47. *H.* 3. *n.* 11.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem.

Sciatis nos venerabilibus patribus W. Wigornienſi, R. Coventrenſi & Lichfeldenſi Epiſcopis, Henrico filio Regis Alemanniæ nepoti noſtro, Simoni de Monteforti Comiti Leiceſtriæ, & Johanni de Warenna, fidelibus noſtris (quos mittimus ad partes Walliæ) plenam & liberam dediſſe poteſtatem tractandi de pace noſtra inter nos, & homines noſtros ex una parte, & Lewelinum filium Griffini, & complices, & fautores ſuos ex altera; & pacem illam firmandi, pro parte noſtra, ac ſi præſentes eſſemus, prout melius viderint expedire;

Ratum & firmum habituri quicquid prædicti fideles noſtri, vel illi ex ipſis quos præſentes adeſſe contigerit, ſuper præmiſſis duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Reſte apud Weſtm. 22 die Auguſti.

A.D. 1263.

Conſimilis littera emanavit nomine Regis ſine iſta additione, & pacem illam firm. &c. uſque Ratum, &c.

Item conſimiles litteræ emanarunt ſic tractandi de pace inter Regem, & Edwardum filium ſuum, & homines Regis ex una parte, & Lewelinum filium Griffini, & complices, & fautores ſuos ex altera, & pacem illam firmandi, ſicut continetur in littera prædicta.

Item conſimilis littera emanavit, nomine Regis, & Edwardi filii ſui, ſine iſta additione, & pacem illam firmandi.

De Electione Abbatis Sancti Albani confirmanda.

A.D. 1263. *An.* 47. *H.* 3. *Ex Autogr.*

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio noſtro Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Rationis oculis intuentes commoda quæ, vacantibus Eccleſiis & Monaſteriis, de ſalubri proviſione proveniunt, reddimur corde ſolliciti ut, circa proviſionem hujuſmodi faciendam, fructuoſæ attentionis ſtudium habeatur.

Sane Monaſterio Sancti Albani, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente, ordinis Sancti Benedicti, Lincolnien. Dioc. Abbatis regimine deſtituo; dilecti filii Prior & Conventus ipſius Monaſterii, die ad eligendum præfixâ, vocatis omnibus, qui debuerunt, voluerunt & potuerunt comodè intereſſe, convenientes in unum, Spiritûs Sancti gratiâ invocatâ, dilectum filium Rogerium de Nortone Abbatem ipſius Monaſterii, tunc Monachum ejuſdem, qui ab adoleſcentiâ ſuâ in eo fuit laudabiliter converſatus, virum utique providum & honeſtum, ac in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum, in Abbatem ejuſdem Monaſterii canonicè & concorditer elegerunt.

Præſentato itaque nobis & fratribus noſtris electionis decreto, & petentibus dictis Priore & Conventu humiliter per ſedem Apoſtolicam electionem hujuſmodi confirmari, nos electionem ipſam, quia invenimus eam canonicè celebratam, & de ydoneitate perſonæ ipſius electi, ex teſtimoniis fide dignorum, nobis & eiſdem fratribus plenè conſtitit, de ipſorum fratrum conſilio duximus confirmandam; firmâ conceptâ fiduciâ quod eidem Monaſterio, per ipſius Abbatis miniſterium, proſperitatis & honoris, Deo propitio, deſiderata proveniant incrementa.

A.D. 1263.

Cum autem, fili cariſſime, ſit pietatis opus, Dei miniſtros benigno favore proſequi, ac eos verbis & operibus, pro Regis æterni gloriâ, venerari, Serenitatem Regiam rogamus, & hortamur attentè, quatinus eundem Abbatem, cum Monaſterio ſibi commiſſo, habens, pro noſtrâ & Apoſtolicæ ſedis reverentiâ, propenſiùs commendatum, ipſum Regio favore munias, &, opportunitatis tempore, potentiæ tuæ brachiis tuearis; itâ quòd Magnificentiam tuam dignis proinde in Domino laudibus commendemus.

Dat. apud Urbem veterem, quinto Id. Septembris, Pontificatûs noſtri anno tertio.

De Rege ad Parliamentum Regis Franciæ apud Bononiam profecturo.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Pat. 47. H. 3. n. 3.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum Dominus Rex Franciæ, per Nuncios ſuos & litteras, nos rogaverit quod ad Parliamentum ſuum, apud Bononiam ſupra mare, in inſtanti Quindena Nativitatis beatæ Mariæ accedamus, & Magnates Regni noſtri corporis noſtri debilitatem advertentes, & ſtatum diverſorum negotiorum, nos & Regnum noſtrum contingentium, conſiderantes, moram noſtram in partibus tranſmarinis longinquam formident:

Nos, eorum petitioni & voluntati ſatisfacere peroptantes, eiſdem promiſimus bona fide (juramento per Galfridum Gatelin Militem noſtrum in anima noſtra præſtito de præcepto noſtro) quod ſi ad ipſum Regem, ſicut proponimus, accedere nos contingat, nos infra Octabas Sancti Michaelis, proximo futuras, omnibus negotiis prætermiſſis in Angliam revertemur; infirmitate dumtaxat non impediente.

Et quod, in partibus illis, erga ipſum Regem, vel aliquos alios nichil faciemus, nec procurabimus quod utilitati noſtræ, & hæredum noſtrorum, ac Regni noſtri non congruat vel honori.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 15 die Septembris.

A.D. 1263.

De Treuga cum Lewelino firmata.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Pat. 47. H. 3. n. 2.

REX Lewelino filio Griffini ſalutem.

Noveritis quod nos pro nobis, & noſtris, treugas, quas nuper ceperunt R. Coventr. & Lichfeldenſis Epiſcopus, Henricus filius Regis Alemanniæ, Johannes Comes Warennæ, & quidam alii ex parte noſtra ad hoc deputati, inter nos & vos, concedimus & inviolabiliter obſervabimus:

Ita videlicet quod homines noſtri ——————— mittent, & noſtri cum veſtris eundo & vendendo omnes mercandiſas, uſque ad Feſtum Sancti Martini proximo venturum, & quod liceat Gentibus & Ballivo Caſtri del Gannos, victualibus munire, uno batello ad duodecim remos, vel minus quantum neceſſe fuerit, inhabitantibus dictum Caſtrum uſque ad terminum prædictum.

In cujus, &c. duraturas uſque Feſtum Sancti Martini prædictum.

Teſte Rege apud Weſtm. 18 die Septembris.

A.D. 1263.

De Conductu pro Nunciis Lewelini.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Ibidem.

NUncii Lewelini filii Griffini, venientes ad Regem ad Parliamentum, a Feſto Sancti Michaelis in tres ſeptimanas, habent litteras Regis de conductu, eundo, perhendinando, & redeundo, duraturas uſque ad Feſtum Sancti Martini, in proximo futurum.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1263.

De cuſtodia magni Sigilli Regis.

A.D. 1263. An. 47. H. 3. Pat. 47. H. 3. n. 1.

MEmorandum quod 18 die Septembris receſſit Dominus Rex de Weſtm. verſus partes tranſmarinas, & magnum ſigillum Regis remanſit in cuſtodia Nicholai Archidiaconi Elienſis; qui, dum Rex agebat in partibus tranſmarinis, nichil conſignavit niſi brevia curſoria, quibus teſtis fuit H. le Deſpenſer Juſticiarius Angliæ, &c.

A.D. 1263.

De

De protectione pro Comitiva Regis in Franciam profecturi.

A.D. 1264.
An. 48. *H.* 3.
Angl. & Franc. Pat. 48. *H.* 3. *m.* 3.

WAlterus de Burges, Bartholomæus le Bygod, Radulſus de Gorges, Johannes de Vallibus, Elias de Rabayn, Galfridus de Percy, & Radulſus de Bakepuz, proficiſcentes cum Rege ad partes tranſmarinas, habent litteras de protectione cum clauſula, duraturas quamdiu fuerint in ſervitio Regis in partibus prædictis.

Teſte Rege apud Dovor. primo die Januarii.

Pro Petro de Sabaudia.

A.D. 1264.
An. 48. *H.* 3.
Pat. Angl. & Franc. 48. *H.* 3. *m.* 3.

REX dilecto & fideli ſuo, Wychardo de Charrun, ſalutem.

Cum nuper commiſerimus vobis omnes terras & tenementa dilecti & fidelis noſtri Petri de Sabaudia, in honore Richemundiæ, cuſtodienda, ad opus noſtrum, quamdiu nobis placuerit;

Vobis mandamus quod omnes exitus, provenientes de terris & tenementis prædictis, eidem Petro, vel ſuo certo attornato, ſine dilatione, habere faciatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Ambian. duodecimo die Januarii.

Conſimilem litteram habet Johannes de Rud, de omnibus terris & tenementis prædicti Petri in Comitatu Suſſex.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Ordinatio ſive dictum Ludovici Regis Franciæ ſuper compromiſſo per Regem & Barones Angliæ.

A.D. 1264.
An. 48. *H.* 3.
L. B. fol. 2. *Penes Camerar. Scaccar.*

LUdovicus, Dei gratiâ, Francorum Rex, Univerſis, præſentes literas inſpecturis, ſalutem.

Notum facimus quod cariſſimus conſanguineus noſter Henricus, illuſtris Rex Angliæ, & ſubſcripti Barones Angliæ in nos compromiſerunt, prout continetur in litteris eorum infra ſcriptis; tenor autem litterarum ipſius Regis talis eſt.

HENRICUS, DEI GRATIA, REX ANGLIÆ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Noveritis quod nos compromiſimus in Dominum Ludovicum, Regem Francorum illuſtrem, ſuper Proviſionibus, Ordinationibus, Statutis & Obligationibus omnibus Oxonienſibus: Et ſuper omnibus contentionibus & diſcordiis, quas habemus, & habuimus, uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum nuper præteritum, adverſus Barones Regni noſtri, & ipſi adverſus nos occaſione Proviſionum, Ordinationum, Statutorum, vel Obligationum Oxonienſium prædictarum;

Promittentes, & per dilectos & fideles noſtros, Willielmum Belet Militem, & Robertum Fulconis Clericum, de mandato noſtro ſpeciali, in animam noſtram jurantes, tactis Sacroſanctis Evangeliis, quod, quicquid idem Rex Franciæ ſuper omnibus prædictis, vel eorum aliquibus, de alto & baſſo, ordinaverit vel ſtatuerit, nos obſervabimus bona fide; ita tamen quod idem Dominus Rex Franciæ dicat ſuper his dictum ſuum citra Pentecoſtem proximò venturam.

In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris ſigillum noſtrum fecimus apponi.

Nos autem Edwardus, prædicti Domini Regis Angliæ primogenitus: Henricus filius Ricardi Regis Alemanniæ: Rogerus le Bigod, Comes Norfolciæ & Mareſcallus Angliæ: Johannes de Warenna: Willielmus de Valentia: Hunfredus de Bohun, Comes Herefort & Eſſex: Hugo le Bigod: Philippus Baſſet: Johannes filius Alani: Robertus de Brus: Rogerus de Mortuo Mari: Johannes de Verdun: Willielmus de Breus: Johannes

nes le Baillol: Henricus de Percy: Reginaldus filius Petri: Jacobus de Aldithele: Alanus le Zuche: Rog. de Clifford: Hamo Extraneus: Johan. de Grey: Philippus Marmion: Robert. de Neville: Johan. de Vallibus: Johan. de Muſcegros: Warinus de Baſſingburn: Adam de Geſemuth: Rogerus de Somery: Richardus Foliot: Rogerus de Leyburn; & Willielmus le Latimero, prædicto compromiſſo, per dictum Dominum noſtrum Regem Angliæ facto, ſicut prædictum eſt, conſentimus & juramus, tactis Sacroſanctis Evangeliis, quod, quidquid Dominus Rex Franciæ, ſuper omnibus prædictis, vel eorum aliquibus, de alto & baſſo, ordinaverit vel ſtatuerit, obſervabimus bona fide; ita tamen quòd idem Dominus Rex Franciæ dicat, ſuper his, dictum ſuum citra Pentecoſtem proximo futuram, ſicut ſuperius eſt expreſſum.

In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto, ſigillo Domini noſtri prædicti Regis Angliæ ſignato, ſigilla noſtra fecimus apponi.

Datum apud Windeſoram Dominica proxima poſt Feſtum Sanctæ Luciæ Virginis, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio.

Confectioni iſtius Inſtrumenti interfuerunt Johannes de Chiſhul, Willielmus de Wilton, frater J. de Derlington: Magiſter Ern. Cancellarius Regis Alemanniæ, Rogerus de Meſſenden, & plures alii.

Litteræ vero Baronum tales ſunt.

UNIVERSIS, PRÆSENTES LITTERAS inſpecturis, H. Londonenſis, W. Wigornenſis Epiſcopi; Simon de Monteforti Comes Leyceſtriæ & Seneſcallus Angliæ, Hugo le Deſpenſer Juſticiarius Angliæ, Humfredus de Boun Juvenis, H. de Monteforti, S. de Monteforti Juvenis, Adam de Novomercato, Petrus de Monteforti, Radulfus Baſſet de Sapecot, Baldewinus Wake, Robertus de Ros, Willielmus le Blond, Willielmus Mareſcallus, Walterus de Coleville, Ricardus de Grey, Willielmus Bardouſt, Ricardus de Tanny, Henricus de Haſtings, Johannes filius Johannis, Robertus de Veteri-Ponte, Johannes de Veſcy, Nicolaus de Segrave, Galfridus de Lucy, ſalutem in Domino.

Noveritis quod nos compromiſimus in Dominum Ludovicum, Regem Franciæ illuſtrem, ſuper Proviſionibus, Ordinationibus, Statutis, & Obligationibus omnibus Oxoniæ, & ſuper omnibus contentionibus & diſcordiis, quas habemus, & habuimus, uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum nuper præteritum, adverſus Dominum noſtrum Regem Angliæ illuſtrem, & ipſe adverſus nos, occaſione Proviſionum, Ordinationum, Statutorum, vel Obligationum Oxonenſium prædictarum:

Firmiter promittentes, & jurantes, tactis Sacroſanctis Evangeliis, quod, quidquid idem Rex Franciæ, ſuper omnibus prædictis, vel eorum aliquibus, de alto & baſſo, ordinaverit vel ſtatuerit, nos obſervabimus bona fide; ita tamen quod idem Dominus Rex Franciæ dicat, ſuper his, dictum ſuum citra Pentecoſtem proximo venturam.

Actum London, die Sanctæ Luciæ Virginis, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio.

Inſuper prædictus Rex Angliæ, ex una parte, & ſuperius nominati, ex alia parte, Barones, de omnibus contentionibus, exortis inter eos poſt prædictum Feſtum, uſque in præteritum diem Sanctæ Luciæ, occaſione prædictâ in nos compromiſerunt & promiſerunt per juramenta, tactis ſacroſanctis Evangeliis præſtita bona fide ſe ſervaturos quicquid ſtatuerimus & ordinaverimus de his, vel eorum aliquibus; ita tamen quod citra Pentecoſtem proximo venturam, dicamus, ſuper his, dictum noſtrum, & ſuper omnibus quæ ſuper rebus, in compromiſſum deductis, vel circa ipſas interim contigerit attemptari.

Nos vero, partibus propter hoc convocatis Ambiani, dicto Rege perſonaliter, & quibuſdam de Baronibus per ſe, & aliis per Procuratores comparentibus coram nobis; auditis hinc inde propoſitis, & etiam defenſionibus, ac rationibus partium plenius intellectis, attendentes per Proviſiones, Ordinationes, Statuta, & Obligationes Oxonienſes, & per ea, quæ ex eis, & occaſione eorum ſubſecuta ſunt, juri & honori Regio plurimum fuiſſe detractum, Regni turbationem, Eccleſiarum depreſſionem, & deprædationem, & aliis perſonis ipſius Regni, Eccleſiaſticis & Secularibus, indigenis, & alienigenis, graviſſima diſpendia proveniſſe; & quod veriſimiliter timebatur ne graviora contigerint in futurum, communicato bonorum & Magnatum conſilio,

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI, Prædictas Proviſiones, Ordinationes, Statuta & Obligationes omnes, quocumque modo cen-

A.D. 1264. Hen. 3.

ſeantur, & quidquid ex eis, vel occaſione eorum ſubſecutum eſt, per DICTUM NOSTRUM, ſeu ORDINATIONEM NOSTRAM caſſamus & irritamus; maxime cum appareat ſummum Pontificem eas per ſuas litteras caſſas & irritas nunciaſſe; Ordinantes quod tàm dictus Rex, quàm Barones, & alii quicumque præſenti compromiſſo conſenſerunt, & de prædictis obſervandis ſe quoquomodo aſtrinxerunt, ſe de eiſdem quietent penitus, & abſolvant.

Addicimus etiam quod, ex vi, ſeu viribus prædictarum Proviſionum, ſive Obligationum, ſeu Ordinationum, vel alicujus jam ſuper hoc conceſſæ poteſtatis a Rege, nullus nova ſtatuta faciat, neque jam facta teneat vel obſervet, nec propter non obſervantiam prædictorum debeat aliquis alterius capitalis vel aliter inimicus haberi, vel pœnam propter hoc aliquam ſuſtinere.

Decernimus etiam, quod omnes litteræ, ſuper præmiſſis proviſionibus, & eorum occaſione confectæ, irritæ ſint & inanes; & ordinamus, quod ipſi Regi Angliæ reſtituantur a Baronibus & reddantur.

Item, dicimus & ordinamus, quod Caſtra, quæcumque fuerint tradita cuſtodienda ad ſecuritatem, ſeu occaſione prædictorum, & adhuc ſunt detenta, liberè a dictis Baronibus eidem Regi reddantur, tenenda ab eodem Rege, ſicut ea tenebat ante tempus dictarum Proviſionum.

Item, dicimus & ordinamus, quod liberè liceat prædicto Regi Capitalem Juſticiarium, Cancellarium, Theſaurarium, Conſiliarios, Juſtic. minores, Vicecomites, & quoſcumque alios Officiales, ac Miniſteriales Regni ſui, ac Domûs ſuæ, præficere, deſtituere, & amovere, pro ſuæ libito voluntatis, ſicut faciebat, & facere poterat ante tempus Proviſionum prædictarum.

A.D. 1264. Hen. 3.

Item, retractamus & caſſamus illud ſtatutum factum, quod Regnum Angliæ de cætero per indigenas gubernetur, necnon ut exirent alienigenæ, non reverſuri; exceptis illis quorum moram fideles Regni communiter acceptarent;

Ordinantes per dictum noſtrum quod liceat alienigenis morari in dicto Regno ſecure, & quod Rex poſſit alienigenas & indigenas vocare ſecure ad conſilium ſuum, quos ſibi viderit utiles & fideles, ſicut facere poterat ante tempus prædictum.

Item, dicimus & ordinamus, quod dictus Rex plenam poteſtatem & liberum regimen habeat in Regno ſuo, & ejus pertinentiis; & ſit in eo ſtatu, & in ea plenaria poteſtate, in omnibus & per omnia, ſicut erat ante tempus prædictum.

Nolumus autem, nec intendimus per præſentem ordinationem derogare in aliquo Regiis Privilegiis, Chartis, Libertatibus, Statutis, & laudabilibus Conſuetudinibus Regni Angliæ, quæ erant ante tempus Proviſionum ipſarum.

Ordinamus etiam quod idem Rex prædictis Baronibus indulgeat & remittat omnem rancorem, quem habet adverſus eos occaſione præmiſſorum, & ſimiliter Barones eidem; & quod unus alterum occaſione præmiſſorum, de quibus in nos extitit compromiſſum, per ſe vel per alium de cætero non gravet in aliquo vel offendat.

Hanc autem ORDINATIONEM NOSTRAM ſeu DICTUM NOSTRUM protulimus Ambianis, in craſtino beati Vincentii Martyris, anno Domini 1263, menſe Januario.

In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum apponi fecimus ſigillum.

Actum anno, menſe, die & loco prædictis.

Pro Johanne primogenito Ducis Britanniæ.

A.D. 1264. An. 48. H. 3.
Pat. Angl. & Franc. 48. H. 3. m. 2.

REX omnibus, &c.

Cum teneamur dilecto filio & fideli noſtro Johanni, primogenito Ducis Britanniæ, in mille & ducentis Marcis, de arreragiis illius pecuniæ, quam ei aſſignavimus percipiendo ad Scaccarium noſtrum pro æſtimatione valoris terræ Richemundiæ, occaſione maritagii Beatricis filiæ noſtræ, ſponſæ ſuæ: unde, per brevia noſtra, quæ inde habuit, nichil recepit, ut dicitur; & de octingentis Marcis ei reddendis ad terminum Paſchæ proximo venturum;

A.D. 1264.

Conceſſimus eidem Johanni quod medietatem prædicti debiti, ei reddemus, ad Scaccarium noſtrum, in Quindena Paſchæ venturæ, & aliam medietatem ad Quindenam Sancti Michaelis proximo ſequentis; ita tamen quod, ſi prædictus Johannes aliquid receperit de pecunia prædicta, illud ei in prædicta pecunia allocetur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Ambian. 25 die Januarii.

Pro Rege Franciæ, de ſolutione pecuniæ per nuperam pacem ſtipulatæ.

A.D. 1264. An. 48. H. 3. Pat. Angl. & Franc. 48. H. 3. m. 2.

REX univerſis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem.

Noveritis quod, cum per pacem & compoſitionem, habitam inter kariſſimum Dominum & conſanguineum noſtrum Ludovicum illuſtrem Regem Franciæ & nos, teneretur idem Dominus Rex Franciæ nobis dare id, quod quingenti Milites conſtare deberent rationabiliter ad tenendum per duos annos, ad arbitrium proborum virorum qui nominarentur hinc inde, ſecundum quod in forma pacis ejuſdem plenius continetur:

Tandem ſuper hoc aliorum arbitrium non curavimus expectare; ſet, de bonorum conſilio, communi aſſenſu ad hunc amicabilem finem devenimus, quod idem Dominus Rex pro eo, quod conſtare deberent quingenti Milites rationabiliter ad tenendum per duos annos, ad arbitrium proborum virorum, nobis in centum, triginta, quatuor millibus librarum Turon. teneatur;

Pro qua ſumma, a nobis gratanter acceptata, dictum Dominum Regem, de eo quod petere poſſemus ab eodem pro eo, quod conſtare poſſent ad tenendum, ut dictum eſt, Milites ſupradicti, quitamus & quitamus de ſolutione hujuſmodi faciendâ ad terminos infraſcriptos; videlicet, A.D. 1264.

Ad Quindenam Purificationis proximo venturæ, de ſexta parte;

Et, ad Quindenam Aſcenſionis ſubſequentem, de alia ſexta parte;

Et, ad Quindenam Omnium Sanctorum ſubſequentem, de alia ſexta parte;

Et in anno ſequenti ſimiliter facienda ſolutione, in eiſdem terminis, quolibet termino, de ſexta parte.

Et eſt ſciendum quod jam recepimus, de illa totali ſumma, ab ipſo Domino Rege ſeptuaginta ſex millia librarum Turon. in ſervitium Dei, aut Eccleſiæ, vel in utilitatem Regni Angliæ, expendenda, quæ cedent in ſolutionem priorum terminorum prædictorum.

In cujus rei teſtimonium præſentes litteras eidem Domino Regi Franciæ dedimus, ſigilli noſtri munimine roboratas.

Actum Ambian. die Mercurii ante Purificationem beatæ Virginis, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio.

Pro Reymundo Vicecomite Turennæ.

A.D. 1264. An. 48. H. 3. Pat. Angl. & Franc. 48. H. 3. m. 2.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum dilecto & fideli noſtro Reymundo, Vicecomiti Turennæ, liberari fecimus quinquaginta libras monetæ Pariſ. ſuper feodum ſuum, quod ei conceſſimus percipiendum per annum, ad Purificationem beatæ Mariæ, per manum Seneſcalli noſtri Lemovic. conceſſimus quod reſiduum prædicti feodi ſui, de termino prædicto, eidem Vicecomiti, vel certo attornato ſuo, has litteras deferenti, perſolvi faciemus ad Scaccarium noſtrum in Anglia, in Quindena Paſchæ proximo ventura.

Conceſſimus etiam Guidoni fratri prædicti Vicecomitis, Pontio Domino de Gordonio, & Petro de Cryol, quod feodum ſuum, quod eis a retro eſt de termino prædicto, ſicut per Johannem de la Lind. Seneſcallum noſtrum Lemovic. intelleximus, eis ſimiliter, ad prædictum Scaccarium noſtrum, reddi faciemus termino ſupradicto. A.D. 1264.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Boloniam ſupra mare, ſeptimo die Februarii.

A.D. 1264. Hen. 3.

De plena poteſtate Margaretæ Reginæ Franciæ ſuper facto Brigeriaci.

A.D. 1264. Hen. 3.

A.D. 1264. An. 48. H. 3. Pat. Angl. & Franc. 48. H. 3. m. 2.

A.D. 1264.

UNiverſis, ad quos præſentes literæ pervenerint, Henricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Noveritis nos Excellenti Dominæ, & Sorori Kariſſimæ, Dominæ Margaretæ Reginæ Franciæ illuſtri, plenam dediſſe poteſtatem componendi, tranſigendi, & pacem ſeu concordiam, nomine noſtro, faciendi, ſuper facto Brigeriaci, & pertinentiis ipſius, cum Reginaldo de Pontibus, & Margaretâ de Turen. uxore ſuâ, prout melius viderit expedire;

Ratum habituri & firmum quicquid per dictam Dominam Reginam, vel cum ipsâ, loco noſtri, actum fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Dat. apud Whitſand, 8 die Febr.

De Pecunia a Rege Franciæ recipienda.

A.D. 1264. An. 48. H. 3. Ibidem.

A.D. 1264.

REX omnibus, &c.

Sciatis quod aſſignavimus dilectam Conſortem noſtram, Alienoram Reginam Angliæ, Petrum Comitem Sabaudiæ, & Johannem Maunſell Theſaurarium Eborum, ad recipiendum nomine noſtro denarios, quos cariſſimus Dominus & Conſanguineus noſter Ludovicus, Rex Franciæ illuſtris, nobis debet per formam pacis, inter ipſum & nos initæ:

Dantes eis poteſtatem componendi, ordinandi, & faciendi cum prædicto Rege, de prædictis denariis, prout ad commodum & honorem noſtrum viderint expedire;

Ratum habituri quicquid ipſi cum prædicto Rege ſuper præmiſſis duxerint faciend.

In cujus, &c.

Dat. apud Whitſand, 14 die Februarii, anno Domini 1263.

Item, habet conſimilem literam, hoc adjecto, quicquid ipſi omnes vel duo ipſorum, &c.

In cujus, &c.

Dat. ut ſupra.

De Jocalibus Regis apud Templum Pariſ. depoſitis.

A.D. 1264. An. 48. H. 3. Ibidem.

A.D. 1264.

REX omnibus, &c.

Sciatis quod aſſignavimus dilectam conſortem noſtram Alienoram Reginam Angliæ, Petrum Comitem Sabaud. Johannem Maunſel Theſaurarium Eborum, ad recipiendum nomine noſtro, Jocalia noſtra quæ ſunt in depoſito apud Templum Pariſ.

Dantes eis poteſtatem diſponendi, & faciendi, de prædictis Jocalibus, prout ad commodum & honorem noſtrum melius viderint expedire.

In cujus, &c.

Dat. &c. ut ſupra.

Et mandatum eſt Theſaurario Templi Pariſ. quod prædicta Jocalia præfatis Reginæ, Petro, & Johanni deliberet, cum ab eis ſuper hoc fuerit requiſitus.

In cujus, &c.

Dat. &c. ut ſupra.

De tractando cum Simone de Monteforti, & Baronibus in præſentia Nuncii Regis Franciæ.

A.D. 1264. An. 48. H. 3. Pat. 48. H. 3. m. 64.

A.D. 1264.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noveritis nos conſtituiſſe & aſſignâſſe venerabilem patrem R. Coventr. & Lichfeld. Epiſcopum, & Magiſtrum Nicholaum de Plumpton Archidiaconum Norff. Nuncios & Procuratores noſtros, ad requirendum Simonem de Monteforti Comitem Leyceſtriæ, &

A.D. 1264. Hen. 3. & alios Barones ſibi adhærentes ad tractandum in præſentia Johannis de Valentia Militis & Nuncii Regis Franciæ illuſtris, ſuper quibuſdam articulis & negotiis, quæ præfatis Epiſcopo & Archidiacono injunximus ipſis vivâ voce exponenda:

A.D. 1264. Hen 3. Ratum habituri & gratum quicquid præfati Epiſcopus & Archidiaconus in præmiſſis duxerint faciendum, &c.

Teſte Rege apud Oxon. 13 die Martii.

Bulla de Compromiſſo Regis & Baronum ad Regem Franciæ ſuper Proviſionibus Oxonii, & dicto Regis Franciæ confirmando.

A.D. 1264. An. 48. H. 3. *L. A. f. 60. b. Penes Camerar. Scaccar.*

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Regi Anglorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Licet ea, quæ attentæ deliberationis diſcutiuntur examine, ac providi maturitate conſilii diriguntur, firma deſideremus & illibata ſervari; quæ tamen per orthodoxos Reges & Principes, maxime pro Regum & Regnorum ſtatu pacifico, & ſopiendis eorum diſcordiis ordinantur, libenter oportuno favore proſequimur, & Apoſtolico munimine roboramus.

Sanè per tuas, & cariſſimi in Chriſto Filii noſtri, Regis Francorum illuſtris, litteras nuper accepimus quod, inter te, ex parte una, & quoſdam Epiſcopos, & nonnullos Barones Regni tui, ex altera, prætextu Proviſionum, Ordinationum, Statutorum & Obligationum omnium Oxonienſium, diſcordiâ ſuſcitatâ, tu, & iidem Epiſcopi, ac Barones, in eundem Regem, ſuper hiis, & omnibus contentionibus & diſcordiis, quas habebatis, & habueratis inter vos, uſque ad feſtum omnium Sanctorum proximo præteritum, occaſione Proviſionum, Ordinationum, Statutorum, vel Obligationum hujuſmodi, compromittere curaviſtis:

Promittentes quod, quicquid idem Rex Francorum, ſuper omnibus prædictis, vel eorum aliquibus, de alto & baſſo, ordinaret vel ſtatueret, obſervaretis per omnia bonâ fide (ita tamen quod dictus Rex, citra feſtum Pentecoſtes proximò futurum, ſuper hiis, diceret dictum ſuum) datis hinc inde ſuper hoc litteris, & interpoſitis Juramentis: Deinde vero, tu, & præfati Epiſcopi, & Barones, ſimiliter in Regem compromiſiſtis eundem, de omnibus contentionibus, inter vos exortis poſt dictum feſtum omnium Sanctorum, uſque ad feſtum Sanctæ Luciæ proximò præteritum, occaſione prædicta;

Promittentes, juramento hinc inde præſtito, ſervare quicquid idem Rex Francorum de hiis, vel eorum aliquibus ſtatueret, vel etiam ordinaret (ita tamen quod, citra dictum feſtum Pentecoſtes, proferret dictum ſuum) tàm ſuper prædictis, quam omnibus aliis, quæ ſuper rebus in compromiſſo deductis, vel circa ipſas interim contingeret attemptari: A.D. 1264.

Dictus autem Rex Franciæ, hujuſmodi compromiſſo recepto, & apud Civitatem Ambianenſem propter hoc partibus convocatis: Et, te, ac quibuſdam ex dictis Baronibus perſonaliter, aliis vero per procuratores comparentibus coram ipſo, auditis quoque quæ fuerint hinc inde propoſita: Defenſionibus etiam ac rationibus partium plenius intellectis; attendens quod per Proviſiones, Ordinationes, Statuta, & Obligationes prædicta, & per ea quæ ex ipſis & eorum occaſione ſubſecuta erant, juri & honori tuo fuerat plurimum derogatum;

Quodque dicti Regni turbatio, depreſſio & ſpoliatio Eccleſiarum, & alia graviſſima diſpendia perſonis Eccleſiaſticis ac ſecularibus, indigenis & alienigenis, inde evenerant, & veriſimiliter timebatur ne graviora emergerent in futurum, plena ſuper præmiſſis deliberatione præhabita, bonorum quoque & magnatum communicato conſilio,

Proviſiones, Statuta, Ordinationes, & Obligationes prædicta, quocumque nomine cenſerentur, & quicquid eſſet ex eis, vel earum occaſione ſtatutum, per Dictum, & Ordinationem ſuam caſſavit & irritavit; maxime cum apparet illa fore, per litteras Apoſtolicæ Sedis, caſſa & irrita nunciata:

Ordinavit inſuper, quod tàm tu, quàm prædicti Barones, & alii, qui conſenſiſtis hujuſmodi compromiſſo, quique de prædictis obſervandis vos quomodolibet aſtrinxiſtis, quitetis vos de proviſionibus ſtatutis & ordinationibus & obligationibus ipſis, & penitus abſolvatis:

Adjecit etiam quod, ex vi ſeu viribus earumdem Proviſionum, Obligationum, vel Ordinationum, aut alicujus poteſta-

A.D. 1264.
Hen. 3.

tis à te ſuper hoc conceſſæ, nullus nova Statuta faciat, nec quiſquam jam facta teneat vel obſervet, neque pro eo, quod prædicta ſervata non fuerint, debeat aliquis alterius Capitalis, vel aliter inimicus haberi, aut pœnam propter hoc aliquam ſuſtinere.

Decrevit quoque quod omnes litteræ, ſuper præmiſſis proviſionibus & earum occaſione confectæ, irritæ ſint & inanes; ordinans quod tibi reſtituantur à Baronibus memoratis.

Præterea dixit & ordinavit quod quæcumque caſtra fuerint tradita, cuſtodienda ſecuritatis cauſâ, vel occaſione prædictorum, & adhuc detinerentur, liberè tibi ab eiſdem Baronibus redderentur à te tenenda, ſicut, ante dictarum proviſionum tempus, illa tenebas.

Ordinavit etiam & dixit quod libere tibi liceat Capitalem Juſtitiarium, Cancellarium, Theſaurarium, Conſiliarios, Juſticiarios minores, Vicecomites, & quoſcumque alios Officiales, ac Miniſteriales dicti Regni, & domus tuæ, ſicut faciebas, & facere poteras, ante tempus proviſionum prædictarum, præficere, inſtituere, deſtituere, & amovere, pro tuæ libito voluntatis.

Cæterum retractavit & caſſavit illud ſtatutum, per quod Regnum Angliæ debebat per indigenas gubernari: & alienigenæ debebant ab eodem exire, ad illud minime reverſuri; exceptis illis, quorum moram fideles ipſius Regni communiter acceptarent.

Ad hæc ordinavit quod liceret alienigenis ſecurè in dicto Regno morari, quodque tu tàm alienigenas, quàm indigenas, quos tibi videris utiles & fideles, ad conſilium tuum ſecure vocare valeas, ſicut facere poteras ante tempus prædictum.

A.D. 1264.
Hen. 3.

Dixit inſuper & ordinavit quod plenam poteſtatem, & liberum Regimen in Regno tuo, & ejus pertinentiis, habeas, ſiſque in eo ſtatu, & in eâ plenariâ poteſtate in omnibus & per omnia, ſicut ante tempus hujuſmodi exiſtebas.

Noluit autem, necintendit, per hujuſmodi ordinationem, Regiis Privilegiis, Cartis, Libertatibus, Statutis, & laudabilibus conſuetudinibus ejuſdem Regni, quæ ante tempus ipſarum Proviſionum erant, in aliquo derogare.

Denique ordinatum, quod tu omnem Rancorem, quem adverſus prædictos Barones, occaſione præmiſſorum haberes, ipſis remitteres; ac ſimiliter remitterent ipſi tibi:

Et quod unus alterum, prætextu eorum, de quibus in eundem Regem extitit compromiſſum, per ſe, vel per alium non gravet de cætero in aliquo vel offendat, prout in litteris inde confectis, dicti Regis Franciæ Sigillo munitis, plenius dicitur contineri;

Nos igitur, cupientes tuum & prædicti Regni ſtatum tranquilitate proſperâ, & tranquillâ proſperitate vigere, ipſius Regis & tuis ſupplicationibus inclinati, ordinationem hujuſmodi, taliter editam & prolatam, ratam habentes, eam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus:

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contrahire; ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. apud Urbem veterem, 17 Kal. April. Pontificatus noſtri anno tertio.

Bulla directa Archiepiſcopo Cantuarienſi & Abbati Sancti Dioniſii, ut ipſi puniant venientes contra ordinationem, per Francorum Regem factam, inter Regem Angliæ, & quoſdam Prælatos & Barones prædicti Regni.

A.D. 1264.
An. 48. *H.* 3.
Ex Autogr.

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabili Fratri Archiepiſcopo Cantuarienſi, & dilecto filio Abbati Sancti Dioniſii in Franciâ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Licèt ea, quæ attentæ deliberationis diſcutiuntur examine, ac providi maturitate conſilii diriguntur, firma deſideremus, & illibata ſervari; quæ tamen per orthodoxos, Reges & Principes, maximè pro Regum & Regnorum ſtatu pacifico, & ſopiendis eorum diſcordiis ordinantur, libenter oportuno favore proſequimur, & Apoſtolico munimine roboramus.

A.D. 1264.

Sanè, per cariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum, Anglorum & Francorum illuſtrium Regum, litteras, nuper accepimus quòd inter ipſum Regem Anglorum

glorum ex parte unâ, & quoſdam Epiſcopos, & nonnullos Barones Regni ſui, ex alterâ, prætextu Proviſionum, Ordinationum, Statutorum & Obligationum omnium Oxonien. diſcordiâ ſuſcitatâ; prædictus Rex Anglorum, & iidem Epiſcopi, & Barones, in eundem Regem ſuper hiis, & omnibus contentionibus, & diſcordiis, quas habebant & habuerant inter eos, uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum proximo præteritum, occaſione Proviſionum, Ordinationum, Statutorum, vel Obligationum hujuſmodi, compromittere curaverunt;

Promittentes quòd, quicquid idem Rex Francorum, ſuper omnibus prædictis, vel eorum aliquibus, de alto & baſſo ordinaret vel ſtatueret, obſervarent per omnia bonâ fide:

Ita tamen quod dictus Rex citra Feſtum Pentecoſtes proximo futurum ſuper hiis diceret dictum ſuum; datis hinc indè, ſuper hoc, litteris & interpoſitis juramentis:

Deinde verò idem Rex Anglorum, & præfati Epiſcopi, & Barones, ſimiliter in Regem compromiſerunt eundem, de omnibus contentionibus, inter ipſos exortis, poſt dictum Feſtum Omnium Sanctorum, uſque ad Feſtum Sanctæ Luciæ proximo præteritum, occaſione prædictâ;

Promittentes, juramento hinc indè præſtito, ſervare quicquid idem Rex Franciæ de hiis, vel eorum aliquibus ſtatueret, vel etiam ordinaret (ita tamen quòd citra dictum Feſtum Pentecoſtes proferret dictum ſuum) tam ſuper prædictis, quàm omnibus aliis, quæ ſuper rebus in compromiſſo deductis, vel circa ipſas interim contingeret attemptari:

Dictus autem Rex Franciæ, hujuſmodi compromiſſo recepto, & apud Civitatem Ambianenſem propter hoc partibus convocatis, & ipſo Rege Anglorum, ac quibuſdam ex dictis Baronibus perſonaliter, aliis verò per Procuratores comparentibus coram ipſo, auditis quoque quæ fuerunt hinc inde propoſita; defenſionibus etiam ac rationibus partium pleniùs intellectis, attendens quod, per Proviſiones, Ordinationes, Statuta & Obligationes prædicta, & per ea, quæ ex ipſis, & eorum occaſione ſubſecuta erant, juri & honori ejuſdem Regis Anglorum fuerat plurimum derogatum;

Quodque dicti Regni turbatio, depreſſio, & ſpoliatio Eccleſiarum, & alia graviſſima diſpendia perſonis eccleſiaſticis ac ſecularibus, indigenis, & alienigenis inde evenerant, & veriſimiliter timebatur nè graviora emergerent in futurum, plenâ ſuper præmiſſis deliberatione præhabitâ, bonorum quoque & magnatum communicato conſilio;

Proviſiones, Statuta, Ordinationes, & Obligationes prædicta, quocunque nomine cenſerentur, & quicquid eſſet ex eis, vel eorum occaſione ſecutum, per dictum & ordinationem ſuam caſſavit & irritavit; maximè cum appareret illa fore per litteras Sedis Apoſtolicæ caſſa & irrita nuntiata.

Ordinavit inſuper quod, tàm idem Rex Anglorum, quàm præfati Barones & alii, qui conſenſerunt hujuſmodi compromiſſo, quique de prædictis obſervandis ſe quomodolibet aſtrinxerunt, quitent eos de proviſionibus, ſtatutis, ordinationibus & obligationibus ipſis, & penitus abſolvant.

Adjecit etiam quod, ex vi, ſeu viribus earumdem proviſionum, obligationum, ſeu ordinationum, vel alicujus poteſtatis, à præfato Rege Anglorum, ſuper hoc conceſſæ, nullus nova ſtatuta faciat, nec quiſquam jam facta teneat, vel obſervet; neque pro eo, quod prædicta ſervata non fuerint, debeat aliquis alterius capitalis, vel aliter inimicus haberi, aut pœnam propter hoc aliquam ſuſtinere.

Decrevit quoque quòd omnes litteræ, ſuper præmiſſis proviſionibus, & earum occaſione confectæ, irritæ ſint & inanes; ordinans quòd, eidem Regi Anglorum reſtituantur à Baronibus memoratis.

Præterea dixit & ordinavit quod, quæcunque Caſtra fuerunt tradita, cuſtodienda ſecuritatis causâ, vel occaſione prædictorum, & adhuc detinerentur, liberè ipſi Regi Anglorum ab eiſdem Baronibus redderentur; ab ipſo tenenda, ſicut, ante dictarum proviſionum tempus, illa tenebat.

Ordinavit etiam & dixit quòd liberè ipſi Regi Anglorum liceat, capitalem Juſtitiarium, Cancellarium, Theſaurarium, Conſiliarios, Juſticiarios minores, Vice-comites, & quoſcunque alios Officiales ac Miniſteriales dicti Regni, & Domûs ipſius Regis Anglorum, ſicut faciebat, & facere poterat, ante tempus proviſionum prædictarum, præficere, inſtituere, deſtituere & amovere pro ſuæ libito voluntatis.

Cæterum retractavit & caſſavit illud ſtatutum, per quod Regnum Angliæ debebat per indigenas gubernari: & alienigenæ tenebantur ab eodem exire, ad illud minimè reverſuri; exceptis illis, quorum moram fideles ipſius Regni communiter acceptarent.

A.D. 1264. Hen. 3.

Ad hæc ordinavit quòd liceret alienigenis ſecure in dicto Regno morari; quodque præfatus Rex Anglorum, tàm alienigenas, quàm indigenas, quos ſibi viderit utiles & fideles, ad conſilium ſuum ſecurè vocare valeat, ſicut facere poterat ante tempus prædictum.

Dixit inſuper & ordinavit quòd plenam poteſtatem, & liberum regimen in Regno ejuſdem Regis Anglorum & ejus pertinentiis habeat, ſitque in eo ſtatu, & in eâ plenariâ poteſtate, in omnibus & per omnia, ſicut ante tempus hujuſmodi exiſtebat.

Noluit autem, nec intendit, per hujuſmodi ordinationem, Regiis Privilegiis, Cartis, Libertatibus, Statutis, & laudabilibus Conſuetudinibus ejuſdem Regni, quæ ante tempus ipſarum proviſionum erant, in aliquo derogare.

Denique ordinavit quòd ſæpedictus Rex Anglorum omnem rancorem, quem adverſus prædictos Barones occaſione præmiſſorum haberet, ipſis remitteret; ac ſimiliter remitterent ipſi ſibi:

Et quòd unus alterum, prætextu eorum, de quibus in eundem Regem extitit compromiſſum, per ſe, vel per alium non gravet de cætero in aliquo, vel offendat; prout in litteris inde confectis, dicti Regis Franciæ ſigillo munitis, plenius dicitur contineri.

Nos itaque, cupientes ipſius Regis Anglorum & prædicti Regni ſtatum tranquilitate proſperâ, & tranquillâ proſperitate vigere, ipſorum Regum ſupplicationibus inclinati, ordinationem hujuſmodi, taliter editam & prolatam, ratam habentes, eam auctoritate Apoſtolicâ duximus confirmandam:

A.D. 1264. Hen. 3.

Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos, vel alter veſtrûm eundem Anglorum Regem non permittatis ſuper hiis, contra hujuſmodi confirmationis noſtræ tenorem, ab aliquibus moleſtari: Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo;

Non obſtante ſi aliquibus generaliter, vel ſpecialiter a ſede Apoſtolicâ ſit indultum, quòd excommunicari, vel interdici nequeant aut ſuſpendi; & qualibet aliâ indulgentiâ dictæ ſedis, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam mandati noſtri executio impediri valeat vel differri, & de quâ, in noſtris litteris, fieri oporteat mentionem; & conſtitutione de duabus dietis editâ in concilio generali; ſeu quod illis, de Regno Angliæ, ab Apoſtolica ſede dicitur eſſe conceſſum, ut extra Regnum ipſum, vel citra mare Anglicanum non poſſint ad judicium evocari per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de conceſſione hujuſmodi mentionem.

Dat. apud Urbem veterem, decimo ſexto Kal. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sub filo canabi.

De tractando cum Baronibus apud Brackly, in præſentia Nuncii Regis Franciæ.

A.D. 1264. *An.* 48. *H.* 3. *Pat.* 48. *H.* 3. *m.* 16. *n.* 57.

REX omnibus, &c. ſalutem. Sciatis quod venerabili patri R. Coventriæ & Lichfeldiæ Epiſcopo, & Magiſtro Nicholao Archidiacono Norfolciæ, plenam & liberam dedimus poteſtatem ad tractandum apud Brackele in præſentia Johannis de Valentia Militis & Nuncii cariſſimi conſanguinei noſtri Regis Franciæ illuſtris, pro nobis, magnatibus & proceribus noſtris, ex parte una, & Simone de Monteforti Comite Leiceſtriæ, Baronibus, & aliis ſibi adhærentibus ex altera, ſuper ſecuritate, tranquilitate & firmitate pacis Regni noſtri; ratum habituri & gratum quicquid præfati Epiſcopus & Archidiaconus in præmiſſis de conſilio & aſſenſu prædicti Johannis, providendum duxerint & faciendum.

A.D. 1264.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Oxonium, viceſimo die Martii.

Bulla de Conjurationibus irritatis, & Juramentis ſuper illis relaxatis.

A.D. 1264.
An. 48. H. 3.
Lib. A. fol. 62. b. penes Camerar. Scaccar.

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Cantuarien. & dilecto filio Abbati Sancti Dioniſii in Francia, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum olim ad noſtrum perveniſſet auditum, quod nonnulli Magnates & alii Regni Angliæ diverſas conjurationes, obligationes & conſpirationes adinvicem fecerint, vallantes eas juramentis propriis, & diverſarum adjectione pœnarum;

Nos, attendentes quod per conjurationes, colligationes & conſpirationes hujuſmodi prædicto Regno ac ejus incolis, propter animarum pericula, multa poterant evenire diſpendia & etiam nocumenta;

Conſiderantes quoque per perturbationem ipſius Regni, quod inter alia Regna fidelia Deo & Apoſtolicæ ſedi a longinquis temporibus ſpecialiter devotum exiſtit, in multis eidem ſedi poſſe generari præjudicium, & libertati Eccleſiaſticæ non modicum detrimentum, pro tranquillo & proſpero ſtatu prædicti Regni, & incolarum ipſius, & ſpecialiter cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Angliæ illuſtris, quem ſinceræ caritatis brachiis in Domino amplexamur, ad hoc ſtudia noſtra convertimus, per quod, pax & tranquilitas Regi & Regno, ac incolis prædictis, dante Domino, proveniret.

Ut igitur, diſſenſionis & ſcandali exinde ſubmota materia, Regnum ipſum in opulentia pacis juxta vota noſtra perſiſteret, conjurationes, colligationes & conſpirationes prædictas, quocumque nomine cenſerentur, caſſamus & irritamus, caſſas & irritas nulliuſque valoris exiſtere duximus nunciandas, pœnas quaſcumque ſuper hoc adjectas, & juramenta præſtita relaxantes, ac decernentes quoſcumque, ad obſervationem juramentorum hujuſmodi, & ad pœnas eaſdem aliquatenus non teneri.

A.D. 1264.

Volentes igitur ut ea, quæ ſuper hiis provida circumſpectione decrevimus, inviolabiliter obſerventur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos, vel alterum veſtrûm, per vos, vel per alium, ſeu alios univerſis Prælatis, & Magnatibus, ac aliis prædicti Regni perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus, cujuſcumque dignitatis vel ordinis fuerint, præcipiatis ex parte noſtra, quod eaſdem conjurationes, colligationes & conſpirationes pro caſſis, & irritis penitùs habeant, eis nichilominus diſtrictius inhibendo, ne contra caſſationis & irritationis noſtræ tenorem, aliquid attemptare præſumant,

Illos autem, qui contra caſſationem vel irritationem, ſeu præceptum aut inhibitionem hujuſmodi quomodolibet venire præſumpſerint, a tali præſumptione per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcatis;

Non obſtante ſi aliquibus a ſede Apoſtolica ſit indultum quod excommunicari, vel interdici nequeant, vel ſuſpendi per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem; & qualibet alia indulgentia dictæ ſedis, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam mandati noſtri executio poſſit quomodolibet impediri, & de qua in noſtris litteris fieri debeat mentio ſpecialis; ſeu conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali; & indulgentia qua, illis de Regno Angliæ dicitur eſſe conceſſum, quod extra Regnum ipſum, vel citra mare Anglicanum non poſſint ad judicium evocari per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam de hujuſmodi indulto mentionem.

Dat. apud Urbem Veterem, duodecimo Kal. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno tertio.

De Conditionibus ſub quibus Archiepiſcopus Cantuarienſis revertatur in Angliam.

A.D. 1264.
An. 48. H. 3.
Extract. Donationum, &c. An. 45, 46, 47, 48. H. 3. m. 3. d.

ANno Domini 1264, menſe Martii, in præſentia illuſtris Regis Angliæ, de Conſilio Procerum & Magnatum ejuſdem Regni, actum eſt, quod venerabilis pater B. Dei gratiâ Cantuarienſis Archiepiſcopus, totius

A.D. 1264.

A.D. 1264. Hen. 3.

Ad hæc ordinavit quòd liceret alienigenis ſecure in dicto Regno morari; quodque præfatus Rex Anglorum, tàm alienigenas, quàm indigenas, quos ſibi viderit utiles & fideles, ad conſilium ſuum ſecurè vocare valeat, ſicut facere poterat ante tempus prædictum.

Dixit inſuper & ordinavit quòd plenam poteſtatem, & liberum regimen in Regno ejuſdem Regis Anglorum & ejus pertinentiis habeat, ſitque in eo ſtatu, & in eâ plenariâ poteſtate, in omnibus & per omnia, ſicut ante tempus hujuſmodi exiſtebat.

Noluit autem, nec intendit, per hujuſmodi ordinationem, Regiis Privilegiis, Cartis, Libertatibus, Statutis, & laudabilibus Conſuetudinibus ejuſdem Regni, quæ ante tempus ipſarum proviſionum erant, in aliquo derogare.

Denique ordinavit quòd ſæpedictus Rex Anglorum omnem rancorem, quem adverſus prædictos Barones occaſione præmiſſorum haberet, ipſis remitteret; ac ſimiliter remitterent ipſi ſibi:

Et quòd unus alterum, prætextu eorum, de quibus in eundem Regem extitit compromiſſum, per ſe, vel per alium non gravet de cætero in aliquo, vel offendat; prout in litteris inde confectis, dicti Regis Franciæ ſigillo munitis, plenius dicitur contineri.

Nos itaque, cupientes ipſius Regis Anglorum & prædicti Regni ſtatum tranquilitate proſperâ, & tranquillâ proſperitate vigere, ipſorum Regum ſupplicationibus inclinati, ordinationem hujuſmodi, taliter editam & prolatam, ratam habentes, eam auctoritate Apoſtolicâ duximus confirmandam:

A.D. 1264. Hen. 3.

Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos, vel alter veſtrûm eundem Anglorum Regem non permittatis ſuper hiis, contra hujuſmodi confirmationis noſtræ tenorem, ab aliquibus moleſtari: Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo;

Non obſtante ſi aliquibus generaliter, vel ſpecialiter a ſede Apoſtolicâ ſit indultum, quòd excommunicari, vel interdici nequeant aut ſuſpendi; & qualibet aliâ indulgentiâ dictæ ſedis, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam mandati noſtri executio impediri valeat vel differri, & de quâ, in noſtris litteris, fieri oporteat mentionem; & conſtitutione de duabus dietis editâ in concilio generali; ſeu quod illis, de Regno Angliæ, ab Apoſtolica ſede dicitur eſſe conceſſum, ut extra Regnum ipſum, vel citra mare Anglicanum non poſſint ad judicium evocari per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de conceſſione hujuſmodi mentionem.

Dat. apud Urbem veterem, decimo ſexto Kal. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sub filo canabi.

De tractando cum Baronibus apud Brackly, in præſentia Nuncii Regis Franciæ.

A.D. 1264. An. 48. H. 3. Pat. 48. H. 3. m. 16. n. 57.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod venerabili patri R. Coventriæ & Lichfeldiæ Epiſcopo, & Magiſtro Nicholao Archidiacono Norfolciæ, plenam & liberam dedimus poteſtatem ad tractandum apud Brackele in præſentia Johannis de Valentia Militis & Nuncii cariſſimi conſanguinei noſtri Regis Franciæ illuſtris, pro nobis, magnatibus & proceribus noſtris, ex parte una, & Simone de Monteforti Comite Leiceſtriæ, Baronibus, & aliis ſibi adhærentibus ex altera, ſuper ſecuritate, tranquilitate & firmitate pacis Regni noſtri; ratum habituri & gratum quicquid præfati Epiſcopus & Archidiaconus in præmiſſis de conſilio & aſſenſu prædicti Johannis, providendum duxerint & faciendum.

A.D. 1264.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Oxonium, viceſimo die Martii.

A.D. 1264.
Hen. 3.

Bulla de Conjurationibus irritatis, & Juramentis ſuper illis relaxatis.

A.D. 1264.
An. 48. H. 3.
Lib. A. fol. 62. b. penes Camerar. Scaccar.

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Cantuarien. & dilecto filio Abbati Sancti Dioniſii in Francia, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum olim ad noſtrum perveniſſet auditum, quod nonnulli Magnates & alii Regni Angliæ diverſas conjurationes, obligationes & conſpirationes adinvicem fecerint, vallantes eas juramentis propriis, & diverſarum adjectione pœnarum;

Nos, attendentes quod per conjurationes, colligationes & conſpirationes hujuſmodi prædicto Regno ac ejus incolis, propter animarum pericula, multa poterant evenire diſpendia & etiam nocumenta;

Conſiderantes quoque per perturbationem ipſius Regni, quod inter alia Regna fidelia Deo & Apoſtolicæ ſedi a longinquis temporibus ſpecialiter devotum exiſtit, in multis eidem ſedi poſſe generari præjudicium, & libertati Eccleſiaſticæ non modicum detrimentum, pro tranquillo & proſpero ſtatu prædicti Regni, & incolarum ipſius, & ſpecialiter cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Angliæ illuſtris, quem ſinceræ caritatis brachiis in Domino amplexamur, ad hoc ſtudia noſtra convertimus, per quod, pax & tranquilitas Regi & Regno, ac incolis prædictis, dante Domino, proveniret.

Ut igitur, diſſenſionis & ſcandali exinde ſubmota materia, Regnum ipſum in opulentia pacis juxta vota noſtra perſiſteret, conjurationes, colligationes & conſpirationes prædictas, quocumque nomine cenſerentur, caſſamus & irritamus, caſſas & irritas nulliuſque valoris exiſtere duximus nunciandas, pœnas quaſcumque ſuper hoc adjectas, & juramenta præſtita relaxantes, ac decernentes quoſcumque, ad obſervationem juramentorum hujuſmodi, & ad pœnas eaſdem aliquatenus non teneri.

A.D. 1264.

Volentes igitur ut ea, quæ ſuper hiis provida circumſpectione decrevimus, inviolabiliter obſerventur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos, vel alterum veſtrûm, per vos, vel per alium, ſeu alios univerſis Prælatis, & Magnatibus, ac aliis prædicti Regni perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus, cujuſcumque dignitatis vel ordinis fuerint, præcipiatis ex parte noſtra, quod eaſdem conjurationes, colligationes & conſpirationes pro caſſis, & irritis penitùs habeant, eis nichilominus diſtrictius inhibendo, ne contra caſſationis & irritationis noſtræ tenorem, aliquid attemptare præſumant,

Illos autem, qui contra caſſationem vel irritationem, ſeu præceptum aut inhibitionem hujuſmodi quomodolibet venire præſumpſerint, a tali præſumptione per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcatis;

Non obſtante ſi aliquibus a ſede Apoſtolica ſit indultum quod excommunicari, vel interdici nequeant, vel ſuſpendi per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem; & qualibet alia indulgentia dictæ ſedis, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam mandati noſtri executio poſſit quomodolibet impediri, & de qua in noſtris litteris fieri debeat mentio ſpecialis; ſeu conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali; & indulgentia qua, illis de Regno Angliæ dicitur eſſe conceſſum, quod extra Regnum ipſum, vel citra mare Anglicanum non poſſint ad judicium evocari per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam de hujuſmodi indulto mentionem.

Dat. apud Urbem Veterem, duodecimo Kal. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno tertio.

De Conditionibus ſub quibus Archiepiſcopus Cantuarienſis revertatur in Angliam.

A.D. 1264.
An. 48. H. 3.
Extract. Donationum, &c. An. 45, 46, 47, 48. H. 3. m. 3. d.

ANno Domini 1264, menſe Martii, in præſentia illuſtris Regis Angliæ, de Conſilio Procerum & Magnatum ejuſdem Regni, actum eſt, quod venerabilis pater B. Dei gratiâ Cantuarienſis Archiepiſcopus, to-

A.D. 1264.

A.D. 1264. Hen. 3.

tius Angliæ primas, in Angliam revertatur, ſub conditionibus infraſcriptis, in Regno pacifice moraturus.

In primis igitur actum eſt, quod Archiepiſcopus in reverſione ſua excommunicationis ſententias in quaſcunque perſonas, occaſione turbationis in Regno Angliæ habitæ, promulgatas, ſine difficultate qualibet relaxet in formâ juris: dum tamen illi, qui excommunicati fuerint inventi, de exceſſibus ſatisfacere ſint parati, & pro eiſdem Canonica mandata Archiepiſcopi recipere tenentur in forma inferiùs in proximo articulo contenta.

Secundo, actum eſt, quod de emendis faciendis, nomine exceſſuum Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis infra loca, juriſdictioni ſuæ immediate ſubjecta, arbitretur Archiepiſcopus de conſilio omnium Suffraganeorum ſuorum, aut majoris & ſanioris partis; & de arduis negotiis, Eccleſiam Anglicanam & Regnum contingentibus, futuris temporibus poſt reverſionem ſuam, ſimiliter de conſilio eorundem & aliorum diſcretorum de Regno, ordinet & diſponat.

A.D. 1264. Hen. 3.

Tertio, actum eſt, quod Magiſtros tales familiares Clericos ſuos ſecum adducat; & hos tantum Clericos alienigenas de conſilio ſuo & familia retineat.

Quarto, actum eſt, quod alii Clerici, quicunque beneficiati in Regno Angliæ, cum Archiepiſcopo redire volentes, in beneficiis ſuis ſalvo & ſecure redeant & morentur: & bona Eccleſiaſtica infra Regnum expendant, ut tenentur, nihil extra Regnum deferentes vel mittentes, niſi caſus neceſſarius, & a conſilio Regis approbatus, hoc requirat.

Quinto, actum eſt, quod Archiepiſcopus, ſeu Clerici cum ipſo venientes nihil in literis, Nunciis, ſeu mandatis ſecum deferant, vel quicquam aliud, in ipſo Regno commorantes, per ſe vel per alios procurent, de quo Regi, aut aliquibus de Regno dampnum poſſit, vel periculum, ſeu præjudicium provenire.

Ad memoriam autem præmiſſorum præſentibus ſigillum illuſtris Regis Angliæ eſt appenſum.

Per totum Conſilium.

Bulla de juramento caſſato ſuper Proviſionibus Oxon.

A.D. 1264. An. 48. H. 3. *Ex Autogr.*

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Regem Anglorum illuſtrem, & Regnum ejus, quòd Deo & Apoſtolicæ ſedi multa fore dinoſcitur ſubjectione devotum, & devotione ſubjectum, necnon incolas ipſius Regni, tanquam dictæ ſedis filios ſpeciales, paternæ dilectionis brachiis amplectentes, deſideramus eis ſtatum procurare pacificum, ipſorumque diſpendiis, Deo propitio, ſalubriter obviare.

Cum igitur, ſicut ad noſtrum pervenit auditum, nonnulli Magnates & alii ejuſdem Regni, diverſas proviſiones, ordinationes, obligationes, conjurationes, colligationes & conſpirationes, & nonnulla ſtatuta adinvicem apud Oxoniam fecerunt, vallantes ea propriis juramentis & diverſarum adjectione pœnarum;

Nos, intelligentes quòd ex hiis in eodem Regno gravis extitit turbationis materia ſuſcitata, quodque illa poſſunt prædictæ ſedi multiplex generare præjudicium, & libertati Eccleſiaſticæ non modicum detrimentum;

Cupientes quoque ut Regnum ipſum, extincto diſſenſionis & ſcandali fomite, in tranquilitate perſiſtat & pacis affluat ubertate, proviſiones, ordinationes, ſtatuta, obligationes, conjurationes, colligationes & conſpirationes hujuſmodi, quocunque nomine cenſeantur, de poteſtatis Apoſtolicæ plenitudine caſſamus & irritamus; caſſa & irrita & nullius firmitatis exiſtere nuntiamus; pœnas quaſcunque ſuper hoc adjectas, & juramenta præſtita, relaxantes; ac decernentes quoſcunque ad obſervationem juramentorum hujuſmodi, & ad eaſdem pœnas aliquatenus non teneri.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ caſſationis, irritationis, nuntiationis, relaxationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare, præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. apud Urbem veterem, decimo Kalend. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sigillò avulſo.

Bulla pro Conventu Sanctæ Trinitatis London. ſuper Hoſpitali Sanctæ Katharinæ.

A.D. 1264. An. 48. H. 3. *Ex Autogr.*

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati & Priori Gloverniæ, Wigornien. Dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilecti filii Prior & Conventus Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis Londonien. ordinis Sancti Auguſtini nobis exponere curaverunt, quod claræ memoriæ H. Rex Angliæ, & M. Regina uxor ipſius, perpetuam cuſtodiam, & quicquid juris habebant in hoſpitali eorum Sanctæ Katherinæ, juxta Turrim Londonien. poſito, quod ipſi de bonis propriis conſtruxerant, & dotarant dictis Priori & Conventui, ac eorum Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis liberaliter contulerunt;

Et poſtmodum quidam Reges Angliæ, qui poſt ipſos fuerunt, & etiam cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Angliæ illuſtris, collationem hujuſmodi habuerunt ratam & firmam,

Aliqui etiam Londonien. Epiſcopi, de conſenſu Capituli Londonien. præfatum Hoſpitale, cum omnibus pertinentiis ſuis, dictis Priori & Conventui & Eccleſiæ conceſſerunt;

Et tàm ipſi, quàm quidam Archiepiſcopi Cantuarien. Metropolitan. loci, collationem ſeu donationem hujuſmodi confirmârunt, prout in literis inde confectis dicitur plenius contineri:

Dictique Prior & Conventus Hoſpitale præfatum, ejuſque cuſtodiam, cum omnibus pertinentiis ſuis, a centum annis citra, uſque ad hæc tempora, pacificè poſſederunt;

Inſtituentes & deſtituentes fratres ibidem, qui ſuſcipiebant ab eis profeſſionem, habitum, & vivendi modum, ſecundum regulam Sancti Auguſtini; & promittebant juramento, ſuper hoc præſtito, ſub eorum obedientia vivere, & ipſis tàm de ſpiritualibus, quàm de temporalibus plenarie reſpondere:

Sed venerabilis frater noſter Londonien. Epiſcopus, contra collationem & confirmationem hujuſmodi veniens, ipſos Hoſpitali prædicto, ejuſque juribus & pertinentiis ſuis ſpolians, non permittit fratres commorantes ibidem canonicam eis & debitam exhibere obedientiam, ad eorum venire Capitulum, & ſibi de temporalibus, more ſolito, reſpondere:

Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus, ſi eſt ita, dictum Epiſcopum, quod eiſdem Priori & Conventui hoſpitale ipſum, cum omnibus ſuis pertinentiis, cum integritate reſtituat, dictoſque fratres ejus libere reſpondere permittat de juſtitiis conſuetis, monitione præmiſſa, auctoritate noſtra, appellatione remota, compellatis:

Non obſtante ſi eidem Epiſcopo a ſede Apoſtolica ſit indultum quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſit per literas ſedis ejuſdem, non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem;

Quod, ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrûm ea nichilominus exequatur.

Dat. apud Urbem veterem, quinto Kal. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Plumbeo ſigillo a filo canabeo.

Bulla pro Priore & Conventu Sanctæ Trinitatis, quæ dirigitur Reginæ Angliæ pro Hoſpitali Sanctæ Caterinæ.

A.D. 1264. An. 48. H. 3. *Ex Autogr.*

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimæ in Chriſto filiæ Reginæ Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilecti filii Prior & Conventus Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis Londonien. ordinis Sancti Auguſtini, nobis exponere curaverunt, quòd claræ memoriæ H. Rex Angliæ ac M. Regina uxor ipſius, perpetuam cuſtodiam, & quicquid juris habebant in Hoſpitali eorum Sanctæ Katerinæ, juxta Turrim Londonien. poſito, quod ipſi de bonis propriis conſtruxerant & dotarant, duxerunt eis & dictæ Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis liberaliter conferenda.

A.D. 1264.

A.D. 1264.
Hen. 3.

Et poſtmodum quidam Reges Angliæ, qui poſt ipſos fuerunt, & etiam cariſſimus in Chriſto filius noſter, Rex Angliæ illuſtris, collationem hujuſmodi habuerunt ratam & firmam.

Aliqui etiam Epiſcopi Londonien. de conſenſu Capituli Londonien. præfatum Hoſpitale, cum omnibus pertinentiis ſuis dictis Priori & Conventui ac Eccleſiæ conceſſerunt; & tàm ipſi, quàm quidam Archiepiſcopi Cantuarienſes Metropolitani loci, collationem ſeu donationem hujuſmodi confirmârunt, prout in litteris inde confectis dicitur plenius contineri.

Dictique Prior & Conventus Hoſpitale prædictum, ejuſque cuſtodiam cum omnibus pertinentiis ſuis, a centum annis & citra, uſque ad hæc tempora pacificè poſſederunt, inſtituentes & deſtituentes fratres ibidem, qui ab eis profeſſionem, habitum, & vivendi modum, ſecundùm regulam beati Auguſtini ſuſcipiebant; vivendo ſub ipſorum obedientiâ, & ipſis tam de ſpiritualibus, quam temporalibus plenariè reſpondendo.

Sed nunc memorati Prior & Conventus Hoſpitale prædicto ejuſque pertinentiis de mandato tuo, quod vix credimus, ſpoliati dicuntur, nec permittant fratres, commorantes ibidem, canonicam eis & debitam exhibere obedientiam, ad eorum venire capitulum, & ſibi reſpondere, de temporalibus, ut ſolebant:

A.D. 1264.
Hen. 3.

Propter quod iidem Prior & Conventus ad Apoſtolicæ ſedis providentiam recurrerunt:

Quia verò decet honorem tuum, ut hujuſmodi ſalubris & pia conceſſio, per tot Reges, totque Pontifices roborata, conſervetur illæſa, Excellentiam tuam rogamus, monemus & hortamur attentè, quatinus Hoſpitale ipſum, & omnes pertinentias ejus, quæ in tuis manibus detineri dicuntur, eiſdem Priori & Conventui, pro noſtrâ & Apoſtolicæ ſedis reverentiâ, facias promptâ benignitate reſtitui, ac ipſos pacificâ prædictorum poſſeſſione gaudere; ita quod tibi, propter hoc, a Deo vitæ perennis præmium, & a nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Dat. apud Urbem veterem, Kalend. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sub filo canabi.

Bulla pro Conventu antedicto de teſtimonio perhibendo in cauſis propriis.

A.D. 1264.
An. 48. *H.* 3.
Ex Autogr.

URbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Priori & Conventui Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis Londonien. ordinis Sancti Auguſtini, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Etſi ſuperfluum videatur precibus poſtulari quod a jure communi conceditur, interdum tamen ipſa quoque juſtitia non inutiliter indulgetur, ut eo ſit a contraria potentia tutior, quo fuerit de gratia ſpeciali conceſſa.

Hinc eſt quod nos, devotionis veſtræ precibus inclinati, vobis, auctoritate præſentium, indulgemus ut liceat vobis, in cauſis Eccleſiæ veſtræ, verum teſtimonium ferre; dummodo unus, vel duo ex vobis ad agendum & reſpondendum fuerint inſtituti; quorum teſtimonium admitti non debet in cauſis, in qubus auctores extiterint, vel etiam reſponſales.

A.D. 1264.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. apud Urbem veterem, Kalend. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sub plumbeo ſigillo pendente a filis ſericis flavi rubeique coloris.

Acquie-

Acquietantia pro Rege Franciæ, & de pecunia recepta in utilitatem Regni & Eccleſiæ expendenda.

A.D. 1264. An. 48. H. 3. Pat. 48. H. 3. m. 51.

A.D. 1264.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noveritis quod, cum per compoſitionem & pacem, inter kariſſimum Dominum, & conſanguineum noſtrum Ludovicum, illuſtrem Regem Franciæ, & nos initam, teneretur nobis idem Rex dare id quod quingenti Milites cuſtare deberent rationabiliter ad tenendum per duos annos; ſecundum quod in forma pacis ejuſdem plenius continetur.

Noſque, aliorum arbitrium non curantes ſuper hoc expectare, de bonorum conſilio & communi aſſenſu, ad hunc amicabilem finem deveniſſemus; quod idem Dominus Rex, pro eo quod cuſtare deberent quingenti Milites tenendi, ut prædictum eſt, nobis in centum, triginta, quatuor millibus librarum Turon. teneretur;

Nos poſtmodum recepimus ab ipſo Domino Rege Franciæ prædicta centum triginta quatuor millia librarum Turon. in pecunia numerata, & de hiis recognoſcimus ab eodem Domino Rege nobis integraliter ſatisfactum fuiſſe: quietantes imperpetuum pro nobis, hæredibus, ac ſucceſſoribus noſtris, ipſum Dominum Regem Franciæ, ac hæredes, & ſucceſſores ſuos, de prædicta ſumma centum, triginta, quatuor millium librarum Turon. & de eo, quod nos, vel hæredes, aut ſucceſſores noſtri petere poſſemus ab ipſo Domino Rege Franciæ, vel hæredibus, aut ſucceſſoribus ſuis pro eo quod conſtare poſſent prædicti quingenti Milites tenendi per duos annos, ſicut plenius exprimitur in forma pacis ejuſdem.

Verum, cum nos magnam partem prædictæ totalis ſummæ centum, triginta, quatuor millium librarum Turon. in utilitatem Regni Angliæ jam expenderimus, promittimus quod reſiduum ipſius pecuniæ in ſervitium Dei, aut Eccleſiæ, vel in utilitatem Regni Angliæ expendemus, prout tenemur, & in forma pacis plenius continetur.

In cujus rei teſtimonium.

Dat. apud Leweſ. decimo quarto die Maii, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quarto, anno vero Regni noſtri 48.

Per ipſum Regem, Regem Alemanniæ, Edwardum filium Regis, Henricum filium Regis Alemanniæ, Rogerum de Leiburne, & alios de Concilio Regis.

Et ſciendum quod Magiſter Arnulphus, Cancellarius Regis Alemanniæ, dictavit & ſcripſit manibus propriis litteram ſupradictam, ſine conſilio & aſſenſu alicujus Clerici de Cancellaria: & conſignata fuit coram Concilio Domini Regis apud Lewes die ſupradicto.

‘ Poſt plures de pace inter Regem & Barones nequicquam tractatus, ad arma ventum eſt.

‘ Pugnatur apud Northampton; ubi, ex parte Baronum, multi de anteſignanis, menſe Aprili capti ſunt.

‘ Menſis Maii die 14 pugnatur apud Lewes; ubi, inter alios, ipſe Rex captivatur:

‘ Quem S. de Montfort, huc illuc ſecum circumducit; ac, ſub Regis nomine & ſigillo, quæcunque ad libitum mandata emittit.

‘ *De captis ad Northampton deliberandis.*

Reg. Captivo.

A.D. 1264. *An.* 48. *H.* 3. *Pat.* 48. *H.* 3. *m.* 13.

‘ REX Drogoni de Barentino, Conſtabulario Caſtri ſui Windeſor. ſalutem.

‘ Cum per formam pacis, inter nos & Barones noſtros initam & firmatam, Simonem de Monteforti, filium Comitis Leyceſtriæ, Petrum de Monteforti, Petrum & Robertum filios ſuos, nuper captos apud Northampton, deliberare debeamus;

‘ Vobis mandamus quatinus prædictos Simonem & Petrum de Monteforti Seniorem, quos, ex Commiſſione Edwardi primogeniti noſtri cariſſimi, in cuſtodia tenetis, ſine dilatione deliberetis, ita quod ſalvo & ſecure poſſint ire quo voluerint.

‘ Et hoc nullatenus omittatis.

‘ Teſte Rege apud Bellum, decimo ſeptimo die Maii.

‘ *Eodem modo mandatum eſt Willielmo la Zuch quod deliberari faciat Petrum de Monteforti Juniorem, in forma prædicta.*

‘ *Eodem modo mandatum eſt Jacobo de Aldithele quod deliberari faciat Robertum de Monteforti, in forma prædicta.*

‘ *De committendo Caſtrum Doveriæ & quinque Portus Henrico de Montfort, Simonis filio, cuſtodienda.*

Reg. Captivo.

A.D. 1264. *An.* 48. *H.* 3. *Pat.* 48. *H.* 3. *m.* 13. *n.* 47.

‘ REX omnibus, tenentibus de Caſtellaria Dovorr. ſalutem.

‘ Sciatis quod commiſimus dilecto Nepoti noſtro Henrico de Monteforti, filio Comitis Leyceſtriæ, Caſtrum noſtrum Dovorr. quinque Portus noſtros, & Camerariam noſtram de Sandwico, cum pertinentiis, cuſtodienda, quamdiù nobis placuerit;

‘ Ita quod de exitibus, inde provenientibus, nobis reſpondeat ad Scaccarium noſtrum:

‘ Et ideo vobis mandamus quod eidem Henrico in omnibus, quæ ad cuſtodiam illam pertinent, intendentes ſitis & reſpondentes, ſicut prædictum eſt.

‘ In cujus, &c.

‘ Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo octavo die Maii.

Per Regem & R. Aquilun.

‘ *Et*

A.D. 1264. Hen. 3.

‘*Et mandatum eſt Ricardo de Grey quod prædicta Caſtrum & Portus, una cum Armis, Victualibus, Baliſtis, & alia Garneſtura ejuſdem Caſtri, ad opus Regis reſervanda liberet præfato Henrico, de quibus omnibus chirographum inter ipſos fieri faciat;*

‘Ita quod idem Henricus nobis de eiſdem valeat reſpondere.

‘In cujus, &c.

‘Teſte ut ſupra.

‘*Et mandatum eſt Baronibus & Ballivis Portus de Sandwico, quod eidem Henrico, tanquam Conſtabulario Caſtri prædicti, Cuſtodi Quinque Portuum, & Camerario Sandwici, in omnibus, quæ ad cuſtodiam illam pertinent, intendentes ſint & reſpondentes, ſicut prædictum eſt.*

‘Teſte ut ſupra.

‘*Item mandatum eſt Baronibus & Ballivis Portuum Doverr. Sandwic. Hith. Romeney, Wincheles, & la Rye, & Haſtings, quod ei ſint intendentes & reſpondentes, ſicut prædictum eſt.*

‘*De non portando Arma, & de Priſonibus Captis apud Northampton liberandis.*

Reg. Captivo.

A.D. 1264. *An.* 48. *H.* 3. *Pat.* 48. *H.* 3. *m.* 13. *d.*

REX Jacobo de Aldithele, ſalutem.

‘Cum jàm, ſedatâ turbatione nuper habitâ in Regno noſtro, pax inter nos & Barones noſtros, divinâ cooperante gratiâ, ordinata ſit & firmata; & ad pacem illam per totum Regnum noſtrum inviolabiliter obſervandam, de conſilio & aſſenſu Baronum noſtrorum, ſit proviſum nequis, ſub amiſſione terrarum & tenementorum ſuorum, & etiam ſub periculo vitæ & membrorum arma de cætero portet in Regno noſtro, ſine licentiâ & ſpeciali mandato noſtro;

‘Et quòd omnes, qui nuper in conflictu, habito apud Northampton, ut priſones capti fuerunt, ad nos ducantur London. in quorumcumque cuſtodia conſiſtant; cumque quædam ardua negotia, nos & Regnum noſtrum tangentia, vobis neceſſario communicanda habeamus, quæ ſine præſentiâ veſtrâ nequeunt expediri,

‘Vobis, de conſilio Baronum noſtrorum, mandamus, in fide & homagio, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quatenus ſtatim, viſis literis iſtis, omnibus aliis prætermiſſis ad nos in propriâ perſonâ veſtrâ veniatis, nobiſcum ſuper prædictis negotiis tractaturi,

‘Adducentes vobiſcum Robertum de Sutton, Robertum filium Walteri, Philippum de Covel, & Johannem de Wiavil, & omnes alios hujuſmodi priſones, quos in Cuſtodia veſtrâ tàm de noſtrâ, quàm de cujuſcumque alterius commiſſione tenetis; ut de priſonibus prædictis, & de priſonibus nuper captis apud Lewes, ſi expedire viderimus, priſonem pro priſone, vel priſones ipſos per ſufficientem manucaptionem deliberari faciamus;

‘Et hoc ſicut nos & honorem noſtrum, nec non & tranquillitatem & pacem Regni noſtri diligitis, nullatenus omittatis.

‘Teſte Rege apud Sanctum Paulum Londini, quarto die Junii.

‘*Item mandatum eſt Rogero de Mortuo Mari ut ſupra, ut adducat ſecum Reginaldum de Watervill, Johannem le Deſpenſer, Adam le Deſpenſer, Rogerum de la Hide, Humfridum de Baſſingburn, & omnes alios hujuſmodi priſones, &c. & tradita fuit litera Simoni de Watervil.*

‘*Eodem modo mandatum eſt Rogero de Clifford, quod adducat ſecum Williellmum de Eyvill, Henricum de Penbregg, Baldwinum de Drayton.*

‘*De Armis non portandis, & priſonibus deliberandis.*

Reg. Captivo.

A.D. 1264. *An.* 48. *H.* 3. *Pat.* 48. *H.* 3. *m.* 13. *d.*

REX Johanni de Grey, Conſtabulario Caſtri ſui Notinghamiæ, ſalutem.

‘Cum jam, ſedatâ turbatione, nuper habitâ in Regno noſtro, pax inter nos & Barones noſtros, divinâ cooperante gratiâ, ordinata ſit & firmata; ac ad pacem illam per totum Regnum inviolabiliter obſervandam de conſilio & aſſenſu Baronum noſtrorum, proviſum ſit ne quis, ſub amiſſione terrarum & tenementorum ſuorum, &c. *ut in Litteris præeuntibus.*

‘ Et hoc ſicut nos & honorem noſtrum, necnon & tranquillitatem & pacem Regni noſtri diligitis, nullatenus omittatis.

‘ Teſte Rege apud Sanctum Paulum London. quarto die Junii.

‘ Littera prædicta commiſſa fuit Philippo de Driby per Comitem Leyceſtriæ, Comitem Glouceſtriæ, &c.

‘ Item mandatum eſt Drogoni de Barentino Conſtabulario Caſtri Windeſor, quod Willielmum de Furnival, & omnes alios priſones, &c. ſecum adducat, &c. ut ſupra, & litera iſta tradita fuit Charles Valletto Regis, deferenda præfato Conſtabulario.

‘ Item mandatum eſt Johanni de Vallibus, Conſtabulario Caſtri Norwici, vel Subconſtabulario ejuſdem Caſtri, quod veniat in forma prædictâ, & adducat ſecum Ger. de Furnivall, Willelmum de Eylesford, Radulphum de Bruton, Johannem Eſtormy, & omnes alios hujuſmodi priſones, &c. in formâ ſupradictâ.

De Cuſtodibus pacis in ſingulis Comitatibus conſtitutis.

Reg. Captivo.
A.D. 1264.
An. 48. H. 3.
Pat. 48. H. 3. m. 12. d.

‘ REX Adæ de Novo-Mercato, ſalutem.

‘ Cum jam, ſedata turbatione, nuper habita in Regno noſtro, pax inter nos & Barones noſtros, divinâ cooperante gratiâ, ordinata ſit & firmata; ac ad pacem illam per totum Regnum noſtrum inviolabiliter obſervandam, de Conſilio & Aſſenſu Baronum noſtrorum, proviſum ſit, quod in ſingulis Comitatibus noſtris, per Angliam, ad tuitionem & ſecuritatem partium illarum, cuſtodes pacis noſtræ conſtituantur, donec per nos & Barones noſtros de ſtatu Regni noſtri aliter fuerit ordinatum; cumque nos, de veſtra fidelitate ſimul & induſtria fiduciam gerentes, vos, de Conſilio dictorum Baronum noſtrorum, Cuſtodem noſtrum aſſignaverimus in Comitatu Lincolniæ, quamdiu nobis placuerit;

‘ Vobis mandamus, in fide, qua nobis tenemini, firmiter injungentes, quatinus, cuſtodiæ pacis noſtræ ibidem, & hiis, quæ ad conſervationem pacis noſtræ pertinent, diligenter intendatis, ut prædictum eſt,

‘ Firmiter & publicè per totum Comitatum prædictum inhibentes, ex parte noſtra, ne quis, ſub pœna exhæredationis, & periculo vitæ & membrorum, ſuper aliquem currat, nec aliquem deprædetur, nec homicidia vel incendia, roberias, toltas, ſeu alia hujuſmodi perpetret enormia, nec cuiquam dampnum aliquod inferat, contra pacem noſtram, nec etiam de cætero arma portet in Regno noſtro, ſine licentia noſtrâ & mandato noſtro ſpeciali:

‘ Et, ſi quos hujuſmodi malefactores, & pacis noſtræ perturbatores, vel etiam, ut prædictum eſt, arma portantes inveneritis, eos ſine dilatione areſtari, & ſalvo cuſtodiri faciatis, donec aliud inde præceperimus. A.D. 1264.

‘ Et ad hoc, ſi neceſſe fuerit, totum poſſe dicti Comitatus, cum toto poſſe Comitatuum adjacentium, vobiſcum aſſumatis, cuſtodibus ipſorum Comitatuum ad conſimilia, cum opus fuerit, viriliter auxiliantes:

‘ Et, ſi forte ipſos malefactores evadere contingat, quod nulla ratione vellemus, tunc de nominibus eorum nobis conſtare faciatis, ut quod juſtum fuerit de ipſis, fieri faciamus.

‘ Et quia, inſtanti Parliamento noſtro, de negotiis noſtris & Regni noſtri cum Prælatis, Magnatibus, & aliis fidelibus noſtris tractare neceſſario nos oportebit,

‘ Vobis mandamus quatinus quatuor de legalioribus & diſcretioribus Militibus dicti Comitatûs, per aſſenſum ejuſdem Comitatûs ad hoc electos, ad nos pro toto Comitatu illo mittatis;

‘ Ita quod ſint ad nos London. in Octabis inſtantis Feſti Sanctæ Trinitatis ad ultimum, nobiſcum tractaturi de negotiis prædictis: Vos autem in hiis omnibus exequendis tam fideliter & dilenter vos habeatis, ne per negligentiam veſtri ad vos & veſtra graviter capere debeamus.

‘ Teſte Rege apud Sanctum Paulum London. quarto die Junii.

‘ Eodem modo conſtituitur Ricardus de Tany Cuſtos pacis in Comitatibus Eſſexiæ & Hertfordiæ.

‘ Eodem modo conſtituitur Johannes de Eyvill in Comitatu Eboracenſi.

A.D. 1264. Hen. 3.

‘Eodem modo conſtituitur Johannes de Burgo Senior in Comitatu Norfolciæ.

‘Eodem modo conſtituitur Willielmus de Bovill in Comitatu Suffolciæ.

‘Eodem modo conſtituitur Ægidius de Argentenn. in Comitatu Cantabrigiæ.

‘Eodem modo conſtituitur Henricus Engaine in Comitatu Hunt.

‘Eodem modo conſtituitur Willielmus le Mareſchall in Comitatu Northampt.

‘Eodem modo conſtituitur Godefridus de Eſcudemor in Comitatu Wilts.

‘Eodem modo conſtituitur Johannes de Sancto Walerico in Comitatu Southampt.

‘Eodem modo conſtituitur Willielmus de Tracy in Comitatu Glouceſtriæ.

‘Eodem modo conſtituitur Radulphus Baſſet de Sapercon in Comitatu Leyceſtriæ.

‘Eodem modo conſtituitur Thomas de Eſtleys in Comitatu Warr.

‘Eodem modo conſtituitur Robertus de Stradeley in Comitatu Nott.

‘Eodem modo conſtituitur Ricardus de Vernon in Comitatu Derb.

A.D. 1264. Hen. 3.

‘Eodem modo conſtituitur Johannes filius Johannis in Comitatu Buckinghamiæ.

‘Eodem modo conſtituitur Walterus de Beuchamp de Chalveſter in Comitatu Bedford.

‘Eodem modo conſtituitur Gilbertus de Elleſend in Comitatu Oxon.

‘Eodem modo conſtituitur Robertus filius Nigelli in Comitatu Berks.

‘Eodem modo conſtituitur Johannes de Pleſſetis in Comitatu Northumb.

‘Eodem modo conſtituitur Thomas de Muleton in Comitatu Cumbr.

‘Eodem modo conſtituitur Johannes de Marevill in Comitatu Weſtmerl.

‘Item, Scribitur Henrico de Monteforti Vicecomiti Kantiæ, quod intendat cuſtodiæ pacis, &c. quæ commiſſa fuit Petro de Trehampton, deferenda eidem Henrico.

‘Eodem modo conſtituitur Johannes de Aur. in Comitatu Dorſ.

‘Eodem modo conſtituitur Brianus de Gowiz in Comitatu Somerſ.

‘Eodem modo conſtituitur Oliverus de Dynant in Comitatu Devon.

‘Eodem modo conſtituitur Radulphus Baſſet de Drayton in Comitatu Salop. & Staff.

‘*De Ordinatione per Simonem de Montfort, & Complices ſuos apud London. pro pace Regni.*

Reg. Captivo.
A.D. 1264.
An. 48. H. 3.
Pat. 48. H. 3. m. 6. d. n. 10.

‘HÆC eſt forma pacis à Domino Rege, & Domino Edwardo filio ſuo, Prælatis, & Proceribus omnibus, & Communitate tota Regni Angliæ communiter & concorditer approbata, videlicet,

‘Quod quædam ordinatio, facta in Parliamento London. habito circa Feſtum Nativitatis beati Johannis Baptiſtæ, proximo præteritum, pro pace Regni conſervanda, quouſque pax inter dictum Dominum Regem, & Barones apud Leues, per formam cujuſdam miſæ, prælocuta compleretur, duratura omnibus diebus prædicti Domini Regis, & etiam temporibus Domini Edwardi, poſtquam in Regem fuerit aſſumptus, uſque ad terminum quem ex nunc duxerit moderandum, firma maneat, ſtabilis, & inconcuſſa; dicta autem ordinatio talis eſt.

A.D. 1264.

‘Ad reformationem Statûs Regni Angliæ eligantur & nominentur tres diſcreti & fideles de Regno, qui habeant auctoritatem & poteſtatem à Domino Rege eligendi, ſeu nominan-

‘di, vice Domini Regis, Conſiliarios novem; de quibus novem, tres ad minus alternatim, ſeu viciſſim ſemper ſint in Curiâ præſentes;

‘Et Dominus Rex, per conſilium eorumdem novem, ordinet & diſponat de cuſtodiâ Caſtrorum, & omnibus aliis Regni negotiis:

‘Præficiat etiam Dominus Rex per Conſilium prædictorum novem, Juſticiarium, Cancellarium, Theſaurarium, & alios Officiales majores & minores, in hiis quæ ſpectant ad Regimen Curiæ & Regni:

‘Jurabunt autem primi Electores ſive Nominatores quod, ſecundum conſcientiam ſuam, eligent vel nominabunt Conſiliarios, quos credent honori Dei & Eccleſiæ, Domino Regi & Regno utiles & fideles:

‘Conſiliarii quoque, ac omnes officiales, majores & minores, in ſua Creatione, jurabunt quod officia ſua, pro poſſe ſuo, ad honorem Dei & Eccleſiæ, & ad utilitatem Domini Regis & Regni abſque munere, præter eſculenta & poculenta, quæ communiter in menſis præſentari ſolent, fideliter exequentur.

‘Quod, ſi prædicti Conſiliarii, vel aliqui, ſeu aliquis eorum, in adminiſtratione, ſibi commiſsâ, male verſati vel verſatus fuerint aut fuerit, ſeu ex alia cauſa mutandi fuerint, Dominus Rex per conſilium priorum trium Electorum ſeu nominatorum, quos amovendos viderit, amoveat: Et loco eorum, per eoſdem, alios fideles & idoneos ſubroget & ſubſtituat.

‘Si autem officiales, majores vel minores, in officiis ſuis male verſentur, Dominus Rex, per Conſilium prædictorum novem, ipſos amoveat, & alios ſine dilatione, per Conſilium prædictorum, loco eorum, ſubſtituat.

‘Quod, ſi primi tres Electores ſeu nominatores, in electione vel nominatione Conſiliariorum, aut forte Conſiliarii, in creatione officialium, vel aliis negotiis Domini Regis & Regni gerendis ſeu diſponendis, diſcordes fuerint, quod à duabus partibus concorditer factum fuerit vel ordinatum firmiter obſervetur; dummodo, de illis duabus partibus, unus ſit prælatus Eccleſiæ in negotiis Eccleſiam contingentibus.

‘Et, ſi contingat duas partes dictorum novem in aliquo negotio non eſſe concordes, de diſcordia illa ſtabitur ordinationi primorum trium Electorum vel nominatorum, aut majoris partis eorundem.

‘Et, ſi videatur Communitati Prælatorum & Baronum concorditer expedire, quod aliqui vel aliquis, loco aliquorum aut alicujus primorum trium nominatorum ſubrogentur vel ſubſtituantur, Dominus Rex, per Conſilium Communitatis, Prælatorum, & Baronum, alios vel alium ſubſtituat.

‘Omnia autem prædicta faciat Dominus Rex per Conſilium prædictorum novem in forma ſupradicta, vel ipſi vice & auctoritate Domini Regis; præſente ordinatione duratura, donec Miſa apud Lewes facta, & poſtea à partibus ſigillata, fuerit concorditer conſummata; vel alia proviſa, quam partes concorditer duxerint approbandam.

‘Hæc autem ordinatio facta fuit London. de conſenſu, voluntate, & præcepto Domini Regis; necnon Prælatorum, Baronum, ac etiam Communitatis, tunc ibidem præſentis.

‘In cujus rei teſtimonium Domini R. Lincolnienſis, & Hugo Elienſis Epiſcopi, R. Comes Norfolciæ & Mareſcallus Angliæ, R. de Veer Comes Oxonienſis, Humphredus de Bohun, Will. de Monte Caniſio & Major London. Signa ſua huic ſcripturæ appoſuerunt.

‘Actum in Parliamento Lond. menſe Junii, anno Domini 1264.

‘Item, ordinatum eſt quod ſtatus Eccleſiæ Anglicanæ in ſtatum debitum reformetur.

‘Item, ordinatum eſt quod prædicti tres Electores & Conſiliarii, de quibus fit mentio in prædictâ ordinatione Lond. & Caſtrorum Cuſtodes, & cæteri ballivi Domini Regis, ſemper ſint indigenæ;

‘Alienigenæ verò pacificè veniant, morentur, & redeant.

‘Et tàm Laici, in ſuis poſſeſſionibus, quàm Clerici, in ſuis beneficiis reſidere volentes: Mercatores etiam, & alii omnes pro ſuis negotiis procurandis, liberè veniant, & pacificè comorentur; dum tamen pacificè, ſine Armis, & ſuſpecta multitudine, veniant; & quod nullus eorum ad aliquod officium vel balliviam in Regno vel hoſpitio Domini Regis aliquatenus aſſumatur:

‘Cartæ vero libertatum generalium & foreſtæ, indigenis à Domino Rege dudum conceſſæ, & Statuta ſuper gravaminum revocationibus de Turn. Vicecomitis, ſectis Curiæ & aliis, quæ Dominus Rex, anno præterito, in ſingulis Comitatibus per ſuas literas patentes fecerat puplicari, cum laudabi-

‘libus

A.D. 1264.
Hen. 3.

‘libus Regni conſuetudinibus & diutius approbatis, in perpetuum obſerventur, & provideatur qualiter meliùs & fortiùs valeant obſervari.

‘Item proviſum eſt quod Dominus Rex, & Dominus Edwardus Baronibus, & hiis qui cum eis ſteterunt, omnem injuriam & rancorem remittant; ita quod nullum ipſorum, occaſione eorum quæ facta ſunt in turbatione præterita, gravent vel à ſuis gravari permittant: Et faciant omnes Ballivos ſuos, in aſſumptione Balliviæ, jurare quod nullum, occaſione prædicta, gravabunt; ſet omnibus æqualiter juſtitiam exhibebunt; & provideatur bona ſecuritas quomodo hæc omnia firmiter obſerventur.

A.D. 1264.
Hen. 3.

‘*Ne quis, ſub periculo vitæ, portaret Arma, præter Simonem Montfort.*

Reg. Captivo.
A.D. 1264.
An. 48. H. 3.
Pat. 48. H. 3. m. 7.

REX omnibus, &c. ſalutem.

‘Cum nuper, de Conſilio Baronum noſtrorum, publicè prohiberi fecerimus, ne quis, ſub periculo vitæ, vel membrorum, arma portaret, vel cum equis & armis per Regnum noſtrum incederet, abſque noſtra licentia ſpeciali:

‘Et jam oporteat dilectum & fidelem noſtrum Simonem de Monteforti Comitem Leyceſtriæ, propter obſides & priſones, quos ſecum ducit, cum equis & armis incedere;

A.D. 1264.

‘Nos ei ad hoc faciendum licentiam noſtram duximus concedendam; præſertim cum ex hoc nulli de Regno dampnum debeat vel periculum imminere.

‘In cujus, &c.

‘Teſte Rege apud Sanctum Paulum London. decimo ſexto die Julii.

‘*De decimis ſine dilatione Simoni de Montfort mittendis.*

Reg. Captivo.
A.D. 1264.
An. 48. H. 3.
Clauſ. 48. H. 3. m. 3. d.

REX S. Epiſcopo Norwicenſi ſalutem.

‘Cum per Prælatos & Magnates Regni noſtri proviſum ſit & unanimiter conceſſum, quod decimæ proventuum omnium Beneficiorum Eccleſiaſticorum in Regno noſtro conferantur ad communem utilitatem ejuſdem Regni & Eccleſiæ Anglicanæ, & quod hujuſmodi decimæ per locorum Epiſcopos leventur, & ad nos mittantur:

‘Vobis mandamus, quod hujuſmodi decimas, quas juxta proviſionem prædictam in veſtra Dioceſi de beneficiis Eccleſiaſticis levari feciſtis, ad nos, ſine dilatione mittatis, convertendas in communem utilitatem Regni noſtri & Eccleſiæ prædictæ;

A.D. 1264.

‘Et hoc nullatenus omittatis, ſcituri quod, niſi hoc mandatum noſtrum facere volueritis, de conſilio Magnatum, qui ſunt de Conſilio noſtro, mandavimus Vicecomiti noſtro Norff. & Suff. quod dictam decimam ob defectum veſtri (quod nollemus) levari, & ad nos mitti faciat indilate.

‘Teſte Rege apud Cantuar. primo die Septembris.

‘*Mandatum Archiepiſcopo Ebor. quod, niſi decimam celeriter mittat, eandem per Ballivos ſuos levari faciet.*

Reg. Captivo.
A.D. 1264.
An. 48. H. 3.
Clauſ. 48. H. 3. m. 3. d.

REX G. Eborum Archiepiſcopo, Angliæ Primati, ſalutem.

‘Licet nos, una cum Regni noſtri Prælatis & Proceribus, ſuper alienigenarum inimicorum noſtrorum adventu nuper præmuniti, de conſilio eorundem Prælatorum & Procerum provida deliberatione duximus ſtatuendum, ut à communis defenſionis auxilio nullus excludatur ſexus aut ordo, nullius perſonæ laboribus, nullis rerum parcatur impendiis;

A.D. 1264.

‘Illa tamen devotio debita, quam ad ſanctam Eccleſiam Catholicam gerimus, nos induxit ut virorum Eccleſiaſticorum, in hac parte, ſubſidium de Prælatorum ordinaretur aſſenſu; qui,

A.D. 1264.
Hen. 3.

‘ut ſuæ & Clericorum ſuorum tranquilitati proſpicerent, & bellorum clades perſonaliter evitarent, decimam omnium Eccleſiaſticorum proventuum, in ſuis Diocæſibus, non ſolum nobis, ſed ad utilitatem Reipublicæ, Regni & Eccleſiæ Anglicanæ conceſſerunt:

‘Quia vero non tantum Eccleſiis, Eboracenſis Eccleſiæ Suffraganeis, & earum Clericis, ſed etiam ipſi Eborum Eccleſiæ veſtræ, ejuſque Clericis, & toti Clero Regni noſtri proſpicitur in hac parte;

‘Vobis mandamus, firmiter injungendo, quod decimam omnium Eccleſiaſticorum proventuum in Diocæſi Eborum exiſtentium, nullo ab hac præſtatione exempto, per vos, vel miniſtros veſtros, citra Feſtum Sancti Michaelis levari, & ad nos mitti faciatis.

A.D. 1264.
Hen. 3.

‘In hoc enim non modicum Eccleſiaſticæ libertati deferimus, cum non per Ballivos noſtros, in tam arduâ neceſſitate, ſed per viros Eccleſiaſticos hujuſmodi ſubſidia, ad opus Reipublicæ, Regni, & Eccleſiæ Anglicanæ colligi demandemus.

‘Et ſciatis quod, niſi hoc mandatum noſtrum cum ſummâ celeritate fueritis executi, quantumcunque libertates Eccleſiæ tueri totis viribus noſtris intendamus, omittere non poſſumus, nec debemus, quin, pro ſecuritate Regni noſtri, ejuſque defenſione, & communi utilitate, dictam decimam per Ballivos noſtros levari faciamus.

‘Teſte Rege apud Cantuar. tertio die Septembris.

‘*Rex captivus ac Simon Montfort, cum Complicibus ſuis, dant poteſtates aliis Complicibus Simonis, & fautoribus in Francia, ad reformandam Pacem inter Regem & Simonem.*

Reg. Captivo.
A.D. 1264.
An. 48. H. 3.
Pat. 48. H. 3. m. 4. d. n. 13.

‘REX Angliæ, S. de Monteforti Comes Leiceſter, Gilbertus de Clare Com. Glouceſtr. & Hertford. Johannes filius Johannis, Johannes de Burgo Senior, Willielmus de Monte Caniſio, Henricus de Haſtinges, Gilbertus de Gaunt, & cæteri Barones, & Magnates Angliæ, univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem in Domino.

‘Cum ſuper præteritis guerrarum diſcriminibus, in Regno Angliæ ſubortis, quædam ordinatio ſeu forma pacis, de noſtrâ, Prælatorum, & totius Communitatis Regni prædicti unanimi voluntate & aſſenſu, provida deliberatione inita fuerit; quam nuper Domino Regi Franciæ fecimus præſentari, & quam Deo gratam, nobis ac Regno ipſi credimus oportunam; ac quidam, ut intelleximus, facti veritatem minus plene intelligentes, ordinationem ipſam, ſeu pacis formam minus ſufficientem aſſerentes, de quibuſdam articulis in eadem inſertis non fuerint contenti;

‘Nos, ad pacem & tranquilitatem Regni prædicti totis viribus, ſicut tenemur, laborare volentes, ut juſtitia noſtra & facti veritas patefiat, & ſingulis pleniùs innoteſcat, plenam damus poteſtatem venerabili Patri H. London. Epiſcopo, & nobili viro Hug. le Diſpenſer Juſticiario Angliæ, & nobilibus viris Carolo Comiti Andegaviæ, prædicti Regis Franc. Germano, & Abbati de Becco, inſpiciendi & examinandi formam ordinationis, ſeu pacis prædictæ: addendi, & detrahendi eidem: & emendandi (ſi quid addendum, detrahendum, ſeu corrigendum viderint) & providendi omnem ſecuritatem, quam viderint oportunam; & ea omnia, quæ ordinanda ſeu ſtatuenda duxerint, firmiter obſervandi.

A.D. 1264.

‘Nos autem omnia & ſingula, quæ ipſi ad emendationem & obſervationem pacis ejuſdem ordinaverint, rata habebimus & accepta; ſubjiciendo nos juriſdictioni & cohertioni venerabilis Patris G. Sabin. Epiſcopi, Apoſtolicæ ſedis Legati, ut ipſe, per ſententiam excommunicationis, & omne genus cenſuræ Eccleſiaſticæ, nos, & omnes, & ſingulos, compellere poſſit, ſi forte ordinationi prædictorum in aliquo præſumpſerimus contrahire.

‘Et, ſi prædictus Comes Andegaviæ præſens non fuerit, vel negotium iſtud in ſe aſſumere noluerit, volumus quod Dominus Simon de Claro Monte, Dominus de Neel, vel Dominus Petrus le Chamberleng, loco ejuſdem Comitis ſubrogetur.

A.D. 1264. Hen. 3.

‘ Quod, ſi prædicti quatuor in aliquo articulo pacis prædictæ diſcordes fuerint, judicio majoris partis eorundem ſtetur: Et, ſi pares in diſcordia fuerint, volumus ut venerabilis Pater Archiepiſcopus Rothomagenſis eis aſſocietur: &, quod a majori parte eorundem quinque concorditer fuerit ordinatum, firmiter obſervetur.

‘ Nolumus autem quod aliquid liceat eis dicere, ordinare, ſeu ſtatuere, circa emendationem ordinationis ſeu pacis prædictæ, per quod Regnum Angliæ per alios, quàm per indigenas gubernetur; nec Caſtrorum cuſtodia, ſeu alia Ballia in Regno prædicto aliis, quàm indigenis, fidei non ſuſpectis, committatur.

‘ Volumus etiam, modis omnibus, quod pax inter nos Regem Angliæ, & præfatum Comitem Leiceſtriæ, ſuper perſonalibus & ſpecialibus querelis, quæſtionibus & contentionibus (quas contra eundem Comitem habemus, & ipſe adverſus nos, & de quibus poſuimus nos in prædictum Regem Franc.) fiet & aſſecuretur, antequam pax ſeu ordinatio prædicta finaliter compleatur.

‘ In cujus rei teſtimonium huic ſcripto nos Rex Angliæ, Comites Leyceſtriæ, & Glouceſtriæ, Johannes, Johannes, Willielmus, Henricus, & Egidius, pro nobis & cæteris Baronibus, & Communitate Regni Angliæ, ſigilla noſtra appoſuimus.

‘ Dat. apud Cantuar. die Jovis, proximo poſt Feſtum Nativitatis beatæ Virginis, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quarto.

Complices Simonis de Montfort conſtituuntur Procuratores ad tractandum in præſentia Regis Franciæ & Legati Papæ, ſuper ſtatu Regni Angliæ.

Reg. Captivo.
A.D. 1264.
An. 48. H. 3.
Pat. 48. H. 3. m. 4. d.

REX Angliæ omnibus ad quos, &c. ſalutem.

‘ Noverit Univerſitas veſtra quod nos ordinamus & conſtituimus venerabiles Patres W. Wigornienſem, & J. Winton. Epiſcopos, & nobilem virum Petrum de Monteforti, Procuratores & Nuncios noſtros ſolempnes;

‘ Dantes eis poteſtatem tractandi in præſentiâ magnifici Principis Domini Ludovici, Dei gratiâ, Regis Franciæ illuſtris, & venerabilis Patris G. Sabin. Epiſcopi, Apoſtolicæ ſedis Legati, vel alterius eorum, ſuper reformatione ſtatûs Regni Angliæ; &, quod in hac parte proviſum fuerit, acceptandi & firmandi, ſeu etiam compromittendi ſuper hoc in certas perſonas, ſi viderint expedire, ac omnem ſecuritatem faciendi, quam negotii qualitas requirit, & quam nobis, ſeu Regno prædicto viderint oportunam:

‘ Dantes inſuper præfato Petro poteſtatem jurandi in animam noſtram, quod nos, quicquid ipſi tres in præmiſſis nomine noſtro duxerint faciendum, ratum habebimus & acceptum; ſubiciendo nos juriſdictioni & cohercioni prædicti Legati, ut ipſe, per ſententiam excommunicationis, & omne genus cenſuræ Eccleſiaſticæ, nos compellere poſſit ad obſervationem præmiſſorum.

‘ In cujus, &c.

‘ Data apud Cantuar. die Jovis prædicta, anno prædicto.

Procuratorium ejuſmodi cum priori, paucis mutatis.

Reg. Captivo.
A.D. 1264.
An. 48. H. 3.
Pat. 48. H. 3. m. 4. d.

REX omnibus, &c. ſalutem.

‘ Noverit Univerſitas veſtra quod nos ordinamus & conſtituimus venerabiles Patres, Henricum London. Walterum Wigorniæ, & J. Wintoniæ Epiſcopos, & nobiles viros Hugonem Diſpenſatorem Juſticiarium Angliæ, & Petrum de Monteforti, & Magiſtrum Ricardum de Mepham Archidiaconum Oxonii, Procuratores & Nuncios noſtros ſolempnes;

‘ Dantes eis poteſtatem tractandi in præſentiâ Magnifici Principis Domini Ludovici, Dei gratiâ, Regis Franciæ illuſtris, & venerabilis Patris G. Sabin. Epiſcopi, Apoſtolicæ ſedis Legati, vel alterius eorum, ſuper reformatione ſtatûs Regni Angliæ; &, quod in hac parte proviſum fuerit, acceptandi & firmandi, ſi viderint expedire, ac omnem ſecuritatem faciendi, quam nego-

A.D. 1264. Hen. 3.

‘tii qualitas requirit, & quam nobis ſeu Regno prædicto viderint opportunam;

‘Dantes inſuper præfato Petro poteſtatem jurandi in animam noſtram quod nos, quicquid ipſi in præmiſſis nomine noſtro duxerint faciendum, ratum habebimus & acceptum.

‘In cujus, &c.

‘Datum apud Cantuariam, die Sabbati proxima poſt Feſtum Nativitatis beatæ Virginis, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quarto.

‘*Conſimiles literæ emanarunt ſub nomine Comitum & Baronum, pro ſe & Communitate prædicta, quibus ſigilla ſua appoſuerunt.*

Data ut ſupra.

‘*Item forma pacis ſuperius ſcripta, conſignata fuit ſigillo Regis, & tradita Nunciis ſupradictis.*

Litteræ de Credentia pro Petro de Montforti.

Reg. Captivo. A.D. 1264. *An.* 48. *H.* 3. *Clauſ.* 48. *H.* 3. *m.* 2. *d.*

A.D. 1264.

‘REX G. Sabinenſi Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem.

‘Quia dilectum & fidelem noſtrum Petrum de Monteforti, unum de Conſiliariis noſtris, veritatis, pacis & tranquilitatis zelatorem, ad veſtram præſentiam deſtinamus, pro quibuſdam negotiis noſtris, reformationem pacis & tranquilitatis Regni noſtri contingentibus, vobis viva voce plenius exponendis, cui, ſuper hiis, cum ad vos venerit, fidem adhibeatis indubitatam;

‘Paternitatem veſtram rogamus & requirimus attente, quatenus litteras veſtras de ſalvo & ſecuro conductu in veniendo ad vos, vobiſcum morando, & aliunde recedendo, ſub omni feſtinatione ſibi obviam uſque Dovor. tranſmittere velitis.

‘Teſte Rege apud Cantuar. 24 die Septembris.

Littera Guidonis, Sabinen. Epiſcopi (qui poſtea Papa Clemens quartus) ſuper Excommunicationis ſententia contra Barones Angliæ, Regi Rebelles.

Reg. Captivo. A.D. 1264. *An.* 49. *H.* 3. *Lib. A. fol.* 284. *b. penes Camerar. Scaccar.*

A.D. 1264.

VEnerabilibus in Chriſto Patribus, Eccleſiæ Remen. Suffraganeis, necnon & diſcretis viris Remen. ac aliarum vacantium Eccleſiarum, ſi quæ ſunt, vel fuerint in Remen. Provincia, officialibus, Guido miſeratione divinâ Sabinen. Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, ſalutem & ſinceram in Domino caritatem.

Præcluſo nobis noſtræ legationis aditu per viros nobiles Symonem de Monteforti Comitem Leyceſtriæ, Gilbertum de Clare Comitem Gloverniæ, Rogerum Comitem Norff. Hugonem Diſpenſatorem Juſticiarium Angliæ, & per Magnates alios Regni Angliæ, ad quod, necnon & partes Walliæ, & Hiberniæ, nos ſanctiſſimus Pater noſter & Dominus Urbanus divinâ providentiâ ſummus Pontifex, pro exercendo legationis ejuſdem officio deſtinaret;

Nos, quibus ab eodem ſummo Pontifice ſpecialiter eſt indultum, ut quocumque modo, nobis hujuſmodi legationis aditu impedito, ea quæ ad officium noſtrum pertinent exercere in ciſmarinis partibus valeamus, eoſdem Comites, & Juſticiarium, ac omnes alios Barones, & nobiles adhærentes eiſdem, necnon & Cives Londonienſes, & habitatores quinque Portuum Angliæ, in Eccleſia beatæ Mariæ de Bolonia ſupra mare Morinen. Dioc. coram cleri & populi multitudine, coram nobis ſolempniter convocata, juxta datam a ſummo Pontifice nobis formam, die Martis ante Feſtum Aſſumptionis beatæ Mariæ, proximo præteritum, videlicet, ſecundo Idus Auguſti, monuimus & eiſdem præcepimus, quod infra Kalendas Septembris, nunc præteritas, tunc inſtantes, ingreſſum, quem nobis clauſerant, aperirent: Et, quia ſe nobis reddiderant multiplici ratione ſuſpectos, caverent nobis ydonee ad noſtrum arbitrium de ſecuritate ingreſſus in Regnum, moræ in Regno, & reditus ab eodem,

Quæ, ſi infra terminum prædictum non facerent, eoſdem excommunicationis extunc ſententiæ, cum omnibus qui eis darent conſilium, vel auxilium, vel favorem, decrevimus ſubjacere, ſet & terras eorum,

eorum, & omnia loca eiſdem Baronibus adhærentia, & nominatim Civitatem Londonienſem, & dictos quinque Portus, Eccleſiaſtico ſuppoſuimus interdicto.

Omnes inſuper, qui eis, in prædicta rebellione manentibus, arma, equos, bladum, vinum, vel alia victualia ferrent in Angliam, vel ferri facerent: naves, vel navigia, vel earum armamenta ex quacumque cauſa eis traderent, pari excommunicationis ſententiâ innodavimus.

In quas excommunicationis, prædicti Barones & alii, & dictæ terræ interdicti ſententias, cum contumaciter noſtris monitis & mandatis non paruerint, inciderunt.

Sane die & loco prædictis, ſcilicet, ſecundo Idûs Auguſti, in Eccleſia beatæ Mariæ Boloniæ ſupradicta, Barones eoſdem, ſecundum ſpeciale mandatum Domini Papæ, per ſuas litteras nobis datum, monuimus & eiſdem præcepimus ut, infra terminum ſupradictum Kalendarum Septembris, nunc quidem præteritarum, ſet tunc inſtantium, inclitum Regem Angliæ in omnibus, & per omnia ſolitæ & antiquæ reſtituerent libertati, ac plenitudini liberæ Regiæ poteſtatis, tàm in judiciis, quàm extra judicia exercendæ.

Rurſum eoſdem ex officio noſtro monuimus, ut ejuſdem Regis, ac fratris ſui Regis Alemanniæ, primogenitos liberarent, quos detinebant & adhuc detinent ſine cauſa captivos, licet ſub inani colore verborum eos, ut obſides, tenere ſe dicant occaſione compromiſſi cujuſdam facti, ut dicitur, in ſex arbitros, ſet ab eiſdem arbitris non recepti, quin potius a tribus ex eiſdem arbitris, ſicut a nobis per patentes eorum conſiſtit literas, refutati.

Addidimus etiam monitioni & præcepto prope dictis hanc clauſulam; niſi, videlicet, iidem Barones juſtam & veram rationem, ſeu cauſam proponerent & proferrent, propter quam ad ea, quæ præcepimus, adimplenda minime tenerentur, ad quam proponendam & proferendam eaſdem Kalend. Septembris eis præfiximus terminum peremptorium, in eadem Eccleſia beatæ Mariæ Boloniæ, & in præſentia multitudinis ſupradictæ;

Tàm etiam ex officio noſtro, quàm ſecundum ſpeciale Domini Papæ mandatum, per ſuas literas nobis datum, de ſolvendis ſocietatibus, & conjurationibus, ac ſtatutis, factis in Anglia in præjudicium Regiæ libertatis, & cogendis Baronibus ad abjurationem eorum, ibidem & eodem die, & coram eiſdem, prædictum ipſis Baronibus terminum aſſignavimus ad abjurandum ſtatuta, facta quondam Oxoniæ (quæ proviſiones appellant) & ſi qua alia ad robur addiderant eorumdem, loco eis ad hoc aſſignato apud Gravelingas, Dioc. Morinen. coram nobis, vel in hoc gerentibus vices noſtras.

Nos igitur, attendentes quod Barones prædicti, contemptum addentes contemptui, ſicut in aperiendo nobis legationis aditu, & danda ydoneâ cautione de ſecuritate ingreſſûs, moræ, & reditûs, non paruerunt, ſic & prædictis noſtris monitionibus & mandatis parere contumaciter recuſarunt,

In eoſdem & eorum conſiliarios, fautores, & complices in hoc facto, congregata coram nobis apud Hiſdinum, Morinenſis Diocæſis, cleri & populi multitudine copioſa, excommunicationis ſententiam propter hæc tulimus iterato, & terras eorum, ac alias eiſdem Baronibus adhærentes, & quæ ipſis, quamdiu in hujuſmodi rebellione fuerint, adhærebunt, Eccleſiaſtico ſuppoſuimus interdicto:

Nullis obſtantibus privilegiis, ſeu indulgentiis Apoſtolicis, perſonis, dignitati, locis, vel ordini ab eadem ſede conceſſis, cujuſcumque tenoris exiſtant; quia, quod ad noſtros proceſſus attinet, illorum efficacia per datas nobis ab eadem ſede literas, penitus eſt excluſa.

A prædictis autem excommunicationum ſententiis illuſtrem Regem Angliæ, Sacerdotes, & Clericos, ad Capellæ ſuæ ſervitium per eum ſpecialiter deputatos, excipimus; quos, licet cum Baronibus converſentur, mente tamen ipſis non credimus adhærere.

Unde & conceſſimus quod idem Rex, per ſuos Sacerdotes & Clericos ſupradictos, in locis, quæ in præmiſſum inciderint interdictum, libere ſibi faciat divina officia celebrari voce ſuppreſſa, januis tamen clauſis, & excommunicatis & interdictis excluſis.

Quocirca diſcretionem veſtram rogamus attentius & requirimus, vobis, qua fungimur auctoritate, quanto diſtrictius poſſumus præcipiendo, mandantes quatenus pro ſedis Apoſtolicæ reverentiâ, de cujus injuria agitur & contemptu, has noſtras excommunicationis & interdicti ſententias per univerſales Eccleſias veſtrarum Civitatum & Diocæſum, in quibus Legatorum, vel Delegatorum, aut ordinariorum judicum, ſententiæ conſueverunt clero & populo pupplicari, ſingulis diebus dominicis & feſtivis, extinctis candelis, & pulſatis campanis, per vos, vel per alios puplicetis.

Ita videlicet quod viri nobiles Symon Leyceſtr. Gilbert. Gloverniæ, & Rogerus Norff. Comites nominatim, & in genere omnes

A.D. 1264 Hen. 3.

omnes alii adhærentes eiſdem, ſeu qui eis conſilium vel auxilium dederint ſeu favorem: & expreſſim Cives London. & habitatores quinque Portuum Angliæ, excommunicati publice nuncientur; nec a dictarum ſententiarum denuntiatione ceſſetur ſine ſedis Apoſtolicæ vel noſtro ſpeciali mandato.

Hoc igitur noſtrum mandatum tam attente curetis implere, ut & ſedis ejuſdem dolere videamini vicem, & obedientiæ bonum, quod victimis eſt præſtantius, tam ſalubriter, quam prudenter amplecti.

Has autem præſentes literas, retento tranſcripto ipſarum earumdem, latori reddatis, veſtrûm ſigilli cum noſtri appenſione ſigilli.

Dat. in Prioratu Sancti Gregorii de Hiſdinio, Dioceſ. Morinen. decimo tertio Kal. Novembris, Pontificatûs Domini Urbani Papæ quarti, anno quarto.

De Nuncio ad Regem Franciæ, Reginam Angliæ, & Guidonem Legatum Papæ.

Reg. Captivo.
A.D. 1264.
An. 49. H. 3.
Pat. 49. H. 3. n. 119.

‘REX omnibus, &c. ſalutem.

‘Sciatis quod ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum conductum dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Eadwardum de la Cnolle, Decanum Wellenſem, proficiſcentem in Nuncium noſtrum ad Dominum Ludovicum Regem Franciæ illuſtrem, & venerabilem Patrem G. Sabin. Epiſcopum, Apoſtolicæ ſedis Legatum, & ad dilectam conſortem noſtram, Alianoram Reginam Angliæ, in eundo ad partes tranſmarinas, & abinde redeundo.

‘Et ideo vobis mandamus quod eidem Eadwardo, familiæ, &c.

‘In cujus, &c.

‘Teſte Rege apud Windeſor. 18 die Novembris.

A.D. 1264.

Littera Reginæ de ſtatu Regis & Regni, & de Credentia.

Reg. Captivo.
A.D. 1264.
An. 49. H. 3.
Pat. 49. H. 3. n. 2. d.

‘REX Reginæ Angliæ ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

‘Sciatis nos, & Eadwardum Primogenitum noſtrum, ſanos & incolumes eſſe, quod de vobis ſcire precordialiter affectamus; vobis ſignificantes quod negotia noſtra, & veſtra, & prædicti filii noſtri, ad honorem Dei ac noſtrum, & veſtrum procedunt, Benedictus Deus; ita quod certam ſpem habemus de firma & bona pace habenda in Regno noſtro, propter quod hilares ſitis & jocundæ.

‘Præterea intelleximus quod quidam venditionem, ſeu alienationem jurium & feodalium noſtrorum, & prædicti filii noſtri, in partibus illis, ad noſtram & hæredum noſtrorum exhæredationem, facere proponunt hiis diebus, contra voluntatem noſtram; quod nullatenus velle aut ſuſtinere debetis.

‘Unde vobis mandamus quod ſuper præmiſſis nichil attemptari, vel fieri permittatis; ſuper hiis & aliis, quæ Magiſter Edwardus de la Cnol Decanus Wellenſis, præſentium lator, vobis ex parte noſtra dixerit, fidem adhibentes eidem.

‘Teſte Rege apud Windeſor. 18 die Novembris.

A.D. 1264.

Litera Regi Franciæ de juribus ſuis non alienandis.

Reg. Captivo.
A.D. 1264.
An. 49. H. 3.
Pat. 49. H. 3. n. 1. d.

‘REGI Franciæ, Rex Angliæ ſalutem.

‘Cum, jure ſanguinis, & ratione fidelitatis, & homagii vobis præſtiti, de veſtra dilectione ſpecialiter confidere debeamus, quod jura noſtra tueri & confovere velitis, ac nobis nuper innotuerit quod quidam, præter conſcientiam & voluntatem noſtram, de juribus & poſſeſſionibus noſtris, ſub veſtro Dominio conſtitutis, de quibus vobis homagium fecimus, venditionem, ſeu alienationem, ad noſtram & hæredum noſtrorum, exhæredationem perpetuam, facere proponunt, ſeu fieri procurârunt.

A.D. 1264.

‘Sereni-

A.D. 1264. Hen. 3.

‘Serenitatem veſtram, quanta poſſumus affectione, requirimus & rogamus, quatinus, noſtræ & hæredum noſtrorum indempnitati ſolito proſpicientes affectu, non permittatis, nec conſentiatis, ſi placet, venditionem, ſeu alienationem jurium ſeu feodalium noſtrorum fieri in hac parte.

‘Nos autem mittimus dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Eadwardum, Decanum Wellenſem, propter hoc & alia negotia noſtra vobis exponenda; cui ſuper hiis, & aliis, quæ vobis ex parte noſtra dicet, fidem adhibere velitis, demandantes nobis veſtræ beneplacitum voluntatis.

‘Teſte Rege apud Windeſ. 18 die Novembris.

‘*Eodem modo ſcribitur Reginæ Franciæ, verbis tamen competenter mutatis.*

Litera Petro Comiti de Sabaudia, de juribus Regis in partibus tranſmarinis non alienandis.

Reg. Captivo.

A.D. 1264. An. 49. H. 3. Pat. 49. H. 3. n. 3. d.

‘REX Petro Comiti de Sabaudiâ, ſalutem.

‘Cum prudentem virum Magiſtrum Eadwardum de la Cnol, Decanum Wellenſem, latorem præſentium, ad Dominum Regem & Reginam Franciæ, necnon ad Reginam conſortem noſtram pro diverſis negotiis, nos & Regnum noſtrum tangentibus, ſibi & vobis exponendis deſtinemus; ac nobis nuper innotuerit quod quidam venditionem, ſeu alienationem jurium & feodalium noſtrorum, & Eadwardi primogeniti noſtri, in partibus illis, ad noſtram & hæredum noſtrorum exhæredationem, facere proponunt hiis diebus, contra aſſenſum & voluntatem noſtram, quod nullatenus velle deberetis:

‘Vobis mandamus in fide & dilectione quibus nobis tenemini, quod ſuper venditionibus & alienationibus hujuſmodi nichil attemptari vel fieri permittatis.

‘Speramus enim firmiter quod negotia noſtra, & Eadwardi filii noſtri, ad honorem Dei & noſtrum, procedent; ita quod bonam & firmam pacem in proximo habebimus in Regno noſtro, Deo dante.

‘Super hiis autem, & aliis, quæ dictus Decanus vobis ex parte noſtra dixerit, fidem adhibeatis eidem.

‘Teſte Rege apud Windeſor. 18 die Novembris.

De intendendo Simoni de Montfort, cuſtodiam habenti omnium terrarum Ricardi Regis Romanorum in Comitatu Devon.

Reg. Captivo.

A.D. 1264. An. 49. H. 3. Pat. 49. H. 3. n. III.

‘REX Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis de Comitatu Devoniæ, ſalutem.

‘Cum dilectus & fidelis noſter Simon de Monteforti Comes Leiceſtriæ habeat cuſtodiam omnium terrarum & tenementorum kariſſimi fratris noſtri Ricardi Regis Alemanniæ in partibus illis, per quod Ballivi ejuſdem Comitis in partibus illis circa cuſtodiam earumdem terrarum & tenementorum conſilio veſtro & auxilio indigent, ut accepimus;

‘Vobis mandamus, firmiter injungentes, quatenus Ballivis præfati Comitis, cum toto poſſe veſtro, in præmiſſis conſulentes ſitis & auxiliantes, prout ab ipſis ſuper hoc ex parte noſtra & Comitis prædicti fueritis requiſiti; ita quod idem Comes per defectum veſtri in hac parte dampnum non incurrat aut jacturam.

‘Teſte Rege apud Wigorniam, 13 die Decembris.

A.D. 1264. Hen. 3.

Ad conſultandum cum eodem Simone, Regem captivum ducente, quidam Epiſcopi, nonnulli Barones, Abbatum & Priorum inaudita turba, necnon & ſpecialiores per Comitatus & Burgos uſquequaque ſelecti Complices convocantur, per hoc Simonis mandatum, in nomine Regis.

Reg. Captivo.

A.D. 1264. *An.* 49. *H.* 3. *Clauſ.* 49. *H.* 3. *m.* 11. *d.*

‘Henricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, venerabili in Chriſto Patri, R. eâdem gratiâ, Epiſcopo Dunelmenſi, ſalutem.

‘Cum, poſt gravia turbationum diſcrimina, dudum habita in Regno noſtro, chariſſimus filius Edwardus primogenitus noſter, pro pace in Regno noſtro aſſecuranda, & firmanda, obſes traditus extitiſſet; & jam, ſedatâ (benedictus Deus) turbatione prædictâ, ſuper deliberatione ejuſdem ſalubriter providendâ, & plenâ ſecuritate, & tranquilitate pacis, ad honorem Dei, & utilitatem totius Regni noſtri, firmandâ, & totaliter complendâ; ac ſuper quibuſdam aliis Regni noſtri negotiis, quæ ſine conſilio veſtro, & aliorum Prælatorum & Magnatum noſtrorum nolumus expediri, cum eiſdem tractatum habere nos oporteat:

A.D. 1264.

‘Vobis mandamus, rogantes in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, quod, omni occaſione poſtpoſita, & negotiis aliis prætermiſſis, ſitis ad nos London. in Octabis Sancti Hillarii proxime futuris; nobiſcum, & cum prædictis Prælatis & Magnatibus noſtris, quos ibidem vocari fecimus, ſuper præmiſſis tractaturi, & conſilium veſtrum impenſuri: Et hoc, ſicut nos & honorem noſtrum & veſtrum, necnon & communem Regni noſtri tranquilitatem diligitis, nullatenus omittatis.

‘Teſte Rege apud Wigorniam, 14 die Decembris.

‘*Eodem modo* **mandatum eſt**

‘ *Epiſcopo Karliolenſi,*
‘ *Abbati S. Mariæ Eboraci*
‘ *Priori Dunelmenſi,*
‘ *Priori Sanctæ Trinitatis Eboraci,*
‘ *Abbati de Seleby,*
‘ *Abbati de Furnes,*
‘ *Abbati de Fontibus,*
‘ *Abbati de Ryevalle,*
‘ *Abbati de Melſa,*
‘ *Abbati de Rupe,*
‘ *Abbati de Bella lauda.*
‘ *Priori de Bridlington,*
‘ *Priori Sancti Oſwaldi,*
‘ *Abbati de Rufford,*
‘ *Priori de Blyda,*
‘ *Priori de Thurgarton,*
‘ *Priori Carleolenſi,*
‘ *Abbati de Whiteby,*
‘ *Priori de Giſeburn,*
‘ *Archiepiſcopo Eboracenſi,*
‘ *Priori de Parco,*
‘ *Decano Eboracenſi.*

‘ *Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis, viz.*

‘ *Epiſcopo London,*
‘ *Epiſcopo Winton,*
‘ *Epiſcopo Exon.*
‘ *Epiſcopo Wygorn,*
‘ *Epiſcopo Lincoln,*
‘ *Epiſcopo Elien,*
‘ *Epiſcopo Sarum,*
‘ *Epiſcopo Covent. & Lich.*
‘ *Epiſcopo Ciceſtren,*
‘ *Electo Bath. & Welles,*
‘ *Decano Oxon.*
‘ *Decano de Welles,*
‘ *Decano Sarum.*
‘ *Decano Lyncoln,*

‘ *In forma prædicta ſcribitur Abbatibus & Prioribus ſubſcriptis, ſub hac data.*

‘ Teſte Rege apud Wodeſtocke, viceſimo quarto die Decembris.

‘ *Abbati Sancti Edmundi,*
‘ *Abbati de Wautham,*
‘ *Abbati de Sancto Albano,*
‘ *Electo de Eveſham,*
‘ *Abbati Weſtmonaſterienſi,*
‘ *Abbati Glaſtonenſi,*

‘ *Abbati*

A.D. 1264.
Hen. 3.

‘ *Abbati de Reding,*
‘ *Abbati de Cirenceſtr.*
‘ *Abbati de Waverle,*
‘ *Priori Elienſi,*
‘ *Priori Norwic.*
‘ *Priori de Merton.*
‘ *Abbati de Oſeney,*
‘ *Priori S. Frideſwidæ Oxon.*
‘ *Abbati de Meſſenden,*
‘ *Priori de Lenton,*
‘ *Abbati de Bello,*
‘ *Priori Ordinis de Sempringham,*
‘ *Priori de Watton,*
‘ *Priori Hoſpitalis S. Johannis Jeruſalem in Anglia.*
‘ *Magiſtro Militiæ Templi in Anglia.*
‘ *Abbati Rameſienſi,*
‘ *Abbati de Burgo,*
‘ *Abbati de Thorney,*
‘ *Abbati de Crouland,*
‘ *Abbati Ceſtriæ,*
‘ *Abbati Salop.*
‘ *Abbati de Hulmo,*
‘ *Abbati de Bardenei,*
‘ *Abbati de Colceſtre,*
‘ *Priori de Dunſtaple,*
‘ *Abbati de Bello loco,*
‘ *Abbati de Parco lude,*
‘ *Abbati de Stanlegh,*
‘ *Abbati de Lilleſhul,*
‘ *Abbati de Bittleſden,*
‘ *Priori de Beuver.*
‘ *Priori de Leus.*
‘ *Abbati de Clervans.*
‘ *Priori de Stodeley,*
‘ *Abbati S. Auguſtini Cantuar.*
‘ *Abbati de Certeſſie,*
‘ *Priori S. Trinitatis Cantuar.*
‘ *Abbati de Hida juxta Winton.*
‘ *Abbati de Middleton,*
‘ *Abbati de Cerne,*
‘ *Abbati de Abbotesburie,*
‘ *Abbati de Taviſtoke,*
‘ *Priori de Huntingdon,*
‘ *Abbati de Suleby,*
‘ *Abbati de Wardon,*
‘ *Abbati S. Jacobi Northampt.*
‘ *Abbati de Leiceſtre,*
‘ *Abbati de Kirkeſted,*
‘ *Priori de Eton,*
‘ *Priori de Cruce Royſia,*
‘ *Abbati de Kirkeſtall,*
‘ *Abbati de Tame,*
‘ *Priori de Burmundeſſeie,*
‘ *Priori de Bernwell,*
‘ *Abbati de Merivall,*
‘ *Abbati S. Auguſtini Briſtoll.*
‘ *Abbati de Malmesburie,*
‘ *Abbati de Michelnei,*
‘ *Abbati de Abindon.*
‘ *Abbati S. Petri Glouc.*
‘ *Abbati de Perſhore,*
‘ *Abbati de Wynchecumbe,*
‘ *Priori de Coventr.*
‘ *Priori de Sancto Neoto.*
‘ *Priori S. Swithini Wynton.*
‘ *Abbati de Leſnes,*
‘ *Priori de Leedes,*
‘ *Priori de Landa,*
‘ *Priori de Spalding,*
‘ *Priori S. Barthol. London.*
‘ *Priori de Kenelworth,*
‘ *Abbati de Oſolveſtone,*
‘ *Abbati de Teukesburie,*
‘ *Priori de Fineſheved,*
‘ *Abbati de Nuttle,*
‘ *Abbati de Valledei,*
‘ *Abbati de Croxton.*

‘ *Item in forma prædicta mandatum eſt Comitibus & aliis ſubſcriptis.*

Dat. apud Wodeſtock, 24 die Decembris.

‘ *Com. Leiceſtr.*
‘ *Com. Glouceſtr.*
‘ *Com. Norfolc. & Mareſcallo Angliæ,*
‘ *Com. Oxonienſi,*
‘ *Com. Derb.*
‘ *Rad. de Camoys,*
‘ *Rogero de S. Johanne,*
‘ *Hugoni le Deſpenſer, Juſtic. Angliæ.*
‘ *Johanni filio Johannis,*
‘ *Willielmo de Munchenſy,*
‘ *Nicholao de Segrave,*
‘ *Johanni de Veſcy.*
‘ *Radulpho Baſſet (de Drayton)*
‘ *Henrico de Haſtings,*
‘ *Galfrido de Lucy,*
‘ *Roberto de Ros,*
‘ *Johanni de Eyvill,*
‘ *Adæ de Novomercato,*
‘ *Waltero de Colevill,*
‘ *Willielmo Marmyun,*
‘ *Rogero Bertram,*
‘ *Radulpho Baſſet (de Sapcote)*
‘ *Gilberto de Gaunt.*

‘ Item mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam; quod venire faciant duos Milites de legalioribus, probioribus & diſcretioribus Militibus ſingulorum Comitatuum, ad Regem London. in Octab. prædictis, in forma ſupradictâ.

‘ Item in formâ prædictâ ſcribitur Civibus Ebor. Civibus Lincoln. & cæteris Burgis Angliæ; quod mittant in formâ prædictâ duos de diſcretioribus, legalioribus, & probioribus, tàm Civibus, quàm Burgenſibus ſuis.

‘ Item

A.D. 1264. *Hen.* 3.

‘Item in formâ prædictâ mandatum eſt Baronibus, & probis hominibus Quinque Portuum, prout continetur in Brevi irrotulato inferiùs.

Idem. m. 7.

‘REX Vicecomiti Suſſex: Salutem.

‘Summonito per quatuor legaliores Milites de Comitatu tuo prædicto, Petrum de Sabaudia apud Pevenſeiam, Johannem de Warenna apud Lewes; & Hugonem le Bigod apud Boſeham, quod ſint coram nobis & Conſilio noſtro, in proximo Parliamento noſtro London. primo die Junii, Juſtitiam facturi & recepturi:

‘Et in pleno Comitatu tuo proclamari facias; quod quicunque ad opus prædictorum Petri, Johannis, & Hugonis interim procurare, ſeu impetrare voluerit, ſalvum & ſecurum conductum noſtrum ad nos veniendi, morandi & ſtandi recto, in Curia noſtra, ſi quis verſus eos loqui voluerit, ſecure veniat: Et nos Conductum hujuſmodi ei fieri faciemus. Et habeas ibi nomina quatuor Militum, & hoc Breve.

‘Teſte Rege apud Weſtmon. 19 die Martij.

‘*Per totum Conſilium.*

‘Eodem modo mandatum eſt Vicecomiti Hertfordiæ, de Summon. W. de Valence apud Brekendon.

‘*Per totum Conſilium.*

Marchionibus Walliæ, qui ſunt pro parte Regis, ne quid attemptent contra pacem.

Reg. Captivo. A.D. 1264. *An.* 49. *H.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *n.* 4. *d.*

‘REX Hamoni Extraneo, Johanni de Trublevill. ſeniori, Roberto de Trublevill. Hugoni de Trublevill. Mathiæ de Gamages, & aliis Commarchionibus ſuis ſalutem.

‘Cum Rogerus de Mortuo Mari, Rogerus de Cliff. & Rogerus de Leiburn, pro ſe, vobis, & cæteris Commarchionibus certam formam pacis nobiſcum inierint, & iidem Rogerus, Rogerus, & Rogerus, greſſus ſuos verſus Kenilworth duxerint ad loquendum cum Edwardo primogenito noſtro, & ad pacem illam plenius firmandam; miramur quamplurimum & movemur quod vos permittitis homines veſtros, in partibus ubi nunc agitis, deprædationes, dampna, & toltas facere, quod vobis cedere poſſet in magnum diſpendium, & læſionem pacis ſupradictæ, & quod nullo modo ſuſtinere deberetis.

‘Quocirca vobis mandamus, firmiter injungentes, quod homines veſtros prædictos ab hujuſmodi deprædationibus, dampnis & toltis faciendis penitus deſiſtere faciatis; & de deprædationibus, & toltis ſic factis, competentes emendas, ſine omni dilatione, fieri faciatis; ita quod non oporteat nos aliter ad hoc manum apponere, & ne ea, quæ jam proviſa ſunt ad pacem & tranquilitatem Regni noſtri, per hujuſmodi exceſſus impediantur.

‘Teſte Rege apud Wigorn. 15 die Decembris.

De conductu pro quibuſdam de partibus borealibus ad Regem venientibus.

Reg. Captivo. A.D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *n.* 106.

‘REX omnibus Ballivis, &c. ſalutem.

‘Cum jam ſuſceperimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum Johannem de Baillol, Petrum de Brus, Robertum de Nevill, Euſtachium de Baillol, Stephanum de Meinill, Gilbertum Hamſard, Radulphum filium Ranulphi, Adam de Geſem. Robertum de Stotevill de Acon, Milites, Scutiferos, & alios de partibus borealibus, ad nos cum ipſis venire volentes, in veniendo ad nos, ad inſtantem Quindenam Sancti Hillarii, nobiſcum morando, & redeundo;

‘Et, ut ſecurius ad nos venire poſſint, miſerimus dilectum & fidelem noſtrum Johannem de Burgo Seniorem, & ſimiliter mandaverimus quibuſdam fidelibus noſtris, de partibus borealibus, ut ipſi præfatos Johannem, Petrum, Robertum, & alios ſupradictos ad nos

‘ſalvo

A.D. 1265.
Hen. 3.

‘ ſalvo & ſecure conducerent, dictum terminum ſub hac forma duximus prorogandum, videlicet, à præfata Quindena Sancti Hillarii, uſque ad Quindenam inſtantis feſti Purificationis beatæ Mariæ:

‘ Et ideo vobis mandamus quod præfatos Johannem, Petrum, Robertum, Euſtachium, Stephanum, Gilbertum, Radulphum, Adam, Robertum, Milites, Scutiferos, & alios, de partibus borealibus, ad nos cum ipſis venire volentes, in veniendo ad nos cum herneſio & rebus ſuis, nobiſcum morando & redeundo, non inferatis, vel inferri permittatis injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum, ſeu gravamen; ita tamen quod in Curiâ noſtrâ juſtitiam faciant & recipiant, prout juſtum fuerit, ſi quis verſus eos de tranſgreſſionibus aliquibus loqui voluerit.

‘ Injunxerimus etiam præfato Johanni de Burgo, ut ipſe præfatos Johannem, Petrum, Robertum, Euſtachium, Stephanum, Gilbertum, Radulphum, Adam, Robertum, Milites, Scutiferos, & alios, de partibus borealibus, ad nos cum ipſis venire volentes, ad nos ſalvo & ſecure conducat in forma prædicta.

‘ In cujus, &c. duraturas uſque ad prædictam Quindenam inſtantis feſti Purificationis beatæ Mariæ, ſicut prædictum eſt.

A.D. 1265.
Hen. 3.

‘ Teſte Rege apud Weſtm. 17 die Januarii.

‘ Per Regem, Simonem de Monteforti Comitem Leiceſtriæ Juſticiarium, & Rogerum de Sancto Johanne.

‘ Et mandatum eſt Johanni de Veſcy, Henrico de Haſting, Johanni de Eynill, Adæ de Novo Mercato, Nicholao de Segrave, & Sociis ſuis, exiſtentibus in partibus borealibus, quod præfatis Johanni, Petro, & Roberto, & Sociis ſuis prædictis, ſeu hominibus ipſorum, terris & poſſeſſionibus ſuis, non inferant vel inferri permittant injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum, ſeu gravamen, ſet ipſos potius interim manuteneant, protegant, & defendant.

‘ Teſte ut ſupra.

‘ Per Regem & alios ut ſupra.

Littera Alianoræ Reginæ per quam recognoſcit ſe recepiſſe a Majore & Communitate de Oleron. 124 libr. Pict.

Reg. Captivo.
A.D. 1265.
An. 49. H. 3.
L.B.f.198.a.
Penes Camerar. Scaccar.

ALienora Dei gratia, Regina Angliæ, Domina Hiberniæ, & Duciſſa Aquit. Univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem.

Noveritis nos recepiſſe in Warderoba noſtra à Majore, communia, & hominibus Prioris Sancti Georgii de Olerone, ſex viginti & quatuor libras Pictaven. per manum Fulcon. Richardi junioris Burgen. Oleron. de ſumma librarum, quas ipſi nobis ex gratia promiſerant, pro ſuccurſu faciendo Domino noſtro Regi, & Edwardo Filio noſtro kariſſimo.

A.D. 1265.

In cujus rei teſtimonium has noſtras litteras fieri fecimus Patentes.

Dat. apud Sanctum Macharium, 13 die Febr. anno Regni Regis H. Domini noſtri 49.

Littera A. Reginæ Angliæ, per quam promiſit quod non traheretur ad conſequentiam in poſterum, pro eo quod Major, & communia, ac homines Prioris Sancti Georgii de Oleron. promiſerunt Reginæ 390 libr. Pictaven.

Reg. Captivo.
A.D. 1265.
An. 49. H. 3.
L.B.f.196.a.
Penes Camerar. Scaccar.

A. Dei gratia, Regina Angliæ, Domina Hiberniæ, & Duciſſa Aquit. Univerſis, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam.

A.D. 1265.

Noveritis quod dilecti nobis Major, & Communia, ac homines Prioris Sancti Georgii de Olerone, nobis pro ſuccurſu faciendo Domino noſtro Regi & Edwardo Filio noſtro kariſſimo treſcen-

A.D. 1265. Hen. 3. tas, quater viginti, & decem libras monetæ Pictaven. voluntate ſpontanea, conceſſerunt, cum ad hoc ex debito minime tenerentur:

Ut igitur ex curialitate ſua nullum poſſint incommodum reportare, promittimus eiſdem quod hujuſmodi ſuccurſus præſtatio, eis vel eorum ſucceſſoribus ad conſequentiam non trahetur;

Nec a dictis Domino noſtro Rege & Edwardo, vel eorum Succeſſoribus ab ipſis Majore, Communia & hominibus dicti Prioris, ratione ſuccurſûs prædicti, aliquid ex debito in poſterum exigetur. A.D. 1265. Hen. 3.

In cujus rei teſtimonium has noſtras litteras fieri fecimus patentes.

Dat. apud Sanctum Macharium, 14 die Febr. anno Regni Regis H. Domini noſtri 49.

De inhibitione torneamenti.

Reg. Captivo. A.D. 1265. An. 49. H. 3. Pat. 49. H. 3. n. 101.

REX dilectis & fidelibus ſuis, Simoni de Monteforti Comiti Leiceſtriæ, Gilberto de Clare Comiti Glouceſtriæ, Roberto de Veer Comiti Oxoniæ, Hugoni le Diſpenſer Juſticiario Angliæ, Thomæ de Clare, Petro de Monteforti, Johanni filio Johannis, Henrico de Monteforti, Humfrido de Bohum, Simoni de Monteforti filio Comitis Leiceſtriæ, Johanni de Veſcy, Henrico de Haſting, Willielmo de Monte Caniſio, Radulpho Baſſet de Draiton, Johanni de Eynill, Nicholao de Segrave, Johanni Giffard, Galfrido de Lucy, Roberto de Munteny, & cæteris Militibus, & aliis, conventuris hac inſtante die Martis in Carniſprivio apud Dunſtaple ad torneandum ibidem, ſalutem.

‘Mandamus vobis, in fide & homagio & dilectione, quibus nobis tenemini, diſtricte prohibentes, ſuper foriſfacturam omnium terrarum & tenementorum, quæ in Regno noſtro tenetis, quod prædicto die Martis apud Dunſtaple, ſeu aliis diebus, vel locis in Regno noſtro nullo modo torneare præſumatis ſine licentia noſtra ſpeciali.

A.D. 1265. ‘Et, quia hac inſtanti die Jovis, in Craſtino Cinerum, ſuper liberatione Edwardi primogeniti noſtri finalem volumus habere tractatum, vobis iterato mandamus, firmiter injungentes, quod, omnibus aliis negotiis prætermiſſis, ſitis ad nos, die Jovis prædicta, nobiſcum ſuper hoc tractaturi, & veſtrum conſilium impenſuri; ne retardatio liberationis illius per moram & abſentiam veſtram, ad diem illum, vobis merito debeat, vel poſſit imputari, quod nullatenus velle deberetis.

‘Et hoc, ſicut nos, & honorem noſtrum & veſtrum, ac communem tranquilitatem Regni noſtri, ac liberationem filii noſtri prædicti, diligitis nullo modo omittatis.

‘In cujus, &c.

‘Teſte Rege apud Weſtm. 16 die Februarii.

‘*Per Regem,*
‘*Juſticarium,*
‘*Epiſcopum London.* &
‘*Magiſtrum Thomam de Cantilupo.*

Hoſpitia Edwardi primogeniti Regis apud Weſtmonaſter. conceſſa ſunt Petro de Montfort.

Reg. Captivo. A.D. 1265. An. 49. H. 3. Pat. 49. H. 3. m. 20.

REX omnibus, &c. ſalutem.

‘Sciatis quod conceſſimus dilecto & fideli noſtro Petro de Monteforti, quod habeat Hoſpitium ſuum de liberatione noſtra in domibus quæ fuerunt Edwardi de Weſtm. apud Weſtm. Ita quod nullus alius hoſpitetur vel moretur ibidem ratione liberationis ſine licentia ipſius Petri. A.D. 1265.

‘In cujus, &c.

‘Teſte Rege apud Weſtmon. 14 die Martii.

‘*Per Regem & totum Concilium.*

De

‘ De Conductu Johannis de Britannia.

Reg. Captivo.

A.D. 1265.
An. 49. H. 3.
Pat. 49. H. 3. n. 86.

A.D. 1265.

‘REX omnibus Ballivis, &c.

‘Sciatis quod, de conſilio Magnatum, qui ſunt de Concilio noſtro, ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum dilectum filium noſtrum Johannem, primogenitum Ducis Britanniæ, in veniendo ad nos in Angliam, cum familia & rebus ſuis, nobiſcum morando, & inde ad partes ſuas revertendo:

‘Et ideo vobis mandamus quod eidem Johanni, in veniendo ad nos in Angliam, cum familia & rebus ſuis, nobiſcum morando, & inde ad partes ſuas revertendo, non inferatis, vel inferri permittatis injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum ſeu gravamen.

‘Et, ſi forte contingat præfatum Johannem aliquo impedimento legitimo præpediri, per quod in Angliam in propria perſona ſua venire non poſſit, nos illis, quos pro ipſo in Angliam tranſmittet, conductum noſtrum prædictum duximus concedendum.

‘In cujus, &c.

‘Teſte Rege apud Weſtmon. 15 die Martii.

‘ De Conductu pro Nunciis Regis Franciæ.

Reg. Captivo.

A.D. 1265.
An. 49. H. 3.
Pat. 49. H. 3. n. 88.

A.D. 1265.

‘REX omnibus ballivis, &c.

‘Sciatis quod ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum Nuncios Regis Franciæ illuſtris, ad nos in Angliam venientes, nobiſcum & cum Magnatibus Regni noſtri locuturos:

‘Et ideo vobis mandamus quod eiſdem Nunciis in veniendo in Angliam, cum propria familia & rebus ſuis, nobiſcum morando, & inde ad partes ſuas revertendo, non inferatis, vel inferri permittatis injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum, aut gravamen.

‘Et, ut ſecurius ad nos in Angliam venire poſſint, mittimus dilectum & fidelem noſtrum Nicholaum de Grioliis Militem & Fratres Johannem de Chanſy Templarium, & Ricardum de Maneton Hoſpitalarem, ut ipſi omnes, duo vel unus eorum, quem adeſſe contigerit, præfatos Nuncios ad nos in Angliam ſalvo & ſecure conducant.

‘In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes, Duraturas uſque ad Quindenam Paſchæ proximo venturam.

‘Teſte Rege apud Weſtmon. 15 die Martii.

De Conceſſione Comitatus Ceſtriæ, &c. Simoni de Monteforti.

Reg. Captivo.

A.D. 1265.
An. 49. H. 3.
Pat. 49. H. 3. n. 79.

A.D. 1265.

‘REX omnibus, &c.

‘Cum per Cartam noſtram dederimus & conceſſerimus Simoni de Monteforti Comiti Leiceſtriæ & Seneſcallo Angliæ Comitatum, Caſtra, & honorem Ceſtriæ, Caſtrum & honorem de Pecco, & Novum Caſtrum ſubtus Lymam, cum Villa & omnibus pertinentiis eorumdem, habenda & tenenda ſibi & hæredibus ſuis de nobis & hæredibus noſtris imperpetuum,

‘Nos, ei adhuc gratiam facere volentes in hac parte, damus & concedimus eidem Comiti & hæredibus ſuis totum jus & clamium, quod habuimus, vel habere potuimus in quibuſcunque terris, tenementis, redditibus, ſeu rebus aliis ad Comitatum, caſtra, honorem, & villam prædictam ſpectantibus;

‘Ita videlicet quod idem Comes, & hæredes ſui, in Curiâ noſtrâ & hæredum noſtrorum proſequi poſſunt & placitare nomine noſtro, vel hæredum noſtrorum, ad recuperationem prædictorum juris & clamii noſtri in præmiſſis, & ea omnia, & ſingula, quæ ſic recuperaverint, vel nobis adjudicata fuerint, habeant & teneant libere & quiete de nobis & hæredibus noſtris imperpetuum, unà cum Comitatu, Caſtris, honore, & Villa ſupradictis.

‘In cujus, &c.

‘Teſte Rege apud Weſtm. 20 die Martii.

De Caſtro de Montgomery deliberando Johanni Extraneo, uni ex complicibus Simonis de Monteſorti.

Reg.Captivo.

A.D. 1265. An. 49. H. 3.

Pat. 49. H. 3. n. 77.

A.D. 1265.

REX Adæ, filio Philippi, Conſtabulario Caſtri ſui de Montgomery, ſalutem.

‘Cum, de conſilio Magnatum, qui ſunt de Conſilio noſtro, vobis nuper mandaverimus quòd Johanni Extraneo, cui nuper commiſimus cuſtodiendum ad beneplacitum noſtrum, liberaretis,

‘Ac vos Caſtrum illud ſibi liberare recuſaveritis abſque ſpeciali mandato Edwardi primogeniti noſtri, vobis alias, de Concilio prædicto, & aſſenſu ejuſdem filii noſtri, mandamus, firmiter injungentes, quatinus Caſtrum prædictum, cum omnibus pertinentiis ſuis, eidem Johanni ſine dilatione liberetis in formâ, qua vobis priùs mandavimus: Et hoc, ſicut vos & veſtra diligitis, nullatenus omittatis.

‘Teſte Rege apud Weſtmon. ſecundo die Aprilis.

De Securitate recipienda de Roberto Aguilun, inimico Simonis de Monteſorti.

Reg.Captivo.

A.D. 1265. An. 49. H. 3.

Pat. 49. H. 3. n. 72.

A.D. 1265.

REX dilecto & fideli ſuo, Thomæ filio Thomæ, Majori London. ſalutem.

‘Cum, ſedatâ turbatione, nuper habitâ in Regno noſtro, de conſilio Magnatum noſtrorum, fuerit proviſum quod à nonnullis ejuſdem Regni Sacramentum, quod vos non latet, nobis præſtaretur, ac Robertus Aguilun ad mandatum noſtrum nobis Sacramentum illud nondum præſtiterit, de fidelitate veſtra plene confidentes, vobis præſentibus litteris noſtris damus poteſtatem recipiendi à præfato Roberto, vice noſtra, Sacramentum prædictum;

‘Et ideo vobis mandamus quod Sacramentum illud à præfato Roberto nomine noſtro, recipiatis, ſicut prædictum eſt.

‘In cujus, &c.

‘Teſte Rege apud Northampt. 21 die Aprilis.

‘*Per Comitem Leiceſtriæ & totum Concilium.*

REX eidem Majori ſalutem.

‘Cum, ſedatâ turbatione, nuper habitâ in Regno, de conſilio Magnatum noſtrorum, fuerit proviſum quod à nonnullis ejuſdem Regni Sacramentum in forma, quam Magiſter Thomas de Puveleſdon vobis exponet ex parte noſtra, nobis præſtaretur, & Robertus Aguilun Sacramentum illud nobis hactenus præſtare diſtulerit, ac, de Concilio noſtro prædicto, vobis per litteras noſtras patentes, quas unà cum præſentibus vobis tranſmittimus, poteſtatem dedimus Sacramentum illud ab eo recipiendi vice noſtra, prout in litteris prædictis plenius continetur;

‘Vobis mandamus quod, ſi præfatus Robertus Sacramentum prædictum coram vobis præſtare recuſaverit, vel malitioſe diſtulerit, tunc ipſum areſtari, & ſalvo cuſtodiri faciatis, donec aliud à nobis inde receperitis in mandatis, & hoc nullatenus omittatis.

‘Ad hæc, quia præfatus Robertus per dilationem præſtationis Sacramenti prædicti magis ſe nobis reddidit ſuſpectum, volumus quod, præſtito Sacramento prædicto, bonam ab eo recipiatis ſecuritatem ſuper obſervatione Sacramenti ejuſdem, & etiam emendis competentibus, nobis faciendis pro tranſgreſſione & contemptu, nobis factis in præmiſſis.

‘Teſte ut ſupra.

REX eidem Roberto ſalutem.

‘Cum, ſedata turbatione, nuper habita in Regno noſtro, de conſilio Magnatum noſtrorum, proviſum fuerit quod à nonnullis ejuſdem Regni Sacramentum, quod fortaſſis vos latere non credimus, nobis præſtaretur, ac vos Sacramentum illud hactenus præſtare diſtuleritis, propter quod Majori noſtro

A.D. 1265. Hen. 3.

‘ noſtro London. mandavimus quod Sacramentum veſtrum à vobis recipiat vice noſtra:

‘ Vobis mandamus, firmiter injungentes, quatinus in præſentia dicti Majoris Sacramentum illud abſque difficultate præſtetis in forma, quam vobis injunget ex parte noſtra; & hoc, ſicut vos & veſtra diligitis, nullatenus omittatis.

‘ Teſte ut ſupra.

‘ REX Magiſtro Thomæ de Piweleſden ſalutem.

‘ Tranſcriptum litterarum noſtrarum, Majori noſtro London. directarum, vobis tranſmittimus præſentibus intercluſas,

‘ Vos rogantes quatinus, earum tenore plenius intellecto, & veſtra mediante induſtria, negotium illud unà cum præfato Majore compleatis prout magis videritis expedire, & prout aliis Sacramentum illud injunxiſtis, ita quod diligentiam veſtram exinde merito commendare debeamus.

‘ Teſte ut ſupra.

Pro Simone de Monteforti de Securitate præſtanda a Johanne filio Alani.

Reg. Captivo. A.D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *m.* 71.

‘ REX dilecto Nepoti ſuo Simoni de Monteforti, filio Comitis Leiceſtriæ, ſalutem.

‘ Cum, de Concilio Magnatum noſtrorum, qui ſunt de Concilio noſtro, nuper proviſum fuerit quod quidam de Regno noſtro, non inmerito ſuſpecti, ſecuritatem præſtarent pro pace in Regno noſtro aſſecuranda & firmanda, ac Johannes filius Alani inter tales Securitatem hujuſmodi nondum præſtiterit;

‘ Propter quod ei mandamus, firmiter injungentes, quatinus filium ſuum & hæredem vobis ſine dilatione tradat, habendum & retinendum in hoſtagium donec ſecuritatem prædictam nobis præſtiterit, ſicut prædictum eſt;

‘ Vel, ſi forte dictum filium ſuum ſecum non habeat ad præſens, tunc Caſtrum ſuum de Arundell vobis ſine dilatione liberet, habendum & retinendum in hoſtagium in forma prædicta; & hoc, ſicut ad pacem noſtram eſſe voluerit, nullo modo omittat:

‘ Vobis mandamus, firmiter injungentes, ut filium & hæredem prædicti Johannis, vel Caſtrum ſuum prædictum, ab ipſo recipiatis, retinendum in hoſtagium in forma prædicta.

‘ Teſte Rege apud Winchecumbe, 26 die Aprilis.

‘ *Per Comitem Leiceſtriæ, Juſticiarium, R. de Sancto Johanne, & Egidium de Argentenn.*

De filio, aut Caſtro ejuſdem Johannis tradendo, in ſecuritatem prædictam.

Reg. Captivo. A.D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Ibidem.*

REX Johanni filio Alani ſalutem.

‘ Cum, de Conſilio Magnatum noſtrorum, qui ſunt de Concilio noſtro, nuper proviſum fuerit quod quidam de Regno noſtro, non immerito ſuſpecti, ſecuritatem præſtarent pro pace in Regno noſtro aſſecuranda & firmanda, ac vos inter tales ſecuritatem hujuſmodi nondum præſtiteritis;

‘ Vobis mandamus, firmiter injungentes, quatinus filium veſtrum & hæredem dilecto nepoti noſtro, Simoni de Monteforti filio Comitis Leiceſtriæ, ſine dilatione tradatis, habendum & retinendum in hoſtagium donec ſecuritatem prædictam nobis præſtiteritis, ſicut prædictum eſt.

‘ Et, ſi forte dictum filium veſtrum vobiſcum non habeatis ad præſens, tunc Caſtrum veſtrum de Arundell eidem Simoni ſine dilatione liberetis, habendum & retinendum in hoſtagium in forma prædictâ; & hoc, ſicut ad pacem noſtram eſſe volueritis, nullo modo omittatis: Mandavimus enim præfato nepoti noſtro per litteras noſtras patentes, quod præfatum filium veſtrum, vel Caſtrum veſtrum prædictum à vobis recipiat, retinendum in forma prædicta.

‘ Teſte ut ſupra.

Litera Regi Franciæ de negotiis ſuis celeriter expediendis.

Reg. Captivo.
A.D. 1265.
An. 49. H. 3.
Pat. 49. H. 3. m. 62.

' REGI Franciæ ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

' De negotiis noſtris, pro quibus Henricum, filium Regis Romanorum illuſtris, nepotem noſtrum, nuper ad præſentiam veſtram deſtinavimus, Serenitatem veſtram rogamus & requirimus, quantum poſſumus, quatenus eadem, quantum ad nos pertinet, noſtris precibus & amore, celeri velitis effectui mancipare.

' Nos enim, qui eorumdem negotiorum expeditionem ex corde deſideramus, ad ea omnia, quæ negotia ipſa contingunt, pro nobis & noſtris prompti ſemper erimus & parati; prout idem nepos noſter, qui affectionem noſtram plenius novit in hac parte, vobis referre poterit viva voce.

' Teſte Rege apud Hereford. 18 die Maii.

A.D. 1265.

' *Per Regem, Comitem Leiceſtriæ, Petrum de Monteforti, Rogerum de Sancto Johanne, & Egidium de Argentenn.*

' *Et mandatum eſt eidem Henrico quod diligentiam circa expeditionem eorumdem negotiorum apponat cum effectu, & Rex prorogavit ei terminum ſuæ reverſionis uſque ad terminum ab ipſo petitum.*

' Teſte ut ſupra.

' Per eoſdem.

Pro Nunciis Regis Scotiæ.

Reg. Captivo.
A.D. 1265.
An. 49. H. 3.
Pat. 49. H. 3. m. 60.

' REX omnibus Ballivis, &c.

' Cum Abbas de Jedd. ' Guido de Ball, Walterus ' de Lindeſ. & Johannes de Dundemor, Nuncii Alexandri Regis Scotiæ illuſtris, ſint in veniendo verſus nos ex parte Domini ſui prædicti;

' Volumus & concedimus quod ad nos circa partes Hereford (ubi nunc agimus, & moram aliquantulum faciemus pro quibuſdam negotiis noſtris) ſalvo, & abſque aliquo impedimento veniant, nobiſcum morentur, & inde recedant.

A.D. 1265.

' Et ideo vobis mandamus quod eiſdem Nunciis in veniendo, &c. non inferatis, &c. injuriam, &c.

' In cujus, &c. duraturas, ab hac die Pentecoſtes, uſque ad Quindenam Sanctæ Trinitatis, proximo ſequentem.

' Teſte Rege apud Hereford. 22 die Maii.

Summonitio exercitus contra Edwardum filium Regis, qui e manibus cuſtodum evaſerat.

Reg. Captivo.
A.D. 1265.
An. 49. H. 3.
Clauſ. 49. H. 3. m. 4. d.

' REX Johanni de Eyvill, ſalutem.

' Cum nos, & quidam Magnates, & fideles noſtri in partibus Hereford, circa tranquillitatem & pacem partium illarum jam pridem agentes, pro viribus laboraverimus, prout ſtatus partium earundem requirit, ſperantes Edwardum filium noſtrum ad hoc adjutorem præcipuum & ferventiorem præ cæteris inveniſſe,

' Idem Edwardus, die Jovis, in Ebdomade Pentecoſtes, circa horam Veſpertinam, a Militum Comitiva, quos ſecum ad ſpatiandum extra Hereford. duxerat, cum duobus Militibus & quatuor ſcutiferis, propoſiti ſui conſciis, ſpreto conſilio noſtro, & Magnatum, & fidelium noſtrorum prædictorum, ſubito & ex inopinato receſſit,

A.D. 1265.

' Volens, ut pro certo credimus, ſe ad Johannem de Warenna, & Williemum de Valentia, & complices ſuos, qui nuper, abſque conſcientia noſtra & voluntate, & contra pacem noſtram, applicuerunt in partibus Pembroc. ac etiam ad quoſdam Marchiones rebelles noſtros, & pacis noſtræ perturbatores

' tranſ-

A.D. 1265. Hen. 3. ‘transferre, ut exinde partes adeat tranſmarinas, vel alios illuc mittat, qui adventum alienigenarum in Regnum noſtrum per partes Pembroc. cum alibi non pateat eis aditus, ad noſtram & Regni noſtri confuſionem procurent.

‘Et, quia præfati rebelles noſtri, licet adhuc pauci exiſtant, per hoc poteſtatem & vires ſuas augere poſſent, niſi eorum inſolentia, antequam ulterius invaleſcat, citius reprimatur,

‘Nos, de veſtra & aliorum fidelium noſtrorum fidelitate & conſtantia ſpecialiter confidentes, vobis mandamus, in fide, homagio & dilectione, quibus nobis eſtis aſtricti, & ſub periculo amiſſionis omnium, quæ in Regno noſtro tenetis, ac ſub debito ſacramenti, quo omnes & ſinguli de Regno noſtro ſunt ad hoc ſpecialiter obligati, & quod volumus firmiter obſervari, firmiter injungentes, quatinus ſtatim, viſis litteris iſtis, omnibus aliis prætermiſſis, cum equis, & armis, & toto ſervitio veſtro, nobis debito, necnon & toto poſſe veſtro, ſub omni feſtinatione de die & nocte, uſque Wygorniam veniatis, parati exinde in manu forti ire nobiſcum ſuper inimicos noſtros prædictos; & hoc, ſicut exhæredationem noſtram & veſtram, & perpetuam Regni noſtri confuſionem vitare volueritis, & vitam propriam diligitis, nullo modo omittatis. A.D. 1265. Hen. 3.

‘Nec de ſummonitione exercitûs brevitatem temporis allegetis, quia urgentiſſima neceſſitas tempus non patitur ulterius prorogari, ne inter moras, per adventum alienigenarum, quos iidem rebelles noſtri expectant, eorundem vires in noſtri & Regni noſtri perniciem augeri contingat; qui adhuc, dum pauci exiſtunt, de facili nobis poterunt ſubjugari.

‘Teſte Rege apud Hereford. triceſimo die Maii.

‘*Eodem modo ſcribitur omnibus tenentibus de Rege in Capite, tam, videlicet, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, quam Comitibus, Baronibus, Militibus & omnibus aliis, exceptis illis qui ſunt pro parte Comitis Glouceſtriæ.*

De areſtando Marchiones, & omnes qui adhærent Edvardo filio Regis in læſionem pacis.

Reg. Captivo. A.D. 1265. An. 49. H. 3. Pat. 49. H. 3. m. 14. d.

‘REX cuſtodi pacis in Comitatu Eborum, & Vicecomiti ejuſdem Comitatûs, ſalutem.

‘Cum inter Simonem de Monteforti Comitem Leyceſtriæ, & Gilbertum de Clare Comitem Glouceſtriæ quædam diſcordia nuper exorta fuerit, quam per compromiſſum, per eoſdem in quoſdam fideles noſtros factum, & tàm ſcripto, quàm juramento ſuo firmatum, credebamus pacificari,

‘Propter quod, ad pacandum corda ſubditorum noſtrorum, qui guerram de novo ex hoc in Regno prædicto ſuſcitari timebant, per ſingulos Comitatus Regni noſtri litteras noſtras tranſmiſimus, inter cætera continentes quod dicti Comites unanimes fuerant & concordes,

‘Ac idem Comes Glouceſtriæ, ſpreta prorſus obſervatione juramenti ſui prædicti, quibuſdam Marchionibus, & aliis rebellibus noſtris, necnon & Willielmo de Valentiis, & Johanni de Warenna, & complicibus ſuis, qui nuper applicuerunt in Regno noſtro, contra pacem noſtram adhæſerit, & ipſos in familiaritatem admiſerit,

A.D. 1265. ‘Et inſuper Edwardum filium noſtrum, qui, pro pace prædictâ, publici favoris gratiam, quam ſponte ſe dando obſidem adquiſierat, ex inconſulta levitate totaliter jam amiſit, ad ſuam & eorundem rebellium noſtrorum partem jam attraxerit, terram noſtram in partibus Marchiæ hoſtiliter circueundo, quædam Caſtra & Villas occupando, & guerras ibidem commovendo, & prædictos Marchiones, & complices ſuos inducendo ad pejora committenda contra pacem noſtram: nos, & fideles noſtri, hæc omnia hactenus patienter ſuſtinuimus, volentes ut, eorum exceſſibus & tranſgreſſionibus manifeſte patentibus univerſis, cauſæ juſtitia pro nobis, & eorum injuria contra ipſos patenter allegentur in facie ſingulorum, antequam manum apponere vellemus ad rigorem:

‘Et, quia tantam rebellionem diutiùs ſuſtinere nolumus, nec debemus, vobis præcipimus, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quatenus omnibus de Comitatu prædicto, ſicut ſe & ſua diligunt, diſtrictius inhibeatis ne dicto Edwardo, aut prædicto Comiti, ſeu complicibus

A.D. 1265. Hen. 3.

cibus ſuis, ad ſuæ rebellionis fomentum, conſenſum, conſilium, auxilium vel favorem quoquo modo impendant;

‘Set, ſicut nuper per litteras noſtras, per ſingulos Comitatus noſtros directas, omnes de Regno noſtro ad obſervandam ordinationem, nuper London. factam, juramento aſtringi præcepimus, omnes & ſinguli Comitatus prædicti contra prædictos rebelles, & omnes alios pacis noſtræ perturbatores, & ordinationis ipſius tranſgreſſores manifeſtos, quicumque fuerint, potenter inſurgant & patenter, corpora eorum arreſtantes, & ſalvò cuſtodientes donec aliud inde præceperimus.

‘Proclamari etiam faciatis per totam ballivam veſtram, ut omnes, quos cum equis & armis in auxilium noſtrum contra rebelles prædictos nuper ſummoneri fecimus, ſub eâ quâ poterunt feſtinatione per Glouceſtriam (cum per Wygorniam, prout alias mandavimus, propter fractionem pontium, & viarum diſcrimina, eis planus non pateat acceſſus) ad nos accedere non omittant, ſicut pœnas, in prioribus litteris noſtris, eiſdem nuper inde directis, contentas voluerint evitare; & ita vos habeatis in præmiſſis, quod fidelitatem & diligentiam veſtram exinde perpetuò commendare debeamus.

A.D. 1265. Hen. 3

‘Teſte Rege apud Hereford. ſeptimo die Junii.

‘*Conſimiles litteræ diriguntur, per ſingulos Comitatus Angliæ, per Regem, Comitem Leiceſtriæ, Juſticiarium, Petrum de Monteforti, Egidium de Argentenn. & Rogerum de Sancto Johanne.*

De excommunicando Edvardum filium Regis, & omnes ſibi adhærentes.

Reg. Captivo. A.D. 1265. *An.* 48. *H.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *n.* 54.

‘REX venerabilibus in Chriſto patribus H. London. Epiſcopo, & cæteris Epiſcopis Provinciæ Cantuarienſis, ſalutem.

‘Cum, inter dilectum & fidelem noſtrum Simonem de Monteforti Comitem Leiceſtriæ Seneſcallum Angliæ, ac Gilbertum de Clare Comitem Glouceſtriæ & Hertford. materia cujuſdam diſſenſionis nuper exorta, quam per compromiſſum quoddam, inter eoſdem in certas perſonas factum, & hinc inde juramento vallatum, credebamus, ſicut & merito, ſi in hominibus aliqua eſſet fidei certitudo, credere poteramus, pacificatam penitus & ſedatam, ad pacandum corda ſubditorum noſtrorum ex diſſenſionibus hujuſmodi commota, forſitan & turbata, qui ex hoc novas in Regno noſtro viriliter præſumebant poſſe guerras provenire, per ſingulos Comitatus Regni noſtri decepti litteras noſtras tranſmiſimus, inter cætera continentes quod dicti Comites amici fuerant & concordes;

‘Set ecce! quod dolenter referimus, idem Comes Glouceſtriæ, quem ratione homagii, eodem tempore nobis facti, in fide ac devotione noſtra ferventius ſolito perſeveraturum credebamus, Marchionibus & aliis rebellibus noſtris (qui ex pacto ſuo, hoc anno, cum eſſemus apud Wygorniam, de ipſius Comitis & aliorum Magnatum Regni noſtri aſſenſu, habito pro Regni ipſius pace (quam iidem temere violârunt) in Hibernia termino, dudum tranſacto, ſe transferre debuiſſent, infra certum tempus minime reverſuri, & contra pactum ipſum, & proprium ſacramentum ſuper hoc præſtitum, hæc hactenus facere diſtulerunt) necnon & Willielmo de Valentia, & Comite Warennæ, & complicibus ſuis, qui nuper in Regno noſtro applicuerunt, contra pacem noſtram, ſibi aſſociatis, terram noſtram in partibus Marchiæ hoſtiliter circueundo diſcurrit, Caſtra & Villas occupando, & guerras ibidem commovendo contra pacem noſtram: ſicque præfatos rebelles noſtros in familiaritatem admittere, & defendere, ac ad pejora committenda inducere non formidat: quibus niſi propriæ ſalutis immemor, & ſacramenti ab ipſo præſtiti prævaricator exiſteret, cum aliis fidelibus noſtris hoſtem & adverſarium exhibere ſe deberet manifeſtum.

A.D. 1265.

‘Præter hoc verò, quod cor noſtrum acuto dolore diſcindit, idem Comes, & alii rebelles noſtri prædicti, doloſis eorumdem perſuaſionibus, Edwardum filium noſtrum, (quem, proh dolor! ad credendum levem, & ad circumveniendum facilem invenerunt) ad partem ſuam proditoriè extraxerunt, & ut, proprio contempto ſacramento, contra formam, de noſtro, & ejuſdem filii noſtri, Prælatorum, Magnatum &

A.D. 1265. Hen. 3.

‘ Communitatis Regni noſtri, unanimi aſſenſu & voluntate, nuper London. proviſam, & pœnarum multimodarum adjectione vallatam, a nobis & fidelibus noſtris recederet inconſulte, fraudulenter induxerunt; qui cum eiſdem ſe nobis contumacem, & rebellionis filium exhibet in præſenti.

‘ Tot ſiquidem probris & opprobriis, ac variis diſpendiis nos irreverenter afficientes, & ipſo facto hoſtes & adverſarios ſe nobis exhibentes, ſe ad commodum & honorem noſtrum hæc omnia facere publice prædicant, ad excitandum corda populorum.

‘ Quæ omnia nos, & fideles noſtri nobis adhærentes, hactenus patienter ſuſtinuimus, volentes ut eorum tranſgreſſiones & exceſſus manifeſte pateant univerſis, & cauſæ juſtitia pro nobis, eorumque injuria contra ipſos patenter allegentur in facie ſingulorum, antequam manum apponere vellemus ad rigorem.

‘ Cum igitur per vos, reverendi patres, in omnes illos, qui noſtram & Regni noſtri pacem & tranquillitatem violare ſeu turbare præſumpſerint, ſententia excommunicationis dudum lata fuerit, & per vos nuper London. publice & ſolempniter innovata, licet, per Dei adjutorium, ad prædictorum rebellium noſtrorum inſolentiam reprimendam vires noſtræ ſufficiant, ut aliena non ſit neceſſe ſuffragia mendicare; tamen quia in ſcandalum divini nominis redundaret manifeſte, ſi claves Eccleſiæ contempnerentur impunè,

‘ Vos rogamus & requirimus quatinus contra eoſdem rebelles noſtros, quorum adeo notorii ſunt exceſſus, & publice divulgati, quod nulla poſſent tergiverſatione celari, nulli omnino, majori vel minori, parcentes, ſet æquè magnum judicantes ut parvum, dictam excommunicationis ſententiam, in quam ipſos palam incidiſſe manifeſtum eſt, prout ad officium veſtrum pertinet, contra ſingulos nominatim, omnes in commune, & nichilominus ſinguli per ſuas Diocæſes, prout convenit, ſolempniter publicari: Et, ne veritas mendacio ſubjaceat, vos, filii lucis & zelatores veritatis eſſe debetis, proceſſus noſtri prædicti veritatem, ubi expedire videritis, manifeſtari faciatis.

‘ Teſte Rege apud Hereford. octavo die Junii.

Et eſt litera duplicata.

‘ *Per Comitem Leiceſtriæ,*
‘ *Juſticiarium, Petrum de Monteforti,*
‘ *Egidium de Argentenn.* &
‘ *R. de Sancto Johanne.*

De Caſtro & Villa de Briſtoll. Simoni de Monteforti commiſſis, & contra Edvardum filium Regis defendendis.

Reg. Captivo.
A.D. 1265.
An. 49. H. 3.
Pat. 49. H. 3. n. 53.

REX omnibus, &c.

‘ Cum de aſſenſu & voluntate Edwardi filii noſtri, Caſtrum Briſtold, cum Villâ, dilecto & fideli noſtro Simoni de Monteforti Comiti Leiceſtriæ uſque ad certum tempus commiſerimus cuſtodiendum,

‘ Nolentes quod homines ejuſdem Villæ Edwardo filio noſtro, ſeu alii cuicumque, ſi forte contra formam commiſſionis hujuſmodi venire, & Villam ipſam, ſeu Caſtrum ipſum ingredi vellent, in aliquo intendant vel reſpondeant, ſet contra ipſos & alios quoſcumque, nobis adverſari volentes, Villam ipſam, ad opus noſtrum, & Comitis ſupradicti, viriliter & fideliter cuſtodiant & defendant,

A.D. 1265.

‘ Ut hoc tutius & liberius facere poſſint, & ne occaſione cuſtodiæ aut defenſionis hujuſmodi erga quemcunque incurrant dampnum vel jacturam, concedimus quod ipſos erga omnes immunes conſervabimus & indempnes; dum tamen erga nos, & prædictum Comitem bene & fideliter ſe habuerint, ſicut prædictum eſt.

‘ Teſte Rege apud Hereford. nono die Junii.

‘ *Per Juſticiarium, R. de Sancto Johanne, & Egidium de Argentenn.*

Remiſſiones & Conceſſiones Principi Walliæ, complici Simonis de Monte-forti.

Reg. Captivo.
A.D. 1265.
An. 49. H. 3.
Pat. 49. H. 3. n. 47.

‘REX omnibus, &c. ſalutem.

‘Sciatis quod, per finem triginta millium Marcarum, quæ Lewelinus, filius Griffini, Princeps Walliæ fecit nobiſcum, nos, puro animo & benigno, remiſimus ei, & ſuis coadjutoribus, omnem rancorem noſtrum & indignationem, quas contra ipſos, propter factum ipſius Principis, temporibus jam præteritis, concepimus: Volentes quod omnes obligationes litterales, quas dictus Princeps, vel David filius Lewelini, prædeceſſor ſuus, nobiſcum fecerunt contra jura & libertates ſuas, omnino deſtruantur, & pro infectis habeantur; & concedentes eidem Principi, & ſuis, omnes ſeiſinas, quas habuerunt tempore confectionis præſentium litterarum.

‘Dominium etiam omnium Magnatum Walliæ, cum Principatu, Caſtrum Matill. Hundredum de Elleſmer, & Caſtrum de Hawardin, cum pertinentiis, ſibi & hæredibus ſuis, de corpore ſuo procreatis, concedimus: promittentes pro nobis & Magnatibus noſtris quod, ad conquiſitionem reliquarum terrarum & caſtrorum, pertinentium ad jus dicti Principis & ſuorum Magnatum, quæ ſunt in manibus communium adverſariorum noſtrorum & ſuorum, cum eodem Principe conſilium, auxilium & favorem apponemus; & prædicta terras & caſtra, ſic conquiſita, & maxime caſtrum Montiſgomeri, cum ſuis pertinentiis, ſibi, & hæredibus ſuis prædictis poſſidenda concedemus.

A.D. 1265.

‘De caſtro autem de Wytinton. habeat dictus Princeps Dominium ita quod hæres prædicti Caſtri faciat eidem Principi ſervitium, ſecundum quod anteceſſores dicti hæredis prædeceſſoribus præfati Principis inde facere debuerunt & conſueverunt: Et, ſi dictus hæres contra dictum Principem vel ſuos delinquat, illud ſecundum leges & conſuetudines Walliæ emendet.

‘Pro Principatu autem, Dominiis, Terris, Caſtris, Hundredis, Seiſinis, & omnibus aliis ſupradictis facient prædictus Princeps & hæredes ſui prædicti, pro ſe & Magnatibus ſuis, nobis & hæredibus noſtris ſervitia, quæ ſui anteceſſores nobis, & prædeceſſoribus noſtris, Regibus Angliæ, inde facere debuerunt & conſueverunt.

‘In cujus, &c.

‘Teſte Rege apud Hereford. 22 die Junii.

Pro Simone de Montfort, & omnibus in quolibet Comitatu pacis cuſtodibus, ad gravandum Edvardum filium Regis & omnes ſibi adhærentes.

Reg. Captivo.
A.D. 1265.
An. 49. H. 3.
Pat. 49. H. 3. n. 45.

‘REX Simoni de Monteforti Juniori, cuſtodi pacis in Comitatibus Surr. & Suſſex, ſalutem.

‘Cum Edwardus filius noſter, & Gilbertus de Clare Comes Glouceſtriæ, unà cum Johanne de Warenna, Willielmo de Valentia, Rogero de Mortuo-Mari, Jac. de Ald. ac aliis nonnullis rebellibus noſtris, ſibi adhærentibus, quaſdam Villas & Caſtra per terram noſtram jam occupent hoſtiliter, ut nôſtis, novas in Regno noſtro guerras ſuſcitando, de quo non mediocriter ſumus commoti & irati, de fidelitatis veſtræ conſtantiâ firmam & indubitatam gerentes fiduciam,

A.D. 1265.

‘Vobis mandamus, in fide, homagio & dilectione, quibus nobis tenemini, rogantes & firmiter injungentes, quatenus nobis & omnibus, parti noſtræ adhærentibus, conſilium & juvamen, pro viribus & poſſe veſtro, impendatis ad nocendum & gravandum prædictos, & quoſcunque alios rebelles noſtros, & omnes eorum impriſios, ſuæ parti adhærentes, modis omnibus quibus melius videritis expedire; taliter vos habentes in hac parte quod diligentiam & probitatem veſtram, quas promptas & infallibiles hactenus invenimus, perpetuis temporibus meritò commendare debeamus.

‘Et,

A.D. 1265. Hen. 3. ‘ Et, ut omnibus & ſingulis Comitatuum prædictorum de propoſito & voluntate, noſtra circa præmiſſa plenius innoteſcat, has litteras noſtras fieri fecimus patentes.

‘ Teſte Rege apud Monemue, 28 die Junii.

‘ *Conſimiles literæ dirigantur Briano de Goinz, cuſtodi pacis in Comitatibus Somerſet & Dorſ. & Hugoni Peverel cuſtodi pacis in Comitatu Devon. & Radulfo de Arundel, & per eadem verba.* A.D. 1265. Hen. 3.

‘ *Item ſcribitur eodem modo Adæ Gurdun, & per eadem verba, ſine illa clauſula,* & ut omnibus & ſingulis, &c.

‘ Teſte ut ſupra.

‘ *Per Regem, Comitem Leiceſtriæ, Juſtic.*
‘ *P. de Monteforti,*
‘ *Egidium de Argentenn. &*
‘ *Rogerum de Sancto Johanne.*

De Regno Siciliæ nomine Regis & Edmundi renunciando.

Reg. Captivo. A.D. 1265. *An. 49. H. 3.* *Pat. 49. H. 3. m. 9. d.*

‘ SUmmo Pontifici, & venerabili Cœtui Cardinalium, H. Rex Angliæ, &c. ſalutem.

‘ Noverit veſtra Paternitas reverenda, quod nos venerabilem Patrem Tarataſien. Archiepiſcopum, Simonem de Monteforti Comitem Leyceſtriæ, Petrum de Sabaudia, & Johan. Manſell Theſaur. Ebor. noſtro ac dilecti filii noſtri Edmundi nomine, procuratores noſtros conſtituimus & Nuncios ſpeciales;

‘ Dantes eis plenam & liberam poteſtatem ac ſpeciale mandatum renunciandi Regno Siciliæ, nobis & dicto Edmundo ab Apoſtolico ſede conceſſo, ſi viderint expedire; A.D. 1265.

‘ Ratum habituri & firmum quicquid ipſi, vel duo ipſorum, nomine noſtro & dicti Edmundi filii noſtri, ſuper hoc duxerint faciendum.

‘ In cujus rei teſtimonium, tam pro nobis, quam pro prædicto Edmundo, præſentibus literis ſigillum noſtrum duximus apponendum.

‘ Teſte Rege apud Windeſ. viceſimo ſexto die Junii.

Edvardus

Edvardus Filius Regis, viceſimo octavo die Menſis Maii, e Cuſtodum manibus elapſus, ſumma diligentia contendit ad liberandum Patrem ſuum captivum: Quod factum eſt quarto die Auguſti menſis, in prælio apud Eveſham, occiſis, captis, aut ſugatis Simone de Monteforti, & cæteris Rebellibus.

Et Rex, jam ſui Compos, Litteras & Conceſſiones ſub ſigillo Regis (quo non Rex, ſed Simon de Monteforti pro ſuo utebatur arbitrio) nullas eſſe declarat.

De Theſaurario Eboracenſi conſtituto.

A.D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *in Cedula conſuta, m.* 11. *intus.*

HEnricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, dilectis ſibi in Chriſto Capitulo Ebor. ſalutem.

Cum dudum, nobis in plena & Regiâ poteſtate noſtra exiſtentibus, conceſſerimus providere dilecto nobis Edmundo de Mortuo-Mari in Eccleſiaſtico beneficio competenti, quam cito facultas ſe offerret,

Et poſt bellum habitum inter nos, & quoſdam fideles noſtros ex parte una, & Simonem de Monteforti quondam Comitem Leyceſtriæ & fautores ſuos ex alterâ, apud Lewes, extiterimus in cuſtodiâ præfati Simonis, & aliorum fautorum ſuorum,

Per quod, tempore ipſius cuſtodiæ, contra voluntatem noſtram, præfatus Comes literas ſigillo noſtro (quo non nos, ſed Comes ipſe pro ſuo utebatur arbitrio) formari fecit, continentes quod nos Theſaurariam Eboracenſem, tunc vacantem, Almarico de Monteforti conceſſimus, & vobis mandavimus quod eidem Almarico ſtallum in choro, & locum in capitulo aſſignaretis:

A.D. 1265.

Ac nos, per Dei adjutorium, vires noſtras reſumpſerimus, per quod conceſſionem illam & alias conceſſiones, quæ per litteras noſtras, nobis invitis, factæ fuerant, dum in cuſtodia prædicta eramus, volumus revocari & annullari, immo nullas haberi, & Theſaurariam ipſam jam ſponte præfato Edmundo conceſſimus:

Et ideo vobis mandamus quod, amoto quolibet detentore, eidem Edmundo ſtallum in choro, & locum in capitulo, prout moris eſt, aſſignetis.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes.

Teſte meipſo apud Wygorn. ſeptimo die Auguſti, anno Regni noſtri quadrageſimo nono.

De Reſtitutione, pro Petro Comite Sabaudiæ.

A.D. 1265. An. 49. H. 3. Pat. 49. H. 3. n. 32.

REX Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis Tenentibus Petri Comitis Sabaudiæ, de honoribus Aquilæ & Haſting. ſalutem.

Cum, de Conſilio Magnatum noſtrorum, qui ſunt de Concilio noſtro, præfato Petro avunculo noſtro omnes terras & tenementa, poſſeſſiones & bona ſua, occaſione turbationis, habitæ in Regno noſtro, a quibuſcumque occupata, reddidimus;

Vobis mandamus quod Edwardo de Charun, cui cuſtodiam eorumdem commiſimus, in omnibus, quæ ad terras & tenementa prædicta pertinent, nomine præfati Petri, ſitis intendentes & reſpondentes, ſicut prius facere conſueviſtis.

Teſte Rege apud Winton. ſeptimodecimo die Septembris.

Eodem modo mandatum eſt omnibus Tenentibus de honore Richemundiæ.

Sæpe nominatus nuper Guido Epiſcopus Sabinen. nunc Papa, nomine Clemens, nondum informatus quid evenerat in Anglia, ſequentes Bullas contra Simonem de Montforti & Complices emittit.

Bulla ſuper decima, per Prælatos Angliæ collecta, ſecundum diſcretionem Ottoboni convertenda.

A.D. 1265. An. 49. H. 3. Ex Autogr.

CLemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio O. Sancti Adrian. Diacon. Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Per nobilem virum Symonem de Monteforte Comitem de Leiceſtriæ, & nonnullos alios Magnates Regni Angliæ in eodem Regno turbatione validâ ſuſcitatâ, Epiſcopi, & alii Eccleſiarum Prælati decimam Eccleſiaſticorum proventuum, unius anni, pro defenſione Regni ejuſdem ac Eccleſiæ Anglicanæ, ut dicebant, in ſuis Civitatibus, Diocæſibus ac Diſtrictibus, prout accepimus, collegerunt:

Nos autem, volentes ut in defenſione debitâ & utili prædictorum Regni & Eccleſiæ decima hujuſmodi expendatur, eiſdem Epiſcopis & aliis Eccleſiarum Prælatis noſtris damus litteris in mandatis, ut aliquid de dictâ decimâ diſponere non præſumant, ſet eam ſine contradictione qualibet, infra tempus, a te ad hoc præfigendum, duobus Prælatis, quos tu ad id duxeris deputandos, aſſignent, in defenſionem hujuſmodi, ſecundum tuam & ipſorum providentiam, convertendam.

Quocirca Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus, hujuſmodi Prælatos ad præmiſſa deputans, dictos Epiſcopos & Prælatos, qui hujuſmodi decimam collegerunt, & quoſlibet alios ipſius decimæ detentores, ſuper præmiſſis moneas & inducas ut hujuſmodi mandato noſtro, ſine alicujus difficultatis obſtaculo, pareant reverenter:

Alioquin tu eos ad id per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia, prout expedire videris, diſtrictione compellas, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo; Non obſtantibus ſi forſan aliquibus a ſede Apo-

A.D. 1265. Hen. 3.

ſtolicâ ſit indultum quod excommunicari, ſuſpendi vel interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem, aut quibuſlibet privilegiis ſeu indulgentiis Apoſtolicis, de quibus, quorumque totis tenoribus, in noſtris litteris ſpecialis mentio ſit habenda, & per quam effectus præſentium impediri valeat vel differri.

Proviſo quod eadem decima in defenſionem prædictam, & in nullos uſus alios ſuperfluos expendatur.

Dat. Peruſii, Id. Septembris, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub filo canabi.

Bulla executoria ſuper decima unius anni, a Prælatis Eccleſiæ Angliæ collecta, in utilitatem Regni & Eccleſiæ Angliæ, per ordinationem Ottoboni diſponenda.

A.D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Ex Autogr.*

CLemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Epiſcopis, & dilectis filiis aliis Eccleſiarum Prælatis Regni Angliæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Per nobilem virum Symonem de Monteforti Comitem Leyceſtriæ, & nonnullos alios Magnates Regni Angliæ, in eodem Regno turbatione valida ſuſcitata, vos decimam Eccleſiaſticorum proventuum unius anni pro defenſione, ſicut aſſeritis, Regni ejuſdem, ac Eccleſiæ Anglicanæ in veſtris Civitatibus, Diocæſibus, ac diſtrictibus, prout accepimus, collegiſtis:

Nos itaque, volentes ut in defenſione debita & utili prædictorum Regni & Eccleſiæ decima hujuſmodi efficaciter expendatur, Univerſitatem veſtram monemus, rogamus & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta diſtricte præcipiendo, mandantes quatinus de prædicta decima nullo modo aliquid diſponere præſumatis, ſed eam duobus Prælatis, quos ad hoc dilectus filius noſter, O. Sancti Adriani Diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legatus, duxerit deputandos, infra tempus ad hoc a Legato præfigendum eodem, ſine contradictione qualibet aſſignetis, in defenſionem hujuſmodi ſecundum eorumdem Legati & Prælatorum providentiam convertendam:

Alioquin eidem Legato noſtro damus litteris in mandatis, ut omnes contradictores & rebelles, cujuſcumque ſint dignitatis, ſtatus, vel conditionis, per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia, prout expedire viderit, diſtrictione compellat:

Non obſtantibus ſi eis, vel eorum alicui, a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem, aut quibuſlibet privilegiis ſeu indulgentiis Apoſtolicis, de quibus, quorumque totis tenoribus, in noſtris literis ſpecialis mentio ſit habenda, & per quam effectus literarum ipſarum impediri valeat vel differri.

Dat. Peruſii, Id. Septembris, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub filo canabi.

Bulla, per quam Papa Clemens Quartus quaſſat & irritat omnes Conventiones, & omnes Obligationes initas cum Rege Angliæ per Barones ejuſdem Regni.

A.D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Ex Autogr.*

CLemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Olim, in minori officio conſtituti, dum in Regno Angliæ, Wallia, & Ibernia, legationis gereremus officium, in nobilem virum Symonem de Monteforti Leiceſtriæ, Rogerum Norfolchiæ Comites, Hugonem Diſpenſatorem Juſticiarium Angliæ, ac quoſdam alios Magnates Regni ejuſdem, ac omnes illos, qui eis darent conſilium, auxilium, vel favorem (eorum culpis exigentibus) varias excommunicationum ſententias duximus promulgandas, & terras eorum, ac omnia loca eiſdem adhærentia, & nominatim

A.D. 1265. Hen. 3. natim Civitatem Londonienſem, ac quinque Portus Angliæ ſuppoſuimus Eccleſiaſtico interdicto:

Poſtmodum etiam, prout Domino placuit, ad apicem ſummi Apoſtolicatûs aſſumpti, memoratis Comitibus, Baronibus, & aliis, ad Eccleſiæ gremium redire non curantibus, ſed in ſuà malitià obſtinatis, præfatas in ipſos, terras, & loca prædicta, prolatas ſententias, in die Cœnæ Domini, in majori Eccleſià Peruſin. aſtante ibidem fidelium multitudine copioſà, de fratrum noſtrorum conſilio ratificavimus & approbavimus, ex certà ſcientià, & auctoritate apoſtolicà confirmavimus, ac præcepimus illas inviolabiliter ab omnibus obſervari;

Sed dicti Comites ac Magnates, & ſpecialiter Symon de Monteforti, hujuſmodi ligati ſententiis, cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Regem Angliæ illuſtrem, ac dilectum filium Nobilem virum Edwardum, primogenitum Regis ipſius (licet idem E. poſtmodum ipſorum manus evaſerit) detinentes pro ſuà voluntate captivos, & ſub ipſius Regis nomine de Regno ipſo, ac Regni juribus diſponentes, obtinuiſſe dicuntur per eoſdem Regem ac primogenitum ſecum confœderationes, promiſſiones, conventiones, permutationes & pacta iniri varia, ſibique ac ſuis fautoribus donationes, conceſſiones & infeudationes diverſas fieri; necnon & Clericis, ſibi adhærentibus, conferri Eccleſiaſtica Beneficia, & ipſos Clericos adhærentes ad dignitates, perſonatus, & alia cum curà, & ſine curà beneficia, & Eccleſiaſtica Officia præſentari, collationibus & inſtitutionibus per locorum ordinarios poſtea ſubſecutis;

Et per eoſdem Regem ac Edwardum ſuper prædictis juramentis præſtitis, adjectis pœnis, & conceſſis ſecuritatibus diverſis & literis, in quibus iidem Rex & primogenitus ſe aſſerunt ſupradicta omnia ſpontè, liberè, ac ſine coactione, ſeu qualibet privitate feciſſe; promittentes quod nullas, ſuper hæc, à ſede apoſtolicà literas, vel gratias impetrabunt, vel ab aliis impetrata recipient, aut quoquomodo conceſſis utentur:

Nonnulli etiam Epiſcopi Regni præfati, tàm in ipſos Regem & primogenitum, quàm in omnes alios qui contra prædicta quomodolibet aliquid attemptarent, excommunicationis ſententiam promulgârunt. A.D. 1265. Hen. 3.

Quia vero Dominus, humilitatem noſtram ſuper Gentes & Regna conſtituens, nobis, licet immeritis, univerſorum curam Regnorum commiſit & Regum;

Nos, ex commiſſæ nobis ſollicitudinis debito, volentes eiſdem Regi, & Edwardo, eorumque poſteris contra tantæ iniquitatis aſtutias providere, confœderationes, promiſſiones, conventiones, permutationes, & pacta omnia, per eoſdem Regem & Edwardum detentos taliter in ſuæ libertatis, dignitatis, honoris, ſtatus, vel Jurium ſuorum aut dicti Regni præjudicium, cum præfatis Symone, complicibus, vel fautoribus ſuis, aut aliis eorum nomine inita, ſive apud Oſſonias, ſive alibi, etiam ſi ſint juramento, vel quacumque alia firmitate vallata;

Nec non donationes, conceſſiones, infeudationes, collationes & inſtitutiones factas, ut præmittitur, Symoni, & fautoribus, ſeu adhærentibus memoratis;

Ac, inſuper, jam dictas ſententias prædictorum Epiſcoporum Angliæ caſſamus, irritamus, & viribus decernimus omnino carere:

Et nichilominus ipſos Regem & primogenitum à juramentis hujuſmodi abſolventes, & juramenta ipſa de poteſtatis plenitudine relaxantes, eos eorumque Succeſſores & poſteros ad prædictorum obſervationem ſtatuimus non teneri.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ caſſationis, irritationis, decreti, abſolutionis, relaxationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Peruſii, Id. Septembr. Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub Filis Sericis crocei rubeique coloris.

Bulla Domino Edwardo Filio Regis Angliæ directa, exhortatoria ad liberationem H. Regis de manibus inimicorum ſuorum.

A.D. 1265. An. 49. H. 3. *Ex Autogr.*

Clemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Nobili viro E. primogenito cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Angliæ illuſtris, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. A.D. 1265.

Gravi

Gravi diutiùs Regnum Angliæ turbatione concuſſum, immò gravitèr duræ concuſſionis diuturnitate quaſſatum, nondum, proh dolor! Requiem invenit; ſed, ſub falſæ inumbratione quietis, tanto gravioribus adhuc periculis agitur, quanto, ſub veri Rectoris velamine, periculoſiùs manibus exponitur direptorum.

Sicut enim toti ferè jam orbi publicavit fama communis, vel potiùs publica patefecit infamia, nonnullorum magnatum Regni ejuſdem factioſa præſumptio in eam prorupit audaciam, ut iidem, poſt graves cariſſimo in Chriſto filio noſtro Regi, & cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Reginæ Angliæ, illuſtribus Parentibus, & Nobili viro E. germano tuis, ac tibi, eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis irrogatas injurias; poſt jura Regia & eccleſiaſtica, pro parte maximâ, occupata, in dictum Regem perduellionis reas, ac in cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Richardum, in Romanum Regem electum, Patruum tuum, & te ipſum, memorati Regis eorum Domini primogenitum, & Dominii hujuſmodi, ſi mortalitatis imperturbatus ordo permiſerit, Succeſſorem, manus inicientes hoſtiliter, ipſos, ac Te diù præſumpſerint detinere captivos.

Et quanquam tu, divino fultus auxilio, eorundem poteſtatem evaſeris, memoratos tamen, Electum adhuc in vinculis, Regem verò ſub libertatis nomine, ſub eo ſervilis conditionis jugo detinent, quod, juris cenſurâ, non multùm à ſervitutis ſpecie differre cenſetur, cum nec, quo vult, eundi pro libito ei libera ſit facultas; nec poſſit liberè, prout ad eum ſpectat, de Regno & juribus ejuſdem Regni diſponere; nec circa diſpoſitionem hujuſmodi conſilium liberum habeat, vel habendi, quos mallet conſiliarios, libertatem;

Sed prædicti Magnates, & Nobilis vir Symon de Monteforti, præcipuè de Regis ipſius, quem invitum detinent, coactâ præſentia quæſito colore, ſub ejuſdem Regis titulo, ſic de prædictis omnibus, pro ſuâ voluntate diſponunt, ut, ſicut jam rei evidentia manifeſtat, ſuo potiùs, quàm prædictorum Regis & Regni commodis inhiantes, ad ſe Regni ejuſdem gubernacula convertere ſatagant; tam caſtrorum, quam Portuum, aliorumque Regni ejuſdem jurium cuſtodiæ illos ſuos domeſticos deputantes, à quibus nequaquam præfati Regis juſſionibus liberis, aut memoratæ Reginæ, vel tibi, aut veſtris pareretur in aliquo: Set ita ſolum eidem Symoni ſuiſque complicibus obeditur, quòd, niſi forſitan eis invitis, nec eidem Regi, vel tibi ex eodem Regno liber pateret exitus, nec ad illud Reginæ prædictæ ſecurus aditus panderetur:

Verum, ut veriſimiliter credi poteſt, ideo ille, qui ſperantes in ſe non deſerit, liberationi tuæ miſericorditer aſtitit, ideo Te illius miſericordiâ de inimicorum manibus liberavit, ut tantis ejuſdem tui genitoris incliti relevandis oppreſſionibus, & totius Regni prædicti reintegrando ſtatui oportunus in tali tempore parareris:

Age itaque fili pro viribus, cum manſuetudine tamen debitâ, quod facti qualitas exigit, regalis generis debitum viriliter exhibe, tuique generoſi animi ſtrenuitatem ad iſta, prout decet, conſtanter & prudenter exerce.

Ad quæ, licet te filialis affectus, & propria virtutis inſtantia vehementer hortentur, quia tamen Dominus humilitatem noſtram, prout ſibi placuit, ſuper gentes & Regna conſtituens, nobis univerſorum curam regnorum commiſit & Regum; nos, ex commiſſæ nobis ſollicitudinis debito, de prædictorum acceleratione ſolliciti devotionem tuam monemus, rogamus & hortamur attentè, in remiſſionem tibi peccaminum injungentes, quatinus ad Regem eundem de tam deteſtandæ ſervitutis ignominiâ liberandum, & ad relevandas eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum ac totius Regni præfati oppreſſiones horrendas, ipſorumque ſtatum proſperum procurandum omni, quo poteris, ſtudio innitaris. Nichilominus gerendis ipſius Regni negotiis, & juribus proſequendis ad ejuſdem tui patris honorem, ipſiuſque nomine, donec hujuſmodi ſua liberatio, Deo auctore, provenerit, ſollicitè vacaturus.

Nos etenim, ut hiis utiliùs & efficaciùs intendere valeas, dilecto filio noſtro O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato, noſtris damus litteris in mandatis, ut univerſos & ſingulos Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios eccleſiarum Prælatos, necnon Comites, Barones, cæteroſque Magnates, & omnes Civitatum, aliorumque locorum Communitates, & incolas ſæpefati Regni efficaciter moveat & inducat quòd, prædictorum Symonis & complicum ſequelâ relictâ, præfato Regi, cum liberatus fuerit, & tibi ejus nomine interim plenè in prædictis obediant & intendant;

Et, ad liberationem hujuſmodi celeriter obtinendam, modis omnibus, quibus poterunt, patenter faveant & potenter

A.D. 1265. Hen. 3. tenter aſſiſtant; eos ad id per cenſuram eccleſiaſticam, & alia, prout expedire viderit, diſtrictione, ſublato appellationis obſtaculo, compellendo.

Dat. Peruſ. Id. Septembr. Pontificatûs noſtri anno primo. A.D. 1265. Hen. 3.

Sub Filo canabi.

Bulla Clementis Papæ ad inducendum Comites, & Barones, & cæteros Regni Angliæ, ad relinquendam ſectam Simonis de Monteforti, & Complicum ſuorum.

A.D. 1265. *An. 49. H. 3.* *Ex Autogr.*

CLemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto Filio O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Gravi diutius Regnum Angliæ turbatione concuſſum, immo jam graviter duræ concuſſionis diuturnitate quaſſatum, nondum, proh dolor! requiem invenit; ſed, ſub falſæ inumbratione quietis, tanto gravioribus adhuc periculis agitur, quanto ſub veri Rectoris velamine periculoſiùs manibus exponitur direptorum.

Sicut enim toti fere jam orbi publicavit fama communis, vel potius publica patefecit infamia, nonnullorum Magnatum Regni ejuſdem factioſa præſumptio in eam prorupit audaciam, ut iidem, poſt graves cariſſimo in Chriſto Filio noſtro Regi, & cariſſimæ in Chriſto Filiæ noſtræ Reginæ Angliæ illuſtribus, ac Nobilibus Viris Edwardo & Edmundo Natis ipſorum, eccleſiis, ac perſonis eccleſiaſticis, irrogatas injurias, poſt jura regia & eccleſiaſtica pro parte maxima occupata, in dictum Regem perduellionis reas, & in cariſſimum in Chriſto Filium noſtrum R. in Romanorum Regem Electum, ac ipſum Edwardum, memorati Regis eorum Domini primogenitum, & Dominii hujuſmodi, ſi mortalitatis imperturbatus ordo permiſerit, ſucceſſorem, manus inicientes hoſtiliter, prædictos Regem, Electum, ac Edwardum diu præſumpſerint detinere captivos.

Et, quamquam idem Edwardus, Divino fultus auxilio, eorumdem poteſtatem evaſerit, memoratos tamen Electum adhuc in vinculis, Regem vero, ſub libertatis nomine, ſub eo ſervilis conditionis jugo detinent, quod juris cenſurâ non multum à ſervitutis ſpecie differre cenſetur; cum nec quo vult eundi pro libito & libera ſit facultas, nec poſſit libere, prout ad eum ſpectat, de Regno & juribus ejuſdem Regni diſponere, nec circa diſpoſitionem hujuſmodi conſilium liberum habeat, vel habendi, quos mallet conſiliarios, libertatem.

Set prædicti Magnates, & Nobilis Vir Symon de Monteforti præcipue, de Regis ipſius, quem invitum detinent, coacta præſentia quæſito colore, ſub ejuſdem Regis titulo ſic de prædictis omnibus, pro ſua voluntate, diſponunt, ut, ſicut jam rei evidentia manifeſtat, ſuo potiùs quàm prædictorum Regis & Regni commodis inhiantes, ad ſe Regni ejuſdem gubernacula convertere ſatagant; tàm Caſtrorum, quàm portuum, aliorumque Regni jurium cuſtodiæ illos ſuos domeſticos deputantes, à quibus nequaquam præfati Regis juſſionibus liberis, aut memoratæ Reginæ, vel dicto Edwardo, ſive ſuis pareretur in aliquo; ſet ita ſolum eidem Symoni ſuiſque complicibus obeditur, quod, niſi forſitan eis invitis, nec eidem Regi, ſeu præfato Edwardo ex eodem Regno liber pateret exitus, nec ad illud Reginæ prædictæ ſecurus aditus panderetur. A.D. 1265.

Verum, ut veriſimiliter credi poteſt, ideo ille, qui ſperantes in ſe non deſerit, liberationi memorati Edwardi miſericorditer aſtitit; ideo ipſum, illius miſericordiâ, de inimicorum manibus liberavit, ut tantis ejuſdem ſui genitoris incliti relevandis oppreſſionibus, & totius Regni prædicti reintegrando ſtatui oportunus in tali tempore pararetur.

Licet autem filialis affectus, & propriæ virtutis inſtantia eundem Edwardum, ut ad præfatum Regem de tam deteſtandæ ſervitutis ignominia liberandum, & ad relevandas Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, ac totius Regni præfatorum oppreſſiones horrendas, ipſorumque ſtatum procurandum proſperum intendat efficaciter, vehementer hortentur;

Quia tamen Dominus humilitatem noſtram, prout ſibi placuit, ſuper gentes & Regna conſtituens, nobis univerſorum curam Regnorum commiſit, & Regum; ex commiſſæ nobis ſollicitudinis debito, de prædictorum acceleratione ſolliciti, nominatim Edwardum rogandum, monendum per noſtras duximus literas, attentius & hortandum, in remiſſionem ſibi peccaminum injungentes, ut, agens pro viribus quod facti qualitas exigit,

A.D. 1265. Hen. 3.

ac debitum regalis generis viriliter exhibens, ſuique generoſi animi ſtrenuitatem, ad iſta, prout decet, conſtanter & prudenter exercens, ad procurandum liberationem, relevationem ac proſperum ſtatum hujuſmodi omni, quo poterit, ſtudio innitatur; nichilominus gerendis ipſius Regni negotiis, & juribus proſequendis, ad ejuſdem ſui patris honorem, ipſiuſque nomine, donec hujuſmodi ſua liberatio, Deo auctore, provenerit, ſollicite vacaturus.

Cum igitur, ut ad proſperitatem, eis neceſſariam, nobiſque votivam, eorundem Regis & Regni ſtatus proficiat, plenis deſideremus affectibus, illa libentiſſime procuramus, per quæ memorato Edwardo prædicta utiliùs & efficacius proſequendi facultas promptior tribuatur.

Et ideo cum, ſicut tua diſcretio non ignorat, nos olim, in minori officio conſtituti, dum in Regno prædicto, Walliâ, & Ibernia legationis gereremus officium, in prædictum Symonem de Monteforti Leyceſtriæ, & Rogerum Norfolchiæ Comites, Hugonem diſpenſatorem Juſticiarium Angliæ, ac alios Magnates Regni ejuſdem, hujuſmodi turbationis actores, cum omnibus illis, qui eis darent conſilium, auxilium vel favorem, eorum culpis exigentibus, varias excommunicationum ſententias duxerimus promulgandas, & terras eorum, ac omnia loca eiſdem adhærentia, & nominatim Civitatem Londonienſem, & Quinque Portus Angliæ, ſuppoſuerimus eccleſiaſtico interdicto;

Et poſtmodum, prout Domino placuit, ad apicem ſummi apoſtolatûs aſſumpti, memoratis Nobilibus, & aliis, ad Eccleſiæ gremium redire non curantibus, ſed in ſua malitia obſtinatis, proceſſum per nos contra ipſos habitum, & præfatas in ipſos, terras, & loca prædicta prolatas ſententias in die cœnæ Domini, in majori Eccleſia Peruſin. aſtante ibidem fidelium multitudine copioſa, de fratrum noſtrorum conſilio, ratificaverimus & approbaverimus, ex certa ſcientia & auctoritate Apoſtolica confirmaverimus, ac præceperimus illas inviolabiliter ab omnibus obſervari;

Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus, proceſſum & ſententias præfatas, tàm in Franciæ, quàm in eodem Angliæ Regnis, in locis, de quibus & quotiens expedire videris, publicans, & per alios publicari faciens, prædictos Symonem, Barones, Magnates, & alios eorum complices & fautores, donec in hujuſmodi malitia ſua perſtiterint, pulſatis campanis & candelis accenſis, excommunicatos ſingulis diebus Dominicis & feſtivis denunties, & facias denunciari ab aliis, ac ab omnibus artius evitari.

A.D. 1265. Hen. 3.

Et nichilominus univerſos & ſingulos Archiepiſcopos, & alios eccleſiarum Prælatos, necnon Comites, Barones, cæteroſque Magnates, & omnes Civitatum, aliorumque locorum Communitates, & reliquos Incolas ſæpefati Regni, per te, vel per alium, ſeu alios, efficaciter moneas & inducas ut, prædictorum Symonis, & Complicum, ſeu fautorum, ſequelà relictâ, præfato Regi, cum liberatus fuerit, ac interim ipſi Edwardo, ejus nomine, plenè in prædictis obediant & intendant.

Et ad liberationem hujuſmodi celeriter obtinendam, nec non & in cæteris quibus, ut præmittitur, ipſum vacare mandamus modis omnibus quibus poterunt patenter faveant, & potenter aſſiſtant; eos ad id, per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia, prout expedire videris, diſtrictione, ſublato appellationis obſtaculo, compellendo: Invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Quod ſi aliqui de Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Magnatibus, & aliis ſupradictis, jam dicto primogenito adhæſerunt, vel in prædictis tuæ duxerint monitioni parendum, tu eis (illis Epiſcopis, de quibus tibi noviſſime de abſolutionis beneficio & aliàs certam formam præſcripſimus, exceptis) auctoritate noſtra provideas, prout honori Eccleſiæ Romanæ ac proſpero ſtatui Regis & Regni eorundem putaveris expedire:

Non obſtantibus ſi eis, vel eorum alicui, à ſede apoſtolica ſit indultum quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint per literas apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem; aut quibuſlibet privilegiis, ſeu indulgentiis apoſtolicis, de quibus, quorumque totis tenoribus, in noſtris literis ſpecialis mentio ſit habenda; & per quæ præſentium effectus impediri quomodolibet valeat vel differri.

Dat. Peruſii, Id. Septembris, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub filo canabi.

Bulla

Bulla directa Domino Legato, ut inducat Barones Angliæ ut adhæreant Domino Edvardo.

A.D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Ex Autogr.*

CLemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Per nobilem virum Symonem de Monteforti Comitem Leiceſtriæ, & nonnullos alios Magnates Regni Angliæ, in eodem Regno turbatione validâ ſuſcitatâ, ſicut accepimus, quidam ex venerabilibus fratribus noſtris Epiſcopis ipſius Regni, ac nonnulli religioſi & Clerici ſeculares tam exempti, quam non exempti, in favorem ipſius Symonis & Magnatum publicè in ſuis prædicationibus aſſerere ac dicere præſumpſerunt, quòd iidem, ducti bono zelo, juſtam fovebant cauſam, & ipſorum, in hac parte, opera commendare;

Quare petebatur a nobis ut Epiſcopos, religioſos, & Clericos prædictos (quorum aſſertio reproba & dampnanda præſumptio præſtitiſſe creditur prædictorum Symonis & Magnatum malitiæ incentivum) quòd ab hujuſmodi præſumptione omnino deſiſtant, & in locis, in quibus talia dixerunt, publicè contrarium aſſeverent;

Ac ipſos & omnes alios, quos in eodem Regno Chriſti fidelibus proponere contigerit verbum Dei, ut in prædicationibus ſuis, & aliàs locis & temporibus oportunis, nobiles viros Comites & Barones, ac locorum Communitates, necnon quoſcunque Nobiles & alios prædicti Regni moneant & inducant ſeduliſs exhortationibus, ut a dicto Symone ejuſque fautoribus omnino recedant, ac dilecto filio nobili viro Edwardo, primogenito dicti Regis, ac ei adhærentibus, donec dictus Rex ſuæ antiquæ & ſolitæ libertati ac Regiæ Dignitatis integritati fuerit reſtitutus, adhæreant, & intendant, & præſtent conſilium, auxilium & favorem, moneri ac compelli auctoritate Apoſtolicâ mandaremus:

Quocirca Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus in prædictis auctoritate noſtrâ facias quicquid proſpero eorundem Regis, Regni, & primogeniti ſtatui videris expedire; contradictores ac rebelles eadem auctoritate, ſublato appellationis obſtaculo, compellendo;

Non obſtantibus ſi eis, vel eorum alicui a ſede Apoſtolicâ ſit indultum, quòd excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem; aut quibuſlibet privilegiis, ſeu indulgentiis Apoſtolicis, de quibus, quorumque totis tenoribus, in noſtris litteris ſpecialis mentio ſit habenda, & per quæ præſentium effectus impediri quomodolibet valeat vel differri.

Dat. Peruſii, Id. Septembris, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sigillo avulſo.

Bulla directa Ottobono Legato, ut moneat Principem Walliæ Lewelinum, ad reſtituendum Caſtra per eum occupata, & recedere a Simone de Monteforti.

A.D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Ex Autogr.*

CLemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Per nobilem virum Symonem de Monteforti Comitem Leiceſtriæ, & nonnullos alios Magnates Regni Angliæ, in eodem Regno turbatione valida ſuſcitata, licet nos, in eoſdem Comitem & Magnates, hujuſmodi turbationis actores ac fautores, olim in minori officio conſtituti, dum in Regno prædicto, Wallia, & Ibernia, Legationis gereremus officium, eorum culpis exigentibus varias excommunicationum ſententias duxerimus promulgandas;

Et poſtmodum ad apicem ſummi apoſtolatûs aſſumpti, eiſdem Comite ac Magnatibus, ad gremium Eccleſiæ redire non curantibus, ſed in ſua malitia obſtinatis, præfatas in ipſos, terras & loca prædicta, prolatas ſententias in die cœnæ Domini, A.D. 1265. Hen. 3. in majori Eccleſia Peruſin. aſtante ibidem fidelium multitudine copioſa, de fratrum noſtrorum conſilio, ratificaverimus & approbaverimus, ex certa ſcientia & auctoritate Apoſtolica confirmaverimus, & præceperimus illas inviolabiliter ab omnibus obſervari;

Tamen nobilis vir Leolinus, Princeps Walliæ, Comiti & Fautoribus memoratis adhærens, nonnulla Caſtra & Villas cariſſimi in Chriſto filii noſtri   Regis Angliæ illuſtris, ac Pupillorum in ejuſdem Regis cuſtodia exiſtentium, necnon Baronum & aliorum hominum dicti Regni, occupaſſe dicitur, & etiam deſtruxiſſe; alias Regi, pupullis, Baronibus, & hominibus prædictis dampna gravia & injurias irrogando:

Quocirca Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus eundem Principem, ex parte noſtrâ, per te, vel alium moneas & inducas ut, infra competentem terminum, a te peremptorie præfigendum eidem, hujuſmodi dampna & injurias paſſis de ipſis plenariam ſatisfactionem impendat, & a ſimilibus omnino deſiſtat:

Ab eodem quoque Comite, ſuiſque fautoribus, & complicibus, ſine qualibet dilatione recedat, ac eos & partem ipſorum omnino abjuret, dilecto filio nobili viro Edwardo primogenito ipſius Regis, ac ei adhærentibus, favendo pro viribus, ac ipſis impendendo conſilium, auxilium & favorem. A.D. 1265. Hen. 3.

Quod ſi Princeps idem a prædictis turbatoribus, fautoribus, & complicibus eorum recedere, ac de hujuſmodi dampnis & injuriis, ut præmittitur, ſatisfacere non curaverit, tu extunc in eundem Principem excommunicationis feras ſententiam, & terram ejus ſupponas Eccleſiaſtico interdicto; faciens ipſum, uſque ad ſatisfactionem condignam, per omnia loca, in quibus expedire videris, ſingulis diebus Dominicis & Feſtivis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, excommunicatum publice nuntiari, & ab omnibus artius evitari;

Non obſtantibus ſi eis, vel eorum alicui, a ſede Apoſtolica ſit indultum quod excommunicari, ſuſpendi vel interdici non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem; aut quibuſlibet privilegiis, ſeu indulgentiis Apoſtolicis, de quibus, quorumque totis tenoribus, in noſtris literis ſpecialis mentio ſit habenda; & per quæ præſentium effectus impediri quomodolibet valeat vel differri.

Dat. Peruſii, Id. Septembris, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub filo canabi.

De Theſaurario Ebor. & de litteris, per quondam Simonem de Monteforti, invito Rege, ſigillatis.

A.D. 1265. *An.* 49. *H.* 3. *Pat.* 49. *H.* 3. *m.* 7.

REX dilectis & fidelibus ſuis Willielmo de Clifford, & Magiſtro Willielmo de Wygorn. ſalutem.

Cum, poſt conflictum, habitum inter nos, & quoſdam fideles noſtros ex parte una, & Simonem de Monteforti, quondam Comitem Leyceſtriæ, & fautores ſuos ex altera, apud Lewes, extiterimus in cuſtodia præfati Simonis & fautorum ſuorum,

Per quod, tempore ipſius cuſtodiæ, contra voluntatem noſtram literas ſigillo noſtro, quo, pro ſuæ libito voluntatis, utebatur, ſignari fecit, continentes quod nos Theſaurariam Ebor. vacantem Almerico de Monteforti conceſſimus, & Capitulo Ebor. mandavimus quod eidem Almarico, ſtallum in Choro, & locum in Capitulo aſſignarent:

Et nos, per Dei adjutorium, vires noſtras reſumpſerimus, per quod conceſſionem illam & *alias* conceſſiones, quæ per literas noſtras, nobis invitis, factæ fuerunt, dum in cuſtodia prædicta eramus, volumus annullari, immo potius nullas haberi, A.D. 1265. per quod Theſaurariam ipſam ſponte Edmundo de Mortuo Mari, Clerico conceſſimus, & prædicto Capitulo mandavimus quod, amoto quolibet detentore, eidem Edmundo ſtallum in Choro, & locum in Capitulo aſſignarent:

Ac ipſi mandatum noſtrum, eis pro eodem Edmundo directum, facere diſtulerint, de quo miramur & quamplurimum movemur:

Nos, de veſtræ fidelitatis conſtantiâ plenam gerentes fiduciam, vobis mandamus, firmiter injungentes, quod vos duo, vel unus veſtrûm, eidem Edmundo ſtallum in Choro, & locum in Capitulo aſſignetis, & de Theſauraria prædicta plenam ſeiſinam ei habere faciatis; & hoc, ſicut honorem noſtrum & veſtrum diligitis, nullo modo omittatis.

Teſte, &c.

A.D. 1265.
Hen. 3.

Idem mandatum eſt Magiſtro Simoni de Eveſham Archid. Richmundiæ, quod, quia Rex de fidelitatis ſuæ conſtantiâ, circumſpectione, & induſtriâ plenam gerit fiduciam, quod eidem Edmundo ſtallum in Choro, & locum in Capitulo aſſignet; Et hoc, ſicut Regem & honorem ſuum diligit, & gratiam in conſpectu Regis habere voluerit, nullo modo omittat.

Item mandatum eſt Vicecomiti Eborum quod, aſſumpto ſecum Magiſtro Willielmo de Wygorn. eidem Edmundo de Theſaurariâ prædictâ plenam ſeiſinam habere faciat.

A.D. 1265.
Hen. 3.

Teſte Rege apud Winton. 17 die Septembris.

Bulla Othobono directa, ut abſolvat G. Comitem Gloverniæ.

A.D. 1265.
An. 49. H. 3.
Ex Autogr.

Clemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Sicut tua Diſcretio non ignorat, olim in minori officio conſtituti, dum in Regno Angliæ, Walliæ, & Iberniæ partibus, legationis miniſterio fungeremur, in quondam Symonem de Monteforti Leyceſtriæ, Gilbertum Gloverniæ, ac Rogerum Norfolchiæ Comites, & nonnullos alios Magnates Regni ejuſdem, hujuſmodi turbationis actores, cum omnibus illis, qui eis darent conſilium, auxilium vel favorem, eorum culpis exigentibus, varias excommunicationum ſententias duximus promulgandas, & terras eorum, ac omnia loca eiſdem Baronibus adhærentia, & nominatim Civitatem Londonien. & quinque Portus Angliæ, ſuppoſuimus Eccleſiaſtico interdicto;

Et poſtmodum, prout Domino placuit, ad apicem ſummum apoſtolatûs aſſumpti, memoratis Comitibus, Baronibus, & aliis ad Eccleſiæ gremium redire non curantibus, ſed in ſuâ malitiâ obſtinatis, proceſſum per nos contra ipſos habitum, & præfatas in ipſos terras, & loca prædicta prolatas ſententias, in die Cœnæ Domini in majori Eccleſiâ Peruſin. aſtante ibidem fidelium multitudine copioſâ, de fratrum noſtrorum conſilio ratificavimus & approbavimus, ex certâ ſcientiâ & auctoritate Apoſtolica confirmavimus, & præcepimus illas inviolabiliter ab omnibus obſervari:

A.D. 1265.

Verùm quia memoratus Comes Gloverniæ, ſano ductus conſilio, ſui erroris lapſum, prout decuit, recognoſcens, dilecto filio Edwardo, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Anglorum illuſtris primogenito, Rege ipſo, per præfatos Comites & Magnates, adhuc pro eorum voluntate detento, contra eoſdem Symonem & Magnates, ſuoſque, in hac parte, complices conſtanter adhæſit, & ad liberationem Regis ipſius viriliter laboravit:

Nos, propter hoc, ipſum proſequi, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter intendentes, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eidem Comiti Gloverniæ, cùm ſuper hoc ex parte ipſius humiliter fueris requiſitus, de abſolutionis beneficio, juxta formam Eccleſiæ, ac relaxatione interdicti præfati, quoad terram ſuam, necnon & aliis, quæ ad ſalutem ſuam videris pertinere, auctoritate noſtra provideas, prout honori Eccleſiæ, ac ſalubri ejuſdem Regni ſtatui ſecundum Deum videris expedire.

Dat. Peruſii, octavo Kal. Octobris, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub filo canabi.

Bulla ſuper decima unius anni, a Prælatis Eccleſiæ Anglicanæ collecta, ad voluntatem Regis (nunc de inimicorum manibus liberati) diſponenda.

A.D. 1265.
An. 49. H. 3.
Ex Autogr.

Clemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

A.D. 1265.

Per quondam Symonem de Monteforti Comitem Leiceſtriæ, & nonnullos alios Magnates Regni Angliæ in eodem Regno, turbatione validâ ſuſcitatâ; Epiſcopi, & alii Eccleſiarum Prælati de-

A.D. 1265. Hen. 3. cimam eccleſiarum proventuum unius anni pro defenſione Regni ejuſdem ac eccleſiæ Anglicanæ, ut dicebant, in ſuis Civitatibus, dioceſibus ac diſtrictibus, prout accepimus, collegerunt:

Nos autem, volentes ut in defenſione debitâ & utili prædictorum Regni & eccleſiæ, decima hujuſmodi expendatur, eiſdem Epiſcopis, & aliis eccleſiarum prælatis noſtris damus litteris in mandatis, ut aliquid de dictâ decimâ diſponere non præſumant, ſet eam ſine contradictione qualibet, infra tempus a te ad hoc præfigendum, duobus prælatis, quos tu ad id duxeris deputandos, aſſignent in defenſionem hujuſmodi, ſecundum tuam & ipſorum providentiam, convertendam; propter quod damus tibi per alias noſtras, ſub certâ formâ, litteras, in mandatis ut, hujuſmodi Prælatos ad præmiſſa deputans, dictos Epiſcopos & Prælatos, qui præfatam decimam collegerunt, & quoſlibet alios ipſius decimæ detentores ſuper præmiſſis moneas, & inducas ut hujuſmodi mandato noſtro, ſine alicujus difficultatis obſtaculo, pareant reverenter; alioquin tu eos ad id per cenſuram eccleſiaſticam & alia, prout expedire videris, diſtrictione compellas.

Cum autem dilectus filius Nobilis vir Edwardus, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Angliæ primogenitus, de prædicti Symonis & fautorum (qui dictum Regem & cariſſimum in Chriſto filium noſtrum R. in Roman. Regem Electum, necnon & ipſum E. pro ſuâ voluntate captivaverant) manibus liberatus, & defenſionem prædicti Regni & Eccleſiaſticæ libertatis contra ipſos turbatores aſſumpſerit, & ad liberationem patris ſui ſic efficaciter laborârit, quòd eiſdem turbatoribus, virtute altiſſimi, pro magnâ parte confectis, idem Rex ſuæ jam eſt redditus libertati, licèt ad jura Regiæ dignitatis non ſit, prout deſideramus, integraliter reſtitutus:

A.D. 1265. Hen. 3. Nos deſiderantes ipſum, ad quem eorumdem Regni & eccleſiarum defenſio pertinet, in executione defenſionis ejuſdem, & ad reſtitutionem hujuſmodi obtinendam, quibus poſſumus, auxiliis confovere, quia veriſimiliter credimus memoratum E. cujus eſt adhuc valdè neceſſaria ſtrenuitas ad prædicta, præter inextimabiles labores, quos ſubiit, & gravia pericula, quibus ſe conſtanter expoſuit, ad utilitatem evidentem eorumdem Regni & eccleſiarum magnâ expenſarum curâ ſubiiſſe:

Volumus, & diſcretioni tuæ, præſentium auctoritate, mandamus quatinus prædictos duos prælatos, Regi eidem acceptos, ad decimam eandem recipiendam de ipſius Regis deputes voluntate; ut ipſorum providentiâ in defenſionem & ad obtinendas reſtitutiones prædictas, quas memoratus E. conſtanter proſequitur, utiliter convertatur (Proviſo quòd eandem decimam in nullos alios uſus ſuperfluos expendi aliquatenus non contingat) invocato ad hoc, ſi neceſſe fuerit, auxilio brachii ſecularis:

Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; non obſtantibus ſi aliquibus a ſede apoſtolicâ ſit indultum, quòd excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint per litteras apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem; aut quibuſlibet aliis privilegiis ſeu indulgentiis apoſtolicis de quibus, quorumque totis tenoribus, in noſtris litteris ſpecialis mentio ſit habenda; & per quam effectus præſentium impediri valeat vel differri.

Dat. Peruſii, 8 Kal. Octobr. Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub Filo canabi.

De Pardonationibus, per quondam Simonem de Monteforti Sigillatis, pro nullo reputandis.

A.D. 1265. An. 49. H. 3. Pat. 49. H. 3. m. 27.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum, nobis nuper exiſtentibus ſub cuſtodia & poteſtate Simonis de Monteforti, quondam Comitis Leiceſtriæ, inimici noſtri, qui Sigillo noſtro pro ſuæ libito voluntatis utebatur, literæ variæ eodem Sigillo contra voluntatem noſtram, ſignatæ fuiſſent, continentes quod pardonavimus diverſis debitoribus Judæorum, Regni noſtri, plura debita, in quibus eiſdem Judæis tenebantur, & maxime hiis, qui nobis & primogenito noſtro, in turbatione Regni noſtri, nuper habita, manifeſte adverſabantur,

A.D. 1265. Nos, poſtmodum, per Dei gratiam, de prædicti inimici noſtri manibus liberati, perpendentes ex hoc tam nobis, quam hæredibus noſtris graviſſimum diſpendium poſſe provenire, pardonationes & omnes alias conceſſiones, nobis invitis, nomine noſtro, tempore prædicto, quibuſcumque debitoribus prædictis factas, pro nullo reputantes, & omnino

A.D. 1265. Hen. 3. revocantes, eas, unà cum extentis de terris & tenementis quorumcumque debitorum prædictorum, & atterminationibus de debitis quibuſcumque, ſecundum extentas hujuſmodi factas, de Concilio noſtro decernimus & inanes;

Volentes & concedentes quod univerſi & ſinguli Judæi Regni noſtri, quoad debita ſua, à quibuſcumque debitoribus ſuis, & ad omnia alia bona & catalla ſua recuperanda, ad ſtatum ſuum omnino reſtituantur, in quo die conflictus de Lewes extiterint, ſive cartæ debitorum prædictorum ab arcis cirographicis, per idem Regnum noſtrum, tempore prædicto, extractæ fuerint, ſive non; dummodo de debitis prædictis rationabiliter conſtare poſſit. A.D. 1265. Hen. 3.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windeſor. primo die Octobris.

Bulla qua gratulatur Comiti Gloverniæ ſuper liberatione Regis, & Edwardi primogeniti.

A.D. 1265. An. 49. H. 3. Ex Autogr. Clemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Nobili Viro Gilberto Comiti Gloverniæ, ſpiritum conſilii ſanioris.

Juventutis tuæ prudentiæ paterno congaudemus affectu, ex eo quod licet, ex humanæ fragilitatis infirmo & juvenilis forſan ætatis lubrico, aliquamdiu lapſus in devium contra tui honoris debitum oberraris, ad cor tamen rediens, perverſitatis aliquorum iniquis aſſumptæ perſuaſionibus errore depulſo, ad veritatis ſemitas fortior rediiſti, & ad liberationem dilecti Filii Nobilis Viri Edwardi cariſſimi in Chriſto Filii noſtri illuſtris Regis Angliæ primogeniti, operoſo ingenio & ingenioſa opera diligenter intendens, eaque obtenta eidem Nobili potenter & patenter adhærens, ad liberandum eundem Regem, qui tunc à quibuſdam ſuis perſecutoribus tenebatur, cum eodem Nobili aſſumptis laboribus, & periculis non vitatis, efficaciter, prout felix eventus, & profecto tibi honorabilis, indicat, vacaviſti.

Propter quod, ad animæ tuæ ſalutem ſpecialius intendentes, tibi de abſolutionis beneficio ab excommunicationum ſententiis, quas perſecutoribus adhærendo prædictis te novimus incurriſſe, per ſpeciales noſtras mandamus litteras provideri, ut noſtræ benedictionis gratiam, quam tibi per impenſa Regi & primogenito memoratis ſervitia, & ea quæ te ſperamus impenſurum imposterum vendicas, quamque tibi ad hoc parato grataanter aſſerimus, plenius aſſequaris. A.D. 1265.

Ideoque Nobilitatem tuam rogamus monemus & hortamur attente, in remiſſionem tibi peccaminum ſuadentes, quatinus tuæ ſalutis obtentu feſtinans pro poſſe ad hujuſmodi beneficium obtinendum, Regi præfato contra ſuos & Regni Angliæ perſecutores, prout teneris, conſtanter aſſiſtas, eundemque primogenitum omni quo poteris favoris & amoris ſtudio proſequaris: Et, ad pacem Regni præfati ſollicite vacaturus, ipſos ad clementiam erga perſecutores eoſdem ſollerter inducas.

Nichilominus ſalubri conſilio perſuaſurus eiſdem ut, nec ſuſpitione aliqua, nec quorumdam Prælatorum exceſſibus provocati, contra ipſos, aut eccleſias, vel alias perſonas eccleſiaſticas ſeu jura ipſorum manum moleſtationis extendant.

Nos enim exceſſus hujuſmodi ſic, ſecundum ipſorum exigentiam, caſtigare proponimus, quod, actore Domino, à ſimilibus impoſterum providebitur eorumdem Regis & Regni quieti & paci.

In hiis autem ſic prudenter exerceas tuæ nobilitatis induſtriam, quod tibi exinde apud Deum meritum compares, & apud ſedem apoſtolicam plenitudinem uberioris favoris acquiras.

Dat. Peruſii, 2 Non. Octobris, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub Filo canabi.

Bulla, Regi Gratulatoria, ſuper Liberatione ſua, & Victoria.

A.D. 1265. An. 49. H. 3. Ex Autogr. Clemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Regi Angliæ illuſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Benedictus Dominus qui, licet magnificentiam tuam rugientibus, præparatis ad eſcam, tuum tuorumque ſanguinem ſitientibus, manibus ad tempus exponi per- A.D. 1265.

permiſerit, ipſam tamen eorum non dedit dentibus in capturam:

Benedictus & iterum ipſe Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui te in tantis anguſtiis ſuâ miſericordiâ conſolatus, de venantium laqueo animam tuam eripuit, contrivit laqueum, & te ac tuos miſericorditer liberavit:

Benedictus & tertio idem judex juſtus, idem & Dominus ultionum, qui unicuique retribuit ſuorum ſtipendia meritorum, pœnam iniquæ perſecutionis actoribus, innocentiæ verò tuæ lætitiam & ſalutem condignâ diſpenſatione rependens, ut lætetur juſtus vindictam impiorum inſpiciens, & in Domini juſtitiâ delectetur.

In hiis, fili chariſſime, ad oberrantes etiam filios, & per gravis erroris lapſum, vel iniquitatis exceſſum à viâ veritatis abductos, paternum non prætermittentes affectum, amarè dolemus aliquos cecidiſſe in gladio, ſed amarioris doloris acerbitate percellimur eos in culpam tam graviſſimam incidiſſe, propter quam ipſorum animas periiſſe timentes, mortem peccatorum, mortem quidem peſſimam, deploramus.

Verum tuam conſervatam innocentiam ac relevatam juſtitiam, cum gaudio attendentes, regalem excellentiam ſtatui, prout deſiderabamus, anxii reſtitui debito, ſinceritati tuæ potiſſimè congaudemus.

Sed ut noſtrum in hac parte gaudium impleatur, & Celſitudinis Regiæ ſolium per eum, à quo datur regnare Principibus, ſolidâ ſtabilitate firmetur, expedit ut, in humilitatis ſpiritu, ei aſcribas hæc omnia cujus eſt ea digitus operatus.

In illo læteris, exultes & gaudeas, qui convertit tantæ obſcuritatis tempora in ſerenum; exulta igitur Princeps, exulta & lætare in Domino, & tuam recognoſce ab ipſo vero ſalutari ſalutem: Dextera enim Domini fecit virtutem, dextera te Domini exaltavit:

Ipſe te dudum creavit in principem:

Ipſe te redactum quaſi ad nichilum noviter recreavit:

Ipſe te diù in integritate Regiæ dignitatis regnantem rexit pacificè, actuſque tuos direxit:

Ipſe te nuper ab hujuſmodi dignitate dejectum, ſuæ potentiæ virtute reſtituit; & oppreſſum, ac ferè omnino proſtratum ad alta ſtatus ſoliti de profundo nimiæ oppreſſionis erexit:

Ipſe tibi dilectum filium, nobilem virum Edwardum primogenitum tuum, pretioſiſſimum quidem generis tui Decus, cujus eminet divino munere ſervata ſtrenuitas, in tantis captivitatis & conflictuum variorum conſtitutum periculis conſervavit illæſum, in ipſius manu prævalidâ tuam ſalutem dirigens & tuorum.

Eſto igitur memor beneficiorum Domini, & nè illorum quoquo modo reperiaris ingratus, ſed tantam ſummi largitoris munificentiam, quâ potes gratitudine, recompenſes.

Celſitudinem Regiam monemus, rogamus & hortamur attentè, ſano tibi conſilio in remiſſionem nichilominus peccaminum ſuadentes, quatinus diligenter attendens, quòd clementia firmat imperium, illius obtentu qui Patrem, in ipſo ſuæ paſſionis tempore, crucefixoribus ſuis ignoſcere precabatur,

Ad perſecutores tuos, quos, per ejuſmodi primogeniti miniſterium, in tuâ poteſtate repoſuit virtus altiſſimi, te clementem exhibeas, & benignitate utaris; hoc ipſum eidem perſuadendo primogenito, & ad ſui commodi & honoris augmentum poteſtate tàm Regia, quàm patria injungendo.

Plures enim ad tuum, & ipſius aliorumque tuorum amorem humanitas remiſſionis allicet, quam pœnæ juſtitia caſtigaret; cum fervor vindictæ paucorum odium reprimat, multorum irritet.

Ad Prælatos quoque Regni tui, quos tibi & eidem primogenito vel probabilis reddidit conjectura ſuſpectos, vel offenſæ forſan evidentia probavit infeſtos, præſertim cum ſuo Domino ſtent aut cadant, ob illius reverentiam, cujus in terrâ miniſterium gerunt, manus nec tu, nec idem primogenitus extendatis, nec patiaris eos in eccleſiarum ſuarum juribus opprimi; ſed eccleſias omnes, & perſonas eccleſiaſticas ejuſdem Regni, ſolitâ benevolentiâ proſequaris.

Circa exceſſus etenim perſonarum hujuſmodi tale ſtudebimus, auctore Domino, remedium adhibere, quod ipſis, à ſimilibus caſtigatis, tibi & poſteris tuis providebitur contra perſonarum ipſarum ſimiles inſidias in futurum.

Dat. Peruſii, 4 Non. Octobr. Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub Filo canabi.

Bulla, qua gratulatur Principi Edvardo liberationem ſuam & victoriam.

A.D. 1265. An. 49. H. 3. *Ex Autogr.* A.D. 1265.

CLemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Nobili viro Edwardo cariſſimi in Chriſto filii noſtri Illuſtris Regis Angliæ primogenito, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Habes fili undè humiliato ſpiritu, & corde contrito in vocem exultationis & confeſſionis erumpas, ut exultes in Domino, & ipſius, circa te, immenſa beneficia fatearis.

Ipſe namque tibi conceſſit tantis oriri natalibus, immenſis habundare divitiis; præclaris, ut de te multorum habet aſſertio, præ tuis participibus, ornari virtutibus, &, privilegio te primogenituræ communiens, regalis prædeſtinavit excellentiæ ſucceſſorem.

Ipſe te, nuper quaſi ab inimicis abſorptum, a conventu malignantium, & a multitudine iniquitatem operantium ſua virtute protexit.

Ipſe te de ſervitute probroſæ captivitatis eripuit, & de abjectionis extremæ obprobrio liberavit.

Ipſe, virtus ſalutis tuæ, in die belli clypeo ſuæ omnipotentiæ miſericorditer tuum capud obumbrans, confectis hoſtibus te ſervavit illæſum, & ſalutem cariſſimi in Chriſto filii noſtri Angliæ Regis illuſtris, tui genitoris incliti, omniumque tuorum, ac totius Regni Angliæ in tuâ Serenitate direxit.

Quid igitur retribues Domino pro omnibus quæ jam tuæ tribuit juventuti? Fili præpara mentem paternis affatibus, & noſtris conſiliis aurem exauditionis appone; ſint oculi tui aperti & aures intentæ, ut capud tuum peccatorum oleum non impinguet, & ad vindictam alicujus te nequitia, in tuam proculdubio perniciem, non irritet: ſed conſiderans prudenter quod regnantibus certior eſt ex manſuetudine, quam ex crudelitate ſecuritas; quodque, ſicut pluribus ramis arbores præciſæ repullulant, & ſecta quædam ſatorum genera denſiora reſurgunt; ſic ſævitiâ & immanitate regnantium, inimicorum numerus creſcit potius, quàm tollatur.

Utaris clementiâ fixo & continuando propoſito ad nocentes, nec expectes quòd cauſa deficiat, ſed deſit tibi prorſus animus ſæviendi.

Quod, quia tibi expedire putamus, omnimodis magnitudinem tuam monemus, rogamus & hortamur attentè, ſano tibi conſilio in remiſſionem peccaminum ſuadentes, quatinus, diligenter attendens, quòd tu in te ipſum ſævies, ſi forſan in Regni ejuſdem incolas, tuam exinde minorando potentiam, ſævitiam exerceres.

Reddas te illis in remiſſione facilem, nec ad crudelitatem contra ipſos, vel recentis offenſæ memoriâ, vel alicujus ſuggeſtione patiaris induci.

Set beneficiis tibi amicos aſtringas, illis, ut de infidelibus fideles efficias: &, ut de inimicis amiciſſimos habeas, reconcilies inimicos.

Ad Prælatos ſanè, quos vel habes probabili ratione ſuſpectos, vel infeſtos forſan evidentiâ offenſæ ſenſiſti, ob illius reverentiam, qui tibi, ſuæ pietatis præſidio, in tantis periculis aſtitit, & ab illis inoffenſum cum famæ ac honoris augmento ſervavit, nullo modo manus infeſtationis extendas, ſet eccleſias & perſonas eccleſiaſticas Regni ejuſdem, præfati Genitoris tui ſequendo veſtigia, favore debito proſequaris.

Nos etenim, qui proſperum ſtatum tuum paterno zelantes affectu, illum, contra æmulorum inſidias, accomodis libenter auxiliis fulcimus, exceſſus perſonarum hujuſmodi ſic caſtigare curabimus, quod, aliis etiam eorum exemplo deterritis, tibi & tuis contra ſimilia providebitur, auctore Domino, in futurum.

Dat. Peruſii, 8 Id. Octobris, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub filo canabi.

A.D. 1265. An. 49. H. 3.

Epiſtola Odonis O-Connor, Regis Conactiæ, pro conſenſu Regio ad Epiſcopum eligendum.

Bundela Certif. & Petit. A. 49. H. 3. in Turri London. A.D. 1265.

EEcellentiſſimo Domino H. Dei gratiâ, Illuſtri Regi Angliæ, ſuus fidelis Odo Okonchubyr Rex Conactiæ, ſalutem, & in omnibus victoriam.

Veſtræ Regiæ Majeſtatis excellentiam exora-

A.D. 1265. Hen. 3.

exoramus modis quibus poſſumus, quatinus Decano & capitulo Akaden. (ipſa per mortem venerabilis patris Domini T. ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopi, vacante) veſtrum conſenſum pariter & aſſenſum, per Nuncium eorundem, ad eligendum paſtorem, vultu ſereno & favorabili, ſi placet, impendatis.

Tantum inde facientes, ne præfata Eccleſia (quæ ad præſens, ultra viginti marcarum ſummam in redditibus non abundat,) propter retardationem Regii aſſenſus (quod abſit) in temporalibus vel ſpiritualibus patiatur.

In cujus petitionis teſtimonium has litteras noſtras veſtræ Majeſtati Regiæ mittimus patentes.

Dat. anno Regni Regis H. 49.

Littera Blanchæ Duciſſæ Britanniæ, de Beatrice filia Regis febricitante, & de Arturo nepote Regis, puero ſatis eleganti.

A.D. 1265. *An. 49. H. 3.* *Ex Bundel. Litter. tempore H. 3.*

A Son Treſhaut & Treſchier Seignour Henri, par la grace de Deu, Roi d'Engleterre, Seignour de Yrland, e Duc d'Aquitene, Blance Ducheſſe de Bretaigne ſaluz e reverence, e ſoi apparellie a ferre ſa volence, cum a ſon chier Seignour.

Sire, je vous pri, ſi vous pleſt, que vous me villude voſtre eſtate, le queul noſtre ſire par ſa grace face touzours bon; quar ſachiet mon chier Seignour que j'ei ment treſgrant joie, toutes les foiz que je puiz oir & ſavoir bones noveles de vous.

Sachiez, ſire, que ma Dame Beatrix, voſtre chier file, e la noſtre, eſt encor deherte de ſa feivre, meis el en eſt mout amende, la Deu merci; e nous dient les fiſechiens que ſa feivre ne li puet par longein durrer.

E vous pri, mon cher Seignour, que s'il avoit riens en noz parties que vous le me mande, comandez cum a la voſtre; quar ſachiez, ſire, que je arroie mout treſgrant joie de ferre voſtre volunte a mon poer.

E ſachiez, ſire, que Artus eſt mout bon ſuffiſant, e mout beil, la Deu merci, e noſtre ſire vous gart.

Littera Beatricis filiæ Regis, quod adhuc infirma eſt de febre quartana.

A.D. 1265. *An. 49. H. 3.* *Ibidem. ut ſupra.*

REverendo patri ac Domino, illuſtriſſimo viro, Domino Henrico, Dei gratià, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitanniæ, ejus filia, conſors Domini Johannis Britagniæ, ſalutem, & quicquid poterit reverentiæ & honoris.

Cum ego de ſtatu veſtro, quem Deus ſemper proſperum faciat & felicem, ex quo a vobis receſſi, nichil certitudinis per veſtros Nuncios intellexerim, Dominationem veſtram modis omnibus, quibus poſſum, humiliter deprecor & attente, quatenus ſuper ſtatu veſtro, de quo ſciendo ad vos latorem præſentium tranſmittimus, me, veſtri gratiâ, velitis facere certiorem.

Scientes quod adhuc febre quartanâ infirma ſum; ſet adeo, ſolet ſicut, me dolore continuo graviter non fatigat.

Inſuper rogo vos ut michi veſtram voluntatem, quam totis viribus facere concupiſco, per veſtras litteras veſtri gratia remandetis.

Littera, per quam Henricus Rex dedit Edmundo filio Comitatum & Honorem Leyceſtriæ, Seveſcalciam Angliæ, & omnes terras & tenementa, quæ fuerunt quondam Symonis de Monteforte, in prælio apud Eveſham interfecti, ac omnes terras & tenementa, quæ fuerunt Nicholai de Segrave.

A.D. 1265. *An. 50. H. 3.* *L. A. fol. 190. Penes Camerar. Scaccar.*

HEnricus, Dei gratià, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis, & fidelibus ſuis ſalutem.

A.D. 1265. Hen. 3. Sciatis nos dediſſe, conceſſiſſe, & hac cartâ noſtrâ confirmaſſe Edmundo, filio noſtro kariſſimo, Comitatum & Honorem Leyceſtriæ, ſeneſcalciam Angliæ, & omnes terras & tenementa quæ fuerunt Symonis de Monteforte, quondam Comitis Leyceſtriæ, inimici & felonis noſtri; per quem guerra in Regno noſtro mota fuit:

Nec non omnes terras & tenementa, quæ fuerunt Nicholai de Segrave, inimici & rebellis noſtri; qui eidem Symoni, & inpriſiis ſuis tempore guerræ prædictæ adhæſit, ad exhæreditationem noſtram & deſtructionem Coronæ noſtræ, uſque ad bellum inter nos, & dictos inimicos & rebelles noſtros apud Eveſham commiſſum;

Et quorum inimicorum etiam rebellium terræ & tenementa per forisfacturam eorum, de communi conſenſu & conſilio magnatum ac fidelium Regni noſtri, ad noſtram ordinationem & diſpoſitionem (ſalvis capitalibus Dominis homagiis & ſervitiis ſuis) hac vice pertinent:

Habenda & tenenda eidem filio noſtro & hæredibus ſuis de capitalibus Dominis feodi illius, ſive nobis vel aliis, cum omnibus ad prædicta Comitatum & honorem, ſeneſcalciam, terras & tenementa ſpectantibus (dum tamen terræ & tenementa prædicta non fuerit de dominico Coronæ noſtræ) faciendo inde omnia ſervitia debita & conſueta; ita quod, occaſione hujus donationis noſtræ, nichil capitalibus Dominis prædictis in Wardis, Releviis, aut rebus aliis, ad eos pertinentibus, depereat imperpetuum.

Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus Edmundus, & hæredes ſui, Comitatum & honorem, ſeneſcalciam, terras & tenementa prædicta cum omnibus pertinentiis ſuis habeant & teneant de capitalibus Dominis feodi illius, ſive nobis, vel aliis (dum tamen terræ & tenementa prædicta non ſint de Dominico Coronæ noſtræ) faciendo inde omnia ſervitia debita & conſueta, ſicut prædictum eſt, imperpetuum. A.D. 1265. Hen. 3.

Et volumus & præcipimus, pro nobis & Hæredibus noſtris, quod nullus, ratione juris, quod ſibi per prædictos, Symonem & Nicholaum, hæreditariè competere poſſet, actionem vel clamium ullis temporibus habeat de cætero in prædictis Comitatu, honore, Seneſcalcia, terris & tenementis; ſet ab omni jure, actione & clamio penitùs excludatur imperpetuum.

Et nos & hæredes noſtri, hanc noſtram donationem defendere & conſervare tenemur, ſicut nos & anteceſſores noſtri alias donationes noſtra & feoffamenta conſervare & defendere conſuevimus, & ſicut ea conſervare & defendere tenemur.

Hiis Teſtibus,

Venerabili Patre W. Bathon. & Wellen. Epiſcopo,
Hugone le Bigod,
Philippo Baſſet,
Rogero de Leyburne,
Roberto Walerand,
Willielmo Belet,
Waltero de Bruges,
Galfrido de Percy, & aliis.

Dat. Cantuar. 26 die Octobris, anno Regni noſtri quinquageſimo.

Carta per quam Dominus Henricus dedit & conceſſit nepoti ſuo, H. filio illuſtris Regis Alemaniæ primogenito, manerium de Gringelay, cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ fuerunt Willielmi de Furnival; qui quondam Simoni de Monteforti, inimico & feloni Regis, adhæſit.

A.D. 1265. *An.* 50. *H.* 3. *Fol.* 189. *A.*

Henricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitanniæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis, & fidelibus ſuis ſalutem.

Sciatis nos dediſſe, conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe dilecto nepoti & fideli noſtro Henrico illuſtris Regis Alemaniæ Primogenito, pro fideli ſervitio ſuo, manerium de Gringelay, cum pertinentiis, quod fuit Willielmi de Furnival, in Comitatu Notingham, inimici & rebellis noſtri, qui Symoni de Monteforti, quondam Comiti Leyceſtriæ, inimico & feloni noſtro, & inpriſiis ſuis adhæſit, tempore guerræ, quæ nuper in Regno noſtro mota fuit per A.D. 1265.

A.D. 1265. *Hen.* 3.

ipſum Simonem & dictos impriſios ſuos ad exhæredationem noſtram & deſtructionem Coronæ noſtræ, uſque ad conflictum inter nos, & dictos inimicos & rebelles noſtros, apud Eveſham commiſſum;

Et quorum inimicorum terræ & tenementa per foriſfactum eorum, de communi aſſenſu & conſilio Magnatum & fidelium Regni noſtri, ad noſtram ordinationem & diſpoſitionem (ſalvis capitalibus Dominis Homagiis, & ſervitiis ſuis) hac vice pertinent.

Habendum & tenendum ſibi & hæredibus ſuis, de corpore ſuo legitimè procreatis.

Et, ſi prædictus Henricus, ſine hujuſmodi hæredibus obierit, tunc prædictum manerium de Gringelay, cum pertinentiis, Edwardo primogenito noſtro, & hæredibus ſuis, imperpetuum remanebit, tenendum de capitalibus Dominis feodi illius, ſeu nobis, vel aliis imperpetuum (dum tamen manerium illud non fuerit de Dominico Coronæ noſtræ) faciendo inde omnia ſervitia debita & conſueta; ita quod occaſione hujus donationis noſtræ nichil capitalibus Dominis prædictis, in Wardis, releviis, aut rebus aliis, ad eos pertinentibus, depereat imperpetuum.

Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus Henr. & hæredes ſui, de corpore ſuo legitime procreati, prædictum manerium de Gringeley, quod fuit prædicti inimici & rebellis noſtri, habeant & teneant de prædictis filio noſtro & hæredibus ſuis, capitalibus Dominis feodi illius, ſeu nobis, vel aliis imperpetuum.

Et, ſi idem Henr. ſine hujuſmodi hæredibus obierit, tunc idem manerium cum pertinentiis prædicto filio noſtro & hæredibus ſuis imperpetuum remanebit, tenendum de capitalibus Dominis feodi illius, ſeu nobis, vel aliis imperpetuum (dum tamen manerium illud non fuerit de Dominico Coronæ noſtræ) faciendo inde ſervitia debita & conſueta, ſicut prædictum eſt.

A.D. 1265. *Hen.* 3.

Et volumus & præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod nullus, ratione juris quod ſibi per prædictum Willielmum hæreditariè competere poſſit, actionem vel clamium ullis temporibus habeat de cætero in manerio prædicto; ſet ab omni jure, actione & clamio, penitùs excludatur imperpetuum.

Et nos & hæredes noſtri hanc noſtram donationem defendere & conſervare tenemur, ſicut nos & anteceſſores noſtri alias donationes noſtras & feoffamenta noſtra conſervare & defendere conſuevimus, & ſicut ea conſervare & defendere tenemur.

Hiis Teſtibus,

Venerabili Patre W. Bathon. & Wellen. Epiſcopo,
Hugone le Bigod,
Philippo Baſſet,
Rogero de Mortuo Mari,
Rogero de Cliſſorde,
Rogero de Leyburn.
Roberto Walerand.
Willielmo Belet,
Petro de Chaumpnent, & aliis.

Dat. per manum noſtram apud Cantuar. viceſimo nono die Octobr. anno Regni noſtri quinquageſimo.

Pro Ricardo Rege Alemanniæ.

A.D. 1265. *An.* 50. *H.* 3.
Pat. 50. *H.* 3. *n.* 132.

REX Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus liberè tenentibus de Richardo Rege Alemanniæ, ſalutem.

Cum præfatus Rex, frater noſter kariſſimus, in conflictu, habito apud Lewis, captus extiterit & incarceratus, per unum annum & amplius detentus, per quod terræ, tenementa & catalla ipſius fratris noſtri occupata, alienata & diſtracta erant medio tempore prædicto:

Ac idem frater noſter, occaſione prædicta, & rationibus diverſis, quas ſubticemus, ad præſens ære alieno ſit oneratus, propter quod eidem fratri noſtro quamplurimum compatimur:

A.D. 1265.

Univerſitatem veſtram duximus attentius rogandam quatenus, ad relevationem bonorum, catallorum & debitorum prædictorum, tale auxilium concedere velitis dicto fratri noſtro, Domino veſtro, cum ab eo ſuper hoc fueritis requiſiti, quod proinde temporibus futuris vobis ſe favorabiliorem merito teneatur exhibere, ac nobis grates reportare debeatis ſpeciales.

Teſte Rege apud Cant. 29 die Oct.

De

De protectione pro Eccleſia de Heveringlard.

A.D. 1265. An. 50. H. 3. Ex Autogr.

Clemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Priori Eccleſiæ de Heveringlard, ejuſque fratribus tàm præſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis, in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, nè forte cujuſlibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis enervet.

Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam de Heveringlard Norwicen. Dioc. Abbatem proprium non habentem, ſet per Priorem ſolitam gubernari, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus;

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundum Deum & beati Auguſtini regulam in eadem Eccleſiâ inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Prætereà quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia impræſentiarum juſtè ac canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis & paſcuis in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis.

Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præſumat.

Liceat quoque vobis clericos vel laicos, liberos & abſolutos, è ſeculo fugientes, ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliquâ retinere.

Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in Eccleſiâ veſtrâ profeſſionem, fas ſit, ſine prioris ſui licentiâ, eodem loco, niſi artioris religionis obtentu, diſcedere; diſcedentem verò, abſque communium litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere.

Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſsâ voce divina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto.

Criſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſ— baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem catholicus fuerit, & gratiam & communionem ſacroſanctæ Romanæ ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliquâ exhibere.

Prohibemus inſuper, ut infra fines Parochiæ veſtræ, ſi eam habetis, nullus ſine aſſenſu Dioceſani Epiſcopi & veſtro, Capellam ſeu Oratorium de novo conſtruere audeat; ſalvis privilegiis pontificum Romanorum.

Ad hæc novas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis ſeu Decanis, & aliis omnibus eccleſiaſticis ſecularibuſve perſonis a vobis omnino fieri prohibemus.

Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi excommunicati, vel fortè interdicti ſint, aut etiam publicè Uſurarii, nullus obſiſtat; Salva tamen juſtitiâ illarum eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Decimas præterea & poſſeſſiones, ad jus eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ a laicis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad eccleſias, ad quas pertinent, revocandi libera ſit vobis de noſtrâ auctoritate facultas.

Obeunte verò te, nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet Succeſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutiâ, ſeu violentiâ præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum major pars conſilii ſanioris ſecundum Deum & beati Auguſtini regulam providerint eligendum.

Paci quoque & tranquilitati veſtræ paternâ impoſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, infra clauſuras locorum ſeu Grangiarum veſtrarum, nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere

A.D. 1265. Hen. 3. pere vel interficere, ſeu violentias audeat exercere.

Præterea omnes libertates & immunitates, a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, Eccleſiæ veſtræ conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum, à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſet omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalvâ ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & Dioceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ.

Siqua igitur in futurum, eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat; & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni:

Cunctis autem, eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

S. Petrus S. Paulus, Locus Monogrammatis. Clemens Papa 4.

Oculi mei ſemper ad——num.

Ego Clemens, Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Odo, Tuſculan. Epiſcopus,
Ego Stephanus, Preneſtinus Epiſcopus,
Ego Frater Johannes, Port. & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus,
Ego Radulphus, Albanen. Epiſcopus,
Ego Henricus, Oſtien. & Velletren. Epiſcopus.

Ego Ancherus, Tituli Sanctæ Praxedis Presbiter Cardinalis,
Ego Guillielmus, Tituli Sancti Marci Presbiter Cardinalis,
Ego Frater Anibaldus, Baſilicæ Chriſti Apoſtolorum Presbiter Cardinalis.

Ego Ottamanus, Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis,
Ego Johannes, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis.
Ego Jacobus, Sanctæ Mariæ in Coſmydin Diaconus Cardinalis,
Ego Gottifridus, Sancti Gregorii ad velum Aureum Diaconus Cardinalis.
Ego Ubertus, Sancti Euſtachii Diaconus Cardinalis.

Dat. Peruſii, per Manum Magiſtri Michaelis de Tholoſa, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii, 2 Non. Novembris. Indictione Nona. Incarnationis anno 1265. Pontificatûs vero Domini Clementis Papæ 4 anno primo.

Sub Filis Sericis flavi rubeique coloris.

De Treuga cum Wallia.

A.D. 1265. *An.* 50. *H.* 3. *Pat.* 50. *H.* 3. *n.* 119.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod dedimus poteſtatem dilecto & fideli noſtro Jacobo de Aldithel treugas capiendi, nomine noſtro, cum Lewelino filio Griffini & Complicibus ſuis, uſque ad Carniprivium proximo futurum; ratum habituri & firmum quicquid idem Jacobus, nomine noſtro, in præmiſſis duxerit faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 28 die Novembris.

De conductu Nunciorum Lewelini.

A.D. 1265. *An.* 50. *H.* 3. *Pat.* 50. *H.* 3. *n.* 103.

REX, ad inſtantiam venerabilis patris O. Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, apoſtolicæ ſedis Legati, ſuſcepit in ſalvum & ſecurum conductum ſuum Nuncios Lewelini filii Griffini, quos idem Lewelinus ad ipſum Legatum miſſurus eſt, cum ipſo ſuper ſuis negotiis tractaturos;

Ita quod iidem Nuncii ſimul veniant

A.D. 1265. Hen. 3. & ab invicem non recedant, videlicet, cum 10 equitaturis, & 10 peditibus tantum.

In cujus, &c. duraturas uſque ad Feſtum Purificationis beatæ Mariæ proximo futurum. A.D. 1265. Hen. 3.

Teſte Rege apud Windeſ. 14 die Decembris.

De Pardonatione pro Roberto Paignell.

A.D. 1266. An. 50. H. 3. Pat. 50. H. 3. m. 72. REX omnibus, &c.

Sciatis quod, ad inſtantiam dilecti & fidelis noſtri Galfridi Cantelin, pardonavimus Roberto Paignell omnem indignationem & animi rancorem, quos erga ipſum conceperamus, occaſione turbationis in Regno noſtro habitæ, & ipſum inde quietum eſſe clamamus imperpetuum:

Volentes & concedentes pro nobis & hæredibus noſtris quod prædictus Robertus, vel hæredes ſui, occaſione prædicta, in aliquo non graventur, occaſionentur vel moleſtentur, dum tamen prædictus Robertus, & hæredes ſui de cætero fideliter ſe habeant erga nos & hæredes noſtros. A.D. 1266.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 12 die Februarii, anno Regni noſtri 50.

Pro Comite Britanniæ de Comitatu Richmundiæ.

A.D. 1266. An. 50. H. 3. Pat. 50. H. 3. n. 46. REX dilecto & fideli ſuo, Gwichardo de Charron, ſalutem.

Cum quaſdam terras, tenementa & Maneria noſtra dederimus & conceſſerimus dilecto & fideli noſtro, Petro Comiti de Sabaudia, Domino veſtro, in eſcambium Comitatus & honoris Richemondiæ (de quibus quidem terris, tenementis & Maneriis iidem Comes & amici ſui eſſe debent merito contenti) ac nos Comitatum & honorem prædictum, cum pertinentiis, dilecto & fideli noſtro, Johanni Duci Britanniæ reddidimus, per quod Radulphum de Mortein Militem ipſius Ducis ad vos tranſmittimus, pro Comitatu & honore prædictis, nomine Domini ſui prædicti, à vobis recipiendis;

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quatenus prædictos Comitatum & honorem, cum omnibus pertinentiis ſuis, præfato Militi liberetis in formâ prædicta; & hoc, ſicut vos & honorem veſtrum, necnon & omnia bona veſtra, quæ in Regno tenetis, diligitis, & ſicut indignationem noſtram vitare volueritis, nullo modo omittatis: Scituri quod, niſi feceritis, periculum exhæredationis terræ veſtræ Chavens vobis ex hoc poterit imminere; A.D. 1266.

Nos enim erga Dominum veſtrum Comitem Sabaudiæ prædictum, & quoſcumque alios vos inde conſervabimus indempnes.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes.

Teſte meipſo apud Northampton, 6 die Maii.

Et mandatum eſt Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis, tenentibus de Caſtro, Comitatu & honore prædictis, quod eidem tanquam Domino ſuo ſint intendentes, &c.

De Servitio Baronum Borealium.

A.D. 1266. An. 50. H. 3. Pat. 50. H. 3. n. 38. REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod venerabilis Pater, R. Dunolmenſis Epiſcopus, & dilecti & fideles noſtri, Peter de Brus, Radulphus filius Ranulphi, Willielmus Baro de Graiſtok, & Nicholaus de Bolteby, per præceptum Edwardi primogeniti noſtri fecerunt ſervitium, quod nobis debent, cum dilectis & fidelibus noſtris Henrico de Alemannia, Johanne de Balliolo, & cæteris fidelibus noſtris, ſecum in partibus borealibus exiſtentibus, à die Veneris, proxima poſt feſtum Sancti Georgii, anno Regni noſtri 50, uſque ad diem Lunæ in Craſtino Sanctæ Trinitatis proximo ſequentis; videlicet, per quadraginta dies, utraque die computata: De quo quidem ſervitio ipſos quietos quietamus. A.D. 1266.

In cujus, &c.

Teſte Regeapud Northamton. 23 die Maii.

Littera

Littera Regi Franciæ de Treuga cum Rege Navarræ ineunda.

A.D. 1266. *An.* 50. *H.* 3. *Pat.* 50. *H.* 3. *m.* 7. *d.*

DOmino Regi Franciæ, Rex Angliæ ſalutem.

Super eo, quod nobis & Edwardo primogenito noſtro mandâſtis per fratres Radulphum & Amaneum, ordinis Sanctæ Trinitatis, portantes a vobis litteras de Credentia, nos & filium noſtrum prædictum ex una parte, ac Dominum Regem Navarræ ex altera tangente;

Serenitati veſtræ ſignificamus quod, quia de vobis ſpecialiter confidimus, nec attendentes quod vos aliquatenus vos velletis intromittere, niſi in forma & modo quos nobis & dicto filio noſtro competentes videritis & honorificos,

Ad veſtrum beneplacitum conſentimus, & nobis placet quod uſque ad tres annos poſt Paſcham, proximo futuram, ſicut per Nuncios veſtros ſupradictos rogâſtis, ineatur treuga inter nos & dictum filium noſtrum, ac Regem Navarræ memoratum; ſicut inter vos & gentes noſtras Waſconiæ, qui circa negotium illud pro nobis in partibus illis laborârunt, & etiam dictum Regem Navarræ, ſeu aliquos de concilio ſuo, quos ad hoc ad vos deſtinare voluerit, poterit convenire.

Hoc autem idem mandavimus Seneſcallis & aliis fidelibus noſtris Waſconiæ, quod ad diem & locum, quos eis duxeritis mandandos, veniant ipſorum aliqui, quos ad hoc magis noverint idoneos, ad dictam treugam ineundam & firmandam; & quod treuga hujuſmodi in veſtra præſentia, ſeu in Waſconia, ſi ibidem malueritis deſtinare ad hoc habentes Nuncios poteſtatem, per conſenſum mutuum approbetur, veſtræ relinquimus optioni.

A.D. 1266.

De eo etiam quod nos rogâſtis per Nuncios veſtros prædictos, quod prædicto Regi Navarræ conductum ſalvum concedamus, per terram Waſconiæ, ad vos veniendi, veſtræ dominationi intimamus quod, licet idem Rex Navarræ aliàs, cum per conductum noſtrum per terram Waſconiæ tranſiſſet, in noſtri dampnum & præjudicium, cum aliquibus hominibus noſtris ligiis confœderationes contra nos fecerat & conſpirationes diverſas;

Liberum tamen eidem concedimus tranſitum & conductum ad vos per terram prædictam veniendi, cum familia ſua moderata, ſine armis; ſi vos per litteras veſtras patentes hoc Seneſcallo Waſconiæ duxeritis mandandum, quia in omnibus, quæ poterimus, veſtris beneplacitis favere volumus & mandatis.

Ad hoc Scientes quod in formam prædictæ treugæ conſentiebamus animoſius, quia formam eandem iidem Nuncii aſſerebant à veſtra procedere voluntate.

Teſte Rege apud Kenilwurth. 20 die Auguſti.

Pro

Pro Comite Lovanniæ.

A.D. 1266. An. 50. H. 3. Pat. 50. H. 3. n. 13.

REX Venerabili Patri O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato, ſalutem.

Cum Dominus Papa nobis conceſſerit decimam beneficiorum eccleſiaſticorum de Regno noſtro, prout nôſtis, & teneamur dilecto & fideli noſtro Frederico de Friſco, Comiti Lovanniæ, in nongentis marcis; videlicet, quadringentis marcis pro arrerag. annui feodi ſui centum marcarum, quod percipere conſuevit ad ſcaccarium noſtrum; & quingentis marcis pro expenſis ſuis, quas fecit in ſervitio noſtro in obſidione Caſtri Kenillewurth, ad mandatum noſtrum;

A.D. 1266.

Paternitatem veſtram requirimus & rogamus quatinus præſato Frederico, de primis denariis, quos de Decima prædicta levari contigerit, habere faciatis nongentas marcas, in recompenſationem nongentarum marcarum prædictarum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Kenillewurth. 3 die Septembris.

De Curtina Regis liberata.

A.D. 1266. An. 50. H. 3 Pat. 50. H. 3. n. 27.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod frater Alanus de Calweton, Monachus de Ceſtria, liberavit Magiſtro Roberto, Cuſtodi papilionum noſtrorum, Curtinam noſtram apud Kenilwyrth die Dominica proxima ante feſtum beatæ Margaretæ Virginis.

A.D. 1266.

Anno Regni noſtri 50.

Bulla, de Excommunicando omnes arma gerentes, ſeu guerrentes ex parte Simonis de Monteſorti, ſeu alterius cujuſcumque, contra Regem Angliæ.

A.D. 1266. An. 50. H. 3. L. A. fol. 99. Penes Camerar. Scaccar. L. A. f. 99. a.

CLemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto Filio S. TT. Sanctæ Ceciliæ Presbitero Card. Apoſtolicæ Sedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Olim, dum eſſemus in minori officio conſtituti, & in Regno Angliæ legationis officio fungeremur, in quendam Symonem de Monteforti Com. Leyceſtriæ, ac nonnullos alios Comites, & Barones Regni ejuſdem, ac omnes turbatores ipſius Regni, & ſe cariſſimo in Chriſto Filio noſtro illuſtri Regi Angliæ opponentes, ac alios etiam, qui talibus in pecunia, equis, vel armis, aut alias præſtarent conſilium, auxilium vel favorem, excommunicationis ſententiam duximus proferendam,

Quia vero Regni ejuſdem ſtatum pacificum & quietum plenis deſideriis affectamus, ad quod efficaciter expedire credimus ſententiam ipſam frequentius publicari, nos, hujuſmodi ſententiam inviolabiliter obſervari volentes, in omnes illos, qui ſecus egerint, quive contra præfatum Regem arma ſuſceperint, aut Regnum prædictum contra Regem ipſum, cum armis, vel ſine armis, intraverint, vel alias turbaverint, aut turbantibus præſtiterint auxilium vel favorem publicum vel occultum, cujuſcumque ſint præeminentiæ, dignitatis, aut ſtatûs de novo ſimilem excommunicationis ſententiam promulgamus, à qua eos, ſine ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ, niſi forſan in mortis articulo, prohibemus abſolvi; in quo, ſi fuerint abſoluti, & ipſos contigerit ſanitati reſtitui, niſi ſatisfecerint infra menſem, eâdem ſententiâ ligari volumus eo ipſo;

A.D. 1266.

Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandavimus, quatinus hujuſmodi Excommunicationis ſententias in ſolempnibus Parlamentis, quibus Pariſius & alibi te intereſſe contigerit, per te ipſum ſollempniter publices, & per alios in omnibus locis, in quibus expedire videris, & præcipue in locis Maritimis, ſeu mari vicinis, facias publicari:

Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſ-

A.D. 1266. Hen. 3.

cendo: Non obſtante ſi eſt aliquibus ab Apoſtolica Sede indultum quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, quæ de indulto hujuſmodi plenam & expreſſam non fecerint mentionem; ſive quibuſcunque aliis indulgentiis & privilegiis Apoſtolicis, quæ nullis in hac parte ſuffragari

A.D. 1266. Hen. 3.

volumus, & de quibus oporteat in noſtris litteris plenam & expreſſam mentionem fieri; & per quæ præſentium effectus impediri valeat vel deferri.

Dat. Viterbii, 17 Kal. Octobr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Pro Duce Brunneſwik.

A.D. 1266. An. 51. H. 3. Pat. 51. H. 3. n. 112.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum illuſtris vir Albertus Dux Bruneſwyk, Conſanguineus noſter dilectus, Alaiſiam de Monte Ferrato, neptem A. Conſortis noſtræ, de Conſilio noſtro duxit in uxorem,

Nos, volentes ipſum ob hoc venerabilibus reſpicere donativis, ut tenemur, volumus quod idem Dux in Feſto Paſchæ proximo venturo, & poſtmodum in Feſto Sancti Michaelis, & ſic de anno in annum, & de termino in terminum, recipiat de nobis, per manus quorumcumque, quos ad hoc duxerit aſſignandos, unam pecuniæ portionem, ſecundum quod ſtatus noſter, & Regni noſtri requiret;

A.D. 1266.

Ita tamen quod, quando ſtatus noſter erit melioratus, nos ei melius & copioſius; &, ſi, quod abſit, debilior fuerit, minus eidem faciemus.

Et hoc per tantum temporis ſpatium facere bona fide promittimus, quod ipſe Dux à nobis, & noſtris ſe tenere debeat pro pacato.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Kenilwurth. 4 die Novembr.

Pro Duce Bruneſwik.

A.D. 1266. An. 51. H. 3. Clauſ. 51. H. 3. m. 12.

Willielmo filio Ricardi, & Sociis ſuis Collectoribus Finis London. ſalutem.

Cum illuſtris vir A. Dux Bruneſwyk, conſanguineus noſter Aleſiam neptem A. Reginæ Conſortis noſtræ duxerit in uxorem, per quod Dux, in veniendo ad nos, & ibidem morando, multas fecit expenſas occaſione prædictâ, & in pluribus debitis quibuſdam Creditoribus, in Civitate prædicta, & alibi, jam tenetur;

Nos, ipſum Ducem honorabiliter reſpicere volentes, vobis mandamus quod de Fine prædicto habere faciatis eidem Duci, vel Procuratoribus ſuis, quos ad hoc duxerit deputandos, mille Marcas ad expenſas ſuas inde acquietandas, & ad ſatis faciendum Creditoribus ſuis prædictis; ita quod præfatus Dux promptitudine veſtrâ reputet ſe contentum:

A.D. 1266.

Et hoc, ſicut honorem noſtrum diligitis, & indignationem noſtram vitare volueritis, nullo modo omittatis.

Teſte Rege apud Kenilwurth. 7 die Novembr.

Littera Regis, Ludovico Regi Franciæ, de Treuga cum Rege Navarræ capienda & juranda.

A.D. 1266. An. 51. H. 3. Pat. 51. H. 3. n. 109.

A Noble Prince Seignur, & a ſun coſin treſcher, Sire Lowys, par la grace Deu, Roy de Fraunce, Henri, par mame la grace, Roi d'Engleterre, Seigneur de Irelonde, & Duc d'Acquitayne, ſaluz, & vereyz amyſtez.

Sachez, cher Sire, ke nuz enveums nos feaus & leaus, Guilliame Boquer, & Johain de la Linde, Chivalers, a voſtre preſence,

A.D. 1266.

As queus nos donoms plein poer de prendre Trewe entre nus, e le Roi de Navarre; c'eſt a ſaver de la Paſche prochein avenir en trois anns, ſi cum vus nus mandaſtes par vos meſſages en lettre de creaunce, & nus vus reſpondunes par nos lettres overtes;

E, a cele Trewe a fermer, e lur donoms poer a jurer en noſtre alme ſur les

poinz

A.D. 1266.
Hen. 3.

poinz ke apendent a fermer l'avandite Trewe.

E ſor co averons ferme & eſtable co, que les avantdiz Guillame & Johan, en la avantdite Boſoigne, ſeront en noſtre nun.

En teſmoine de co avoms mis noſtre ſeel à ceſt eſcrit.

Done a Kenilwurth. le Dime Jor de Novembre.

De Treuga cum prædicto Rege.

A.D. 1266.
An. 51. *H.* 3.
Ibidem.

A Noble Prince Seignur, & a ſun coſin treſchere, Sire Lowys, par la grace Deu, Roi de France, Henri par mame le grace, Roi d'Engleterre, Seigneur de Irlaunde, & Duc d'Acquitaine ſaluz & verreyz amiſtez.

Sachez, cher Sire, que nus enveuns nos feaus & leaus, Wiliam Bonquer, & Johan de la Linde, a voſtre preſence,

As queus nus avums done plein poer de prendre Truve entre nus, & le Roi de Navarre, e a cele Trewe a fermer, c'eſt a ſavoir de la Paſche prochein avenir en Trois annz,

E nus averoms ferme, e eſtable co quil frunt en ces choſes, e ſur co avums done poer a meymes ces de jurer en noſtre alme, ke nus tendrums quant ke il feront en les choſes avantdites.

E en teſmoigne de co avoms mis noſtre ſeel en ceſt eſcrit.

Done a Kenilwurth, le diſme jor de Novembre.

De Treuga eadem.

A.D. 1266.
An. 51. *H.* 3.
Ibidem.

A Tuz ceus, qui ceſte lettre verront ou orront, Henri, par la grace Deu, Roi d'Engleterre, Seigneur de Irelaunde & Duc d'Acquitayne, Saluz en Deu.

Sachez ke nus feſoms & ordenoms nos feaus & nos leaus, Guillame Bonquer, & Johan de la Linde, Chevalers, nos Meſſages & Procurors, a prendre, & a fermer la Trewe entre nus, & le Roi de Navarre.

E lur donom poer a jurer, en noſtre alme, ſur les poynz, quæ apendent a fermer la avantdite Trewe.

E en ſor co averoms ferme & eſtable co que les avantdiz Guillame & Johan, en la avantdite boſoigne, frount en noſtre nun.

En teſmoigne de ceſte choſe nus lur avoms fet ceſte noſtre lettre patente.

Done a Kenilwurth, le diſme jor de Novembre.

Adhuc de Treuga jam dicta.

A.D. 1266.
An. 51. *H.* 3.
Ibidem.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quòd damus poteſtatem Willielmo Bonquer & Johanni de la Linde Militibus, capiendi, ineundi & firmandi, pro nobis, & noſtris, cum Rege Navarræ illuſtri, Treugam uſque ad tres annos poſt Paſcham proximo futuram:

Jurandi etiam, in animam noſtram, quod dictam Treugam bona fide tenebimus, & obſervabimus, & à noſtris faciemus obſervari:

Ratum habituri & firmum quicquid prædicti Willielmus & Johannes, ſuper præmiſſis, nomine noſtro, duxerint faciendum.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud Kenilworth, 10 die Novembris.

Pro Burgenſibus & Mercatoribus Ducis Bruneſwich de Lubek.

A.D. 1267.
An. 51. *H.* 3.
Pat. 51. *H.* 3.
m. 31.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis nos, ad inſtantiam Nobilis viri A. Ducis Brunzik, dilecti noſtri, conceſſiſſe Burgenſibus & Mercatoribus ſuis, de Lubek, libertates ſubſcriptas, viz.

1. Quod ipſi, vel eorum bona quocumque locorum, in poteſtate noſtra, non

A D. 1267.
Hen. 3.

non areſtentur pro aliquo debito (de quo fidejuſſores, ſive principales Debitores non extiterint) niſi forte ipſi Debitores de eorum ſint communia & poteſtate, habentes unde de debitis ſuis in toto, vel in parte ſatisfacere poſſint; & ipſi Burgenſes de Lubek (per quos ipſa Villa regitur) illis, qui de terra & poteſtate noſtra extiterint, in juſtitia defuerint, & de hoc rationabiliter conſtare poſſit.

2. Et quod iidem Mercatores & Burgenſes, pro tranſgreſſione ſeu forisfactura ſervientum ſuorum, catalla & bona ſua in manibus ipſorum inventa, aut alicubi locorum per ipſos ſervientes depoſita, quatenus ea ſua eſſe ſufficienter probare poterunt, non amittant.

3. Conceſſimus etiam Burgenſibus & Mercatoribus prædictis, quod de Mercandiſis ſuis, in terram & poteſtatem noſtram venientibus, nullam priſam fieri faciemus ad opus noſtrum, niſi ipſis, vel eorum ſervientibus ſtatim inde rationabiliter ſatisfecerimus; ſalvis tamen inde nobis debitis, & antiquis priſis noſtris.

A.D. 1267.
Hen. 3.

4. Conceſſimus inſuper, quantum ad nos pertinet, Burgenſibus & Mercatoribus prædictis, quod ipſi habeant Hanſam ſuam, reddendo inde quinque ſolidos, eodem modo quo Burgenſes & Mercatores Colon. Hanſam ſuam habent, & eam temporibus retroactis habere & reddere conſueverunt; ita tamen quod ipſi Burgenſes & Mercatores faciant nobis & hæredibus noſtris conſuetudines inde debitas & conſuetas.

In cujus, &c. Duraturas quamdiu prædicti Burgenſes & Mercatores fuerint ſub Dominio & protectione Ducis ſupradicti.

Teſte Rege apud Weſtm. 5 die Januarii.

De Poteſtate data Roberto Waleraund capiendi Treugas cum Lewelino filio Griffini.

A.D. 1267.
An. 51. *H.* 3.
Pat. 51. *H.* 3. *n.* 82.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis nos dilecto & fideli noſtro Roberto Walerand dediſſe poteſtatem ineundi, capiendi, & firmandi Treugas inter nos, & Edwardum filium noſtrum, & homines noſtros ex parte una; & Lewelinum filium Griffini, & complices, & fautores ſuos ex altera, prout idem Robertus magis viderit expedire; videlicet, à Feſto Paſchæ, anno Regni noſtri quinquageſimo primo, uſque in tres annos proximo ſequentes completos;

Ratum habituri & firmum quicquid idem Robertus in hac parte nomine noſtro duxerit faciendum.

A.D. 1267.

Poteſtatem etiam damus eidem Roberto jurandi in animam noſtram ſuper hiis obſervandis, quæ per ipſum acta fuerint in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Sanctum Edmundum, 21 die Februarii.

Conſimiles litteras, & de verbo ad verbum, habet idem Robertus de Treuga capienda, & firmanda a prædicto feſto Paſchæ, uſque in duos annos proximo ſequentes completos.

De poteſtate data Edmundo, filio Regis, & Roberto Walerand, ad tractandum de pace cum Lewelino filio Griffini.

A.D. 1267.
An. 51. *H.* 3.
Ibidem.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis nos Edmundo, filio noſtro kariſſimo, & dilecto & fideli noſtro, Roberto Walerand, plenam dediſſe poteſtatem tractandi, nomine noſtro, de pace inter nos, & Edwardum primogenitum noſtrum, & homines noſtros ex una parte; & Lewelinum filium Griffini, & Complices ſuos ex altera, necnon & pacem illam firmandi, prout magis viderint expedire:

A.D. 1267.

Ratum habituri & firmum quicquid ipſi, nomine noſtro, in hac parte duxerint faciendum.

Poteſtatem etiam damus præfato Roberto jurandi in animam noſtram ſuper hiis obſervandis, quæ per prædictos Edmundum & Robertum acta fuerint in præmiſſis.

In cujus, &c.

A.D. 1267. Hen. 3.

Pro Abbate, Priore, & Conventu Weſtmonaſt. de Jocalibus impignoratis pro Regis neceſſitatibus.

A.D. 1267. Hen. 3.

A.D. 1267. An. 51. H. 3. Pat. 51. H. 3. n. 57.

REX Abbati, Priori, & Conventui Weſtm. London. ſalutem.

Cum nos aurum, lapides pretioſos, jocalia, & alia depoſita caſſa ſive feretro, in quo corpus beatiſſimi Edwardi diſpoſuimus collocari, & alia quædam pretioſa Monaſterii veſtri, pro inſtantibus noſtris & Regni noſtri neceſſitatibus, à vobis receperimus, quorum jam partem vendidimus, partem obligavimus, & alia etiam intendimus obligare pro eiſdem neceſſitatibus, pro quadam pecuniæ quantitate;

Nos, in hac parte, indempnitati veſtræ & Monaſterii veſtri omnino præcavere volentes, vobis promittimus bonâ fide quod prædicta jocalia, & omnia alia ſupradicta, vel extimationem eorum, infra annum, à Feſto Sancti Michaelis proximo computandum, vobis & Monaſterio veſtro reſtituemus, & reſtitui faciemus.

A.D. 1267.

Ad quod firmiter obſervandum nos, & hæredes noſtros, & omnia bona noſtra mobilia & inmobilia, ubicumque fuerint conſtituta, ſpecialiter obligamus:

Submittentes nos juriſdictioni ſummi Pontificis, qui pro tempore fuerit, & reverendi Patris Domini O. Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legati; quod ipſi, vel eorum alter, ad reſtitutionem & obſervationem prædictorum, ſupponendo capellam noſtram Eccleſiaſtico interdicto, & aliis modis, per cenſuram eccleſiaſticam, quibus viderint expedire, nos valeant cohercere.

In cujus rei teſtimonium præſentes litteras vobis concedimus, noſtri, & præfati Legati, ac Edwardi primogeniti noſtri ſigillorum munimine roboratas.

Teſte Rege apud Stratford, 28 die Maii.

De Compromiſſo per Regem & Comitem Glouceſtriæ & Northfolciæ in Papam.

A.D. 1267. An. 51. H. 3. Pat. 51. H. 3. n. 7. d.

NOverint univerſi quod, cum Dominus Henricus, Rex Angliæ illuſtris, à nobili viro G. de Clare, Comite Glouceſtriæ & Hertford, ſe reputaret offenſum, occaſione quorundam, quæ, poſt receſſum ipſius Comitis de Wallia, tàm in Civitate London. quàm extra in diverſis partibus Angliæ, tàm in terra, quàm in aquâ, facta fuiſſe dicuntur; &, propter hoc, orta eſſet diſſenſionis & diſcordiæ materia inter eos; tandem, cum inter ipſos de pace & concordia tractaretur, & Rex, inter alia, ſecuritatem à prædicto Comite peteret, quod ipſe Comes ei guerram de cætero non moveret; idem Comes dicto Regi ſecuritatem optulit in hunc modum, videlicet,

Quod, de guerra ipſi Regi per eundem Comitem de cætero non movenda, idem Comes per proprium juramentum, & patentes litteras, ſub Sigillo ſuo munitas, ac per fidejuſſores idoneos, ſub pœna decem millium Marcarum argenti, ſe dicto Regi ſpecialiter obligaret:

Et, ſi dicta ſecuritas ipſi Regi minus ſufficiens videretur, placebat eidem Comiti ſupponere ſe voluntati & ordinationi ſummi Pontificis; ut idem ſummus Pontifex conſideraret ſi dicta ſecuritas ſufficeret in hac parte; & ſi eam minus ſufficientem idem Dominus reputaret, ipſe, pro ſuæ voluntatis arbitrio, de ſecuritate hujuſmodi provideret:

A.D. 1267.

Et, quoniam præfato Regi dicta ſecuritas minus ſufficiens viſa fuit, idem Comes voluntati & ordinationi ſummi Pontificis ſe ſubmiſit; ut idem ſummus Pontifex ſuper ſecuritate, præfato Regi præſtandâ, de guerrâ ſibi per eundem Comitem de cætero non movendâ, provideat & ordinet à Feſto Sancti Martini uſque ad feſtum Purificationis, præſentibus partibus, vel abſentibus, vel unâ præſente, vel alterâ abſente, prout videbitur expedire; niſi dictæ partes communi voluntate interim à dicta ſubmiſſione duxerint recedendum; promittens quod, quicquid præfatus Dominus ſuper hoc ordinandum duxerit, ſeu etiam providendum, faceret & perpetuo fideliter obſervabit.

Et, ne contra ordinationem ſeu proviſionem, quam Dominus ſummus Pontifex pro hujuſmodi ſecuritate duxerit facien-

A.D. 1267.
Hen. 3.

faciendam, præfatus Comes aliquid faciat vel attemptet, ſe ad obſervandum ſuper hoc proviſioni & ordinationi ipſius Pontificis, per proprium juramentum, & patentes litteras, ipſius Comitis ſigillo munitas, & fidejuſſores idoneos, ſub pœna viginti millium Marcarum Sterlingorum, ſpecialiter obligavit.

Præfatus etiam Dominus Rex hujuſmodi ſubmiſſioni conſenſit, contentum ſe reputans, & acceptans expreſſe quicquid ſummus Pontifex ſuper ſecuritate prædicta duxerit ordinandum.

In cujus rei teſtimonium & perpetuam firmitatem, præfati Rex & Comes præſens ſcriptum fecerunt ſigillorum ſuorum munimine roborari.

Teſte meipſo apud Strafford, 16 die Junii, anno Regni noſtri 51.

De dicto Reginæ Franciæ inter Regem, Edwardum filium Regis; & Reginaldum de Pontibus & Margaretam uxorem ejus.

A.D. 1267.
An. 51. *H.* 3.
Pat. 51. *H.* 3. *n.* 40.

REX omnibus, &c.

Dictum ſeu ordinationem, prolatam & factam per excellentiſſimam Dominam, Dei gratia, illuſtrem Reginam Francorum, ſuper controverſia & cauſa, quæ inter nos & Edwardum primogenitum noſtrum, ex parte una, & Reginaldum de Pontibus & Margaretam uxorem ejus, filiam quondam Elyæ Rudelli, Domini de Brageriaco, ex alterâ, ſuper Caſtro de Brageriaco, & ejus pertinentiis, & aliis rebus, olim in Curia Sereniſſimi Principis Ludovici, Dei gratiâ, Franciæ Regis illuſtris vertebatur, in omnibus & per omnia, prout in litteris ejuſdem Dominæ Reginæ confectis, ac ſigillo ſuo ſignatis (quæ ſic incipiunt, NOVERINT univerſi, ad quos præſens ſcriptum; & ſic finiunt, ACTUM eſt hoc Pariſ. feria ſecunda poſt Dominicam, qua cantatur lætare Jeruſalem, anno Domini 1263.) plenius continetur:

A.D. 1267.

Emologantes & pro nobis & hæredibus noſtris & approbantes, poſſeſſionem dicti Caſtri & pertinentium ejuſdem, quam, dicta Reginâ volente & ordinante, dicti conjuges ſunt adepti, ratam habentes & gratam.

Omnem actionem, nobis competentem ex cauſa prædicta, iram & rancorem animi, ex quibuſcumque cauſis, uſque ad diem prolationis dicti ſeu ordinationis prædictæ, conceptos contra conjuges ſupradictos, eiſdem conjugibus pro nobis & hæredibus noſtris perpetuò remittimus, & etiam pardonamus; promittentes nos, & hæredes noſtros, contra dictum ſeu ordinationem prædictam, aliquo tempore non venturos; dum tamen à parte altera inviolabiliter obſervetur.

In cujus, &c.

Data London. 25 die Junii.

Bulla Clementis Papæ Ottobono Cardinali directa, de 60 millibus librarum Turonenſium conceſſis ad opus Reginæ Angliæ, colligendis de decima trienniali, Regi Angliæ conceſſa.

A.D. 1267.
An. 51. *H.* 3.
Ex Autogr.

CLemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ, Reginæ Angliæ illuſtris, fuit propoſitum coram nobis, quòd nos cariſſimo in Chriſto filio noſtro, Regi Angliæ illuſtri, decimam omnium proventuum eccleſiaſticorum Regni Angliæ, Iberniæ & Walliæ, per Triennium, duximus concedendam; &, de hujuſmodi decima, ſexaginta millia librarum Turonen. conceſſimus eidem Reginæ ad ſua debita perſolvenda.

A.D. 1267.

Ut igitur, ex hujuſmodi gratiâ, ejuſdem Reginæ neceſſitatibus, juxta noſtra deſideria ſatisfiat, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus hujuſmodi ſexaginta millia librarum, ſi forſitan non ſunt collecta, ex eâdem decimâ per aliquem, ſeu aliquos colligi, & ea creditoribus dictæ Reginæ facias exhiberi;

Non obſtante, ſi eſt aliquibus ab Apoſtolicâ ſede indultum quòd interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem, ſive quavis aliâ dictæ ſedis in-

A.D. 1267. Hen. 3. indulgentiâ, de quâ, cujuſque toto tenore, de verbo ad verbum oporteat in noſtris litteris plenam & expreſſam mentionem fieri, & per quam effectus præſentium impediri valeat vel differri: Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo. A.D. 1267. Hen. 3.

Dat. Viterbii, Id. Julii, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Sub Filo canabi.

De pace componenda, & firmanda inter Regem, & Lewelinum filium Griffini.

A.D. 1267. An. 51. H. 3. Pat. 51. H. 3. m. 6. REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum multæ contentiones & diſcordiæ inter nos, & homines noſtros ex parte una; & Lewelinum filium Griffini, & ſuos ex altera, jamdiu habitæ fuerint, & etiam plures tranſgreſſiones hinc inde factæ dicuntur,

Nos, pacis ſemitas amplectentes, venerabili Patri O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato, componendi, & compoſitionem firmandi, prout ſibi videbitur expedire, pro nobis, & hæredibus, ac hominibus noſtris, cum præfato Lewelino, & ſuis ſuper omnibus præmiſſis, & omnia faciendi quæ circa præmiſſa fuerint oportuna, plenam tenore præſentium concedimus poteſtatem: A.D. 1267.

Ratum habituri & firmum quicquid præfatus Legatus ſuper præmiſſis, & præmiſſorum quolibet duxerit faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Salop. 21 die Septembris.

De pace prædicta in animam Regis juranda.

A.D. 1267. An. 51. H. 3. Ibidem. REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum nos venerabili Patri O. Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato, plenam dederimus poteſtatem componendi, & compoſitionem firmandi, prout ſibi videbitur expedire, pro nobis, & hæredibus, ac hominibus noſtris, cum Lewelino filio Griffini, & ſuis, ſuper omnibus contentionibus & diſcordiis, inter nos & noſtros ex parte una; & ipſum Lewelinum & ſuos ex altera, jamdiu habitis, & etiam univerſis tranſgreſſionibus hinc inde factis, ut dicta compoſitio poſſit melius firmari, damus dilectis & fidelibus noſtris Galfrido de Genevill & Roberto Walerand, tenore præſentium, poteſtatem jurandi in animam noſtram ſuper præmiſſis, prout dictus Legatus eis mandaverit, vel alius, quem idem Legatus ad hoc duxerit deputandum, & etiam recipiendi nomine noſtro à prædicto Lewelino & ſuis conſimile juramentum: A.D. 1267.

Ratum habituri & firmum quicquid prædictus Legatus, vel alius Deputatus ab eo, & præfati fideles noſtri, ſuper præmiſſis, & præmiſſorum quolibet duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Salop. 20 die Septembris.

De conductu Lewelini filii Griffini.

A.D. 1267. An. 51. H. 3. Ibidem, n. 18. REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum Lewelinum filium Griffini, in veniendo ad nos uſque Muntgomery, ad homagium ſuum & fidelitatem nobis faciendum, ibidem nobiſcum morando, & inde recedendo;

Et ideo vobis mandamus quod eidem Lewelino in veniendo ad nos uſque Muntgomery ad homagium ſuum & fidelitatem nobis faciendum, cum hominibus, rebus, equis, herneſiis, aut familiæ ſuæ, nobiſcum ibidem morando, & inde recedendo, non inferatis, vel inferri permittatis injuriam, moleſtiam, impedimentum, aut gravamen. A.D. 1267.

In cujus, &c. duraturum uſque ad diem Jovis, in feſto Sancti Michaelis proximo futuro, & per totam eandem diem;

A.D. 1267. Hen. 3.

Ita quod, factis homagio & fidelitate prædictis, liberum poſſe habeat veniendi in terram noſtram, & in eadem morandi, ad modum aliorum fidelium noſtrorum.

Teſte Rege apud Salop. 25 die Septembris.

De pace, inita inter Regem & Lewelinum filium Griffini, complenda.

A.D. 1267. An. 51. H. 3. Ibidem. n. 14.

REX dilectis & fidelibus ſuis, Rogero de Sumery, & Hugoni de Mortuo Mari, & Rogero de Hopton Vicecomiti Salop. & Stafford. ſalutem.

Quia volumus quod omnia, quæ in forma pacis, inter nos, & dilectum & fidelem noſtrum Lewelinum filium Griffini Principem Walliæ initæ, continentur, perficiantur & plene compleantur, juxta formam pacis prædictæ, aſſignavimus vos ad omnia, in forma pacis prædictæ contenta, perficienda & complenda, juxta formam pacis ejuſdem:

Et ideo vobis mandamus quod ad certos dies & loca, quos ad hoc provideritis, præmiſſa faciatis & compleatis in forma ſupradicta.

Mandavimus enim omnibus Ballivis & fidelibus noſtris, in partibus Marchiæ, inter Comitatum Ceſtriæ & terras Comitis Glouceſtriæ exiſtentibus, quod vobis ad præmiſſa facienda & complenda intendentes ſint & reſpondentes, prout eis ſcire faciatis ex parte noſtra; proviſo inſuper quod pax noſtra, in partibus prædictis, dicto Lewelino & ſuis conceſſa, firmiter & inviolabiliter obſervetur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Muntgomery, 29 die Septembris.

Conſimiles litteras habent Guido de Brian, & Willielmus de Abrewaret in partibus Sutbwalliæ, ſuper præmiſſis perficiendis & complendis, ſecundum formam pacis prædictæ, cum iſta adjunctione, proviſo quod pax noſtra, dicto Lewelino & ſuis conceſſa, in partibus prædictis, tàm videlicet infra terras Comitis Glouceſtriæ, quàm alibi, in eiſdem partibus, firmiter & inviolabiliter obſervetur.

Teſte ut ſupra.

Littera Ottoboni de pace facta inter H. Regem Angliæ, & L. Principem Walliæ.

A.D. 1267. An. 51. H. 3. L.B.f. 327.a. penes Camerar. Scaccar.

OTtobonus, miſeratione divinâ, ſancti Adriani Diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis legatus, ad perpetuam memoriam rei geſtæ.

Creator omnium Deus qui, in tantâ mundi varietate, tantâque repugnantia rerum, orbem in tanta concordia ſtabilivit, ut omnia ſuos terminos teneant, & certa lege ſubſiſtant, humanum genus (quod mundi repræſentat ymagine) ſuo ſecreto judicio guerrarum diſſidiis affligi permittit aliquando, & ipſum ſuo nutu pacis recreat unitate,

Ipſe quippe, Anglorum & Wallenſium populos, a longis retro temporibus in pœnam forſitan utrorumque, adinvicem diſſidentes, multis diſcordiis, multiſque bellis afflictos, oculo miſericordiæ ſuæ reſpiciens hiis diebus, volens, ut videtur, finem malis inponere, ad concordiam ſua pietate reduxit.

Ecce Dominus H. Rex Angliæ illuſtris, pro ſe, hæredibus, ac hominibus ſuis ex una parte; & nobilis vir Lewelinus filius Griffini pro ſe, ſucceſſoribus, & hominibus ſuis ex altera, ſuper omnibus contentionibus & diſcordiis, olim inter ſe habitis; ac tranſgreſſionibus & dampnis, quæ hinc inde facta dicuntur, ad hujuſmodi pacem & concordiam devenerunt:

In primis ſiquidem, quia de cæteris diſcordiis facile concordatur ubi concordia intervenit animorum, omnes rancores, offenſæ, injuriæ, tranſgreſſiones & dampna, per Lewelinum & ſuos illata Domino Regi & tenentibus partem ſuam, & illata Lewelino & ſuis ab hominibus Regis & tenentibus partem ejus, adin-

A.D. 1267. Hen. 3. adinvicem remittuntur ac etiam condonantur.

Verum, quoniam ſolidum & ſtabile permanet quod locatur ſuper juſtitiæ fundamentis, primò quæ juſtitiæ, deinde quæ ſunt liberalitatis & gratiæ in iſta concordia, & mixtim nichilominus utrinque alicubi declarentur, cum plerumque concordiam parere ſoleat: quin per gratiam ſic vigor juſtitiæ temperetur ut in hiis, quæ petuntur a partibus, juſta exhibeatur gratia, & fiat juſtitia gratioſa.

Reſtituent igitur Lewelinus & ſui Domino Regi, & ſuis, & tenentibus partem ſuam omnes poſſeſſiones, terras & jura, per ipſum occupata & ſuos, occaſione guerræ & diſcordiæ, ultimo habitæ inter Anglicos & Wallenſes; exceptis terris de Breconia & Wercrennon, quarum Lewelino & ſuis ſeiſina & poſſeſſio remanebit. De ipſis tamen & aliis, quas idem Lewelinus reſtituet, vel quæ remanebunt eidem, fiet hinc inde juſtitia ſecundum conſuetudines hactenus in marchia obſervatas.

Seiſina etiam & poſſeſſio terræ de Burget. remaneat Lewelino, cui Rex concedit & dat jus quod habet in ea, de ipſa tamen fiet juſtitia quibuſcumque jus in ea petentibus, in proprietate vel poſſeſſione, ſecundum conſuetudines prælibatas.

In terra vero de Maclenich liceat nobili viro Rogerio de Mortuo Mari caſtrum erigere vel ædificare, pro ſuo libito voluntatis; cujus caſtri, ſimul cum ipſa terra, eidem Lewelino, reſtitutio fiet, ſi dictam terram de Maclenich præfato Lewelino, jus in ea petenti, adjudicari contingat.

Dominus etiam Rex dimittit & concedit terras de Kede Wien & de Kery, cum pertin. ſuis, Lewelino prædicto; qui, ſi in aliis villis vel terris adjacentibus jus voluerit reclamare, ſecundum prædictas conſuetudines juſtitia ſibi fiet: & ſimiliter, ſecundum eaſdem conſuetudines, fiat juſtitia omnibus, jus reclamantibus in terris quæ remanebunt præfato Lewelino, & ſuis.

De caſtro vero & terra de Whicenton idem Lewelinus habebit & recipiet ſervitium quod Prædeceſſores ſui de ipſis hactenus habuerunt; guardia ejuſdem militi remanente cui Rex conceſſit eandem.

Idem nichilominus Lewelinus nobilem virum Robertum de Alto Monte, cum tota terra ſua de Ha Wordim, ſtatim ſine dilatione aliqua liberum reſtituet & dimittet; cui Roberto, uſque ad triginta annos, in ea caſtrum ædificare vel erigere non licebit.

A.D. 1267. Hen. 3. Per hanc autem ordinationem Griffinus filius Wenori Wen, ſi quam terram tenuit, dum eſſet cum Rege, antequam ad fidelitatem & partem veniret Lewelini, reſtituere minime teneatur; jus tamen in ea volentibus reclamare in proprietate ſeu poſſeſſione, fiet juſtitia ſecundum conſuetudines ſupradictas.

Cæterum Dominus Rex Angliæ, volens præfati Lewelini magnificare perſonam, & in eo cæteros honorare qui ſibi hæreditario jure ſuccedent, ex mera ſua liberalitate ac gratia, de voluntate etiam & aſſenſu Domini Edwardi Primogeniti ſui data, concedit præfato Lewelino & hæredibus ſuis Walliæ Principatum, ut idem Lewelinus & hæredes ſui Principes Walliæ vocentur.

Et habeant inſuper fidelitatem & homagia omnium Baronum Walliæ Wallienſium, ut dicti Barones a præfatis Principe & hæredibus in capite teneant terras ſuas; excepto homagio nobilis viri Maraduci filii Reſi, cujus homagium & dominium Rex ſibi & hæredibus ſuis retinet, cum tota terra ejuſdem, quam idem Princeps ſibi reſtituere, & a ſuis ſtatim reſtitui facere teneatur, de qua jus in ea reclamantibus poſtmodum fiet juſtitia, ſicut inter pares ſuos fieri conſuevit.

Quandocumque verò Domino Regi placuerit præfato Principi concedere homagium Maraduci prædicti, præfatus Princeps eidem Regi vel hæredibus ſuis quinque millia markarum dare & ſolvere teneatur.

De David autem, fratre Lewelini prædicti, eſt ſpecialiter ordinatum, quod dictus Lewelinus ſibi reſtituat totam terram, quam idem David habuit, antequam ab ipſo recederet, & in parte Domini Regis eſſet; quâ ſi David non fuerit contentus, fiet ſibi proviſionis augmentum, prout Griffinus filius Wenon Wen, & Griffinus filius Madoch, Hoellius filius Madoch, & O Wenus Bledhyn, & Tuderus filius Iduenech, bona fide dicent, ordinabunt vel etiam providebunt: Quibus ſi David noluerit eſſe contentus, quod voluerit petet, de quo, ſecundum leges & conſuetudines Walliæ, juſtitia ſibi fiet, uno vel duobus præſentibus, quos Domino Regi traſmittere placuerit ad videndum quæ & qualiter juſtitia ſibi fiet; quæ omnia dicto David exhiberi debent & fieri infra feſtum Nativitatis Dominicæ proximo futurum, obſtaculo cujuſlibet alterius dilationis ſeu difficultatis amoto.

Dat etiam & concedit dicto Principi & hæredibus ſuis Dominus Rex quatuor Cantredos de Perch Wlad, adeo plene a præfatis Lewelino & hæredibus habendos & poſſidendos, ſicut ipſe & prædeceſſores ſui ipſos unquam plenius habuerunt.

Pro quibus Principatu, terris, homagiis & conceſſionibus idem Princeps & ſucceſſores ſui fidelitatem, & homagium, ac ſervitium conſuetum & debitum Domino Regi & hæredibus ſuis, præſtare & facere tenebuntur, quod ipſe, vel anteceſſores ſui Regibus Angliæ conſueverunt & tenebantur facere & præſtare.

Præfatus autem Princeps, & ſui, ac ſucceſſores eorum non recipient in terris ſuis aliquem adverſarium, ſeu inimicum bannitum, vel fugitivum præfati Regis & hæredum ſuorum, nec eis contra Regem & hæredes ſuos præſtabunt conſilium, auxilium vel favorem.

Dominus etiam Rex, & hæredes ſui, inimicum, vel adverſarium Principis, vel hæredum ſuorum, non manutenebunt contra Principem vel juvabunt.

Omnes autem conventiones & pacta, habita inter præfatum Regem Angliæ, & Lewelinum prædictum, nec non litteræ & ſcripturæ ſuper eis confectæ, ſi quæ forſan exiſtant, vel poterunt inveniri, huic paci, & concordiæ, ſeu ordinationi in aliquo repugnantes, pro nullis, caſſis, irritis & vacuis penitus habeantur, pace iſta & concordia in ſuæ firmitatis robore permanente.

Ad hoc, pro omnibus conceſſionibus & largitionibus ſupradictis, & ut Princeps ipſe Domini Regis & Filiorum ſuorum gratiam plenius habeat, & bonam optineat voluntatem, viginti quinque millia marcar. Domino Regi & hæredibus ſuis pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis dare tenetur; de quibus ipſe Princeps mille marcas infra menſem; & quatuor millia marcar. uſque ad proximum feſtum nativitatis Dominicæ, pro quibus ſolvendis idem Lewelinus cavebit ydoneè; & deinde in eodem termino tria millia marcarum quolibet anno apud Ceſtriam in monaſterio Ceſtriæ, dicto Regi, vel Nuncio ſuo ipſius Regis litteras deferenti perſolvet, donec de tota ſumma fuerit plenarie ſatisfactum: de qualibet vero ſolutione littera de quietantia fiet per Regem, vel Nuncium ſupradictum, ad hoc ab ipſo Rege mandatum & poteſtatem habentem;

Quod ſi, in præfato feſto nativitatis Dominicæ, ſumma trium millium marcarum quolibet anno non fuerit perſoluta, ſi uſque ad feſtum purificationis beatæ Virginis proximum ſequens idem Lewelinus ſupradictam ſummam non ſolverit, centum marcas nomine pœnæ ſolvet; & deinde pro quolibet menſe, in quo in ſolutione prædictæ ſummæ defecerit, quinquaginta marcas nomine pœnæ; & nichilominus omnes expenſas, quas Rex propter hoc fecerit, & etiam intereſſe præſtabit.

Præmiſſa tractata, ordinata, & acceptata ſunt a præfatis Rege & primogenito ſuo, nec non Eynyanti filio Keyradanc. & David filio Eynyanti, habentibus poteſtatem & ſpeciale mandatum a præfato Lewelino firmandi pacem & compoſitionem cum Rege prædicto, hæredibus, & hominibus ſuis; & jurandi in animam prædicti Lewelini, & conſiliariorum ſuorum; nec non faciendi & complendi omnia quæ circa pacem prædictam ſunt oportuna.

Et, ad majorem compoſitionis ipſius firmitatem & robur, nobiles viri Robertus Walerand, & Johannes de la Lynde in animam ipſius Regis, de ſpeciali & expreſſo mandato ejuſdem; & præfatus Robertus in animam præfati Domini Edwardi, habens ab ipſo ſuper hoc ſpeciale mandatum; & prænominati Eynyanti & David in animam prædicti Lewelini & conſiliariorum ſuorum, tactis ſacroſanctis Evangeliis, præſentialiter juraverunt, quod præfati Rex & primogenitus ſuus, & Lewelinus & conſiliarii ſui, contra prædictam pacem nullo tempore venient; ſet eam in omnibus & ſingulis ſuis articulis firmiter & imperpetuum obſervabunt.

Act. Sallopiæ, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo, die dominica proxima ante feſtum ſancti Michaelis, Pontificatûs Domini Clementis Papæ quarti anno tertio.

Et, die Jovis, in feſto beati Michaelis ſequenti, præfatus Princeps in præſentia noſtra, & Domini Regis, filiorum, & conſiliariorum, & Baronum ſuorum, ſupradictam compoſitionem & pacem acceptans, & expreſſe ratificans in omnibus & ſingulis articulis ſuis, facto primo homagio Regi, & præſtito ſacramento fidelitatis, ſecundum formam ſuperius annotatam, idem Lewelinus pro ſe, & Succeſſoribus, & hæredibus ſuis, & Hoelus filius Madok, Grocion Goronum Seneſcallus ipſius Principis, & Tuderus filius Eadnenec, & ſupradicti Eynan, & David, conſiliarii dicti Principis juraverunt, tactis ſacroſanctis Evangeliis, ſe contra prædictam pacem & compoſitionem in aliquo non venturos; ſet eam in omnibus ſupradictis articulis ſe perpetuo ſervaturos.

Et, ad majoris roboris firmitatem, nos ſigilli noſtri & ſupradictorum Domini Regis, Domini Edwardi, primogeniti ſui, Lewelini Principis, Eynan, & David, ſigillorum munimine præſens ſcriptum fecimus roborari.

A.D. 1267. Hen. 3.

Dat. apud Montem Gomeri, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo, 3 Kal. Octobr. Pontificatûs Domini Clementis Papæ quarti anno tertio.

A.D. 1267. Hen. 3.

Pro filia Thomæ Comitis Sabaudiæ de quingentis marcis ad ſe maritandam.

A.D. 1268. An. 52. H. 3. Pat. 52. H. 3. n. 44.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod Magiſter Gifferus Camerarius venerabilis patris O. Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legati, per præceptum noſtrum recepit quingentas marcas ad opus dilectæ nobis filiæ Thomæ quondam Comitis Sabaudiæ, quas ſibi conceſſimus, ad ſe maritandam, de dono noſtro, de decima nobis in Regno noſtro conceſſa, videlicet,

A Cancellario Ciceſtriæ de decima Epiſcopatûs Ciceſtr. centum & quadraginta marcas,

A Decano Ciceſtriæ, & Roberto de Purle Canonico Ciceſtriæ ducentas & unam marcam, de decima Epiſcopatûs prædicti,

A Priore de Bermondeſeia quadraginta & quinque marcas, de decima Prioratûs ſui,

A Priore ſanctæ Katerinæ Lincoln. centum marcas de decima Epiſcopatûs Lincoln.

Et de Abbate de Waltham quatuordecim marcas, de decima Abbatiæ ſuæ;

De quibus quidem quingentis marcis prædictos Cancellarium, Decanum, Robertum, Priorem, Priorem & Abbatem penitus quietamus; & eas in prædictis decimis volumus & faciemus allocari.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Maii.

A.D. 1268.

De protectione Regis Alemaniæ.

A.D. 1268. An. 52. H. 3. Pat. 52. H. 3. n. 33.

REX Alemaniæ, & omnes illi de familiâ ſuâ qui cum eo ſunt profecturi ad partes Alemanniæ, habent litteras Regis de protectione, duraturas uſque ad Paſcham proximo futuram, & extunc uſque in unum annum ſequentem completum, cum iſta additione, volumus etiam quod interim ſint quieti de omnibus placitis & querelis, exceptis placitis de *Unde nichil* habet, aſſiſam novæ diſſeiſinæ, & ultimæ præſentationis, & exceptis loquelis, &c. quas coram juſticiariis noſtris itinerantibus, in ſuis itineribus, ſummoneri contigerit.

A.D. 1268.

De Comitatu Richmundiæ reddito Johanni Duci Britanniæ.

A.D. 1268. An. 52. H. 3. Pat. 52. H. 3. n. 27.

HEnri, par la grace Deu, Roy D'engleterre, Signur de Irlande & Duc de Acquitaine, a Edward ſun fiz eynez ſaluz.

Sachez ke nus avoms rendu a noſtre cher, e noſtre feel Johan. le Duc de Bretaigne, fiz Perrez jadis Duc de Bretaigne, la Cunte de Richemund, ove totes les apurtenaunces par ſoun homage, e par ſoun ſerviſe, la quel Cunte, ove les queles apurtenaunces, les Aunceſtres meimes celui Duc autrefitz tindrent,

A AVER E A TENIR a meimes celui Duc, e a ſes heirs, de nus, e de nos heyrs, cume lur dreit, e lur heritage, enſi, e en meimes la manere, e od meimes les franchiſes, ke les Aunceſtres al dit Duc le tindrent, quant ele vint primerement a noz meyns, feſaunt a nus, e noz heires les ſerviſes, ke ſes Aunceſtres meimes cel Duc en ſoleient, & en deveient fere a nus, e a nos Aunceſtres.

E quituns meimes cel Duc, e ſes Aunceſtres de tuz forfeitz par defaute de ſerviſe, & de tuz arrerages, e de tutes autres choſes, ke de meimes cel Duc, ou de ſes Aunceſtres, par acheſon de lui, peuſouns demaunder deske a jur ke ceſtres lettres furent fetes.

A.D. 1268.

A.D. 1268. Hen. 3. E nus, e noz heires ſumuz tenuz a garaunter a l'avantdit Duc, e a ſes heyres, l'avantdite Cunte, ove les appurtenances, encontre tote gent, ke ren ne puſſent demander par noſtre fet, pus cel tens ke l'avantdit Cunte vint en noſtre meine par la ſeiſine la avauntdit Perres jadis Duc de Bretaigne.

E, pur co ke Aleyn de Acerat, Chevaler, & Procuratour le avauntdit Duc, ke plein poer aveit par les lettres patentes de meimes cel Duc, en noſtre preſence, ad rendu a noſtre chier Johan de Bretaigne, fiz einez le avantdit Duc, la avantdite Cunte, ove tote ſes appurtenances, dunt nus avoms ſun homage receu, nus mandoms ke al avandit Johan la avauntdite Counte, ove ſes apurtenaunſez rendez a tenir de nus, e de noz heyres en la forme ſuiſdite. A.D. 1268. Hen. 3.

Et teſmoine de queu choſe nus en veuns nos lettres patentes, done a Wodeſtoke le ſezime jur de July le an, &c.

E maundez eſt a Chevalers e a fraunctenaunz delavauntdite Cunte ke en totes choſes ſoient entendaunz a lavantdit Johan, & ſes heires, cume a lur Seignur, ſi com avant eſt dit.

De Dono per Petrum de Sabaudia Alienoræ Angliæ Reginæ.

A.D. 1268. *An. 52. H. 3.* *Lib. A. fol. 228. b. penes Camer. Scaccar.* HEnri, par la grace de Dieu, Roy de Engleterre, Seigniur de Irelaundie, e Duk de Aquitaine, a touz ceus qe ceſte Leteres verrunt e orront ſaluz.

Sachez qe, come monſire Pirers de Savoye noſtre cheir Uncle, euſt done e aſſigne par Cirografe, fete en noſtre curt, a noſtre chire compaigne Alianore Reigne d'Engleterre le honour del'Egle, ove totes les aportenaunces, apres les jours meme celi Pirres, nos volums e grauntoms que celle avantdit Alianore noſtre compaynge eit, e tingue l'avauntdit Honour, ove totes les aportenaunces, tote ſa vie iſſi qe de ces ſeit ſurte fete par nos juſtices, qe memes cel Honour, ove totes les aportenaunces recuvere entirement, apres la mort l'avantdit Alianore a noz e a noz Heyrs Roy d'Angleterre.

E come memes cely Pirres eit deviſe le Honor de Richemond, ſicome il out poer, par noſtre chartre a memes cele Alienore e nos, eyoms afferre de meme cel Honour a bailler a Johan de Britaine noſtre chier fiz, ſi come nos ſi ſumes tenus par nos letres nous, en eſchaunge de cel avauntdit Honour de Richemund, li avouns done vit cent mars par an, a prendre e recevere, a tote ſa vie des fermes deſuz eſcrites; ceo eſt aſſaver.

De la ferme de Marleberge cinquante libres,

De la ferme de Anneis de Rovedon. ſet libr. e diz ſouz.

De la ferme de Winterburne 12 *libr.* 10 *Den.*

De la ferme de Hedingdon 18 *li.*

De la ferme de Haneberge 27 *li.*

De la ferme de Blokeſbam. 32 *li.*

De nos molins de Oxneford 35 *li.*

De noſtre prei de Oxneford 13 *li.* 6 *s.* 8 *d.*

De la Vile de Langeleye 7 *li.* A.D. 1268.

De Cokbam, e de Braye, e de Kenington Cinquante marc.

De la ferme de Wycumbe 18 *li.*

De la ferme de Kingeſton, oue les eſtentes 29 *li.* 16 *ſouz,* & 7 *den.*

De la ferme de Boſebam 43 *li.* 3 *s.* 6 *d.*

De la ferme de Hadeleye 13 *l.* 6 *s.* 8 *d.*

De la ferme de Coleceſtre, 16 *li.* 16 *s.*

De la ferme de Andovere quater vint. 2 *li.* 6 *s.* 8 *d.*

De la ferme de Baſſingeſtoks quater vint. li.

E les 12 Cent. Marc. que le Roy de Fraunce paie cheſcun an pur la terre de Aginoys les queus nos recevoums de Johan de Britayne pur la Conte de Richemund, que nous ly rendoums; iſſi nequident que il eit tauntoſt ſeiſine de 8 Cent. Marc. a prendre e a recevere, ſi come il eſt avauntdit.

E les 12 Cent. Marc. demurgent en la mayn Edward, noſtre fiz eynez, taunt come nous eums veu la manere, coment lavauntdit Honor de Ricemound ſeit done a lavauntdit Alianore, par le devis, Quele choſe ele nous doit monſter entre ci e ke paskes, ou quele oure qe ele vodra avaunt,

E la manere del devis veu, de ſon droyt entendu, e ſor ceo ſurte fete, ke la choſe revinge a nous e a nos Heirs Roy d'Engleterre apres ſes jours, nous ly deliveroms les 12 Cent. Mar. avauntdiz.

Et ſi iſſi ſeit qe ele ne put moſtrer, qe ele eit droyt par le devis avauntdit, en la vauntdit Honour de Richemound entre ci e paskes ou quele oure qe ele vaudra avaunt,

E la manere del devis veu de ſon droit, e entendu, e ſor ceo ſurte fete, que la choſe revinge a nous, e a nos heirs Roy d'Engleterre apres ſes jours

jours,

A.D. 1268. Hen. 3. jours, nous ly deliveroms les 16 Cent Mars avauntdis.

Et ſi iſſi ſeit qe ele ne put moſtrer qe ele eit droit par le devis avauntdit en lavaundit honur de Richemound, entre ci e Paskes, nous apres Paskes reprendoms les avaundiz 800 Marc. en nos mayns.

Et ſi iſſi ſeit qe ele puſt muſter qe la choſe ly ſeit diviſee, par quei ele eit la ſeiſin de 1200 Mars, e la terre de Aginoys, nos eſcheites en la vie de memes cele Alianore, nous volums qe ele eit e tinge cele terre de Aginoys a tote ſa vie, en meme la manere qe ele tinent les 800 Marc. e les 1200 Marc. C'eſt a ſaver qe apres ſes jours revigne a nous, & a nos Heyrs Roy d'Engleterre; mes qe nous ly avoms graunte, e volums pur nous, e pur nos Heirs, qe le eit apres ſes jours des iſſue de meme cele terres 10000 Marc. a par fere ſeon teſtament.

E qe ceus den. ſerent levez de meme cele terre, ou des 800 Marc. & de 1200 Marc. ſi la terre de Aginoys ſeit eſchu, par les meyns de ces eſcheiturs, qi faient de Engleterre, ou de noſtre Seignorie de lavauntdite terre de Aginis, ou de Gaſcoyne, nos hommes; iſſi qe les chaſteus & les Forteles ſaient renduz tauntoſt, apres ſa mort, a nous, ou a nos Heirs Roy d'Engleterre, e qe les Homage e les feautes de la gent ſeient auſi fez tauntoſt a nous, ou a nos Heirs Roy d'Engleterre.

Mes qe totes les iſſues demorgent en les mayns les avaunt dit Eſſcheiturs, ſi come nos avoms aveunt dit, iſſi qe quele houre qe ele murge, ou toſt, ou tart, qe la terre ne puiſſe demorer charge apres ſa mort, qe de 10000 Marc. A.D 1268. Hen. 3.

E quele houre, qe ceſte terre de Aginoys ſeit eſchue, nous la ſeroms eſtendre, e cele de Richemund auſi.

E, ſi nous troums qe l'onur de Richemund vaille plus qe la terre de Aginoys, nous li ſerrums de memes l'aſſignment des 800 Marc. taunt ke ele avera ſeon plein.

E ſi la terre de Aginois vaille plus ke l'onur de Richemund, ele de memes cele terra rendra a nos, e a nos Heirs per An autre taunt come le ſurplus amontera.

E nous li ſerroms a garauntir totes ceſte choſes, en memes la manere qe nos li ſerruns tenuz a garaunter le Honur de Richemund, ſi ele le teinſt en ſa mayn par le devis l'avaundit Perres.

En temoigne de ceſte choſes avauntdites avoms nos mis noſtre ſeel a ceſt eſcrit.

Et ſit atendre qe nos ceſt avauntdit graunt avoms fet, par le comun acord de noſtre conſail, des queus les uns ount mis lur ſeaus a ceſt eſcrit, c'eſt aſſaver Edward noſtre fiz einez, meſtre God. Giffard, Eſlit de Wireceſtre, noſtre Chaunceller, Henri le Fiz le Roy de Alemaine noſtre neuz, William de Valence noſtre Frere, Ph. Baſſet, Roger de Mortimer, Meſtre Johan de Chuſhulle Erchidiakin de Londres, Roberd Walerand, Roberd Agilon, & Johan de la Linde.

Done a Wodeſtoke, le quinzime jour de Joil, l'an de noſtre Regne Cinquaunte ſecund.

De remiſſione pro Comite Glouceſtriæ & Herefordiæ ſuper ſecuritate per Papam prolata.

A.D. 1268. An. 52. H. 3. Pat. 52. H. 3. m. 10. n. 30.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum nuper in reformatione pacis, inter nos, & dilectum & fidelem noſtrum Gilbertum de Clare Comitem Glouceſtriæ & Hertfordiæ, initâ, tàm nos, quam prædictus Comes ſuppoſuerimus nos dicto & ordinationi ſanctiſſimi patris Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummi Pontificis, de ſecuritate nobis à prædicto Comitæ præſtandâ, quod idem Comes iteratam in Regno noſtro turbationem non moveret,

Et idem ſummus Pontifex dicto & ordinatione ſua protulerit, quod dictus Comes filiam ſuam primogenitam in cuſtodiam kariſſimæ conſortis noſtræ Alianoræ, Reginæ Angliæ, nobis obſidem committeret ad triennium, aut Caſtrum ſuum de Tonebrigg in cuſtodiam kariſſimi nepotis noſtri Henrici filii Regis Alemanniæ per tempus committeret ſupradictum; A.D. 1268.

Nos, ad inſtantiam kariſſimi filii Edwardi primogeniti noſtri, eidem Comiti gratiam facere volentes ſpecialem, remiſimus ei ſecuritatem prædictam, videlicet, de filia, aut Caſtro ſuo committendis, in forma prædicta; omnibus aliis ſecuritatibus & pœnis, dictum negotium tangentibus, nichilominus in ſuo robore permanentibus.

In cujus, &c.

Datum apud Wodeſtoke, 16 die Julii.

Pro Ricardo Gruſcet de Terris per Beatricem Britanniæ ſibi traditis ad firmam.

A.D. 1268. *An.* 52. *H.* 3. *Pat.* 52. *H.* 3. *n.* 22.

REX omnibus & fidelibus ſuis ſalutem.

Inſpeximus ſcriptum conventionale, quod Beatrix filia noſtra, Conſors dilecti & fidelis noſtri Johannis filii Ducis de Britannia, fecit Ricardo Gruſcet de terris & tenementis, quæ fuerunt Johannis Poynre, eidem Ricardo dimiſſis ad firmam in hæc verba;

Univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, Beatrix, filia illuſtris Regis Angliæ, & Conſors Johannis filii Ducis de Britannia, ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra nos conventionem, per dilectiſſimam matrem noſtram Dominam Alyenoram, Reginam Angliæ illuſtrem, conceſſam & factam Ricardo Gruſcet, hæredibus, & aſſignatis ſuis, de terris & tenementis, quæ fuerunt Johannis Poynre, tenendis ad firmam, uſque ad legitimam ætatem hæredum ipſius Johannis, inſpexiſſe & audiviſſe (quas terras & tenementa habemus de dono Henrici patris noſtri Angliæ illuſtris) quam quidem conventionem, ratam habentes & gratam, eam dicto Ricardo, hæredibus, & aſſignatis ſuis, ſecundum tenorem litterarum, quas habet inde de præfata matre noſtra, tenore præſentium confirmamus, & dictas terras & tenementa contra omnes homines & fœminas dicto Ricardo, hæredibus, & aſſignatis ſuis, uſquè ad legitimam ætatem dictorum hæredum, warantizabimus, acquietabimus, & defendemus.

A.D. 1268.

In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus Patentes.

Data apud Gaytinton, 28 die Julii, anno Regni Regis Henrici patris noſtri 52.

Nos igitur, conventionem & dimiſſionem prædictas ratas habentes & gratas, eas, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus, ſicut ſcriptum præfatæ filiæ noſtræ, quod prædictus Ricardus inde habet, rationabiliter teſtatur.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De forma pacis Walliæ, & hiis, quæ continentur in eadem, complendis.

A.D. 1268. *An.* 52. *H.* 3. *Pat.* 52. *H.* 3. *n.* 13.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Quia formam pacis, inter nos, & dilectum & fidelem noſtrum Lewelinum Principem Walliæ, provida deliberatione & communi voluntate nuper initam & juratam, firmiter obſervari volumus, ut tenemur, & quod, ad pacis & tranquillitatis conſervationem, tàm ſuper tranſgreſſionibus & dampnis factis, quàm ſuper terris & tenementis hinc inde occupatis, juſtitia conquerentibus exhibeatur:

Nos, pacis & concordiæ zelatores, volentes omnem impoſterum contentionis & diſcordiæ materiam amputare, mittimus à latere noſtro ad partes Marchiæ venerabiles Patres, Walterum Exonienſem, Rogerum Goventrenſem & Lichfeildenſem Epiſcopos, de Tintem. & Stanlawe Abbates, Magiſtrum Johannem de Chiſhull Archidiaconum London. dilectos & fideles noſtros, Willielmum de Bello campo de Elmeley, Rogerum de Clifford, Johannem le Breton, Gilbertum Talebot, Walterum de Dunſtanvill, Adam de Greynvill, & Traem. ap Hoel, ita quod ſint apud Mungomery die exaltationis ſanctæ Crucis;

A.D. 1268.

Dantes eiſdem plenam poteſtatem audiendi & terminandi, cum continuatione & prorogatione diei & loci, quibus viderint expedire, omnia ea quæ, per formam pacis prædictæ, & ſecundum leges & conſuetudines Marchiæ, tàm ſuper præmiſſis, quàm aliis omnibus, ad conſervationem prædictæ pacis neceſſariis, terminanda fuerint & complenda.

Et, ſi omnes hiis exequendis non interfuerint, octo, ſeptem, vel ſex illorum, qui præſentes fuerint, præmiſſa nichilominus exequantur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Lincoln. 17 die Auguſti.

De Negotio prædicto.

A.D. 1268. An. 52. H. 3. Ibidem.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod cum per formam pacis, inter nos, & dilectum & fidelem noſtrum Lewelinum Principem Walliæ, nuper initam & juratam, ſuper terris & tenementis hinc inde occupatis, ſecundum leges & conſuetudines Marchiæ, conquerentibus plena juſtitia debeat exhiberi,

Nos, pacis & concordiæ zelatores, ac volentes quod ea, quæ in prædicta forma pacis provida deliberatione & communi aſſenſu fuerint ordinata, per omnia firma & inconcuſſa permaneant, mittimus, &c. ut ſupra.

Littera Caroli Regis Siciliæ Regi Franciæ de proſperis ſucceſſibus ſuis.

A.D. 1268. An. 52. H. 3. Clauſ. 52. H. 3. m. 2. d.

EXcellentiſſimo & Magnifico Principi, kariſſimo Domino, & Fratri ſuo Lud. Dei gratia illuſtri Regi Franc. Karolus, eadem gratia, Rex Sicil. Ducatus Apul. & Princeps Capuæ, Almæ Urbis Senator, Andeg. Provinc. & Folch. Comes, ſalutem & proſperos ad vota ſucceſſus.

Indultam celitus de Conradino & ſequacibus ſuis Chriſtianitati Victoriam Excellentiæ veſtræ ad gaudium, per alias noſtras litteras, jam duximus declarandam;

Ut autem hujuſmodi gaudium vobis ex omni parte ſit plenum, tenore præſentium veſtræ magnitudini nunciamus quod, omnipotens Dominus finem malis dignatus imponere, concluſit, in noſtris manibus omnes præcipuos inimicos.

Nam primo Dominus Henricus, quondam Senator Urbis, dum de prælio fugeret, captus ad noſtrum carcerem eſt adductus;

Conradinus verò, poſtmodum aliquamdiu latitans, in manus noſtras quas eſt conatus effugere, incidit; & unà cum Duce Auſtriæ, Galuano Lantea, & duobus ipſius G. filiis, noſtris mancipatus carceribus detinetur.

Nos autem, per divinam providentiam, in Senatorem Urbis unamini aſſenſu Romani populi ſumus aſſumpti, ejuſque habenas regiminis per noſtrum vicarium feliciter moderamur.

Act. Guazani, 12 Sept. 12 Indict. Regni noſtri anno quarto.

De Conductu Regis Scotiæ.

A.D. 1268. An. 52. H. 3. Pat. 52. H. 3. n. 21.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum dilectus filius & fidelis noſter Alexander, Dei gratiâ, Rex Scotiæ illuſtris, & Margareta Regina, ſponſa ſua, filia noſtra kariſſima, ad inſtantiam noſtram, cauſa recreationis & ſolatii, ad Regnum noſtrum Angliæ, nobiſcum locuturi accedant & ſpaciaturi;

Nos præfatos Regem & Reginam, ac omnes, quos ſecum adducent, ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum, & venerabilium patrum, Roberti Dunolmenſis Epiſcopi, & G. Wygornienſis Electi, Cancellarii noſtri, ac dilectorum & fidelium noſtrorum Rogeri de Leyborne, & Roberti Aquilon. ſalvo & ſecure veniendi ad nos in Angliam, & ſalvo & ſecure morandi, & illuc ſalvo & ſecure recedendi, pro dicti Regis libera voluntate, durante dicto conductu per quadraginta dies poſt eorum receſſum à nobis.

Et, ad majorem hujus rei ſecuritatem, dictos Regem & Reginam, ac omnes ſuos, quos ſecum ducent, ſub firma pace noſtra ſuſcipientes & protectione, firmiter inhibemus ne quis eis malum, moleſtiam, injuriam aut gravamen aliquod inferre præſumat, ſub pœna amiſſionis vitæ & membrorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Geitinton. 2 die Auguſti.

Conſimiles litteras de conductu habent tantum ſub nomine Regis.

De Procuratoribus conſtitutis in Curia Regis Franciæ in negotio Vaſconiæ.

A.D. 1269.
An. 53. H. 3.
Pat. 52. H. 3. n. 67.

REX Regi Franciæ ſalutem.

In negotio quod vertitur, ſeu verti ſperatur inter nos, & gentem noſtram Gaſconiæ ex parte una; & Theobaldum Regem Navarræ illuſtrem & ſuos ex altera, coram vobis in Curià veſtrâ, ad inſtantem diem Brandenn. ſuper quibuſdam interpreſſuris Treugarum, inter nos, & dictum Regem Navarræ initarum, occaſione contentionis inter nos ſubortæ, in Vaſconia factis, ut dicitur, dilectos & fideles noſtros, S. Paſſ. & Reymundum de Caſtro novo, noſtros facimus, ordinamus & conſtituimus Procuratores,

A.D. 1269.

Dantes eis, vel uni ipſorum, quem præſentem eſſe contigerit, plenariam poteſtatem & ſpeciale mandatum tractandi de pace ſuper interpreſſuris prædictis, & inde faciendi & recipiendi emendas competentes,

Ratum habituri & firmum quicquid ipſi ambo, vel unus eorum in præmiſſis, nomine noſtro, duxerint, vel duxerit faciendum.

In cujus, &c.

De Matrimonio inter Henricum de Alemannia, & Conſtantiam filiam Gaſtonis Vicecom. de Bearn.

A.D. 1269.
An. 53. H. 3.
Pat. 53. H. 3. n. 45.

REX dilecto & fideli ſuo Gaſtoni Vicecomiti Bearn, ſalutem.

Propoſitis ex parte kariſſimi Edwardi primogeniti noſtri & veſtra poſtulationibus laudabilibus inclinati, initas & iniendas inter kariſſimum nepotem noſtrum Henricum, fratris noſtri kariſſimi Regis Alemanniæ illuſtris primogenitum, vel Procuratores ejus ex parte una; & vos & Conſtantiam filiam veſtram ex altera, ratione & ex cauſa matrimonii, inter ipſos Henricum, & Conſtantiam contrahendi, pactiones & obligationes omnes & ſingulas dotalicii ſeu donationis propter nuptias, Conſtitutionem, ſeu aſſignationem & conceſſionem, factam a prædicto filio noſtro per ſe, vel per attornatum, Nuncium vel Procuratorem ſuum, in certis locis Angliæ ſecundum legem patriæ, ut patet per litteras dicti filii noſtri patentes, & conditiones contentas in eiſdem, ratas & gratas habentes, eas præſentium litterarum noſtrarum præſidio confirmamus. Et quæ inter vos, & per vos, & prædictas perſonas ſimul, vel diviſim, fient ratione dicti matrimonii, & contractus, & firmitatis ipſius, promittimus, cum facta fuerint, per noſtras patentes litteras confirmare:

A.D. 1269.

Et hæc vobis, & dictæ filiæ veſtræ, & quibus intereſt, vel, intereſſe poteſt, ſignificamus, & concedimus, ac promittimus per præſentes.

Teſte Rege apud Weſtm. ſexto die Martii.

Mandatum Edwardi Primogeniti Regis pro Bernardo de Burdel.

A.D. 1269.
An. 53. H. 3.
Ex Bundel. Miſcelan. in Turri Lond. remanen.

EDwardus, illuſtris Regis Angliæ primogenitus, dilectis & fidelibus ſuis Lemovicenſ. Petragoricenſ. & Caturcenſ. Seneſcallis, qui pro tempore fuerint pro nobis, ſalutem.

Pro dilecto & fideli noſtro Bernard de Burdel. vobis præcipiendo, mandamus quatinus ipſum, homines & bona ipſius, & attornatos, ab oppreſſionibus, violentiis manifeſtis, & injuriis in feudis & terris, noſtris & Dominio noſtro & juriſdictioni ſubjectis, defendatis, vice & auctoritate noſtra, quamdiu coram nobis vel curia noſtra paratus fuerit ſtare juri;

A.D. 1269.

Conſuetudines terræ ſuæ laudabiles & approbatas, quas ei confirmavimus, obſervantes: Super hiis, quæ proponent contra aliquos, vel aliqui contra eos, coram

A.D. 1269. Hen. 3. coram nobis, quantum ad juriſdictionem noſtram pertinet, ſecundum legem & conſuetudinem Patriæ celerem juſtitiam facientes.

Data apud Chippenham, quarto die Maii, anno Regni Domini Regis patris noſtri 53. A.D. 1269. Hen. 3.

De Procuratoribus conſtitutis in Curia Regis Franciæ.

A.D. 1269. An. 53. H. 3. Pat. 53. H. 3. n. 50.

REX univerſis ad quos, &c.

Noveritis quod nos facimus, conſtituimus & ordinamus dilectos & fideles noſtros, Johannem de Graelly, Thomam de Ippegrave, Brunum de Saya, Milites, & Magiſtrum Johannem Domenc, præſentium exhibitores, Procuratores noſtros, quemlibet eorum in ſolidum (ita quod non ſit melior conditio occupantis) in omnibus cauſis & negotiis motis & movendis contra nos,

Ad Parliamenta, aſſizas, & terminos aſſignatos, & aſſignandos in Curiâ Sereniſſimi Principis Domini Lodovici, Regis Francorum illuſtris, tàm a venerabili patre —— Epiſcopo Avicien. Eccleſiæ, & Decano & Capitulo ejuſdem loci, illuſtri Rege Navarræ, & ſuis officialibus, vel ſubditis; & à Vicecomitiſſâ Lemovicenſi; quàm quibuſcunque aliis perſonis Eccleſiaſticis & ſecularibus;

Aut noſtro nomine contra prædictas, aut quaſcumque alias perſonas, ſimul, vel diviſim, ſuper quibuſcumque rebus, juribus & negotiis, & ſpecialiter ſuper tranſgreſſionibus, factis ab ipſo Rege Navarræ & ſuis, contra nos & noſtros, & terram noſtram, in morte fidelis noſtri Seuhorii Aſpes Militis; occupatione Caſtri de Acromonte, & receptione advocationis ſeu recognitionis eidem Regi Navarræ factæ, ut dicitur, à Domino Caſtri ejuſdem; & fractione ſeu violatione treugæ, initæ inter nos & noſtros ex una parte; & dictum Regem Navarræ & ſuos ſimul, vel diviſim, auctoritate dicti Domini Regis Franciæ, ex altera:

Dantes & concedentes eiſdem Procuratoribus noſtris, & cuilibet eorum in ſolidum, mandatum & plenariam poteſtatem agendi, deferendi, excipiendi, ſupplicandi, impetrandi per officium & alias, optinendi, & petita & obtenta recipiendi, repetendi, ſeu requirendi Curiam noſtram de perſonis & rebus, nobis mediate vel immediate ſubjectis, & in factis & negotiis, quorum cognitio ad nos ſpectat, aut ſpectare poteſt, vel poterit;

De calumpnia, ſeu veritate dicenda, & cujuſlibet alterius generis juramentum in noſtram animam ſubeundi, deferendi, referendi, & ſuſcipiendi; alium vel alios Procuratores, Actorem vel Actores, ſuo vel noſtro nomine, vel periculo, in cauſis eiſdem, negotiis, & factis omnibus & ſingulis,

Dandi, & conſtituendi, ſeu ſubſtituendi, ante litem conteſtatam, vel poſt, prout & quando omnes & quilibet viderint expedire; & cætera omnia & ſingula faciendi, tractandi, & procurandi, quæ veri & legitimi Procuratores, dati ad negotia & ad lites, facere poſſunt & debent, & nos faceremus ſi præſentes eſſemus;

Ratum habituri & gratum perpetuo quicquid per dictos Procuratores noſtros, & eorum quemlibet, & illum vel illos, quem vel quos, omnes vel alterum eorum, dandos, conſtituendos, & ſubſtituendos, unum vel plures, duxerint; aut cum ipſis omnibus & ſingulis, in cauſis eiſdem & negotiis, in Curia dicti Domini Regis, vel coram eo actum fuerit ſeu etiam procuratum, ipſos omnes & quemlibet eorum relevantes & relevari volentes ab omni onere ſatiſdandi, Judicatum ſolvi, pro ipſis & eorum quolibet promittimus ſub ypotheca bonorum noſtrorum:

Et dicto Domino Regi Franciæ, & Curiæ ſuæ, ac adverſariis noſtris, & omnibus, quorum intereſt, vel intereſſe poteſt, pro quibus ipſi Domino Regi gratia Principatus & juris ſui publici recipienti ſtipulationem ſolempniter interponimus.

Et per dictos Procuratores noſtros, & quemlibet ipſorum, & ſubſtitutum, vel ſubſtitutos ab ipſis, noſtro nomine interponi poſſe volumus & mandamus, hoc ſignificamus & ſignificari volumus per præſentes, quibus Sigillum noſtrum apponi fecimus. In teſtimonium præmiſſorum. Actum. Datum.

De Procuratoribus conſtitutis.

A.D.1269. An. 53. H. 3. Pat. 53. H. 3. n. 30.

REgi Franciæ illuſtri, Rex Angliæ ſalutem.

Dominanti Clementiæ veſtræ, vel quorum intereſt vel intereſſe poteſt Univerſis & ſingulis ſignificamus, & ſignificari volumus per præſentes, quod conſtituimus, facimus & ordinamus Procuratores noſtros certos, Johannem de Greyly, Thomam de Ippegrave, Brunum de Saya, Milites, & Magiſtrum Johannem Domenc Clericum noſtrum, & quemlibet eorum in ſolidum (ita quod non ſit melior conditio occupantis) in cauſis omnibus & negotiis motis & movendis contra nos, ad Parliamentum & aſſiſas veſtras, vel terminos aſſignatos, vel aſſignandos & continuandos, coram vobis & Curia veſtra, tam à venerabili Epiſcopo Avicen. Eccleſiæ, Decano & Capitulo loci ejuſdem; illuſtri Rege Navarræ, & ſuis officialibus, Miniſtris, vel ſubditis; Vicecomitibus Lemovic. reverendo Archiepiſcopo Bitur. Ramundo dicto Vicecomite de Franciaco; quam à quibuſcumque aliis perſonis, eccleſiaſticis vel ſecularibus;

Aut noſtro nomine contra prædictas, aut quaſcumque alias perſonas, ſuper quibuſcumque rebus & negotiis, ſimul, diviſim, & nominatim ſuper tranſgreſſionibus, veſtro nomine & auctoritate, per quemcumque, & per Seneſcallum, & Miniſtros, & ſubditos veſtros, dicto Rege Navarræ, Vicecomite Lemovic. Miniſtris & familiaribus & ſubditis eorum contra nos & terram noſtram in morte fidelis noſtri Senihorii Heſpes Militis defuncti, occupatione Caſtri de Acromonte, & receptione advocationis ſeu recognitionis feodagii Caſtri ejuſdem, & homagii Fernandi Willielmi de Arcromonte ut dicitur, & fractione ſeu violatione treugæ inter nos & dictum Regem Navarræ initæ auctoritate veſtra, & aliis ſuper dampnis & injuriis datis & illatis, & requirendis, petendis & impetrandis, optinendis & recipiendis à vobis, noſtro nomine, terris & rebus univerſis & ſingulis quas in tribus Civitatibus & Diocæſibus Lemovic. Caturc. & Petragoricen. & alibi per pacem & compoſitionem inter vos & nos habitam pridem, nobis infra certum terminum præteritum tradere vel excambium extunc rationabile facere ad arbitrium vel eſgardum proborum virorum, nominandorum hinc inde ſecundum continentiam pacis ejuſdem, debetis Agenenſ. valorem ſeu modum valoris juſtum & debitum annis ſingulis per bonos viros eſtimandum, & quod deeſt nobis ad ſolvendum de juſto & debito modo ejus quod cuſtare poterunt quingenti Milites ad tenendum rationabiliter per duos annos, & alia univerſa & ſingula in quibus nobis reddenda & facienda tenemini ex forma pacis prædictæ, & ex tranſgreſſionibus & dampnis & injuriis nobis & noſtris terræ & ſubditis nomine veſtri vel auctoritate, contra pacis ejuſdem tenorem, & alias per Seneſcallum, Miniſtros & ſubditos veſtros datis & illatis; concedentes & dantes eiſdem Procuratoribus & cuilibet eorum in ſolidum mandatum & poteſtatem agendi, requirendi, promovendi, tractandi, petendi & optinendi hæc omnia & ſingula coram vobis & Curia veſtra, & coram Johanne de la Lind, Gofrido de Villata Militibus, Magiſtro Willielmo de la Coruner, & Magiſtro Willielmo de Caſtro Ayrando per vos & nos nominatis & lectis ſub certa forma, ad faciendum eſgardum juxta pacem prædictam, defendendi etiam, excipiendi, ſupplicandi, impetrandi per officium de plano & aliter, optinendi & optenta recipiendi, repetendi ſeu requirendi Curiam noſtram de perſonis & rebus nobis mediate vel inmediate ſubjectis, vel ad juriſdictionem noſtram qualitercumque ſpectantibus; & alia nobis debita vel debenda ſcripta, litteras & munimenta parti noſtræ neceſſaria de prædicta pace ſervanda, & ſecuritate de rebus, ex ea parte ad nos ſpectantibus, facienda, veſtras & Prædeceſſorum veſtrorum litteras & privilegia, quibus aliqui ne ad obedientiam & dominium veſtrum veniant juxta pacem ipſam, ſe tueri dicuntur, impetrandi & eorum optinendi tranſcripta.

A.D.1269.

De calumpnia, de veritate, & alterius cujuſlibet generis vel modi juramentum in noſtram animam ſubeundi, deferendi, referendi & ſuſcipiendi alium vel alios Procuratorem vel Procuratores, actorem vel actores, ſuo aut noſtro nomine vel periculo ante & poſt litem conteſtatam, dandi, ſubſtituendi vel conſtituendi, prout quotiens & quandocumque omnes & quilibet viderit ſeu viderint expedire: & cætera omnia & ſingula facienda tractandi & procurandi, requirendi & recipiendi quæ prædictam pacem, aut ratione prædictorum omnium & ſingulorum, & quæ à veris & legitimis Procuratoribus, datis ad negotia & lites, fieri poſſunt & debent, & nos faceremus ſi præſentes eſſemus;

Ratum

A.D. 1269. Hen. 3. Ratum & gratum perpetuo habituri quicquid per ipſos Procuratores vel ſubſtituendos ab eis, unum vel plures, aut cum ipſis omnibus & ſingulis in cauſis eiſdem & negotiis, actum coram vobis & Curia veſtra, & prædictis probis viris, per vos & nos electis fuerit, vel etiam procuratum: ipſoſque relevantes & relevari volentes ab omni onere ſatis dandi & judicatum ſolvi, pro ipſis & eorum quolibet promittimus ſub ypoteca bonorum noſtrorum.

Et vobis Domino Regi & Curiæ veſtræ exhabundanti & aliis adverſariis noſtris, & cuicumque, cujus interſit vel intereſſe poſſit vel poterit, & pro ipſis vobis, gratia & ratione principatûs & juris publici, & Iterio Domini Papæ Notario publico recipienti ſui officii ratione interponimus ſtipulationem ſolempnem, & ab eiſdem Procuratoribus & eorum quolibet interponi poſſe volumus & mandamus.

In cujus, &c.

Actum & datum apud Windeſor. 20 die Maii, anno Regni noſtri 53, & gratiæ 1269.

De Edwardo primogenito Regis miſſo in Walliam.

A.D. 1269. An. 53. H. 3. Pat. 53. H. 3. n. 27.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem.

Quia formam pacis, inter nos, & dilectum & fidelem noſtrum Lewelinum Principem Walliæ, provida deliberatione & communi voluntate nuper initam & juratam, firmiter obſervari volumus, ut tenemur: & quod ad pacis & tranquillitatis conſervationem, tam ſuper tranſgreſſionibus & dampnis factis, quam ſuper terris & tenementis hinc inde occupatis, juſtitia conquerentibus exhibeatur:

Nos, pacis, & concordiæ zelatores, ac volentes omnem impoſterum contentionis & diſcordiæ materiam amputare, mittimus à latere noſtro ad partes Marchiæ Edwardum Primogenitum noſtrum kariſſimum; ita quod ſit ad vadum Montis Gomery die Jovis proxima poſt inſtantes octabas Sanctæ Trinitatis.

Dantes eidem, una cum hiis, quos ſibi duxerit aſſociandos, plenam poteſtatem audiendi & terminandi, cum continuatione & prorogatione dierum, locis quibus viderit expedire, omnia quæ, ſecundum formam pacis prædictæ, & ſecundum leges & conſuetudines Marchiæ, tàm ſuper præmiſſis, quàm aliis omnibus, ad conſervationem pacis prædictæ neceſſariis, terminanda fuerint & complenda.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windeſor. 21 die Maii.

Littera Epiſcopi Agenn. de homagio recepto ab Henrico Regis Alamanniæ Primogenito.

A.D. 1269. An. 53. H. 3 L. B. f. 244. b. Penes Camerar. Scaccar.

UNiverſis, præſentes litteras inſpecturis, P. miſeratione Divina Epiſcopus Agen. ſalutem in Domino.

Noveritis quod nos, recepto homagio & fidelitatis juramento, pro nobis & Eccleſia noſtra Agenn. ab illuſtri viro Henr. illuſtriſſimi Regis Alamanniæ primogenito, pro ſe & Domina Conſtantia uxore ſua, & una lancea de accapto, pro toto territorio Brulhien, quod tenet à nobis, ac aliis promiſſionibus receptis ab eo, ſecundum quod in litteris ipſius H. plenius continetur,

Promittimus eidem H. pro ſe, & dicta Domina Conſtantia, & Succeſſoribus ſuis, pro nobis & Eccleſia noſtra, & Succeſſoribus noſtris, quod erimus eidem boni Domini & fideles, ratione hujus feodi & territorii memorati,

Nec prædictum feodum, vel dominium ipſius feodi alii Domino ſupponemus, & portabimus eidem Domino H. & ſuis, de prædicto territorio ſeu feodo, bonam & legitimam garentiam, ſicut bonus Dominus portare debet ſuo bono vaſſallo legitimo, & fideli.

Quæ omnia ratificari, & adprobari faciemus eidem Domino H. à capitulo Agenn. & dari ſibi, ſuper ratificatione hujus, patentes litteras ab eodem.

In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum.

Datum die Veneris poſt feſtum beati Barnabæ Apoſtoli, anno Domini 1269.

De Arbitris Franciæ.

A.D. 1269. An. 53. H. 3. Pat. 53. H. 3. n. 22.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem.

Noverit Univerſitas veſtra quod cum inter Dominum Ludovicum Regem Franciæ illuſtrem ex parte una; & nos ex altera, ſuper diverſis articulis & quæſtionibus, terris videlicet, & poſſeſſionibus, & rebus aliis, ſuſcitata fuiſſet materia quæſtionis, ac demum, interveniente pacis auctore, ſuper omnibus articulis memoratis jamdudum intervenerit forma pacis de partium firmata conſenſu;

Cumque in ipſa pace multi uſque in diem præſentem articuli incompleti remaneant, pro eo quod, in eiſdem articulis, de bonorum virorum, eligendorum hinc inde, arbitrio ſeu eſgardo, fit mentio, quæ bonorum virorum hujuſmodi nec dum proceſſit electio, nec per conſequens arbitrium eorumdem judicium vel eſgardum;

Nos, quantum in nobis eſt, ſummopere affectantes ipſam compoſitionem ſeu pacem penitus conſummari, nichil ex eâ incompletum relinqui, diſcretos viros, Magiſtrum Guillielmum de la Cornere Domini Papæ Capellanum, & Johannem de la Lynde Militem, ex parte noſtra eligimus, & in eos, tanquam bonos viros, Judices, Eſgardatores, ſeu Arbitratores, tàm pro nobis, quàm pro hæredibus noſtris, compromittimus, ſeu etiam conſentimus:

Supponentes nos & hæredes noſtros totaliter, in omnibus articulis, in ſupradicta pace contentis (ad quos bonorum virorum electorum, ſeu eligendorum hinc inde refertur Judicium vel eſgardum, ſeu in quibus de inquiſitione vel examinatione per eoſdem facienda fit mentio) eorumdem judicio, laudo, ordinationi, diffinitioni, mandato, adjudicationi, arbitrationi, inquiſitioni, examinationi, arbitrio ſeu eſgardo;

Adeo quod quicquid ipſi duo, unà cum duobus aliis bonis viris electis ex parte Domini Regis Franciæ, ſuper articulis memoratis judicaverint, laudaverint, ordinaverint, diffinierint, mandaverint, adjudicaverint, arbitrati fuerint, ſeu eſgardaverint, vel inquirendo, ſeu examinando fecerint in eiſdem, lite conteſtatâ vel non conteſtatâ, negotio hujuſmodi inſtructo vel non inſtructo, unâ parte præſente, alterâ abſente, citatâ vel non citatâ, ordine judiciario obſervato vel non obſervato, diebus feriatis vel non feriatis, partibus præſentibus vel abſentibus, in ſcriptis vel ſine ſcriptis, obligamus nos, & hæredes noſtros, perpetuo & inviolabiliter obſervare.

A.D. 1269.

Volumus tamen quod, antequam ipſi ad judicium aliquod, arbitrium ſeu eſgardum, inquiſitionem ſeu examinationem procedant, in præſentia Domini Regis Franciæ, tàm ipſi, quàm illi, qui à parte ipſius Regis Franciæ ad hujuſmodi eſgardendi, adjudicandi, arbitrandi officium electi fuerint, ſeu aſſumpti, par, ſeu conſimile, & ejuſdem formæ præbeant juramentum, ſe, videlicet, commiſſum ſibi officium in hac parte juxta diſcretionem ſibi à Deo datam in omnibus & ſingulis articulis, ſuum officium contingentibus, fideliter impleturos, atque fidele judicium, arbitrium, ſeu eſgardum in omnibus, juxta ſuæ diſcretionis modulos, ſecuturos;

Vel ſi forſan, pendente negotio, alter vel ambo revocarentur à nobis, tenebimur nos, & hæredes noſtri, alium vel alios bona fide, ſine moræ diſpendio, ſubrogare, qui, præſtito, ut præmiſſum eſt, juramento juxta formam & modum præhabitos adimpleant ea, quæ remanebunt agenda;

Hiis tamen, quæ per priores acta fuerint, in ſuo robore perpetuo remanſuri.

Ad præmiſſa autem omnia & ſingula bona fide obſervanda, nos & noſtros obligamus hæredes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. quinto die Julii.

De fidelitate præſtanda Regi Franciæ pro terra Agenen.

A.D. 1269. An. 53. H. 3. Pat. 53. H. 3. n. 14.

REX dilecto & fideli, Johanni de la Linde, ſalutem.

Cum dilectus filius Johannes de Britannia, pro aſſignatione Comitatûs Richemundiæ ſibi nuper per nos facta, nobis remiſerit mille & ducentas marcas, in quibus Dominus Rex Franciæ illuſtris nobis tenetur, ratione

A.D. 1269.

A.D. 1269. Hen. 3.

tione concordiæ, inter ipſum & nos factæ, de terra Agenen. quas præfatus Johannes de Britannia ab eodem Domino Rege annuatim ex conceſſione noſtra percipere conſuevit;

Et nos poſtmodum kariſſimæ Conſorti noſtræ Alianoræ, Reginæ Angliæ, per formam cujuſdam Conventionis, inter ipſam & Edwardum primogenitum noſtrum initæ, conceſſerimus prædictas mille & ducentas Marcas annuas, habendas & percipiendas ad totam vitam ipſius Reginæ à prædicto Domino Rege & ſuis, pro jure quod eadem Regina habebit in dicto Comitatu Richmundiæ, ex donatione ſibi facta in teſtamento Petri de Sabaudia, qui dictum Comitatum cum ſuis pertinentiis in eodem teſtamento legavit eidem;

Dedimus vobis poteſtatem præſtandi fidelitatis juramentum, noſtro & ejuſdem Reginæ nomine, prædicto Domino Regi Franciæ, pro prædicta terra Agenen. prout hujuſmodi fidelitas à nobis & dicta Regina noſtra eidem fieri debebit:

Ratum habituri & gratum quicquid in præmiſſis, noſtro & præfatæ Reginæ nomine, duxeritis faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Sutwyk, 9 die Auguſti, anno Regni noſtri 53.

Confœderatio inter Magnum, Regem Norwegiæ, & Henricum Regem Angliæ.

A.D. 1269. An. 53. H. 3.
L. B. f. 442. Penes Camerar. Scaccar.
Pat. 53. H. 3. m. 5.

1. IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen.

Die Mercurii, proximo poſt Feſtum Aſumptionis Sanctæ Mariæ, apud Winton. anno gratiæ 1269, inter magnificos Principes Dominum Henricum Dei gratia Regem Angliæ illuſtrem, & Dominum Magnum quartum, eadem gratia, Regem Norwegiæ præclarum, ſuper ſpoliationibus, dampnis, injuriis, querelis & diſcordiis univerſis, utriuſque eorundem Regum Regnicolis hinc inde, uſque ad hæc tempora, illatis,

2. Hæc perpetuæ pacis & finalis concordiæ fuit inita compoſitio per Magiſtros Asketunum de Norwegia, Cancellarium ipſius Regis Norwegiæ, & Petrum Archidiaconum Lauden. plenam habentes poteſtatem tractandi, componendi & diffiniendi ſuper præmiſſis injuriis, & pace, per Literas ipſius Regis Norwegiæ Patentes, quæ penes Dominum Regem Angliæ remanſerunt, inter ipſos Reges, Hæredes, ſeu quoſcunque ſucceſſores ſuos, perenipter obſervanda, nec ulla temporum mutatione diſſolvenda; ita videlicet,

3. Ut ambo prænominati Reges, tàm propter bonum pacis, quàm propter mutuæ dilectionis amicitiam, inter ſe æternaliter fovendam & continuandam, quam tam diligenti ſtudio & diſcreta proviſione illorum inter ſe quondam coluere progenitores, præfatis ſpoliationibus, dampnis, & injuriis univerſis, nulla cauſa vel occaſione diſcordiæ ſeu controverſiæ ſuper eiſdem ulterius remanente, ex utraque parte pro ſe & hæredibus ſuis imperpetuum remiſſis, irrefragabili decreto ac perhenni edicto ſtatuerunt, ut quocunque loco Regnorum ſuorum ſeu Dominii ſui homines vel Mercatores alterutrius Regni, Angliæ, ſcilicet, vel Norwigiæ, de cætero contigerit declinare, cum bonis ſuis omnibus benignè recipiantur, & honeſte pertractentur; nec etiam, ſuper præfatis ſpoliationibus, dampnis, & injuriis, aliquatenus impoſterum querelentur aut inquietentur.

4. Mercatores autem, qui de alterutro iſtorum Regnorum duorum ad alterum, mercandi cauſa, acceſſerint, liberè, quietè & pacificè merces ſuas venundent, & mercimonia comparanda comparent.

5. Quicumque verò res ipſorum ſeu merces comparare voluerint, res ipſas emptas, ni prius ſoluto pretio, non aſportent; vel ſi aſportaverint, pretium ſecundum quod conventum eſt, nulla cavilloſa ſeu fraudulenta diminutione, nec etiam morâ diſpendioſa intervenientibus, exſolvent.

6. Huic finali Concordiæ & Compoſitioni, communi conſenſu, adicientes, ut, ſi homines, vel mercatores Regni Angliæ in Norwegia, ſeu Dominio Domini Regis Norwegiæ; vel, vice verſa, ſi Norici in Anglia, vel Dominio Domini Regis Angliæ naufragium, quod abſit, patiantur, liceat eis naves ſuas fractas vel colliſas, cum Rebus ſuis omnimodis libere, quiete, pacifice, per ſe, vel per alios reficere, recolligere, & habere, quamdiu eaſdem pro direlicto non habuerint.

7. Ballivus autem, ſeu Ballivi, qui pro tempore fuerit, vel fuerint, ubi & quando hoc evenire in alterutro Regno contigerit, naufragos illos, cum navibus ſuis

A.D. 1269. Hen. 3.

ſuis confractis, & rebus ſuis omnibus, ab inquietantium, & ſpoliantium incurſibus pro viribus ſuis protegant & defendant; & etiam ad res ipſas, & naves colligendas & ſalvandas, ſuccurſum, ſi potuerunt, fideliter impendant & juvamen.

8. Quicunque autem hujuſmodi perpetuæ pacis perturbator & amicabilis compoſitionis violator repertus fuerit, ita ſcilicet ut aliquibus, de hujuſmodi navibus, ſeu rebus periclitatis furtivè vel fraudulenter ſubtraxerit, aut violenter ſurripuerit, vel etiam ipſos naufragos in rebus vel perſonis aliquo modo injuſtè moleſtaverit, & ſuper hoc convictus fuerit, injuriis reſarcitis & ablatis, conſuetudine, ſi qua ſit contraria, non obſtante, reſtitutis, per Ballivum ſeu Ballivos loci, vel etiam per judicem, ab illo Rege ad hoc ſpecialiter deputatum in cujus Dominio talia fuerint attemptata, evidenti animadverſione compeſcatur; ut, ipſius pœnâ docente cæteros, cognoſcant univerſi quam gravi ſit & crudeli animadverſione dignum, talium Dominorum ſtatuta pacis, & concordiæ amicabilia decreta, temerariâ præſumtione infringere vel violare.

9. Ad firmiorem itaque hujus compoſitionis ſtabilitatem, inter eoſdem Reges firmiter eſt condictum ut, ſi inimicus alterius ipſorum ad alium confugerit, ipſum in Regno ſuo, ſeu Dominio, ad gravamen ejus a quo effugerit, non recipiet, niſi forte ad tempus, ut gratiam ſic impetret, ſi gratiam meruerit; ſet, ſi gratiam ſui offenſi optinere non poterit, ipſum ſtatim poſt annum non differat a ſe & ſuo Dominio removere.

10. In cujus rei teſtimonium factum eſt hoc ſcriptum in modo Cirographi, cujus una pars, ſigillata ſigillo prædictorum Asketini & Petri, reſidet penes Dominum Regem Angliæ; & alia pars, ſigillata ſigillo prædicti Regis Angliæ, reſidet penes regem Norwegiæ ſupradictum.

Conventio facta inter Regem Franciæ & Edwardum Primogenitum Regis, ſuper profectione in Comitiva prædicti Regis in terram ſanctam.

A.D. 1269. *An.* 53. *H.* 3. *L. B. f.* 33. *a. penes Camer. Scaccar.*

A Touz les feaus Dieu, a qi ces Lettres vendront, Edward, fuis eiſne a noble Roy Dengleterre, ſaluz en Dieu.

Sachent tuit qe entre noſtre chier Couſin Looys, par la grace de Dieu, noble Roy de France, e nous ſont fetes de comun acort ſur noſtre voaie du pelerinage d'outre mer iceles covenaunces;

Li dit Roy de France doit preſter a nous ſexante & dis mile Liures de Tornois, contes en ceſte ſumme vint & cink mile Liures de Tornois, les queus mon Signiur Gaſtun, Viſconte de Byern, noſtre Couſin, devoit avoir de celui Roy de France por lui, & por ſon paſſage, e por ſes gens, ques il deuoit mener ou pelerinage d'outre mer avoqs celui Roy; Le quel Gaſton nous retenoms lui, e ſes genz, en noſtre Compaignie.

E de ces ſexante & dis mile Liures deit eſtre baille por chevaus, por nefs, por viandes, e por noſtre paſſage, qi ce meſtier nous en ſera: e ſera paie par les genz le Roy, ou par ceus qi il mettra a ceus, de qui ces choſes ſerront priſes, ou achatees por nous par la veue de nos Gens qi nous aurons a ce attorne: e ce il a remanant, il nous ſera deliure la ou le Roys ſera outre mer apres ce qe nous ſerons venus a lui.

A.D. 1269.

E les devandit deniers nous ſumes tenus a rendre au devandit Roy, C'eſtaſſavoir cheſcun An diz mile Liures, a deus termes deſous eſcriz, jeſques a taunt qe il ſoit entirement paie de tote les ſexante e dis mile Liures.

E comencera la premere paie, C'eſtaſſavoir de cink mile Liures, a mois Marz en l'an del' incarnation noſtre Seignieur mile, deus Cenz, e ſexante, e treze:

E l'autre paie, des autres cingz mile Liures, a la nativite ſaint Johan Baptiſt prochenement ſuivant; E enſi de An en An a meſmes ces termes jeſques a taunt qe il ſoit parpaie.

E ſeront pae ces deniers cheſcun An a Paris au Temple, dedenz la quinzeme apres les termes avantnomez, du paage de Bordeaus, par la main de noſtre Coneſtable, ou par celi qi tendra ſon leu, ou de leur mandement.

E volons qe de celui paage a cheſcun terme ne ſoit riens mys en autre uſage, jeſques a taunt qe lui Roys eit en enterment la paie de cheſcun terme.

Le quel paage nous li aſſenoms en la manere devauntdite, e obligeons, par la volente noſtre Seigneur le Roy, noſtre pere, por la ſumme des deniers devantdiz.

A.D. 1269. Hen. 3.

E volens qe il en ſoit paiez, cheſcun An delors, ſi come il eſt deſus dit ſantz faillir.

E de ceſt aſſignement e obligement nous li devoms fere avoir les lettres noſtre cher Seigneur & pere le Roy D'engleterre, ouoqes noz preſentes Lettres.

E, s'il avenoit, avant qe les deniers devauntditz feuſſent paies, qe nous teniſons plus de terre qe nous ne tenons en tens d'ore en Reaume de France, nous volons qe ele ſoit auſint obligee por la paie deſus dite;

E, ouoqes tut ce, nous li obligeons, por la paie devantdite, ce defaute j'avoit, noz biens muebles, les queus porront eſtre trovez en ſon Reaume, apres nous avons promis a celui Roy qe nous ſerrons, a pluis tart, dedeinz l'aſſumpcion de noſtre dame prochein avenir au port d'Equemorte apareillie de paſſer; ſi nous n' aions tiele aſſoigne par quei li Roy meſmes nous tiegne por eſcuſez.

E, ſi einſi eſtoit, qe nous ne veniſſons a lui por l'eſſoigne deſuſdite, d'ont Deus nous defendre, nous volons e ottrions qe des choſes, des queus noſtre gent auront achatees des deniers devantditz, qe li Roys, devantdit en preigne, e en retiegne ce qe li plerra par le pris qe eles auront eſte achateez; e le remanant ſoit vendu par noz gens franchement, ſanz encombrement de nulli, e les deniers, qi en iſtronts, ſoient renduz au Roy, ou a ſon commandement en aquit du preſt devantdit: E ce qe demourroit a parfere don paiement de la ſumme devantdite, ſerroit pris ſour le aſſenement devantdit, ſolonc la reſon des termes devantditz.

E promettonz, encore, qe nous travaillerons en bone foi de paſſer, e de venir, a plus toſt que nous porrons, la ou li Roys ſerra.

E autreſint avoms nous promis en bone foi, qe nus grefs, ne damages, ne ferons par nous, ne par les noz, en la terre le Roy devandit, ne en la terre de ces freres, que il ont en ſon Reaume, ou de hors, en alant en noſtre pelerinage, e en demorant, ne en retornant.

E, tant come nous ſerons en noſtre pelerinage ouoqes le Roy de France, nous li obeierons en bone foi, auſi come un des Barons de ſon Reaum, por fere le ſerviſſe noſtre Seigneur.

A.D. 1269. Hen. 3.

E totes ces choſes devantdites nous li avoms jurez ſur ſaintes Evangeles a garder fermement, tenir leaument, & a parfere en bone foi entierement; e eſpeſciaument por ceſte Article, c'eſtaſſavoir por venir au port avantdit, e por paſſer la ou li Roys ſerra, ſi come eſt devantdit, de nous baillier a paus un de noz fuiz, en ouſtage, dedeinz la prochein Chandelur, au Roy, ou a ſon commandement; li queus noſtre fuiz ſerra tut quites, e deliures de ceſt ouſtage, ſi toſt come nous vendrons la ou li Roys ſerra; E li Roys le fera quites deliurer a nous, ou a noſtre comandement.

E, s'il avenoit qe nous moreuſſons avant qe nous veniſſons au Roy, ou autre eſoigne, par quei li Roys nous teniſt por eſchuſez, nous aveniſt, d'ont Deus nous defende, ſi come eſt deſus eſcrit, li en faut ſerra tut quite deliure a nous, ou a ſa Mere, ou a noſtre mandement, ou au Roy D'engleterre noſtre Pere, ou la Reine noſtre Mere, ou a leur mandement, s'il avenoit einſi qe la Mere a l'enfant moreuſt avant: E a ceſte deliurance fere de l'enfant ſont tenuz li Roy, e ſes heirs.

En teſmoigne des choſes devantdites nous avons fet mettre noſtre ſeel a ces preſentes lettres;

E nous Henri fuiz eiſne le Roy D'alemaign. Gaſton Viconte de Byhern. Thomas de Clare frere au Counte de Glouc. Roger de Leburn, Robert. Walerand Chevaliers, avons jure ſur ſaintes Evangeles, a la requeſt du devantdit mon Seignieur Edward, qe nous en bone foi travaillerons, e metterons loiaument conſail, e paine, que li devantdit noſtre ſire Edward gart è accompliſſe les Covenances devantdites.

E a nous ajouſte a ces preſentes lettres nos ſeaus, oveqes le ſeal mon Seignieur Edward. En teſmoign de totes les choſes devantdites

Done fu ceſt eſcrit, e fet a Paris, le Mardi prochein apres la feſte ſeint Berthelemi l'Apoſtre, an de l'incarnation noſtre Seignieur mil deus cenz, ſeſſante, neuyme.

Obligatio Henrici Regis pro forma Conventionis præeuntis.

A.D. 1269. An. 53. H. 3. L.B. f. 33. b. Penes Camerar. Scaccar.

Henri, par la grace Dieu, Roy D'engleterre Seignieur D'Irlande, è Dux D'Aquitaine, a tous ceaus qi ciſt eſcrit orront, ou vorront, Salus.

A.D. 1269.

Sachez qe, come entre noſtre Chier Seigniur Looys, par meſme la grace, noble Roys de France, e noſtre cher fuiz

A.D. 1269.
Hen. 3.

Eiſne Edward ſoient fetes, de Comun accord, ſour le Voiage de outre Mer, certeines Covenances, ſi come il apiert par les lettres dou avantdit Edward,

E il ſeit contenu en iceles covenantes qe li devantdit Roys doit apreſter a celui Edward Soixante e dis Mil. Livres de Tornois, a rendre a termes, qi ſont contenuz en icele Lettre du paage de Burdeau, par la main de ſon Coneſtable, ou par celui qi tendra ſon leu, ou de lour commandement,

E, por celui paiement fere as termes, qi ſont contenuz en la Lettre, le devandit Edward lui eit aſſene & oblige le devantdit paage en la manere, qe eſt contenue en la devantdite Lettre, par noſtre volente, ſi come il diſoit,

Nous reconiſſons qe ce ad eſte fet par noſtre volente, e de nouvel aſſenoms & obligeons le devantdit paage, por la Sume de deniers devantdite rendre as termes devantditz,

E promettons qe nous ne vendrons a l'encountre par nous, ne par autre.

E, por ce qe du devantdit aſſenement li devantditz Edward avoit promys a celui Roy fere avoir nos Lettres, ovoqs les ſenes, nous avons fetes ces Lettres, e baillees en teſmoigne, e en confermement de ces Choſes, Seelees de noſtre ſeel.

Done a Wynceſtr. le Mardi prochein devant la Feſte Seint Michel, l'an de grace mil, deus cenz, ſoiſante noſime.

Pro Alienora Regina.

A.D. 1269.
An. 53. H. 3.
Pat. 53. H. 3. n. 54.

REX omnibus tenentibus de Maneriis, & firmis de Merleberg, Ronedon, Winterburn, Hedendon. Hamberg. Blokeſham, Molendinorum & prati Oxon. Langele, Cocham, Braye, Keniton, Wicumbe, Kingeſton, Boſeham, Hadleg. Coleceſtr. Andovere, & Baſingſtoke, ſalutem.

Sciatis quod cum Petrus de Sabaudia, avunculus noſter dudum defunctus, ante mortem ſuam dediſſet & legaſſet kariſſimæ Conſorti noſtræ Alianoræ, Reginæ Angliæ, Honorem Richemundiæ, cum pertinentiis, ſicut poteſtatem habuit per Cartam noſtram;

Et nos honore illo indigeamus ad opus kariſſimi filii noſtri Johannis de Britannia, ad tradendum eidem Johanni, ſicut tenemur per litteras noſtras patentes, quas ſibi inde dudum fieri fecimus,

Nos, in eſcambium honoris prædicti, quem eadem Regina reddidit in manus noſtras & quietum clamavit in perpetuum, dedimus & conceſſimus eidem Alianoræ Quingentas Marcas, ſingulis annis, ad totam vitam ſuam, percipiendas de firmis prædictis, in forma in litteris noſtris patentibus, quas eidem Reginæ noſtræ fieri fecimus patentes, plenius contenta,

Videlicet de firma de Merleberg. quadraginta libras.

De firma Agnet. de Roneſdon ſeptem libras & decem ſolidos.

De firma de Winterborne duodecim libras & novem denarios.

De firma de Hedingdon decem & octo libras.

A.D. 1269.

De firma de Haneberg. viginti & ſeptem libras.

De firma de Blokeſham triginta & duas libras,

De molendinis noſtris Oxon. viginti & quinque libras,

De prato noſtro Oxon. treſdecim libras, ſex ſolidos, & octo denarios

De Villata de Langeleie ſeptem libras,

De Cocham, de Braye & de Kenigton quinquaginta marcas,

De firma de Wicumbe decem & octo libras.

De firma de Kingeſton, cum extenſu, viginti & novem libras, treſdecim ſolidos, & ſeptem denarios.

De firma de Boſeham quadraginta & tres libras, quatuor ſolidos, & ſex denarios.

De firma de Hadleg. treſdecim libras, ſex ſolidos, & octo denarios.

De firma de Coleceſtr. quadraginta & unam libram, & octo ſolidos,

De firma de Andovere quaterviginti & duas libras, ſex ſolidos, & octo denarios.

De firma de Baſingſtoke quaterviginti libras.

Et ideo vobis mandamus quatinus eidem Alianoræ, quoad firmas prædictas, ſibi vel certo Attornato ſuo reddendas, de cætero intendentes ſitis & reſpondentes, ſicut prædictum eſt; & firmas prædictas præfatæ Reginæ noſtræ, vel certo Attornato ſuo, ad dies & loca, quæ eadem Regina noſtra vobis ſcire faciet ex parte noſtra, reddatis in forma prædicta.

In cujus, &c.

De

De Protectione Cruceſignatorum.

A.D. 1269. An. 54. H. 3. Pat. 54. H. 3. m. 7.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum Edmundus filius noſter kariſſimus cruceſignatus, profecturus ſit ad partes tranſmarinas in ſubſidium terræ ſanctæ, ſuſcepimus in protectionem & defenſionem noſtram prædictum Edmundum, homines, terras, res, redditus, & omnes poſſeſſiones ſuas.

Et ideo vobis mandamus quod prædictum Edmundum, homines, terras, res, redditus, & omnes poſſeſſiones ſuas, manuteneatis, protegatis & defendatis, non inferentes eis, vel inferri permittentes injuriam, moleſtiam, dampnum, ſeu gravamen.

Et, ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis ſine dilatione faciatis emendari. In cujus, &c. duraturam per quadriennium.

Volumus etiam quod idem Edmundus à tempore quo iter prædictum arripuerit, per totum tempus, quod extunc ſuperfuerit, ad perficiendum quadriennium prædictum, ſit quietus de omnibus placitis & querelis de dote, unde nichil habet, aſſiſæ novæ diſſeiſinæ, & ultimæ præſentationis; præſentibus minime valituris ſi contingat ipſum Edmundum iter prædictum non arripere, nec poſtquam, citra prædictum quadriennium, ſi redierit de partibus ſupradictis.

Teſte Rege apud Weſtmon. 19 die Octobris.

A.D. 1269.

Conſimilem protectionem habet Hugo de Aungervill cruceſignatus, qui cum eodem Edmundo profecturus eſt ad partes tranſmarinas in ſubſidium Terræ Sanctæ.

In cujus, &c. duratur. ſicut prædictum eſt.

Teſte ut ſupra.

Conſimilem protectionem habet Robertus de Boyvill cruceſignatus.

In cujus, &c. duraturam ſicut prædictum eſt.

Teſte ut ſupra.

Conſimilem protectionem habet Johannes de Remundeby cruceſignatus.

Conſimilem protectionem habet Robertus de Brus cruceſignatus.

Conſimilem protectionem habet Willielmus filius Warini cruceſignatus.

Conſimilem protectionem habet Willielmus filius Radulphi cruceſignatus.

De Protectione Cruceſignatorum.

A.D. 1270. An. 54. H. 3. Pat. 54. H. 3. m. 38.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum dilectus fidelis noſter Johannes de Tybetot cruceſignatus nobiſcum & cum Edwardo primogenito noſtro profecturus ſit ad partes tranſmarinas, in ſubſidium Terræ Sanctæ, ſuſcepimus in protectionem & defenſionem noſtram eundem Johannem, homines, terras, res, redditus, & omnes poſſeſſiones ſuas:

Et ideo vobis mandamus quod prædictum Johannem, homines, terras, res, redditus, & omnes poſſeſſiones ſuas manuteneatis, protegatis & defendatis, non inferentes eis, vel inferri permittentes injuriam, moleſtiam, dampnum aut gravamen.

Et, ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, faciatis emendari. In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri facimus patentes, à Feſto Paſchæ proximo præterito per quadriennium duraturas.

Volumus etiam quod idem Johannes, à tempore, quo iter prædictum arripuerit, per totum tempus quod extunc ſuperfuerit ad perficiendum prædictum Quadriennium, ſit quietus de omnibus placitis & querelis, exceptis placitis de dote, unde nichil habet, & aſſiſa novæ diſſeiſinæ, & ultimæ præſentationis; præſentibus minime valituris ſi contingat ipſum iter prædictum non arripere, nec poſtquam, citra prædictum quadriennium, ſi redierit de partibus ſupradictis.

A.D. 1270.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmon. 13 die Julii.

Conſimilem protectionem habet Robertus de Tybetot cruceſignatus duraturam ut ſupra.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Conſimiles protectiones habent,

Hugo de Plugenet,
Robertus la Warre,

A.D. 1270.
Hen. 3.

Johannes Tybetot,
Willielmus Thurebert,
Rogerus de Portes,
Ricardus de Boys,
Johannes de Gayton, Vallettus Edwardi primogeniti Regis,
Johannes filius Thomæ de Wraſtlinggewrth,
Johannes Ferre,
Olyverus de Panchardun,
Willielmus de Everle,
Walterus filius Hildebrond,
Ricardus de la Rokele,
Willielmus Peche,
Stephanus de Lond. perſona Eccleſiæ de Lugwardin,
Walterus de Cambou,
Ricardus de Sauvage,
Johannes de Weſton,
Gerardus de Favencurt,
Laurentius de Lanerfal,
Ricardus de Aſton,
Robertus de Marton,
Henricus Waleys,
Robertus de Neuton,
Rogerus de Clyfford,
Johannes de Verdun,
Johannes de Guer,
Ranulphus de Auderne,
Willielmus le Brun,
Johannes de Oweſton,
Walterus de Portes de Flemſted,
Nicholaus de Marton,
Johannes de la Grave,
Henricus de Burghull,
Willielmus de Pageham,
Stephanus de Sele,
Thomas de Pyn,
Euſtachius de Balliolo,
Robertus Burnell,
Alexander Luterell,
Laurentius de Loverſhale,
Willielmus de Bevill,
Johannes de Portes,
Eudo filius Warini,
Johannes de Verdun,
Willielmus le Graunt,
Johannes Peſbun,
Hugo filius Otonis,
Willielmus filius Roberti de Wilgheby,
Ricardus de Saundon, Baliſtarius Edwardi filii Regis,
Rogerus atte Clyne,
Ricardus de Aſton,
Galfridus de la Hyde,
Thomas de Clare,
Willielmus filius Laurentii de Naſſreton,
Johannes Lavel,
Bartholomæus de Briaſon,
Willielmus Graundyn,
Stephanus de Hoitton,
Egidius de Feenes,
Ricardus filius Henrici Maleſours,
Robertus de Cadamo,
Henricus de Peremor,
Antonius Bek,
Ricardus de Shafham,
Sywardus de Mapeldurham,
Ricardus Filiol,
Adam de Geſoume,
Rogerus de Reymes,
Ernulphus de Munceny,
Henricus de Langedon,
Galfridus de la Hyde,
Johannes Faucellun,
Robertus de Munceny,
Hugo Sauvage, Cyrugicus,
Berengerus le Mayne,
Hervitus de Chauwyth,
Paganus de Chawrth,
Patricius de Chawrth,

Cruceſignati.

A.D. 1270.
Hen. 3

Edwardus Primogenitus conceſſit cuſtodiam filiorum ſuorum Domino Ricardo Regi Romanorum avunculo ſuo, dum fuerit in Terra Sancta.

A.D. 1270.
An. 54. *H.* 3.
*L.A.f.*214.*b.*
Penes Camerar. Scaccar.

EDward, Fiz eſne a l' noble Rey de Engletere, a tuz, ke ceſte lettre orrunt ou verrunt ſaluz.

Siche ke, par le otri e le aſſentement de l'avant dit Rey noſtre pere, avum ordine e eſtabli de la garde de nos enfans, e de nos chaſteaus e de nos terres, e de nos Seignuries en Engletere, en Gales, en Irlonde, en Gayſcoyne, e des iſles de Gerneſie e de Gereſie, oue tute les apurtenances, enſement oue les iſſues des terres, e de choſes avaunt dites, en la forme deſut eſcrite, Ceo eſt aſſaver;

A.D. 1270.

Le noble Rey Ricard de Romeyns, noſtre uncle, eyt la garde de nos enfant jeſkes a noſtre revenir, a l'pleyſir de Deu, de la terre ſeynte, a la ſeurte de nos, e de nos enfanz avant diz; iſſike, ſi par aventure avegne ke Deu face de nos ſon comandement avant noſtre retorner en Engleterre, meſmes la garde remeyngne a l'vant dit Rey noſtre uncle, jeſkes al leal age de meyme les enfanz, enſement oue le government, e le adreſcement de nos terres avant dites.

E, a la garde de meſmes les terres, deſut le Roy noſtre uncle avantdit, avum aſſigne le honorable Pere Waut. Eveske de Everwyk, è nos chers amis Syre Philip Baſſet, Syre Rog. de Mortimer, e Sire Robert Walrond,

Ke a la governement, e a la garde de nos terres, e de nos dreyt avantdit teignent noſtre lui enſemblement oue le Rey avantdit; e a ous ſeyent entendant e juret tuz nos Baylifs, e nos Chaſteleyns, ſi com a nus meymes, as choſes e a boſoygnes, ke ils ordinerunt e furrunt par le conſeyl de noſtre uncle, kant il porra entendre.

Et, ſi il, par aventre, aveniſt ky le avantdit Rey noſtre uncle, ou tuz les quatre ne puſſunt entendre, ferm ſeyt e eſtable ceo ke treys, ou deus de iceus, ky preſent ſerrunt, en front kant boſoygne ſourdera.

Enſement avum ordine des iſſues des nos terres avantdites, ky nos dectes en ſeyent payes as povere gent, e as autres en ceſte terre, e en autre par tut la ou ne devom.

E, ſi, par aventre, avegne, ky Deu defende, ky gerre ſorde en la terre, adonk y ſeyent les iſſues avantdite miſes en la garde, e en la ſeurte de nos enfans, e de nos chaſteaus, e de nos terres avantdites, ſi com meſtier ſerra, e apres, en eyde ne nos amis, tant cum il porrunt eſtendre;

E, ſi il pleyſe a Deu ky pes ſeyt en la terre, per quey ne ſeyt meſtier a iſſi mettre les iſſues avantdites, donk volum ky il ſeyent garde en ſauue garde, mis al us de nos enfans, ſi aventre de nos en vegne jeskes a lâge de nos enfant avantdit, a fere ent dunkes lur preu, ſi endementers ne ſeyent boſoynnablement mis a eus, a alirr dreyt defendre.

Enſement avum ordine ky, ſi per aventre meſavegne de nuls de quatre avant dit, ky dunke ſeyt purveu per le avantdit Rey, e les treys autres, un autre en ſeon lui ky covenable ſeyt: E enſement de chaſteleyns, e de Baylifs, ſi par nule aventre ſeyent remuables, ou autre aventre de eus avegne; e ceo ſeyt entendu auſi ben de chaſteus, e des contes, ky le Rey noſtre pere nos ad bayle, e de foreſtes, enſement e de autres baylaies, les queus nos tenoms a terme par ſun bayl, cum de nos chaſteus, e de nos Baylaies demeyne:

Eſtre ceo avum ordine, ky ſi de noſtre pere Rey de Engletere, ky Deu defende, meſaveniſt, ky le devant dit Roy noſtre uncle eyt la garde de nos enfans avant dit, e tengne noſtre lui en Engletere, e aylurs, par l'ayde les avantdit quatre, e de nos amis, e keus ky dunke ſerrunt en la terre de Engletere, jeskes a noſtre revenir de outre mere, ou jeskes al plener age de nos enfans, ſi Deu ne voyll ky nus revegnoms.

E, ſi il avent ky Deu fet ſun comandement del Rey de Alemaigne avantdit noſtre uncle, devant noſtre revenir de outre mer, ou devant le plener age de nos enfant, nus volum ky ſeon Fit Henri, ſi il ſeyt el Reaume en puſance de ſun cors, ky il eyt meyme le poer ke ſun pere avoyt.

E, ſi de lui aveigne, ky Deu nun, nus voloms ky les quatres avant dit eliſent un covenable a ſoverayn de eus, ou de autre, tel com il verrunt ky plus ſeyt covenable a nus, e a nos enfant, e all Reaume de Engletere; le quel eyt meſmes le poer, ky le Roy en eyt, ou ſon Fit.

E pur ceo ky nul certeyn tens ne eſt eſtabli de l'age de nos enfant, voloms ky le age ſeyt entendu du vint anz, iſſi ky, jesky a dunky, ne eyt poer de choſe s'loyngner de la Corone, ne de dons fere, d'unt force ſeyt, fors per le conſeyl des avant dit gardeyns, ou de ceus ky il averunt a eus a compaigne, e ceo ſeyt entendu de don reſonable de choſe mobles, jeskes a tant ky eus ſeyent de plener age de vint anz.

E, eſtre ceo, nus avum retenu a nos plener poer, des autres a jundre a ceus cink, kant il nus plerra, en noſtre teſtament, ou avant.

E, ſi il a veneyſt ky Deu feyſt ſon comandement de noſtre Seignur le Rey noſtre pere, ou de nus, avant ceo ky nus returnums de outre mer, nus voloms ky totes les iſſues de la terre de Engletere, e de nos autre terres avantdites, ſeyent mis en ſauue gar a le us de nos enfant ſauue nos dectes, e le miſes ke il ic covendra mectre par eſtover, par le conſeyl, e le ordeynement des avanantdit cink.

E, a ceſtes choſes avant dites fere ferms e eſtables, avoms nos noſtre ſeal miſa ceſte lettre, fete en forme de cyrograf, d'unt nus avoms la une partie Bayll a noſtre cher uncle le Rey avantdit, e la autre partie as avantdit quatre enſemblement, oue la lettre overt noſtre cher pere le Rey de Engletere, par la quel nus aviums poer a ceſtes choſes avantdites fere, e a complir;

A ces Teſtmoygnes,

Nichol Evesky de Wynceſt.
Godefry Evesky de Wyreceſtre,
Roger Evesky de Ceſtr.

A.D. 1270. Hen. 3.

Waut. Evesky de Exceſtre,
Syre Will. de Valence,
Rog. de Someri,
Syre Rob. de Aguylon, e autres.

Done a Wynceſtr. le ſecund jur de Auſt, le an de Regne noſtre pere avantdit cinquante quatre. A.D. 1270. Hen. 3.

De Signo Crucis tradito Edwardo primogenito Regis, & Viceſima ſibi conceſſa.

A.D. 1270. An. 54. H. 3. Pat. 54. H. 3. n. 26.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Licet nos, ſicut Edwardus primogenitus noſter, totis deſideriis affectemus transfretare in ſubſidium Terræ Sanctæ: quia tamen Prælatis, Magnatibus, & Communitati Regni noſtri non videtur expediens neque tutum, quod nos ambo extra Regnum iſtis temporibus ageremus;

Nos, votum noſtrum, quatinus poſſumus, perfici, & Regni noſtri regimini de conſilio dictorum Prælatorum & Magnatum ſalubriter proſpicere cupientes,

Negotium crucis, unà cum ſigno crucis noſtræ præfato primogenito noſtro, ex plena & ſumma confidentia commiſimus vice noſtra; A.D. 1270.

Et ad idem negotium, quoad votum peregrinationis noſtræ & ſuæ, prout decet & expedit, ad Chriſtiani nominis exaltationem, efficacius peragendum, totam Viceſimam, nobis in ſubſidium Terræ Sanctæ per totum Regnum noſtrum conceſſam, tàm collectam, quàm colligendam, eidem Primogenito noſtro duximus plenarie conferendam.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Winton. 4 die Auguſti.

Pro Edwardo filio Regis de Cuſtuma Burdegaliæ invadiata propter negotium Crucis.

A.D. 1270. An. 54. H. 3. Pat. 54. H. 3. n. 19.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum kariſſimus filius Edwardus primogenitus noſter pro negotio crucis, quam humeris ſuis aſſumpſit, invadiare, dimittere, ſeu ad firmam tradere proponat cuſtumas ſuas Burdegaliæ, tàm majores, quàm minores,

Nos pium ipſius propoſitum cernentes in hac parte, & ipſius propoſiti expeditionem fœlicem adoptantes, illas invadiationem, & dimiſſionem, ſeu ad firmam traditionem, uſque ad quadriennium completum, quantum in nobis eſt, laudamus, approbamus & confirmamus:

Concedentes quod, in nullo contra ipſam dimiſſionem, ſeu traditionem, aliquo tempore, ſeu quoque uſu contingente, veniemus; ſed ipſas potius ſervabimus, & pro poſſe noſtro faciemus obſervari. A.D. 1270

Conditiones autem, & pacta, & conventiones omnes contentas in ſcriptis, ſeu inſtrumentis, quas vel quæ Firmarii, Mercatores, ſeu illi, qui dictas cuſtumas tenebunt ex dimiſſione dicti filii noſtri, vel ejus attornati, faciemus inviolabiliter in omnibus obſervari, & alia quæ magis poterunt Mercatoribus prodeſſe.

Teſte Rege apud Clarendon. 18 die Auguſti.

Pro Alienora Regina ſuper decima in Hybernia colligenda.

A.D. 1270. An. 54. H. 3. Pat. 54. H. 3. n. 13.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, & aliis viris religioſis, Archidiaconis, Officialibus, Decanis, Rectoribus, Vicariis, ac univerſis & ſingulis beneficiatis, in Hibernia conſtitutis, ad quos, &c. ſalutem.

Cum Dominus Papa, propter adverſitates & anguſtias, quæ nos in turbatione, in Regno noſtro nuper habita, multipliciter imprimebant, decimam omnium beneficiorum eccleſiaſticorum totius Hiberniæ, per triennium nobis conceſſerit, ad relevationem ſtatûs noſtri, A.D 1270.

Et nos dictam decimam kariſſimæ Conſorti noſtræ Alianoræ Reginæ Angliæ aſſigna-

A.D. 1270. Hen. 3. aſſignaverimus, quæ circa collectionem ſupradictæ decimæ non modice extiterit prægravata ſumptibus & expenſis, licet modicum aſſecuta fuerit hactenus exinde ſubſidium & juvamen;

Et prædicta Conſors noſtra fratrem Stephanum de Fuleburn Hoſpitelarium, & Magiſtrum Johannem de Boſco, conjunctim & diviſim, ordinaverit Procuratores & Nuncios ad colligendum & recipiendum decimam ſupradictam, & ad audiendum ratiocinia de perceptis a quibuſcumque collectoribus decimæ ſupradictæ;

Nos, tenore præſentium, ratum habentes & firmum quicquid Procuratores & Nuncii prædicti, vel eorum alter noſtro & prædictæ conſortis noſtræ nomine duxerint vel duxerit faciendum, A.D. 1270.

Vobis mandamus, firmiter injungentes quod eiſdem Procuratoribus & Nunciis, in omnibus quæ ad præmiſſa pertinent, intendentes ſitis & reſpondentes, conſulentes & auxiliantes, prout ipſi vobis ſcire facient ex parte noſtra.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Bampton. 5 die Septembris.

Litteræ directæ Lewelino filio Griffini, Principi Walliæ, ſuper pace cum eo obſervanda.

A.D. 1270. *An.* 54. *H.* 3. *Clauſ.* 54. *H.* 3. *m.* 2.

REX dilecto & fideli ſuo Leulino, filio Griffini, Principi Walliæ, ſalutem.

Cum nuper, ex inſinuatione litterarum veſtrarum, intellexerimus quod vos pacem, inter vos & nos initam & firmatam, parati eſtis, fuiſtis, & eritis in omnibus obſervare: niſi, vobis invitis & veſtris demeritis non præcedentibus, fueritis contra hoc per alios provocati;

Et quod dilectus & fidelis noſter G. de Clare Comes Glouceſtriæ, ſimul cum quibuſdam aliis in magna multitudine, terram veſtram de Morgaunt invadere proponebat,

Per quod eidem Comiti mandavimus quod ab hujuſmodi propoſito penitus deſiſteret, & ad nos uſque Weſtm. ad inſtans Parliamentum noſtrum veniret, nobiſcum ſuper hiis & aliis locuturus:

Et idem Comes, juxta mandatum noſtrum ad nos accedens, nobis intimaverit quod quidam Mereducus Reſy, ligius homo ſuus, ab homagio ſuo receſſit, & infra poteſtatem veſtram contra fidelitatem ſuam & homagii ſui debitum moratur, & Caſtrum ſuum, quod de eo tenuit, & quod eſt de feodo ſuo, & non de feodo veſtro, obſediſſe propoſuit,

Et de vobis & veſtris coram nobis & concilio noſtro, de tranſgreſſionibus & injuriis ſibi per vos & veſtros diverſimode illatis, gravem querimoniam depoſuerit, inſtanter petendo quod, tranſgreſſionibus & injuriis prædictis auditis, competentes emendæ in hac parte, ſecundum conſuetudinem Marchiæ, & juxta formam pacis prædictæ, fierent ſine mora:

Nos, habito cum Concilio noſtro ſuper præmiſſis tractatu diligenti, volentes quod pax prædicta pro nobis & noſtris firmiter obſervetur, & quod tam vobis & veſtris de tranſgreſſionibus & injuriis vobis factis, ut aſſeritis, quam præfato Comiti, & ſuis, ac cæteris Marchionibus noſtris de exceſſibus, tranſgreſſionibus, & injuriis eis per vos, & veſtros illatis, fiat juſtitiæ complementum, A.D. 1270.

Mittimus venerabiles patres G. Wigornienſem, & R. Coventr. & Lichfeld. Epiſcopos, & dilectos & fideles noſtros W. de Bello-campo Comitem Warrewici, R. de Somery, J. de Linde, & Magiſtrum Willielmum de Corvire uſque Mungomery, ad inſtans feſtum Omnium Sanctorum, ita quod erunt ibidem in Craſtino Animarum,

Plenam poteſtatem habentes ad exceſſus, tranſgreſſiones & quaſcumque injurias, hinc inde audiendas & terminandas; & ad plenam & celerem juſtitiam inde qualitercumque conquerentibus, ſeu coram eis conqueri volentibus, exhibendam, prout ſecundum legem & conſuetudinem Marchiæ, & juxta formam pacis prædictæ fuerit faciendum:

Et injunximus eidem Comiti, & ipſum ajornavimus coram eiſdem Nunciis noſtris, quod die prædicto, ſeu diebus ad hoc, ſi neceſſe fuerit, per ipſos continuandis, ſit ibidem perſonaliter, vel aliquos de ſuis, plenam ad hoc poteſtatem habentes, coram eiſdem Nunciis venire faciat, ad faciendum & recipiendum, nomine ſuo, quod juſtum fuerit in hac parte;

Unde vobis mandamus, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod ad vadum de Muntgomery ſitis perſonaliter diebus ſupradictis, vel aliquos de veſtris, plenam pro vobis ad hoc poteſtatem habentes,

A.D. 1270. Hen. 3.

ibidem mittatis, ad faciendum & recipiendum ſimiliter in præmiſſis, nomine veſtro, quod juxta formam pacis prædictæ, ſecundum legem & conſuetudinem partium illarum, fuerit faciendum;

Et hoc nullatenus omittatis, ita quod vobis vel veſtris imputari non poſſit vel debeat quo minus pax prædicta inviolabiliter obſervetur; & quod emendæ de quibuſcumque tranſgreſſionibus & injuriis vobis & veſtris per præfatum Comitem, & ſuos, ac alios Marchiones noſtros, ac eiſdem per vos, & veſtros illatis, ut dicitur, infectæ non remaneant quoquomodo.

Et quia, per præfatum Comitem & alios, intelleximus quod vos, cum exercitu bannito, & multitudine armatorum, Caſtra, terras, & tenementa præfati Comitis in partibus veſtris, invadere proponitis, contra formam pacis prædictæ, de quo non mediocriter miramur & movemur, maxime cum idem Comes homo noſter ligius ſit, & homagium ſuum ſicut & vos nobis fecerit; propter quod ipſum in ſuis juribus, ut vos in veſtris manutenere, & utrique veſtrûm in ſuis gravaminibus ſimiliter ſubvenire volumus, ut tenemur; & manifeſte perpendimus quod, ex hujuſmodi invaſione hoſtili & propoſito voluntario, gravis turbationis materia ſuboriri, & Regni noſtri turbatio, jam ſedata, benedictus Deus, ſuſcitari, quod abſit, ac nobis, & vobis, ac toti Regno noſtro irreparabile diſpendium & periculum poſſit iminere:

A.D. 1270. Hen. 3.

Nos, tanto volentes obviare diſcrimini, & dictæ pacis noſtræ obſervationi proſpicere, vobis, ſub debito fidelitatis & homagii, quibus nobis eſtis aſtricti, firmiter injungendo, mandamus quatinus, ſicut honorem noſtrum & veſtrum diligitis, ab hujuſmodi voluntate & propoſito penitus deſiſtentes, præfato Comiti aut ſuis non inferatis, vel à veſtris ullatenus inferri permittatis moleſtiam ſeu gravamen.

Quod ſi ſecus egeritis, diſſimulare non poterimus quin adverſus violatores pacis prædictæ, quam illæſam volumus obſervari, manus ultionis extendamus.

Et ſcire vos volumus quod eidem Comiti firmiter injunximus, viva voce, ne vobis, vel veſtris in aliquo præſumat injuriare.

Teſte Rege apud Weſtmon. 16 die Octobris.

Pro Thoma de Sabaudia & Fratribus ſuis.

A.D. 1270. An. 55. H. 3. Pat. 55. H. 3. m. 49.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum Petrus de Sabaudia honores Aquilæ & Haſting. in Comitatu Suſſexiæ, in Teſtamento ſuo legaſſet Thomæ de Sabaudia, Amadeo, & Lodowico, Fratribus ejuſdem Thomæ,

Et idem Thomas, Amadeus, & Lodowicus honores illos, ratione legationis prædictæ, peterent coram nobis,

Et Edwardus primogenitus noſter, tenens honorem prædictum Haſting. agat in partibus remotis, per quod aliquid ſuper facto hujuſmodi ordinare non valemus,

A.D. 1270. An. 55. H. 3.

Nos, nichilominus præfatis Thomæ, Amadeo, & Lodowico, gratiam facere volentes ſpecialem, eiſdem concedimus centum Marcas, ſingulis annis percipiendas ad Scaccarium noſtrum; videlicet, quinquaginta Marcas ad Scaccarium noſtrum Paſchæ, & alias quinquaginta Marcas ad Scaccarium noſtrum Sancti Michaelis, uſque ad reditum filii noſtri antedicti.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Windeſor. ſecundo die Novembris.

De Conductu per Regem Siciliæ, conceſſo Edwardo Primogenito Regis.

A.D. 1270. An. 55. H. 3. L.B.f.157.b. Penes Camerar. Scaccar.

KArolus, Dei gratia, Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Almæ urbis Senator, Andegaviæ, Provinciæ, & Folcaquerii Comes, ac per Sanctam Romanam Eccleſiam Romani Imperii in Tuſcia Vicarius Generalis, univerſis, præſentes Literas inſpecturis, ſalutem & omne bonum.

A.D. 1270.

Notum facimus quod, cum cariſſimus Conſanguineus noſter Edwardus illuſtris Regis Angliæ primogenitus, ad requiſitionem noſtram in Regnum noſtrum Siciliæ, in Societate kariſſimi noſtri Nepotis, A.D. 1270 Hen. 3.

tis, & Domini Philippi, Dei gratia, Franciæ Regis illuſtris, cæterorumque Baronum crucesignatorum, pro deliberando ſuper facto negotii Crucis, ſe transfretent,

Damus & concedimus eidem Edwardo, & Genti ſuæ, ac eorum familiæ plenam ſecuritatem, & ſalvum conductum in perſonis & rebus, per totum Regnum noſtrum, & alias terras noſtras, tam in Regno ipſo, quàm extra, eundo, morando, & redeundo;

Promittentes bona fide quod, extra Regnum noſtrum, & alias terras noſtras, vel infra per nos, vel per aliquem de noſtris, eidem Edwardo, aut alicui de ſuis, nullum malum procurabitur, neque dampnum, quod poſſimus diſturbare.

Promittimus etiam quod, quotiens idem Edwardus, unà cum Gente ſua, aut ipſe abſque Gente, aut Gens ſua ſine ipſo, aut aliquis de Gente ſua exire voluerint Regnum noſtrum, aut alias terras noſtras, ad quamcunque partem ſe transferre voluerint, faciemus eos conduci ſalubriter quantum potentia noſtra durat, quemadmodum conduci faceremus Karolum fratrem noſtrum Comitem Pictavienſem, vel alios de noſtris propinquioribus parentibus & amicis.

A.D. 1270. Hen. 3.

Dabimuſque ſibi & ſuis literas noſtras de ſecuro conductu, quotiens ſuper hoc fuerimus requiſiti; præſentibus uſque ad Feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ duraturis.

Datum in Caſtris prope Cartag. decimo octavo Novembris, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo.

Decimo quarto Ind.

Regni noſtri anno ſexto.

Conductus antedictus ſub idiomate Gallico.

A.D. 1270. An. 55. H. 3. Adhuc fol. 158. L. B. penes Camer. Scaccar.

NOS Charles, par le grace de Dieu, Rois de Sicile, du Duche de Puiſſe, & du Princee de Capes, de Anioie, de Provence & de Forcalquier Conte, Senator de la Seinte Cite, par la Sainte Egliſe de Romme de le Empire Romain en Touſcane Vicaire generaus, faiſons a ſavoir a tout ceus, qi ces lettres verront; qe come nos trechiers coſins meſire Edward, Aines fuiz de treſnoble Roi de Angleterre, a noſtre requeſte, voiſt entrer ce Roiaume de Sicil, en la Cumpaignie noſtre treſchier & faiguce Pheſippe par la grace de Dieu treſnoble Roy de France, e des autres Barons Creiſes, pur prendre Conſail du fet & de la Boſoigne de la Croiz,

Nous donnons & ottirons au devantdit Edward, & a toutez ſes genz, & a lor maiſne, plaine ſeurte, & ſuaf guiage, & liat conduit venaient, alaunt, demorant, & retornant par tout noſtre Realme, & par totes nos autres terres dedens noſtre Realme, & dehors en lur cas, & en lur choſes.

E promettons en bon foi que, dehors noſtre Roialme, & nos autres terres, ne dedans par nos, ne par nul de nos, ne ſera a li, ne a nul des ſuens porchace mal ne damage, que nos puſſiens deſturber.

A.D. 1270.

Derechief nos promettons que, toutes les hores que li devandiz Edward voudra li & ſa gent enſemble, ou il ſanz ſa gent, ou ſez genz ſanz li, ou aucuns de ſes genz, par li quicunque al ſoit, aler hors de noſtre Roialme, ou de noz autres terres, quel part que il voillent aler, nos le ferrons ſalvement conduire, tant come noſtre pooir dure, Auſi com nos feciom le Conte de Poictiers noſtre chier frere, & ſa gent, ou les meillors Amis que nos aion:

Et donrons nos lettres de ſeur conduit a li, & au ſiens, a lur requeſte, toutes les foiz queil vodront; ceſte lettre durera juſques a ſa feſt de Saint Johan Baptiſte.

Ceo fu done a Herberges pres de Cartage, en l'an de l'Incarnacion noſtre Seigneur mill duſcenz, ſexante dis, le 18 Jor de Novembre.

De la quartorzieſme Indicion,

El 6 an. de noſtre Regne.

De poteſtate per Regem Siciliæ conceſſa Edwardo primogenito Regis.

A.D. 1270. An. 55. H. 3. L. B. f. 158. b. Penes Camerar. Scaccar.

KArolus, Dei gratia, Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, Almæ Urbis Senator, Andegav. Provinciæ & Folcaquerii Comes, Romani Imperii in Tuſcia per Sanctam Romanam Eccleſiam Vicarius Generalis

A.D. 1270.

A.D. 1270. Hen. 3. nerals, univerſis Capitaneis, Vicariis, Secretis, Juſticiariis, Bajulis, cæteriſque officialibus per Regnum Siciliæ, aliaſque terras Regno ſubjectas eidem, conſtitutis fidelibus ſuis, gratiam ſuam & bonam voluntatem.

Dignum fore decrevimus & conſentaneum rationi, ut noſtri conſanguinei & amici, & ſpecialiter illi, qui in Dei intendunt ſervitium proficiſci, gratiam & favorem ab Excellentia noſtra optineant & reportent.

Cum igitur vir magnificus Edwardus, primogenitus illuſtris Regis Angliæ, conſanguineus noſter cariſſimus & conſobrinus liberorum noſtrorum, cum Militiâ & Gente ſuâ, cum aliis Magnatibus & Baronibus Franciæ, in Regno noſtro Siciliæ yemare intendat:

Noſque ſibi, quem ex intimo cordis affectu diligimus, velimus gratiam facere ſpecialem, tenore præſentium plenam eidem concedimus poteſtatem, ut de Militiâ, ſeu Gente ſuâ, quæ ſecum moratur ad præſens, & morari contigerit in futurum, ſi in aliquo delinquit, plenam juſtitiam habeat & cognoſcat.

Datum in Caſtris prope Cartag. 18 Novembris.
Decimo quarto Ind.
Regni noſtri anno ſexto.

Conceſſio prædicta in Sermone Gallico.

A.D. 1270. An. 55. H. 3. L.B. f. 158. Penes Camerar. Scaccar.

CHarles, par la grace de Dieu, Rois de Sezile, du Duche de Puille, & de Princee de Capes, de la Seinte Cite Senaz, de Anjoie, de Prouvence, & de Forcalquier Conte, du Romein Empire par la Seinte Egliſe de Rome en Toſcanne Vicaires generaus, a toz Capitaines, Vicaire, Juſtices, Secrez, Vailliv, & autres officiaus, par le Regne de Secile, & par nos autres terres eſtabliz, nos faiſoms noſtre grace e noſtre bone volente.

Digne choſe eſt & conſentent a reſon, que noſtre coſin & noſtre ami, & eſpeciaument aler qi entendent au ſervice noſtre ſeigneur, qi il reportent & aient grace favourable de noſtre hautece.

Cum donques hauz & nobles hom Edward, einznez fuiz don haut Roi d'Engleterre, noſtre chier Coſins, & Germains de noz Infanz, ou ſa chivalerie, & ſa gent, avec le Roi de France, & les autres granz Barons de France ſentende a yemer en noſtre Royaume de Sizile;

Et nos a celui, lequel nous amons d'entier quer, voillions faire grace eſpecial, par le tenur de cez preſentes lettres li otrions plein pooir, qi il de ſa Chivalerie, & de ſa gent, qui or endroit demeurent aveſque liu, ou demorrant des ore en avaunt, qe ſe il font aucun meſfait, qe il en puiſſe cognoiſtre, & qe il en dit la pleine juſtice.

Ce fu done es Herberges pres de Cartage, l'an de l'incarnacion noſtre Seigneur 1270, le 18 Jor de Novembre.
En la 14 Ind.
Le 6 an de noſtre Regne.

De Hoſpitiis pro Edwardo ſæpedicto & Conſorte ſua in Sicilia aſſignandis.

A.D. 1270. An. 55. H. 3. L.B. f. 158. Penes Camerar. Scaccar.

KArolus, Dei gratia, Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Almæ Urbis Senator, Andegaviæ, Provinciæ, & Forch. Comes, Romani Imperii in Tuſcia, per Sanctam Romanam Eccleſiam, Vicarius generalis, Magiſtro Jurato, Bajulo, Judicibus, & univerſis hominibus Mazariæ vel Marſaliæ fidelibus ſuis, gratiam ſuam & bonam voluntatem.

Cum magnificus & egregius vir Edwardus, primogenitus illuſtris Regis Angliæ, conſanguineus noſter cariſſimus, cum nobile conſorte ſua ad terras ipſas venire diſpoſuerit ad quieſcendum, per dies aliquot ſpaciando;

Volumus & fidelitati veſtræ præcipimus firmiter & diſtrictè quatinus Jacobo, latori præſentium, qui ad hoc ſpecialiter præmittitur, hoſpitia honorabilia, & ſufficientia eidem conſanguineo noſtro, conſorti, & genti ſuis, ſecundum qualitatem terrarum veſtrarum, liberaliter aſſignantes,

Eoſdem Edwardum, & conſortem ſuam, cum eos ibidem venire contigerit, recipiatis honorifice & devote, ac ipſis, & genti ſuæ nullam inferatis moleſtiam, vel gravamen,

A.D. 1270. Hen. 3.

De victualibus & aliis neceſſariis forum eiſdem competens facientes, & in omnibus, dum ibidem morati fuerint, ut nos & gentem noſtram eos curialiter pertractantes; mandatum noſtrum taliter implentes, quòd veſtra poſſit inde fidelitas in conſpectu noſtro merito commendari.

Datum Trapani, 7 Septembris.
Decimo quarto Ind.
Regni noſtri anno ſexto.

De Edwardo antedicto in Sicilia honorifice recipiendo.

A.D. 1270. An. 55. H. 3. L.B. f. 158. Penes Camerar. Scaccar.

Karolus, Dei gratia, Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Almæ Urbis Senator, Andegaviæ, Provinciæ, & Forch. Comes, Romani Imperii in Tuſcia, per Sanctam Romanam Eccleſiam, Vicarius generalis, univerſis Vicariis, Juſticiariis, Secretis, Bajulis, ac cæteris fidelibus ſuis, per Inſulam Siciliæ conſtitutis, gratiam ſuam & bonam voluntatem.

Cum magnificum Principem Edwardum, primogenitum illuſtris Regis Angliæ, conſanguineum noſtrum cariſſimum, a noſtris ſubditis atque fidelibus, prout tantum virum condecet, honorari velimus,

Fidelitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatinus prædictum Principem, prout condecet, honorantes, familiam ac gentem ſuam habeatis propenſius & favorabiliter comendatam,

Eiſque de hoſpitio, fodro, atque aliis neceſſariis, ad requiſitionem ipſorum, cum per terras noſtras tranſitum fecerint, liberaliter providere curetis; ita quod veſtra poſſit fidelitas in conſpectu noſtro, merito comendari.

Datum Parionii, viceſimo Decembris.
Decimo quarto Ind.
Regni noſtri anno ſexto.

Rex Henricus, deſperata ſalute, Edwardo Principi conſulit ne ad partes remotiores ſe tranſferat, ſed indeſinenter ad propria redeat.

A.D. 1271. An. 55. H. 3. Clauſ. 55. H. 3. m. 8. intus.

REX Edwardo primogenito ſuo kariſſimo ſalutem, & paternam benedictionem.

Tenore literarum veſtrarum, nobis ſuper veſtro & Comitivæ veſtræ ſtatu proſpero & jocundo, benedictus Deus, tranſmiſſarum, audito pleniùs & intellecto, læti efficiebamur & hilares in immenſum.

Et etiam, ante receptionem ipſarum literarum, tanta & tam gravi infirmitate detinebamur, quod omnes, & ſinguli exiſtentes phyſici, & alii de vita noſtra communiter deſperabant; nec tempore, quo lator præſentium a nobis receſſit, de noſtra convaleſcentia ſpes aliqua habebatur; veruntamen, prout altiſſimo ſuper ſtatu noſtro placuerit ordinare, vos inde per noſtros Nuncios reddemus frequentius certiores;

Unde cum vos in hæreditatem Regni noſtri, tanquam primogenitus & hæres noſter, poſt nos ſuccedere debeatis, vos, poſt receptionem præſentium, ad partes remotiores nullatenus tranſferatis, antequam de ſtatu noſtro certitudinem habueritis pleniorem; tum quia ſi Papa crearetur & mandaret chariſſimo fratri noſtro R. Regi Alem. illuſtri avunculo veſtro, cui cuſtodia Regni prædicti de conſilio veſtro commiſſa fuit, oporteat ipſum pro ſtatu Regni ſui Alem. ad Curiam Romanam modis omnibus perſonaliter accedere;

Ita quod, ad depreſſionem quorundam malevolorum, infra Regnum noſtrum exiſtentium, ſicut nôſtis, intendere non poſſet, ut expediret, tam quia ſi occaſione mortis noſtræ, quod abſit, vos oporteat ad propria remeare cauſa regiminis Regni prædicti recipiendi, cum Rege Franciæ, qui ad partes Franciæ in brevi reverſurus eſt, ut dicitur, honeſte redire poteritis & decenter;

Super quibus omnibus tale conſilium habeatis quale vobis, & honori veſtro, ac ipſi Regno, & paci & tranquilitati ejuſdem magis videritis expedire; & hoc ſub obtentu paternæ benedictionis nullatenus omittatis.

Et ut vobis de voluntate noſtra conſtet in præmiſſis, conſulimus bona fide, quod ad propria redeatis ſine mora; quia, veſtris & Regni prædicti negotiis

A.D. 1271.
Hen. 3.

ad votum ordinatis & diſpoſitis, poteritis cum præfato Rege Franciæ redire verſus Terram ſanctam in ſubſidium ejuſdem, prout magis noveritis convenire.

Teſte Rege apud Weſtm. ſexto die Februarii.

De Matill. Longeſpere Baroniſſa, contra voluntatem detenta per Johannem Giffard de Brimmeſfeld.

A.D. 1271.
An. 55. H. 3.
Pat. 55. H. 3. n. 26.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem.

Cum dilecta nobis, Matillis Longeſpere, Baroniſſa noſtra, nobis nuper, per litteras ſuas, ſignificâſſet quod dilectus & fidelis noſter, Johannes Giffard de Brimmesfeld, eam apud Manerium ſuum de Kaneford rapuerat, & ipſam, invitam & contra voluntatem ſuam, infra Caſtrum ſuum de Brimmesfeld detinuerat, propter quod præfato Johanni pluries mandavimus, quod ad Curiam noſtram veniret ad innocentiam ſuam ſuper hoc purgandam, vel eam deliberari faceret ſine mora,

Et idem Johannes coram nobis venerit, paratus oſtendere quod ipſam invitam, ſeu contra voluntatem ſuam non abduxit,

Propter quod quoſdam fideles noſtros deſtinavimus ad locum ubi prædicta Matillis moratur, ad certiorandum de voluntate ſua, de qua ad plenum non ſumus certiorati,

Idem Johannes, nobis de eo, quod ad nos pertinet, pro maritagio prædicto ſatisfacere volens, finem fecit nobiſcum per treſcentas Marcas pro eodem, ita quod, ſi eadem Matillis de matrimonio, inter ipſam & præfatum Johannem contracto, ut dicitur, contenta fuerit, & de ipſo conqueri noluerit,

Idem Johannes veniet coram nobis, a die Paſchæ in unum menſem ubicumque tunc fuerimus in Anglia, ad recipiendum ibidem terminos de ſolutione pecuniæ prædictæ, quos ſibi de Concilio noſtro duximus præfigendos.

A.D. 1271.

Et, ſi dicta Matillis de præmiſſis contenta non fuerit, ſet de eiſdem nobis conqueri voluerit, ſtatuimus quod finis ille pro nullo reputetur,

Et idem Johannes coram nobis accedat ad diem prædictum, ad ſtandum recto de tranſgreſſione prædicta, & ad faciendum & recipiendum in eodem, quod ſecundum legem & conſuetudinem Regni noſtri fuerit faciendum.

Et, quia præfata Matillis taliter infirmitate prægravetur, quod coram nobis accedere non poteſt ad præſens, injunximus dilectis & fidelibus noſtris Nicholao de Yattindene, & Petro de Chaumpnent, quod ad eandem Matill. perſonaliter accedant, ad inquirendum de negotio prædicto plenius veritatem, & de ipſius Matill. voluntate in eodem, ut de eiſdem nos reddere poſſint certiores.

Et ad certum diem eidem Matill. præfigendum, ad quem, poſtquam de infirmitate prædicta convaluerit, coram nobis accedere poſſit, ad certiorandum nos perſonaliter in hac parte.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. decimo die Martii.

Littera Karoli Regis Siciliæ ad Edwardum de Occiſione Henrici filii primogeniti Regis Alemanniæ.

A.D. 1271.
An. 55. H. 3.
Ex MS. antiq. Pergam. in Bibl. Bodl. Claſſ. 6. A. 3. 19.

MAgnifico viro Edwardo primogenito illuſtris Regis Angliæ, kariſſimo conſanguineo ſuo Karolus, Dei gratia, Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Almæ Urbis Senator, Andegaviæ, Provinciæ & Forch. Comes, Romani Imperii in Tuſcia per Sanctam Eccleſiam Romanam Vicarius generalis, ſalutis & proſperitatis augmentum.

A.D. 1271.

In dolore animi & mærore, tenore vero præſentium vobis intimamus; quod nuper, nobis cum magnifico Principe kariſſimo Domino & Nepote noſtro Philippo, Dei gratiâ, Rege Francorum illuſtri in Romanâ Curiâ exiſtentibus, maledictionis filii, Symon & Guydo de Monteforti, nec Deo, nec Romanæ Eccleſiæ, neque prædicto Regi Francorum, neque nobis aliquatenus deferentes, nobilem virum Henricum, primogenitum magnifici Principis, Domini Ricardi, Dei gratia, A.D. 1271. Hen. 3. gratia, in Romanorum Regem Electi, conſanguineum noſtrum & veſtrum, nequiter, proh dolor! trucidârunt.

Nos igitur, tantum facinus, non aliter quàm in perſonam noſtram ac liberorum noſtrorum patratum fuerit, aſcribentes, & proponentes ulciſci ac proſequi toto poſſe, Nobilem virum Henricum Comitem Waldemontis & Aniani, dilectum Conſiliarium familiarem & fidelem noſtrum, quem Vicarium noſtrum in Tuſciâ generalem ſtatuimus, contra prædictos nephandiſſimos, ad proſequendum & capiendum eos, perſonaliter duximus ſpecialiter deſtinandum, intendentes firmiter in exterminium & ruinam iniquorum ipſorum ſic effundere & exponere totaliter vires noſtras, quod, quantum medullitus ſcelus hujuſmodi cor noſtrum tetigerit, cunctis per effectum operis clareat manifeſte.

A.D. 1271. Hen. 3. Quare Magnitudinem veſtram rogamus & obſecramus inſtantia qua poſſumus, quatenus non conſternamini nec dejiciamini in aliquo, ſi placet; ſed in conſueta magnitudinis veſtræ conſtantiâ perſiſtatis, manentes & conſervantes in terris noſtris fiducialiter ut in veſtris, & a noſtris, vobis, officialibus & ſubditis, ſicut placuerit, obſequi facientes.

Nos enim ſcribimus ut vos, ſicut perſonam noſtram, ſalvent, cuſtodiant & honorent, vobiſque ſicut nobis in omnibus obſequantur.

Dat. Viterbii, decimo tertio die Martii.

Decimo quarto Ind.

Regni noſtri anno ſexto.

De Cruce ſuſcepta per Regem de gravi morbo convaleſcentem.

A.D. 1271. An. 55. H. 3. Pat. 55. H. 3. n. 23.

HEnri, par la grace Deu, Rey d'Engleterre, Seignur de Irlaund, e Duc d'Acquitaine, a Erceveſqes, Eveſqes, Abbes, Priurs, Cuntes, Barons, Chevalers, frauncs homes, e tuz ſes autres feals, a ki ceſtes lettres vendrunt, ſaluz.

Nus voluns ke vous touz le ſachez ke, cum nus n'adgeres de ſi greve maladie eſteiouns ſuſpris, ke de noſtre vie, ne de noſtre gareſun ne fu nul eſpeyr, nous, ki gardiouns ke eyde de homme, ne nule teriene choſe, foz ſul Deu nus pout meſter aver meſmes noſtre eſpeyr, e tote noſtre fiaunce en la merci, e en la maneye noſtre creatur.

E la ſigne de la ſeynt Croys, ke nous n'adgeres a noſtre cher fiuz Edward noſtre eiſnez aviouns baille, a parfere por nous le veage en la terreſeynt, par noſtre propre volente, e en pure devociun avouns repris, a porter, par la grace Deu, en la terre ſeynt, ou noſtre ſalveur doygna pur noſtre ſalu mort ſuffrir,

E co avouns fermement voue, e meintenaunt apres noſtre vou fet de jour en jour, ſe amenda noſtre eſtat, iſſi ke la Mers noſtre Seigneur, outre tote humeyne quidaunce, par marveillus miracle a recoveraunce, & a ſaunte nus ad reſtore,

E pur co ke nous noſtre vou avantdit, ſi toſt come nus pouns noſtre paſſage araer e ordener, veouns acumplir par la grace Deu e furnir: e veouns ben ke noſtre pelrinage ne peuſſe en bone manere ne a noſtre Saunete en prendre ſi nus, devaunt noſtre paſſage, a nos creacurs, a ki nous devouns, ſeſſuns lur aſſez, e enſement ke nus euſſouns graunt ſume de avoir en treſor, encuntre noſtre paſſage ſolempenement & honurement a fere;

A.D. 1271. Nous, par noſtre propre eſmovement, e de noſtre fraunche volente, aviuns graunte a noſtre cher frer le noble Rey de Alemayne, noſtre honurable pere Wauter Arceveske de Everwykz Primat Dangleterre, e as autres de noſtre Conſeil jurez, e en bon fei promettuns ke tuttes les iſſues de noſtre terre, e de nos Cuntez, e de Eires de Juſtices, e de noſtre Juerie, e nos eſchaetes, e wardes, e mariages, e releve, e tuttes les autres iſſues, ke par uulle vote nus purrunt eſchair, retendroms en nos meins a noſtre oes propre, a noſtre Suſtenance, e de noſtre Royne, e de nos meſnees, e a nus de nos dettes alleger iſſi fet, a ſauer,

Ke des avauntdites iſſues, eſchaetes, e wardes, e mariages, e releus, a uul autre ne durruns, graunteruns, ou lerrouns; for ſulliaunt ke ſi wardes ou mariages deivent eſtre vendu, ſi ſeient vendu a lur plenere value, e co par noſtre conſeil, e le avoir de ceo ſurdaunt a nos propres uſages, ou a nos dettes acquiter, ſolunc la purveaunce de meimes le Cunſeil, ſei a turne ſolun ceo kil verrunt ke ſeit a fere.

E, par enſoun, ſi voluns e ottreuns ke noſtre Conſeil avantdit eit poer de ordeiner, e adreſſer l'eſtat de noſtre Hoſtell, ſolum ceo kil verrunt ke meuz ſert a fere a noſtre prou, e a noſtre honour,

E, ſi par aventure uull eyde nus ſeit graunte de nos feals a noſtre paſſage avauntdit,

A.D. 1271. Hen. 3.

avauntdit, ou de la Clergie par lour curteiſie demeine, ou par la graunt le Apoſtoyle ou de blaunc Moynes, ou de gent de autre Religion, volons ke tot ſeit a noſtre oes garde, en meymes la furme ke deſus eſt dite; e meſmes la choſe grantoms en dreit de la dette, ke Lewelyn Prince de Wales nus deit.

E tus ceus choſes avouns graunte iſſi ne pur quaunt k'a nos Chevalers, Serjaunz, Vailez & Garcouns, ki nous unt ſervi, ke ren ou poyount, ou de nus por lur travail par meſmes noſtre conſeil ſi purveu ke lur aſez lur ſeit fet, ſi toſt come l'en verra luis & tens ſolom lur deſertes, e ſolum le tens e la manere de lour ſerviſe; e ſauz a nos ſis vins livers, ou deners, a donez dedentre tens avaunant nome, par parceles, a noſtre volente.

Eſtre ceo nus voluns e ottreouns ke ſi uule lettre de noſtre Curt ſeit purchas encuntre iceo noſtre graunte e noſtre ottrey, coment ke le ſeit purchacee, ou par procurement envers nous, ou en nule autre manere icele lettre de nule force ne ſeit, ne de nule value, ne nuls de nos feals ne ſeit tenuz ocbeir ou l' execution fere de cele lettre.

E, en teſmoyne de tuttes ces choſes, iceſtes lettres avouns fet fere overtes, a durer par un an enter; iſſi ke en la fin de l'an, en noſtre pleſir, e en noſtre volente ſeit, a renoveler un autel eſcrit, ſi nus veouns ke co nus ſeit bon, ou ke de ceu tens en avant iceo noſtre graunt e ottrey ceſſe du tot, ſi nus voluns iſſi ke, utre ceu terme, ne ſeiouns tenuz a ren ke contenu eſt en ceſt eſcrit.

Done par noſtre meyn a Weſtmuſter, le Sezzime jour de Averil, l'an de noſtre Regne cinquante quinte.

De Conductu pro Nunciis Margaretæ Comitiſſæ Flandriæ.

A.D. 1271. *An.* 55. *H.* 3. *Pat.* 55. *H.* 3. *n.* 20.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum Nunciis dilectæ conſanguineæ noſtræ, M. Comitiſſæ Flandriæ, diem præfixerimus, coram nobis in craſtino Sanctæ Trinitatis, ad tractandum nobiſcum ſuper contentionibus & diſcordiis, ortis inter nos & præfatum Comitiſſam,

Dictos Nuncios & alios ad nos per præfatam Comitiſſam tranſmittendos cum familia & rebus ſuis in veniendo, morando, & ad partes ſuas redeundo, in ſalvum conductum noſtrum ſuſcepimus & ſecurum:

Et ideo vobis mandamus quod eiſdem Nunciis, in veniendo ad nos, cum equis, herneſiis, & aliis rebus ſuis, ibidem morando, & ad partes ſuas redeundo, ſicut prædictum eſt, nullam inferatis, vel inferri permittatis injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum ſeu gravamen.

In cujus, &c. duraturas uſque ad Octabas Sancti Johannis Baptiſtæ, proximo futuras.

Teſte Rege apud Weſtm. decimo ſexto die Maii.

De Judaiſmo Angliæ Regi Alemanniæ pro certo tempore conceſſo.

A.D. 1271. *An.* 55. *H.* 3. *Pat.* 55. *H.* 3. *n.* 15.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Cum, ante receſſum cariſſimi filii Edwardi primogeniti verſus Terram ſanctam dederimus eidem Edwardo ſex millia Marcarum de Judaiſmo noſtro in ſubſidium peregrinationis ſuæ,

De quibus quidem ſex millibus Marcarum, quatuor millia Marcarum, exceptis quibuſdam arreragiis, ſolvuntur eidem, ita quod duo millia Marcarum, & eadem arreragia adhuc ſibi reddenda ſuperſunt,

Et ipſe filius noſter, moram faciens in Terra ſancta, non mediocriter pecunia indigeat ad expenſas ſuas,

Propter quod kariſſimus frater & fidelis noſter, Ricardus Rex Alemaniæ illuſtris, illa duo millia Marcarum, quæ dicto filio noſtro a retro ſunt de ſex millibus Marcarum ſupradictis, ipſi filio noſtro credidit ad preces noſtras:

Nos eidem Ricardo Regi fratri noſtro, pro prædicta curialitate, dicto filio noſtro facta, conceſſimus quod ipſe, & executores, vel aſſignati ſui habeant & teneant Judaiſmum noſtrum, & Judæos noſtros Angliæ a Feſto Sancti Michaelis, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo primo, uſque ad Feſtum Sancti Michaelis proximo ſequens, per unum annum, videlicet, completum, pro prædictis

A.D. 1271. Hen. 3. dictis duobus millibus Marcarum dicto filio noſtro creditis:

Ita ſcilicet quod Judæi noſtri Angliæ illa duo millia Marcarum dicto fratri noſtro, terminis ſubſcriptis, ſolvent infra prædictum annum, videlicet,

Ad Feſtum Sancti Michaelis, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo primo, ſexcentas ſexaginta, & ſex Marcas, octo ſolidos, decem denarios, & obolum,

In Feſto Reſurrectionis Dominicæ proximo ſequente, ſexcentas ſexaginta & ſex Marcas, octo ſolidos, & decem denarios, & obolum,

In Feſto Sancti Michaelis proximo ſequente, ſexcentas ſexaginta & ſex Marcas, octo ſolidos, & undecim denarios, ſine dilatione ulteriori.

Et, ſi in ſolutione prædictæ pecuniæ terminis prædictis, vel eorum aliquo defecerint, volumus quod dicti Judæi dicto fratri noſtro quingentas Marcas nomine pœnæ perſolvant.

Et, ſi prætextu noſtri, vel mandatorum noſtrorum, huic conceſſioni noſtræ contrariorum, dictus frater noſter fuerit impeditus quominus dictam pecuniam dictis terminis levare poſſit, tunc liceat ei tamdiu Judaiſmum noſtrum in manu ſua tenere, donec ſuper principali debito & pœna prædicta fuerit ſibi ſatiſfactum.

A.D. 1271. Hen. 3. Hanc autem conceſſionem dicto fratri noſtro fecimus, ſalvis nobis & hæredibus noſtris placitis, perquiſitis & eſcaetis dicti Judaiſmi noſtri, ad nos pertinentibus, de toto tempore prædicto, & prædicto primogenito noſtro prædictis arreragiis ſuis de quatuor millibus Marcarum ſupradictis, citra inſtans Feſtum Sancti Michaelis plenarie levandis.

Nec volumus quod prædictus frater noſter, infra terminum prædictum, aliquam faciat perdonationem, quietantiam, vel alienationem de debitis Judaiſmi noſtri memorati;

Nec etiam volumus quod dictus frater noſter, tempore prædicto, aliquid aliud recipiat de Judaiſmo noſtro prædicto, niſi debitum prædictorum duorum millium Marcarum, & pœnam quingentarum Marcarum, ſi commiſſa fuerit; ſet, ſolutis ſibi dictis duobus millibus Marcis, & pœnâ illâ, ſi commiſſa fuerit, dictus Judaiſmus noſter ad nos, & hæredes noſtros, ſine ulteriori retentione revertatur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. viceſimo die Junii.

Littera Philippo Regi Franciæ, de Comitatu Agenen. & Terra Xancton. petendis & recipiendis.

A.D. 1271. An. 56. H. 3. Pat. 55. H. 3. m. 3.

Magnifico Principi, Domino & Conſanguineo ſuo kariſſimo, Philippo Dei gratia Regi Franciæ illuſtri, Henricus, eadem gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aquitaniæ, ſalutem & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Cum per formam pacis, inter celebris memoriæ Dominum Ludowicum quondam Regem Franciæ patrem veſtrum, & nos initæ & firmatæ, Comitatus Agenen. & terra Xancton ad nos ſtatim poſt mortem Alphonſi quondam Comitis Pictaviæ, & Johannæ uxoris ſuæ quondam Comitiſſæ Pictaviæ, jam defunctorum, pertinere, & nobis aſſignari debeant,

Mittimus ad vos dilectos & fideles noſtros, Abbatem Weſtm. & Johannem de la Lynde, præſentium exhibitores, ad petendum & recipiendum, vice noſtra, & nomine noſtro, prædictos Comitatum & terram cum juribus & pertinentiis ſuis, & ad faciendum in Curia veſtra ea quæ nos faceremus, ſi ibidem præſentes fuiſſemus;

A.D. 1271. Ratum habituri & gratum quicquid prædicti Abbas & Johannes, vel alter ipſorum, qui præſens fuerit, fecerint vel fecerit in præmiſſis; & hoc veſtræ dominationi ſignificamus per præſentes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. viceſimo quinto die Octobris.

De Homagio præſtando ſuper prædictis Comitatu & Terra.

A.D. 1271.
An. 55. *H.* 3.
Pat. 55. *H.* 3. *m.* 2.

REgi Franciæ Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Cum per formam pacis, *uſque ibi*, mittimus ad vos prædictos Abbatem & Johannem ad petendum & recipiendum a vobis, nomine noſtro, prædictum Comitatum Agenen. & prædictam Terram Xancton. cum juribus & pertinentiis ſuis quibuſcumque;

A.D. 1271.

Dantes eiſdem Abbati & Johanni, vel uni eorum quem præſentem eſſe contigerit, poteſtatem faciendi vobis, vice & nomine noſtro, fidelitatem, de prædictis Comitatu & Terra, & homagium noſtrum, de eiſdem, ſi neceſſe fuerit; & etiam jurandi in animam noſtram in præmiſſis, prout negotium requirit ſupradictum.

Ratum habituri, &c. quicquid prædicti Abbas & Johannes, vel eorum alter, &c.

De Procuratoribus ſuper prædicto negotio conſtitutis.

A.D. 1271.
An. 55. *H.* 3.
Ibidem.

REgi Franciæ Rex Angliæ, &c. ſalutem.

Noveritis quod, cum per pacem & compoſitionem, habitam inter celebris memoriæ Lodowycum quondam Regem Franciæ ex parte una, & nos ex altera, ſuper diverſis articulis & quæſtionibus, terris, videlicet, & poſſeſſionibus, & rebus aliis ſuſcitata fuiſſet materia quæſtionis, ac demum, interveniente pacis auctore, ſuper omnibus articulis memoratis jamdudum intervenerit forma pacis de partium firmata conſenſu: Cumque in ipſa pace multi, uſque in diem præſentem, articuli incompleti remaneant,

A.D. 1271.

Nos dilectos & fideles noſtros, Abbatem Weſtm. & Johannem de la Lynde, noſtros facimus & ordinamus Procuratores ad requirendum, petendum, & recipiendum a vobis, nomine noſtro, omnia ea quæ per pacem prædictam nobis reſtitui debent, & ad nos pertinere ratione pacis ſupradictæ.

Ratum habituri, &c. quicquid ipſi duo vel unus ipſorum, qui præſens fuerit, &c. ut ſupra. Et hoc dominationi veſtræ tenore præſentium ſignificamus.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De Terra antedicta Agenen. Alianoræ Reginæ Angliæ aſſignanda.

A.D. 1271.
An. 55. *H.* 3.
Ibidem.

REX Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Caſtellanis, Vicecomitibus, Militibus, Burgenſibus, & omnibus aliis tenentibus & fidelibus ſuis de terra Agenen. ad quos, &c. ſalutem.

Cum per formam pacis, inter celebris memoriæ Dominum Lodowicum quondam Regem Franciæ, & nos dudum initæ & firmatæ, prædicta terra Agen. ad nos ſtatim, poſt mortem Alfonſi quondam Comitis Pictaviæ, & Johannæ uxoris ſuæ quondam Comitiſſæ Pictaviæ, jam defunctorum, pertinere & nobis aſſignari debeat,

Pro qua etiam terra, ad opus noſtrum, a Domino Philippo Rege Franciæ illuſtri, vice noſtrâ & nomine noſtro, recipiendâ dilectos & fideles noſtros, Abbatem Weſtm. & Johannem de la Lynde, ad dictum Regem tranſmiſimus,

A.D. 1271.

Volumus quod, cum prædicti Abbas & Johannes terram prædictam a præfato Rege, ut prædictum eſt, receperint, ipſam Attornato, Procuratori, ſeu Nuncio kariſſimæ conſortis noſtræ Alianoræ Reginæ, ad opus ejuſdem Reginæ, plenarie & integre aſſignent pro parte noſtra,

HABENDAM EIDEM REGINÆ ET TENENDAM ſecundum formam conceſſionis, nuper a nobis, & Edwardo primogenito noſtro, inde ſibi factæ, quæ in ſcripturis noſtris inde confectis expreſſius & plenius continetur:

Et ideo vobis mandamus quod eidem Reginæ, Attornato, Procuratori, ſeu Nuncio ſuo de cætero in omnibus, quæ ad prædictam terram pertinent, intendentes ſitis, obedientes & reſpondentes, ſicut prædictum eſt, tanquam nobis.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Littera Regi Franciæ de Juramento Fidelitatis ſuper Caſtro Lemovicenſi.

A.D. 1272. An. 56. H. 3. Pat. 56. H. 3. n. 46. A.D. 1272.

MAgnifico Principi, &c. ſalutem.

Fidelium noſtrorum, Seneſcalli & Judicis kariſſimi filii noſtri Edwardi in Waſconia, inſinuatione frequenti percepimus quod directæ, ex parte veſtra, in Waſconia literæ continebant, ut nos juramentum fidelitatis Caſtri Lemovicenſis, quod avo veſtro per quendam de Vicecomitibus Lemovicenſibus precario dicebatur fuiſſe conceſſum, vel anullaremus, vel in manum veſtram redigeremus, aut redigi faceremus per vos diſſolvendum, aut Vicecomitiſſæ Lemovicenſi reddendum.

Nos ſiquidem a veſtra mente non credimus excidiſſe, qualiter Ducatus noſtri Aquitanniæ ſecundum formam pacis, pridem inter recordationis inclitæ genitorem veſtrum, & kariſſimum conſanguineum & Dominum noſtrum, L. vos & nos Pariſius ordinatæ, reſtitutus extitit, redditus, vel conceſſus; certis rebus & juribus duntaxat exceptis, de quibus nichilominus habere debemus eſcambium conveniens, prout in ipſa forma pacis plenius continetur:

Cujus equidem Ducatûs noſtri ut jura undique conſerventur illæſa, veſtræ Regiæ Majeſtati (cui deferre volumus, & honorem totis deſideriis extollere juxta poſſe) expedire videtur;

Nec utique æſtimamus quod ſit, vel eſſe debeat intentionis veſtræ quod, optentu vel occaſione dicti precarii ſi (quod fuerit, tranſactis quadraginta quinque annis dicitur conceſſum, vel habitum inter defunctos multis retro temporibus, & ſic nullum per conſequens, aut finitum) vel etiam occaſione proceſsûs extraordinarii cujuſcumque coram ipſo Domino Patre veſtro ſuper eo forſitan habiti, abſque nobis, & in contradictione, ut intelleximus, Procuratorum noſtrorum:

Quoad Juramentum fidelitatis, à fidelibus noſtris, Abbate, Conſulibus, & Communitate Caſtri Lemovicenſis, prædicto Ducatui debitum & præſtitum ab antiquo;

Quodque ipſi fatentur & avohant debere nobis, & ſe, & Prædeceſſores ſuos, à temporibus, quorum nonupereſt memoria, vel, ſi contra fuerit, vix exiſtit nobis, patri noſtro, & Patruo, & aliis noſtris Progenitoribus ac Prædeceſſoribus, Ducibus Acquitanniæ, tanquam ipſi Ducatui annexum & debitum, præſtitiſſe: Super quo, ſi neceſſe fuerit, haberi poteſt & fieri plena fides;

Seu quoad alia jura memorati Ducatûs nobis in aliquo derogetur:

Ne tamen ab obedientia & reverentia, vobis pro Ducatu noſtro debitâ, diſcedere videamur, ſet devote & humiliter facere quod debemus, illud juramentum, precario conſtitutum forſitan vel conceſſum, ſi quod fuerit, ob veſtri reverentiam penitus anullamus, & diſſolvi volumus, aut diſſolutum & nullum penitus reputamus;

Noſtrum tamen antiquum, & ab antiquo, ut prædiximus, debitum & præſtitum fidelitatis Juramentum, Ducatui noſtro principaliter annexum, quod intelligimus & intelleximus recepiſſe dum ipſe Ducatus nobis per formam pacis fuerat reſtitutus, cum omnibus ipſius Ducatus & noſtris juribus, quibus nolumus, nec intendimus, nec intelligere vos credimus per hoc præjudicium aliquod generare,

Sublimitatis veſtræ clementiam & Dominium principale requirentes & attentius exorantes, quatenus nos & Ducatum noſtrum prædictum ab oppreſſionibus, violentiis, & injuriis veſtrorum præcipuè defendatis; nec ſuſtineatis quod nos (qui parati ſumus juri parere per ordinariam viam, & judicium ſubire in Curia Franciæ juſte & debite, ſi impeteremur ab aliquo) per extraordinarios proceſſus, in quibus non conſentimus, nec conceſſimus unquam, nec conſentire tenemur, ſet diſſentimus & contradicimus, opprimamur, ſet per jus in Curia veſtra ducamur.

Teſte Rege apud Turrim London. 28 die Januarii.

De

De Procuratoribus ordinatis, juxta Formam Pacis cum Ludovico quondam Rege Franciæ initæ.

A.D. 1272.
An. 56. *H.* 3.
Pat. 56. *H.* 3. *n.* 46.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Noveritis quod, cum per pacem & compoſitionem, habitam inter fœlicis recordationis kariſſimum Dominum & Conſanguineum noſtrum, Lodowicum illuſtrem Regem Franciæ, & nos, teneatur idem Dominus Rex Franciæ nobis dare quicquid, tempore pacis ejuſdem, habebat & tenebat in tribus Civitatibus & Diocæſibus, videlicet, Lemovicenſi, Caturcenſi, & Petragoricenſi, in feodis & domaniis; ſalvis homagiis Fratrum ſuorum, ſi res aliquas forte habebant ibi, pro quibus eſſent homines ſui; & ſalvis rebus, quas idem Dominus Rex non poteſt extra manum ſuam ponere per litteras ipſius & prædeceſſorum ſuorum; & de quibus debuit bona fide procurare erga poſſeſſores ſeu detentatores illarum, quod nos eas haberemus infra certum terminum; &, niſi hoc poſſet, nobis facere eſcambium, magis conveniens & utile pro ambabus partibus, ad arbitrium ſeu eſgardum proborum virorum nominandorum hinc inde:

Item & id, quod quingenti Milites cuſtare deberent rationabiliter ad tenendum per duos annos:

Item & valorem terræ Agenenſis in denariis, ſecundum quod annis ſingulis, in debito valore terræ, appreciabitur per nominandos à partibus probos viros:

Sitque inquirendum, de plano, bona fide, ad requiſitionem noſtram, ab eligendis communiter probis viris, ſi terra, quam Comes Pictavenſis tenet in Caturcen. pro uxore ſua in toto vel in parte fuit Regis Angliæ ſorori, vel pro ſorore ſua Matre Comitis Tholoſ. Reymundi, qui proximo deceſſit, donata & tradita, cum terra Agenenſi, in maritagium vel gageriam, & nobis vel hæredibus noſtris tradenda certo modo, vel reſtituenda ſecundum quod hæc omnia, ex continentia pacis hujuſmodi, oſtenduntur:

Nos Brunum de Saya Militem, & Magiſtros Willielmum de Maſtatone, & Gilbertum de la Rame, & quemlibet eorum in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, procuratores noſtros facimus, ordinamus, & conſtituimus ad requirendum, petendum, optinendum & recipiendum à kariſſimo Domino & Conſanguineo noſtro, Philippo Rege Franciæ illuſtri, noſtro nomine,

A.D. 1272.

Terras & res prædictas, & alia quæ, per pacem prædictam, nobis tradere, & facere Rex ipſe tenetur, & ad nos pertinent ratione dictæ pacis: tranſgreſſionum, dampnorum, & injuriarum, nomine ipſius vel auctoritate, & a Seneſcallo, Miniſtris, & ſubditis ejus nobis, & noſtris, & terræ noſtræ factorum, datorum & illatorum;

Necnon arreragiorum, firmarum, fructuum, & obventionum, ex prædictis nobis debitorum, cum toto noſtro intereſſe;

Dantes & concedentes eis, & eorum cuilibet in ſolidum, mandatum & plenariam poteſtatem prædicta omnia & ſingula, coram eodem Domino Rege & Curia ſua, & coram probis viris, Domino Gaufrido de Villetta Milite, & Magiſtro Guillelmo de Nevill, à prædefuncto Domino Rege Lodowico nominatis & conſtitutis, vel nominandis, ſeu conſtituendis etiam eiſdem, vel aliis pro parte memorati Domini Regis,

Et viro Religioſo R. Abbate Weſtm. & Johanne de la Lynde Milite, pro parte noſtrâ, & à nobis electis ad hoc & nominatis, vel nominandis etiam, ſeu conſtituendis ſuper hoc, eiſdem vel aliis, ſecundum formam pacis ejuſdem,

Promovendi, tractandi, petendi & optinendi, requirendi & recipiendi ſcripta, litteras & munimenta, nobis neceſſaria pro prædicta pace ſervanda, & pro ſecuritate rerum, ex ea pace ad nos pertinentium, excipiendi, replicandi & defendendi:

Litteras & privilegia dicti Domini Regis & prædeceſſorum ſuorum, quibus aliqui, ne ad obedientiam & dominium noſtrum veniant ſecundum condictum in pace, ſe tueri dicuntur, impugnandi, & eorum tranſcripta optinendi:

De calumpnia, veritate, & alterius cujuſlibet modi vel generis juramentum in animam noſtram ſubeundi, deferendi, referendi, & ſuſcipiendi:

Alium vel alios procuratorem vel procuratores, actorem vel actores, ſuo, vel noſtro nomine, vel periculo, in quacumque parte negotii, dandi, ſubſtituendi, vel conſtituendi, prout & quotiens omnes, & quilibet viderint, ſeu viderit expedire;

Et cætera omnia & ſingula faciendi, requirendi, recipiendi, tractandi, & pro-

A.D. 1272. Hen. 3.

curandi, quæ per prædictam pacem ad nos pertinent, & quæ veri & legitimi procuratores, dati ad negotia & ad lites, facere poſſunt & debent, & nos tenemur facere, vel faceremus ſi præſentes eſſemus:

Ratum habituri & gratum perpetuo quicquid per dictos procuratores, vel ſubſtituendum ab eis unum, vel plures, aut cum ipſis omnibus, & ſingulis, in præmiſſis actum, coram dicto Domino Rege, & Curia ſua, & prædictis probis viris, fuerit vel etiam procuratum:

Ipſoſque relevantes & relevare volentes ab omni onere ſatiſdando & judicatum ſolvi, pro ipſis & eorum quolibet promittimus, ſub ypoteca bonorum noſtrorum, & eidem Domino Regi, & Curiæ ſuæ ex habundanti ſtipulationem ſolempnem fecimus, & ab eiſdem procuratoribus & quolibet eorum interponi mandamus, & hoc ſignificamus, & ſignificari volumus per præſentes; procuratores tamen alios, quos olim conſtituimus, per hoc non intelligimus revocare.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim London. 28 die Januarii.

Littera Philippo, Regi Franciæ, de Pace olim inita inter Ludovicum ejus Patrem & Henricum.

A.D. 1272. *An.* 56. *H.* 3. *Ex Bundel.* 6. *n.* 8. *penes Camer. Scaccar.* 56. *H.* 3. *n.* 46.

Magnifico Principi & kariſſimo Domino & Conſanguineo ſuo Philippo, &c. Henricus, &c. ſalutem, &c.

Cum per pacem & compoſitionem, habitam inter kariſſimum Dominum & Conſanguineum noſtrum felicis recordationis genitorem veſtrum L. Regem Franciæ illuſtrem, & nos pridem Pariſ. & firmatam à vobis, teneretur idem Dominus Rex pater veſter quicquid, tempore pacis ejuſdem, habebat & tenebat in tribus Civitatibus & Dioc. Lemovicen. Caturcen. & Petragoricen. in feodis & domaniis;

Salvis homagiis Fratrum ſuorum, ſi res aliquas forte habebant ibi pro quibus eſſent homines ſui, quam diu ipſi Fratres viverent;

Et ſalvis rebus quas memoratus Dominus Rex non poterat extra manum ſuam ponere per literas ſuas & Prædeceſſorum ſuorum, & de quibus debuit bona fide procurare erga poſſeſſores, ſeu detentatores illarum quod nos eas haberemus, & niſi hoc poſſet, nobis facere eſcambium, magis conveniens & utile pro ambabus partibus, ad arbitrium ſeu eſgardium proborum virorum nominandorum hinc inde.

Item & id quod quingenti Milites cuſtare deberent rationabiliter ad tenendum per duos annos:

Item & valorem terræ Agen. ſtatim in denariis ſecundum quod, annis ſingulis, in debito valore terræ appreciaretur per nominandos à partibus probos viros, & poſt deceſſum piæ memoriæ Johannæ Comitiſſæ Pictaviæ, ſi ad ipſum genitorem veſtrum vel hæredes ſuos devolveretur, nobis vel hæredibus noſtris reddendæ ſeu tradendæ certo modo; vel, ſi ad alium devolveretur, tradere feodum, ſeu jus feodagii, cum valore, ſeu firma terræ ejuſdem;

Sic quod inquirendum de plano bona fide ad requiſitionem noſtram quam harum literarum tenore fecimus in præſenti, ab eligendis communiter probis viris, ſi terra, quam Comes Pictaviæ tunc tenebat in Caturcinio, pro uxore ſua in toto, vel in parte fuit Regis Angliæ ſorori, vel pro ſorore ſua, matre Comitis Tholoſ. Remundi, qui proximo deceſſit, donata vel tradita, cum terra Agen. in maritagium vel gageriam, & nobis vel hæredibus noſtris ſub certis conditionibus tradenda vel reſtituenda, ſecundum quod hæc omnia ex continentia pacis iſtiuſmodi oſtenduntur.

Nos ad prædicta univerſa, & ſingula, ac alia, quæ rationabiliter ex prædictâ pace ad nos pertinent, & ea, ad quæ tenemur, debemus vel poſſumus facere, tractanda, ordinanda, vel perficienda nominamus, eligimus, conſtituimus, vel alias conſtitutis ſubrogamus & ſubſtituimus, & vobis mittimus, pro nobis, & loco, ac vice noſtri, fideles noſtros Ricardum Abbatem Weſtm. & J. de la Lynde cum aliis duobus, videlicet, Domino Gaufrido de Valeta Milite, & Magiſtro Willielmo de Novilla à prædefuncto Domino genitore veſtro nominatis & conſtitutis, vel nominandis ſeu conſtituendis, etiam per vos eiſdem, vel aliis, qui poſſent arbitrium ſeu eſgardum de prædictis, & enqueſtam & enqueſtas, & alia univerſa & ſingula, quæ ad pacem & ejus complementum pertinent, facere ſecundum formam pacis ipſius & complere:

Quorum prædictorum virorum, Militum, & Clericorum, jam electorum ſeu eligendorum, ſuper hiis, ut eſt dictum, eſgardum ſeu arbitrium, enqueſtam, & cætera facienda & ordinanda per eos & cum eis, & jam facta, tractata vel ordidnata per eoſdem & Magiſtrum Gilbertum de la Corvere, tunc à nobis ad hoc cum prædicto Johanne de la Lynde conſtitutum, vel aliquos eorumdem, rata habituri & grata eaque perpetuo & firmiter promittimus:

Revocandi tamen ipſos Abbatem de Weſtm. & Johannem de la Lynde, & mutandi, & alios eligendi, & ſubſtituendi loco ipſorum, & cujuſlibet, nondum finito hujuſmodi negotio, nobis poteſtatem & licentiam retinentes; proceſſu, & tractatu, & ordinatione per eos, vel cum eis, ante revocationem ipſorum habitis, in robore duraturis; qui nichilominus & fideliter ſe habeant pro ambabus partibus, ad requiſitionem & juxta voluntatem veſtram, cum præelectis, a memorato Domino Rege genitore veſtro, vel eligendis à vobis, ſeu conſtituendis, eiſdem vel al ——— volumus proprio Juramento; ſeneſcallis noſtris & fidelibus ac ſubditis univerſis firmiter injungentes ut eis, in tractandis, promovendis & perficiendis præmiſſis, obediant & intendant;

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim London. 28 Januar.

Iſtud Procuratorium duplicetur, quia Rex Franciæ tenebit unum penes ſe.

Item ſcribendum eſt Seneſcallo & Ballivis Vaſconiæ, ex parte Domini Regis, quod, cum perſonæ prænominatæ aſſignentur ad faciendum eſgardum, arbitrium, ſeu enqueſtam, & cætera ſupradicta, ſint eis in hiis intendentes & obedientes in forma prædicta.

Memorandum de novo Procuratorio faciendo Dominis R. Abbati Weſtm. & J. de la Lynde, ad petendum & recipiendum terras Agen. Sancton. & Caturcen. quia Rex Franciæ retinuit penes ſe antiquum Procuratorium, & iſtud Procuratorium duplicetur.

Sub tenore iſtius Procuratorii mittatur clauſ. Domino Regi Franciæ deprecatoria quod tales admittat.

Item memorand. quod regratiandum eſt per litteras Regis Magiſtro Stephano de Goronnule Præcentori Sarr. & Magiſtro Johanni le Romeyn de eo quod ſollicite intendant negotiis Regis Pariſ. & petendum eſt quod ulterius intendant.

De Jocalibus Regis olim invadiatis.

A.D. 1272. An. 56. H. 3. Pat. 56. H. 3. n. 42.

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod de Jocalibus noſtris, per dilectos nobis, Willielmum de Latimer, & Magiſtrum Henricum de Gaudano, in Franciam deportatis, anno Regni noſtri quadrageſimo quinto, & apud Templum Pariſ. ſub cuſtodia cariſſimæ ſororis noſtræ, M. Reginæ Franciæ depoſitis, ac poſtmodum, tempore turbationis in Regno noſtro habitæ, pro relevatione ſtatûs noſtri, & primogeniti noſtri, per kariſſimam Conſortem noſtram Alianoram Reginam Angliæ, de mandato noſtro, diverſis Mercatoribus ſub cuſtodia præfatæ Reginæ Franciæ pignori obligatis,

Recepimus Jocalia ſupradicta in præſentia venerabilis patris, W. Archiepiſcopi Eborum, Ricardi de Middleton. Cancellarii noſtri, Roberti Burnel Archidiaconi Eborum, Thediſ. de Camilla, Elyæ de Rabaine, & Petri de Winton. Cuſtodis Garderobæ noſtræ, per manum dilecti Clerci noſtri Egidii de Audenard. ad eadem jocalia noſtra acquietanda à nobis tranſmiſſi, videlicet,

A.D. 1272.

Unam Coronam magnam & pretioſiſſimam non appreciatam:

Tres alias Coronas aureas, cum diverſis lapidibus pretioſis pretii treſcentarum, ſexaginta, ſex librarum, treſdceim ſolidorum, & quatuor denariorum:

Unum Capellum Imperatoris, cum diverſis lapidibus precioſis, pretii quingentarum marcarum:

Quatuor ſerta aurea, pretii centum librarum:

Tria Pettina aurea, cum lapidibus pretii ſexdecim librarum, ſex ſolidorum, & octo denariorum:

Quadraginta & quinque firmacula aurea, cum diverſis lapidibus, pretii ducentarum quinque librarum, quatuordecim ſolidorum, & quatuor denariorum:

Quatuor baculos, continentes centum & ſex anulos, cum Rubettis & baleſiis pretii ducentarum & quadraginta trium librarum:

Duos

A.D. 1272. Hen. 3. Duos baculos continentes triginta & octo anulos, cum ſumarad. pretii ſexaginta & unius libræ:

Unum baculum, continentem viginti anulos, cum ſaphiris, pretii triginta & quinque librarum, treſdecim ſolidorum, & quatuor denariorum:

Unum baculum, continentem duodecim anulos cum topazis, & unum anulum cum peradota, pretii decem librarum:

Unum baculum, continentem decem & ſeptem anulos, cum diverſis lapidſbus, quorum unus anulus eſt ſine lapide, precii ſexaginta ſolidorum:

Sexaginta & ſexdecim Zonas, pretii mille quadragintarum undecim librarum, quatuordecim ſolidorum, & octo denariorum:

Et præterea duos pavones aureos, cum diverſis lapidibus precioſis, de novo theſauro noſtro, pretii ſexaginta librarum:

Unum firmaculum, cum duobus amantibus de eodem theſauro noſtro, pretii quinquaginta marcarum.

Et alia quindecim firmacula, cum diverſis lapidibus precioſis, de eodem theſauro noſtro, pretii centum decem & octo librarum:

Quinque garlandas auri, de opere Pariſ. pretii viginti & ſeptem librarum, treſdecim ſolidorum, & quatuor denariorum, de eodem theſauro noſtro. A.D. 1272. Hen. 3.

De quibus magna Corona precioſiſſima, tribus aliis Coronis, cum diverſis lapidibus pretioſis, Capello Imperatoris, quatuor ſertis aureis, tribus pettinibus aureis, quadraginta & quinque firmaculis, centum & ſex anulis, cum rubettis & baleiſiis, triginta & octo annulis cum ſmaragdis, viginti anulis cum ſaphiris, duodecim annulis cum topazis, & uno anulo cum peridota, decem & ſeptem annulis, cum diverſis lapidibus, quorum unus eſt ſine lapide, ſexaginta & ſexdecim zonis, duobus pavonibus aureis de novo theſauro noſtro, uno firmaculo cum duobus amantibus, & aliis quindecim firmaculis, cum diverſis lapidibus precioſis, de eodem theſauro noſtro, quinque garlandis aureis, præfatum Egidium tenore præſentium quietamus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. 20 die Februarii.

Bulla Gregorii Papæ, per quam nunciavit Regi novam creationem ſuam.

A.D. 1272. An. 56. H. 3. Ex Autogr. GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, glorioſæ nativitatis dominicæ latens, licet myſterium patens, tamen latè præconium cæleſtis præco humano nunciaturus generi, præmiſſo accomodo verbum ſcemate Deo in altiſſimis gloriam retulit, pacem in terra bonæ voluntatis hominibus nunciavit.

Hæc eſt nunciatio profectò digniſſimè veneranda: Hæc attentione digniſſima, quam verè venerabilem reddit nuncium mittentis ſublimitas, extollit nunciantis auctoritas, & nunciationis ipſius veritas manifeſta commendat; hæc vera & juſta, ſed eam non ſervantibus, proculdubio tremenda partitio; qua ore angelico ſoli Deo attribuitur honor & gloria, quam ſolus ipſe meretur qui facit mirabilia magna: Quâ, dum bonæ voluntatis hominibus pax in terra promittitur, interdicitur impiis, malivolis denegatur.

Nulla eſt enim pax impiis, nulla contempnentibus, ſed multa diligentibus nomen Dei; eorum ſiquidem qui mandata ipſius audiunt. A.D. 1272.

Pax ut flumen, impii vero ut mare fervens quieſcere nequeunt, pacis commoda neſciunt, ſed diſſerpentibus vitiis in ſeipſis diſſident & turbantur; & redundantibus ipſorum fluctibus, in conculcationem diaboli lutumque peccati, (dum per peccatum avertuntur ab eo qui eſt pax noſtra, quæ exuperat omnem ſenſum) à pace redduntur per conſequens alieni;

Non immerito, ſed ob ſua demerita pectoris & temporis pace fruſtrati.

Deus etenim ultionum, exercituum dominus, agens liberè, ut retributionem reddat ſuæ, quantum in eis eſt, detrahentibus gloriæ, ſuperbiendo per peccatorum inſolentias contra ipſam, terram commovens & conturbans, eiſque juſto judicio pacem tollens, oſtendit populo ſuo dura propter injuſtitias ſuas, ipſum humilians, ſuper ipſum inducens terrorem, & Rectorem interdum ſpiritualem Principum auferendo ſubducens,

ut

ut non ſit qui congreget ab ovili domini peccatorum averſionibus fugientes, non ſit qui errata corrigat, ſed qui eſt in ſordibus plus ſordeſcat.

Hinc itaque, hinc proculdubiò provenire creduntur Imperiorum fluctuationes, colliſioneſque Regnorum, & cuncta guerrarum diſſidia, quæ animarum pericula, corporum ſtrages, facultatum lapſus & deſtructiones inducunt:

Hinc cætera, non facilè numeranda, diſcrimina, & in partibus variis graviter deploranda contritio, & gravis admodum pudendaque confuſio populi Chriſtiani:

Hinc diutinæ vacationis ſedis apoſtolicæ diſpendium, poſt felicem Sanctæ recordationis Clementis patris & prædeceſſoris noſtri de hoc mundo tranſitum, & corpus ipſius cum debita exequiarum ſollempnitate reconditum, tanto tempore prorogatum, donec Dominus, populi ejuſdem peccata diſſimulans, & miſericorditer ipſius miſerias miſeratus, dignatus eſt ipſe, qui concordiam in ſublimibus operatur, fratribus noſtris ſic unanimitatem ad procedendum in proviſione ſedis ejuſdem facienda concedere, quod miro Dei & nobis nimirum ſtupendo conſilio, ad imbecillitatem noſtram oculos dirigentes, nos, qui tunc in minori conſtituti officio, pro ſalutis noſtræ remedio peregrinabamur in partibus tranſmarinis, ad conſcendendam apoſtolicæ præminentiæ cathedram, & ſuſcipiendum importabile nobis, non ſolum ex humanæ infirmitatis, ſed etiam ex humilitatis noſtræ defectu, onus univerſalis regiminis orbis terræ, concorditer elegerunt, ad inducendum nos ad id variis ad noſtram præſentiam nuntiis & litteris deſtinatis.

Nos vero, in conſiderationis examine, onus ipſum, per hoc noſtris imponendum humeris, & opus, noſtra proſequendum ſollicitudine, attendentes, noſtrarumque metientes virium quantitatem diſſpungendo inſufficientes virtutum ſumptus, & meritorum inſufficientiam comparando, eligendum ſano conſilio putabamus ut humeri ſubducerentur ab onere, manus ab opere arcerentur;

Verum, nè, poſt ejuſdem vacationis tam diffuſa & diſpendioſa tempora, obſtinata contradictionis reluctatio profuſioris diſpendii occaſionem induceret, nos, non de nobis, ſed de illo ſolo concepta fiducia qui dat lapſo virtutem, qui ſolus poteſt, cum omnis ſufficientia ſit ab eo, noſtram inſufficientiam habundantiâ virtutis ſuæ ſupplere, in humilitatis ſpiritu tanti oneris ſarcinæ imbecilles expoſuimus humeros, debiles miſimus manus ad fortia, & humiliter colla ſummiſimus jugo apoſtolicæ ſervitutis: Suppliciter implorantes ut ipſe qui, per hujuſmodi vocationem, in maris mundi hujus altitudinem nos deduxit, non patiatur ab ipſius tempeſtate demergi, ſed illam nobis ſuæ potentiæ dexteram porrigat, quæ apoſtolorum Principem, ambulantem & hæſitantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, & Coapoſtolum ejus Paulum, nocte ac die in profundo maris poſitum, liberavit.

Accedit etiam, ad grande noſtræ fiduciæ fulcimentum, tua & aliorum Catholicorum Principum conſiderata devotio, per quos ſperamus ſic in commiſſæ nobis ſollicitudinis executione fulciri, quod, te ac ipſis utiliter & efficaciter intendentibus, commiſſus regimini populus Chriſtianus præmiorum exhortatione, ac comminatione pœnarum correctus, à vitiis ad virtutes erectus, in viam mandatorum Domini dirigatur.

Propter quod, tuum, tuorumque progenitorum affectum ad Roman. Eccleſiam meditatione debitâ recenſentes, tibi noſtrarum litterarum primitias deſtinamus, quibus ſerenitatem Regiam monemus & exhortamur in Chriſto, rogantes attentius & in remiſſionem tibi peccaminum ſuadentes, quatinus, ipſorum progenitorum laudabilia imitando veſtigia, eandem Eccleſiam matrem tuam honorare ſtudeas & fovere:

Sic in populo, tuæ ditioni ſubjecto, poteſtate tibi traditâ errata corrigens, & pro viribus peccata compeſcens, quod in eo manſuetudo ſuperveniat, & correctio ſubſequatur, reddatur Domino populus idem voluntatis, acceptæ pacis ex hoc proculdubio commodis potiturus.

Scimus enim quod, ſi fecerit ei placidas vias ſuas, ipſe inimicos ejus convertet ad pacem, nec erit qui eum exterreat, ſed, perſecutorum terroribus de ipſius finibus profligatis, confidenter in tabernaculis fiduciæ habitabit, ac fiducialiter in requie opulentâ quieſcet.

Nos ſanè tibi, fili cariſſime, affectum caritativæ benignitatis expandimus, & ſinum caritatis ſolidæ aperimus, proponentes, quantum cum Deo poterimus, Regiæ dignitati deferre, ac tua & Regni tui commoda, pro quibus ad nos poteris cum ſecuritate recurrere, in promptitudine benivolentiæ promovere.

Dat. Lateran. 4 Kal. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub filo canabi.

Quod Rex, & omnis populus Chriſtianus, tam viri Eccleſiaſtici, quam ſeculares parati ſint a Kalend. Maii, anni ab Incarnat. Domini M CC LXX IV. *infra biennium ad ingrediendam terram Sanctam, & aggrediendum inimicos Chriſti.*

A.D. 1272.
An. 56. *H.* 3.
Ex Autogr.
A.D. 1272.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Regi Anglorum illuſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Salvator noſter, in cujus ditione cuncta ſunt poſita, Civitatem Jeruſalem videns & prævidens ruituram fleviſſe deſcribitur ſuper eam; & nos itaque qui Civitatis veri David, religionis, viz. Chriſtianæ (circa cujus regimen non inſufficientiæ noſtræ debilitatis, ſicut nec debemus, innitimur, ſed de ſolâ ſuperhabundantiâ virtutis divinæ ſperamus) non ſolum ſciſſuras, juxta Prophetæ vaticinium, multiplicatas apertè videmus, ſed & ruinæ magnæ periculum in ſubſtractione populi Græcorum, qui à Sedis Apoſtol. devotione ac obedientiâ ſe ſubtraxerit, in occupatione maximâ & vaſtatione validâ Terræ ſanctæ, in ſubverſione morum, quæ univerſaliter in Clero graviter obrepiſſe videtur, & populo, jam non tam cernimus quam palpamus, num poſſumus non lugere? Num comprimere lacrimas, continere ſuſpiria vel cohibere ſingultus? Profecto, cum tanta ſubſit plangendi ratio, planctum declinare non poſſumus, ſet neceſſe eſt jam foras exeat ab olim, dum etiam nos minor ſtatus haberet, tanto altius radicatus introrſum, tantoque diuturnitate factus acerbior, quanto facultate vetante diutius non eſt efficaciter exire permiſſus.

Exeat igitur, exeat ad fratres & filios, ut ſcientes incomodum, ipſumque prudentius extimantes cooperationis remedio efficacius pro viribus relevent, & planctum piæ conſolationis officio dulcius conſolentur.

Quis ergo dabit capiti noſtro aquam, aut oculis noſtris fontem lacrimarum, ut ſic populi humilitati noſtræ commiſſi ſpiritualiter & temporaliter interfectos diebus & noctibus lugeamus, quod culparum ſordes, quibus iram meruiſſe creditur, diluamus.

Lugendum ſiquidem occurrit quod, per ſubſtractionem prædictam, à Sedis Apoſtolicæ unitate ſubtractos & in devio poſitos grandis culpæ mors afficit, quod ſanctum univerſalis Eccleſiæ corpus membro tam nobili eadem gravis admodum & diſpendioſa ſubtractio tanto tempore mutilavit.

Lugendum & iterum ac amarè dolendum quod ſicut in partibus tranſmarinis non tantum audivimus, ſet & oculis noſtris vidimus, & manus noſtræ contrectaverunt. Proh dolor! deteſtabilius ſolito blaſphematur in gentibus nomen Chriſti; cum jam non tam verbis, quam rebus ipſis, & factis Chriſtianis inſultetur ab infidelibus, & dicatur ubi Deus eorum, dum funiculus hæreditatis Domini, eadem terra ſancta, per nephandiſſimos Saracenos ſic audaciter invaditur, ſic ſecurâ occupatur audaciâ, ſic vaſtatur intrepidè, ſic in eiſdem partibus Chriſtianus populus immaniter trucidatur, quaſi non ſit illis adjutor, nec ſit qui miſereri poſſit ipſorum? Lugendum & amplius pariter & horrendum, quod cum ille Paterfamilias diligens, qui horis diei variis operarios ſuam miſit in vineam, ille ſummus agricola, ſator bonorum omnium & plantator, agrum mundi hujus diligenter excolens, in eo ſeminaverit ſemen bonum, inimicus homo tanta invenitur in ipſo ſuperſeminâſſe vitiorum zizania, & errorum, ut ea magis deflere liceat, quam narrare; idemque ager cotidiè potius areſcere videatur ad ignem, quam albeſcere inveniatur ad meſſem.

Hæc dum miniſterio conſiderationis debitæ mentis noſtræ præſentantur obtutibus, ignis in noſtris meditationibus exardeſcit, & ad tanta diſcrimina relevanda ſuſpirat affectus, zelus accenditur, & ſpiritus anxiatur.

Ad quod cum nos ſufficere non poſſe ſciamus, levamus oculos noſtros ad montem, montem quidem Dei, montem uberem, montem pinguem: Unde oportunum provenire nobis auxilium, & humiliter petimus, & devotè ſperamus. Et quia ſalubre in hiis adhiberi remedium intereſt generaliter omnium, nos cum fratribus noſtris, aliiſque viris prudentibus exacto & frequenti tractatu præhabito, prout tantæ neceſſitatis inſtantia

A.D. 1272. Hen. 3. exigebat, de ipſorum conſilio generale Concilium ſicut imitatione digna ſanctorum patrum conſuetudo laudabilis, longævæ obſervationis exemplo nos inſtruit, oportuno tempore decrevimus congregandum.

Ut in eo tam circa præmiſſa, quam circa cætera, quæ ſalutem reſpiciunt animarum, illa, Deo auſpice, communi conſilio inveniatur proviſio, & ejuſdem approbatione Concilii roboretur, per cujus ſalutiferam executionem virtus altiſſimi eliminatis erroribus, roboratâ fide, reductis errantibus, redintegratâ ejuſdem fidei unitate, ſedatis diſcordiis, pace firmatâ, extirpatis vitiis, virtutibuſque palntatis, correctis exceſſibus, moribus reformatis, repreſſis oppreſſionibus, libertate ſolidis munimentis inſtructâ, recuperatis deperditis, & ejuſdem terræ ſanctæ ſtatu proſpero reparato hujuſmodi ſciſſuras uniat, ruinas impleat, occupata reſtituat, vaſtata reſtauret, reſtituta & reſtaurata conſervet.

Nobiſque viam aperiat idem ipſe qui novit, & facultatem tribuat ipſe qui poteſt, ut vitiorum errorumque zizaniis ad conburendum faſciculis alligatis, ad triticum in ejus horreum congregandum, ſic in præmiſſis juxta intenſum animi noſtri deſiderium ſibi miniſtrare poſſimus utiliter, quod idem verus ejuſdem univerſalis ſponſus Eccleſiæ ipſam dilectam ſuam expeditam rugis, purgatam maculis, munitam virtutum monilibus ac ornatam unam ſemper habeat & formoſam, ad ſui nominis laudem & gloriam, ad animarum profectum, robur fidei, pacem & exaltationem Populi Chriſtiani.

Quia vero proſecutio tanti propoſiti tempore indiget, ut deductum maturius, felicius, auctore Domino, effectum debitum ſortiatur, Biennium numerandum ab initio inſtantis Maii ad id duximus deputandum, deputaturi præterea interim aliquos viros, tanto miniſterio competentes, ad prædicandum, in terræ præfatæ ſuffragium, ſalutiferum verbum Crucis, per quod corda Principum, Prælatorum, cæterorumque fidelium inducantur ad ſubſidium eidem terræ, prout ipſius expoſcit extrema neceſſitas, impendendum.

Propter quod Venerabilibus fratribus univerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, necnon & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpoſitis, & aliis Eccleſiaſticorum Prælatis præcipiendo mandamus, quatinus omni negligentiâ relegatâ, cunctis, prout talis, & tanti negotii qualitas exigit diſpoſitis & paratis ſic medio tempore ſe accingant ad iter, quod Kalendis Maii anni ab incarnatione Domini milleſimi, ducentiſſimi, ſeptuageſimi quarti, quas ipſis pro termino aſſignamus in loco quem, licet ad præſens ſubticeamus ex cauſâ, competenti tamen tempore, eis curabimus intimare, noſtro conſpectui ſe præſentent, ad ſubventionem neceſſariam terræ prædictæ; ſollers & operoſum interim ſtudium impenſuri, proſequendo favorabiliter, & fideliter adjuvando illos, quos ad hujuſmodi proſequendum negotium duxerimus deputandos.

A.D. 1272. Hen. 3.

Volumus quoque quod in qualibet eorum Provincia ex eiſdem Epiſcopis unus vel duo remaneant ad ea, quæ officium Epiſcopale requirunt, inibi exercenda, tam ille vel illi quos propterea contigerit remanere, quam alii quos ad idem venire Concilium præpeditio forſan canonica prohibebit.

Capitula inſuper Eccleſiarum omnium Provinciæ cujuſlibet tam Cathedralium, quam etiam aliorum, quibus per eoſdem Archiepiſcopos & Epiſcopos ex parte noſtrâ decrevimus id mandari, cum in eodem concilio tractanda ſint aliqua quæ pertinebunt ad ipſos, ad idem Concilium viros ydoneos pro ſe mittant;

Non obſtantibus quibuſlibet privilegiis, ſeu indulgentiis, quibuſcunque perſonis, Ordini, Dignitati, ſeu Collegio, ſub quacunque verborum formâ, vel expreſſione, à prædictâ ſede conceſſis, per quæ poſſit effectus hujuſmodi mandati noſtri quomodolibet impediri, aut eidem in aliquo derogari.

Circa perſonarum & evectionum numerum moderamine, quod alias ſtatuit Lateranenſe Concilium, taliter obſervato, ut nemini liceat illud excedere, ſet omnibus prout libet artare.

Nullus pompoſus aut inanis gloriæ quæſitor, ſet quilibet ſic veræ humilitatis cultor appareat, quod & Eccleſiæ ſibi commiſſæ nequaquam oneroſus exiſtat.

Mandavimus inſuper ut iidem Archiepiſcopi & Epiſcopi per ſe ac alios prudentes viros, Deum timentes & habentes præ oculis, omnia, quæ correctionis & reformationis limam expoſcunt, inquirant ſubtiliter & conſcribant fideliter, eadem ad ipſius Concilii notitiam delaturi.

Et nos nichilominus variis modis, & viis ſollers ſtudium & efficacem operam dare proponimus, ut omnia talia in examen ejuſdem deducta Concilii correctionem & directionem recipiant oportunam.

Hoc etiam in eiſdem litteris noſtris adjecto, ut nullus, inobedientiæ notam, & canonicæ ultionis acrimoniam vitare deſiderans, fallacium excuſationum velamento

A.D. 1272.
Hen. 3.

mento ſe muniat, vel ex impedimentis itinerum; quæ, Domino prava in directa & in vias planas ſuâ omnipotentiâ convertente, aſpera ceſſaverunt, frivolæ allegationis munimenta confingat, ut à tam ſancti proſecutione operis ſe ſubducat.

Set occurrant ſinguli voluntarii ad id quod & divinæ congruit voluntati, & ſalutem animarum ac utilitatem reſpicit ſingulorum. Cæterum quia multipliciter expedit, ut tam celebris Synodus tuâ, & aliorum catholicorum Principum decoretur præſentiâ, & ſalubri conſilio, ac auxilio fulciatur;

Serenitatem regiam rogamus & hortamur attentius, in miſſionem tibi peccaminum ſuadentes, quatinus præſcripto termino in loco tibi oportuno, tempore Deo propitio exprimendo, in eâdem ſynodo captatâ interim ad hoc opportunitate, ſtudeas perſonaliter intereſſe, meditatione providâ, prudenter attendens, quod in hoc non ſolum labor proprius, quem ad tam Sancta, & utilis negotii promotionem aſſumes, tibi cedet ad meritum, verumetiam aliorum, qui ad veniendum ad eandem Synodum efficacius tuo inducentur exemplo.

A.D. 1272.
Hen. 3.

Et nichilominus vota tua nobis poteris familiarius aperire, quæ in omni benevolentiâ libenter ad exauditionis gratiam, quantum cum Deo poterimus, admittemus.

Dat. Lateran. 2 Kal. Apr. Pontif. noſtri anno primo.

Sub filo canabi.

Littera Philippo Regi Franciæ excuſatoria, de non perſonaliter apparendo ad homagium præſtandum.

A.D. 1272.
An. 56. *H.* 3.
Pat. 56. *H.* 3. *n.* 18.

Regi Franciæ Rex Angliæ ſalutem, & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Cum, propter gravem infirmitatem, qua jam diu eſt laboravimus, & adhuc laboramus, nequeamus his diebus ad partes veſtras abſque mortis periculo nos transferre ad homagium noſtrum, ut tenemur, faciendum;

Dilectum & fidelem noſtrum Johannem de la Linde, voluntatis noſtræ conſcium, ad impotentiam noſtram vobis in hac parte vobis plenius exponendum, & ad nos erga dominationem veſtram, ex cauſa prædicta, nunc, ut ſæpius, per ſolempnes Nuncios & Procuratores noſtros fecimus excuſandum, ad veſtram præſentiam ſpecialiter deſtinamus, devote & humiliter ſupplicantes quatinus excuſationem illam, ſi placet, admittere velitis favorabiliter & benignè.

A.D. 1272.

Teſte Rege apud Weſtmon. 20 die Maii.

Bulla Gregorii de confirmatione privilegiorum & libertatum militiæ templi conceſſarum.

A.D. 1272.
An. 56. *H.* 3.
Ex Autogr.

Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Magiſtro & Fratribus Domûs Militiæ Templi Jeruſolimitan. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis ut id, per ſollicitudinem officii noſtri, ad debitum perducatur effectum:

Ea propter dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus inclinati, omnes libertates & immunitates, à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus per privilegia & alias indulgentias Domui veſtræ conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum, à Regibus, & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus, rationabiliter vobis indultas, Terras quoque, poſſeſſiones, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè ac pacificè obtinetis, vobis, & per vos, eidem Domui auctoritate apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

A.D. 1272.

Nulli ergo, &c.

Dat. Lateran. 2 Kal. Junii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub Filis Sericis flavi rubeique coloris.

De Cuſtodia Vaſconiæ Lucæ de Tany commiſſa.

A.D. 1272. *An.* 56. *H.* 3. *Pat.* 56. *H.* 3. *n.* 18.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Caſtellanis, Communitatibus, & omnibus fidelibus ſuis de terra Waſconiæ, ſalutem.

Sciatis quod nos, & Edwardus primogenitus noſter, conſtituimus dilectum & fidelem noſtrum, Lucam de Tany, Seneſcallum noſtrum Waſconiæ, & ei totam terram noſtram Waſconiæ commiſimus cuſtodiendam quamdiu nobis placuerit.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Lucæ, tanquam Seneſcallo noſtro Waſconiæ, in omnibus, quæ ad terram illam pertinent, intendentes ſitis & reſpondentes, ſicut prædictum eſt.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmon. 5 die Junii.

A.D. 1272.

Pro Luca de Tany Seneſcallo Vaſconiæ prædicto.

A.D. 1272. *An.* 56. *H.* 3. *Ibidem.*

REX Hugoni de Turbervill Seneſcallo Waſconiæ, ſalutem.

Sciatis quod commiſimus dilecto & fideli noſtro, Lucæ de Tany, Seneſcalciam noſtram Waſconiæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, cuſtodiendam quamdiu nobis placuerit;

Et ideo vobis mandamus quod eidem Lucæ Seneſcalciam, Caſtra, Civitates, & totam terram noſtram Waſconiæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberetis cuſtodienda, ſicut prædictum eſt.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

A.D. 1272.

Littera Regi Franciæ de Juribus in Vaſconia uſurpatis.

A.D. 1272. *An.* 56. *H.* 3. *Pat.* 56. *H.* 3. *n.* 18.

REgi Franciæ Rex Angliæ ſalutem, & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum.

Gentes noſtræ Waſconiæ nobis, non abſque cordis amaritudine, retulerunt quod, ad quorumdam querimoniam de quibuſdam gentium prædictarum, in eaſdem, de quibus querimonia deponitur, juriſdictionem & ſuper impoſitis cognitionem (nobis & locum Edwardi primogeniti noſtri tenentibus minime requiſitis) vendicatis ac nitimini extorquere, quanquam, retroactis fælicis recordationis Domini Ludovici Patris veſtri talia nunquam fuiſſent temporibus requiſita, nec in exhibitione juſtitiæ fuiſſemus noluntarii, aut etiam negligentes; ſet parati fuimus & exiſtimus, cum ſummo deſiderio & debita promptitudine, univerſis de gente noſtra, conqueri volentibus, exhibere juſtitiæ complementum,

Cumque vobis, ſicut & Domino patri veſtro, linea conſanguinitatis, tàm nos, quàm Edwardus primogenitus, aſtricti exiſtamus, qui, per inductionem Domini genitoris veſtri in terræ Sanctæ ſubſidium perſonaliter eſt profectus;

Dominationem veſtram rogamus & requirimus inſtantia ſpeciali quatinus nos, & Edwardum prædictum, cui noſtro nomine cuſtodiam terræ noſtræ Waſconiæ commiſimus, noſtris libertatibus, juribus, & cognitionibus uti & gaudere permittatis pacifice & quiete, prout eiſdem hactenus ſumus uſi; niſi enim à vobis tranquillitatis ſubſidium ſuppoſuiſſet firmiſſime optinere, ſupponimus pro conſtanti quod in terræ prædictæ adjutorium ſe nullatenus convertiſſet.

A.D. 1272.

Porro ſic nos conſtrepit perſonæ debilitas quod, pro debito vobis homagio exhibendo, ad partes Franciæ, abſque mortis periculo, nos convertere non valemus; ſupplicantes ex eo devote ut veſtræ dominationi placeat, quod, pro eodem homagio præſtando, ad veſtram magnificentiam certam perſonam, cum poteſtate homagii hujuſmodi faciendi, mittere valeamus: Seu ad nos talem velitis mittere qui illud poſſit recipere vice veſtra:

Alioquin de benignitate regia appropinquantes ad locum maritimi confinem, utpote Boloniam, vel Sanctum Audomarum, ubi, quamquam cum difficultate

A.D. 1272. Hen. 3. & diſpendio, favente Altiſſimo, præfigendo nobis termino, perſonaliter accedemus facturi & impenſuri homagium memoratum.

Circa quæ & eadem contingentia ad dominationem veſtram dilectum & fidelem noſtrum Thomam de Clare mittimus, noſtræ conſcium voluntatis; cui, ſi placet, circa hæc velitis credere, vice noſtra.

Teſte Rege apud Weſtm. quinto die Junii.

A.D. 1272. Hen. 3. *Item ſcribebatur Gaſtoni de Biern. ſuper iſtis, & Erardo de Valery, & quibuſdam Conciliariis Franciæ, ut ipſi inſtent erga Regem Franciæ, ut dictum Regem Angliæ habeat excuſatum in hac parte.*

Item dictus Thomas habuit litteras Regis Angliæ directas Regi Franciæ, de ſimplici credentia ſuper negotiis memoratis.

Teſtamentum Domini Edwardi primogeniti Regis conditum apud Acres.

A.D. 1272. An. 56. H. 3. *L.A.f.312.a. penes Camer. Scaccar.*

EN nun du pere, du fiuz, e du ſeynt eſprit, Amen.

Nus Edward, einſne filz au noble Rey d'Engletere, feſoms noſtre teſtament, en noſtre bon ſen, e en noſtre bone memorie, le Samedis procheyn apres la Pentecouſte, en le an de noſtre ſeygnur mil, du cent, ſeptſaunt ſecund, yn ceſte manere: en primes, nus diviſoms a Deu, e a noſtre Dame ſeinte Marie, e a tuz ſeyns noſtre alme, & noſtre cors enſeuelir, ou nos Eſſeketurs, ceo eſt a ſaver, ſire Johan de Bretayne, Sire William de Valence, Sire Rog. de Clifford, Sire Payn de Chautros, Sire Roberd Tiletot, Sire Otes de Grauntſon, Robert Burnett, & Antoyne Bek, o oukuns de eus aurunt deviſſe: As queus nus donoms & grauntoms plener poer, ke il puſint ordiner por noſtre alme, de tuz nos beyns, moebles e noun moebles, cum en rendre nos dettes, e redrecher les tort, ke nus avoms fet par nus ou par nos Baliz, & rendre a noſtre gent lur ſerviſe, ſulom ceo ke il verrunt ke bon ſeyt.

E, por ceo ke nus ſavoms ben, ke noz moebles ne purrunt pas ſuffire a ceo, vuluns e otroms ke noz avauntdiz Exſeketurs eyent plener poer, le quel nus les grauntoms ſi avaunt ke nus pouns, de ordiner, & eſtablir de tutes nos teres d'Engletere, de Irelaunde, de Gaſcoine, e de tutes nos autres teres, ke il en puſent ourir en memes la manere ke nus feymes quant eles furent en noſtre meign ſaunt vendre ou doner, e en lur meyns tenir enſemblement o la garde de nos enfaunz, uſque au plener age de eus, pur noſtre teſtament acomplir, & nos aumones fere en Engletere, & aillurs ſulum ceo ke nos Eſſeketurs verrunt ke ſeyt a fere; as queus fere, nus ordinoms ceynt milie mars.

A.D. 1272. Et, apres noſtre devis fet, & nos aumons acomplies, volums ke les iſſues des avauntdites teres, turgent au profit de noz enfaunz, e demurgent en les meyns des avauntdiz Exeketurs, juskes a l'age de noz enfaunz avaunt nomes.

Et, ſi aventure avenge ke noſtre Seygnur Rey, noſtre pere, murge dedenz le age de nos enfauns (ke Deu defende) nos voloms ke le Reaume d'Engletere, & tutes les autres teres ke porrunt eſchair a noz enfaunz, demorgent en les meyns de nos Eſſeketurs avaunt nomes, enſemblement oveſque noſtre cher Piere le Erceueſk de Everwyk, e Sire Rog. e ovesk autres prodes homes du Reaume, ke il akondrunt ſi meſtier ſeyt, jekes al plener age de nos enfaunz ſus nomez; e ke les iſſues des avaunt dites teres, ſeyent cuilliz, e Gardez, per les Meyns de nos Exſeketures avauntdiz, e liverez à nos enfaunz, quant il ſerrunt de plener age, a lur profiſt.

E, ſur ceo nus voloms e ordinoms ke deus, ou plus de noz Eſſeketurs, eyent poer de oyr nos acuntes, e de receyvere de tuz nos Baliz, ou ke il ſeyent, devaunt noſtre departir d'Engletere.

E puis, ſe il ne poent muſter ke il eyent leal acunte rendue, & ſi nul de noz Balif ſeyt mort, ke ſes Heirs ſeyent tenuz a rendre la cunte pur luy.

Endreyt de Dowarie de Noſtre chere Femme Alianore, volums ke ele eyt pleynement ceo ke fuſt nome quant nus les puſams, e ſi de ceo ne ſe tent pas a pae, nus voloms ke ele eyt ceo, ke dreyt e ley la dorra, ſulom les uſages e le leys d'Engletere.

E voloms auſi ke la, ou tuz noz Eſſeketurs ne porrunt eſtre pur fere le execution de noſtre teſtament avauntdit, ke quatre ou plus, en num des autrys, eyent

A.D. 1272. *Hen.* 3.

poer pur eus, e pur les autrys, pur acomplir les choſes ſuſdites,

E pur ceo, priums a noſtre ſeynt pere l'Apoſtle, ke il voyll c'eſte choſe tenir, & fere tenir, e confirmer; e ke il voyle prier noſtre cher Pere, ke il voyle tenir eſtable, e fere tenir, par tut ſon Reaume, e tot ſon poer, quel part ke il ſeyt, les choſes avant nomes.

En teſtimoniaunce de la queu choſe, a ceo teſtament avoms fet mettre noſtre ſel, & avoms prie Sire Johan Erceveske

A.D. 1272. *Hen.* 3.

de Sur, & vicarie de la ſeinte Egliſe de Jeruſalem, & les honurables bers, frere Hue Revel Meſtre de l'Hoſpital, & frere Thomas Berard Meſtre du Temple, ke a ceſt eſcrit meiſent auſi lur ſeus, les quieus ſi le vut fet enſemblement o nos Eſſeketurs avaunt nomes en teſmois aunce des choſes ſus dites.

Done a Acre, le Samedy avaunt nome, le diſutime Jur de Juen, l'an du Regne le Roy noſtre pere cinkaunt e ſine.

De Protectione Papali pro Edwardo primogenito Regis in Terra Sancta agente.

A.D. 1272. *An.* 56. *H.* 3. *Ex Autogr.*

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Nobili viro Edwardo, primogenito cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Anglorum illuſtris, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Aſpiciens terræ ſanctæ preſſuras, quam manus Agaranorum impia lacerat immaniter & affligit, in ejus ſubſidium zelo fidei & devotionis accenſus, aſſumpto vivificæ crucis ſignaculo transfretâſti, & agens redemptoris noſtri negotium, illud in propria perſona proſequeris; temetipſum ipſius redemptoris obſequio, ad defendendum ejus patrimonium, liberaliter exponendo:

Nos itaque, cupientes ut idem negotium eo ferventiùs proſequaris, quo præſidia ſedis apoſtolicæ tibi adeſſe perceperis promptiora, perſonam tuam, cum Familia, Terris, Civitatibus, Caſtris, Villis, Juribus, Libertatibus, Poſſeſſionibus, & cæteris bonis mobilibus & immobilibus, quæ in Anglia, Wallia, Ibernia, Vaſconia, vel ubicunque locorum impræſentiarum rationabiliter poſſides, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus;

A.D. 1272.

Diſtrictius inhibentes nè quis, in præmiſſis, vel eorum aliquo, te offendere, perturbare, ſeu quomodolibet moleſtare præſumat: Ac nichilominus ſtatuentes ut ea omnia, ſine læſione ac diminutione qualibet, integra maneant & quieta, donec de tuo reditu, vel obitu certiſſimè cognoſcatur.

Nulli ergo, &c.

Dat. apud Urbem veterem, 12 Kalend. Aug. Pontficatûs noſtri anno primo.

Sub Filis Sericis flavi rubeique coloris.

De pecunia pro Rege, ad partes tranſmarinas pro homagio præſtando profecturo.

A.D. 1272. *An.* 56. *H.* 3. *Pat.* 56. *H.* 3. *n.* 11. *in cedula.*

REX omnibus, &c. ſalutem.

Sciatis quod cum, ad expenſas inſtantis transfretationis noſtræ ad partes tranſmarinas, pro homagio noſtro, quod Domino Regi Franciæ illuſtri facere tenemur, pro Ducatu Aquitanniæ, & aliis terris, quas tenemus, & tenere debemus in Regno Franciæ, præſtando, magnam pecuniæ ſummam à diverſis Mercatoribus mutuò receperimus, de qua eis ſatisfieri volumus modis omnibus, prout inter nos & ipſos Mercatores eſt conventum,

Aſſignavimus omnes fines, omnia amerciamenta, & omnes exitus qualitercumquè provenientes de itineribus Juſticiariorum noſtrorum, proximo itineraturorum in Comitatibus Buk. & Bed. Eſſex. & Hertford. Wigorn. & Salop. ita quod pecunia, inde proveniens, levetur, & ſine aliqua diminutione præfatis Mercatoribus perſolvatur.

A.D. 1272.

Promittimus etiam bona fide quod aliquam pecuniam, inde provenientem, alibi non aſſignabimus, quouſque præfatis Mercatoribus de prædicta pecunia plenarie fuerit ſatisfactum; &, ſi forte aliquid inde prius fuerit aſſignatum, vel per oblivionem aut alio modo aſſignari con-

A.D. 1272. Hen. 3.

contigerit, illud irritum eſſe volumus & inane.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmon. 10 die Auguſti.

Bulla Gregorii Papæ decimi, conceſſa Regi Angliæ, de Privilegio conceſſo ſibi, & ſex eccleſiaſticis ſuis de non facienda reſidentia in beneficiis ſuis.

A.D. 1272. *An.* 56. *H.* 3. *Ex Autogr.*

Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis —— —— Weſtmonaſterii & —— —— de Waltham, Abbatibus, Londonien. Dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ut Clerici cariſſimi in Chriſto Filii noſtri —— Regis Angliæ illuſtris obſequiis immorantes, eo ipſi Regi devotiùs & ſinceriùs obſequantur, quo per eum majorem ſibi ſenſerint provenire poſſe favorem,

Nos, ſerenitatis Regiæ precibus benevolo condeſcendentes affectu, ut poſtquam idem Rex ſex clericos, infra unum menſem poſt præſentationem litterarum noſtrarum, quas ſuper hoc ei direximus, nominatim hujuſmodi obſequiis decreverit moraturos, ipſi eiſdem obſequiis inſiſtendo, proventus dignitatum, & perſonatuum, ac aliorum beneficiorum ſuorum eccleſiaſticorum cum ea integritate, cotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis, percipere valeant, cum qua illos perciperent, ſi perſonaliter in Eccleſiis, in quibus illa obtinent, reſiderent, nec interim ad faciendum in ipſis perſonalem reſidentiam, dummodo in eis, quibus animarum cura imminet, in divinis officiis per ydoneos faciant Vicarios deſerviri, à quoquam valeant coartari;

Non obſtantibus contrariis ipſarum Eccleſiarum conſuetudinibus, vel Statutis, Juramentis, confirmationibus Apoſtolicis, ſeu quacunque firmitate roboratis, aut indulgentiis locorum dioceſanis ab Apoſtolicâ ſede conceſſis, ut Rectores & Clericos Eccleſiarum ſuarum, Civitatum & Dioc. compellere poſſint ad reſidendum perſonaliter in eiſdem; aut qualibet alia dictæ ſedis indulgentiâ, per quam hujuſmodi gratiæ poſſit aliquatenus derogari, per ſupradictas litteras præfato Regi duximus indulgendum:

Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eiſdem Clericis fructus & proventus prædictos, juxta conceſſionis noſtræ tenorem, vos, vel alter veſtrum per vos, vel per alios, ſeu alium, faciatis integrè miniſtrari; non obſtantibus ſupradictis; ſeu ſi aliquibus à ſede præfatâ indultum exiſtat quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem: Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

Dat. apud Urbem veterem, Kal. Octob. Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub Filo canabi.

De Feſto Natalis Domini celebrando.

A.D. 1272. *An.* 57. *H.* 3. *Clauſ.* 57. *H.* 3. *m.* 7.

Rex Vicecomiti Somerſ. & Dorſ. ſalutem.

Quia Feſtum Natalis Domini proximo futurum celebraturi ſumus apud Wintoniam, Domino concedente,

Tibi præcipimus quod de centum bobus ad opus noſtrum contra feſtum prædictum provideri, & ad nos uſque Wintoniam venire facias,

Ita quod ſint ibidem, per tres dies ante feſtum prædictum, ad ultimum, liberandi cuſtodibus Lardarii noſtri ibidem.

Et, cum ſciverimus cuſtum, quod ad hoc poſueris, breve noſtrum de allocatione tibi inde habere faciemus.

Teſte Rege apud Weſtmon. 4 die Novembris.

De Regis Henrici Morte.

A.D. 1272.
An. 57. H. 3.
Ibidem, n. 1.

DIE Mercurii, in feſto Sancti Edmundi Confeſſoris, obiit Dominus Henricus quondam Rex Angliæ, ſero;

Et mane liberavit Johannes de Kirkeby Sigillum prædicti Domini Regis, ſub Sigillo ſuo & Sigillo P. de Winton. Cuſtodis garderobæ ejuſdem Domini Regis, Domino W. Eborum Archiepiſcopo, R. Aguillun, & cæteris Conciliariis Domini Regis, in præſentia eorumdem Conciliariorum.

A.D. 1272.

Bulla Gregorii Papæ decimi per quam nuntiavit Edwardo Regis primogenito gaudium, quod receperat eo quod feliciter inſidias ſuas ſuperavit, & ad Portum Trepani pervenit.

A.D. 1272.
An. 57. H. 3.
Ex Autogr.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Nobili viro Edwardo, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Angliæ primogenito, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Felici ad nos rumore perlato, quod tu, Conſors, & reliqua Comitiva tua proſperè ad Portum Trapani perveniſti, gaudemus, & exultamus in illo, qui perſonam tuam de tantis periculis eruit, qui tibi tantas inſidias ſuperare concedens, te, ſicut firmiter credimus, ut beneplacitis ſuis inſervias, reſervavit.

Recognoſcens itaque, Fili cariſſime, te, ipſius omnipotentiâ, præſervatum, in mandatorum ejus Semitas animum dirigas, & eadem omni diligentiâ ſtudeas obſervare; hæc etenim tibi dierum longitudinem, annos vitæ, ac pacem apponent.

Sane ſi te ad noſtram præſentiam, ſicut habet aliquorum aſſertio, venire contingat, in quo, propter ſingularitatem affectionis, quam ad te gerimus, tuas te volumus commoditates, & alias circumſtantias diligenter attendere potius quam noſtris deſideriis indulgere, te proculdubio, ſicut noſſe te credimus, cum multa jocunditate videbimus, & paterni tibi affectûs indicia, prout erga carum filium Spiritualem Patrem decuerit, apertius oſtendemus.

Dat. apud Urbem veterem, 10 Kalend. Decembr. Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub Filo canabi.

A.D. 1272.

Magnates Angliæ nuntiarunt Domino E. R. de obitu H. Reg. Patris ſui.

A.D. 1272.
L. A. f. 223. b. penes Camerar. Scaccar.

MAgnifico Principi, & Domino ſuo Edwardo, Dei gratia, Regi Angliæ illuſtri, Domino Huberniæ & Duci Acquitaniæ, ſui fideles & devoti W. eadem gratia Ebor. Archiepiſcopus Angliæ primas, L. Roffenſ. N. Wynton. G. Wygorn. R. Coventriæ & Lich. & W. Exon. Epiſcopi:

R. prior Hoſpital. Sancti Johannis Jeruſalem in Anglia, E. de Allem Comes Cornub. G. de Clare Comes Glouceſt. & Hereford. J. Comes Warenn. H. de Bohun Comes Hertford. & Eſſex. Rogerus de Mortuo Mari, Thomas de Clare, Johannes filius Johannis, Willielmus de Monte Caniſ. & Johannes de Sancto Johanne ſalutem, & fidelitatis obſequium ſemper promptum & paratum.

Dominationi veſtræ, licet cum mentis amaritudine, præſentibus nunciamus, quod Dominus noſter Dominus H. Rex pater veſter die Mercurii in feſto Sancti Eadmundi Confeſſoris, in ſero, ab hoc ſeculo ſuaviter & ſanctiſſime migravit ad Dominum, cujus animæ propitietur & parcat, qui ſolus poteſt medicinam præſtare poſt mortem;

A.D. 1272.

A.D. 1272. Die autem Jovis ſequenti, mane nos, qui præſentes fuimus, pacem veſtram in majori Aula Weſt. ſollempniter & publice fecimus proclamari, & eam etiam nomine Regio firmiter obſervandam populo, qui aderat, convocato fecimus præconizari.

Dominicâ autem proximâ, in feſto beati Eadmundi Regis & Martiris, cum honore & ſollempnitate, quâ decuit, corpus ſuum in Eccleſia Weſtmonaſt. ante magnam altare, traditum fuerat ſepulturæ.

Et, nec dum clauſo jam tumulo, nos omnes, qui cum multitudine fidelium veſtrorum ibidem præſentes affuimus, vobis tamquam Domino noſtro & Regi fidelitatis juramentum, & omnia alia, quæ veſtræ Dominationi & honori debentur, quatenus in abſentiâ veſtrâ fieri potuit, gratanter explevimus & devote, pacémque veſtram iterato nomine Regio clamari fecimus, quam uſque adventum veſtrum in Angliæ, quantum noſtræ poſſibilitatis extiterit faciemus, auctore Domino, firmiter obſervari, alia etiam, quæ vobis ratione Coronæ & Dignitatis Regiæ ulterius à nobis fieri aut præſtari debuerint, plenariè & ſine omiſſione aliqua, prompto & libenti animo faciemus.

Veſtram igitur excellentiam, quantâ A.D. 1272. poſſimus inſtantiâ requirimus & rogamus, quatinus attendentes pericula & incommoda, quæ diebus iſtis per abſentiam vel moram veſtram vobis, ac nobis, & toti Regno veſtro, quod abſit, de facili poterint iminere, adventum veſtrum in Angliam utinam proſperum & felicem! celeriter & ſine dilatione aliqua maturare velitis.

Nos autem, in adventu veſtro, ad ea, quæ honorem & beneplacitum veſtrum, pacem etiam & tranquilitatem Regni veſtri contingunt, paratos ſemper in omnibus invenietis & promptos, & ſicut Ardenti cordis deſiderio veſtram præſentiam præſtolamur, ita & vos cum omni lætitiâ & gaudio accedere non tardetis.

Scripſiſſet quoque vobis, ſuper hiis tota procerum veſtrorum communitas, quod tamen propter celeritatem, quam negotii qualitas adquirit, ad præſens non ſine cauſa fuerit omiſſum; ad quod etiam nos vice omnium Magnatum veſtrorum præmiſſa veſtræ Celſitudini duximus ſcribenda.

Dat. apud novum Templum, 23 die Novembr. anno Domini 1272.

Non prius Henrici Regis mors Gregorio Papæ nota.

Bulla Gregorii Papæ decimi, directa A. Reginæ Angliæ, pro Rege Angliæ inducendo ad veniendum ad Papam prædictum.

A.D. 1273. *Ex Autogr.*

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimæ in Chriſto Filiæ A. Reginæ Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Sicut aliæ noſtræ cariſſimo in Chriſto filio noſtro E. Regi Angliæ, illuſtri viro tuo, nuper miſſæ litteræ continebant, de ipſius & tuo ac aliorum veſtrorum proſpero adventu gaudentes, ad uberioris lætitiæ cauſam ejus & tuam præſentiam expectamus; cæterum cum eidem Regi ſcribamus ut fortitudine prout Principem decet utendo, in vocatione claræ memoriæ illuſtris Regis Angliæ Patris ſui, ſuam divinæ voluntati conformet; patienter de manu Domini adverſa recipiens, de cujus beneficio multa recepit proſpera, & illius ſe coaptando beneplacitis recipiet uberius in futurum. A.D. 1273. Serenitatem tuam rogamus & hortamur in Domino Jehu Chriſto quatinus hæc eadem in te ipſa prudenter obſervans, ad illa memoratum Regem virum tuum, prout expedire putaveris, ſollicitudine prudentis cautelæ ac exhortationis inducas.

Dat. apud Urbem veterem, quinto Idus Januarii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub Filo canabi.

Bulla Gregorii Papæ decimi de Proceſſu contra Guidonem de Monteforti, ſuper morte Henrici de Alemannia.

A.D. 1273.
An. 1. E. 1.
Ex Autogr.

GRegorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum.

Quondam Henrici de Alamania, claræ memoriæ Ricardi, in Romanorum Regem electi, primogeniti, ſanguis effuſus immaniter profundi ad nos vocem clamoris exaltat, & horrendam effuſionis ſuæ ſeriem noſtris conſpectibus lugubri repetitione præſentans, homicidium defert, fratricidium infert, Sacrilegium ex loco patrati ſceleris arguit, Deo, Eccleſiæ, necnon & Principibus, tunc in Curiâ Romanâ præſentibus, illatam injuriam; aliis nichilominus ejuſdem ſceleris circumſtantiis deteſtandis expoſitis, ex quibus alia diverſa & immania etiam crimina elicit, non omittit.

Horum omnium quondam Simonem & Guidonem de Monteforti Fratres Principales & notorios reos clamat, eorumque in hoc fautores & complices eiſdem criminibus denuntiat involutos, lacramabiliter queritur in tam execrandis exceſſibus dilatam hucuſque fore vindictam: Nec ſubticet; ſet, vulgi clamore concurrente, ſubmurmurat juſtitiæ non modicum ex tantâ dilatione detractum.

Hinc inſtanter expoſtulat in Guidonem, fautores, & Complices memoratos exeri debitæ ultionis aculeos, & Guidonem ipſum præcipuè, cum quaſi omnium oculis ejus culpa ſe ingerat, cum tantorum criminum reus ipſa facti evidentiâ convincatur, nec non & eoſdem ſuos fautores & complices juxta culpæ qualitatem debitâ ſeveritate puniri.

Licet autem Eccleſiæ Romanæ vacatio, & promotionis noſtræ novitas, ingruentium undique negotiorum mole gravata, proſequendi, juxta exigentiam juſtitiæ, tantos exceſſus, uſque adhuc liberam non permiſerit facultatem; tamen ut tanto tamque notorio flagitio caſtigatio condigna non deſit, nec ſine vindictâ creſcat in aliis adeo deteſtabilis ſeveritatis audacia per exemplum, cum fratribus noſtris deliberatione præhabitâ, cogente juſtitiâ, nunc ſaltem proſequendum fore noſtri officii debitum circa iſta, & exceſſuum qualitati formam noſtrorum proceſſuum cenſuimus conformandam.

A.D. 1273.

Ideoque cum de memorati Guidonis ſævitiâ ex retroactæ vitæ conſideratione, præſumptione probabili, timeatur, infra ſcriptum modum citandi Guidonem, fautores, & complices memoratos, de ipſorum fratrum conſilio eligentes, tenore præſentium peremptoriè, præſente multitudine copioſâ fidelium, citamus eoſdem; ut idem Guido ſpecialiter, ac præfati complices, & fautores, infra quindecim dierum numerandorum ex nunc ſpatium, quod eis pro peremptorio termino aſſignamus, ad diffinitivam ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis ſententiam, & noſtros proceſſus alios audiendos compareant perſonaliter coram nobis, recepturi pro meritis, & noſtris præcisè beneplacitis parituri; alioquin ſive venerint, ſive non, nichilominus ad præmiſſa, prout expedire videbimus, procedemus.

Cæterum ne dictus Guido, ſatagens forſan noſtros proceſſus eludere, quoquomodo cauſetur, iter ad eandem Curiam, vel ipſam ſibi non eſſe ſecuram, & ſpecialiter propter cariſſimum in Chriſto filium noſtrum, E. Regem Angliæ illuſtrem, cum magnâ comitivâ, prout regalem decet excellentiam, in Curiâ ipſâ præſentem, infra ſcriptas ſecuritates, quas de ipſorum fratrum conſilio approbamus, & ſufficientes ac ydoneas eſſe decernimus, ei offerendas duximus, & prout ſubicitur, concedendas.

Ipſum ſiquidem Guidonem propter hoc ad noſtram præſentiam cum competenti familiâ venientem, & hujuſmodi ejus familiam, à tempore itineris ad hoc arrepti, recipimus, quoad omnes ipſius adverſarios, ſub noſtri ſecuritate conductûs: Eumque poſtquam ad præfatam Curiam pervenerit, ab eiſdem adverſariis noſtrâ protectione tuebimur, & per alios ad id attentâ diligentiâ deputandos faciemus ab eorundem adverſariorum offenſis ſecuro tutamine cuſtodiri.

Et inſuper ſi memoratus Guido id elegerit, ac à nobis infra præfixum ſibi terminum tempore competenti petierit, uſque ad confinia Terrarum Comitis Aldebrandini dicti Rubei ejuſdem Guidonis Soceri nobis viciniora, ſufficientem militum ei non ſuſpectorum veriſimiliter deſtinare curabimus Comitivam, qui eum ad eandem Curiam ſecure deducent.

Et

A.D. 1273. Edvard. I.

Et nichilominus memoratum Regem, & ſuos, vel illos ex eis, quos idem Guido ſibi ſuſpectos dixerit, Curiam eandem faciemus exire, deputaturi eis ad morandum locum, ſeu loca competentia, ita quod idem G. eorum timere non poſſit offenſam, & proviſuri quod ad alia loca ipſi Curiæ proximiora non veniant, donec idem Guido inibi præſens fuerit, nec per unum diem poſtquam inde recedet.

Supraſcriptas vero ſecuritates eundem Guidonem ita demum habere volumus, & non aliter, ſi tempore petitionis hujuſmodi, nobis idem Guido per inſtrumentum Publicum, ſuo Sigillo munitum, fidem fecerit, ſe præſtito, tactis corporaliter Sacroſanctis Evangeliis, juramento firmaſſe, quod juxta ſupraſcriptæ citationis noſtræ formam, coram nobis perſonaliter, in præfixo ſibi termino comparebit.

Porro memoratum Comitem Rubeum, ac ſuos ejus temporis familiares & ſocios, quos per alias ſub certa forma litteras citari mandamus, nolumus citatione hujuſmodi comprehendi.

Sane ut contra hujuſmodi noſtrum proceſſum omnis calumpniæ tollatur occaſio, ipſum in diverſis locis vicinis infra ſeptem dies hujuſmodi citationem immediate ſequentes, providimus denuntiari publice, ac ſolempniter publicari.

A.D. 1273. Edvard. I.

Et ut idem Proceſſus, ad communem omnium notitiam deducatur, cartas ſive membranas proceſſum continentes eundem, in Majoris Eccleſiæ Urbevetan. appendi vel affigi Oſtiis ſuperliminaribus faciemus; quæ Proceſſum ipſum ſub quaſi ſonoro præconio, & patulo indicio publicabunt; ita quod prædicti Guido, fautores & complices, quos proceſſus ipſe contingit, nullam poſſint excuſationem prætendere, quod ad eos talis proceſſus non pervenerit, vel quod ignorarint eundem, cum non ſit veriſimile remanere quoad ipſos incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Actum apud Urbem veterem in Palatio noſtro, Kal. Martii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Sub Filis Sericis flavi rubeique coloris.

Bulla Gregorii Papæ decimi per quam mandat Raynerio Capellano ſuo, & præpoſito Florentiæ, quod cognoſcat de delicto perpetrato per G. de Monteforti.

A.D. 1273. An. I. E. I.

Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto Filio Magiſtro Raynerio Capellano noſtro, Præpoſito Florentin. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Horrendi ſceleris in quondam Henricum de Alemaniâ, claræ memoriæ Ricardi in Roman. Regem electi primogenitum flagitioſè commiſſi, clamoſa inſtantiâ excitati, Guidonem de Monteforti, quem Principalem Actorem tanti flagitii notitia communis exclamat, necnon & ipſius complices & fautores nuper ſub certâ formâ citavimus, edicentes apertè, quod Comitem Aldebrandinum dictum Rubeum ejuſdem Guidonis Socerum, ac ſuos ejus temporis familiares & ſocios nolebamus, nec adhuc volumus citatione hujuſmodi comprehendi.

Verum cum ipſius Comitis non ſolum in veniendo eodem tempore cum memorato Guidone Viterbium, ſed etiam in accedendo ad locum hujuſmodi ſceleris patrati ſocietas, & dum tantum committebatur flagitium, in eodem loco cum ſuâ Comitivâ manifeſta præſentia eundem Comitem & prædictam Comitivam ipſius, ejuſdem ſceleris, & emergentium ex eo criminum, non ſolum denuntiare fautores, verumetiam manifeſtare ſocios & complices videatur, & ſubſecuta poſtmodum receptatio memorati G. aliæque diverſæ circumſtantiæ, culpam Comitis ipſius augmentent, urgente conſcientia diſſimulare nec volumus nec valemus, quin in præmiſſis contra Comitem, ſuoſque familiares, & ſocios memoratos noſtri partes officii exequamur.

A.D. 1273.

Ideoque, cum Fratribus noſtris deliberatione præhabitâ, de ipſorum Conſilio præſentium, tibi auctoritate mandamus, quatinus ad præſentiam memorati Comitis in civitate Suan. conſueto ejus domicilio, vel in alio vicino loco Terræ ſuæ, ſi forſitan ibi degit, accedens ipſum præſentialiter, ſi copiam ſui faciat, alioquin in dicto domicilio, necnon & prædictos ejus Familiares & Socios in aliquo publico civitatis ejuſdem loco peremptoriè citare procures, ut quintodecimo die poſt

A.D. 1273. Edvard. 1. citationem tuam; quem eis pro peremptorio aſſignes termino, cum competenti familiæ perſonaliter compareant coram nobis, facturi, & recepturi ſuper præmiſſis, quod Juſtitia dictaverit, & viderimus expedire, ac noſtris præciſè beneplacitis parituri.

Cæterum ut dicto Comiti omnis tollatur occaſio prætendendi Curiam noſtram, vel iter ad ipſam ſibi non eſſe ſecura, ipſum cum hujuſmodi familiâ, propter præmiſſa venientem ad ipſam dictam Curiam, & ipſam familiam à tempore arrepti propterea itineris recipimus ſub noſtri ſecuritate conductûs, & ab omnibus ſuorum adverſariorum offenſis, eos inibi curabimus defenſare.

Volumus quoque quod eis expreſsè & aptè denuncies, quòd ſive venerint, ſive non, nos nichilominus in prædictis, prout expediens fore videbimus, procedemus. A.D. 1273.

Diem autem citationis, & formam & quicquid inde feceris, nobis per tuas patentes litteras, harum ſeriem continentes, fideliter intimare procures.

Dat. apud Urbem veterem, ſecundo Non. Martii, Pontif. noſtri anno primo.

Sub Filo canabi.

FINIS.

Henricus Friderici Imperatoris ex Iſabella Anglica filius, Avunculo ſuo Henrico Regi Angliæ, notificat ſe nunc eſſe Baptizatum, & patris Locum-tenentem in Regno Siciliæ conſtitutum.

A.D. 1247. *An.* 31. *H.* 3. A.D. 1247.

SI Magnificentiæ veſtræ frequenter hucuſque non ſcripſimus: ſi nepoticæ ſoſpitatis eventus ad notitiam veſtram ſegnis officium calami non perduxit; ſi noſtrorum geſta ſucceſſuum ſtilus hactenus dictatoris non digeſſit, cauſa fuit quod nobis in annis teneris conſtitutis, nec renatis adhuc fonte baptiſmatis, quid & cui ſcriberet noſtra dudum infantia nec diſcernere poterat nec noſcebat.

Nunc autem honore tanti Sacramenti ſolemniter decorati, ad annos etiam alicujus cognitionis adducti, quos nec minus guſtatus amor paternæ dulcedinis nuper fecit audaces, dum nos in ſolio ſuo, ut toti Regno Siciliæ uſque ad reditum ſuum de Italicis partibus de conſiliariorum diſponamus conſilio, glorioſe reliquit: præſentes vobis noſtræ ſalutationis apices deſtinamus, & frequentius deſtinabimus in futurum, quotiens & rerum qualitas exiget, & ſe nobis opportunitas ingeret nunciorum.

Littera Regis Innocentio quarto, de Regno Siciliæ Ricardo Comiti cornubiæ oblato.

A.D. 1253. *Clauſ.* 37. *H.* 3. *m.* 18. *d.* A.D. 1253.

SAnctiſſimo in Chriſto patri J. Summo Pontifici Henricus Rex Angliæ ſalutem. Eccleſiæ Romanæ matri noſtræ & præcipue piæ paternitati veſtræ quantas poteſt humana devotio referimus gratiarum actiones de eo quod Ricardum Comitem Cornubiæ præ cæteris mundi Magnatibus elegiſtis ad culmen Regni Siciliæ, quod inter cætera Regna magnum eſſe cognovimus, cenſentes nos in ipſius exaltatione non mediocriter honoratos.

Verum cum venerabilis Vir Magiſter Albertus Notarius veſter nos ex parte veſtra carioſe ſollicitaret, quod ipſius fratris noſtri negotio, circa prædictum Regnum adquirendum conſilium & auxilium impenderemus, non immemores ominum bonorum & gratiarum ſpecialium, quæ multociens ab Eccleſia Romana ſuſcepimus, ut filij grati & devoti acceptamus, quod a Clero Regni noſtri, præfato Comiti vel hæredi ſuo negotium adquiſitionis ejuſdem Regni proſequenti, competens auxilium impertiatur:

Salva nobis per omnia gratia veſtra conceſſa, & ſi placet concedenda, ad negotium crucis, quod aſſumpſimus exequendum.

Teſte Rege apud Weſtm. 28 die Januarii.

Conditiones ſub quibus Regnum Siciliæ conceditur Edmundo Filio Henrici Regis.

A.D. 1255. *An.* 39. *H.* 3. *Bib. Cot. Cleopatra E.* 1. *Ex. Autogr.* A.D. 1255.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Cariſſimo in Chriſto filio Edmundo Illuſtri Regi Siciliæ, Nato Cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Angliæ Illuſtris, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Aſſueta ſedis Apoſtolicæ circumſpectio, habens in ſua liberalitate providentiæ ſtudium, attente propenſat quibus dexteram aperiat largitatis, ut ampliori erga illos munificentia exuberet qui potioribus circa eam fulgere meritis dinoſcuntur. Unde, quia ſemper inclitum genus tuum puritate fidei, devotionis ſinceritate, ſedulique proſecutione ſervitii erga Romanam Eccleſiam Matrem ſuam excellenter effulſit; Idcirco ipſa, quæ prompta in gratia, in dono benivola, copioſa in premio, & in retributione magnifica invenitur, majoribus genus ipſum cupit

A.D. 1255. ampliare beneficiis, & altioribus honoribus ſublimare; ut, quanto habundantius de materni dulcedine uberis auxerit, tanto in ipſius matris beneplacitis vehementius delectetur.

Sane dilectus filius Magiſter Albertus, Notarius noſter, Apoſtolicæ ſedis Legatus, tibi & Hæredibus tuis, ſicut ex parte tua nobis relatum extitit, Regnum Siciliæ ac totam terram, quæ eſt citra Farum uſque ad confinia Terrarum Eccleſiæ Romanæ, cum omnibus juribus, honoribus, diſtrictibus, & pertinentiis ſuis (excepta Civitate Beneventanâ, cum ipſius juribus & pertinentiis univerſis) in feudum, de ſpeciali auctoritate ac mandato felicis recordationis Innocentii Papæ quarti Prædeceſſoris noſtri, conceſſit, Salvis libertatibus & immunitatibus Eccleſiarum prædictorum Regni & Terræ tàm in electionibus quàm in aliis ſpectantibus ad eadem.

Idem vero Prædeceſſor, ut aſſeris, conceſſionem hujuſmodi, ſupplendo defectum, ſiquis in ea fuerat, de plenitudine poteſtatis, authoritate Apoſtolica confirmavit tibi, Regnum & Terram præfata in feudum de novo concedens, prout in ipſius Litteris plenius dicitur contineri.

Nos itaque, tuis ſupplicationibus inclinati, conceſſionem, & confirmationem hujuſmodi, ſub conditionibus infra ſcriptis ratas & gratas habentes, ipſas de fratrum noſtrorum approbamus conſilio & aſſenſu, & ſub eiſdem conditionibus illas auctoritate Apoſtolica innovantes, Regnum & Terram prædicta, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, de fratrum ipſorum conſenſu, tibi & Hæredibus tuis utriuſque Sexûs in feudum, ſub eiſdem conditionibus, perpetuo concedimus, & etiam confirmamus.

Conditiones autem ſunt iſtæ; quod tu & Hæredes tui Regnum & terram præfata nullatenus dividetis, ſed ſemper illa unus tantum, ſub ipſis conditionibus, immediate ac in capite ab Eccleſia Romana tenebit; & tàm tu, quàm ipſi Hæredes nobis & Succeſſoribus noſtris, canonicè intrantibus, ac Eccleſiæ Romanæ fidelitatis præſtabitis Sacramentum, & Ligium homagium facietis, ſecundum formam inferius annotatam; & ſingulis ipſis Succeſſoribus & eidem Romanæ Eccleſiæ renovabitis tàm ipſum homagium, quàm hujuſmodi Sacramentum.

Quolibet vero Anno in feſto beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, vel infra ipſius feſti octavas, ubicumque Romanus Pontifex fuerit, tu tuíque Hæredes pro prædictis Regno & terra duo milia Unciarum boni & puri Auri de Tarenis, ad pondus Romanum censûs nomine, A.D. 1255. Romanæ Eccleſiæ perſolvetis.

Quandocumque autem Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit, aſſeruerit Eccleſiam indigere, tu & Hæredes tui, pro præfatis Regno & terra, requiſiti ab eo, ad Urbem in Patrimonium beati Petri & Eccleſiæ, in Ducatum Spoletan. in Marchiam Anconitan. & in omnes alias terras Eccleſiæ per Ytaliam, trecentos milites, equis & armis bene & decenter paratos & munitos, in obſequium & ſubſidium ipſius Eccleſiæ tranſmittetis per tres Menſes integros, in veſtris ſumptibus & ſtipendiis, ſemel tamen in Anno in ſervitio ejuſdem Eccleſiæ moraturos; Menſibus ipſis a die, quo iidem Milites dictum Regnum egreſſi fuerint, per vulgares dietas & ſolitas computandis.

Omnes quoque Eccleſiæ de Regno & Terra prædictis, tam Cathedrales, quam aliæ, regulares & ſeculares, nec non univerſæ Eccleſiaſticæ perſonæ illis libertatibus & immunitatibus omnino gaudebunt, quæ ipſis competunt ſecundum Canonicas Sanctiones; ita quod circa eaſdem Eccleſias & perſonas, tàm in faciendis proviſionibus & electionibus confirmandis, quàm omnibus aliis, Romanus Pontifex & Romana Eccleſia juriſdictionem & auctoritatem omnimodam libere exercebunt; ſalvo tibi tuiſque Hæredibus jure patronatûs, ſiquod Reges Siciliæ, ſeu ejuſdem Regni & terræ domini hactenus in aliqua vel aliquibus Eccleſiarum ipſarum conſueverunt habere; in tantum tamen in quantum Eccleſiarum Patronis in hac parte canonica inſtituta concedunt.

Univerſæ inſuper Eccleſiæ de præfatis Regno & terra, tàm regulares, quàm ſeculares, de plano ad omnia bona immobilia, ipſis ablata ſeu occupata ab aliis, in quorum poſſeſſione ipſas fuiſſe conſtabit, reſtituentur ad plenum: ſuper aliis verò, de quorum poſſeſſione non ſtatim conſtare poterit, fiet eis, abſque difficultate ac dilatione, juſtitiæ complementum.

Porro tu & ſinguli Hæredes tui nobis & ſingulis Succeſſoribus noſtris & Eccleſiæ Romanæ, quando juramentum præſtabitis fidelitatis, jurabitis vos ad hæc ſpecialiter obligatos, quod nunquam per vos, vel per alios, ſeu quocumque modo procurabitis ut in Regem vel Imperatorem eligamini Romanorum: Et, ſi electionem ad Imperium de vobis celebrari contigerit, nullum hujuſmodi electioni aſſenſum præſtabitis, nec intromittetis vos de regimine Imperii ullo modo: Quod, ſi tu, vel aliquis Hæredum ipſorum, ſtudentibus vel procurantibus vobis, ad Imperium electi fueritis, & præbueritis

bueritis aſſenſum electioni taliter factæ, de vobis ſi hoc verum & manifeſtum fuerit; vel, ſi poſt talem electionem & conſenſum de Imperii regimine vos manifeſte intromiſeritis, eo ipſo a jure prædictorum Regni & terræ cadatis ex toto, ipſaque penitus ammittatis. Si autem electioni factæ, non procurantibus, aut etiam procurantibus vobis, conſenſeritis; &, ut huic electioni vel juri renuntietis omnino, & quod de Imperio vos nequaquam intromittatis, admoniti, infra quatuor Menſium ſpatium poſt monitionem hujuſmodi, tali juri non renuntiaveritis, vel de ipſo Imperio vos intromiſeritis quoquo modo, ex hoc ipſo ſuis præmiſſis Regno & terrâ & eorum prorſus Jure privati: Si verò, ad te vel ipſos Hæredes non poterit commode talis monitio pervenire, ſuper quo utique impedimento, videlicet, quod moneri commode non poſſitis, credetur & ſtabitur aſſertioni Romani Pontificis ſive dicto, ſufficiet pro ea publica ſuper hoc ipſius Romani Pontificis monitio & ſollempnis; ita quod ſi infra ſex Menſes poſt illam non renuntiaveritis, vel de Imperio vos quomodolibet intromiſeritis, ex hoc ab omni jure prædictorum Regni & terræ cadatis; Cæterum, ſi contigerit aliquem de tuis Hæredibus, qui deberet in Regno & terra prædictis de jure ſuccedere, in Romanorum Imperatorem eligi vel aſſumi, nullatenus poſſeſſionem eorundem Regni & Terræ nanciſcatur vel habeat, nec ſe de illorum curâ, dominio, vel regimine per ſe vel per alios aliquatenus intromittat, niſi prius Imperio, & omni juri ſibi competenti in illo, prorſus renuntiet, & ipſius Imperii regimen, nec de jure illud nec de facto gerens vel retinens, omnino dimittat, nullo unquam ipſum tempore reſumpturus, alioquin cadat ab omni ſucceſſione ac jure quæ in eiſdem Regno & terra ſibi competeret ipſo facto, ita quod Regnum & terra præfata ad Romanam Eccleſiam ejuſque diſpoſitionem plene & liberè devolvantur.

Si autem tu, aut aliquis tuorum Hæredum contra hæc veneritis, ſitis eo ipſo excommunicationis ſententia, quam exnunc proferimus, innodati, & inſuper reſperſi & notati labe ac reatu perjurii maneatis; cum noſtra perpetua & firma voluntas exiſtat ut numquam Regnum Siciliæ uniatur vel jungatur Imperio; videlicet, quod unus & idem & Romanorum Imperator & Siciliæ Rex exiſtat.

Civitatem quoque Beneventan. cum omnibus libertatibus, immunitatibus, privilegiis, tenimentis, diſtrictibus, juribus & pertinentiis ſuis Romana ſemper habebit ſibique retinebit Eccleſia; & tu tuique Hæredes ad ipſius reædificationem & reparationem exhibebitis vos favorabiles, benivolos & benignos, & nullum in hoc prorſus impedimentum præſtabitis, aut obſtaculum apponetis. Incolis etiam ejuſdem Civitatis & totius ſui diſtrictûs per te ac Hæredes ipſos fidantiæ remittentur; & renovabitis inſuper eis privilegia, cum ſuper hoc ab Eccleſia vel ab ipſis fueritis requiſiti; & in cunctis ſuis libertatibus & immunitatibus eadem plene conſervabitur Civitas; ita quod Beneventan. per totum Siciliæ Regnum libere ire, morari valeant & redire, ac negotiationes & mercimonia exercere, nec eis aliqua ſpecialis ſervitus imponetur. Silvas etiam, lapides, arenam ſeu puteolanam, aliaque materialia, & quæque neceſſaria ad reparationem Civitatis ejuſdem, tu tuique Hæredes, ut citius & commodius reparari valeat, liberaliter exponetis.

Univerſi autem Comites, Barones & Nobiles, ac omnes Civitates, & ſpecialiter Neapolitan. & Capuan. cunctaque Caſtra, Villæ ac alia loca de Regno & terra prædictis, & omnes omnino Regnicolæ per te tuoſque Hæredes in bono regentur ſtatu, ipſiſque boni uſus, jura & bonæ conſuetudines ſervabuntur.

Centum Milia verò librarum, quæ præfatus Prædeceſſor tibi, ad proſecutionem negotii ejuſdem Regni, concedere vel mutuare promiſit, ut dicitur, nobis & Eccleſiæ Romanæ, tuo & Hæredum tuorum nomine, omnino dimittes, faciendo pactum & ſufficientem cautelam de illis a te vel ipſis Hæredibus ulterius non petendis.

Verùm Cariſſimus in Chriſto filius noſter Illuſtris Rex Angliæ Pater tuus tuo nomine nobis noſtriſque Succeſſoribus & Eccleſiæ Roman. pro præfatis Regno & terra juramentum fidelitatis ſub forma inferius contenta præſtabit, & in manibus illius quem ad hoc ſpecialiter deſtinamus, nobis & ipſi Eccleſiæ pro te ligium homagium faciet, ac formam juramenti hujuſmodi ſeriatim per ſuas Patentes Litteras ſub ſuo Sigillo & tua Bulla Aurea nobis mittet: Tu verò, cum ad ætatem quindecim Annorum perveneris, juramentum & homagium hujuſmodi perſonaliter renovabis: forma autem juramenti hoc eſt,

Ego, plenum & ligium vaſſallagium faciens Eccleſiæ Romanæ pro Regno Siciliæ & tota terra, quæ eſt citra Farum uſque ad confinia terrarum ipſius Eccleſiæ, excepta Civitate Beneventan. cum ipſius juribus & pertinentiis univerſis, ab hac hora in antea fidelis & obediens ero beato Petro & Domino meo Papæ Alexandro, ſuiſque Succeſſoribus canonicè intrantibus, Sanctæque Apoſtolicæ Roman. Eccleſiæ; non ero in conſilio, aut conſenſu, vel facto ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur malâ captione; Conſilium verò, quod michi credituri ſunt per ſe, aut per nuncios ſuos, ſive per Litteras, ad eorum dampnum, me ſciente, nemini pandam: Et, ſi ſcivero fieri, vel procurari, ſeu tractari aliquid, quod ſit ad ipſorum dampnum, illud pro poſſe meo impediam; &, ſi impedire non poſſem, illud eis ſignificare curabo; Papatum Roman. & regalia Sancti Petri tàm in Regno Siciliæ, quam alibi exiſtentia, adjutor eis ero ad retinendum, & defendendum, ac recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem; ſic me Deus adjuvet & hæc Sancta Evangelia.

In optione quoque & beneplacito erit Romanæ Eccleſiæ vel te & Hæredes tuos vocare ad præſtandum & faciendum perſonaliter Sacramentum fidelitatis & ligium homagium Romano Pontifici & eidem Eccleſiæ, dummodo ad hoc tibi & Hæredibus ipſis tutum locum ſtatuant & aſſignent, vel aliquem Cardinalem ipſius Eccleſiæ, ſeu alium, qui vice Roman. Pontificis Sacramentum juxta formam, quæ ſuperius eſt expreſſa, & homagium recipiat, deſtinare.

Cæterum donationes, conceſſiones, confirmationes & privilegia a prædicto Prædeceſſore vel a nobis cum Subſcriptionibus fratrum noſtrorum facta, dilectis filiis, nobilibus Viris, Bertholdo, Oddoni & Lodowico, fratribus Marchionibus de Houmburch, firma ipſis, integra & illibata manebunt; iidemque tenebuntur in bono ſtatu, & eis conceſſa ſibi libertates, gratiæ, cæteraque alia ſervabuntur, ac omnia donata, confirmata & conceſſa eis a ſede Apoſtolica per te confirmabuntur ipſis, & de novo etiam per tua privilegia concedentur, ac privilegiorum Apoſtolicorum, quæ ſuper hiis habent, confirmatio eis & de verbo ad verbum renovatio per te fiet.

Recti autem redditus horum omnium, (exceptis Seneſcalciâ ejuſdem Regni, & ipſius Seneſcalciæ redditibus, in Apoſtolico privilegio expreſſis, ac Mille quingentis Unciis Auri Annuis, eidem Bertholdo Marchioni quoad vixerit conceſſis) ſummam ſeu valentiam quatuor Milium unciarum Auri annis ſingulis non tranſcendant.

Nolumus tamen, ſi forte de hiis tanta ſumma prædictis Marchionibus non proveniat annuatim, quod occaſione hujus expreſſionis poſſint aliquid petere ultra donata & confirmata hujuſmodi vel conceſſa, pro quibus ſiquidem tibi & Hæredibus tuis ad ſervitia, in Apoſtolicis expreſſa privilegiis, teneantur: eiſdem etiam Marchionibus de dampnis de quibus ipſis ſatisfacere promiſimus, nos ad hoc & Romanam Eccleſiam obligantes, ſatisfactionem, ad quam te obligabis, impendes.

De donationibus verò & conceſſionibus, ab eodem Prædeceſſore, vel a nobis de fratrum noſtrorum conſilio factis, dilecto filio Nobili Viro Comiti Caſertan. ſimile per te fiet & ſervabitur; ita tamen quod redditus, ex hiis provenientes, duorum Milium Unciarum Auri annuatim valentiam non excedant.

Sane prædictus Rex Angliæ Pater & dilectus filius nobilis Vir Odowardus frater tui, ac plures de Proceribus & Conſiliariis ipſorum & tuis, jurabunt quod procurabunt pro poſſe, ac bona fide laborabunt & facient quod, poſtquam ad ætatem quindecim Annorum perveneris, juramentum fidelitatis pro prædictis Regno & terra Roman. Pontifici & Eccleſiæ Romanæ præſtabis, ac propter hoc ligium & homagium facies & jurabis, & ſervabis quæcumque ſupra, circa Articulos de Imperio continentur, & omnia præmiſſa, prout ſcripta ſunt ſuperius & expreſſa, concedes & approbabis, & acceptationem eorum, ac promiſſionem de ſervandis hiis omnibus renovabis. Et præfatus inſuper Rex Pater tuus tuo nomine, ac tu etiam modo ſuper horum omnium approbatione, acceptatione, conceſſione ac promiſſione de ipſis ſervandis, & de recognitione quod Regnum & terram prædicta ſub præfatis conditionibus recipitis & tenetis a Romana Eccleſia, facietis & concedetis nobis & ipſi Eccleſiæ privilegia; & tu cum ad prædictam quindecim Annorum ætatem veneris, ſimilia ſuper hiis privilegia iterato & de novo concedes. Et, ſi forte, quod abſit, infra eandem ætatem deceſſeris, Hæres tuus hæc omnia, ſi minor quindecim Annis extiterit, ſimiliter faciet. Si vero major vel quindecim Annorum fuerit infra ſex Menſes, poſt deceſſum tuum, iſta peraget & complebit; quia quæ in hiis, circa te, ſupra & infra dicimus, circa tuum etiam Hæredem intendimus & volumus eſſe dicta. Quod ſi per eundem Regem Patrem tuum tuo nomine ac per te omnia & ſingula ſupradicta approbata, conceſſa & acceptata, & privilegia ſuper hiis facta, & per venerabiles fratres noſtros Archiepiſcopum Cantuarien. & Hereforden. ac Elien. Epiſcopos, & dilectos filios Abbatem Weſtmonaſterii, Johannem Manſel Præpoſitum

A.D. 1255. Præpoſitum Beverlacen. ac nobiles Viros Rodulphum filium Nicolai, Bertrandum de Olivel, & Rogerium de Torquelin, vel aliquos ex eis, aliis nequeuntibus vel nolentibus intereſſe, ordinata & ſtabilita, & per eundem Regem & te admiſſa & recepta, ſub illorum & ipſius Regis ac tuo Sigillis infra Kal. Decembr. proximo venturas non fuerint, ſupradictæ approbatio, innovatio, conceſſio & confirmatio, quas tibi & Hæredibus tuis ſub præmiſſis conditionibus facimus, nullius penitus ſint valoris, ſed vacuæ prorſus & inanes exiſtant; ita quod tibi & Hæredibus tuis in præfatis Regno & terra nullum omnino jus tribuant, nullumque afferant commodum vel effectum; ſalvo tibi & Hæredibus ipſis omni jure, ſi quod tibi & eis competit, ratione præfatæ conceſſionis, de auctoritate ac mandato prædicti Prædeceſſoris a memorato Notario, & etiam ratione prædictarum confirmationis & conceſſionis ab eodem Prædeceſſore factarum tibi & ipſis Hæredibus, ſicut dicis; ac ſalvis etiam nobis & Eccleſiæ Romanæ omni jure ac defenſione, quæ nobis & ipſi Eccleſiæ competunt, contra illas. Prædictos enim Archiepiſcopum, Epiſcopum Elien. Abbatem, Radulfum, Bertrandum & Rogerium, loco dilecti filii noſtri O. Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, & dilecti filii Electi Lugdunen. præfati Magiſtri Alberti Notarii noſtri, & nobilium Virorum Thomæ de Sabaudia Comitis, Petri de Sabaudia, & quondam Petri Caccepore Archidiaconi Wellen. quia iſtorum & prædictorum Epiſcopi Hereforden. & Johannis Manſel arbitrium in apponendis in hoc negotio conditionibus dictus Rex Pater tuus olim tuo nomine acceptavit, duximus de aſſenſu ipſius Hereforden. tui & ejuſdem Regis procuratoris & Nuntii ſubrogandos, pro eo quod prædictus Petrus Caccepore erat jam mortuus, & reliqui, propter nimiam diſtantiam, non poſſent commode vel facile infra Kal. ipſas in Anglia convenire.

Si autem, cum ad jam dictam ætatem Quindecim Annorum perveneris, Sacramentum fidelitatis Roman. Pontifici & Eccleſiæ Romanæ non exhibueris, & ligium eis homagium non feceris, & non juraveris ea quæ circa Capitula de Imperio ſuperius ſunt expreſſa & præmiſſa, omnia de novo non acceptaveris & conceſſeris, & privilegia ſuper hiis non renovaveris, vel non feceris iterato poſtquam requiſitus de hiis per ſedem Apoſtolicam fueris, & poſt requiſitionem hujuſmodi per ſex Menſium ſpatium expectatus, eo ipſo ab omni jure prædictorum Regni & terræ cadas totaliter & penitus illa perdas. A.D. 1255.

Sub præfatis igitur conditionibus eundem Hereforden. Epiſcopum Nuntium & procuratorem tuum tuo nomine de Regno & terra prædictis per anulum, de Conſilio & aſſenſu fratrum noſtrorum inveſtivimus; quem in Signum hujus inveſtituræ tibi duximus deſtinandum, poſſeſſionem prædictorum Regni & terræ ſub eiſdem conditionibus procuratori aſſignantes eidem, & ab ipſo poſtmodum recipientes tuo nomine poſſeſſionem eandem quam utique pro te interim retinemus, ut, cum per eundem Regem Patrem tuum tuo nomine ac per te præmiſſa approbata & acceptata fuerint, & per præfatos Archiepiſcopum & alios ordinata & ſtabilita ſecundum modum ſuperius declaratum, & poſtquam etiam ea, quæ de expenſis & aliis inferius dicuntur & exprimuntur, adimpleta extiterint, eadem Poſſeſſio ad te tuoſque Hæredes libere revertatur.

Verum poſtquam ad ætatem quindecim annorum perveneris, & prædictis aſſenſeris, ipſaque acceptaveris, ſi ante nichilominus per Regem prædictum & te approbata & per nominatos Archiepiſcopum & alios ordinata & firmata, ut præmiſſum eſt, fuerint, Romana Eccleſia tibi & Hæredibus tuis, ſi per vos de hoc extiterit requiſita, Conceſſionem de præfatis Regno & terra de novo faciet ſub Conditionibus antedictis; illæ tamen, quæ poterunt interim totaliter & finaliter adimpleri, ſi de ipſis fuerit medio tempore plenarie ſatisfactum, ita quod pro eis nil amplius exigi poſſit vel debeat in futurum, minime inſerentur.

Denique nominatus Rex Pater tuus omnes expenſas, ab Eccleſia pro Negotio prædicti Regni Siciliæ factas hactenus, quæ aſcendunt uſque ad ſummam centum & triginta quinque milium & quingentarum & quadraginta & unius Marcarum bonorum novorum & legalium Sterlingorum, in qua utique ſumma viginti milia Marcarum Sterlingorum ſimilium nobis & fratribus noſtris ex liberalitate oblata regia includuntur, plene reſtituet & perſolvet: ac inſuper de dampnis, expenſis & intereſſe, ac aliis, quæ hac occaſione intervenient, plenam ſatisfactionem impendet. Hujus autem ſummæ ſolutio ita fiet, videlicet, quod idem Rex decem milia Marcarum, de prædictis viginti milibus, uſque ad Feſtum Nativitatis Dominicæ proximo venturum: Alia vero decem milia poſtmodum uſque ad ſequens Feſtum Sancti Michaelis nobis & eiſdem fratribus exhibebit. Et ſi forte in ipſo feſto ſancti Michaelis dictus Rex deputabit & ſtatuet aliquos idoneos & ſufficientes Mercatores, acceptos nobis, qui pro prædictis reſiduis & ultimis decem milibus ſe nobis & eiſdem fratribus obligent, & principales in hiis conſtituant debitores, iidem Mercatores, ſi voluerint, dilationem uſque ad aliud Feſtum Dominicæ Nativitatis, primo ſequens poſt idem Feſtum Sancti Michaelis, pro prædictis reſiduis & ultimis decem milibus perſolvendis habebunt: Totam vero aliam ſummam expenſarum factarum Rex ipſe infra annum, computandum a feſto beati Michaelis proximo futuro, perſolvet integre, vel concedet ſeu deputabit Mercatores ſufficientes & idoneos, ſcilicet Senen. vel Florentin. ſeu Bononien. vel alios de Ytaliæ partibus, Eccleſiæ Romanæ devotos, ita quod ipſis contenti ſimus, qui ſe ſufficienter & ſpecialiter obligabunt ad ſolvendum hujuſmodi ſummam, infra terminum ipſum, nobis & Eccleſiæ Romanæ, vel illis quibus mandaverimus eam ſolvi, & ſe in eadem ſumma nobis & ipſi Eccleſiæ debitores conſtituent Principales.

Reſervamus autem nobis, & in noſtra voluntate ac poteſtate remanet dicere, pronuntiare vel proferre in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, de conſilio, vel ſine conſilio fratrum noſtrorum, prædicto Rege & te, ac alio etiam quocumque, cujus forſitan intereſſet, nequaquam vocatis, & abſque omni juris ſolempnitate ſupradictas approbationem, innovationem, conceſſionem & confirmationem, quas tibi & Hæredibus tuis ſub conditionibus facimus ſupraſcriptis, vacuas omnino eſſe, nullumque robur vel valorem habere, aut revocare, caſſare & irritare ipſas, & caſſas & irritas nuntiare, ſi præfatus Rex dicta ultima decem milia Marcarum & totam aliam ſummam expenſarum factarum non ſolverit, vel de ipſis plene non ſatisfecerit infra præmiſſos terminos, ut eſt dictum, & etiam ſi præfata prima decem milia Marcarum ſaltem in hiis ultimis terminis, non perſolvet, ſi forte ipſa omiſerit ſolvere in primo termino, eorum ſolutioni præfixo; ita quod poſt hujuſmodi pronuntiationem, ſeu irritationem noſtram, vel dictum, præfatæ approbatio, innovatio, conceſſio & confirmatio, nullius ſint vel habeantur efficaciæ vel momenti, ſalvo tibi & tuis Hæredibus jure, ſi quod vobis competit ratione conceſſionis a ſupradicto Notario, & obtentu confirmationis & conceſſionis a præfato prædeceſſore factarum tibi & ipſis Hæredibus, ſicut dicis, omni jure ac defenſione, quæ nobis & Eccleſiæ contra tales conceſſiones & confirmationem competunt, ſalvis ſemper manentibus & illæſis.

Idem autem Rex veniet, vel tranſmittet Capitaneum cum Militia competenti, ſecundum negotii qualitatem; quod ſi non venerit, nec taliter miſerit in prædicto termino, videlicet uſque ad annum computandum a feſto beati Michaelis proximo futuro, in noſtro reſervamus beneplacito ſine approbatione, innovatione, conceſſione & confirmatione prædictis, ſimili modo procedere & proferre; nequaquam tamen veniat, vel mittat, nec prædictum Regnum Siciliæ nec poſſeſſionem ipſius recipiat, niſi priùs de præfatis tota ſumma & viginti milibus Marcarum, juxta præſcriptum modum, ſatisfecerit infra terminos, videlicet, ſupradictos. Quod ſi venerit vel miſerit, ſatisfactione primitus de hiis omnibus plene facta, prædictæ approbatio, innovatio, conceſſio & confirmatio habeant firmitatem, dictumque tuo nomine recipiat Regnum & poſſeſſionem ejuſdem, dummodo & alia omnia & ſingula ſupraſcripta, approbata, conceſſa & acceptata, ordinata & ſtabilita infra præfatum ad hoc terminum prius extiterint, ſicut ſuperius plenius eſt expreſſum, & memoratus Odowardus Frater tuus, ipſius Regis Primogenitus, primo fecerit quod ab eo faciendum erit, ut inferius continetur.

Si vero Rex ipſe ante confirmationem ejuſdem negotii debitum, quod abſit, carnis perſolverit, prædictus Odowardus dictum negotium efficaciter proſequetur, & idem Rex procurabit & faciet quod præfatus Odowardus ſe ad id ſpecialiter obligabit. Quod ſi ad hoc ſe non obligaverit, & non fecerit in hac parte ea quæ ſuper hiis facere Rex ipſe deberet, ut ſupra narratur, in noſtra remanet poteſtate pronuntiare ſuper approbatione & aliis prædictis, ſicut ſuperius eſt præmiſſum. Et nichilominus ſi præfatus Rex præmiſſa omnia non ſolverit, vel de illis non ſatisfecerit, ut dictum eſt ſupra, vel ſi non venerit, nec miſerit, aut ſi idem Odowardus prædicta non fecerit, ipſe Rex & ejus Hæredes ſuper pecunia, quam ſupradictus Epiſcopus Hereforden. Procurator & Nuntius ſuus mutuo ejus recepit nomine & pro negotii proſecutione perſolvit: & ſuper pecunia etiam, quam deinceps idem Rex pro eodem exhibebit negotio, nullum contra nos, & Eccleſiam ſeu quemquam alium repetitionem habebunt, nec aliquam actionem, ſed ex toto illas amittent, eritque dictus Rex eo ipſo excommunicationis vinculo innodatus, & totum Angliæ Regnum Eccleſiaſtico ſuppoſitum interdicto.

Miniſtrabit quoque dictus Rex pro poſſe ſuo exnunc Eccleſiæ ad proſequendum idem negotium expenſas faciendas uſque ad præmiſſum terminum, ſcilicet uſque ad annum a Feſto Sancti Michaelis proximo venturo, & ad id ſe ac filios & Hæredes ſuos, necnon & Regnum Angliæ, & alia omnia bona ſua ſpecialiter obligabit; & ſi ultra id, quod ipſi miniſtraverit Eccleſia, ſumptus aliquos vel expenſas in acquiſitione vel conſervatione Regni Siciliæ vel terrarum ipſius fecerit, pro hujuſmodi ſumptibus & expenſis terram Monaſterii Caſinen. terram Laboris, terram principatus Baſilicatam. & terram Beneventan. libere ac pacifice ipſa tenebit Eccleſia pignori obligatas; nec idem Rex neque tu Eccleſiam ipſam ſuper hiis terris moleſtabitis aliquatenus vel turbabitis, donec de hujuſmodi ſumptibus & expenſis fuerit eidem Eccleſiæ ab ipſo Rege vel a te plenariè ſatisfactum. Et ſi Eccleſia ipſa ultra fructus & proventus, quos de prædictis terris percipiet, aliquos ſumptus fecerit in tenendis, & defendendis, & conſervandis eiſdem, ipſas, propter hoc etiam tenebit quouſque plene ſibi de talibus ſumptibus ſatisfiet; & nichilominus idem Rex ſe ad reſtituendum Eccleſiæ iſtos ſumptus, quos ipſa pro acquiſitione & conſervatione Regni, & pro tenendis & defendendis prædictis terris faciet, ſufficienter & ſpecialiter obligabit, ſe ſuumque Regnum & ejus terras noſtræ ac Sedis Apoſtolicæ juriſdictioni, quoad hæc, totaliter ſupponendo.

Proventus vero ac obventiones, qui de præfato Regno Siciliæ, medio tempore, ad manus Eccleſiæ pervenient, tibi vel cui volueris, deductis exinde neceſſariis expenſis, integre perſolventur. Sed ſuper quantitate ſive valore horum proventuum, & obventionum, ac etiam fructuum & proventuum dictarum terrarum, ſoli dicto noſtro ſtabitur & adhibebitur firma fides; nec exigetur vel requiretur ſuper hoc alia certitudo.

Cæterum reſervamus nobis quod, prout utilitas & neceſſitas exegerit, donationes & conceſſiones in Regno aliquibus de ipſo, de quibus expedire viderimus, conſcio eo, qui pro prædicto Rege vel pro te apud Sedem Apoſtolicam, vel in Regno ipſo remanſerit, facere interim valeamus.

Porro ſi cum Manfredo quondam Principe Tarentin. & aliis æmulis & hoſtibus ipſius Regni aliquam compoſitionem, vel concordiam, ſeu conventionem fecerimus, tibi nichilominus & tuis Hæredibus jus in eodem Regno Siciliæ remaneat ſemper ſalvum, nec per compoſitionem, concordiam & conventionem hujuſmodi juri tuo aliquatenus derogetur.

Hæc autem omnia & ſingula placuerunt præfato Epiſcopo Hereforden. tuo & ipſius Regis Nuntio & Procuratori, & in hiis plena & ſtabili voluntate conſenſit.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innovationis, conceſſionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Sanctus Sanctus
Petrus Paulus
Alexander
P. IIII.
Domine ſervum tuum
in bonum ſuſcipe.

Locus Monogrammatis

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Stephanus Prænestinus Epiſcopus.

Ego Frater Johannes Tituli Sancti Lawrentii in Lucina Presbiter Cardinalis.

Ego Frater Hugo Tituli Sanctæ Sabinæ Presbiter Cardinalis.

Ego Ricardus Sancti Angeli Diacon. Cardin.

Ego Octavianus Sanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis.

Ego Willielmus Sancti Euſtachii Diaconus Cardinalis.

Dat.

A.D. 1255.

Dat. Neapoli per manum Guillielmi Magiſtri Scolarum Parmen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii, quinto Idûs Aprilis, Indictione decima, tertia Incarnationis Dominicæ Anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto, Pontificatûs verò Domini Alexandri Papæ quarti Anno Primo.

Sub filis ſericis flavi rubeique Coloris.

Littera Henrici Ducis Saxoniæ.

A.D. 1221.
An. 6. H. 3.
Ex Orig. infra Turrim London.

H. Dei gratia, Dux Saxoniæ & Comes Palatinus Rhen. Dilecto ſuo Domino R. de Nova Villa, Domini Regis Angliæ Vicecancellario, paratum cum omni dilectione obſequium.

Quoniam vos honorem & profectum kariſſimi conſanguinei noſtri Domini H. Regis Angliæ ex veridica relatione diligere & affectare cognoſcimus, ſane quædam ardua & ſecreta, quæ nobis inſinuata ſunt, negotia per dilectum noſtrum R. latorem præſentium, quondam Domini Imperatoris fratris noſtri piæ memoriæ familiarem, dignum duximus exponenda, quæ quidem, Deo dante, tàm præfato kariſſimo noſtro conſanguineo, quàm Regno, necnon toti noſtro generi ad immenſam poterunt pervenire ſublimationem.

Super hiis igitur vos, una cum aliis de conſilio Regis & Regni, provide & mature deliberantes, per præfatum R. ſimiliter cum alio bono & diſcreto Nuncio, de voluntate veſtra nos ſine mora reddatis certiores; nos enim & in hiis, & in omnibus aliis, quæ Domino Regi & Regno prodeſſe videantur, ſemper, ſicut de jure tenemur, conſilio reperiemur ſtudioſi & opere efficaces.

Domino R. de Novavilla.

INDEX NOMINUM.

A.

Aales filia Comitis Maurianæ p. 33
Abberbrothot Abbas p. 121
Abberconwey Aviduus Abbas p. 658, 718, 720
Abberden H. Epiſcopus p. 585
Abbotesbery Abbas p. 707, 803
Abendon Abbas p. 707, 803
Abernith Hugo Baro p. 715
Abirdonenſis Epiſcopus ibid.
De Abrewaret Willielmus p. 844
Abricen. R. Epiſcopus p. 40, 58
Abrincen. Abbas W. Elect. p. 98
De Abrinthia Laurentius p. 428
Abulenſis Epiſcopus p. 765
Acard Petrus p. 635
De Acerat Alanus p. 843
De Acres G. p. 151
Adæ Tho. filius p. 244
Adam Magiſter Clericus p. 638
Adelm. filius Willielmi p. 27
Adrianus Papa p. 15
Adulfus Magiſter Clericus p. 638
Adurenc. Epiſcopus p. 496
De Aette W. p. 721
Agenenſis Will. Epiſcopus p. 521
P. Epiſcopus. p. 875
De Agoncello Gomeſius p. 128
Agremont de Arnaldo Willielmus Domin. p. 572
Agrig. Barth. Epiſcopus p. 52
De Agtuac. Pontius p. 419
Aguilun Robertus p. 808
De Aimo Radulphus p. 33
Ais Petrus p. 416
Akynmy Baldewinus p. 621
Alamannus Robertus p. 33
Alani Willielmus filius p. 151
Joh. filius p. 225, 262, 318, 320, 379, 707, 748, 776, 809
Brianus filius p. 306
Walterus filius Seneſc. p. 252
Alanus Magiſter Clericus p. 187, 188
Alardi Petrus Miles p. 405
De Alavarno Sefredus p. 33
Albamarla Engelramus p. 12
Albanenſ. P. Epiſcopus p. 271
Radulphus Epiſcopus, p. 834
Albemariæ Willielmus Comes p. 14, 50, 240, 295, 377
Baldewinus Comes p. 94, 95, 98, 115, 118, 129
W. de Fortibus Comes p. 558, 559, 562, 563, 567, 662, 663, 678
Albendune Abbas p. 211
Albercen. Vicecomes p. 412
Albertini Paulus p. 656
Albertus Magiſter Notarius p. 477, 502, 512, 513, 565
Albin. B. Comes p. 117, 313
Albineio Hugo p. 6
De Albiniaco Philippus p. 158, 161, 173, 174, 212, 222, 238, 241, 256, 257, 262, 272, 277, 282, 288, 289, 290, 291, 295, 302, 307, 320, 331, 355.
Will. p. 164, 177, 212, 262, 263, 332, 405
Albrinc. Galfr. p. 329
Albus Cardinalis p. 592, 682
Albuſin Willielmus p. 33
De Alcena Theodor. p. 145
Aldebrandini Aldebrandinus p. 595, 596, 643
De Aldithel Henr. p. 331, 369, 395, 370, 381
Jacobus p. 707, 710, 711, 748, 749, 750, 777, 790, 791, 814, 834
Alemaniæ Henr. 6. Imperator p. 70 73, 80, 83, 84
Otho Imperator p. 139, 140, 145, 153, 154, 156, 159, 160, 164, 170, 185, 193, 212, 213
Fredericus Imperator p. 267, 268, 280, 292, 299, 325, 346, 348, 349, 353, 355, 356, 357, 359, 360 uſque 367, 373, 374, 382 uſque 386, 399, 406, 407, 410, 411, 414, 415, 434
Alemanniæ Rex p. 274, 293, 296
De Alenzan Rob. Comes p. 193
Alexander 3. Papa p. 16, 17, 21, 22, 28, 30, 35, 59, 60, 61
Alexander 4. Papa. p. 536 uſque 554, 558, 568, 570 uſque 579, 581, 584, 586, 594, 595, 597, 598, 601 uſque 616, 619, 620, 624, 628, 629, 630, 633, 634, 637, 638, 640, 641, 642, 643, 645 uſque 652, 654, 659, 660, 664, 666, 667, 670, 672, 673, 674, 681, 683, 684, 687, 695, 696, 700, 703, 716, 721, 722, 726
Alexander Seneſcallus Scotiæ p. 559, 566, 567, 670, 715
Alianora filia Galfridi p. 378
Alianora Comitiſſa Leic. p. 724
Alneſtod Epiſcopus p. 153
De Alor Theodoricus p. 27
Alphonſus quondam Comes Pictaviæ p. 873, 874
Altecumbe Prior p. 464
Altiſidor. Epiſcopus p. 521
De Alton Ricardus p. 862
Alverniæ W. Comes p. 303, 416
Guido Comes p. 175
Alviler Hugo p. 33
Amaneus frater p. 836
Amauoyn Willielmus p. 402
Ambaldi Steph. Magiſter p. 596
De Ambaz Sulpic. p. 141
De Ambian Barnardus p. 338
Ambiian. Joh. p. 517
Amundevile Ricardus p. 621
De Anani Walterus filius p. 376
De Ancenis G. p. 141
Andegavenſis Epiſcopus p. 58
Will. Epiſcopus p. 115, 187
Gafridus Comes p. 86
R. Seneſc. p. 131
Karolus Comes p. 739, 796
W. filius Seneſc. p. 38
Andeleger Jacobus p. 621
De Andenard Egidius p. 878
De Andern. Ranulfus p. 862
De Anegus Comes p. 40, 377
Anegus Mac. p. 427
Anendnes Walterus p. 95, 193
De Aneſten. Richardus p. 16, 17
De Aneſy Petrus p. 622
Angel. dict. Prior Magiſter p. 644, 650, 656
Angliæ Hen. 1. Rex p. 1, 4
Stephanus Rex p. 13
Hen. 2. Rex. p. 15, 21, 23, 27, 33, 35, 36, 37, 39, 41, 42, 48, 50, 53, 57
Ricardus Rex p. 63 uſque ad finem Regni ſui
Johannes Rex p. 112 uſque ad finem Regni ſui.
Henricus Rex p. 215 uſque ad finem Regni ſui.
Edwardus 1. p. 888, 889
Alianora Regina p. 72, 80, 111, 115, 121, 122
Berengaria Regina p. 124, 140, 142, 152, 194, 208, 209, 219, 213
Iſabella Regina p. 134, 206, 215, 253, 257, 259, 266, 267, 288, 291, 325, 344, 345.
Alianora Regina p. 420, 448, 464, 465, 478, 479, 491, 492, 494, 497, 498, 499, 515, 544, 565, 715, 742, 800, 805, 848, 849, 850, 857, 859, 860, 864, 865, 874, 876, 889
Anib. Presbiter Card. Baſilicæ Chriſti Apoſtolorum p. 834
Antiochæ Boemd. Princeps p. 473
Antiſidoren. Gaufr. p. 29
Nich. Canonicus p. 465
Drago Magiſter Canonicus ibid.
G. Epiſcopus p. 464
De Aqua Balla Gaufr. p. 34
Aquenſ. W. Epiſcopus p. 128
Epiſcopus p. 351
Aquenſ. Vigerius p. 413
Aquila Gilb. p. 1, 3
Gilb. frater. p. 232
Joh. p. 644
Aquitaniæ Otho Dux p. 105
De Aquilon. Ro. p. 706, 790, 851, 864, 888
Aragoniæ Alfonſus Rex. p. 43
Sanctius Rex p. 46, 128
Petrus Rex p. 173
Ja. Rex p. 626, 638, 651
De Arbore Oſto p. 95
De Arceveske Willielmus p. 290 291, 406
Petrus p. 33
De Archiac. Fulco p. 416, 556
De Arcy Phil. p. 707
De Arden. Radulphus p. 94
Philippus p. 307, 333
De Areis Petrus p. 44, 48
De Arenis R. Canonicus. p. 207, 235
De Argeio Ranulf. Miles p. 126
De Argenten. Ægidius p. 405, 793, 809, 810, 812, 813, 815
De Argentom. Henr. p. 329
De Argentum. Epiſcopus p. 153
Arlotus Magiſter p. 628, 649, 660, 664, 666, 695
Arm. Conſtantius Bajulas p. 473
Armachan Yberniæ Archiepiſcopus p. 305, 457, 538, 585
Abraam Archiepiſcopus p. 647, 648, 651
Armanach. Giraldus Comes p. 525, 526, 676
Armeniæ AEtton Rex p. 473
Armeni Armenus p. 656
Arnoldus Magiſter Capellanus p. 673
Arnulfus Magiſter Cancellar. p. 789
De Arſac Petrus. p. 401
Arturs nepos Regis Angliæ p. 830
Arumniæ Willielmus Comes p. 34
Arundell Willielmus Comes p. 26, 94
De Arundel Will. Comes Sutſexæ p. 50
Willielmus Comes p. 112, 115, 131, 134, 135, 158, 162, 169, 171, 172, 173, 177, 187, 222.
Comes p. 263, 405
H. de Albiniaco Comes p. 388, 389
Radulfus p. 815
De Aſma Lodowicus p. 53
De Aſſoiluz Waſſallus p. 330
Aſpes Senhor Miles p. 853, 854
De Aſpremund Willielmus p. 402
De Aſton Ricardus p. 862
De Athiis Gerardus p. 162
De Atthol Comes p. 377
Aubemarl. Roger p. 635
Aubigny Phil. p. 264
De Auco Henr. Comes p. 3
De Audel Jacobus p. 662, 669
De Avenel. Gervaſius p. 184
De Averaunges Joh. p. 635
Averil G. Clericus p. 596
Augi Radulfus Comes p. 94, 98, 116, 117
Hugo Brunus Comes p. 141
Comes p. 189, 191
R. Comes p. 90, 193, 194, 199, 216
Comes p. 232
Comitiſſa p. 239
Alfonſus Comes p. 473
De Augo H. Abbas p. 98
De Aviano Engwicio p. 33
Avicien. Epiſcopus p. 853, 854
De Auketil R. Clericus p. 387, 440
De Aumary Rog. p. 621
De Aundemer Jo. p. 666
De Aungervill Hugo p. 861
De Aur. Joh. p. 793
De Aurelaco G. Clericus p. 730
Auſtriæ Lympoldus Dux p. 17, 84, 88
Ducis filius p. 85, 99, 102
Marchio Comes p. 153
Dux p. 153, 252, 275, 282, 851
Auxinus Archiepiſcopus p. 66, 280, 351
J. Archiepiſcopus p. 461
De la Ayla Bertrandus p. 725
Ays Petrus p. 556
De Ayſun Bernardus p. 725

B.

DE Baaluny Joh. p. 707
Baderel Joh. Dom. p. 432
Bagaret Speren. p. 115
Bagod Henr. p. 370
De Baill. Henr. p. 241, 252
Eengin. p. 252
De Bailliol Hugo p. 185
Jac. p. 650, 656
De Baillol. Ingel. p. 203
Joh. p. 376, 566, 678, 679, 680, 681, 707, 716, 772, 777, 804
Euſtachius p. 804, 862
Bajocen. O. Theſaurarius p. 684
Joh. Capellanus p. 1
Epiſcopus p. 29
Henr. Epiſcopus p. 38, 51, 58, 98
De Bajocis Joh. p. 405
Baion. Joh. Civis p. 280
Bernardus Epiſcopus p. 66
Epiſcopus p. 351, 504
Bakepuz Radulfus p. 776
De Ball Guido p. 810
De Balaketon Nicholaus p. 329
Balſinus Comes p. 294
De Ballieu Joh. p. 405
De Balliolo Joſcelin p. 27
Heur. p. 95, 376, 405, 428

Index Nominum.

De Balma Ludovicus. p. 33
De Baln. Joh. p. 635
De Balpamur Egidius Caſtell. p. 466
De Bancay Hugo p. 157
De Bangr. Gwydo p. 654
De Bangor Epiſcopus p. 49
R. Epiſcopus p. 115, 123, 327, 398, 709, 718, 720
Bannienſis Jac. p. 573, 575
De Banzayco Hugo p. 116
Baonicenſis Bernardus Epiſcopus p. 66
De Bar Theob. Comes p. 158
De Bar Comitis Henricus filius p. 160
De Baraſc. Den. p. 411
G
Barbotti Raynerus p. 583
Bard Hugo p. 88
De Bardener Abbas p. 803
Bardolf Hugo p. 65, 66, 98
Willielmus p. 404, 707, 777
De Bardouſt Willielmus p. 777
Baren. R. Archiepiſcopus p. 52
De Barentin. D. Miles p. 329, 387, 388
Drogo p. 570, 589, 712, 713, 790, 792
Baro Rob. p. 572, 673
Alex. p. 619
Barre Ricardus p. 29
Rob. p. 639
De Barreys Amauneus p. 401, 412
De Barris Guillus p. 193
De Barrit Ector p. 653
De Barteny Gaufridus p. 185
Bartholomæus Miles p. 86
Baskervill Walter. p. 369, 370, 379, 621
Andreas p. 621
Baſſet Thomas p. 158
De Weldon. R. p. 706
De Drayton Edmundus ibid.
Gilbertus p. 319
De Drayton Radulphus p. 331, 405, 773, 793, 803, 806
Fulco Præpoſitus Beverl. p. 342
Philippus Juſt.c. Angl. p. 738, 739, 749, 750, 761
Philippus p. 405, 410, 420, 422, 433, 439, 588, 589, 636, 706, 776, 831, 832
De Sapetot Radulfus p. 707, 777, 793, 803
Baſſingborne Joh. p. 185
De Baſſingburne Warinus p. 777
Humfridus p. 791
Bathon. Henr. p. 636
Bathon Robertus Epiſcopus. p. 14
Reginald. Epiſcopus p. 49, 65
Savaricus Epiſcopus p. 98, 112, 135
J. Electus p. 138
Jocelinus Epiſcopus p. 151, 166, 170, 171, 172, 178, 198, 217, 219, 228, 266, 267, 270, 288, 289, 290, 361
Epiſcopus p. 404, 427
Willielmus Epiſcopus p. 490, 491, 493, 494, 497, 563, 628, 633, 643, 649, 650, 656, 707, 802, 831, 832
Bavariæ Dux p. 153, 292
Bauzan, Steph. p. 569
De Bauzayco Hugo p. 116
De Baynac Pontius Dom. p. 702
De Bearnn. Vicecomes p. 473, 497, 509, 552
Beatrix filia Regis Angliæ p. 490, 675, 682, 693, 696, 746, 830, 850
Beauchamp de Chalveſter Walter. p. 793
Beaumont Joh. p. 278
Beccinis Abbas p. 29
De Becco Abbas p. 796
De Becum Rob. p. 103
De Beel Willielmus p. 37
Bek Antonius p. 862, 885
De Belener Anſelm. p. 676
De Belento Anſelm. p. 33
De Beleſted Galfridus p. 329
Belet Willielmus Miles p. 776, 831, 832
De Beliſmo Robertus p. 1, 3
De Belois Giraldus p. 193
De Beluacenſis W. p. 694
Belli Montis Prior p. 349, 350, 351
De Bello Gilbertus. p. 557
Abbas p. 803
De Bello campo——ng. p. 6
W. p. 498, 707
W. p. 212, 213, 224, 293
Comes Warr. p. 865
De Elmel. W p. 635, 706, 850
De Bello Lauda Abbas p. 882
De Bello Loco H. Abbas p. 165, 179, 207, 210, 285
Abbas p. 337
De Bello Monte R. Vicecomes p. 38, 126, 131
Joh. p. 312
Radulphus p. 312, 342, 416
Dom. Betteriar p. 556
De Benenauges Dominus p. 411, 412
De Benetheyn Otto Comes p. 144, 145
De Ber Helyas p. 745
Berard Tho. frater p. 885
Berardi Thomas p. 698, 699
Berardus gentil. Regiæ privatæ Maiſnodæ Conſtabular. p. 53
De Berbeozi Iterus p. 416, 402, 556
De Berbery Audonenus p. 401
De Berghs Froaldus p. 1, 3, 6
Caſtellanus p. 27
De Berkele Walterus p. 40
Tho. p. 405
Hugo & Walter fratres p. 653
De Berking Abbatiſſa p. 708
Bermundeſey Prior p. 14, 803, 847
Bernardi de Oruum p. 401
De Balenes R. p. 411
De Dernon Will. p. 412
Clericus p. 292
Bernardus frater p. 401
Barneri Garſic. ibid.
De Bernezy Guido p. 116
Bernwell. Prior p. 803
Bert & Commer. Prior p. 557
Bertant Walter. p. 146
Bertinus Petrus Seneſc. p. 111, 112
Bertram Roger. p. 263, 241, 244, 306, 377, 803
Petrus p. 413
De Bothol Rog. p. 707
De Mideford Rog. ibid.
Bertrand Walterus p. 212, 213
Egidius frater p. 373
Petrus p. 569
De Beſteley Hugo p. 156
De Betenecurt Daniel filius ibid.
Beteriar. Dominus p. 416
Bethel. Petrus ibid.
Bethlemetan. Epiſcopus p. 268, 592, 699
De Bettana Rob. p. 1, 3, 6
Baldew, filius Roberti p. 3.
De Betuma——actus p. 27
De Benevent. P. Legatus p. 195
De Beverl. Willielmus p. 332
De Beverna Theodor. p. 95
De Bevill de Summezac. Bernard. p. 401
Willielmus p. 682
De Bevire Willielmus p. 428, 429
De Benver Prior p. 803
De Biern. Gaſco p. 725
Le Bygod H. p. 158
Hugo p. 12
H. Juſtic. Angl. p. 662, 697, 706, 715
Hugo p. 492, 567, 627, 628, 655, 707, 715, 727, 761, 776, 804, 831, 832
Barth. p. 776
Hugo Comes p. 13
Comitis Hen. filius p. 212
R. Comes p. 87, 134, 135, 156, 157, 201, 212, 263
R. Comes Norff. p. 388, 399, 400
R. Comes Norff. & Mareſcallus Angl. p. 489, 562, 563, 567, 588, 589, 662, 706, 716, 776, 794, 798, 799, 803, 818, 822, 825
Rog. p. 50
Billindotus p. 596
Biſet Manaſer Dapiſer p. 12, 14, 26, 27
De Bitteſden Abbas p. 803
Bitur. Archiepiſcopus p. 854
De Bizino Rob. p. 53
De Blankemuſtre Tho. p. 329
De Blania Gerardus p. 401, 413
De Blankeford Arnaldus p. 352, 409, 411, 412, 475
De Blaynak Elyas p. 401
De Blazon Tho. p. 141, 193
Tho. Seneſc. p. 305, 307
De Ble Robertus p. 38
Bledhyn Owenus p. 845
Owen. filius p. 653
De Blenak Elyas p. 412
De Blenzac Dom. p. 416
Bleſenſis Petrus Archid. p. 47, 48
Bleun p. 195
De Blida Prior p. 802
Bloire Willielmus p. 329
Le Blond Willielmus p. 777
Blothyn Owenus filius p. 430
Le Blund Joh. p. 566
Le Blund Tho. p. 621
De Blundell Will. Clericus p. 621
Bluet Willielmus p. 633
De Bocles Hugo p. 330
De Bocozel Willielmus p. 33
Boemiæ Rex p. 286, 293, 304, 618, 764, 765, 766
De Boevill Bernardus p. 411, 412
Bern. Dom. de Sumenzak p. 412
De Bohun Henr. Comes Hereford p. 134, 135, 164, 173, 201, 212
H. Comes Hereford & Eſſex p. 338, 402, 403, 489, 662, 678, 706, 707, 709, 710, 711, 712, 748, 750, 776, 888
Humfredus Jun. p. 590, 707, 777
Humfredus p. 589, 592, 684, 749, 806
Henr. p. 94
Humfridus p. 8, 4
Francus p. 635, 707
De Bolebet Hugo p. 241
Be Bolland Warnerus Miles p. 107
De Bolonia Reginaldus Comes p. 114, 118, 156, 157, 158, 161, 165, 169, 171, 172, 191
Bonacciaſi Raynerus p. 595, 596, 643
Bonaventura Bernardin p. 568
Bonefiis Petrus p. 475
Bonefilioli Feuſ. p. 670
Bononiæ W. Comes p. 170, 172, 173, 177
Bonon. Jacob. Epiſcopus p. 549, 550, 573, 587
Bonquer Willielmus p. 583, 681, 682, 683, 687, 695, 828, 839
Bonſignioris Rolandus p. 568, 595, 596
Bonifacius p. 524
De Bonyel Bernardus p. 497
De Bore Hubertus Seneſc. p. 192
De Bordel Baſo Dom. p. 756
De Bordet Petrus Caſtellanus p. 34
De Bor——pl Rand. p. 241
Bormant Willielmus p. 111, 112
De Borry Willielmus p. 70
De Bos Regin. p. 562
De Boſch. W. Cancellar. Scotiæ p. 221, 225
De Boſco Ernaldus p. 707
Petrus p. 804
Joh. p. 865
Boſtelli Petrus frater. p. 730
Boterii Paulin. p. 209
De Boteſowe Fredericus p. 71
Botho Oeni p. 227
Botiller Radulfus p. 707, 748
De Boves Hugo p. 158, 172, 179, 181
De Bovyll de Burrac Arnaldus p. 402
Willielmus p. 793
De Boxle Abbas p. 237
De Boys Ric. p. 862
De Boyvill Robertus p. 861
Brabant, &c. Dux p. 153
De Brair A. Marchio p. 153
De Brandeburg. Marchio p. 785
Brankaleonis Odonis Theod. filius p. 378
De Braos Reginaldus p. 261, 244
De la Braund Emericus p. 419
De Braybroc. Henr. Juſtic. Regis p. 273
De Breante Falkeſius p. 173, 185, 216, 222, 225, 226, 239, 240, 264, 272 uſque 275, 298
De Breen Rob. miles p. 126
Le Breet Philippus p. 588
Breoſ. W. p. 131, 134, 135, 162
De Breows Regin. p. 253, 254
De la Bret Amaneus p. 402
Philippus p. 697
De Brethun Will. p. 559, 566, 567
Le Breton Joh. p. 850
De Breus Willielmus p. 707, 776
De Brian Guido p. 844
De Bridlington Prior p. 802
De Brienne, dict. de Acre, Johannes filius Regis Jeruſ. p. 625, 626, 627, 670
Brienzion Emericus p. 33
Brierceon Emericus Vicecomes ibid.
De Brixon Epiſcopus p. 693
De Brionia Walter p. 330
Briſeper Joh. frater p. 273
Britanniæ Galfr. filius Regis Comes p. 40, 50
Arthurus Dux p. 68, 128
Comes p. 141
Petrus Dux p. 226, 283, 284, 291, 315, 316, 320, 321, 329, 335, 336, 349
Joh. Dux p. 413, 419, 692, 698, 701, 835, 847, 856, 857, 885
Comitis filia p. 84, 271
Blanchia Duciſſa p. 696, 830
Conſtantia Comitiſſa p. 127
Alianora Duciſſa p. 149
Ducis Jolenta filia p. 283, 284
Ducis Johannes frater p. 284
Joh. primogenitus Ducis p. 675, 682, 693, 696, 698, 723, 734, 735, 778, 807
De Britton. Henr. p. 573
De Brivecurt Rob. p. 34
Briwere Will. p. 81, 88, 128, 134, 135, 136, 140, 141, 146, 158, 164, 169, 171, 172, 174, 177, 185, 189, 198, 222, 244, 251, 254
Ric. p. 90
Brexen Epiſcopus p. 382
Broborgh Sigerus filius Jordani p. 27
Caſtellanus ibid.
Brociæ Vicecomes p. 92
Brochard Gerardus frater p. 190, 191
Brokard G. frater p. 230, 231
De Bromſeud Griffinus p. 588, 749
De Braſtan Caſtellani Lambertus filius p. 146

Bruciæ

Index Nominum.

Bruciæ G. Sonnebath Vicecomes p. 141
De Brug. Childulfus p. 363
De Brugen Ger. Præpoſitus p. 95
Conanus Caſtell. p. 27
Bruges Walterus p. 831
De la Bruer Rob. p. 335
De Bruis Rob. p. 428, 566, 567, 635, 772, 776
Le Brun Hugo p. 66, 98
Willielmus p. 862
De Acromonte Remundus p. 569, 584
Brunſwic. Otho dux p. 308, 309, 317
Albertus Dux p. 751, 753, 839
Brunus A. p. 194
Brus Petrus p. 212, 804, 835
Robertus p. 252, 259, 698, 861
De Bruſc. Gerardus Vicecomes p. 315, 316
De Bruton Philippus p. 792
Bruwere W. p. 151
Bruyde Petrus p. 312
De Bryny Wido p. 707
De Buch Alex. p. 8
Emenenus p. 412
Buethun Thomæ filius vel filia p. 206
De Buc. Humfr. Dapiferus p. 12
Burdegal Decanus p. 233, 241, 242, 248, 257, 259, 497
Burdegal. Archiepiſcopus p. 29, 182, 278, 313, 351
E. Archiepiſcopus p. 117, 120, 128
W. Archiepiſcopus p. 207, 211, 216, 217, 220
G. Archiepiſcopus p. 460, 470
Abbas p. 500
Petrus p. 377, 401, 402, 406, 407, 412, 416, 432, 556, 561, 620
Petrus Jun. p. 462
De Burdel Bernardus p. 852
De Burdella Elyas p. 419
De Burgal R. p. 158
De Burghull Henr. p. 862
De Burgo Ricardus p. 244
Reymundus p. 311
R. Juſtici. Hib. p. 318, 328
Hugo p. 330, 337
Hugo Seneſc. p. 161, 191, 194
Hugo Juſtic. Angl. p. 219, 222, 228 uſque 233, 236 uſque 252, 254, 256 uſque 264, 266 uſque 290
Hugo Comes Cantiæ & Juſtic. Angl. p. 311, 312, 315, 316, 320, 354, 355, 361
Walterus p. 391
Androms Heſelinus p. 401
Joh. p. 332, 402, 793
Archemeyndrus p. 402
Sancti Petri Abbas p. 803
Abbas ibid.
De Burnaco Hugo p. 139
Burnel Rob. p. 802
Rob. Archid. Eborum ibid.
Burnet Rob. p. 885
De Burnvill Rob. p. 40
De Burton Rogeri filius vel filia p. 206
Petrus p. 329
De Burun Erniſius p. 12
Buſard Gaufr. p. 131
Emericus ibid.
De Buſteby Joh. p. 329
De Butevill Will. Clericus p. 239
De Byar Gaſco p. 411
De Byran. Gaſcon p. 401, 523, 618
Byarr Comitiſſa p. 327
Bydan Bernardus p. 475
De Bygor B. Comes p. 402, 411, 416, 438
De Byſtin Galfr. Miles p. 693

C.

Cabionenſis Comes p. 394
De Cadamo Joh. Canonicus p. 511
Rob. p. 862
Cadel Magiſter Mil. Templ. p. 195
Cadomenſis Abbas p. 29
Caelli Rog. p. 26, 27
Caillan R. p. 446
De Calbroh Will. p. 567
De Calce Gaufr. p. 311
De Calemont Elyas p. 556
De Calumpna Joh. p. 185
De Calviniaco Guillielmus p. 193
De Calweton Alanus Monachus p. 837
De Camavilla Ric. p. 14, 66
De Cambell Berlo & Toren. p. 33
Cambii Roſtichellus p. 643
De Camboc Berloe Caſtellanus p. 34
De Camera Osbertus p. 40
Cameracen Epiſcopus p. 153
Camerarii Joh. filius p. 125
Camerarius Bald. p. 95
Nicholaus p. 650, 656
Petrus p. 724
De Camhon Walterus p. 862
De Camilla Thediſ. p. 878
De Camino Gnoſterinus p. 383
De Camoys Radulfus p. 803
De Campania Elyas p. 402
Cancellarius Willielmus p. 12
Dominus p. 70
G. filius Regis p. 57
Ricardus Comitis p. 34
Regis Connact. p. 41
Regis Caſtellæ p. 148
De Condiaco Guido p. 33
De Candida Aldwinus Seneſc. p. 53
Candidæ Caſæ de Galucia Chr. Epiſcopus p. 49
Epiſcopus p. 715
De Caneis Rubeis Albem. 749
Canerhow Will. p. 556
Canewell Juliani Simon filius p. 156
Cani Montiſſa Dom. p. 411
De Cano Monte Numpan ibid.
R. Dom. de Tailleborg p. 411
Cantanen Epiſcopus p. 235
Canter Joh. frater p. 558
De Cantilupo Will. p. 151, 156, 158, 159, 161, 198, 206, 216, 225, 226, 240, 264, 313, 331, 390, 399, 404, 407, 419, 422, 468
W. Jun. p. 405, 410
Matilida p. 467
Tho. p. 806
Cantuarienſis Theobaldus Archiepiſcopus p. 8, 14
T. Archiepiſcopus p. 16
Thomas Archiepiſcopus p. 27, 29
Ric. Archiepiſcopus p. 49, 58
Baldewinus Archiepiſcopus p. 65
Hubertus p. 87, 89, 98, 104, 108, 112, 123, 124, 131
Johannes de Gray Elect. p. 140
Stephanus Archiepiſcopus p. 165, 166, 170, 171, 172, 177, 178, 180, 187, 196, 198, 200, 203, 239, 256, 261, 262, 263, 266, 267, 270, 278, 282, 288, 289
Archiepiſcopus p. 297, 338, 353, 397, 398, 755, 782, 785
E. Archiepiſcopus p. 357, 361
Bonifacius p. 417, 436, 452, 456, 458, 462, 477, 479, 480, 494, 498, 499, 547, 548, 549, 551, 552, 603, 636, 640, 641, 645, 649, 674, 696, 707, 709, 722, 726, 727
H. Archidiac. p. 90
Archidiac. p. 333, 640
Prior p. 166, 170, 171, 172, 178
De Cantumeryle Will. p. 131, 141
Canutonenſis Epiſcopus p. 233
De Canvil. Ricardus p. 38
Rob. p. 707
Capellani Regis Gaufr. Nich. & Rog. p. 42
Capellanus Regis Rogerus p. 40
Capelli Joh. p. 464
Capuan. Alph. Archiepiſcopus p. 52, 330
Capucius Petrus Cardinal. p. 632
Carbonellus Ricardus p. 33
De Cardaliaco Bertrandus Miles p. 702
De Cardeſſiaco Bertram. p. 411
De Cardilak Bertramus Seneſc. p. 711, 712, 713
De Careborch. Hartemanus Comes p. 107
Carent. R. Archiepiſcopus p. 751
Carleol. W. Epiſcopus p. 37
H. Epiſcopus p. 240, 275, 282, 288, 289
W. Epiſcopus p. 290, 291, 295, 301, 334, 338, 361, 377, 390, 400, 419, 422, 425
Epiſcopus p. 802
Prior ibid.
Carlin Morganus p. 369, 370
Carnotenſis Joh. Epiſcopus p. 51, 344
Carolus frater Regis Comes Pictavienſ. p. 867
De Carric. Dunecan. p. 241
Carric. Nigellus Comes p. 556, 557, 559
De Caſſabon. Not. p. 402
Caſſa nova Vitall. p. 411
Cæſarea J. Dom. p. 473
Caſertanus Rob. Comes p. 53
Caſſalenſ. Archiepiſcopus p. 457, 700
Elect. p. 524
Caſſalenſ. Keranus Decanus p. 700
Kyranus Canonicus p. 524
De Caſtelian. Pontius p. 412
De Caſteillon Will. Miles p. 126
De Caſtella G. de Fines p. 12
Dom. p. 631, 687
Caſtellæ Alfonſ. Rex. p. 43, 46, 48, 113, 128, 142, 269, 491, 497, 498, 490, 499, 503 uſque 510, 518, 521, 522, 523, 531, 557, 563, 570, 572, 589, 596, 597, 617, 625, 626, 638, 639, 651, 657, 659, 687, 704, 711, 712, 725, 749, 762, 765, 766, 767
Yolana Regina p. 531
Johanna Regina p. 464, 465, 478, 479, 757
Alianora Regina p. 141
Alianora ſoror Regis p. 491, 518, 519, 520, 523, 868, 885, 888
Berengaria filia Regis p. 531
De Caſtellan Guido p. 126
——Caſtellani—— p. 27
De Caſtellano Angelmus p. 33
——Caſtellanus—— p. 6
De Caſtellano Baldewinus ibid
De Caſtellione Vicecomes p. 497
De Caſtello Gervas p. 119
Hugo p. 70
Petrus p. 749
Johannes p. 651, 659, 687
De Caſtillon Enerucus p. 401
Pontius ibid.
Vicecomes p. 402
Petrus p. 411
Caſtri Heraudi Vicecomes p. 141
De Caſtro Ayrando Wil. Mag. p 854
De Bedort Dom. p. 412
Reymundus p. 851
Catanienſis Rob. Epiſcopus p. 52
Carazarii Hugo Comes p. 53
De Cauz Galfr. p. 37
De Caumauc Alex. p. 352
De Cauſſ.do R. p. 411
De Caylon Petrus p. 561
De Ceangue Warnerus Miles p. 107
De Cell Gaufr. Seneſc. p. 105
De Cella G. p. 113, 116, 117, 120
Cenomanenſis W. Epiſcopus p. 29, 50, 53
De Ceolre Fredericus Comes p. 107
Celphl. Wido Epiſcopus p. 52
Cericiaci Abbas p. 29
Cerms Dux p. 153
Cerne Abbas p. 708, 803
Creteſeye Abbas 707, 803
De Ceſdingh. Prior p. 252
Ceſtr. & Hunt. Comes p. 351
Ceſtr. Epiſcopus p. 12
W. Epiſcopus p. 225, 226
P. Epiſcopus Cancellarius p. 400
Rogerus Epiſcopus p. 863
Ceſtria R. Conſtabularius p. 138
J. Conſtabularius p. 206, 212, 278, 295
Ranulfus Comes p. 2
Hugo Comes p. 26, 27, 37, 40, 50
R. Comes p. 87, 94, 114, 15, 131, 158, 171, 172, 177, 185, 187, 191, 194, 198, 206, 217, 222
& Lincoln. R. Comes p. 225, 226, 254, 256, 262, 264, 288, 289, 290, 294, 312, 316, 321
Abbas p. 803
Chabot Theobaldus p. 34, 141
Chaceport Petrus Clericus p. 417, 420, 448, 488, 502, 527
Chaeny Willielmus p. 449, 500
Chalz Robertus p. 12
De Chaleis Oliver p. 416, 556
Petrus Reymundus p. 401
De Chalez Arcenarus p. 48
De Chamberling Petrus p. 706
De Chaminiachus Andr. p. 91
De Channent W. p. 721
De Chanſy Joh. Templarius p. 807
De Chauntemarle Pontius p. 401
De Charron Gwicardus p. 835
De Charun Edw. p. 817
De Chaſtelvilom Everard. p. 329
De Chaverim Andreas p. 66
De Chavigne Gaufridus p. 111, 112
De Chaumont Nemerzanz. p. 411
De Chaumpnent Petrus p. 832, 862
De Chaundos Rogerus p. 379
De Chautros Peyn p. 885
De Chauwrth Paganus p. 862
Patritius ibid.
De Chauwyth Hervicus ibid.
De Cheillak Elyas p. 401
Bertrants ibid.
De Chemerford Hen. p. 562
De Chemdut Radulfus p. 403
De Chendeyt Steph. p. 622
De Cheresburgh Wigian. p. 66
Cheyn Reginaldus p. 653
Chich Roys Jeney. fil. Ednevet. p. 653
C.: Chima Phil. p. 50
Chiſhull J. p. 777
Joh. Archid. p. 850
De Chiſnes Manaſſes Comes p. 3
Chriſti Eccleſiæ Prior, &c. p. 9
Ciceſtrenſis Hilaricus Epiſcopus p. 14, 16
Rob. Cancellar. p. 37
Joh. Epiſcopus p. 49
Simon Elect. p. 134
R. Epiſcopus p. 225, 256, 271
R. Cancellarius p. 288, 289, 290, 311, 327, 338, 243, 361, 377, 422
Epiſcopus p. 452, 479, 485, 486, 516, 563, 802
Epiſcopus p. 707
Ricardus quondam Epiſcopus p. 740
Willielmus Comes p. 14

De

Index Nominum.

De Cigogny Engelardus p. 264, 331
Cirenceſtr. Abbas p. 803
Cipri Regina p. 592
Ciſſor Rogerus p. 544
De Clara J. p. 117
De Clare R. Comes p. 87, 164, 173, 201, 212
G. Comes Glouceſtr. & Hertf. p. 288, 289, 290, 295, 313
R. Comes Glouceſtr. & Hertford p. 498, 499, 554, 558, 559, 560, 563, 567, 568, 572 573, 591, 595, 653, 678, 679, 680, 682, 683, 706
Comes Glouceſtr. p. 709, 715, 747, 792, 796
Gilbertus Comes Glouceſtr. & Hertford. p. 797, 798, 799, 803, 806, 811, 812, 814, 825, 827, 841, 844, 849, 865, 888
Comitis G. filius p. 212
Thomas p. 859, 862, 885, 888
Willielmus p. 565
Rogerus p. 329
Clarel Joh. p. 633
Claremontenſis Epiſcopus p. 50, 53
Decanus p. 702
Clareti Laon. p. 116
De Claris Vallibus Pagan. p. 8
De Claro Monte Simon p. 796
Clemens Papa p. 68
Clemens 4. Papa p. 815, 817 uſque 825, 829, 834, 837, 841, 842, 846, 849, 864
De Clervans Abbas p. 803
De Cleyſhull J. p. 741
De Clifard Walterus p. 376
De Clifford Egidius p. 707
Ricardus p. 420
Willielmus p. 824
Walterus p. 213, 224, 225, 244, 262, 263, 319, 332, 379, 393, 706
Rogerus p. 224, 225, 244, 262, 263, 319, 332, 379, 393, 706, 850, 885
De Climis Hugo p. 33
De Clunny Comitis filius vel filia p. 156
De Cluſa Abbas p. 34
De Cluſi Abbas p. 306
Atte Clyne Rogerus p. 862
De Cobham Rogerus p. 583
De Coconatus Ubertus p. 638
Cœleſtinus Papa p. 72, 74, 76, 88, 93
De Colceſtr. Abbas p. 803
De Coldingham Herebertus p. 39
Colebrand Ailiom p. 250
De Colet Ph. Dom. p. 185
De Coleville Tho. p. 184
Ricardus p. 777
Walter. p. 803
Philippus p. 40
De Colewurch Ricardus p. 801
De Colhem Baldewinus p. 4
De Collomedio Petrus Magiſt. p. 237, 303, 304
Colloneis Hugo p. 94
Colonien. Adolfus Archiep. p. 106
Archiepiſcopus p. 153, 275, 361
Henr. Archiepiſcopus p. 347, 354, 355, 356, 357
Conradus Archiepiſcopus p. 623, 640, 764, 765, 766
Colonienſis Dominus p. 282
De Columbar Philippus p. 12, 405, 635
Columbingh p. 473
De Columpna P. p. 339, 344
Comes G. p. 177
De Comines Baldew p. 95
Comitis Will. frater p. 33
De Comm. Nereſandus p. 401
De Conimendas Will. p. 329
De Comyn W. Comes de Menetyeſ p. 566, 619, 653, 670
Alexander Comes de Bochyn p. 241, 428, 566, 619, 653, 670
Joh. p. 566, 619, 653, 715, 772
Ricardus p. 40
Conac Fethel Rex p. 328, 391, 422, 429
Rathel Rex p. 189
Rex p. 150
Rodericus Rex p. 41
Odo O Connor Rex p. 829
Conani Comitis filia p. 37
De Condato Nich. p. 95
Cononis Adelardus filius p. 4, 6
Conradinus p. 851
De Conrado de Wil. Martin. p. 169
Conradus fil. Abraam de Gantoun p. 146
Conſentin. R. Archiepiſcopus p. 52
Contilii Bentipen. p. 650, 656
Conſtabularius Almaricus p. 6
Almaricus ibid.
De Conſtan. Epiſcopus p. 29
Hugo Epiſcopus p. 86
Willielmus Epiſcopus p. 98
Chiethelmus Epiſcopus p. 107
Conſtantia filia Gaſtonis Vic. de Bearn p. 852, 855
De Conſtantiis Walterus p. 40
W. Archid. Oxon. p. 57
De Conſtantinopolitan. Imperator p. 147, 380
Convenaz. B. Comes p. 411
De Cooum Mauritius Baro p. 50, 54
Copland Ricardi filia p. 206
Corbeius Witichindus Abbas p. 106
Corbet Thomas p. 320, 321, 379, 707, 748
Rob. p. 551
Nicholaus p. 570
Walterus p. 40
Corcun. Rob. Legatus p. 186, 188
De Cordun Socelinus & Ricardus p. 33
Cornavilla Guillelmus p. 98
De Cornelian Prior p. 627
De Cornello G. p. 672
De Cornhill. Regin. p. 154
De la Corner Guil. Capellanus Papæ p. 856
De Cornubia Epiſcopus p. 149
Cornubiæ Regin Comes p. 8, 12
Raynaldus Comes p. 14
de Alleman. Comes p. 888
Cornuz Arbertus p. 33
De Corvire Will. mag. p. 865, 878
De Coſſun Jordanus p. 40
De Coſtentin. Gaufridus p. 12, 244
De Cortenency Joh. p. 635
Cortracen. Bald. p. 95
De Cortrai Rog. Caſtellanus p. 27
Cortraco Rog. p. 95
De la Coruner Willielmus p. 854
De Coucy Maria Regina Scotiæ p. 625, 626, 627, 670
De Coumond Amfand p. 412
De Covel Philippus p. 791
Coventrenſis Epiſcopus p. 201
W. Epiſcopus p. 225, 226
A. Epiſcopus p. 271, 272, 295
Covent. & Lichf. A. Epiſcopus p. 319, 327, 393, 397, 398
R. Elect. p. 621
R. Epiſcopus p. 707, 709, 710, 750, 768, 774, 775, 850, 865, 888
Coventr. Prior p. 207, 708, 803
Hugo p. 98
De Courtenia Petr. frater Regis Franc p. 50, 51, 54
De Crancumbe G. p. 264, 273, 276, 301, 354
De Cranford Joh. p. 559, 567
Hugo p. 559, 567
Crawe Rog. p. 621
De Credona Americus p. 193
Crek Res p. 262
Calwalader p. 431
De Creona Mor. p. 38
De Creone Mauritius p. 142
De Crepinges Will. p. 329
De Creſci R. p. 212
R. Joh. filius ibid.
De Creſeck Will. p. 117
Creſer Will. p. 117, 118
Creſſe fil. Magiſter Moſei p. 623
Creſſe p. 635
De Creſſy Hugo p. 706
Cret Reſus p. 319
De Crevequer Hamo p. 706
Will. p. 27
De Criolliis Nicholaus p. 635, 807
Criſpin Theobaldus p. 141, 194, 336
Crokeſl. R. Abbas Weſtm. p. 596
De Croun Mauritius p. 465
De Croxton Abbas p. 803
De Croyland Abbas p. 708, 803
Croylond Petrus p. 620
De Crucerois Prior p. 511
De Cruce Royſia Prior p. 803
De Cryol Petrus p. 779
De Cryoyl Bertramus p. 402, 422, 493, 580
Cubicularius Tho. p. 374
Cuelin filii Loweerſ. primogenitus filius p. 151
Cumin W. Comes de Buch. Juſtic. Scotiæ p. 252
Willielmus p. 121
Walter. p. 241, 428
Ricardus p. 428
David p. 376, 405
Cunano Simon p. 305
De Cunſlef Pontius & Wifredus p. 33
De la Cuolle E. Decanus p. 800, 801
De Cupella Wallus p. 156
De Curceo Rob. p. 8
Rob. Dapiſer p. 12
De Curci Will. p. 34, 38, 40, 66
De Curtenay Joh. p. 707
Rob. 244
De Curtray Raſun Lamul filius p. 146
De Cuſac Americus p. 194
De Cuſcy Tho. p. 466
Cuſenten. Archiepiſcopus p. 771
De Cuſſy Engeramus p. 219
De Cuzan Bernardus p. 401
Cyprus Tho. Rex. p. 473
De Cyrcha Joubertus p. 117

D.

Dacyæ Rex p. 772
Dalatham Epiſcopus p. 273
Damaſci Coradinus Soldanus p. 296
Dampere Willielmus p. 329
De Dampetra Guido p. 195
De Danehall Dux p. 308
De Dano Simon p. 169
Dapiferus Hamo p. 1
David frater Regis Scotiæ p. 39, 40
Comes p. 87, 108
Filius Principis Walliæ p. 239
Filius Lewelini p. 311, 327, 328, 372, 380, 389, 391, 395, 397, 404, 418, 425, 427, 430, 431, 432, 433
Frater Lewelini filius Griffini p. 657, 720, 748, 749, 845
Clericus p. 253, 317, 327
Delbetenſis Abbas p. 29
De Dene Will. Juſtic. Hiberniæ p. 391
Denonant Rog. p. 6
Diſpenſer Thurſtanus p. 405
Joh. 610, 635, 791
Adâ p. 707, 791
Hugo Juſtic. Angl. p. 775, 796, 797, 798, 803, 806, 818, 822
Devaniati Jac. p. 643
Devenet J. Seneſch. p. 327
De Deuremundo Walterus p. 27
Diakinus p. 383
Diſpenſ. Galfr. p. 37, 399
Diſpenſator Hugo p. 37, 206, 288, 289, 290, 311, 621
De Doe G. p. 216
De Doiſet Will. p. 652
Doliis Odo p. 91
Donienc. Johannes p. 853, 854
De Domibus Simon Magiſter Clericus p. 238
De Donenold Anegus filius p. 582
De Donyngton Baldewinus p. 14
De Dopha Petr. p. 642
De Dotton Adam. p. 621
De Dovera Hugo p. 27
De Doura Will. p. 8
De Drayton Baldwinus p. 791
De Driby Philippus p. 792
De Driwes Comitis Rob. filius p. 191
Drocar Robertus Comes p. 119
Drumoren. Epiſcopus p. 732
Dublinenſis Laurentius Archiepiſcopus p. 42
J. Archiepiſcopus p. 65
Henr. Archiepiſcopus 171, 172, 177, 189, 207, 211, 217, 218, 219, 244, 245, 256, 285
L. Archiepiſcopus p. 357, 456, 457
Dulaiaux Ada p. 184
De Dumbar Patricius Comes p. 428, 559, 566, 567, 619, 715
Dumblanenſis Clemens Epiſcopus p. 428, 566
Epiſcopus p. 715
Dumfravilla Odenell p. 50
Duncanus Comes p. 39
Dundemor Joh. p. 653, 810
De Duneglas Will. p. 566
Dunelmenſis Hugo Epiſcopus p. 49, 65, 87
Phil. Epiſcopus p. 96, 134, 135
R. Epiſcopus p. 240, 263, 278, 361
Epiſcopus p. 480
W. Epiſcopus p. 637
Rob. Epiſcopus p. 802, 835, 851
Dunelm. Prior p. 637, 802
De Dunfermelyn G. Abbas p. 39
Dunfernet Abbas p. 565
Dunkelden. Epiſcopus p. 39, 235, 428, 565
De Dunſtanvill Walterus p. 850
De Dunſtaple Prior p. 803
De Dunſtraville Walt. p. 707
Durandus frater p. 165, 167
De Dya Joh. p. 564, 565, 584, 593, 618
De la Dye Bernardus p. 497
De Dyencurt. Radulfi filius vel filia p. 206
De Dynant Gafr. p. 673
Oliverus p. 793
Dyoniſius Presbyter p. 523

E

Eadnenec Tuderus filius 846
Eborum Galf. Archiepiſcopus p. 135
W. Archepiſcopus p. 217, 219, 240, 254, 278, 291, 295, 328, 334, 348, 377, 390, 399, 400, 404, 407, 418, 419, 422
Archiepiſcopus p. 448, 452, 456, 464, 478, 480, 494, 802
S. Archiepiſcopus p. 637, 649
G. Archiepiſcopus p. 716, 795
Walter. Archiepiſcopus p. 863, 871, 878, 885, 888
De Eborum W. Præpoſitus Beverlac. p. 422
Eborum Decanus p. 802
Eborum Mag. P. Præcentor p. 207

Ebri-

Index Nominum.

Ebridunenſis H. Archiepiſc. p. 530, 664, 672, 682, 683, 687, 695
Ebroicenſis Egidius Epiſcopus p. 51, 58, 66
Epiſcopus p. 740
Ebroicenſis Simon Comes p. 51
De Ebroyicis Will. p. 707
Ab. Edenevet Wrepoch. Seneſc. p. 589
Edner Tuderus filius p. 697
Edvenet Gorone filius p. 653
Edmundus filius Regis Angl. p. 501, 511, 512, 513, 514, 515, 516, 518, 527, 530, 546, 547, 550, 551, 553, 555, 570, 572, 573, 579, 586, 592
Edwardus filius Regis Angl. p. 474, 491, 493, 494, 498, 499, 500, 501, 502, 504, 505, 506, 507, 508, 509, 518, 519, 520, 523, 526, 527, 528, 529, 530, 531, 554, 555, 560, 561, 569, 571, 572, 573, 580, 586, 592, 593, 606, 607, 627, 633, 643, 654, 655, 660, 661, 663, 669, 685, 688, 700, 704, 705, 706, 709, 710, 711, 712, 713, 715, 716, 718, 719, 720, 725, 733, 739, 741, 742, 743, 744, 755, 759, 768, 773, 776, 789, 793, 795, 800, 801, 802, 804, 806, 810, 811, 813, 814, 819, 821, 822, 823, 826, 827, 828, 829, 842, 845, 846, 849, 852, 855, 858, 862, 863, 864, 866 uſque 872, 875, 884, 885, 886
Egidius Cardinal. p. 277
De Egmund Walterus p. 145
Egremond Ernaldus Will. p. 402, 420
De Ekingham Elias p. 329
De Elemoſinario Willielmus p. 199
Elemoſinarius Regis G. Frater p. 344, 345, 346, 404
Elemoſinarius Frater Ric. p. 566
Elienſ. Nigellus Epiſcopus p. 8, 14
Gaufridus Epiſcopus p. 42, 49, 58
Willielmus Epiſcopus Cancellarius p. 80, 81, 82, 88
Euſtachius Elect: p. 98, Epiſcopus 112, 123, 152, 166, 168, 170, 171, 172, 177, 178; 187, 198
Rob. Elect. p. 229, 230
B. Epiſcopus p. 290
Hugo Epiſcopus p. 344, 345, 346, 397, 398, 403, 425, 456, 649, 707, 794, 802
Elienſ. Nich. Archidiaconus p. 775
Elienſ. Prior p. 803
Elifeud Walter, Baro p. 241
Elfinenſis Epiſcopus p. 672, 757
De Ellesfeld Gilbertus p. 621
Ellesfend Gilbertus p. 793
Elyas Epiſcopus Judæorum p. 635
Emanuel Dominus p. 659
De Embota H. Miles p. 383, 385
Enevers Comes p. 190
Engayne Hen. p. 707, 793
Engayne Vitalis p. 405
Engleſchevil Theob. p. 329
Engoliſm. Epiſcopus p. 233
Engoliſm. Comes p. 82, 85, 92, 118, 125, 128, 190
Comitiſſa p. 190
Enor. Ph. filius p. 381
Enviayn David fil. p. 653
Eran. Joh. p. 116
Le Erch. Will. p. 653
Le Erle Hen. p. 635, 706
De Erdinton Tho. p. 187, 188
De Erdivert L. p. 222
Erioyl Warinus p. 399
Ermynack B. Comes p. 402
Ern. Eudd. filius p. 38
Ern. J. de Landa p. 176
Ernifii Rob. filius p. 38
Ernulfus filius Hermanni p. 146
Eruus Will. p. 33
Eſclaus Will. filius p. 475
Eſcudemor Gaudefridus p. 793
Eſpine Gaufridus p. 149
De Eſſex Henr. p. 14, 27
W. Comes p. 40
De Eſtleys Tho. p. 193
Eſtormy Joh. p. 792
De Eton. Willielmus p. 635
De Eton. Prior p. 803
Eudon Eimerius filius p. 38
Eudrad de la Ramud Will. p. 402
Eugenius Papa p. 3, 9, 10, 11
De Evereus Willielmus p. 759
De Everle Willielmus p. 862
De Eveſham Abbas p. 708
De Eveſham Elect. p. 802
Exon. Rob. Epiſcopus p. 14
Barthol. Epiſcopus p. 49
S. Epiſcopus p. 210, 211
W. Epiſcopus p. 230, 231, 704, 707, 758, 802, 850, 864, 888
Exon Decanus p. 802
De Exonia P. Magiſter p. 774
Extraneus Johannes p. 151, 190, 707, 804
Joh. Jun. p. 320
Joh. Magr. p. 381, 427
J. Juſtic. Ceſtr. p. 432, 588
Hamo p. 777, 804
De Eye Philippus p. 621
De Eyleford Willielmus p. 792
Eyneon filius Hedeweni Flam. p. 151
Eyneon filius Hoel Seys ibid.
De Eynſort Joh. p. 557
Eynyanti David filius p. 846
De Eyvil Rob. p. 405
Will: p. 791
Johannes p. 792, 803, 805, 806, 810

F

De Faa Radulf. p. 34
De Fabricis Berlic & Pontius p. 33
Ungrinus ibid.
De Famothu Petrus p. 338
Fancellum Johannes p. 862
De Farges Guill. p. 411
De Farges Domini p. 412
De Farum Volardus p. 725
De Faventurt Gerardus p. 862
De Faya Radulphus p. 159
Petrus ibid.
De Feenes Egidius p. 862
Felmius filius quondam Regis p. 427
De Fenes Ingramus p. 707
Ferien. Willielmus p. 401
Feriolo Bego G. p. 411
De Ferentin Joh. Subdiaconus Papæ, Archid. Norvic. p. 319
De Ferentin Alex. Magr. p. 524, 641
Fernandus p. 854
Fernaus Gotterus p. 48
Fernecare Petrus p. 194
Fernenſis A. Epiſcopus p. 150
Ferr. Sanch. Seneſch. p. 446
Ferre Johannes p. 862
De Ferrariis Willielmus p. 94, 355, 373, 377
Rob. Comes p. 12
W. Comes p. 27, 50, 87, 162, 163, 164, 170, 171, 172, 173, 177, 187, 188, 194, 198, 206, 262, 263, 313, 321,
W. Comes Derb. p. 388, 399, 803
De Ferrarines Canonicus p. 638
De Fiennes Will. duo filii p. 156
De Fife Malcolmus Comes p. 427
De Fife H. Comes p. 566, 567
Filiol Ricardus p. 862
Fimettini de Lentino Rog. p. 647
Finatus Magiſter p. 573
De Finiſheved Prior p. 803
Fiſcavenſis Abbas p. 29
Flandriæ Robertus Comes p. 1, 4
Theodoricus Comes p. 23
Baldewinus Comes p. 94, 107, 114, 118, 277
Ferandus Comes p. 157, 158, 161, 172, 173, 174, 191
Comitiſſa p. 3, 26
Johanna Comitiſſa p. 176, 177
Margareta Comitiſſa p. 157, 432, 433, 444, 445, 872
De Flaynilla J. p. 439
Flemeng Guido p. 184
Alard p. 635
De Fogiis Joh. Conſtabular. Acon. p. 473
Folyot Ricardus p. 738, 739, 777
De Fontibus Walter p. 330
De Fontibus Abbas p. 802
De For. Himbertus p. 111, 112
Foreſtarius Gaufr. p. 34
De Forinwal Gir. p. 117, 128
De Fortibus Willielmus p. 635
De Forz. Dulerus Willielmus p. 66
De Foſſato Garſias A. p. 411
Foylet Regin. p. 621
Francebil Mabil. p. 16, 17
Franciæ Lodovicus Rex p. 1
Philippus Rex p. 4, 21
Lodowicus Rex p. 23, 27, 50
Philippus Rex p. 53, 63, 69, 71, 81, 85, 91, 94, 96, 98, 99, 100, 103, 107, 109, 110, 114, 117, 123, 129, 132, 136, 141, 155, 158, 174, 183, 184, 189, 190, 191, 192, 199, 203, 207, 232, 236, 237, 238, 867, 870, 873 uſque 877, 883, 884, 886
Rex p. 269
Lodovicus Rex p. 270, 272, 273, 274, 277, 278, 279, 280, 289, 290, 294, 295, 296, 301 uſque 307, 309, 310, 313, 315, 325, 330, 331, 332, 333, 336, 337, 340, 342, 349, 351, 352, 382, 391, 400 uſque 406, 408, 411, 414, 415, 416, 432, 440, 448, 451, 462, 473, 474, 551, 561, 562, 580, 620, 625, 627, 628, 630, 632, 655, 666, 672, 673, 675, 678 uſque 686, 688, 696, 701 uſque 705, 724, 728, 733, 734, 735, 741, 742, 744, 745, 748, 751, 758, 759, 761, 773, 775, 776, 777, 779, 780, 782, 796, 797, 800, 810, 836, 838, 839, 851, 852, 854, 857, 858
L. quondam Rex p. 874, 875, 876, 877, 884
Regis Ludovicus filius p. 158, 189, 207, 212, 213, 214, 221, 222
Blanchia Regina Mater Regis p. 310, 337
Regina p. 301, 303, 451
Margareta Regin. p. 474, 693, 694, 705, 724, 730, 735, 741, 751, 757, 758, 780, 842, 876
Regis Nuncii p. 252
Legatus p. 190, 286, 306
Francus Petrus p. 562, 623
Fraſer Bernardus p. 376
De Fraſium Guillielmus p. 545
Fratrum Prædicatorum Prior p. 501
Fredericus Regis Curiæ Juſtic. p. 53
Frembert Rob. p. 40
De Frennay Willielmus p. 571
De Friſco Freder. Comes Lovanniæ p. 837
De Frivil Baudewinus p. 332
Frunzack Vicecomes p. 352, 402, 408, 409, 410, 412, 449, 497, 625, 626
Vicecomitiſſa p. 410
De Fruzinon Joh. p. 517
Fugeri Achard p. 415
De Fuleburn Stephanus Frater p. 865
De Fulgeriis Radulphus p. 37
Fulginatons Finatus Canonicus p. 649
De Fuligmo Finatus p. 619
De Fumello Eſquius p. 411
Fundanus R. Comes p. 53
Furmentin Fucard p. 402
De Furnes Abbas p. 802
De Furnes Richewardus p. 3
De Furnival Willielmus p. 792, 831
Ger. p. 94, 105, 702
Tho. p. 377
Furt Reymundus p. 402
Le Fuz Perres Mons. Renaud p. 589

G.

Galetanus Petrus Epiſcopus p. 53
Galfridi Johannes filius p. 377, 393, 395, 399, 402, 403, 415, 420, 422
Johannes Juſtic. Hiberniæ p. 497, 501, 525, 529, 530, 662
Galfridus filius Regis Comes Pictaviæ p. 40, 50
Filius Petri Com. Eſſex p. 121, 123, 124, 134, 135, 137, 138, 140, 146, 151, 154, 156, 158, 159, 161, 162, 164, 169, 171, 172, 177
Galriæ Comes p. 572
Galteri Vaſcon. filius p. 119
Osbertus p. 544
Galterus Camerarius Pater p. 119
Camerar. minor ibid.
De Galweya Alanus Conſtab. p. 241
Galyun Guido p. 621
De Gamages Mathias p. 804
Gamerii Sofredus p. 53
De Ganaretto Augerus p. 733
De Gand. Sigerus Caſtellanus p. 95
De Gandavo Hen. p. 730
Ganeret de Boevil Bernardus p. 402
De Ganeret Petrus p. 411, 412
De Gant Siger Caſtellanus p. 95
Gaoler Willielmus p. 305
De Gapland Willielmus p. 119
Garini Alanus filius p. 331
Fulco filius ibid.
Garner Magiſter p. 98
Garſiæ Comes p. 48
Garſic. de naval Remundus p. 352
Garſio de Novailles Remundus p. 402,
De Gaſnap Petrus p. 131
De Gaſtel Fortein p. 725
Gaſtinel Joh. Miles p. 126
Gaſto Vicecomes de Bearn p. 858, 859, 885
Gatelin Galf. Miles p. 775
De Gateſdan Joh. Clericus p. 343
Gateſdan Joh. p. 496
Will. p. 132
De Gatton Hamo p. 622
De Gaudano Henr. Magiſter p. 878
Gaudony Will. Seneſcallus p. 490
Willielmus filius ibid.
De Gavera Razo p. 27
De Gaverard Petrus p. 401
Gauler Willielmus p. 296
Gaunt Gilbertus p. 707, 796, 803
Gausberti Arnaldus Miles p. 702
De Gayton Joh. p. 862
Gebenenſis A. Epiſcopus p. 34
Gebenne Comes p. 33
Geirei Eveton p. 128
De Genuil Galfr. p. 706
Georgius Magiſter Canonicus p. 638
Geraldi Henricus filius Cammerar. p. 26, 27
Guarinus filius p. 12, 66, 112, 158, 159
Mauritius filius Juſtic. Hiberniæ p. 328, 339, 341, 357, 371, 431
Gerardoth Percevallus p. 544
Germi Radulphus p. 332
Gernemue Willielmus p. 377
Geroldi H. filius p. 158
W. filius p. 198
Gerun. Willielmus p. 501, 519, 556
De Gerund. Arnaldus p. 402, 412
Geſemuth Adrin. p. 777
De Geſoune Adam p. 862
Geytan Joh. Cardinal p. 682, 695

Index Nominum.

De Ghiſm. Comes p. 3
De Giemo Phil. p. 85
Giffard Willielmus Cancellarius p. 4
  Elias p. 8
  Willielmus p. 120, 428
  Osbertus p. 241
  Hugo p. 40, 559, 566, 567
  De Brimmesfield Joh. p. 870
  Joh. p. 635, 706, 773, 806
Gifferus Camerarius p. 847
Gilbertus Comes p. 39
Gilemuri Mac. p. 420
Giſnes Baldewinus Comes p. 294, 310, 311
  Ernaldus Comes p. 574
Girardus Petrus p. 147
De Giroliis Rob. Miles p. 750
De Giſeburn Abbas p. 802
De Glanvilla Juſtic. Angl. p. 57, 58
De Glapion Warinus p. 94, 116, 117, 119, 131
Glaſcuen. Walter. Epiſcopus p. 241, 252
  Epiſcopus p. 228
  W. Epiſcopus p. 565, 570
  Joh. de Cheam Epiſcopus p. 683, 697, 703, 773
Glaſton. Abbas p. 404, 802
Glaſtonien. S. Epiſcopus p. 217
De Glocestria Milo Comes Hereford p. 8
  Robertus Comes ibid.
  Willielmus Comes p. 14, 50
  Willielmus p. 342
De Godardvill Walterus p. 330
Godefridus frater Caſtell. de Los p. 146
De Goinz Brianus p. 815
De Gorando Gaſton p. 411
De Gordan Aumericus ibid.
  Pontius ibid.
De Gordes Radulfus p. 776
De Gordon Fortunatus p. 92
De Gorges Radulfus p. 776
De Gornay Robertus p. 635, 706
Goronum Grocion Seneſcallus p. 846
Goronnule Steph. præcentor Sar. p. 878
De Gortze Mainardus Comes p. 70
De Goterando Vitall. p. 411
Gothfredus frater Ducis Lovan. p. 161
De Gowiz Brianus p. 793
De Gras Johannes p. 420
De Graelly Johannes Miles p. 853, 854
De Graham David p. 428, 566
De Grandi Monte Galfridus p. 448
De Grandon Hugo p. 329
De la Grane Walterus p. 621
De Graſtoke Baro Willielmus p. 835
De Grave Joh. p. 862
Graundyn Willielmus ibid.
De Graunt Willielmus ibid.
De Grauntſon Otes p. 885
De Gray W. Cancellarius Regis p. 146, 147, 151, 170, 173, 177
  Willielmus p. 501, 519, 556
  Johannes p. 331, 405, 527, 589, 777, 791
  Ricardus p. 331, 373, 377, 405, 501, 519, 527, 563, 707, 777, 791
Gregorius 9. Papa p. 297 uſque 305, 314, 317, 318, 322, 330, 334, 335, 339, 342, 347, 348, 353, 358, 359, 360, 361, 367, 368, 371, 372, 374, 376, 378, 382, 383, 384, 385, 386, 387, 388, 390, 393
Gregorius 10. Papa p. 879, 881, 883, 886, 887, 888, 889, 890, 891
De Gren. Epiſcopus p. 704
De Greynvill Adam p. 850
De Greon Hugo Vicecom. de Caſtell. Erald. p. 126
Greſle Tho. p. 405, 706
De Greuch Theodoricus Comes p. 107
Griffin. Edevenet Vacham p. 319
  De Bromfeld Madoc. filius p. 262
Griffini Hoel filius p. 239
  David filius p. 492
  Coſwal Madoc filius p. 227
  Owenus & Lewelinus fil. p. 430
  Lewelinus filius ibid.
  Oen frater p. 319
Griffinus filius Tyneon filii Kenelmi p. 151
  Frater David p. 392, 397
  Filius Mereduc. filii Philip. p. 151
  Filius Eyneon filii Sulien. ibid.
De Grignol Bondinus p. 416
Le Gros Hamo p. 621
Groſſin Hugo p. 139
De Groum Guido p. 66
Gruffud Owen filius p. 653
Grufud Ucinus fil. Madoc. Dominus de Bromfeld p. 653
Grugman Yornith ibid.
Gruſcet Ricardus p. 850
De Grymbald de Coſynack Elyas p. 556
Gualo Legatus p. 213, 215, 217, 218, 219, 222, 225, 226, 246, 262, 273, 282
Gubaud Johannes p. 37
De Guer. Joh. p. 862
Guidi Barthol. p. 568, 643
Guido Nepotulus Regis p. 739
  Frater Vicecomitis Turennæ p. 739
Guillielmus Archiepiſcopus p. 556
Guillielmus Capellanus Archid. p. 767
De Guirchia W. p. 142
De Guiſchard Aymar p. 415
Gulielmus frater Comitis Boloniæ p. 156
De Gumbaud Helyas de Coſnac p. 416, 420
Gumbaud de Vayres Reymundus p. 401
  Willielmus p. 407
Gumes Comes p. 48
De Gumpeis Eyma p. 415
Gunbaud de Pabentis W. p. 409
Gupill Alex. p. 53
Gurdun Ada p. 815
Gurle Hugo p. 566
De Gurnay Hugo p. 82, 91, 94, 118, 164, 194
Gurny Radulfus p. 707
De Gynes Baldewinus p. 332

H.

DE Habercomnum Abbas p. 425
De Haler Willielmus p. 116
Hagenus frater Creſſe p. 623
De Hagheman Abbas p. 427
Haginus p. 635
Haket Radulfus p. 330
  Willielmus ibid.
Hamfard Gilbert p. 804
Hamonis Robertus filius p. 4
Hanybal R. Cardinal p. 682, 695
Hardel Willielmus p. 320, 380, 387, 388
Hardfordiæ Rogerus p. 14
Harecurt W. p. 158, 184, 706
  Rob. p. 94, 98, 118
Harlek Baldwinus p. 169
Harengod Stephanus p. 202
Harengratus Baliſtarius p. 402
De Haſting Henr. p. 376, 706, 796, 797, 803, 805, 806
Haſtingia David Comes Athorl. p. 428
De Hathlon Nicholaus p. 380
Haubergecurt Walterus p. 161
Haverhull Walterus p. 402
De Haya Matildis p. 163, 164
  Gilbertus p. 306, 567, 670
  Willielmus p. 40
  Joh. p. 738, 739
Helin p. 261
De Hemburch Bertoldus frater Marchio p. 540, 541, 542, 543, 546
Hemingford Joh. Magiſter p. 729, 736, 737
Hemingrave Tho. p. 358
Hemniquiſord Joh. Capellanus p. 756
Henricus filius Matildæ Imperatricis p. 12, 13
Henr. filius Regis p. 23, 35, 37
R. G. & J. filii ejuſdem Regis p. 37, 38, 39, 40, 51
Henr. filius Regis Alemanniæ p. 715, 769, 773, 775, 776, 789, 810, 831, 852, 855, 859, 870, 890
Henr. filius Frederici Imperatoris p. 374, 399, 514
Henr. frater Comitis Flandr. p. 95
Henr. filius Comitis p. 172
Henr. Magiſter Clericus p. 292
Henr. quondam Senator Urbis p. 851
Henr. Comes Waldemontis & Aniani p. 871
Henr. frater Regin. p. 331
Henr. frater Canonicus p. 338
Hentonenſis Epiſcopus p. 257
Herbertus filius Caſtellani de Monte-ey p. 146
Herbipol. Epiſcopus p. 153
Hereberti Petrus filius p. 158, 169, 171, 172, 177, 262
  Matt. filius p. 158, 177
Herebrok Marchio p. 584, 587
Hereford. Ægidius Epiſc. p. 14, 49, 166, 168, 170, 172, 178, 198
  H. Epiſcopus p. 224, 225, 226, 262
  R. Epiſcopus p. 344, 345, 346, 369, 370
  Epiſcopus p. 397, 398
  P. Epiſcopus p. 399, 420, 422, 448, 456, 458, 464, 478, 480, 498, 501, 502, 504 uſque 509, 519, 521, 527, 528, 529, 530, 561, 568, 570, 573, 581, 583, 584, 590, 596, 604, 611, 612, 620, 684, 707, 725, 726
  N. Epiſcopus p. 754, 759
  Comes p. 354, 361, 376
  Thomas p. 622
  Rob. p. 118
  R. Comes p. 12
Herenimii Herenimius p. 583, 650
Herſfeld Abbas p. 153
Heſding Ernulf p. 8
De Hewent Madocus fil. p. 151
De Heyvil Hugo p. 621
De Hida juxta Winton. Abbas p. 803
  Abbas p. 707
Hikelſwell Aymera p. 566
Hildebrond Walterus filius p. 862
Hiſpalen. G. Petrus Theſ. p. 704
Ap Hoel Traem p. 850
De Hoemburch Bertholdus Marchio p. 532, 533, 534
  B. March. Lodoycus Germanus p. 534, 540, 541, 542, 543, 546
De Hogenſluy Arnaldus Comes p. 304
De Heiton Stephanus p. 862
De Holand. Comes p. 165, 168, 169
  Adelheidis Comitiſſa p. 144, 145
Honorius Papa p. 218, 219, 227, 233, 234, 235, 239, 240, 252, 254, 258, 259, 263, 264, 267, 270, 271, 274, 276, 280, 282, 284, 285, 291, 293, 294
De Hopton Rogerus p. 844
Hoſtus Hubertus p. 330, 373
Hoſtiarius Alanus p. 428, 559, 566, 567, 670, 715
  Baldinus p. 363
  Thomas p. 241
Hoſtien. Epiſcopi p. 10, 740
Hoſtienſis Dominus p. 271
Hoſpital. Magiſter p. 473
De Houton Joh. Templarius p. 773
Howelinus filius Geneclin filii Riced. p. 151
De Huellis Hugo Clericus Regis p. 135
Hugo Cardinal p. 632
Hugonielli Galterus p. 544
Hugonis Johannis filius p. 154, 158, 173
  Ricardus filius p. 577
Huguitius dict. Matze p. 614
De Hulmo Abbas p. 803
De Humez Ricardus Conſtabularius p. 12, 26, 27, 38, 40
  Jordanus Conſtabularius p. 66
  Will. Conſtabular. Normanniæ p. 94, 98, 115, 116, 117, 118, 132
  Willielmus p. 34, 38, 51
Humfridus Magiſter Clericus p. 238
De Hundeſcote Willielmus p. 94, 95
Hunted. Archidiac. p. 154, 158
De Huntingfeld W. p. 198
Huntindon Comes p. 313
De Huntingdon Prior p. 803
Huntercombe Willielmus p. 707
Hurle R. Prior p. 343
De la Hyde Galfridus p. 862
  Roger p. 791

I.

JAcobus — p. 868
Jahenn. Epiſcopus p. 638, 651
De Jallia Ivo Seneſc. p. 158
De Ibelm. Joh. Comes Jopen. p. 473
De Idergne G. Miles p. 702
De Jedde Abbas p. 810
Iduenech Tuderus filius p. 845
De Jennue Malloun Juſelinus p. 296
Jerlitan. Rex p. 268, 274
Jerneth Elyſſa filius p. 430
Jerolym. Patryarcha p. 473
Jeruſalem. Hoſpit. R. Prior p. 154, 275, 404
Ildebrandi Aldebrandus p. 524, 558
Ildelſhem. Epiſcopus p. 153
Imeloc. Epiſcopus p. 184
Innocentius 2 Papa p. 7
Innocentius 3 Papa p. 98, 100, 101, 104, 105, 109, 119, 120, 122, 135, 137, 138, 139, 142, 143, 147, 150, 152, 155, 165, 168, 170, 174, 176, 177, 178, 179, 180, 182, 183, 185, 186, 196, 197, 199, 200, 201, 202, 203, 205, 207, 208, 209, 210, 211
Innocentius 4. Papa p. 413, 417, 418, 423, 425, 427, 433 uſque 442, 444, 446, 448 uſque 452, 456, 457, 458, 459, 462 uſque 472, 476 uſque 486, 493 uſque 497, 506, 507, 508, 511 uſque 518, 527, 532, 533, 534
De Inſula Rogerus Caſtellanus p. 3
  Baldewinus p. 707
  Baldewinus Brianus p. 158, 172, 177, 222, 225, 226, 264
  Berardus Notarius p. 638, 642
  Frotaldus p. 4
Inſularum Regin. Rex. p. 140, 159, 224
Inventore Gometius p. 128
Johanna filia Joh. Regis Angl. p. 151, 189, 193
Johanna filia Regis Angl. p. 52
Johanna ſoror Regis, Domina Norwalliæ p. 292, 311
Johanna quondam Comitiſſa Pictav. p. 873, 874, 877

Index Nominum.

Johannes filius Regis Henr. p. 38, 65, 81, 85, 94, 98
Johannes Magiſter Capellanus p. 524
Johannes Epiſcopus Nuncius Regis Caſtellæ p. 625, 626
Johannes Capellanus Archid. p. 765
Johannes filius Johannis p. 706, 777, 793, 796, 797, 803, 888
Johannes frater Ducis Britanniæ p. 284
De Joiny Petrus p. 184
Jordanus Magiſter Notarius p. 583, 584, 588, 637, 641, 644
Jornith Eliſſ. & Grufud filius p. 653
Joſcelinus Johannes p. 111, 112
De Ippegrave Tho. Miles p. 853, 854
Iſabella uxor David filii Lewelini p. 327
Iſabella ſoror Regis Angl. p. 346, 348, 349, 353, 355, 356, 357, 359, 360, 361, 362
Iſabella prædicta Imperatrix p. 366, 373, 374, 399
Iſ. quondam Im. p. 414
Iſabella ſoror Regis uxor Maur. de Croun p. 465, 485, 745
De Iſbrand Harlem Simon & Joh. p. 145
Iſondon Dominus p. 70
Iterius Notarius Papæ p. 853
Juor Phil. fil. Clericus p. 392
Juratus Magiſter p. 868, 874, 877

K.

Kaer Willielmus p. 119
Kaerderina Bodo Miles p. 735
Kalo frater Mangati p. 116
Kallebraz Willielmus p. 559
De Kamineys Radulfus p. 706
De Karaduk. Eumaun fil. p. 653
De Kareney Hub. p. 94
De Karic. Dunecanus p. 163
Nigellus Comes p. 559
De Kartan Mac. p. 427
De Kato Willielmus p. 94
De Kav. Willielmus p. 117
Keloun primogenitus filius p. 151
De Kelthon Abbas p. 565
De Kenelworth Prior p. 803
De Keni Abbas p. 425
Kenon Madoc. filius p. 151
Keret Thomas p. 158
Adam p. 157, 158
Keuwet Lewlinus p. 195
Keyradanc Eynyant filius p. 846
De Kilpec p. 319
De Kirkeby Rogerus filius primogenitus p. 206
De Kirkeſted Abbas p. 803
De Kirkeham Johannes p. 350, 888
De Knoklas Rogerus Dom. p. 754
Kounelin filius Eynaon fil. Yeperverd p. 151
De Kuke Henr. Comes p. 106
De Kylkenny Willielmus Magiſter p. 381, 488
De Kyma Simon p. 94, 212
Robertus p. 329
De Kyry Howel Owenus fil. p. 431

L

Labra Odmarus p. 33
De Lacinia Pontius p. 128
De Lacy Walterus p. 162, 213, 216, 217, 224, 225, 226, 244, 319
Hugo p. 162, 163
J. Conſtabul. Ceſtr. p. 313, 316
J. Comes Lincoln. & Conſtabul. Ceſtr. p. 327, 377, 388
Edmundus Comes Lincoln. p. 441, 562, 563, 567
De Ladilield Bertrandus p. 726
Lamberſted. Girard. p. 329
Lambertus Dominus Capellanus p. 65
De Lancaſtr. Gilebertus filius p. 206
Willielmus p. 217, 240, 377, 405
De Landa Prior p. 803
Longa Robertus p. 209
De Landaven. Epiſcopi p. 369, 370, 708, 709
De Landuno Petrus Cabellanus p. 730
De Langedon. R. Archid. Stafford p. 342
S. Archid. Cant. p. 342
Henr. p. 862
De Langeton. Simon Archid. p. 333
De la Lanud Galfridus p. 402
Lantea Galuanus p. 851
De Larcevesk Hugo p. 216
De Laſceio Giſlebertus p. 8
De Laſcy W. Archid. Stafford. p. 136
De Laſtalla Caval. p. 643
De Latemer Will. p. 637, 714, 730, 777, 878
Laverne Elyas p. 556
Launaley Will. p. 201
De la Laund. Galfr. Baliſtarius p. 402
Rogerus p. 621
Laurentius Epiſcopus p. 763
De Lebret Amaneus p. 411
De Leda Walpertus & Florentinus p. 145
Ledeſpris Gaufridus p. 413
Leedes Abbas p. 803
Legion. Alfonſus Rex p. 142
De Legra Comitis Robertus filius p. 26
Leiceſtr. R. Comes p. 14, 37, 50, 65, 91, 92, 94, 112, 114, 117, 131
Comitiſſa p. 681
Leiceſtr. Abbas p. 803
Leminſtr. Joh. Clericus p. 378
Lemeſ. Petrus Clericus p. 644
Lemovicen. Epiſcopus. p. 241, 242, 257, 259
Petrus Magiſter p. 672
Vicecomes p. 118, 119, 701, 756, 854
Hugo de Leſign. p. 141, 216
Vicecomitiſſa p. 853, 875
Vicecomitis A. filius p. 246
De Lenebret. Emericus p. 352
De Lenn Magiſter A. Archid. Northumbr. p. 228, 229
De Lens Baldewinus p. 3
De Lenton Prior p. 270, 803
Leodienſ. Epiſcopus p. 153
Leodienſ. Theobaldus Archid. p. 695
Leoman. Vicecomes p. 487
Lert Goſcelinus Comes p. 53
Leſcar Epiſcopus p. 351
De Leſignan Ademer. p. 448
Guido p. 519, 643, 645, 655, 662, 669
De Leſne Abbas p. 833
De Leſpair Seneburn p. 352
De Leſtes Johannes p. 156
Leſtraunge Joh. p. 369, 747, 748
Hamo p. 773
De Letture Nicholaus p. 352
Leuelinus fil. Craern filii Hedevenit p. 151
Leweliner Mared fil. Dom. de Methem. p. 655
Lewelini de Methin. Lewel. fil. p. 430
Lewelinus Princeps Walliæ p. 123, 151, 195, 196, 224, 225, 216, 227, 248, 249, 253, 258, 260, 261, 262, 267, 272, 277, 280, 281, 287
Princeps de Albefrau & Dom. de Snaud. p. 317, 319, 320, 324, 325, 327, 329, 332, 353, 357, 368, 369, 370, 379, 380, 381
Filius Griffini Princeps Walliæ p. 588, 589, 590, 591, 619, 635, 653, 657, 658, 662, 669, 684, 697, 706, 708, 709, 710, 711, 718, 719, 720, 739, 747, 748, 749, 750, 755, 774, 775, 814, 824, 834, 840, 843, 844, 845, 850, 855, 865, 872
Lexinton Rob. p. 404
Joh. p. 377, 401, 556
Lexovienſis Epiſcopus p. 29
Willielmus Epiſcopus p. 98
De Leyburn Rog. p. 777, 778, 789, 814, 831, 832, 851, 859
De Lezay Gaſcelin p. 116
De Lezigniato Emericus p. 312, 313
De Lezinan. Galfrid. p. 189, 216
De Leziniaco Galfr. p. 98, 117, 313
Libertini Petrus Lanuus p. 105
Lichfeld Miniſter.—— p. 271
De Lilleſhul Abbas p. 803
Limburg. Dux p. 159, 324
Lincoln. Will. Comes p. 12
Joh. Comes Conſtab. Ceſtriæ p. 37
Alanus p. 312
Rob. Epiſcopus p. 1
Alex. Epiſcopus p. 8, 14
G. Elect. p. 38
Hugo Epiſcopus p. 65, 87
Hubertus Epiſcopus p. 166, 168, 170, 171, 172, 177, 178
Hugo Epiſcopus p. 187, 198, 251, 288, 289, 290
R. Epiſcopus p. 388, 399, 413, 444
H. p. 636
Epiſcopus p. 768
R. Epiſcopus p. 794, 802
Aluredus p. 635, 707
Decanus p. 802
Lincor. Epiſcopus p. 351
De la Linde Joh. Chivaler p. 831, 839
De Lindes Walterus p. 203, 810
De Lindeſeie David p. 428, 566, 567
Will. p. 428, 429
De Lineath Comes p. 377
De Lizegnem G. p. 141
De Lobdiezt p. 48
De Lodourco Comes p. 82, 85, 86
London Rob. Epiſcopus p. 8
Ric. Epiſcopus p. 14, 19
Gilb. Epiſcopus p. 49
R. Epiſcopus p. 87
Epiſcopus p. 138, 256, 397, 398, 485, 486, 499
Will. Epiſcopus p. 166, 168, 170, 171, 172, 177, 178, 187, 198, 212, 250
E. Epiſcopus p. 266, 288, 289
H. Epiſcopus p. 707
H. de Sandwico Elect. p. 758
H. Epiſcopus p. 768, 777, 796, 797, 802, 806, 812
Gaufridus Archid. p. 18
Archidiaconus p. 670
De London. Willielmus p. 146
Major p. 794, 808, 809
Rob. p. 252
London. Magiſter Gervaſius Cancellar. p. 212
Magiſter H. Cancellarius p. 270, 275, 337
De Londoniis Gervaſius Magiſter p. 568
Londors, Joh. Clericus p. 743
De Longeſpe Steph. Seneſc. p. 725, 726
De Longeſ. Matillis Baroniſſa p. 870
De Longo Campo Hugo p. 27
Steph. Dapifer Regis p. 65, 98
Los Comitis Ernulfus frater p. 146
Comes p. 124, 145, 146, 212, 3
De Lotharingia Dux p. 106, 311, 340, 342, 360
De Lother David p. 653
Lovaniæ Dux p. 160, 161
Lovel Ph. Theſaurarius p. 573
Johannes p. 635
De Loverſhall Laurentius p. 862
De Louther Joh. p. 566
De Louvan G. p. 161
Lovyn Matt. p. 707
De Luceio Ricardus p. 14
Rog. ibid.
De Luci Ricardus p. 42, 50
Godefr. Archid. de Dereb. p. 57
Lucius Papa p. 9, 54
De Lucy Galfr. p. 777, 803, 806
Steph. p. 264, 273, 276
Lugdun. G. Archid. p. 465
Lugdun. Phil. Electus p. 451, 502, 751
De Lumb. Bonatius p. 544
De Lundorc. Joh. Clericus p. 671
De Lunerſal Laurentius p. 862
De Luneyn Matt. p. 405
Lupelli Bonaventura p. 467
De Luſcy Rich. p. 26, 27
De Luterell Andr. p. 45
G. p. 207, 210, 211
Alex. p. 862
De Luton Walterus p. 420
Luvel Ph. p. 636
Rog. p. 729
Joh. p. 862
Rog. Clericus p. 736, 737
De la Lynde Joh. Miles p. 712, 713, 846, 854, 856, 865, 873, 874, 876, 878, 883
Lyſignan Hugo filius Comitis March. p. 193, 231, 238, 241, 242, 248, 253, 256, 257
Hugo Comes March. p. 248, 253, 256, 257, 258, 259, 260, 266, 267, 288, 289, 290, 291, 305, 307, 315, 325, 336, 339, 340, 342, 344, 407, 414, 416, 557
Galfr. filius Comitis March. p. 193, 194, 284
Galfr. frater Regis p. 474, 501, 519, 552, 562, 563, 567, 573, 654, 655, 662, 663, 729, 745

M

Macardy de Deſſemon. p. 427
Macbrin de Natherlak Murchod p. 427
De Maccuſwell Joh. p. 141, 252
Macdaniel Donenald p. 427
Machanen Mac. ibid.
Machermekan de Deſſia Ricardus ibid.
Machi Herebertus filius p. 399
De Maclins Euſtac. p. 95
Mad Tudar fil p. 653
Maddoc Elyſſa filius p. 262
Griffini filii fratres p. 395, 404
Howellus filius p. 697
De Brumſeud Maddok filius p. 430
filius Milon filii Tyel p. 151
Rob. filius p. 262
Griffinus filius p. 845
Hoelus fil. p. 845, 846
Jerneyt frater p. 430
Mereduk filius ibid.
Madoch Magiſter p. 658
De Maduana Joel p. 95
Maengo Will. p. 131
De Maere Will. p. 116
Magdeburgenſis Archiepiſcopus p. 102, 103
Magota filia Marg. p. 327
Maguntinenſis Archiepiſcopus p. 623
Mailache Gaufr. Miles p. 126
Mailgun filius Mailgun p. 431
Mereonk filius ibid.
Maingod Will. p. 194
Majoris Monaſterii Abbas p. 192

Magnus

Index Nominum.

Magnus quartus Rex Norwegiæ p. 857
De Makeſwell Aimeris p. 653
Malabiſſi Ricard. p. 121
Malagabye Aldebrandinus p. 544
Malcolm Comes p. 376
Malcovenanz Rob. p. 53
Maleſours Henrici Ricardus filius p. 862
Malet Robertus p. 12, 115
  Will. de Gerarvill. p. 95, 212
Malgeruſ. M. Theſ. Norman. p. 90
De Malion Will. p. 94
Malmesbur. Abbas p. 40
  Abbas p. 708, 803
De Malo Eſtractu Pagan. p. 149
De Malo Lacu petrus p. 37, 179, 217, 232, 240, 707
De Malo Leone Radulfus Seneſcall. Pictav. p. 113, 117
  Will. p. 117, 131, 141
  Secericus p. 141, 175, 181, 194, 269, 296, 303, 312, 314, 335, 403, 404
De Malo Leporar Regin. p. 216
Maloure Anketellus p. 332
Malus-Vicinus Will. p. 38
Maminot Walkenius p. 8, 27
  Hugo p. 6
De Mamſo Prior p. 741
Manaſter Epiſcopus p. 153
De Mandevilla Will. Comes de Exſexa p. 34, 50, 262
  G. p. 158, 198, 201, 212
Manduc. de Warminſtr. Will. p. 635
Manduc. de Hamſlap. Will. p. 706
Mandul Will. p. 405
De Mandut Ricard. ibid.
De Mane Petrus ibid.
Manegot Will. p. 95
De Manesbrugh Jo. p. 405
De Maneton Ricardus Hoſpitalar. p. 807
Manfredi filia p. 632
Manfredus quondam Princeps Tarentin. p. 548, 549
Manfredus Regni Siciliæ Occupator. p. 632, 740, 771
Mangat Will. p. 34
Mangott Will. Baro p. 50, 54
Man-lem-arſie p. 6.
Manniæ Regin. Rex p. 137, 234
  Olavus Rex p. 303, 339, 341, 363, 371
  Haraldus Rex p. 441
  Artaldus Rex p. 451
  Magnus Hæres p. 489
  Magnus Rex p. 586
Manſel Walterus p. 457
De Manſo Will. Prior p. 416 447, 497
Manſuetus frater p. 667
De Madeldurhim Siwardus p. 862
De Mar. W. Comes p. 377, 428, 566, 653, 670, 715
De Marcello Will. p. 98
March Brunus Comes p. 110, 189, 193, 194
  H. p. 199, 216
March. Archidiac. B. p. 252
De Marchia H. Seneſc. p. 209
  Thaleſia Domina p. 569
De la Mare Henr. p. 573
Maredud Owenus filius p. 653
  Howel fil. ibid.
  Jornith fil. ibid.
De Marelio Herneus p. 131
De Maremaund Arnaldus p. 401, 411
De Maremine Vicecomes p. 402
Mareſcallus Will. p. 38, 88, 94, 635, 706, 777, 793
  Robertus p. 156
  Will. Junior p. 201, 212, 216, 222
  R. p. 207
  J. p. 211, 214, 244, 355
  Hernic. p. 241
  David p. 376
  Walter p. 391
De Marevill Joh. p. 793
Margareta ſoror Reg. Scotiæ p. 240, 327, 375
  Filia Comitis March p. 407
  Soror Principis Walliæ p. 653
De Margenrai Girondus p. 33
Maria uxor A. de Hikeſwell. p. 566
Marjoria ſoror Regis Scot. p. 375
De Mariſco Ricard. Mag. p. 158, 177, 191
  Mag. Ricard. Cancellarius p. 198, 199, 207, 210
  G. Juſticiarius Hiberniæ p. 215, 224, 244, 245
  Will. p. 245
  Frater Ada p. 627, 628
De Maritaun. Galfr. & Benedictus p. 417, 556
De Marmanda A. p. 411
Marmion Rob. p. 94
  Philip. p. 777
Marmyan Will. p. 803
Marmyny Phil. p. 706
Marochitanen Lupus Epiſcopus p. 503, 504, 506, 507, 508, 522
Marr Juſtus Epiſcopus p. 52
Marreclut Epiſcopus p. 571
Marſ. p. 6
De Maſtatone Willielmus Magiſter p. 876
Martel Will. p. 14, 95
  G. p. 141, 593
  Alanus frater p. 165, 179, 191, 210, 211, 270
Marthæus Radulph. p. 141
Martini Garſias p. 503, 504, 506, 507, 508, 522, 557, 563, 589
Beati Martini G. Subdecanus p. 521
Martini Ventura p. 650, 656
De Marton Rob. p. 862
  Nicholaus ibid.
De la Marum Henr. p. 440
Maſtac. Fulco Dom. Mornac. p. 417
  Fulco Dom. Mortan. p. 556
De Maſtacio Fulco p. 593
De Maſtak Comes Bygorr. p. 351, 556
Matilda Imperatrix p. 8
Matiſel Joh. p. 596
Mathæi Herbertus filius p. 331, 332, 393, 402
Mathæi Joh. filius p. 635 707
Mathæus Reg. Vicecancellar. p. 53
Mauclere W. p. 184
Mauclerie. Walter p. 190
De Maugeſyr Normannus p. 402
Maugeſyr Armandus ibid.
Mauleurier B. p. 141
De Maundevilla W. Comes p. 262
  Galfr. p. 635, 707
Maunſel Joh. p. 408, 420, 422, 488, 490, 491, 498, 501, 502, 503, 504, 505, 506, 507, 508, 509, 519, 522, 558, 559, 560, 563, 567, 568, 570, 573, 580, 588, 589, 590, 595, 605, 606, 629, 630, 637, 654, 655, 668, 678, 679, 680, 681, 682, 693, 704, 706, 713, 715, 722, 726, 727, 737, 741, 742, 752, 761, 780, 815
De Maunſwell W. Comes p. 262
Maurianæ Humbertus Comes p. 33. 43
Mauriavenſis Will. Epiſcopus p. 34
De Mauritannia Galfridus p. 401
De Mauſeio W. p. 141
De Mauſy Proteclimus p. 182
De Mautravers Joh. p. 405
De Mayll Hardoynus p. 349
Maydeburgenſis Archiepiſcopus p. 153
De Maynac Ichier p. 289
De Meduana Johellus p. 193
Meduanens Jael. p. 125
De Meingor W. p. 141, 216, 231
De Meinill Steph. p. 804
De Melend Robertus Comes p. 4
De Mellent Robertus Comes p. 95
Mellenti Comes p. 82
De Melſa Abbas p. 802
De Meneteth Comes p. 376
De Meneto Nicholaus Miles p. 684
Meneven. Epiſcopus p. 452, 476, 709
De Menlinger Nicholaus p. 622
Menric Owenus filius p. 697
De Menterol Petrus p. 194
De Merchun Rogerus p. 145
Mereducus filius Kadugan filii Griffini p. 151
De Merival. Abbas p. 803
De Merlay Rogerus p. 306, 405
De Merſan Arnaldus p. 401
De Merton Walterus Cancellar. p. 570, 655, 738, 739, 752, 758, 768
De Merton Prior p. 803
Meruduc Lewelinus filius p. 430
  Lewelinus frater ibid.
Merwyth. p. 195
Meiclinus Radulphus p. 1, 3
Meſſ. Nich. primus Archiepiſc. p. 52
De Meſſana Ricardus Archiepiſcopus p. 66
Meſſanen. Joh. Archiepiſcopus p. 612, 613, 618, 620, 631
Meſſanenſis Marchio p. 154
De Meſſenden Abbas p. 803
De Meſneres Robertus p. 559
De Meſue Aleumus p. 428
Metenſis B. Comes p. 107
Metenſis Epiſcopus p. 153
De Metulo Mangatus p. 116
De Metzauner Leolinus Miles p. 446
De Meyners Robert. p. 566, 567
De Meyri W. p. 194
De Miche H. ibid.
De Michelnei Abbas p. 803
De Michibrey Abbas p. 708
Midd. Archidiaconus p. 558
De Middleton Ricardus p. 738, 739
  Ricardus Cancellarius p. 878
De Midleton Abbas p. 803
De Millenc. Comes p. 40
De Millers Gilbert. Mag. p. 562, 627
De Milliar. Mag. Humfr. p. 296
De Milly Walteri Gilbertus filius p. 146
Milpes Rad. p. 95
Mindins Thielmarus Epiſcopus p. 106
Minorum fratrum Miniſter p. 457
Minorum fratrum Hibern. Miniſter ibid.
De Mirallo Sanctius p. 475
De Mirebol Pontius p. 401, 417, 556
De Miſa T. Marchio p. 153
De Moac Walterus Regii Fortunati Stolii Admiratus p. 53
De Mobray Will. p. 212
Moguntinus C. Archiepiſcopus p. 78, 153, 764, 765, 766, 767
De Mohane Bernardus p. 653
De Mohun Rogerus ibid.
Molet Gilbertus Seneſcallus p. 40
De Molinis Simon p. 3
De Molinouſe. Rob. p. 621
De Molins Nicholaus p. 275, 301, 309, 320, 420, 424, 427
De Mome Euſtachius p. 158
De Moncluder Berardus p. 556
De Mondesburgh Rad. Abbas p. 40
Monem Johan. p. 213, 262, 311, 319, 379, 389, 399
De Monemat L. p. 217
De Montalio. Ernaldus p. 412
De Montaud Remundus p. 417
De Monte Acuto W. p. 212, 635
  A. p. 411
De Monte Alto Remundus 402
  Roger. p. 567
  Juſtic. Ceſtr. p. 684
  Rob. p. 45
De Monte Auſyer Drogo p. 417, 556
De Monte Begon Rogerus p. 201, 206, 212
De Monte Caniſio Joh. p. 794
  Will. p. 796, 797, 806, 888
De Monte Falconæ Berlio p. 33
De Monte Ferrato Marchio p. 33, 71
  March. ſoror p. 751, 753
  Altiſian p. 838
De Monteforti Thurſton. p. 12
  Eamal Mag. Juſtic. p. 53
  Andreas p. 125
  Guido p. 273
  S. Comes Leiceſtr. p. 377, 446, 447, 449, 450, 459, 461, 467, 474, 523, 572, 580, 627, 628, 629, 630, 632, 633, 655, 662, 668, 678, 679, 680, 686, 707, 715, 724, 728, 741, 742, 774, 777, 780, 784, 790, 792, 793, 795, 796, 797, 798, 799, 801, 802, 803, 805, 806, 807, 808, 809, 810, 811, 812, 813, 814, 815, 816, 817, 818, 819, 820, 821, 822, 823, 824, 825, 826, 838
De Monteforti Petrus p. 504, 570, 572, 588, 591, 657, 662, 669, 684, 686, 687, 777, 790, 797, 798, 806, 810, 812, 813, 815
  H. p. 777
  S. Juvenis ibid. 790, 806, 810
  Petrus & Robertus filii Comitis Leiceſtr. p. 790
  Henr. fil. Comitis Leiceſtr. p. 790, 791, 793, 806
  Almaricus p. 816, 824
  Guido p. 870, 890
  Simon p. 870, 890, 891
De Monte Fortidinſo Torron Ph. p. 473
De Monte Guidonis Sicardus p. 408
De Monte Leonis Will. ibid. p. 401, 402
De Montelum Aurnoldus p. 402
De Monte Morelli Alanus Dom. p. 248
De Monte Peſac Normannus p. 401
De Monte Peſat. Petrus p. 402
  A. p. 411
De Monte Regali Archiepiſcopus p. 66
De Monte Robell. Petr. Baro. p. 50, 54
De Monte Rovelli Will. p. 402
De Monte Vetuſ. p. 71
De Montferaunt Imbertus p. 702, 703, 705, 741, 748
De Monfort Amaurus p. 66
De Montibus Ebulo p. 569
  Remerus p. 95
De Mopham Ricardus Archid. p. 797
De Moravia Walterus p. 428
  Fréſekums p. 653
De Moreſtello Gocellinus p. 33
De Moretain Galfridus p. 420
De Moreton Salamonis Fulco p. 402
Moretoniæ Comes p. 13
De Moretvill Hugo p. 121
De Morevia Walterus p. 566, 567
De Moreville Ric. Conſtabular. p. 40
De Morewic. Hugo p. 47
Morgan Gan filius p. 431
De Morham Ad. p. 619
De Moriata Garſia Patr. p. 128
De Morliaco Borchardus p. 193
Moroccorum Miramomalin Rex p. 126
De Mortein Radulfus p. 835
De Mortemer Will. p. 40
  Rogeri filii uxor p. 163
De Morton Joh. Miles p. 126
De Mortuo Mari Hugo p. 12, 213, 217, 224, 225, 262, 741, 844
  Will. p. 95, 136
  Roger. p. 171, 172, 177, 589, 590, 684, 694, 705, 707, 709, 710, 711, 747, 748, 754, 776, 791, 804, 814, 832, 845, 863, 888

R adulf.

Index Nominum.

Radulp. p. 223, 379, 392, 395. 405
Edmundus p. 824, 825
Mortui Maris Abbas p. 29
De Motam Gailardus p. 402
De la Mote Gailardus p. 411
De Moubray Will. p. 164. 201
De Moyne Tho. p. 330
Will. p. 706
Gilbertus p. 670
Berengerus p. 862
De Mubray Phil. p. 203, 241, 252
De Mucegros Rob. p. 344. 345, 346, 355. 420
De Muhaut Roger. Seneſcal. Ceſtriæ p. 392, 396
De Muleton Tho. p. 263. 793
De Mumbray Roger. p. 50, 428, 566, 707
De Mumgwyn Sicardus p. 402
De Muncaſſon Petrus p. 34
De Munceny Robertus p. 862
Ernulfus ibid.
De Munchanes Warinus p. 433
De Munchenſy Will. p. 803
De Mundigoum Sicardus p. 415
De Mundleu Berrardus p. 413
De Mundlider Berard. p. 415
Muneder Ernald. Will. p. 449
De Munethenenſi W. p. 621, 706
De Munford Petrus p. 405
De Mungomery Fulco p. 329
De Munluſum Will. p. 34
De Muntaut Reymundus p. 550
De Munteny Arnaldus p. 405
Rob. p. 806
De Muntficher Joh. p. 405
Ricard. p. 357, 702
De Muntrembleut Gerardus p. 725
De Muolano Neutelmus p. 33
De Murrenya Walter p. 559
Muſard Radulfus Vicecomes p. 218
Radulfus p. 635, 706
Muſegros Joh. p. 635, 707, 777
De Muſſa Veter. p. 382

N.

DE Naſfreton Laurentii Willielmus filius p. 862
De Naiſt Hugo p. 194
De Namur Phil. Comes frater Comitis Flandriæ p. 95
Nanetens Epiſcopus p. 149
Nanetumenſis R. Epiſcopus p. 50, 54
De Nangeou Will. p. 33
De Nangeu Amadeus ibid.
Nannet R. Epiſcopus p. 38
Narbonenſis Archiepiſc. p. 99. 740
De Nas Alex. Archid. Coventr. p. 342
Navarræ Garcia Rex p. 43
Sanctius Rex p. 46, 47, 48, 99, 126, 127
Rex p. 269, 327, 334, 836, 838, 839
Theobaldus Rex p. 340, 344, 419, 420, 424, 446, 447, 467, 510, 665, 852, 853, 854
Regina p. 730, 731, 751
De Navaylus Ernald. Burſila p. 475
De Naucolio Abbas p. 233
De Neel Dominus p. 796
De Neilla Amaneus p. 401
Nermon Raymundus Dux p. 175, 281
De Nereford Robertus Conſtabular. p. 250
De Neubont Joh. Prior p. 488
Neverienſ. Comes p. 219
De Nevill Hugo p. 134, 135, 158, 164, 498, 635, 707
G. Camerar. p. 59, 173, 174, 188, 206, 225, 226, 241, 246, 248, 264
Nich. Archid. Bath. p. 350
Joh. p. 405
Petrus p. 635
Rob. p. 707. 772, 777, 804
Gulielmus Mag. p. 876, 877
Herebertus p. 621
De Neuton Robertus p. 862
De Newebolt Abbas p. 565
De Newport Baldewinus Miles p. 172
Nicholai Radulphus filius Seneſcal. p. 288, 289, 290, 295, 302, 305, 309, 315, 316, 320, 327, 331, 351, 354, 355, 401, 402, 417, 420, 422, 519, 527, 528, 529, 530, 573
Nicholai Robertus filius p. 707
Nicholaus nepos p. 644
Nicholaus frater p. 730
Nigelli Osbertus filius p. 223
Nigelli Robertus filius p. 793
Nivernenſis Epiſcopus p. 50, 53
Nivernenſis Comes p. 665
De Nivona Hugo p. 264
Noclerus p. 644
Noillan Amaneus p. 411, 412
Norff. Hugo Comes p. 26
Normanvil Radulphus p. 157
Tho. p. 566
Northampton Herbertus Archid. p. 40
Michael. p. 621
De Norton Rogerus Abbas Sanct. Albani p. 774
Norwegiæ S. Dux p. 324, 341
Aſketunus Cancell. p. 857
Norwegiæ Rex p. 382. 549, 550, 743
Hagumus Rex p. 753, 772
Norwicen. Willielmus Epiſc. p. 14
Joh. Epiſcopus p. 49. 57, 58, 138, 171, 174, 177, 179, 187, 188, 189
Tho. Elect. p. 289, 290
Tho. Epiſcopus p. 295
Epiſcopus p. 301
W. Epiſcopus p. 389, 390, 393, 404, 488
S. Epiſcopus p. 707, 722, 726, 750, 795
Norwicen. J. Archid. p. 90
Archid. p. 642
Nicholaus Archid. p. 784
Norwicen. Eccleſiæ Mag. Rob. Official. p. 211
De Norwic. Radulphus Clericus p. 215
Norwic. Prior p. 803
Notingham Will. Clericus p. 668
De Nova Villa Gaufridus p. 222
De Novo Burgo Robert. p. 66
Prior. p. 501
Henr. p. 635, 707
De Novo Mercato Ada p. 707, 777, 792, 803, 805
De Noun Epiſcopus p. 273
De Nympha Berardus Mag. p. 463, 524, 642

O.

O Bazinæ G. Abbas p. 702
O Brin. Conchor. fil. Dunecan. p. 427
O Calmery Mac. ibid.
O Clintan ibid.
De Ocman. Sim. p. 116
De Ocra Walter Mag. p. 362, 393
Oddo Germanus B. Marchionis de Hohemburgh p. 535, 540, 541, 542, 543, 546
Oddo dict. Vicecomes p. 637, 641, 644
De Odingge Will. p. 498
De Odingfell Will. p. 706
Odo frater B. de Ponaya p. 126
Odonis filius Radulphus p. 12
De Odria Will. filius p. 156
Ofalaner de Deſſia Roſ. p. 427
Ogeri Petrus p. 416
Ogerin. Petr. p. 556
Ogerius Launus p. 111, 112
Ohynery p. 427
Oiſelur Will. p. 184
Okellic de Ochonyl Macthulaner p. 427
Olaffercy de Corrac. Shonethor. ibid.
Oliſard Walter Juſtic. Laodon. p. 252
Walter p. 40
Onel Baren. Rex de Kinelun. p. 427
Oraly ibid.
De Orby Fulco Juſtic. Ceſtr. p. 718, 720
De Orciato Sabina p. 529
De Ordgod Rob. p. 621
De Orgeres Will. p. 329
Omaldus W. Mag. Mil. Templi. p. 125
De Orte Vice-comes p. 402
Osberti filius Simon p. 12
De Oſeney Abbas p. 803
De Oſolveſtone Abbas ibid.
Oſſorienſis Epiſcopus p. 457
Oſtenſis Marchio p. 383
Oſtien. & Velletren. Henr. Epiſcopus p. 834
Oſtricius Clericus p. 261
Othenuer de Fermuy Cort. p. 427
Otho Comes nepos Reg. Angl. p. 107
De Ottobon Cardinal. p. 632, 682, 695
Ottomanus Cardinal. p. 682, 695
Otonis Hugo filius p. 862
Ovener Maredud filius p. 653
Owem Vechan p. 431
Oweyl Mailgun filius ibid.
Oweyn Griffinus filius p. 430
Wethan duo filii ibid.
Mereduk filius p. 431
Ab Oweyn Mereduc p. 589
Oxon. Cancellarius p. 436

P.

PAdebornenſis Epiſcopus p. 765
Paderborn Bernardus Gaufr. p. 105
Pagan Rob. filius p. 635, 707
Paganellus Radulphus p. 8
Gervaſius p. 12
De Pageham Hugo p. 639
Willielmus p. 862
Paignel Rob. p. 835
Palatini Comes p. 165, 169, 764
Palentin Epiſcopus p. 48
De Paluel. Gaufr. Miles p. 126
Pampelun Epiſcopus p. 48
De Pampilon G. Epiſcopus. p. 128
De Panaya Buchard Miles p. 126
Pandulphus Subdiaconus p. 165, 167, 187, 188, 200
Subdiac. Norwic. Elect. p. 202, 210, 212, 228, 235, 236, 238, 240, 241
Panel Fulco p. 34
Paneley Tho. p. 405
De Panelli Rob. p. 329
De Panely Regin. p. 706
Panorum Walterus Archiepiſcopus p. 52, 53
Pantolf Hugo p. 151
De Pauyly Rogerus p. 615
De Papa Guil. Mag. Clericus. p. 539
Papienſis Epiſcopus p. 637
Will. Epiſcopus p. 640, 641, 644
De Parco Prior p. 803
De Parco Ludo ibid.
Parienſ. Epiſcopus p. 330
De Partiaco Steph. p. 126
Partici G. Comes p. 119
Partici Comes p. 70, 85
Parvus Eumus Cancell. p. 392
Madant p. 653
Paskendale Henr. p. 95
Paſſ. S. p. 852
Paſſelewe Rob. p. 422
R. Clericus p. 436
Simon p. 702, 703, 705, 709, 710, 711, 718, 720
Paſtoris Guido Presbit. Cardin. p. 10
De Pat Simon p. 158
Pateſhul Hugo p. 373
Simon. p. 636
Patric. Comes p. 252, 377
De Pavely Tho. p. 622
Paynel Hugo p. 331, 377
De Peatell Parr. p. 128
Peche Barth. p. 37, 311, 365, 372, 406, 407
Willielmus p. 862
Pecus Johan. p. 117
De Pelewethin Joh. Miles. p. 126
De Pembroc. Will. Mareſcallus Comes, p. 114, 115, 116, 117, 118, 120, 124, 125, 147, 156, 162, 171, 172, 177, 181, 187, 188, 200, 216, 217, 218, 219, 220, 222, 223, 224, 225, 226, 244, 248, 249, 253, 254, 260, 263, 267, 277, 286, 295, 312, 315, 316.
R. Comes p. 327
Alienora Comitiſſa ſoror Reg. p. 332
Mareſcallus Comes p. 351 353
Gilbertus Mareſcallus Comes p. 354
Gulielmus Mareſcallus Comes p. 368, 369, 370
Gilbertus Mareſcallus Comes p. 376, 377
De Penbregge Henr. p. 791
Peneſtrinus Stephanus Epiſcopus p. 637, 638, 641 642
De Perant Will. p. 405
De Percy R. p. 212, 261
Will. p. 116
Henr. p. 635, 707, 772, 777
Galfridus p. 776, 831
De Peremor. Henr. p. 862
De Perſhore Abbas p. 803
Perſicus Regiæ Curiæ Mag. Juſtic. p. 53
De Perſore Abbas p. 708
Pertic. Gaufridus p. 38, 42
Perticen Gaufridus Comes p. 105
Perticy Comes p. 82
De Peryton Ada p. 707
Peſhun Johannes p. 862
De Peſtilliaco Amalumus p. 411
Petragonenſis Epiſcopus p. 50, 54, 188
Petragore Comes p. 92
Petri Pet. p. 48
Gaufridus p. 88
Herbertus filius p. 405
Reginaldus filius, p. 592, 707, 748, 777
Peverell Will. p. 12
Guido p. 253
Andr. p. 405, 706
De Saundford Hugo p. 635, 706, 815
Peur Paulinus p. 420
De Peyvur Paulus p. 419
Philippi Johan. filius Seneſc. p. 320, 344. 345, 346, 707
Philippi Ada filius p. 803
Philippus Comes filius Comitis Flandriæ p. 23
Pictavenſis Rogerus Comes p. 12
Comes p. 876, 877
Pictaviæ Comes Ricardus filius Reg. p. 40
Comes Will. p. 86
O. Comes p. 94, 98
Comes frater Reg. Franc. p. 725
P. Theſaurarius p. 132
G. Theſaurarius p. 311
Seneſcallus p. 416, 556
Pictavienſis Archidiaconus p. 211
Decanus p. 245
W. Archiepiſcopus p. 259
Le Piller Johannes p. 66
De Pimluis Gulielmus Remundus p. 411
Pincerna Ricardus p. 12
Robertus p. 250
Piſan Hugo Canonicus p. 339
De Planchis Ph. p. 209

Index Nominum.

De Pleſſetis Joh. p. 793
De Pleſſeto Joh. p. 377, 410
De Plimpton Nicholaus Mag. Archid. p. 628, 633, 634, 643, 650, 656, 780
De Plozac Gaufridus & Nerilo filius ejus p. 34
De Plugenet Hugo p. 861
De Podio G. p. 159
R. Seneſcallus p. 216
Will. Ebulus p. 402
Will. Bertramus ibid.
Petrus Mag. p. 782
De Poit Ada p. 164
De Poitiers Johanna Comitiſſa p. 673, 698
De la Pomeray Henr. p. 706
De Pomeriis Pontius p. 725
De Ponenſak Bertramus p. 412
De Ponto R. Senioris p. 233
Regin. p. 332, 333, 350, 415
Steph. p. 642
Prior fratrum Prædicatorum p. 732
Eudo. p. 149
De Ponte Vale Regin. p. 326
De Pontibus Regin. Senior. p. 187, 191, 192, 194, 195, 216, 217
Regin. Junior. p. 141
Galfr. p. 556, 780
Regin. p. 556, 842
Renaudus p. 741
Pontinus Comes p. 69, 118
Pontivi S. Comes p. 338, 339, 371, 372
Pontivi Johanna filia Comitis p. 338, 339, 371, 372
De Pokintun Bledh. filius Oeni p. 227
De Port. Will. p. 376
Port & Sanctæ Ruffinæ Johannes Epiſcopus p. 834
De Porta Will. p. 33
De Porter Adam. p. 162
De Portes Joh. p. 862
Rogerus p. 852
De Flemſted Walterus p. 862
De Portu Adam p. 153
Portuenſis Epiſcopus p. 274, 740
Portugaliæ Rex p. 113
Potentinus Jo. Epiſcopus p. 53
Poynz Nich. p. 706
De Poyniak Bertranus p. 401
Poure Johannes p. 850
De Pratellis Joh. p. 81, 82, 116, 118, 131
Petr. p. 90, 131, 136
Osbertus Abbas p. 98
Will. p. 117
Prædicatorum Prior p. 452
Prædicatorum Prior Hibern. p. 457
De Pendregeſt Geraldus p. 489
Preneſtinus Steph. Epiſcopus p. 834, 394
De Preſton Gilebertus p. 637
De Prinſiac Gervaſius p. 209
De Prinſigni Will. Miles p. 126
De Priſſax Ernaldus p. 116
Proſperini Bernardinus p. 524
Bernardus p. 568
Provinciæ Raymundus Comes p. 341, 343, 344, 345, 346, 383, 415, 423, 448,
Alienora filia Comitis p. 341, 342, 343, 344, 345, 346, 351
Beatrix Comitiſſa p. 343, 346, 616, 619
Senchia filia Comitis p. 421, 422
Comes frater Regis Franciæ p. 616
De Pruilli Eſchiward Miles p. 126
De Pruliaco Eſchiward p. 216
Pugeys Imbertus p. 658
De la Pulle Tho. p. 621
De Punchardum Oliverus p. 862
De Pundelarche Rob. p. 405
Punende p. 70
De Puntino Joh. p. 27
De Purle Rob. p. 847
De Purat Will. p. 332
De Puveleſdon Tho. Mag. p. 808, 809
De Puz Ger. p. 95
Pychard Will. p. 379
De Pychemum Will. p. 195
De Pyn Thomas p. 862
De Pynkeny Henr. p. 706

Q.

DE Quency Sayer Comes Winton. p. 156, 158, 159, 161, 164, 169, 172, 174, 177, 187, 198, 201, 212, 225, 226
R. Comes p. 277, 388, 637, 707, 716
Robertus p. 405
De Quent Sayherus p. 112
De Querſay Americus p. 116
De Quincy Saher p. 38, 121

R.

DE Rabayne Elyas p. 878
De Rabbayne Elyas p. 567, 776
De Rach Anſelmus p. 115
Rad. W. filius Seneſc. Normann. p. 90
De Rading Abbas p. 145, 212, 404, 803
Radulfus Canonicus p. 638
Filius Ranulfi p. 804, 835
Radulfus frater p. 836
Radyng Camerarius p. 207
Raguſinenſis Archiepiſcopus p. 135
Raimiri Petri p. 48
Rainaldus p. 568
De la Rame Gilbertus Mag. p. 876
De la Ramad Neodrat. p. 332, 333, 350
Rambertini Maynettus Jacobus & Franciſcus p. 670
De Rameſey Abbas p. 707, 803
Ramiri Sanctii p. 48
De Rammes Will. p. 566
Ramundus dict. Vicecomes de Fronziaco p. 854
De Rancon G. p. 141
De Ranconio Petrus p. 619
De Rancume Radulfus p. 66
Ranulf. frater Guidonis de Caſteillan p. 126
Tho. filius p. 376, 566
Clericus p. 668
De Ratis Guido p. 757
De Rauncoher Galfridus Dominus de Tayleburg p. 326
De Rauncoun Gaufr. p. 416, 556
Raynaldi Silveſter Ubertus p. 670
Raynerius p. 596
Raynerius Capellanus p. 891
Redonenſis Steph. Epiſc. p. 29, 38
Redonian Henr. Radulf. filius p. 206
De Reſham Rogerus p. 557
Reginaldi filius Robertus p. 8
Regin. Perant. p. 116
Præpoſitus p. 131
Reim. Columb. Will. p. 307
Reimfridus Rogerus filius p. 57
Reinerii Umbertus p. 33
Reinerus Mag. Card. p. 273
Remenſis Archiepiſcopus p. 82
Remerus fil. Othonis de Burne p. 146
Remund le Tort — Will. p. 402
Remund le Orc — Will. ibid.
De Remundeby Joh. p. 861
Remundi de Pennibus Guill. p. 412
Petrus 416, 556
Renfredi Gilbertus filius p. 98
Renger Ricard. p. 380
Reſ. Mailgon filius p. 262, 278
Screk Mereduk filius p. 431
Wachan filii ibid
Ab Reſ. Reſ. Vachan Mereduc. p. 589
Reſi Maraducus filius p. 845
Griffinus filius p. 120
Reſus Junior p. 635
Reſy Mereducus p. 865
Retheric. frater p. 319
Reuel Hugo frater p. 699, 886
De Reuma Hugo p. 411
Reunfry Gilbertus filius p. 171, 172, 177, 206
Rewalles Abbas p. 29
Reyeri Nich. filius p. 635
De Reymes Rogerus p. 862
Reymund Columb. Will. p. 562
Reymund. Comes Tholoſ. p. 876, 877
De Reyney Will. p. 635
Rhedon Steph. Epiſcopus p. 38
Ricardi filius Giſlebertus p. 1
Filius Rogerus p. 3
Ricard. Sacri Regii Palatii Legoteta p. 53
Ricardi Willielmus filius p. 836
Ricardus frater Regis p. 240, 277, 279
Dictus Epiſc. Cler. p. 463
Filius Regis p. 222
Comes Pictaviæ p. 281, 284, 291, 293
Comes Pictaviæ & Cornub. p. 315, 316, 320, 321, 335, 355, 361, 365, 366, 377, 380, 388, 389, 390, 393, 407, 415, 421, 422, 429, 449
Cornub. p. 451, 476, 491, 492, 497, 498, 555, 570, 589, 616
Richard Rogerus p. 589
Richeri Radulphus p. 312
Reginaldus ibid.
Richmund. Archid. p. 601
Ricobaldi Gerardus p. 670
Ridel Stephanus p. 115
De Bregerac Elyas p. 410, 415
Ridelli Helias Juvenis p. 416, 556
Rigand de Mauritania Ricardus p. 401
Ricardus p. 402
De Rinoſo Gunterus Petri p. 44, 48
De Riparia Anſelmi filius p. 156
De Ripariis Ricardus p. 253, 262
Will. p. 330
Rired Goth. filius Mauric. p. 151
Ris Meredud filius p. 653
De Riſa Archiepiſcopus Will p. 66
De Riſwic. Arnaud. & Henr. p. 145
De Rival Petrus p. 654
Roberti Ranulphus filius p. 212
Mereduc. filius p. 262
Joceus filius p. 622
Comes frater Regis Franc. p. 50, 51, 54, 342
Comes p. 70
Filius David. Gob. p. 151
Diaconus Cardinal. p. 246
Filius Richardi p. 489
Mag. cuſtos Papilionum Regis p. 837
De la Roche Gaillardus p. 402
De Rocheford Guido p. 654
De Rocher Reymundus p. 402
De Rochforti Chalo p. 111, 112
De Roda Ger. p. 95
Roderici Fernandus p. 749
De Rodes Geſ. p. 146
Gerard. p. 164, 165, 169
Rodolphi Philip p. 670
Will. filius Seneſc. Norman. p. 98
Roffenſis Walter Epiſcopus p. 49
Gilb. Epiſcopus p. 89
Epiſcopus p. 138, 404, 494, 628, 640
Laur. Epiſcopus p. 649, 650, 656, 673, 674, 707, 767, 888
Roffenſis Monachus p. 89, 90
Willielmus Archid. p. 673, 763
Roger frater Elemoſinarius p. 184
Rogeri Robertus filius p. 94
Rogerus filius H. Comitis le Bigod. p. 278
De Roia Burch. p. 119
De la Rokele Ricardus p. 862
Roillet Gaufr. p. 116
Roilloy Johan. p. 111, 112
De Roiſſen Pagani filius p. 125
De Roſte-Gaillardus p. 402
Rolland Fredericus p. 467
De Romagna Gregorius p. 394
De Romandiola Albertus p. 383
Romanorum Philip. Rex p. 107
Otho Rex Nepos Regis p. 115, 118, 130, 133
Fredericus Rex p. 193
Conradus Rex p. 514
M. ſoror Reg. ibid.
Ricardus Rex p. 617, 618, 621, 622, 623, 625, 628, 632, 636, 657, 659, 669, 671, 673, 694, 701, 702, 703, 704, 715, 738, 747, 750, 762, 768, 769, 773, 789, 801, 820, 821, 826, 832, 847, 862, 863, 869, 870, 872
Alfonſus Rex p. 749
Romonucii Joh. Mag. p. 638
Romei Jacobus p. 650, 656
Le Romeyn Joh. Mag. p. 876
De Romford Gaudon. p. 126
De Roreby Joh. Clericus p. 184
De Ros Rob. p. 155, 171, 172, 173, 177, 212, 224, 240, 263, 277, 566, 707, 777, 803
Comes p. 377, 653
W. p. 377, 777
De Belvero Rob. p. 707
De Roſat Petrus p. 618
De Roſſenach Warenus Miles p. 107
De Roſſillion G. Archid. p. 517
Roſtandus de—— p. 475
Roſtandus Mag. Capellanus p. 547, 548, 549, 551, 552, 577, 583, 584, 588, 595, 597, 598, 601, 602, 603, 605, 608, 612, 614, 624, 633, 634, 642, 643, 644, 649, 650, 655, 664, 672, 683, 687
De Rotel. Ern. Seneſc. p. 161
Rothomagenſis Archiepiſcopus p. 29
R. Archiepiſcopus p. 38
Walterus Archiepiſcopus p. 65, 66, 96, 103
Odo Archiepiſcopus p. 439
Rotherick Griff. filius p. 390
Ruberti Johannes filius p. 201, 306
De Rud. Joh. p. 776
Rudelli Elyæ Margareta filia p. 842
De Ruet Hugo p. 95
Ruſtac. ibid.
De Rufford Abbas p. 802
Rufus Willielmus p. 57
De Rogy Oliverus p. 149
De Rumille Uboldus p. 33
De Rumnon Hugo p. 408
Runcini Bonus p. 544
De Rupe Abbas p. 802
Will. p. 402
Chimardi Emer. p. 556
Chimardi Emer. filius Emer. ibid.
Chiwaydi Hennericus p. 416
Henr. filius ejus ibid.
Eimericus p. 216
Emer. Dominus Blangac. p. 556
Eſchiward A. p. 194
Dom. Roens Gulielmus p. 416, 556
Talliata Dom. p. 412
De Rupeforti Hug. p. 116
Eblo. p. 131, 349, 416, 556
Peganus p. 187
Eymericus p. 191, 216
A. p. 194
Kalo ibid.
Gaufridus p. 416, 556
Carolus ibid.
De Rupella Abbas p. 258
De Rupella Richardus Juſtic. p. 391
Rupellæ Major ibid.

De

Index Nominum.

De Rupibus Will. p. 81, 82, 98, 126, 142
Ruſſel Joh. p. 241
  Radulphus p. 635, 772
De Ruſſilum Guido p. 427
Rydal Hugo p. 40
Rydal Elyas p. 352
  Sen. Elyas p. 401
  Jun. Elyas ibid.
  Galfr. Jun p. 402
  G. Dom. Blaviæ p. 432, 462, 556
Rydelli de Blavia Gaufr. p. 416
De Ryevalle Abbas p. 802

S.

S. Cardinal. Baſilicæ 12 Apoſtolorum p. 271
De Sabaudia Tho. Comes Flandriæ p. 388, 441, 444, 445, 492, 502, 517, 527, 583
  Tho. quondam Comes Flandriæ p. 751
  Tho. Comitis filia p. 847
  Petr. p. 394, 399, 415, 451, 461, 487, 488, 489, 491, 501, 502, 515, 519, 527, 528, 529, 560, 561, 580, 618, 619, 627, 628, 629, 630, 632, 633, 634, 654, 655, 662, 668, 678, 679, 680, 681, 682, 693, 715, 751, 776, 780, 801, 804, 815, 817, 835, 848, 866
  Philippus Procurator p. 420
  Amadæus Comes p. 445
  Amadæus quondam Comes p. 750
  Comes p. 321, 341, 343
  Tho. p. 866
  Amadæus ibid.
  Lodow ibid.
De Sabin. Epiſcopi p. 367, 796, 797, 798, 800
De Sablus Robertus p. 66
De Saccavilla Will. p. 17
De Sacy Emericus p. 417
Saenel Fulch p. 28
Sagienſis Epiſcopus p. 29, 51, 58, 98
Sagio R. Comes p. 126
Sakarell Altare p. 95
De Sakeville Jordanus p. 635
De Salariis Ballard. p. 449
De Salbolio Galfr. p. 593
De Salmeres Jordan. p. 329
Salop. Abbas p. 639, 651, 803
Salopesbir. Archid. p. 301
  A. Archid. p. 320
  Prior, &c. p. 595
Salzburgenſis Archiep. p. 99
Sanct. Adrian. Ottob. Diac. Card. Legat. p. 502, 737, 818, 820, 821, 823, 825, 834, 837, 841, 842, 843, 844, 847
Sanct. Alban. Abbas p. 458, 707, 802
Sanct. Alban. Archid. p. 458
De Sanct. Albano Richard. p. 382
Sanct. Albini W. Mag. p. 242
Sanct. Amand. Amaur. p. 37, 319, 336, 355, 373, 377, 390, 707
Sanct. Anaſtaſiæ Arilicus Presbit. Card. p. 10
Sanctæ Andreæ Ricardus Epiſcopus p. 39
  Rogerus Epiſcopus p. 117, 121
  W. Epiſcopus p. 155, 203, 241, 252
  David. p. 428
  Gomelinus Elect. p. 565, 566
  Gomelinus Epiſcopus p. 570, 615, 652
  Epiſcopus p. 715
  Archid. p. 566
  Ottob. Diac. Card. p. 583, 588
  De Northampton Prior p. 640
Sanct. Angel. Georgius Diac. Card p. 10
Sanct. Angel. Diac. Card. p. 285, 293, 309, 695
  R. Diac. Card. p. 587, 596
S. Aſaph. Galfr. Epiſcopus p. 14
  Adam Epiſcopus p. 49
  R. Epiſcopus p. 123, 225, 226, 262
  Otto Epiſcopus p. 389, 390, 391
  Epiſcopus p. 392, 709
  Hugo Epiſcopus p. 396, 397, 398
  David. Archid. p. 317, 379, 381, 390
Sanct. Audani Caſtellanus p. 27
Sanct. Audoeni Will. frater p. 182
Sanct. Audomari Will. Caſtellanus p. 1, 3, 146
Sanct. Audomaris Præpoſitus p. 176
Sanct. Auguſtin. Abbas p. 707
Sanct. Auguſtin. de Briſtol. Abbas p. 803
Sanct. Bartol. London. Prior ibid.
Sanct. Benedict. de Hulmo Abbas p. 708
Sanct. Bertwin Odo p. 157
Sanct. Bonifacii Comes p. 383
Sanct. Brandan. Cantord. Abbas p. 41
Sanct. Ceciliæ S. Presbit. Card. Leg. p. 837
Sanct. Chryſogom. Petr. Presbiter Card. p. 51, 53
Sanct. Coſm. & Damiani C. Diac. Card. p. 367
Sanct. Crucis de Waltham Abbas p. 450
Sanct. David. Epiſcopi p. 8, 49
De Sanct. Dioniſio Joh. p. 658
Sanct. Dioniſii in Francia Abbas p. 782, 785
Sanct. Edmund. Abbas p. 707, 802
Sanct. Edmund. Magiſter Rogerus p. 90
Sanct. Egidii Comes p. 92
Sanct. Euſtachii Will. Diac. Card. p. 588
  Urbanus de Crochenote Diac. Card. p. 740
  Ubertus Diac. Card. p. 834
  Otto Mag. p. 463
Sanct. Frideſitidæ Oxon. Prior p. 803
Sanct. Geneſii Sofredus & Petrus p. 33
Sanct. Geneſii Petrus Miles p. 34
Sanct. Georgii ad Velum Aureum Oddo Diac. Card. p. 10
  Ad Velum Aureum P. Diac. Card. p. 682, 765
  Ad Velum Aureum Godefr. de Alatro Diac. Card. p. 740, 834
  Victor Abbas p. 98
S. German. Robert. p. 203
S. Gildas Abbas p. 413
De Sanct. Hermete Will. p. 729
S. Hilar. p. 329
S. Jacob. Northampton Abbas p. 98
S. Joh. & Paul. B. Presbiter Cardinalis p. 229
De S. Johan. Rob. p. 706
  Roger. p. 707, 803, 805, 809, 810, 812, 813, 815
  Johannes p. 888
  Ambianenſis Præpoſitus p. 199
  Angeliac. Abbas p. 192, 232
  De Duce Anagnin Silveſtr. Mag. p. 641
  Hoſp. Jeruſalem Prior p. 803, 888
  Et Paul. Loverbaldus Presbiter Cardinalis, p. 10
S. Katerinæ Lincoln. Prior p. 847
S. Laur. in Lucina S. Presbiter Cardinalis p. 369
  In Lucina J. Presbiter Cardinalis p. 579
S. Lazari W. Magiſter p. 99
S. Leodegarii Will. p. 329
S. Leonard de Calmis Abbas p. 258
S. Marc. Guill. Presbiter Cardinalis
  Julius Presbiter Cardinalis p. 10
  Gillibert Sacerdos ibid.
  In Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis p. 394
Sanctæ Mariæ Eccleſiæ Prior, &c. p. 28
  Eccleſiæ Will. p. 80
  In Coſmydyn Jacinctus Diaconus Cardinalis p. 10, 367
  In Coſmydyn Jacobus Diaconus Cardinalis p. 834
  In Coſmydyn Raynerius Diaconus Cardinalis p. 255
  In Coſmydyn Jacob. de Sabell. Diaconus Cardinalis p. 740
  Ebor Abbas p. 802
  Majoris de Ferentin. Alexander Magiſter Canonicus p. 642
  Novæ Johannes Diac. Card. p. 10
  Eccleſiæ de Piperno Johannes Canonicus p. 642
  In Porticu Guido Diaconus Cardinalis p. 10
  In Via lata Diaconus Cardinalis p. 100, 584, 637
  In Via lata Ottamanus Diaconus Cardinalis p. 834
  Wynton Abbatiſſa p. 708
S. Martin. Alur Dapifer p. 38
  L. Magiſter p. 425, 426
  G. Cardinalis p. 271
  Turonen. G. Decanus p. 684
S. Mauritii Nicholaus p. 501
S. Mauri N. p. 560
S. Michael Abbas p. 34
  De Heremo Abbas p. 259
  Haldren Burchard Miles Yſmido p. 33
S. Neoti Prior p. 803
S. Nichol. in Carcere Tulliano Octavianus Diaconus Cardinalis p. 10
  In Carcere Tulliano Otto Diaconus Cardinalis p. 374, 377, 387, 388, 389, 390, 393, 428
  In Carcere Tulliano Joh. Diaconus Cardinalis p. 834
S. Osbert Hugo p. 95
  Johan. p. 184
S. Oſwald. Prior p. 802
S. Pancraſii de Lewes Prior p. 93
S. Paul. Gualeherus Comes p. 193
  Comes p. 342
  Abbas p. 412
S. Petr. de Burgo Monaſt. Abbas p. 603, 604
  Glouc. Abbas p. 708, 803
S. Pancratii Prior, &c. p. 9
S. Praxedus Soffredus Cardinalis p. 100, 103, 110, 564, 650
  J. Presbiter Cardinalis p. 271, 367
  Ancherus Presbiter Cardinalis p. 834
S. Quintini Gulielmus p. 416, 556
S. Quirani Will. p. 401
S. Radegundis Abbas p. 333, 339
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Mich. de Tholoſa Vicecancell. p. 834
De S. Romano Arnaldus p. 422
De S. Romano Artaldus p. 544, 633, 634, 635
Sanctæ Sabinæ Dominus Cardinalis p. 367
  Hugo Presbiter Cardinalis p. 583, 588
Sancti Stephani Robertus in Celio Monte Presbiter Cardinalis p. 190
Sancti Swithini Winton. Prior p. 404, 803
Sancti Trinitatis Dublin. Prior. p. 457.
  Ebor. Prior p. 802
  London. Prior, &c. p. 458, 463, 637, 640, 641, 644, 645, 787, 788
  De Monte Rothomagen. Abbas p. 98
S. Valeric. Reginald. p. 26, 27
S. Vernob. frater p. 113
De Sancto Walerico Bernard. p. 26, 27, 70
  Joh. p. 622, 793
Sancti Wandregiſili Abbas p. 29, 98
Sanemel Gaufr. p. 184
De Sap. Galfridus p. 263
Saphir Simon p. 158
Saracen Dominus Petrus p. 278
Saracenus p. 380
De Sargin Goffridus Miles p. 699
Sarum Patricius Comes p. 12
  Patricius p. 14
  W. Comes p. 128, 138, 151
  W. Comes frater Regis p. 154, 158, 159, 161, 164, 170, 172, 173, 174, 177, 191, 216, 222, 244, 262, 263, 277, 282
  Goſcellinus Epiſcopus p. 14
  Hubertus Epiſcopus p. 65, 80, 87, 134, 135
  Epiſcopus p. 256, 266, 267, 270, 277, 303, 304, 563, 802
  R. Epiſcopus p. 288, 289, 290
  Egidius Elect. p. 610, 611, 612
  Egidius Epiſcopus p. 640, 707
  Decanus p. 38, 40, 90, 802
  Richardus Archid. p. 29
  Reginaldus Archid. p. 34
Sarropesbir. Abbas p. 659
Savarici Jord. frater Gaſtinel p. 126
Savaricus Petrus p. 192
De Saurcumb Gaudefridus p. 37
De Saudon Ric. Baliſtar Edwardi fil. Regis p. 862
De Samford Gilbertus p. 405
Saunzaner Radulphus p. 707
De Sauſer Hugo p. 621
De Sauvage Ricardus p. 862
  Hugo Cyrugicus ibid.
Saxoniæ Dux p. 133, 153, 154, 764, 765
De Say Gaufrid. p. 98, 158
  W. p. 377, 707
De Saya Brunus Miles p. 853, 854, 876
De Scaccario Regon. p. 128
De Scoteineio Hugo p. 12
De Scotia Robert. Magiſter p. 635
Scotiæ David Rex p. 8
  Rex p. 37, 178, 184
  Willielmus Rex p. 39, 64, 87, 121
  Alexander Rex p. 203, 218, 220, 221, 224, 227, 228, 229, 232, 235, 240, 241, 244, 252, 256, 306, 328, 334, 335, 348, 357, 370, 371, 374, 375, 377, 406, 426, 428, 429, 463, 466, 518, 559, 560, 561, 562, 565, 567, 582, 605, 606, 615, 618, 637, 651, 653, 668, 672, 683, 697,

Index Nominum.

697, 703, 713, 714, 715, 743, 753, 810, 851
Johanna Regina p. 240, 241, 242, 248, 252, 348, 356, 370, 378
Margareta Regina p. 467, 559, 560, 561, 562, 565, 567, 572, 698, 713, 714, 715, 851
Maria Regina p. 466
Iſabella ſoror Regis p. 240, 241, 278, 375
Scottus Dominicus p. 568
Petrus p. 650, 656
De Scuſan Bernardus p. 411
De Scuſſen Bernard p. 412
De Secus Henr. Magiſter p. 422, 427
De Segrave Steph. Miles p. 228, 229, 235, 244, 311
Steph. Juſtic. p. 307, 377
Nichclaus p. 777, 803, 805, 806, 831
Gilbert. p. 332
Segur Will. p. 402
De Segur Will. ibid.
Segyn de Ryot Guill. p. 411
Will. Dominus de Raycus p. 412
Seinchier H. Cardinal. p. 682, 695
Seis Lewelin Maredud p. 653
De Sele Stephanus p. 862
De Seleby Abbas p. 158, 708, 802
Semercot Joh. Clericus p. 604
De Sempringham Ordinis Prior p. 803
Senebald Guido Miles p. 126
De Seneneres Regin. Miles ibid.
Senenſis Bernard. Magiſter Canonicus p. 568
Senesbaldus Guido p. 193
De Seningeham Johannis filius p. 156
De Senon Will. Magiſter p. 349, 350, 351
Senonenſis Epiſcopus p. 270
W. Archiepiſcopus p. 303, 304, 330, 331
De Senooz Nich. p. 745
Serullat. Amphuſus Comes p. 53
De Shaſham Ricardus p. 862
De Shaftebyr. Abbatiſſa p. 708
De Shireburn Tho. Monachus p. 458
De Shireburn Abbas p. 708
Siciliæ J. Regina ſoror Reg. Angl. p. 98
Will. Rex p. 42, 52
Tancredus Rex p. 66, 67, 68, 98
Edmundus Rex p. 611, 612, 620, 628 uſque 633, 646, 650, 652, 656, 664, 681, 686, 720, 721, 730, 742, 769, 815, 821, 830, 831, 861
Carol. Rex p. 881, 886, 867, 868, 869, 870
De Sidnio Will. p. 33
Signi de Ryno Will. p. 401
De Silva Abbas p. 230, 232
Silvanectenſis Epiſcopus p. 270
Silvenſis Epiſcopus p. 765
Simon Comes p. 12
Frater Comitis Boloniæ p. 156, 165
Siracus Ric. Archiepiſcopus p. 52, 53
De Siſſenio Gosbertus p. 38
Siward Ricardus p. 370
De la Slice Abbas p. 351
De Smingham Stephan. p. 428, 429
Smitius Magiſter p. 650
Sol. Vicecomes p. 412
De Solariis Gailard. p. 606
De Solineio Jo. p. 38
De Solio Roſtanus p. 334, 408, 409
Gailardus p. 475, 522, 726
De Solmy Haſcoil p. 94
De Somerkot. Johannes Clericus p. 639
De Somerton Roger p. 622
De Somery Roger p. 635, 706, 777
De Soneigeke Steph. p. 27
Soronicus Ogerus Præpoſitus Moſteroly p. 105
De Spalding Prior p. 803
Del Sparr Will. p. 412
Akenwillus p. 424
Kenguillus p. 411
Selebrunus p. 401
Spilinatus p. 596
Spina Mamectus p. 643
Spirenſ. Epiſcopus p. 153
Spirenſis Mag. Conrad. Præpoſitus p. 292, 296
Stafford Archid. p. 127, 128, 436
H. Archid. p. 154
De Stafford Robert p. 12, 707
Hermitus p. 369
De Stagno Will. p. 90, 94, 95, 116, 117
Joh. p. 105
De Stailhon Ger. p. 95
De Stanlegh Abbas p. 803, 850
De Stemford Guido p. 27
Stephani Radulfus filius Camerar. p. 57
Mag. Clericus p. 299, 303
De London perſona p. 862
De Steyland Simon Mag. p. 381
De Stocton Hugo p. 311, 380
De Stodelegh Prior p. 803
De Stoke R. p. 138
De Stotenghem Galter. p. 95
De Stotevill. de Acon. Rob. p. 804
Joh. Willielmus filius p. 622
Joh. ibid.
De Stradely Robert. p. 793
De Strathern Comes p. 377, 559
Maliſius Comes p. 428, 566, 567, 715
De Stratis Riquardus p. 316
De Strigoil Will. Mareſcallus Comes p. 98
De Strikeland Will. filius vel filia p. 206
De Stutevil Will. p. 88, 262, 379
Mag. Rob. p. 619
Rob. p. 50
Nich. p. 212
De Styule Vic. p. 401
Seciæ Dux p. 99, 102, 133
B. Dux p. 557
De Suleby Abbas p. 803
De Sules Nich. p. 566
De Sully Nicholaus p. 428
Sumery Rogerus p. 844, 864, 865
De Sunalis p. 194
De Sunevil. Joh. p. 402
De Sur Sire Johan. Erceveſk p. 886
Surr. Mag. P. Archid. p. 210
De Suſa Phil. p. 209
De Suthevil Joh. Mag. p. 686, 687
De Sutton Salierus p. 288
Rob. p. 791
Suwerk Joh. p. 557
De Swynburn Will. Clericus p. 671
De Symillac. Will. Reymundus p. 401

T.

TUbaldueci Theobaldus p. 467
De Taiſſonal Eſpaignol p. 48
De Talbot Gerardus p. 56, 592
Will. p. 378, 621
Joh. p. 331
Gilbertus p. 850
De Talemund Elyas p. 402, 416
Talemunden Abbas p. 259
De Talneo Galfr. p. 416
De Talu Wawen. p. 416, 556
De Tame Abbas p. 803
De Tancorvile Will. Chamberlongus p. 66, 98
De Taunay Galfr. p. 194, 199, 216
Gilbertus p. 761
Richard. p. 777, 792
De Tantallon Guill. A. p. 411, 412
De Tany Lucas p. 884
Roger. p. 132
Tarentaſienſis Petrus p. 34
R. Archiepiſcopus p. 608, 611, 612, 628, 629, 630, 643, 650, 656, 664, 672, 687.
Archiepiſcopus p. 815
De Tartaſ. Vicecomes p. 402
Tartetorn Vicecomes p. 412
Tath Nuncius p. 382
De Tatiſhall Rob. p. 707
De Taviſtoke Abbas p. 803
De Taun G. p. 141
De Taunny Galfr. p. 402
De Taurino Petrus Miles p. 34
De Teeſon R. p. 94
De Teis Guido p. 33
De Teiſſun Radulf. p. 98
Templi O. Miles p. 14
Templi Mil. Mag. p. 165, 173, 275, 342, 344, 345, 346, 404, 474, 803
Eimericus frater Mag. p. 134
Templi Præceptor Mag. Hoſpit. p. 268
De Terchurnul Donaldus Rex p. 426
De Terria Johannes p. 70
Terric. filius Will. de Petreſhem p. 146
De Teukesburie Abbas p. 803
Teutonicus Walerand. p. 355
De Teylinge Will. p. 145
De Thaeny Radulphus p. 377, 379
De Thaldeye Reginald. p. 556
Thegwaret p. 195
Thencoy Rex p. 657
Theobaldus Comes p. 19, 20, 82
Theobaldus Comes frater Regis Franc. p. 50, 51, 53
Theobaldus Epiſcopus Abb. regalis Mon. Sanctæ Mariæ Novæ p. 52
Theodor. filius Comitis Philip. p. 95
Theotinicorum Domus Magiſter p. 268
Theſaurarius Templi Paris p. 780
Theſaurarius W. frater p. 728
Theuderius Seneſcallus p. 392
Thevidaliæ Joh. Archid. p. 683, 697
De Thinemua prior p. 428
De Thoarc. Hugo p. 194, 216
Thoartii Margareta Vicecomitiſſa p. 739, 779
De Theomend. Carbrach p. 427
De Thoen. Rogerus p. 151
Tholomæus p. 568
Tholoſan Comes p. 271, 274, 521, 556, 561, 562
R. Comes p. 274, 307, 326, 327, 407, 410, 421, 422, 414, 416
Thomas Juſtic. filius Hibern. p. 244
Thomas filius Thomæ Major. London p. 808, 809
De Thorneya Abbas p. 707, 803
De Thurgarton prior p. 812
De Thurkelby Roger. p. 573
Thurebert Willielmus p. 862
Tiberti Jacobus p. 643
Tiberti Carlinus ibid.
De Tidyngdon Joh. p. 664
Tiletot Robertus p. 885
Till. Amph. p. 146
De Tintallon Ernaldi Guill. p. 411
De Tintem Abbas p. 850
Tiraſonenſis Joh. Epiſcopus p. 44, 48
Tironenſis Abbas p. 29
Toarcen. Americus Vicecomes p. 117, 121, 122, 128, 131, 141, 156, 159, 164, 193, 194, 216
Hugo Vicecomes p. 289, 290, 291
Hen. p. 349
Marg. Comitiſſa p. 555
De Toch. G. p. 141
De Toen Roger p. 119, 138
Toletanus Electus p. 557, 563, 589
Tomundiæ Duvenaldus Rex p. 255
Tonton Waleram p. 331
De Toony Roger. p. 94
Torel Amaurus p. 66
De Torneham Rob. Seneſ. Andegav. p. 98
De Tornhil Stephan. p. 134
De Torrela Ar —— p. 44
De Torrengo Otto Magiſter p. 394
De Toruun Amadeus p. 33
Tovy Roger p. 592
De Tracy Will. p. 27, 793
Roger p. 244
Hen. p. 635, 706
Traject. Epiſcopus p. 145, 153
Traverſanus Paulus p. 383
Trecenſis Epiſcopus p. 53
De Tregoz Abdend. p. 17
Rob. p. 90, 94, 117, 134, 135, 156, 159, 161, 405, 706
De Trehampton p. 793
De Trelly Nich. p. 329
Tretenſis H. Cantor. p. 298
Treverenſis Epiſcopus p. 50
Treverenſis Archiepiſcopus p. 622, 623, 764, 765, 766
Tricarienſis Rob. Epiſcopus p. 52
De Trimue Dominus p. 412
De Tris Remerus p. 95
Troactis Abbas p. 29
Trojanus Elias Epiſcopus Electus p. 32
De Trublevil. Hen. p. 37, 287, 301, 302, 304, 305, 306, 314, 329, 333, 336
Rob. p. 241, 804
Joh. Sen. ibid.
Hugo ibid.
Radulphus p. 268, 311
De. Trunk R. Seneſ. p. 128
Truſardus Camerarius Regis Miles p. 107
Tuamenſis Archiepiſcopus p. 41, 672
De Tuartio Emericus p. 312, 313
Tudenſis Conradus Abbas p. 106
Tuder. filius Mener. p. 151
Tuſculanus Ymarus Epiſcopus p. 10
Tunamenſis Archiepiſcopus p. 647
Turaniæ Vicecomes p. 92
De Turbervile Joh. p. 621
Hugo p. 884
De Turbevoil Rob. p. 592
De Turen. Margareta p. 780
Turennæ Vicecomes p. 759
De Turnay H. p. 158
De Turnham Steph. p. 135
Turonenſis Gauf. Archid. p. 192
Archiepiſcopus p. 344
G. Decanus p. 694
Turpini Guido p. 192
De Turri Petrus p. 419
Nich. p. 573
De Turteri Offen. Rex p. 427
Tuſculan. Nich. Epiſcopus p. 174, 180, 181, 182, 191
Epiſcopus p. 305
Odo Epiſcopus p. 834
De Tuſcio H. Seneſc. p. 209
De Twya Joh. p. 329
De Tybetot Henr. p. 331
Joh. p. 861, 862
Rob. p. 861
De Tyna Joh. p. 331
Tyrenſ. Archiepiſcopus p. 473

V.

VAchan Immano p. 327
Edenor p. 381
Eynan ibid.
Vaghan Idenenet p. 389, 396
Eyng[illegible]a p. 389
O. p. [illegible]5
Vaketi Januens Nich. p. 695
De Valcines Alux. Clericus p. 633, 634

Valenſ.

Index Nominum.

Valens Electus p. 37, 341, 343, 377
De Valentia W. p. 446, 448, 501, 519, 562, 563, 567, 572, 573, 585, 654, 662, 663, 704, 776, 777, 804, 810, 811, 812, 814, 864, 885
  Joh. p. 741
  Joh. Miles p. 781, 784
De Valery Erardus p. 885
De Val. Rob. p. 50, 313
De Valle Dei Abbas p. 803
De Valle Olleris W. Dominus p. 238
De Vallibus Rob. p. 24
  Joh. p. 566, 707, 776, 792
De Valo Coeta Baro p. 635
De Valoignes Philippus p. 40
De Valonnis Phil. p. 155
De Vals. Joh. p. 40
De Vaneys Amauneus p. 620
De Variis Amaunius p. 413, 561
De Varetto Amalginus p. 449, 462
Vaſaten. Epiſcopus p. 313, 351, 446, 470, 711, 712, 713
Vaughan Howellus p. 697
Le Vaus Joh. p. 773
Ubaldinus Clericus p. 637, 638, 641, 642, 644, 645
Vechan. Eumay p. 653
De Vehingre Godefr. Comes p. 107
De Vendom Will. Miles p. 126
Venenſ. Epiſcopus p. 140
Venetiarum Dux p. 383, 366
De Ventedoro Eblo Vicecomes p. 702
Dalfina Vicecomitiſſa p. 702
De Ver. B. Miles p. 365
De Verdun Normannus p. 12
  Will. ibid.
  Joh. p. 776, 862
De Vere A. Comes Oxon. p. 134, 135, 138
  R. Comes Oxon. p. 201, 794, 803, 806
  H. Comes Oxon. p. 388, 715
  H. p. 158
  Rob. p. 198, 212, 447
De Verigin Elyas p. 239
De la Verne Helias p. 194, 416
De Vernol S. frater p. 120
  Richard. p. 91, 793
De Veſci Will. p. 50
  Euſtach. p. 88, 166, 170, 178, 184, 201, 211
  Joh. p. 777, 803, 805
De Veteri ponte Stephan. p. 134
  Robert. p. 135, 146, 155, 173, 222, 707, 777
  Will. p. 174, 428, 429
Uhauler p. 427
Vicecomes G. p. 139
De Vierna Will. p. 394
Vigil Nicholaus p. 18.
Viger Ranulfus p. 402
  De Aubertere Petrus p. 402
  De Fay Galfridus ibid.
Vilerent Bertram p. 116
Vileb. filius Reinfr. p. 140
De Vileta Theobaldus p. 33
De Vilers Polius p. 95
De Villa Mur. Guid. p. 126
De Villata Goſridus Miles p. 854, 876, 877
De Vincen H. p. 263
De Vinea Petrus Magiſter p. 347, 349, 353, 354, 355, 356, 357, 359, 360, 362, 414
Viner Alex p. 566
De Vino er Hugo p. 415
Vitale Joh. p. 111, 112
De Viterberio Raynerus Magiſter p. 640, 641
De Viven H. p. 251, 355, 373, 377
De Vivon Hugo p. 409, 420, 422, 635
De Uletot Philipus p. 225, 228, 236, 245, 246, 247, 248
Ulterioris Portus Artur Abbas p. 95
Umbertus Junior p. 34
De Umframvil Gilebertus p. 306, 377
De Voiron Odo p. 33
De Volda Abbas p. 153
De Volurio Hugo p. 312
  Herneus p. 313, 314
Uracha Regina p. 46
Urbanus 4 Papa p. 729, 732, 734, 740, 741, 742, 752, 755, 762, 769, 774, 781, 782, 785, 786, 787, 788, 798
De Uwen H. Hugo Nepos p. 251

W.

WAC Roger p. 12
  Wachan Edenewet p. 390
Waghan O. p. 395
De Wahul Walter p. 706
Wak. Hugo p. 493
  Johanna ibid.
  Baldewinus p. 777
Walamus filius Ducis Lumburgh p. 160
Walen. Nich. & Guido p. 709
Walerand. Robert. p. 501, 504, 527, 558, 559, 567, 588, 589, 595, 654, 655, 678, 679, 680, 681, 704, 706, 715, 725, 738, 739, 831, 832, 840, 846, 859, 863
Le Waleys Adam p. 621
  Henr. p. 862
Walteri Cancellarii Regis Siciliæ Ricardus filius p. 66
Walteri R. filius p. 142, 151, 158, 164, 166, 170, 178
Walteri Robertus filius Mareſcallus Dei & Sanctæ Eccleſiæ in Angliæ p. 201, 212, 262, 263, 791
  Walterus Clericus p. 187, 188
Walterus filius Juſtic. Hibern. p. 244
Walterus Miles Bacularius p. 433
Walterus Seneſcallus p. 559, 567
Waltham Abbas p. 458, 511, 802, 847
Walton Will. p. 706
Wandrill & Curcel. p. 146
War. Hugo p. 12
La Warre Robertus p. 861
De Warci Rodulphus Burgenſis p. 34
De Wardon Abbas p. 803
De Warrenna Will. p. 1, 94, 379
  Reginald. p. 13, 14
  H. Comes p. 87
  W. Comes p. 3, 13, 151, 158, 169, 170, 171, 172, 173, 177, 198, 200, 217, 222, 232, 238, 240, 262, 263, 321, 377, 388
  Joh. p. 441, 562, 621, 707, 761, 774, 776, 804, 810, 811, 814, 888
  Joh. Comes Sur. p. 767
  Joh. Comes p. 662, 773, 775, 812
Warentin. Drogo p. 399
Warini Willielmus filius p. 319, 369, 370, 379, 861
  Eudo filius p. 892
  Fulco filius p. 212, 311, 370, 379, 748
De Warwic Comes p. 263, 388, 489
  J. de Pleſſetis Comes p. 501, 519, 567, 573, 654, 706, 707
De Waſſuil. Robert. p. 66
Waterford R. Epiſcopus p. 172
De Watervill. Regin. p. 791
De Watton Prior p. 805
De Waverin Goſumus p. 95
De Waverle Abbas p. 803
De Wanton Joh. p. 707
Wellenſ. Archid. p. 128, 142, 146, 151
De Welleſ. Decanus p. 802
Wemmuen Maddock filius p. 430
Wen filius Wornii filii Eynem. p. 151
  Wenori Griffinus filius p. 845
De Wegham Henr. p. 474, 488, 491, 527, 528, 529, 530, 662
Wenhunwen in Wallia p. 245
Wenlak Prior p. 427, 709, 710, 718, 720
Wennuen filius Hoeni de Keneliac. p. 150
Wennuwan Griffinus filius p. 389, 706, 748
Wenon Wen Griffinus filius p. 845
De Went. Monſ. Edw. p. 589
Wenwywyn Madant. fil. p. 653
De Werblington Tho. p. 621
De Werrer Will. p. 173
Wertebergenſis Conratus Comes p. 107
De Weſem Adam p. 804
Weſtm. Abbas p. 161, 481, 483, 484, 516, 608, 611, 612, 707, 802, 841, 873, 874, 876, 877, 878, 887
Weſtm. Prior p. 577
De Weſton Joh. p. 862
Whiteby Abbas p. 708, 802
Wi —— A. Archid. p. 154
De Wiavill Joh. p. 791
Wigornienſis Joh. Epiſcopus p. 14
  Roger. Epiſcopus p. 49
  B. Epiſcopus p. 58
  Joh. Epiſcopus p. 98
  Epiſcopus p. 152, 201, 802
  S. Epiſcopus p. 217, 219, 225, 226
  W. Epiſcopus p. 377, 389, 390, 393, 430, 499, 504, 521, 551, 605, 627, 628, 687, 707, 720, 774, 777, 797
  Godfr. Elect. Cancellarius p. 851
  Godfr. Epiſcopus p. 863, 865, 888
  Prior. p. 151
  Will. Mag. p. 824, 825
De Wilgheby Roberti Willielmus filius p. 862
Wilekinus filius Adæ p. 184
  Comes p. 212
Willielmi Simon filius p. 12
  Niz filius p. 40
  Jacobus filius p. 329
  De Merſan Arnaldus p. 401
  Thomas filius p. 405
  Egidius filius p. 621
Willielmus Comes p. 39
  Seneſcallus Norman. p. 94
  Frater de Camera Papæ p. 201
  Frater Comitis Eſſex p. 212
  Frater Monachus p. 286
  Clericus p. 433
  Quondam Capellanus p. 566
  Frater p. 673, 702, 703
  Filius Radulphi p. 861
Wilon Avern. Comes p. 556
De Wilra Conradus p. 154
De Wilre Conradus Seneſcall. p. 164, 165
De Wilton Will. Miles p. 726
De Wilurinton Robert. p. 330
De Winchecumbe Abbas p. 708, 803
De Windleſorum Willielmi filius p. 206
Winton, Henr. Epiſcopus p. 14, 17, 18, 19, 20
  Ricardus Epiſcopus p. 42, 51, 53, 57, 58
  Godefr. Epiſcopus p. 65, 135
  Epiſcopus p. 138, 151, 154, 802
  P. Epiſcopus p. 140
  B. Epiſcopus p. 142
  P. Epiſcopus p. 158, 159, 161, 169, 171, 172, 177, 181, 182, 185, 187, 188, 191, 198, 210, 211, 212, 217, 219, 224, 225, 226, 228, 232, 235, 239, 244, 245, 246, 248, 251, 254, 256, 262, 288, 289, 290, 330, 331
  Adomarus Elect. p. 499, 573, 585, 641, 644, 660, 669
  J. Epiſcopus p. 754, 797
  Nicholaus Epiſcopus p. 863, 888
  Comitis Regin. filius p. 174
  Petrus p. 634, 684
  Petrus Cuſtos Garderobæ p. 878, 888
De Wirthſant Will. p. 338
Wiſchard Will. p. 566
  Joh. ibid.
De Word Florenſ. p. 169
Wordenſis Eribertus Abbas p. 106
De Worn Hugo p. 145
De Wraſtilingworth Thomæ Johannes filius p. 862
Wrenoc. frater. J. p. 327
Wulward Galſridus p. 417
De Wygorn Philip. p. 150

X.

XAnct. Hen. Epiſ. p. 111, 112, 128
  Epiſco. p. 241, 242, 259
Xancton Decanus p. 192

Y.

YActendenſis Petrus Archidiaconus p. 857
De Yattindene Nicholaus p. 870
De Yeland Adæ filius p. 206
Yerenerd filius Madoc. filii Yerenerd p. 151
De Ypra Walterus p. 38
Yrewin Alanus p. 654
Ywan Magiſter Clericus p. 165

Z.

LA Zuche Rogerus p. 331
  Will. p. 405, 790
  Alanus p. 405, 777
De Zudentorp. H. Dominus p. 282

◆

BRITISH MUSEUM